Biblioteca

TOSTATI
OPERA OMNIA

IN PARALIPOM.
1-2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 4
Plúteo 8

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

# ALPHONSI TOSTATI HISPANI, EPISCOPI ABVLENSIS,


PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæſareique conſultiſsimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritiſsimi,

## Commentaria in Secundam Partem Paralipomenon:

Mendis nunc ſanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictiſsimum Hiſpaniarum, & Indiarum Regem.




VENETIIS, M D XCVI.
Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſsam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca






# ALPHONSI TOSTATI

## Episcopi Abulensis

## COMMENTARIORVM IN LIBRVM SECVNDVM PARALIPOMENON.

### PRAEFATIO.



LVRIMAS continentem ambiguitates, & amplissimas diuagationes, syluamq́; Hebraicorum nominum Primum Librum Paralipomenon magnis cum laboribus hucusque, Deo donante, exponendo transegimus. Quare veluti graui fœnore liberati, consequens est, vt ad secundum eiusdem Paralipomenon Librum manum mittamus, pro cuius procœmiali prælibatione aliqua dubia expedienda sunt.

*De ordine Librorum Paralipomenon. Quæst. Prima.*

QVÆRITVR primò de ordine istorum Librorum duorum, an sit inter eos ordo cõtinuum, vel sit aliqua anticipatio, vel recapitulatio. Et an ista, quæ habentur hic, fuerint facta immediatè post præcedentia. Dicendum, ꝙ hic est ordo continuus, quia præcedẽti Libro actum est de solis gestis Dauid, & in eius morte liber consummatus est. In isto autem agitur de regno Salomonis, & aliorum, qui regnauerunt post ipsum: ideo ordo continuus est. Ad secundum dicendum, quòd ista, quæ habentur hic fuerunt facta non immediatè post præcedentia, sed interiecto aliquanto tempore. Pro quo sciendum, quòd viuente Dauid, vnctus est Salomon bis in regẽ. Primò quando ægrotabat Dauid, & Adonias se fecit vngi in regem, iussit eadem die Dauid, vt ungeretur Salomon 3. Reg. 1. & post aliquantum tempus facta ordinatione sacerdotum, & Leuitarum, fecit congregari principes regni, & filios suos quando obtulerunt munera pro ædificatione templi: & fecit Dauid vngi Salomonem secundò in regem, vt patet præcedenti lib. capit. vlti. Salomon bis vnctus in regem.

Sed hæc mortuus est Dauid, & cùm pertransisset aliquantum tempus Adonias conabatur per cauillationem vsurpare regnum Salomonis, petendo Abisag in vxorem: & fecit illum Salomonem eadem die occidi 3. Reg. 2. Et post hoc iussit occidi Ioab, qui erat particeps eiusdem coniurationis: cùm fugisset ad templum Domini, & tenuisset altare, fecit eum ibi occidi Salomon eod. cap. Consecratus est autem postea in Pontificem Sadoc, & eiectus est Abiathar: occisus est Semei post tres annos a principio regni Salomonis, eod. cap. Et post hæc confirmatum est regnum Salomonis de cunctis omnibus hostibus suis, & impedientibus eum: accepitque vxorem filiam Pharaonis regis Ægypti 3. Reg. 3. Et post hęc ascendit in Gabaon, vbi erat tabernaculum Domini ad orandum, vt patet eod. cap. & de ista ascensione in Gabaon incipit historia huius secundi libri, vt patet in principio literæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quantum tempus intercesserit inter ea, q̃ facta sunt in priori libri, & quę facta sunt in illo.

teræ. Et sic omnia ista, quæ narrata sunt, omittuntur hic inter finem præcedentis libri, & principium huius, & habentur 3. Reg. 1. & 2. Fuit igitur ad minus tempus trium annorum inter ea, quæ habentur in fine præcedentis libri, & principium huius: quia regnum Salomonis non fuit confirmatum, nec ascendit ipse in Gabaon vsquequo iam transierant de regno suo tres anni, vt patet 3. Reg. Et sic non fuerunt immediate ista post illa, quæ habentur in fine præcedentis libri.

*De diuisione istorum Librorum. Quæst. II.*

QVÆRITVR vlterius, quare liber iste diuisus est in duos libros: nam apud Hebræos vnicus liber est. Respondendũ, q̃ Hebræi habent istum tanquã vnicum librũ, qui vocatur apud eos Dibrehaiamim. i. verba dierum, vt ait Iero. in Prologo Galeato, & in pri. Prologo super librum, qui incipit: Si septuaginta & tñ nos diuisimus illum in duos libros, quia etiã apud Hebræos multi alij sunt libri in vno volumine, qui apud nos diuiduntur: sicut patet de libris Reg. Nam Hebræi habent illos in duobus voluminibus, s. librũ Samuelis, & Malachim. j. Reg. Nos autem diuisimus illos in quatuor, vt patet per Ierony. in Prologo Galeato. Sic ẽt Græci illos diuisos habent, ipsos imitatur Ecclesia Latinorum in diuisione, & ordine. Causa aũt diuisionis fuit magnitudo voluminis, s. si totus Liber Paralip. esset vnicus, esset magnus, quia ẽt duo libri sunt satis magni, ideo diuiserunt illum in duas partes. Etiam ad hoc conferebat diuersitas materiæ. Nam oĩa, quæ habentur pertinebant ad Dauid: quæ aũt sequuntur pertinent ad alios: ideo conueniens fuit videretur liber. Cùm aũt deberet diuidi liber, rationabilius fuit diuidi per locũ istum, quã per alium, sicut declarabitur seq. quæst. Apud Latinos aũt causa p̃cipua diuisionis libri istius fuit imitatio Græcorum. Nã ipsi diuiserunt eum in duas partes, & Latini curauerunt sequi Græcos in diuisione librorum, & ordinatione eorũ, quia in hoc fuerunt rõnabiliter se habentes. Causa aũt motiua Græcorũ ad diuidendũ præcipuè vr̃ fuisse magnitudo voluminis, q̃a nõ cõsueuerunt tã magnos libros facere.

Ratio diuisionis libri Paralip. apud Græcos.

*Cur non fuerit diuisus Liber Paralipomenon in quatuor libros. Quæst. III.*

QVÆRITVR vlterius, cùm iste liber Paralip. diuisus fuerit, quare non fuit diuisus in quatuor libros. Nam debuisset diuidi in quatuor, quia in libro Paralip. tractantur oĩa illa, quæ habentur in libris Reg. & tñ illi diuisi fuerũt per quatuor libros, ideo etiam iste diuidi debuisset. Rñdendum, q̃ non debuit diuidi in quatuor partes pp multa. Primò ex diuisionis Hebraicæ dissimilitudine. Nam nos diuidimus Lib. Reg. in quatuor partes, qui apud Hebræos in duas diuisus est, quia quædam pars vocatur liber Samuelis, & alia Malachim. i. liber Reg. Iste tñ liber Paralip. siue Dibrehaiamim apud Hebræos vnicus est: ideo non debuit diuidi apud nos in tot partes, sicut liber Reg. Secunda causa est propter magnitudinẽ voluminis. Nam liber iste apud eos in duas partes diuisus est propter magnitudinem suam: Liber aũt totus Regum est valde maior quàm iste, ideo non debuit iste propter magnitudinem in tot partes sicut ille diuidi. Et propter hoc, quia multa continentur in libris Reg. quæ non sunt in Paralip. Nam liber primus Reg. est maior oĩum quatuor. Et tñ nihil eorum, quæ continentur in illo tractatur in libro Paralip. Etiam quia alia gesta, quæ continentur in secundo, tertio, & quarto libris Reg. plenius continentur ibi quã hic, cùm iste liber solùm sit introductus ad supplendum quædam, quæ non habebantur plene in lib. Reg. Item in libris Reg. ponitur mixtim historia Reg. Iuda, & Israel. In hoc aũt continetur sola historia Reg. Iuda: ideo necesse est, q̃ sit minor liber Paralip. Tertia causa fuit, & præcipua, quia dato q̃ liber iste deberet diuidi in quatuor partes paruulas, non esset locus, per quem conueniens fuit ter diuideretur: quod patet consideranti diuisionem quatuor librorũ Reg. Nam primus liber Reg. conuenienter diuiditur ab aliis: quia ille continet tempus solius regni Saulis. Secundus autem diuiditur à tertio, & quarto: quia secundus continet historiam solius temporis Dauid, & sequentes continent historias Reg sequentium. Tertius diuiditur à quarto, quia tertius continet statum regni Iuda, & Israel quandiu floruit. Quartus autem describit statum eorundem regnorum, quando vtrunque corruere cœpit, vt declaratum est in prologo quarti Reg. Liber autem Paralip. non potuit

Rõ diuisionis lib. Regum.



diuidi, quia non ponuntur hic gesta Saulis, quæ pertinent ad primum lib. Reg. Etiam non ponitur hic tanta enarratio calamitatum, & prosperitatum regnorum Iudæ, & Israel, vt distinguãtur libri duo per calamitatem, & prosperitatem. Item dato q̃ vellemus distinguere lib. Paralip. in multas partes, primus liber nõ debebat diuidi: quia totus ille est de gestis Dauid, vel de factis tempore eius præter quædã p̃ambula posita in principio libri, q̃ per se librũ cõplere nequeunt. Et sic debebat esse vnicus liber, sicut liber secũd⁹ regũ est vnicus, q̃a totus agit de gestis Dauid, & de factis tpe eius. Item secundus diuidendus erat in multas partes, si fortè eũ diuidere vellemus. Sed nõ põt fieri, q̃a desunt loca conuenientia, per quæ eũ diuidere possimus saltẽ in tres partes: q̃a ea, q̃ continentur in illo loco vsq; ad finẽ libri continentur in tertio, & quarto Reg. Et sic ad plus diuidi debebat in tres libros iste. Sed non potest conueuienter, quia non continentur tot, & tanta in isto libro sicut in illis duobus. Etiam illud, in quo fit sectio libri tertij, & quarti Reg. s. in historia Ochoziæ, & præuaricatione regis Moab, non continetur in isto libro, quia in Paralip. non agitur de statu regni Iuda. & Israel: sicut in libris Reg. sed solũ de statu regni Iuda. Non ergo debuit diuidi liber Paralip. in tres minores partes, sicut liber Reg. sed sufficit diuidi illum in duas. s. q̃ prima pars contineret historiam Dauid, & eorum, quę erant tempore suo. Secunda autem contineret particulas historiarũ oĩum regum Iuda sequentium. & sic factum est hic. Vnde in fine præcedentis libri dictum est de morte Dauid, & hic autem incipit de regno Salomonis, & continuantur historiæ aliorum regum Iuda.

*Quare non fuit positus iste liber vt historia. Quæst. IIII.*

QVÆRITVR vlterius, cùm Liber Paralip. sit suppletiuus eorum, quæ omittuntur in aliis libris, & potissimè in libris Reg. vt innuit Ierony. in epistola ad Paulinum capi. 7. & in prologo Galeato, & in libris Reg. ponitur historia Regũ Iuda, & Israel, vnde debebat poni vt hiret, vel suppletiones aliquæ circa historiam Regum Israel, cur non ponitur. Aliquis dicet, quòd ponuntur suppletiones circa historias regum. Israel, quod patet, quia infra 18. ponitur historia de Achab contra Ramoth Galaad: & inf. 2. poitur historia de nauibus Ochozię regis Israel frafactis Asiongaber: & inf. 12. ponitur historia de Iehu rege Israel occidẽte Ochoziam regem Iuda, & de multis alijs. Nam inf. 25. ponitur bellũ Ioas regis Israel cum Amasia: & infra 28. de rege Israel contra Achaz regem Iudæ. Dicendum tñ, q̃ istę non sunt suppletiones particularum omissarum in historiis regũ Israel, quod patet. Primò quia istæ particulæ historiarũ non ponuntur inquantum sunt partes historiarum regũ Israel, sed inquantum pertinent ad reges Iuda: nã aliquando erãt ibi facta, vel bella, quæ tractabantur inter reges Iuda, & Israel, & tunc illa pertinebant ad reges Iuda, & recitantur hic tanq̃ pertinentia ad reges Iuda. Et patet hoc, quòd in oĩbus, quæ in isto libro ponuntur de pertinentibus ad reges Israel, reperietur ẽt, q̃ pertinent ad reges Iuda. Patet in primo de bello Achaz, qđ habetur inf. 18. nam non ponitur, nisi quia in illo bello fuit cũ Achab ipse Iosaphat rex Israel, quẽ Deus miraculosè liberauit in bello. Item inf 13. ponitur bellum Ieroboã regis Israel, eo q̃ illud gestum est cũ Abia rege Iuda, vt patet ibidẽ. Item inf. 20. ponitur de fractio nauium Ochoziæ in Asiongaber, quia cũ eis quoq; fractę sunt naues Iosaphat regis Iuda, eo q̃ debuerunt eõicare homini impio. Item inf. 22. ponitur de factis Iehu, quia ipse occidit Ochoziã regem Iuda, quod patet, quia nihil ponitur ibi de gestis eius, nisi hoc, licèt multa fuerint, vt patet 4. Reg. 9. & 10. Itẽ inf. 25. ponitur de bello Ioas regis Israel: quia illud gestum est cũ Amasia rege Iudæ, vt ibidẽ. Itẽ inf. 28. ponitur de rege Israel, & de Israelitis pugnantibus, quia illi nocuerunt valde regno Iuda tẽpore Achaz regis Iuda, vt patet ibidẽ. Non ergo ponuntur hic istæ particulæ historiarum tanquã pertinentes ad reges Israel: sed tanq̃ pertinentes ad reges Iuda. Et signũ est, quia aliàs non ponerentur aliquę aliæ particulę historiarum regum Israel, quæ nullo mõ pertinerẽt ad reges Iuda. Sed nullę tales ponuntur. Secundò patet, quia si ponerentur in hoc libro suppletiones historiarum regni Israel, sicut regni Iudæ, ponerẽtur multę, & in multis locis, cũ multę sint illæ historię: & non ponuntur, nisi rarissimę: & in paucis locis, & paruę: ergo non fuit intẽtio scriptoris libri facere suppletiones illas. Confirmatur hoc, quia in libris Reg. postquam diuisum est regnum Israel, & Iuda, vt patet 3. Reg. 11. texitur historia vtriusq; regni in ipso libro, & in toto

Universidad de Deusto
Biblioteca



quarto Reg. & tanta diuagatio, & occupatio est circa historias regni Israel. Et interdum maior vt patet discurrendo illos duos libros. In libro tamen isto respectiuè nihil tangitur de supplemento historiarum regũ Israel, ideo non intendit auctor hoc facere. Aliquis dicet, q̃ facit in isto libro scriptor suppletionem historiarum regum Israel: & tñ pauca posuit de illis, eo q̃ pauca deficiebat de illis historiis, quæ supplenda essent. De historiis aũt regum Iuda deerant multa, & facta est magna suppletio. Dicendũ q̃ non stat, quia manifestum est, q̃ in historiis regũ Israel multa defecerunt, quæ non habentur hic: quod patet 3. Reg. 14. & 15. & 16. vbi sæpe remittimur pro eis, quæ dimissa sunt ad librum Sermonum dierum regum Israel: & tñ nihil de illis dicitur hic, cũ ibi agatur de Nadab filio Ieroboam: & de Baasa, & Ela, & Zambri, & Amri, de quibus nihil tangitur in libro isto. & generaliter consuetum est in 3. & 4. lib. Reg. vt cùm finitur narratio de aliquo rege Iuda, remittitur pro residuis ad librum dierum regum Iuda: & finita narratione de aliquo rege Israel: remittitur ad librum sermonum dierum regum Israel: & tñ nõ ponitur hic de quolibet rege Israel aliquid ad hoc, quòd ponantur omnes suppletiones historiæ regũ Israel: ergo non ponuntur omnes suppletiones historiarum regũ Israel: & sic non intendit scriptor ponere illas. Dicendum igitur, quòd in isto libro voluit ponere Esdras suppletiones historiarum regũ Iuda, & nihil tangere de regibus Israel, nisi inquantum historiæ aliquæ regum Israel pertinebant ad reges Iuda: sicut supra declaratum est. Et ratio huius est, quia iste liber non fuit introductus in sacra scriptura de intentione principali, sed solũ ad bene esse. s. ad supplendum quædã omissa, sine quibus non satis intelligeretur sacra scriptura, sed maneret aliqua ambiguitas. Istas autem suppletiones non curauit facere Esdras, nisi in rebus dignioribus, & magis necessariis. Est autẽ historia regum Iuda dignior, & magis necessaria. Nam iste est liber sacræ scripturæ, & ponit historias populi Dei. Regnum aũt Iuda erat populus Dei, & quamquam aliqui declinarent ad idola, ma nsit tñ semper ibi cultus veri Dei. Regnum autẽ Israel omnino declinauit ad idolatriam, & translati sunt omnes in Assyrios: vnde nec fuerunt postea populus Dei, & sic Esdras non curauit supplere historias pertinentes ad reges Israel, quia iam non pertinebant ad populum Dei, ita vt de illis aliquid scriptura sacra dicere deberet. Sed dicetur, cur in lib. Reg. posita fuit historia regũ Israel sicut regũ Iuda: cũ Esdras hic de illa nihil reperelit? Rñdendum, q̃ hoc fuit propter duo. Primũ fuit, quia tempore, quo scribebantur libri Reg. vt aliqui volunt, erant Israelitæ pertinentes aliqualiter ad populũ Dei, s. quædam pars decisa de populo Dei, quæ redire poterat ad cæremonias, & cõuersiones populi Dei, & tñ tempore Esdræ scribentis librum istum post captiuitatem Babylonis non erat Israel populus Dei, nec erat vlla spes de conuersione, ergo non curauit Esdras scribere aliquid de Israelitis. Ista ratio videtur quibusdam cõueniens. Et tñ non cõuenit, quia fuit scriptus liber Regũ per Ieremiam, qui fuit tempore captiuitatis Babylonis, vt probatum est in prologo supra tertium Regũ, & tũc non erant Israelitæ populus Dei, nec erat de illis vlla spes, quia iam erant translati in Assyrios nunquã rediturі, sicut prædixerat Osee propheta. Secunda est, & melior. s. q̃ conueniens fuit describi in libris Regũ historiam regum Israel, & populi Dei, quia licèt non fuerunt populus Dei tempore quo liber scribebatur, aliquando fuerunt s. antequam diuideretur regnum, cùm esset vnus populus. Vnde conueniens erat, q̃ describeretur historia regum Israel: quia fuerunt aliquando vnus populus Iuda & Israel. Ideo vt non putaretur semper vnus populus, debuit describi diuisio: & ne crederetur, quòd postea redirent ad vnitatem, conueniens fuit, quòd describeretur status, & processus regni Israel vsquequo ducti sunt Israelitæ in Assyrios nunquam rediturі. Et sic factum est, vt patet in 3. & 4. Reg. vsque ad 17. cap. 4. vbi agitur de translatione eorũ: & illud sufficiens fuit ne ignoraretur status illius populi. Iste autem liber non fuit introductus ad sciẽdum aliquid de nouo, sed ad plenè sciendum, auferendo oẽm ambiguitatẽ per suppletionẽ defectuum. Et tñ non erat opus haberi tam exactissimam cognitionẽ de regno Israel: ideo non fuit conueniens hic iterari aliquid, & suppleri de statu illius regni. Status autem regni Iuda erat magis necessarius quàm istud regnum fuit, cùm esset populus Dei: ideo circa statum eius debuit fieri suppletio omissarum historiarum: & sic factum est hic

2. causa, & melior.





# ALPHONSI TOSTATI

## Episcopi Abulensis

## IN LIBRVM SECVNDVM PARALIPOMENON COMMENTARIA.

### CAPITVLVM PRIMVM.

CONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & Dominus erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. Præcepitque Salomon vniuerso Israel, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum: & abiit B cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine. Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locum, quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalem. Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini, quod & requisiuit Salomon, & omnis Ecclesia. Ascenditque Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias.

*Confortatus.* Hic incipit secundus liber Paralipomenon, in quo Esdras scriptor eius repetit, & supplet omissa in libro tertio, & quarto Regum, quantum ad illa, quæ pertinent ad reges Iuda, nullam faciendo mentionem de regibus Israel, sicut declaratum est supra in prologo. Et agitur hic de gestis multorum regum, quorum primus est Salomon. Et secundùm hoc liber iste prima sui diuisione diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur Salomonis gesta. Secundò Roboam filij eius, & successoris facta infra decimo ca. Prima diuidit in duas, quia primò ponitur de operib' Salomonis erga Deum, secundò de operibus eius circa seipsum, infra 8. Nam regnum confirmatur, & beatitudo temporalis, si ea particula boni, quæ nobis cõmunicatur, Deo ascribamus, & secundùm eam ipsum colere nitamur. Sic fuit de Salomone, quia in principio regni sui occupauit se circa opera cultus diuini fabricando templum: deinde ad ea, quæ ad honorem, & vtilitatem suam pertinebant conuersus est. Prima in duas, quià cũ Salomon intromittat se de ædificatione, & ad hoc sunt aliqua præsuppositа necessaria. Primò ponitur id quod est præcedens apparitio. Secũdò ipsa fabricatio, infra 3. vbi iam incipit ædificare. Prima adhuc in duas, secũdùm, quòd sunt duæ dispositiones necessariæ, vna remota, & præueniens, & alia coniuncta, & consequens. Prima est prudentia in regente ad hoc, quòd sciat disponere quid est, quod in opere fabricari debet. Et quid est necessarium ad fabricationẽ. Secundum est collectio ipsarum materiarum, & artificum necessariorum ad opus. Primum ponitur hic, vbi agitur de sapientia data Salomoni in somniis, secũdùm quam ipse sciuit disponere omnia, quæ fieri debebant in templo. Secundum est in sequenti capiiulo, vbi ponitur congregatio materiæ, & artificum. Prima in duas: quia primò ponitur Salomoni facta reuelatio. Secundò reuelationis executio: ibi. *Congregauitque.* Nã promisit Deus Salomoni in somniis, quòd quia sapiẽtiam petiuerat, daret etiam illi diuitias, & potentiam: ideo ponitur hic de multitudine diuitiarum, quas congregauit. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur apparatio ad reuelationem. Secundò ipsa reuelatio ibi. *Ecce autem in ipsa nocte.* Circa primum dicitur. *Confortatus est ergo Salomon filius Dauid in regno suo.* Istud est continuatio ad finem præcedentis libri, quia ibi dictum est, quòd viuente Dauid Salomon constitut' est in regem. Hic autem dicitur, quòd confortatus

Quo regnum cõfirmetur.

Sapientia i somniis Salomoni data.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est in regno suo, scilicet subiecit illud sibi totum. Et omnes faciebant voluntatem eius. Istud autem commune est omnibus regibus, quia quando nouiter constituuntur reges non sunt adhuc confortati in regno: quia non sunt adhuc oĩa plenè eis subiecta, vel non disponuntur omnia per manum suam: & cùm omnia reduxerint ad manum suam, & omnes subditi eis obediunt, dicuntur confortati in regno: ita fuit de Salomone. Sed per quid fuit ista confortatio, dicetur infra in quadam sequenti quæstione. Et notatur in hoc tempus, in quo factum est quod habetur hic. Nam hic habetur de sapientia data Salomoni à Deo in somniis. Et ponitur tempus quando factum est, scilicet quando erat iam Salomon confortatus in regno. Quanto autem tempore durauerit antequam esset confirmatus in regno, & daretur sibi sapientia ista: declarabitur infra in secunda quæstione. *Et dominus erat cum eo.* Scilicet dirigendo omnia negocia eius prosperè: quia quidquid inciperet, prospere eueniebat. Etiam potest intelligi, quòd dominus erat cum eo quantum ad gratiam gratum facientem. Nam in principio regni sui fuit valde bonus, & non declinauit à viis Dauid patris sui, tertio Regum tertio capitu. & necessario esset tunc in gratia: in senectute autem deprauatum est cor eius per mulieres, 3. Re. 11. Et sic dñs erat cũ eo, quia in charitate erat. Quomodo autem apparebat Deum esse cum Salomone magis declarabitur infra in tertia quæstione. *Et magnificauit eum in excelsum.* Idest, dedit ei excellentiam magnam. Ista fuit in sapientia, diuitiis, & potentia, de qua declarabitur infra in quadam quæstione. *Præcepitque.* Præcedentia ponuntur per modum præambuli ad ea, quæ infra sequuntur de actibus Salomonis, quia illa significant statum Salomonis: & tempus quo facta sunt, quæ sequuntur. Et apponitur hic apparatio ad reuelationem faciendam Salomoni. Illa autem fuit in Gabaon, quando in somnis data est ei sapientia. Et ad hoc præmittitur apparatus, scilicet, quomodo Salomon iuerit in Gabaon, & ad quid iuerit, scilicet ad offerendum Domino sacrificium. Et cur iuerit, scilicet, quia erat ibi altare, quod fecit Moyses, in quo secundùm legem offerri debebant sacrificia. Et dicitur - *Præcepitque Salomon vniuerso Israel.* Scilicet, præcepit omnibus, vt se pararent ad ascendendum cum eo in Gabaon. An verò fuerit totus Israel, vel aliqua pars in Gabaon cum Salomone infra dicetur in quadam quæstione. *Tribunis, & centurionibus.* Istud ponitur expositiuè, & non per modum copulationis: quia vniuersus Israel, & tribuni, & centuriones non differunt, cùm tribuni, & centuriones sint quædam partes totius Israel. Sed ponitur totus Israel ad comprehendendum communitatem, deinde explicatur magis particulariter, qui erant isti, qui iuerunt in Gabaon cum Salomone. Vocantur tribuni principes super mille viros: centuriones principes super centum. Qui autem erant isti infra declarabitur. *Et ducibus.* Isti erant principes militiæ: qui erant parati ad bellum, quando opus esset pugnare. Vel fortè isti erant duces, qui seruiebant Salomoni per duodecim menses, sicut infra declarabitur. *Omnis Israel.* Supra ponebatur vniuersus populus Israel. Hic ponitur omnis Israel. Et tamen est differentia, quia supra ponebatur pro toto Israel in generali includendo tam principes quàm subditos, & ipsum vulgus. Et ob hoc postea ponuntur species principum, scilicet tribuni, & centuriones, & iudices, & principes familiarum. Hic autem ponitur rursus, & omnis Israel. Et capitur specialiter pro vulgo, vt distinguatur à principib⁹, quia iam omnes principes positi erat. *Et principibus familiarum.* Quælibet enim familia habebat vnum principem in Israel. Et isti principes erant viri honorati, quia erant maximi in ipsis familiis. Vnde non intelliguntur nomine vulgi. De ijs autem infra magis declarabitur. *Et abijt cum vniuersa multitudine.* Scilicet, Salomon habuit in comitatu suo eundo in Gabaon totam istam multitudinem. Et vocatur tota multitudo intelligendo tam principes quàm vulgares, cùm omnes supra positi fuerint. *In excelsum Gabaon.* Idest in vrbem Gabaon, quæ vocatur excelsum, quia ibi erat altare Domini, & offerebantur sacrificia. Aliqui errant in hoc putantes, quòd vocetur excelsum Gabaon, quia erat ciuitas posita in loco excelso, scilicet in montibus. Sed falsum est, quia vocatur excelsum, quia erat ibi altare. Nam omnia loca, in quibus erant altaria vocantur excelsa. Sic patet de regibus Iuda, qui boni erant: nam dicitur de illis, q erant boni, & tamen excelsa non abstulerunt, sed adhuc immolabat populus in excelsis: vt patet de rege Asa. tertio Regum decimo quinto, & de Amasia quarto Regum decimoquarto, & de Ozia quarto Regum decimo quinto. Et de aliis dicitur, quòd abstulerunt excelsa, sicut de Ezechia rege, & de Iosia quarto Regum decimo octauo, & vigesimo tertio, & infra trigesimo, & trigesimo quarto. Manifestum est tamen, quòd ibi non possunt accipi excelsa pro locis excelsis, scilicet collibus, & montibus, quia illa excelsa non poterant auferri, nec auferenda erant: & tamen laudantur quidam reges, quia abstulerunt excelsa, & alij vituperantur, quia non ea abstulerunt. Ergo non sunt excelsa ipsi montes, sed altaria, in quibus adolebatur incensum, & fiebant sacrificia. Et hoc patet ex prædictis locis: quia cùm dicitur de aliquo rege, quòd excelsa non abstulit, Sequitur: sed adhuc populus immolabat, & adolebat in excelsis. Et sic erat Gabaon excelsum, quia ibi immolabatur, cùm esset ibi altare Domini. Et patet hoc clarius tertio Regum tertio, vbi ponitur historia istius cap. & dicitur: Abiit quippe in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum, scilicet illud erat excelsum maximę venerationis, quia erat ibi templum Domini. Erat autem Gabaon quædã ciuitas in sorte Beniamin, vt patet Iosue 18. Et ibi erat piscina, & ager fortium, in quo vigintiquatuor viri fortissimi mutuis vulneribus concidere, secundo Regum secundo capitulo. *Vbi erat tabernaculum fœderis Dei.* Istud erat tabernaculum portatile, quod de vno loco ad alterum portabatur: & factum fuit istud in deserto, & duravit vsque ad fabricationem tabernaculi, siue templi Salomonis. Considerandum autem circa hoc, quòd tabernaculum accipitur hic largè pro tabernaculo, et atrio: quia tabernaculũ, & atriũ distincta sunt, vt colligitur Exo. 27. cũ tabernaculum sit intra atrium. Est autẽ tabernaculum quædam domus portatilis quadrangula, scilicet triginta cubitorum longitudine, & decem cubitorum latitudine, & erat facta de tabulis in tribus lateribus, scilicet Meridiano Aquilonari, & Occidentali. Ante autem Orientale latus erat porta, & operiebatur quodam tentorio, quod trahebatur ante fores ad ingrediendum, & postea claudebatur extendendo illud tentorium. Et tectum illius tabernaculi habebat quatuor operimenta, scilicet de cortiuis factis vario opere, et de sagis cilicinis, et de pellibus arietum rubricatis: et de pellibus hyacinthinis. Exod. vigesimo sexto. Intra istud tabernaculũ erant vasa sacra, in quibus ministrabatur, scilicet candelabrum, et mensa propositionis, et altare thymiamatum, et arca fœderis, et extra tabernaculum ad portam eius erat altare holocaustorum, in quo cremabantur carnes, vel adipes sacrificiorum. Et ibi erat etiam labrum æneum. Istud autem tabernaculum offe-

Quo tempore reges oẽs in regno suo confortati dicantur

Excelsa q̃ fuer.

Quæst. 4.

Quæst. 5.



portabatur de loco ad locum, quandocunque mouebantur filij Israel per desertum. Etiam postquam intrauerunt in terram Chanaan mouebatur de loco ad locum, quia nondum Deus determinauerat sibi locum, in quo firmiter maneret tabernaculum suum. Vade prius fuit in Silo, deinde in Nobe, postea in Gabaon, deinde in Ierusalem: vt declaratum fuit primo Regum septimo. Et nunc erat in Gabaon, quando cœpit regnare Salomon, et sic iuit illuc ad offerendum ibi sacrificia. Vocatur autem istud tabernaculum fœderis. Et vocatur arca fœderis, quia in illa custodiebantur tabulæ legis, scilicet decalogi, super cuius obseruatione fuerat factum fœdus inter Deum & populum, vt patet Exod. 19. & 24. *Quod fecerat Moyses.* Idest in erat fieri: nam ipse non fabricauit, sed iussit artificibus, quòd facerent. Quod patet, quia Deus elegit duos artifices, qui fecerunt omnia opera tabernaculi, scilicet Beselehel, & Ooliab. Exod. trigesimoprimo, & trigesimoquinto, & trigesimosexto. Poterat tamen adhuc ipse dici facere illud, quia dirigebat artifices in fabricando, quia ipse dicebat eis quid facere deberent, & ipse acceperat a Deo in monte exemplar iuxta quod facere deberet. Vade dixit ei Deus: inspice, & fac iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est, Exodi trigesimo quinto capit. *Famulus Dei.* Vocatur famulus Dei per excellentiam, quoniam ipse tempore suo fuit magis acceptus Deo, quam omnes alij, vt patet Nume. 12. scilicet: at non talis Moyses seruus meus, qui in tota domo mea fidelissimus est: facie ad faciem loquor ei, & non per ænigmata, & figuras Deum videt: & sic vocat homo Dei sæpe in Sacra scriptura, vt patet Iosue primo. & Malach. quarto. *In solitudine.* Fabricatus est tabernaculum istud in deserto, quia Moyses non fuit nisi in deserto: nam Moyses exiuit de Aegypto cum Hebræis, & antequam inde exiret, nihil tabernaculum est pertinens ad cultum Dei, cùm nondum populus accepisset legem, nec esset factus specialiter populus Dei. De deserto autẽ non exiuit Moyses, sed anno quadragesimo ab exitu de Aegypto mortuus est in solitudine, & non permissum est sibi, quòd introiret in terram Chanaan trans Iordanem, vt patet Deutero. tertio, & trigesimo primo, & trigesimo quarto, & Numer. 27. & sic quidquid fecit Moyses necesse est, quòd in deserto fieret. Factum fuit autem istud in deserto Sinai: nam ibi factum est quidquid pertinebat ad cultum Dei. Factum est autem anno primo ab exitu de Aegypto. Quod patet, quia anno primo ab exitu de Aegypto mense tertio prima die mensis venerunt Israelitæ in desertum Sinai, Exod. decimo nono, & ibi post tres dies, vt colligitur ex litera, vel post sex, vt alij volunt, data fuit lex, vt patet ibidem. Et post parum tẽpus, confirmata lege, Moyses ascendit in montis cacumen ad Deum: & stetit ibi cum eo quadraginta diebus, & totidem noctibus: accepitque tabulas legis, & fregit illas. Exod. vigesimo quarto, & trigesimo secundo: & rursus ascendit ad Deum, & stetit cum eo aliis quadraginta diebus, & totidem noctibus, deditque ei alias tabulas ad instar primarum, Exod. 34 & Deutero. 9. & tunc etiam dixit ei de fabricatione tabernaculi, & aliorum vasorũ suorum: sicut Exod. a cap. 25. vsque ad 33. & cùm descendit Moyses secunda vice de monte incepit cum diligentia fabricare opus sanctuarij, Exod. 34. & 35. & fuit istud opus finitum ante finem eiusdem anni, vel saltem in fine eiusdem. Nam prima die anni secundi ab exitu de Aegypto erectum est tabernaculum, & posita fuerũt omnia vasa in locis suis, vt patet Exod. vltimo. Vnde fabricatio eius in pauco tempore consummata est, scilicet, non in septem mensibus, vel quasi, vt declaratum est Exod. 19. & 24. *Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim.* Erat arca Dei in Cariathiarim, & Dauid adduxit eam inde in Ierusalem, sicut declarabitur infra in quadam quæstione. Vocatur arca Dei ad differentiam aliarum arcarum, quæ non erant sanctuarij. Vel vocatur arca Dei specialiter, quia specialiter pertinebat ad Deum: & hoc quia erat ibi fœdus Dei qđ Deus fecerat cum Israelitis de obseruanda lege, vt supra dictum est. Etiam specialis, quia in illa arca erat Deus magis quã in aliquo alio loco sanctuarij. Nam super arcæ opertorium quod vocabatur propitiatoriũ, erat inter alas duorum Cherubim Deus sedens secundùm opinionem Iudæorum. Et sic dicitur, sedere super Cherubim, 2. Reg. 5. & Psalm 79. & patet per hoc: qa ibi audiebatur vox loquentis, & respondentis ad oĩa inquisita: & ille respondens putabatur esse Deus, licèt non erat. Quod patet Num. 7. q̃ cũ Moyses dubitaret de aliquo, & vellet habere responsum introibat in sancta sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de super propitiatorio inter alas Cherubim. Erat tamen Angelus ille, qui loquebatur: sicut ibi probatum est, quia Deus loquutus non potest: & ob hoc putabatur arca esse diuina res, & erat in maiori veneratione quàm aliquid aliud de toto sanctuario. Et etiam erat in loco magis occulto, quia ipsa sola erat intra sancta sanctorũ post velum. Reliqua autem vasa erat in parte anteriori, & exteriori tabernaculi, vt colligitur Exod. 26. & sic rectè vocatur arca Dei. Est autem Cariathiarim ciuitas quædam in sorte Iudæ: Iosue 15 ca. *In locum quem parauerat ei.* Dauid desiderans Dei cultum augere, voluit transferre arcam Dei, quæ erat in Cariathiarim ad aliũ locum honorabiliorem: & parauit ei locum in Ierusalem. *Vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalem.* Habebat Dauid domus pulchras cedrinas in Ierusalẽ, vt patet præcedenti libro capitulo 17. Quandam autẽ illarum seperauit, & ibi posuit tabernaculum de pellibus hyacinthinis, vbi poneret arcã: & ibi mansit multo tempore, vt patet præcedenti libro capitu. 15. & 16. *Altare autem æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat.* Scilicet, in Gabaon, quò iuit Salomon nunc, erat altare æneum, quod fecerat Beselel. Iste fuit præcipuus artifex in opere sanctuarij in deserto. Eum enim elegit dominus, & repleuit prudentia, & sapientia artis, sicut dicitur Exo. 32. & ei cõmissum est totum opus cum socio Ooliab. *Coram tabernaculo Domini.* Scilicet, altare istud erat coram tabernaculo: ideſt ante fores eius, quia non introducebatur in illud: cuius causa ponetur infra in quadam quæstione. Vocatur æneum, non quòd totum esset de ære, quia parietes eius de lignis setim erant, Exod. 27. Sed erat opertum laminis æneis opere reticulato, vt patet ibidem. *Quod requisiuit Salomon, & omnis Ecclesia.* Scilicet, ad requirendum istud altare venerat Salomon, & tota Ecclesia, siue multitudo Iudæorum. Nam motiuum Salomonis veniendi in Gabaon fuit ad offerendum sacrificium in altari illo. *Ascenditque Salomon ad altare æneum.* Scilicet, ascendit ad appropinquandum altari, vt offerret sacrificia. Non tamen faciebat ipse cæremonias sacrificiorum in altari: quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat, illis offerebat illis animalia, quæ ipsi immolare deberent. *Coram tabernaculo fœderis Domini.* Scilicet, quod ante portam tabernaculi erat ad latus Aquilonare, vt colligitur Leu. primo cap. *Et obtulit in eo mille hostias.* Ideſt, obtulit mille animalia, vt ibi cremarentur carnes vel saltem adipes eorum. De istis animalibus, quod genus sacrificij factum fuerit, scilicet, an holocaustũ, vel hostia pacifica, vel pro peccato, declarabitur infra in quadam quæstione.

Deus loq̃ non põt.

Infra q. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quomodo confortatus sit Salomon in regno suo.*
*Quæst. I.*

QVAERITVR circa prædicta, quomodo Salomon confortatus est in regno suo: vel quid est quòd fecit per quod confortabatur in regno. Dicendum, quòd pacificare regnum ad hoc, quòd totum sit sub potestate regis, & nullus ei repugnet est confortari. Istud autem non conuenit regibus à principio, quia non habent omnia ad plenum sub manu sua, nisi procedente tempore. Cùm autem oĩa hæc reducta fuerunt ad manum Salomonis, dictus est ipse confortatus in regno. Pro quo sciendum, quòd ante mortem Dauid cùm iam esset senex, erat quædã contentio inter filios quis regnaret. Adonias autem erat maior cęteris, & pulcher atq; valde dilectus à Dauid, & fecerat sibi currum, & equites, dicebatque, ego regnabo. Dauid autem licèt videret insolentiam huius non corripuit eum, quia tenerè eũ diligebat. Postquam autem Dauid erat in lecto, & videbatur morti propinquus: Adonias, nesciente Dauid, fecit se vngi in regem habẽs secum multos fautores, scilicet Ioab principẽ militiæ, & Abiathar sacerdotem summum. Cognito autem hoc Dauid, fecit eadem die vngi Salomonem in regem. tertio Regum primo. Et quia ista vnctio fuerat facta in discordia, ne post mortem Dauid oriretur controuersia inter filios suos: & Adonias prætenderet se habere ius ex vnctione sua concordauit Dauid omnes filios suos, vt obedirent Salomoni: & omnes principes regni sui induxit ad hoc. Quo facto fecit Salomonem vngi altera vice. Et factum est hoc viuente Dauid, vt patet præcedẽti lib. cap. vltimo. Sed adhuc hoc facto non mansit plenè pacificum regum in manu Salomonis. Nam Adonias cum Ioab, & Abiathar tractabat quomodo posset Salomonem expellere de regno, & ad hoc petiuit Abisag adolescentulam Dauid in vxorem: Tertiò Regum 2. Et tunc Salomon fecit occidi Adoniam fratrem suum, tanquam insidiantem sibi. Ioab quoque principem militie fecit occidi, & Abiathar sacerdotem fautorem Adoniæ exilio tradidit, iubens, vt maneret semper in Anathoth: & nunquam rediret ad curiam regis, eodem capitu. Et tunc excluſis insidiatoribus suis, confortatũ est regnum in manu eius, quia iam non manebat aliquis, qui ei repugnaret. Istud autem factum erat quando Salomon ascendit in Gabaon. Ideo dicitur, quòd confortatum est regnum in manu Salomonis.

*Quo tempore iuit Salomon in Gabaon.*
*Quæst. II.*

QVAERITVR vlterius, quo tempore iuit Salomõ in Gabaon, de quo hic dicitur, scilicet quo anno, vel tempore regni sui. Dicendum, q̃ factum est postquam confirmauit sibi regnum, occidendo aduersarios suos. Et fuit hoc antequam inciperet ædificare templum. Patet hoc ex ordine literæ hic. Nam prius ponitur hic confortatio regni: deinde quomodo iuerit in Gabaon: postea infra 3. incipitur ædificatio templi. Et patet etiam magis ex ordine literæ tertii Regum: quia à principio vsque ad tertium capit. ponitur confirmatio regni, delendo aduersarios: in capit. tertio ponitur, quòd iuerit Salomon in Gabaon. & in sexto ponitur de ædificatione templi. Dicendũ autem, quòd fuit hoc in tertio anno regni Salomonis, vel in quarti anni principio. Quod patet, quia tertio Regum tertio ponitur, quòd confirmato regno iuit Salomon in Gabaon, & confirmatio non fuit vsque post tres annos finitos: ideo finito tertio anno fuit istud. Patet hoc, quia confirmatio regni Salomonis fuit postquam occidit omnes aduersantes sibi, & patri suo Dauid, scilicet Adoniam, Ioab, & Semei. Fuit tamen occisus Semei tribus annis post principium regni Salomonis. Nam Salomon in principio regni sui dixit Semei, quòd non exiret de Ierusalem, & post tres annos fugerunt serui Semei in Geth, & iuit vt reduceret eos: & tunc Salomon occidit eum, quia fecit contra mandatum suum, tertio Regum secundo. Et sic ad minus tres anni erant elapsi, antequam confirmatũ esset regnũ Salomonis, & post confirmationẽ istam Salomon iuit in Gabaon, vt hic dicitur. Aliquis autem dicet, quòd licèt patet, quòd fuerit istud post confirmationem regni, tamen non apparet, an paruo tempore, vel magno post confirmationem regni fuerit istud: & sic poterat esse, quòd anno decimo, vel duodecimo regni Salomonis fuerit istud. Dicendum, quòd non stat; sed illico post confirmationem regni fuerit. quod patet, quia fuit istud antequam inciperet ædificatio templi, vt patet ex ordine literæ hic, & tertio Reg. à principio vsque ad sexto capi. Et tamen cœpit ædificatio templi in principio anni quarti regni Salomonis, vt patet tertio Regum sexto. Ergo in principio anni quarti ipsius fuit hoc. In isto aũt libro omituntur omnia, quæ habentur tertio Regum 1. & 2. eo quòd ibi plenè posita sunt, & nõ oportebat illa repeti. & sic factum est de multis aliis, quæ non tanguntur in hoc libro, & ponuntur in 3. & 4. Regum.

*Quomodo dominus erat cum Salomone.*
*Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Dominus erat cum Salomone, & per quid cognoscebatur, quòd dominus erat cum eo. Dicendum, quòd potest intelligi dupliciter. Vno modo, q̃ Deus erat cum eo gratificando eum: sic dicitur esse Deus cum omnibus illis, qui sunt in charitate acceptando his quæ opera eorum. Alio modo est Deus cum aliquo dirigendo opera eius ad prosperum euentum. Primò modo potest dici, quòd erat Dominus cum Salomone: scilicet per gratiam. Nam siquis est in charitate, Deus est in eo. Iuxta illud prima Ioan. 4 scilicet: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et non solùm est Deus in eo, imò etiam est idem cum Deo, vt patet secunda ad Corint. sexto. Qui diligit Deum vnus spiritus est cum eo. Salomon autem erat isto tempore in charitate, ideo erat Deus cum eo. Patet hoc, quia Salomon a principio fuit à Deo dilectus vsquequo peruersum est cor suum per mulieres: nam antequam nasceretur Deus dilexerat eum dicens: ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, secundo Regum septimo, & præcedenti lib. ca. decimo septimo. Et in natiuitate sua ostendit, quòd diligebat eum: nam cum mater sua imposuisset ei nomen Salomon, misit Deus Nathan prophetam ad ponendum ei aliud nomen: vocauitque eum Ididia: idest amabilis domino, & subditur ibi causa. scilicet quòd dilexit eum Deus, secundo Regum duodecimo. Deinde semper fuit vir laudabilis. Nam postquam factus est rex, vsquequo cõfirmatum est regnum in manu eius, non peccauerat: quia tertio Regum tertio dicitur: Dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patri sui. Erat ergo in charitate, cùm Deum diligeret. Et si nunc Deus erat cum eo. Iste modus est verus, & satis cõueniens, sed nõ est iste, quem



quem intedit litera, quia hic agitur de consortatione regni, quæ erat bonum temporale, ideo quòd Deus esset cum eo debet intelligi secundùm relationem ad bona temporalia. Et dicendum quòd Deus dicitur esse cum aliquo, quando facit eum prosperari in omnibus actibus suis: nam bona ista temporalia, & quęcunque prosperitas, licèt absolutè parua: si bona sunt, a Deo tamen sunt. Et quia non potest homo illa habere sine diuina dispositione: quando alicui ista abundanter eueniunt, dicitur ille Deum habere placatum, & Deus esse cũ eo. Et potissimè homines dicunt Deũ esse cum aliquo, quando prosperitas sua euenit sine labore: & in magna quantitate, quia tunc non possum illud attribuere humanę industrię vel labori, quia nõ perueniunt ad tantum: ideo oportet reduci in aliquã causam superiorẽ, scilicet in Deum. Et sic volunt q̃ Deus det illa bona specialiter quę sic homini eueniũt. Et ista fuit intentio popularium ab antiquo, sic patet de Abimelech rege Gerarę, & Philisthinis: qui viderunt Isaac subito multiplicatum in diuitiis: & putauerunt Deum esse cum eo, dicentes: vidimus Deum esse tecum, ideo diximus sit pactum & iuramentum inter nos, ne noceas nobis, sicut nec nos quidquam tuorum attigimus: Genesis 26. Patet etiam de Ioseph, in cuius manu negocia prosperabantur: & propter hoc Dominus suus putauit Deum esse cum eo. Genesis 39. scilicet. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cũctis prosperè agens, habitabatque in domo Domini sui, qui optimè nouerat Deum esse cum eo: & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. De Salomone autẽ sic fuit in exordio regni: nam incipiebat res magnas, & difficiles, & omnes ei prosperè eueniebant. Habebat namque Adoniam fratrem suum, & Ioab principem militię, & Abiathar sacerdotem insidiatores suos ad expellendum eum de regno, qui erant viri potentes: & tamen ipse eos occidit, & cæteros sibi pacificauit 3. Reg. 2. Et hęc faciliter fecit nihil mali passus, ideo Deus erat cum eo. Et istud est quod intendit litera. Etiam Salomon in breui tẽpore ad magnas diuitias, potestatem. sapientiam, & terrena bona ac tẽporalia peruenit, ad quæ alij sic peruenire nõ possent, ideo Deus erat cum eo.

*Quid erat illud, in quo Deus magnificauit Salomon.*
*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicitur hic, quòd Deus magnificauit Salomonem in excelsum: quid erat istud, in quo illum magnificauit. Aliqui respondent quòd fuerunt diuitiæ. Nam Salomon peruenit ad tantas diuitias, vt nullus regum, qui fuerant ante eum tot diuitias habuisset, tertio Reg. 3. etiam magnificatus est in gloria throni sui, & ędificiorum, & ministrorum: & totius apparatus domestici. Nullus enim regum talem apparatum habuit: vnde regina Saba videns ordinem ministrorum Salomonis: & omnia, quæ erant in domo sua, admirata est, neciam habebat spiritum: tertio Reg. 9. Et quia superauit etiam alios hoies sapientia, quia nullus tã sapiens fuit ante eum, nec post erit 3. Reg. 3. et. 4. Etiam magnificatus est in latitudinem cordis: sicut dicitur 3. Reg. 4. Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, sicut arenam, quæ est in littore maris. In omnibus iis magnificatus est super alios homines. Sed obiicietur, quòd non intelligatur de hoc, quia licèt Salomon habuerit omnia bona, tamen non habuerat aliquod istorum in excellẽtia hoc tempore, antequam iret Salomon in Gabaon: & tamen tũc Salomon nõ peruenerat ad magnas diuitias, quia istas obtinuit Salomon mittendo in Ophir, & in Tharsis, et ad alias insulas, vt patet 3. Reg. 10. et infra 9. Et istud non faciebat Salomon adhuc, quia nunc incipiebat regnare, cũ nũc confortaretur regnum eius. Eodem modo apparet de gloria sua quia gloria euenit Salomoni ex duobus: scilicet ex sapientia, et ex diuitiis, vt colligitur tertio Regum decimo: nam maxima gloria sua erat in ordinatione rei familiaris, et istud ad prudentiam pertinet. Et tamen Salomõ nondum habuerat diuitias in abundantia, vt supra dictum est. Etiã nondum habuerat sapientiam, vt mox dicetur: ideo non erat magnificatus in gloria. Etiam non erat magnificatus in sapientia, quia non collata fuerat sibi à Deo, quia collata est quando iuit in Gabaon, vt patet infra in litera, & tertio Regum tertio. Respondeti potest dupliciter: vno modo, quòd Salomon magnificatus fuerit in excelsum per omnia ista, quæ nominata sunt. Et cùm obiicitur, quòd nondum Salomon ista habuerat, concedendum est. Ponitur tamen hic per anticipationem, quia hic agitur de statu Salomonis, qui respicit totum tempus eius, & postea dicitur de gestis ipsius. Et sępe in scriptura fit talis anticipatio, & recapitulatio. Alio modo potest intelligi, quòd Salomon magnificatus esset non per aliquid istorum, sed solùm per confirmationem regni. Nam cùm non esset regnum confirmatum, non erat Salomon magnæ gloriæ, nec potestatis. Cùm autem fuit confirmatum, fuit ipse potens, & exaltatus nimis super omnes de regno suo. Primus tamen sensus conuenientior est.

*Quomodo iuit Salomon cum vniuersa multitudine Israel in Gabaon. Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur, q̃ Salomon iuit cum vniuersa multitudine Israel in Gabaon. Nam non videtur verisimile, quòd ad eundum in Gabaon haberet secum totam multitudinem Israel comitantem. Aliquis dicet, quòd Salomon secum tulit multitudinem totam ad honorem festiuitatis, quam facere volebat: nam obtulit mille hostias, vt patet in litera. Et vt melius, & solennius fieret ista festiuitas, habuit secum totam multitudinẽ. Dicendum tamen, quòd hoc non est intelligendum, quòd omnino totam multitudinem Israel duxerit secum Salomon, ita quòd nullus maneret in aliquo loco certo in Israel, sed irent omnes cum Salomone, quia tanta multitudo erat superuacua, nec posset commodè illuc ire: quia necesse erat, quòd aliquis tantæ multitudini ministraret, & alia erant negocia, vel opera, quo amitti non poterant, ita vt omnes irent cum Salomone. Sed dicendum, quòd Salomon vocauit de toto Israel viros excellentiores, vtpote tribunos, centuriones, duces, & iudices, & de reliquo populo magnã multitudinem, & ferendo secum istos diceba tur ferre totam multitudinem, quia in scriptura iste terminus totus, vel omnis: non tenent vim suam, ita quòd faciant distributionem pro omnibus partibus integralibus, vel subiectis, sed accipiuntur pro multis. Et interdum minor pars vocatur omnis, scilicet, minor pars populi totus populus. Istud autem prouenit ex modo loquẽdi popularium, qui nõ seruant istas distributiones, & sacra scriptura sequitur modum loquendi vulgarium. Causa autem, quare Salomon tantam multitudinem secum tulit, non videtur fuisse ad honorem regalem, quia ipse tanta multitudine semper constipatus incederet, sed fuit ex causa specialì: scilicet voluit facere festiuitatem magnã in Gabaõ.

Causa quare Salomõ tulit secũ tantã multitudinem in Gabaõ.

Et

Et quia festiuitas maxime solẽnizatur ex præsentia multitudinis. Nam vbi pauci sunt etiam si multæ cęremoniæ teneantur non est magna solennitas voluit habere secum magnam multitudinem, & honorabilem, scilicet quæ erat præcipua in Israel. Quod autem voluerit facere festiuitatẽ, patet quia obtulit mille hostias, & tamen ista erat oblatio valde excellens, ideo nõ erat quotidiana, sed specialis pertinens ad magnam festiuitatem. Patet etiam: quia Salomon cùm haberet locũ offerendi Domino in Ierusalem coram arca, vbi Dauid pater suus faciebat sacrificia, noluit ibi offerre nũc, sed iuit in Gabaon ad offerendum. Item patet, quia istud semel tantùm esse factum legitur. Et tamen si non esset opus magnæ festiuitatis sæpe fieret. Voluit ergo facere Solomon aliquam magnam solennitatẽ in Gabaon, & ad hoc secum tulit totam istam multitudinem. Sic enim fecit Dauid quando voluit facere solennitatem magnam in portatione arcæ cùm portauit eam de Cariathiarim in domum Obededom, siue de domo Obededom in domum suam. Nam congregauit tunc totum Israel, vt patet secundo Regum sexto, & prędcedenti libro cap. decimotertio, & decimoquinto. Causa autem quare Salomon faceret istam solennitatem magnam, & offerret tam Magnificas hostias videtur fuisse ad reddendum Deo gratias de collato beneficio. Nam in principio regni sui erat in quadam anxietate propter magnos insidiatores, quos habebat. Deus autem dederat iam omnes sub pedibus eius, & pacificauerat regnum sibi: ideo pro tanto beneficio volebat gratias agere, & obtulit mille hostias. Ista causa, licãt non exprimatur in litera: colligitur tamen ex ordine eius, quia supra dicitur, quòd confirmatum fuit regnum in manu Salomonis, & subditur quòd iuerit in Gabaon illico: ideo videtur, ꝙ propter illud factum fuerit: cũ idem ordo ponatur hic et 3. Reg. cap.

*De tribunis, & centurionibus, qui erant cum Salomone.*
*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, de istis tribunis, & centurionibus, qui iuerunt cum Salomone, qui erant. Aliqui volunt, quòd erant isti de successorib' illorum tribunorum, & centurionum, qui constituti sunt in deserto propter consilium Iethro Exodi 18. Et postea putant, quòd isti habuerunt successores alios, & durauit ille ordo vsque ad tempus Salomonis. Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primò quia ille ordo non potuit durare postquam Israelitæ cæperunt habitare in terram Chanaan distincti per loca, sicut in deserto, quia in deserto erat totus populus vna multitudo, quæ poterat conuenienter diuidi per tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos. Postquam autem fuerunt in terra Chanaan distincti per loca nõ poterat fieri ista diuisio, quia in aliquibus locis essent decani qui non haberent quinquagenarium, eo quòd non erant quinque decani, & alibi essent centuriones non habentes tribunum, & sic de cæteris, ideo nõ mãsit iste ordo. Secundò patet, quia hic ponuntur centuriones, & tribuni, deinde iudices: & tamen centuriones & tribuni, qui erant in deserto, & constituti fuerunt per Moysen erant iudices, vt patet Exod. 18. et Deut. 1. Et isti non erãt iudices, cùm ponantur iudices ab eis distincti, ergo non erant de illis tribunis, et centurionibus. Tertiò patet, quia illi centuriones, et tribuni positi fuerant ad iudicandum, vt dictum est, et tamen non manserunt iudices in terra Chanaan in populo Israel, quales erant in deserto, sed mutatus fuit ordo eorum, vt ait Iosephus 4. Antiquita. ideo nõ manserunt aliqui successores illorum centurionum, & tribunorum post introitum in terrã Chanaan. Dicẽdum ergo, quod isti centuriones & tribuni erant principes exercitus non quidem principes maximi, sed alij minores. Pro quo sciendũ, ꝙ ad hoc quòd esset ordinatus exercitus Dauid, ipse diuiserat illum per partes ponendo quamlibet partẽ sub duce suo immediato, vt scirent omnes, cui deberent obedire, & non esset uid. multitudo deordinata. Et sic diuidebat exercitum per decanos, tribunos, & centuriones: & quilibet istorũ habebat curam de subiectis sibi, & illi solum principẽ suum respiciebant. Sic patet 2. Reg. 18: quando Dauid instruxit bellum contra filium suum Absalon. Nam diuisit populum per tribunos, centuriones: & deinde totam multitudinem sic diuisam dedit sub manu trium maximorum principum, vt patet ibidem. Hunc modum habebat Salomon filius eius: ideo habebat centuriones, tribunos, & quinquagenarios, qui erãt principes pro tẽpore belli & isti semp manebãt in isto principatu, licèt non esset bellũ, & isti principes cõstituebantur etiam super aliquã officia regis: sicut Dauid habebat principes substantiæ suæ, scilicet œconomos prædcedenti Lib. capi. 27. Et illi erant tribuni, & centuriones: eo. Lib. cap. 18. Istos autem vocauit nũc Salomon ad eundum in Gabaon, , quia erant viri honorabiles.

*Qui erant isti duces.* *Quæst. VII.*

QVEARITVR vlterius, de ducibus, de quib' hic dicitur, qui erant. Aliquis dicet, quòd isti erant centuriones, & tribuni, qui prędcrant partibus exercitus, vt declaratum est prædcedenti quæstione. Sed dicetur quòd non stat, quia hic distinguuntur duces, et tribuni, & centuriones, quia primò ponunt centuriones, & tribuni, et deinde duces. Ailquis dicet ꝙ erant isti duces duodecim viri qui prouidebãt domui Salomonis quantum ad omnia necessaria per duodecim menses anni, et quilibet prouidebat vno mense. Habebat autem quilibet istorum certam partem rerã sibi subiectam, de qua colligebat redditus Regis, & de illis prouidebat domui regis vno mense, de quibus patet tertio Regum quarto. Et iste modus satis conueniens est. Alio modo potest dici, quòd isti duces erant duodecim principes turmarum. Pro quo sciendum, quòd Dauid habebat duodecim principes tutmarum suarũ, per quos erat tota multitudo distinctè subiecta, et sub quolibet eorum erant vigintiquatuor millia virorum, & ministrabat quilibet istorum vno mense coram rege manendo semper in curia, vt patet prædcedenti libro vigesimo septimo capitu. Ita credendum est de Salomone, cùm gloria regni sui nõ esset minor quàm gloria regni Dauid, imò maior, quòd ipse haberet istos dũodecim principes turmarũ, & isti vocarentur duces. Alio modo potest intelligi, quòd isti essent principes belli. Ita quod Salomon aliquos viros assignasset, vt cẽnt principes bellorum, vt isti essent magnæ potestatis. Sed aliquis obijciet, quòd non stet, quia supra ponebantur tribuni, & centuriones: & isti erant principes exercitus, cũ per eos distinctus esset exercitus, vt supra declaratum est. Dicendũ, quòd non stat, quia illi erant principes exercitus, sed non principes summi, vnde non propriè vocantur duces: sic patet 2. Regum 18. in bello, quod fecerunt serui Dauid contra Absalon: nam Dauid diuisit



uisit totum populum per centuriones, & tribunos, & postea tradidit totum populum in manu trium ducum. Et sic centuriones, et tribuni non vocantur ibi duces. Ita poterant nunc esse duces belli, et non essent centuriones, nec tribuni, et ratio est, quia erant maiores quàm centuriones, et tribuni, cùm tribuni solum præsint mille viris, et tales duces præerant magnæ multitudini.

*De iudicibus, de quibus hic habetur.*
*Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, de iudicibus de quibus hic dicitur, qui erant. Respondendum quòd iudices in Israel cęperunt hoc modo. Nam antequã filij Israelitæ exirent de Aegypto non erat vnus populus, sed erant serui Aegyptiorum, & non habebant per se iudices tanquam distinctus populus. Vel si aliquos iudices habebant, illi erant positi ab Aegyptiis. Cùm autem exierunt Israelitæ de Aegypto, venerũt in libertatem, & tunc cœperunt esse populus. Et quia Moyses fuit tunc ductor eorum, & princeps in exitu de Aegypto, ipse etiam solus erat iudex. Et quia populꝰ erat valde multus erant causæ multæ, nec poterat eas diffinire Moyses: vnde sedebat Moyses ad iudicandũ à mane vsque ad vesperam: & tamen non poterat explere diffinitionem causarum. Cùm autem venit eiꝰ socer Iethro sacerdos Madian, viditque eum sic affligi, ait: stulto labore cõsumeris tu & populus, qui tecũ est: supra vires tuas negocium est, solus non poteris illud sustinere: & tunc consuluit ei, quòd acciperet alios iudices, faciẽdo quòd distingueret totum populum per decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos, & illi iudicarent in rebus paruis, & Moyses in rebus magnis, & in illis, quæ ad Deũ pertinebãt: & etiam quòd deuoluerentur ad eum quęcunque causę per appellationem. Exod. 18. Fuit autem facta ista ordinatio Iudicum anno primo ab exitu de Aegypto in principio anni, scilicet, quando venerunt Israelitæ mense tertio in desertum Sinai, vt declaratum est eodem capit. Deinde mansit iste ordo Iudicum. Sed adhuc non sufficit hoc Moysi, quia causæ graues vrgebant eum: ita vt solus non posset illas sustinere. Et cùm oraret Deum, quòd occideret eum, vel solueret de hoc labore, dedit ei Deus septuaginta seniores cõsocios, qui haberẽt spiritum propheticum, & adiuuarẽt Moysen in causis arduis, & factum est istud in sepulchris concupiscentiæ: Numeri. 11. Et fuit anno secundo ab exitu de Aægypto. Nam vsque ad Cadesbarne pernenerunt Israelitæ illo secundo anno, vt declaratũ est Num. 13. & 33. & durauit iste ordo septuaginta seniorum cum quinquagenariis, decanis, centurionibꝰ & tribunis vsque ad introitum terrę Chanaan: & cùm quotiebatur quispiam istorum, subrogabatur alius loco eius. Cùm autem Israelitæ cæperunt habitare distinctè per loca terræ Chanaan, cessauit ordo centurionum, tribunorum, quinquagenariorum, & decanorum: vt probatum est supra in quadam quęstione, quia nõ poterat ibi competenter seruari iste ordo. Mansit autem ordo septuaginta seniorum, quos instituerat Moyses, & fuerunt tunc duo ordines Iudicum. Quidam iudices fuerunt magni, ad quos causæ vltimatè deuoluebantur. Alij autem erant iudices minores distincti per singula loca. De iudicibus minoribus dicendũ, quòd in quolibet loco erant constituti aliqui iudices oriundi de ipso loco secundùm exigentiam loci multi, vel pauci. Et quia isti erant laici, qui non erant multum dediti studio legis, & consequenter non erant nimis introducti circa leges fora-

dici duo Leuitę, vt ait Iosephus quarto antiquitatum. Et hoc verisimile est, quia ad iudicium Leuitarum pendebat totus status populi, vt patet infra trigesimoquinto. scilicet Leuitis quoque ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur. Et infra decimonono Sacerdotibus, & Leuitis commissa est cura iudicandi a Rege Iosaphat. Isti iudices minores iudicabant in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus: & tamen per appellationem deuoluebantur causæ ad alios iudices maiores. Isti namque iudices minores successerant loco decanorum, quinquagenariorum, centurionũ, & tribunorum. Loco ãt Moysi, & septuaginta seniorũ successerũt aliis iudices, qui vocabantur domus iudicij, vel consilij: & vocabantur seniores. Erant autẽ isti septuaginta iudices, qui creduntur esse de sacerdotibus, & Leuitis, vel, vt aliqui volunt, erant de laicis: & princeps eorum erat summus sacerdos, sicut Moyses erat princeps septuaginta seniorũ in deserto: & isti omnes conueniebant ad cõcilium celebrandum, & audiẽdum causas in quadam domo, quæ erat in templo Salomonis: scilicet in atrio eius ad latus meridianũ. Sic dicitur prędcedenti Lib. ca. 26. scilicet, quòd domus seniorum, & concilij erat ad austrum: & erant Leuitæ custodes eius. Omnes isti seniores erant iudices: sed non omnes sententiabant, sed solus sacerdos, vel ille, qui tenebat locum eius: & alij concordabant, vt colligitur Deuteron. 17. Et si quis non obediret illi sententiæ, occidebatur: nec erat vltra appellandum. Iste ordo iudicum mansit sẽper: vsquequo Ierusalem destructa est per Romanos post mortẽ Christi: nam Christus ab isto ordine iudicum morti condemnatus est. Sic dicit Iosephus 18. Antiquitatum: & patẽt apud omnes Euangelistas, qui dicunt Christum præsentatum coram Caipha, & senioribus: & quomodo illi loquebantur cõtra Christum. Isti autẽ iudices de secundo ordine erant viri potentes & honorabiles in toto Israel, ideo istos saltẽ nunc conuocauerat Salomon ad eundum in Gabaon.

Oẽs seniores iudicabant, sed nõ sententiabant.

*De principibus familiarum, de quibus hic habetur.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, qui erant isti principes familiarum, de quibus hic dicitur. Et dicendum quòd familia accipitur dupliciter, aliquando largè, & aliquando strictè. Largè vocatur familia quæcunque cognatio, & sic tribus vocatur familia. Aliquando accipitur familia pro quadam cognatione, quę est sub tribu, & est minor aliqualiter quã tribus, & sic quælibet tribus diuiditur per certas familias, vt infra dicetur. Accipiendo primo modo dicendum, ꝙ principes familiarum erant duodecim, & in qualibet erat vnus princeps. Isti principes erant fm ordinẽ natiuitatis, scilicet quòd illi, qui descendebant directè à capite tribus per lineam primogenitorum esset princeps, & iste semper erat vnicus in qualibet tribu, quia impossibile erat multos simul primogenitos esse, & descendisse semper per lineam primogenitorum a capite eiusdem tribus, vel familiæ: vt patet intuenti: cùm non possint eiusdem hominis esse multi primogeniti. Isti autem principes tribuum erant viri honorabiles nimis, nam in toto populo non erant alii honorabiliores. Quod patet, nam in exitu de Aegypto quando dedicatum est tabernaculum isti principes obtulerunt munera sua per duodecim dies, scilicet quilibet vno die, & de reliquo populo non fit mentio aliqua, quòd obtulerit, vt patet Nume. 7. cap. Accipiendo familiam strictè dicendum, quòd multi erant principes familiarum, quia multæ erant familiæ.

Familia dupliciter accipitur.

Principes qui erant fm ordinẽ natiuitatis

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam sub qualibet tribu erant duæ, vel tres, aut plures F tribus, & nomina istarum familiarum, & quot, & quæ erant sub qualibet tribu habetur Numeri 26. Istę autē familiæ nominabantur à filijs, vel nepotis illorum, à quibus nominabatur tribus. vtpote a Iuda filio Iacob nominata fuit vna tribus, & sub ista tribu fuerunt quinque familiæ. Nam habuit Iudas quinque filios, scilicet Her, Onan, Sela, Phares, & Zaram. Her, & Onā mortui sunt sine semine, Gen. trigesimo octauo. Manserunt tres, & ab eo nominate sunt tres familię, s. Pharesitarum Zareitarum, Sellaitarum. Habuit autem Iudas duos nepotes, scilicet Esron & Amul filios Phares: & ab illis nominatæ sunt aliæ duę familæ .s. Esroni tarum: & Amulitarum Et de his Numeri. 26 capi. Sic de qualibet alia tribu ponuntur ibi familiæ eius: & de riuātur istę à capitib⁹ immediatis sub capitibus tribuū. In qualibet āt istarū familiarum erat vnus princeps, & isti principes deriuātur per lineas primogenitorū à capitib⁹ familiarum, sicut supra dixim⁹ de principibus tribuū. Et nunc dicendum, q̄ principes familiarū posſūt hic accipi vtroque modo, Et tamen, quia principes tribuum erāt honorabiliores, quā principes omnium familiarum, verisimilius erat q̄ principes tribuum venirent cum Salomone in Gabaon q̄ principes familiarū. Ideo dicendum, q̄ vel accipientur principes familiarū pro solis principibus tribuū: vel pro principibus tribuū & familiarum simul extendendo nomen familiæ ad omnem cognationem. Quod autem accipiatur pro solis principibus familiarum non est inconueniens, quia H non omitterentur principes tribuum.

*Quare nunc Salomon iuit in Gabaon.*
*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, quare Salomon iuit nunc in Gabaon ad offerendū ibi. Aliquis dicet, q̄ iam ad hoc supra responsum est, scilicet, q̄ iuit ad faciendum solēnitatē pro beneficio susceptо de confirmatione regni in manu eius. Dicendum q̄ hoc non sufficit, quia si vellet Salomon facere solennitatem, poterat facere istam in Ierusalem: imò excellentius, I quia Ierusalem erat glorioſior vrbs, q̄ Gabaon. Etiam si vellet Deo gratias reddere pro susceptо beneficio, poterat etiā sacrificia facere in Ierusalē, quæ faciebat in Gabaon. Dicēdū q̄ voluit ire Salomon in Gabaon, quia volebat offerre sacrificium: sicut litera innuit, q̄ Salomon, & totus populus requisiuerūt altare Domini, quod erat in Gabaon, & ascendit Salomon ad offerendum in eo. Cùm autem dicitur, q̄ poterat offerre sacrificia in Ierusalam, sicut in Gabaon. Dicendum q̄ non poterat ita licitè offerre, sicut in Gabaon. Pro quo sciendum, q̄ Deus iusserat Le. 17. & Deute. 12. q̄ sacrificia non fierent in aliquo loco, nisi sup altare holocaustorum ad ostiū tabernaculi: & siquis foris K immolaret, esset reus ac si sanguinem effudisset: & cū nunc esset sanctuarium Domini in Gabaon, & ibi esset altare, non licebat in aliis locis offerre; & quando qs offerret in aliis locis, licèt Deo immolaret, & ex deuotione ageret, peccaret tanq̄ transgressor legis. Ideo cùm nunc Salomō vellet Deo pro beneficio susceptо gratiarū actiones reddere, voluit sacrificare ī loco Deo accepto, & sic venit in Gabaon: & si aliquando Salomon in aliis locis offerebat, licèt bono animo faceret, reprehensibilis erat. Sic enim dicitur 3. Re. 3. q̄ dilexit Salomon dñm ambulās in præceptis Dauid patris sui, excepto, q̄ in excelsis immolabat, & adolebat incensum. Ista responsio est satis rationabilis: sed adhuc non stat, quia poterat licitè offerre Salomon in Ierusalem coram arca. Nam manebat in Ierusalem in domo Dauid, vbi ipse posuerat eam · sicut in litera patet. Et ibi Dauid immolabat holocausta, & totus Israel coram arca, vt patet præcedenti Lib. cap. 16. & ibi declaratum est: quòd licitum erat coram arca immolari, non ergo venit ad immolandum in Gabaon, tanquā in quocunque alio loco immolare peccatum esset. Dici potest dupliciter: uno modo, q̄ licèt licitum esset corā arca immolare: tamē magis licitū erat, et meritorium coram tabernaculò sùper altare holocausto rum, quia offerre super altare holocaustorum erat regulare, cùm ex legis præcepto fieret: offerre autem coram arca existente extra scūarium erat extraordinarium. Melius ergo erat offerre super altare holocaustorum. Istud videtur innui. 3. Regum 3. cùm dicitur G de Salomone, quòd iuerit in Gabaon ad offerendum. Nam signatur, quòd in illo bene egerit: & offerēdo in aliis locis male faciebat, vel non tam bene, cū dicatur, quòd dilexit Salomon dominū ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat. Secundò potest dici, & fortè melius, quòd licèt Salomoni liceret immolare in Ierusalem corā arca, tamē ex voto immolauit in tabernaculo Gabaō. Quia ad maiorem deuotionem interdum vouent homines ire ad aliqua loca non consueta: sic enim Absalom vouit offerre domino in Hebron, cùm esset in Gessur. Et licèt postea esset in Ierusalem, vbi licitè offerre poterat, dixit Dauid patri suo, q̄ daret ei licentiam eundi in Hebron ad sacrificandum, quia vouerat hoc 2. Regum 5. Ita ergo nunc de Salomone credi potest, q̄ ipse vouerit facere sacrificia in Gabaon, ideo iuit illuc.

*Ad maiorem deuotionem interdum vouent homines ire ad aliqua loca non consueta.*

*De quibusdam verbis hic dictis, scilicet quòd Dauid duxerat arcam &c. Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic, quòd Dauid duxerat Arcam de Cariathiarim in Ierusalem in locum, quem preparauerat, quia istud non videtur ad propositum. Nam hic dicitur de Salomone eunte in Gabaon, & causa eundi fuit, quia erat ibi tabernaculum Domini. Extraneum autem erat ad hoc, quòd Arca esset in Ierusalem: ideo non videtur quare ponatur hic. Respondendum quòd potest poni vno modo ad tollendum dubium. Nam dicerer aliquis ad quid ibat Salomō ad offerendum in Gabaon, quia cùm in Ierusalem esset arca Domini, coram illa poterat licitè immolari, & non oporteret ire in alium locum, ideo forte aliquis putaret, quòd etiam arca Domini translata esset in Gabaon, sicut tabernaculum, & sic non esset iam licitum offerre in Ierusalem: cū ibi non esset tabernaculum nec arca. Dixit ergo scriptura, quòd licet esset tabernaculum in Gabaon, erat arca in Ierusalem. Secundò potest dici, q̄ hoc dictum est ad tollēdum aliud dubium, quòd oriebatur ex præcepto legis: nam Deus iusserat arcam poni in tabernaculo in tra sancta sanctorum, & ibi manere, Exo. 26. Num. 7. & Leui. 16. & ad Hebræ 9. vbicunque ergo diceretur esse arca putaretur esse tabernaculum: & vbicunque esse tabernaculū putaretur esse arca: & quia dicebatur quòd erat tabernaculum in Gabaon, putaretur etiam, quòd ibi erat arca, & iam non esset licitum offerre in Ierusalē. Vel cùm diceretur, q̄ erat arca in Ierusalē, putaretur etiam ibi esse tabernaculum, & sic non haberet causam Salomon eundi in Gabaon, & sic non habuit scriptura qūo ista esset separata, s. tabernaculum in Gabaon, & arca in Ierusalem. Et propter hoc ponitur hic limitatio circa vtrunque. Nam dicitur quòd erat arca in Ierusalem in loco, quem ei præparauerat Dauid, scilicet in tabernaculo, quod fixerat, vt



vt nō putetur, quòd illud tabernaculum, in quo erat, A esset tabernaculum Domini, quod fecerat Moyses. Et cum dicitur, quòd iuit Salomō in Gabaon ad tabernaculum Domini, dixit in tabernaculum, quod fecerat Moyses famul⁹ Dei in solitudine, ne putaretur, q̄ istud tabernaculū esset aliud factum voluntate humana in Gabaon ad colendū ibi, quia tūc Salomon nō haberet causam eundi in Gabaon ad offerendum holocausta.

*Quomodo Dauid portauerit arcam Dei de Cariathiarim in domum suam. Quæst. XII.*

QVEARITVR vlterius, qūo Dauid portauit arcam Dei de Cariathiarim in domū suam: & quomodo tabernaculum, & arca erant disiuncta. Re- B spondendum, q̄ ad intelligentiam huius præsupponē dum est, scilicet q̄ arca, & tabernaculū semper debebant esse simul. Nam Deus iusserat, q̄ arca esset intra sancta sanctorum, & ibi custodiretur in loco secretissimo: Exo. 16. & ibi māsit à principio constructionis suę. Nam cum Moyses construxit tabernaculum, prima die, qua erexit illud, s. prima die anni secundi ab exitu de Aegypto posuit arcam post velum, quod erat locus sancti sanctorum: Exo vlti. & ibi manebat semper nisi quando mouenda erāt castra Israelitarum de loco ad locum, & tunc quælibet pars sanctuarij per se portabatur, & vasa etiam per se, & cùm hoc fieri deberet introibat sacerdos magnus, & minores in sancta sanctorum, & velabant arcam, tradebantq; eam velatā C Leuitis ad portandum, & cùm portata esset ad locū in quo castra figenda essent, erigebatur sanctuarium & ponebatur arca in sancta sanctorum: & tunc Sacerdotes velamina auferebant, & manebat nuda, & sede bat tunc gloria Domini super illā inter alas Cherubim ad loquendum, & respondendum de dubiis, q̄ inquireret Moyses, vt patet Nume. 4. & 7. postea autem erat ibi, quousque iterum castra mouenda forent: & isto modo se habuit arca toto tempore quadraginta anno rum, quibus Israelitæ manserunt in deserto. Cùm aūt introierunt in terram Chanaan, māsit arca in Galgalis longo tempore, ut declararum est Iosue. 10. Fuit autē ista prima mansio, quam habuerunt Israelitæ post introitum in terram Chanaan, & transitum Iordanis, & D ibi cessauit manna, quod Israelitæ per quadraginta annos comederant, & cæperunt comedere de frugibus terrę. Ibi etiam celebrauerūt phasę, & circuncisi sūt omnes Hebrei, qui in deserto nō fuerunt circuncisi: et posuerūt ibi duodecim lapides, quos tulerant de Iordane in memoriā æternam; vt patet Iosue 4. & 5. Māsit autem ibi arca longo tempore, & rarò ab illo loco mouebatur, quia castra manebant in Galgalis, licèt Israelitæ pugnatores irent ad pugnandum per diuersa loca terræ Chanaan. Cùm autem Israelitę accepissent iam multa loca de terra Chanaā, in quibus habitarēt, venerunt, vt figerent tabernaculum Domini in vrbe Silo. Iosue. 18. Et est illa apud Sichem in sorte tribus Ephraim, vt patet Iud. 21. Et mansit ibi tabernaculum E cum arca, & omnibus vasis suis vsque ad tempus Heli summi sacerdotis. Nam tunc cùm pugnarent Israelitæ contra Philisthinos, fecerunt, q̄ portaretur arca Dei ad castra, vt adiuuaret Israelitas: quam portauerunt duo viri pessimi filii Heli sacerdotis magni: & inito certamine terga vertit Israel, & cæsus est a Philisthinis, perieruntque triginta millia virorum die illa, & capta est arca Dei a Philisthinis inter alia spolia bellica. 1. Re. 4. Tunc mansit tabernaculū sine arca, nec vn quā postea reducta est ad illud, quia istud nunquam factum est, vsquequo ędificatum est templum Salomonis, & illuc portata est arca; tamē iam cessauerat vsus tabernaculi Moysi. Pro quo sciendū, quòd isto medio tempore arca, & tabernaculum Moysi mutata sunt per diuersa loca, licèt vnum non esset cum altero, & fuit istud tempus annorum fere nonaginta duorum. Quod patet, quia quando arca capta est a Philisthinis audito illo mortuus est Heli sacerdos, & iudex correns de sella sua primo Regum 4. post cuius fuit iudex Samuel cuius tempora computantur simul cū temporibus Saulis, quia coinciderunt cum eis in aliquo: & attribuūtur omnia ista tempora Sauli, scilicet 40. anni, vt patet Actum 13. Post Saulem regnauit Da- vbi stet arca an uid aliis quadraginta annis, & sunt octoginta: post Da- tequam in uid regnauit Salomon, qui ędificare cepit templum templum anno quarto regni sui, & finiuit āno vndecimo. 3. Re. salomonis 6. & sic sunt simul anni nonaginta vnus, vel duo: tot adducere- enim fuerunt anni, quibus mansit arca extra sanctua- tur. rium: nam illico vt consummatum est templum Salomonis, introducta est illuc arca, vt patet. 3. Regum 8. & infra 5. Nunc autem considerandum est, in quibus locis stetit isto medio tempore arca, & in quibus stetit tabernaculū Moysi. Et primo de arca. Dicendū quòd arca cùm capta est in bello à Philisthinis, portata est in Azotum vrbem eorum, & posita est in templo Dagon 1. Regū, 5. Et cùm mansisset ibi nocte prima, inuentus est Dagon Deus Philisthinorū iacere ad pedes arcæ. Sequenti autem die sacerdotes restituerunt Dagon in locum suum, & tamen ipsa nocte secunda repertus est Dagon fractis palmis, & pedibus truncus totus iacere in limine portæ. Tunc cognoscentes vir tutes Dei Philisthini ipsi noluerunt, quòd maneret arca Dei in templo Dagon in Azoto, & transtulerunt eam ad aliam vrbem: inflixerat autem plagam Deus Philisthinis, scilicet q̄ prominebant extales eorū, siue intestina, quasi rupto ventre; & mures innumerabiles ebulliebant de terra, mordebantque Philisthinos in extalibus, et moriebantur plurimi. Ista autem plaga sequebatur in quacūque vrbe Philisthinorum, in quā introducebatur arca, et cessabat in illa, de qua portabatur. Ideo cùm portaretur in vrbem Acharon, clamauerunt Acharonitæ in cœlum, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei, vt interficiat nos, et populum nostrum. Et sic nulla ciuitas, vel locus Philisthinorū volebat recipere arcā in se timore mortis. Gethæi aūt qui inter cæteros Philisthinos animosiores fuerunt ad tolerandam plagam: consilio inito fecerunt sibi sedes pelliceas, scilicet, fęmoralia, vt mures non possent eos mordere. Sed nec istud profuit, quia cum necesse esset emittere stercora mures corrodebant intestina, et quanto magis ipsi se muniebant, tanto acrior erat plaga, quia non naturaliter, sed a Deo infligebatur. De his omnibus, 1. Reg. 5. in his angustiis, et plaga durissima manserunt Philisthini septem mensibus. Et cùm iam esset intolerabile malum: consilio habito deliberauerunt mittere Philisthini Arcam in terram Israel, et pro peccato suo obtulerunt ei quinque mures aureos, et quinque figuras annorum, scilicet, Posteriorum suorum, vt cessaret ab eis plaga. Et ad capiendam experientiam an ista plaga venisset à Deo Israel, vel naturaliter accidisset: dixerunt sacerdotes, et diuini Philisthinorum, quòd acciperent duas, vaccas fœtas, et vitulos earum recludentes domi virent eas ad plaustrum, superimponerentque Arcam Domini. Et si illæ vaccæ directè procederent in terram Israel nullo dirigente eas, scirent certissimè, quòd Deus Israel percusserat eos: si autem non procederent directè, non remitterent Arcam: quia credere deberēt quòd ista plaga naturaliter euenisset. Quod factum est, et imposita arca super plaustrum, vaccæ fœtę ibant mugientes, et tñ nullo dirigente ibant per viā terræ Israel in vrbē Bethsames. Satrapę aūt Philisthinorum, vt viderent euentum rei, sequebantur plaustrum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



strum, quousque venirent vaccæ in agrum Bethsames vbi erant Bethsamitę metentes triticũ, qui recepe
runt arcam cum gaudio magno: quod videntes satrapæ Philisthinorum, iam certi, q̃ Deus Israel percussisset eos, reuersi sunt in terram suam. Bethsamitę autẽ fecerunt festum magnum recepta arca, quæ septem mensibus perdita extiterat: & immolauerunt vaccas portantes plaustrum: & ipsum plaustrũ succenderunt: sed cũm incautè, & irreuerenter se habuissent circa arcam. s. quia viderunt eam nudam, vel aperuerunt illã, vt quidam volunt: mortui sunt quinquaginta millia de Bethsamitis: & septuaginta viri de plebe. De his oĩbus 1. Reg. 6. quod videntes Bethsamitæ conquesti sunt, & noluerunt tenere apud se arcam Dei, dicentes: Quis poterit stare in conspectu Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? Miseruntque nuncios ad viros vrbis Cariathiarim, quæ est in sorte Iuda, dicentes, q̃ venirent pro arca Dei, quam reduxerunt Philisthini: & illi venientes portauerunt eam in Cariathiarim, & intulerunt eam in domum Aminadab sacerdotis, qui habitabat in Gabaa, siue Colle vrbis Cariathiarim: & sanctificauerunt filium eius Eleazarum ad custodiendum. De his patet 1. Reg. 7. Mansit autem arca in Cariathiarim longo tempore, scilicet plusquam quadraginta octo annis: vsquequo regnauit Dauid super totum Israel: nam cùm esset Dauid Rex super totum Israel, conuocauit totum populum, vt ducerent arcam de domo Aminadab de Gabaa, siue Cariathiarim, vt patet 2. Reg. 6. & præcedenti libro cap. 13. Istud fuit tempus ad minus quadraginta octo annis, vel quasi. Quod patet, quia toto tempore Samuelis, & Saulis mansit arca in Cariathiarim detractis septem mensibus, quibus mansit in terra Philisthinorum, vt supra declaratum est. Fuit tamen tempus Samuelis, & Saulis simul quadraginta annorum Act. 13. Deinde Dauid regnauit mortuo Saule super Iudam septem annis, & dimidio 2. Reg. 5. Postea factus est rex super totum Israel: & tamen non immediatè iuit pro arca domini, quia prius pugnauit, & cępit castrum montis Sion qđ tenebatur à Iebusęis, & interiecto aliquo tempore iuit in Gabaa, siue Cariathiarim, vt patet 2. Reg. 5. & 6. Et sic transiret forte vnus annus postquam factus est rex, ideo saltem essent quadraginta octo anni, quibus mansit arca in Cariathiarim: deinde Dauid cogitauit eam inde transferre, quia quandiu ibi manebat, non erat in loco honorabili, nec fiebãt coram ea aliquæ ministrationes: sed solùm custodiebatur: vt patet ex declaratis secundo Reg. 6. & præcedẽti lib. c. 13. & 15. Voluit autem eam transferre Dauid in domum suam in Ierusalem, vt ibi maneret honorabiliter, & conuocauit ad hoc totum Israel, & tollentes arcam de Cariathiarim de domo Aminadab imposuerunt eam plaustro nouo, & cùm portaretur in via, & boues calcitrassent, videbatur arca casura: Oza autem filius Aminadab, qui dirigebat plaustrum tetigit arcã ad tenendum eã, & percussus est a Deo, & mortuus est, et tunc impeditum est opus, quia contristatus Dauid de morte Oza noluit transferre arcam in domum suam, timens q̃ ibi sequeretur similis plaga posuitque eam in domo Obededom Leuitæ, vel sacerdotis, vt alij dicũt, & mãsit ibi tribus mensibus: benedixit autem Deus domui Obededom propter arcam, & multiplicat⁹ est nimis, quod audiens Dauid voluit transferre arcam in domũ suam, putãs quòd sic etiam benediceret Deus domui eius, & congregauit ad hoc totum Israel, & cùm magna solennitate transtulit arcam de domo Obededõ in castrum montis Sion in domum Sion. Erat autem domus Obededom in Ierusalem, & etiam domus Dauid, & cũ portaretur arca per sex passus sistebat, & immolabantur septem tauri, & septem arietes: & sic erat post alios sex passus quousq; peruenirętur ad domum Dauid, vt patet 3. Regum 6. & præcedenti lib. c. 15. Quamdiu autem mansit arca in domo Obededõ nulla ministratio fiebat coram ea, sed solùm custodiebatur. Cùm autem posita est in domo Dauid, cantabant quotidie coram ea Leuitę, et sacerdotes offerebant sacrificia: manebantque coram illa sacerdotes, & Leuitæ secundum ministeria, & ordines suos, vt patet prędcedenti lib. ca. 16. Mansit autem arca in domo Dauid annis quasi quadraginta et quatuor. Quod patet, quia arca translata est illuc circa principium regni Dauid super totum Israel. Regnauit autem Dauid super totum Israel annis triginta tribus, secundo Regũ 5. et 3. Reg. 2. & præcedenti lib. cap. 1. Mansit etiam arca ibidem, vsquequo templum Salomonis cõsumma tum est: et fuit anno vndecimo regni Salomonis, tertio Regum 7. Nam de domo Dauid transłata est arca in templum Salomonis 3. Regum 6. & infra 5. Quod autem dum regnaret Salomõ maneret adhuc arca in domo Dauid patet hic in litera, cũ dicatur, quòd erat tabernaculum domini in Gabaon, & arca erat in loco, quem parauerat ei Dauid. Fuerunt ergo quadraginta quatuor anni, vel quasi, quibus mansit arca domini in domo Dauid: deinde postquam in templum Salomonis portata est, mansit ibi vsque ad captiuitatem Babilonicam. Nam tunc accepit eam Hieremias de templo, & occultauit in sepulchro Moysi 2. Machabæ. 2. Iste fuit status arcæ toto tempore, quod de ipsa scĩri potest ex sacra scriptura. Nunc reuertendum est ad dicendum de templo, siue tabernaculo Moysi, in quibus locis fuerit, et quo tempore: iam enim declaratum est, quòd tabernaculum fixum fuit in Silo à principio Iosue 18. Et mansit ibi vsque ad mortem Heli summi sacerdotis, quando capta est arca, vt patet 1. Regum 4. Postea autem non apparet tam manifestè sicut de arca, per quæ loca mutatum fuerit. Ideo Nicolaus, & multi dicunt, quòd tabernaculum mutatũ est de Silo, et ductum in Masphath: et postea in Galgalam: deinde in Nobe, et sic per alia loca. Sed istę sunt opiniones erroneæ, quarum motiua, et reprobationes latæ posuimus primo Reg. 7. Ad veritatem ergo dicendum, quòd postquã arca capta est à Philisthinis, non mãsit tabernaculum magno tempore in Silo. Causa autem mutationis de loco ipso, et quanto tẽpore post captiuationẽ arcę inde mutatum fuerit, non apparet. Quod autem mutatum fuerit patet, quia reperitur postea fuisse in Nobe, et in aliis locis: Et patet hoc Psalm. 77. scilicet. Et repulit tabernaculum Silo, et tentorium quod elegit inter homines. De Silo mutatum est in vrbem Nobe. Est autem ciuitas Nobe in terra duarum tribuum, et dimidiæ ad Orientalem partem Iordanis, vbi habitauerãt duo reges Amorrhæi. Vocabatur autem prius ista ciuitas Canath: Nu. 33. et fuit ibi tempore Saulis. Nam quando Dauid fugiebat à facie Saulis venit in vrbem Nobe, vbi erat tabernaculum Domini, et accepit ibi gladium Goliath, et dedit ei Achimelech sacerdos magnus panes sanctificatos ad comedendum, qui erant coram domino 1. Reg. 21. et Matthæi 12. Mutatum fuit autem postea ibi tabernaculum quando Saul occidit sacerdotes Nobe, et omnes habitatores vrbis vsque ad pecora, et ipsã vrbem, primo Reg. 22. Non constat autem quanto tẽpore mansit tabernaculum ibi: nec etiam dicitur, ad quem locum inde translatum fuerit, sed quia reperimus, quòd postea fuerit in Gabaon, vt patet hic, dicimus, quòd de Nobe translatum fuerit in Gabaon. Ex Nobe Est autem verisimile, quòd Saul delens vrbem Nobe tabernacula transferret inde tabernaculum in Gabaon pp duo. Primò quia reperitur, quòd fuerit tabernaculũ in Gabaon postquam fuit in Nobe: cùm nunc tempore Salomonis, ibi esset & etiam tẽpore Dauid, vt illico fuerit, & sic creditur, quòd illico fuerit illuc translatum. Secũdò patet, quia Saul erat de tribu Beniamin 1. Reg. 9. ideo credendum quòd potius vellet transferre tabernaculum ad aliquem locum de tribu Beniamin, vt honoraret illam tribum, quàm ad locum alterius tribus. Sic autem erat de Gabaon, quia erat ciuitas terræ Beniamin: vt patet Iosue. 18. ergo illuc credendum est quòd fecerit Saul transferri tabernaculum deleta vrbe Nobe. Mansit autem tabernaculum in Gabaon tempore Dauid, & tempore Salomonis. De tempore Dauid patet, quia cùm cæpisset Dauid regnare super totum Israel, & transtulisset arcam in domum suam, constituit quosdam sacerdotes, & Leuitas coram arca in Ierusalẽ, & alios sacerdotes, & Leuitas remisit in Gabaon ad tabernaculum Domini, vt ibi ministrarẽt: vt patet prędcedenti lib. 16. cap. & sic in principio regni Dauid super totum Israel erat iam tabernaculum Domini in Gabaon: ẽt quãdo Dauid numerauit populũ & venit Angelus inferens plagam circa finem regni Dauid, erat tabernaculum Domini in Gabaon, eodem Lib. cap. 21. Postea autem regnante Salomone anteq̃ ædificatum esset templum, etiam erat tabernaculum in Gabaon: vnde iuit illuc ad offerendum sacrificia, vt patet 3. Re. 3. & hic. Mansit autem tabernaculum in Gabaon ad minus q̃nquaginta duobus annis, vel quasi. Quòd patet, quia Saul illico vt deleuit vrbem Nobe transtulit tabernaculum in Gabaon. Istud autem fuit ad minus vno anno antequam moreretur Saul: quod patet considerando omnia gesta, quæ habentur 1. Reg. 2. capit. 22. vsque ad finem, quæ satis requirunt vnum annum ad hoc quòd fierent. De regno Dauid assumantur quadraginta anni; quibus regnauit super Iudam, & Israel 2. Reg. 5. & 3. Re. 2 etiam assumantur vndecim anni de regno Salomonis, quia 11. anno cõpletum est templum. 3. Reg. 6. & tunc ea, quæ erãt in tabernaculo Moysi & ipsũ tabernaculum portata sunt in templum Salomonis, vt patet supra, & 3. Reg. 8. & ibi sunt anni quinquagintaduo. Iste fuit status tabernaculi Moysi toto tpe, quo durauit. Nam consũmato tẽplo Salomonis cassauit vsus tabernaculi Moysi, cũ tabernaculũ Moysi solũ esset ad necessitatẽ pro tẽpore illo, quo volebat Deus sibi fieri tabernaculum stans. Quare autem Deus noluit, quòd à principio fieret sibi tabernaculum stans, sed portatile: declaratum est prędcedenti Lib. capitu. decimo tertio, & 15. & 16. Et quia nunc non erat ædificatum tẽplum Salomonis nec ichoatum erat, manebat vsus tabernaculi Moysi, & in illo debebãt fieri oẽs cęremonię legis, & non coram arca: vt probatũ est prędcedenti Lib. cap. 16. in qua dam quæstione. Et sic Salomon iuit nunc ad offerendum corã Domino in Gabaon.

*Quare hic mentio fit specialis de altari.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, quare fit hic mentio specialis de altari, & quare erat illud corã tabernaculo, & non intra. Ad primum dicendum, q̃ fit de altari mentio specialis, licèt multa alia vasa essent in tabernaculo, de quibus non fit mentio. Et causa est, quia Salomon ibat nunc ad offerendum Domino in Gabaon, vt patet in litera: & tamen oblatio sacrificiorum non debebat fieri in aliquo vase sanctuarii, nisi in altari holocaustorum, ideo debuit fieri mentio specialis de ipso. Sed dicet aliquis, quòd dicendo esse tabernaculum in Gabaon intelligebatur, q̃ erat ibi alquia poterat seperari tabernaculũ ab altari, & è conuerso, Nam magis erat vas intraneum scũario ipsa arca fœderis quàm altare, quia arca fœderis erat intra sancta sanctorum in loco secretissimo, altare autem holocaustorum erat extra tabernaculum in atrio eius, vt patet hic, & magis Exo. 26. & 25. & tamen arca erat nunc seperata à tabernaculo: quia tabernaculum erat in Gabaon, & arca in Ierusalem: vt patet in litera. Ergo a fortiori poterat esse seperatum altare a tabernaculo. Et sic dicendo esse tabernaculum fœderis in Gabaon, non intelligebatur ibi esse altare: vnde oportuit exprimi. Et non solùm expressum est de altari, quod erat ibi, sed dixit altare æneum quod fabricatus fuerat Beseleel. Istę determinationes erant necessariæ vel saltem conuenientes. De prima patet, quia si non dicerẽt altare æneum, esset dubiũ de quo altari dicebatur. Pro quo sciendum quòd erant duo altaria in sanctuario, vnum vocabatur altare holocaustorum, quia offerebantur in eo sacrificia, & licèt vocetur altare holocaustorum specialiter, omnia genera sacrificiorum offerebantur ibi, scilicet holocausta, hostiæ pacificæ, & victimæ pro peccato: quia tĩ holocausta erant dignior a inter omnia genera sacrificiorũ, vocatur altare holocaustorum. Istud erat factũ de lignis setim, & opertum laminis æneis in modum retis, de cuius quantitate, & figura patet Exo. 27. Aliud erat altare tymiamatum, scilicet in quo cremabatur incensum quotidie: & istud erat minoris quantitatis, quàm altare holocaustorum: erat autem de lignis setim, & opertum laminis aureis. Exo. 30. cap. Et sic ista duo altaria cognoscebãtur esse distincta per hoc, quòd vnum vocabatur altare æneum, & aliud altare aureum. Cùm autem dicitur quòd Beseleel fabricatus est istud altare: non ponitur ad differentiam altaris holocaustorum, & thymiamatum, quia vtrunque altare, imò totum opus sanctuarij fecit Beseleel. Exo. 31. ca. Sed ponitur istud ad differentiam aliorum altarium, quæ Israelitæ poterant fabricare. Nam poterant Israelitæ fabricare aliq̃ altare æneum ad cultum Dei, & ponerent illud in sanctuario: sic enim fecit Salomon. Nam constructo tẽplo fecit etiam aliud altare æneum magnum nimis, vt patet infra 4. & 3. Reg. 7. Etiam Achaz rex fecit aliud altare æneum præter altare Salomonis ad similitudinem altaris Damasci: & illud posuit in atrio templi 4. Reg. 16. & infra 28. & 29. Quamquam ergo diceretur de altari æneo, non apparet an esset istud altare, quod Deus iusserat fieri: ideo dicitur quod fabricatus fuerat Beseleel. Nam altare quod fecit Beseleel fuit illud, quod iussit fieri Deus per Moysen: cùm ipse fecerit totum opus sanctuari, vt patet Exo. 31.

*Quare altare æneum erat coram tabernaculo Domini.*
*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR secundò. s. quare altare æneum siue holocaustorum erat corã tabernaculo Domini, & non intus. Respondendum, q̃ ad euidentiam huius considerandum est, q̃ erant in sanctuario multa vasa siue supellectilia, & præcipua erãt ista. s. arca fœderis, altare thymiamatum, candelabrum, mensa, propositionis cum vasculis suis aureis, & argenteis, altare holocaustorum cum vasculis suis, labrum æneum. De his patet Exo. 25. & 27. & 30. Nume. tertio, & quarto. Quędam autem istorũ erant interius: & alia extra tabernaculum in atrio eius: nam intra tabernaculũ erat arca, candelabrum, mensa propositionis, altare thymiamatum. Altare holocaustorum, & labrum æneũ etant fortis. Ratio huius est, quia tabernaculum erat quædam domus de tabulis in tribus lateribus operta quatuor operimentis: Exod. 16. & supra declaratum est. Et erat ista domus, vt essent in ea vasa sacræ ministrationis: ideo oĩa illa, quæ commodè, vel honestè

ibi

ibi esse poterant, fuerunt ibi. Erat enim arca interius in loco occultissimo, scilicet in sancta sanctorum: quia arca reputabatur vas sanctissimum totius sanctuarij. Erant etiam alia vasa ibi, sed non intra sancta sanctorū sed in parte prima tabernaculi, quæ vocatur sanctū. Erat enim ibi altare thymiamatum, in quo thymiama cremabatur. & honestum erat istud altare esse interius, quod erat aureum. Etiam quia non fiebat in eo aliqua ministratio, quæ obesset pulchritudini sanctuarij. Erat etiam ibi candelabrum aureum, & istud nō solùm ibi honeste erat: imò ad necessitatem pertinebat, vt esset aliquod lumen intra sanctuarium ad hoc q̄ ministrantes viderent. Erat etiam ibi mensa propositionis in qua erant panes duodecim, & vasa aurea & argentea: & ministratio, quæ fiebat in hoc, non obe- G
Labrum æneum erat extra tabernaculū: & rō huius. rat honestati, & pulchritudini sanctuarii. Erat autem labrum æneum extra tabernaculum. Et ratio huius est propter duo. Primò propter ministerium, scilicet, qa lauabantur ibi sacerdotes manus, & pedes ad deponēdum sordes, & non conueniebat hoc honestati sanctuarij, vt intus fieret. Secundum erat propter necessitatem, quia lauari debebant sacerdotes antequā ministrarent, & tangerent aliquas res sacras, vt patet Exo. 30. Si tamē esset labrum æneum intra tabernaculum, prius tangerēt sacerdotes res sacras, quàm lauarētur, cùm necesse esset introire in tabernaculum prius. Itē non conueniebat: quia ad locum sacratissimum non debebat aliquis intrare, nisi lotus. Si tamē esset labrū æneum in tabernaculo, necesse erat, quòd ad locum H sacrum ingrederetur quis non lotus, quod non conueniebat. Item ad omnem ministrationem requirebat quòd ministrans esset lotus, Exod. 30. & tamen ministrationes plurimæ fiebant in atrio tabernaculi, scilicet omnia sacrificia, quæ fiebant in altari holocaustorum, ideo oporteret, quòd sacerdos, qui deberet ministrare in parte exteriori minus sacra, intraret prius in tabernaculum, quòd erat pars magis sacra, quod nimis est prepostèrum. Positum est ergo labrum æneum in atrio tabernaculi foris. Altare quoque holocaustorum
Altare holocaustorum exterius positum erat. exterius positum est in atrio propter duo, scilicet, quia ministerium non erat valde honestum, cum cremarē tur in altari carnes, & adipes, & esset ibi ignis, & cinis, & ligna multa: talis autem ministratio non debet esse I in loco mundissimo. Secundò propter impedimentum quod altare afferret tabernaculo. Nam non poterat esse interius, quin tabernaculum destrueret, vel denigraret. Et ratio est, quia altitudo tabernaculi erant solùm cubitorum decem. Exo. 26. & operturę tabernaculi erant pulchrę cortinę, vt patet ibidem. Altare autem erat altitudinis cubitorum trium Exo. 27. & super illud erat magnus ignis, cùm ibi cremarentur carnes, & adipes omnium sacrificiorum: Necesse erat ergo, quòd flamma ad tantam magnitudinem carniū exurēdam eleuaretur per septem, vel plus, & cremaret operimenta tabernaculi: & dato, quòd non tantū eleuaretur, saltem fumus crassus inde exalaret: qa erat fumus de carnibus, & adipibus crematis, & ille fum' K inficeret omnia operimenta tabernaculi, & totam pulchritudinem auferret, quod non decebat: ideo nullo modo potuit, nec debuit esse altare holocaustorū intra tabernaculum, sed extra erat in atrio tabernaculi.
Atrium tabernaculi qd erat. Erat autem atrium quoddam spacium logitudine cubitorum centum in latere Meridiano, & Aquilonari, & latitudine quinquaginta in latere Occidentali, & Orientali, intra quod erat tabernaculū, quod erat minoris magnitudinis, & istud atrium non habebat tectum, sed solùm parietes, scilicet columnas quinq; cubitorum altitudine, & pendebant in circuitu illarum vela de byssо retorta: & in isto atrio crat altare holocaustorum, & labrum ęneum propter causas dictas: erat tamen altare holocaustorum circa tabernaculum ad ostium eius ad partem Aquilonarem tabernaculi, Leui. 1. & per totum librum. F

*In quo genere sacrificij erant istæ hostiæ, quas hic Salomon obtulit. Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, cùm Salomon obtulerit mille hostias in altari in Gabaō, in quo genere sacrificij erant istæ hostiæ. Dicendum, quòd tria erant genera sacrificiorum, scilicet holocaustum, hostia pacifica, hostia pro peccato: quarum differentię ex finibus, & cæremonijs patent Leui. 1. & 3. & 4. & 7. Nam holocaustum ad Dei laudem principaliter, vel jo lùm est, & in eo totæ carnes animalis, & adipes cremā tur: Leui. 1. Hostia pacifica est ad gratiarum actiones pro susceptо beneficio: vel ad impetrandum aliquid. Nam vocatur hostia pacifica à pace, siue à pacificādo, quia hominem Deo pacificat: vel dicitur, quia homo Deo pacificatus existit. Nam duplex est, scilicet votiua, & ad gratiarum actiones: votiua est, quæ quasi pro voto, vel ex voto redditur ad aliquid obtinendum: nō cesserit, cùm ipse sit dispensator omnium bonorum: Deus tamen nihil dabit homini, nisi ei placatus sit, cū nihil agat inuitus: ideo cū aliquid volumus impetrare, oportet quòd prius Deum nobis pacificemus quā petamus, & ad pacificandum id, quod offerebatur, vocabatur hostia pacifica. Etiam siquis bona obtinuit, non potuit ea habere nisi Deo sibi placato: & pro ista placatione siue pacificatione, si Deo gratiarum actiones impendimus, sacrificia illa pacifica appellantur: quia pro pace, quam Deus cum nobis habuit, concedendo rem, quàm volebamus, sunt. De ista distinctio ne patet Leui. 7. In hostia pacifica regulariter soli adipes cremantur: licèt interdum cremetur cauda, & renes: Leu. 3. & 7. Hostia pro peccato est, quæ fiebat specialiter ex mandato legis ad expiationem alicuius peccati, & erant multi modi eius Leui. 4. De cæremoniis autē eius, & causis, pro quibus offerrebatur, patet Leu. 2. & 6. & Num. 5. Nunc dicendum, quòd non apparet, quod genus sacrificiorum fecerit Salomon: cum solùm dicatur, quòd obtulit mille hostias: & hostia est nomen generale ad omnia sacrificia. Dicendum tamen videtur, quòd nō essent hostiæ pro peccato, quia iste non dabant apud Iudæos, nisi pro peccato aliquo determinato secundùm legem: & erant sacrificia necessitatis: ista autem fuerunt sacrificia spōtanea, ideo non fuerunt pro peccato. Nam si essent sacrificia necessaria pro peccato, solùm offerretur vnum hyrcum, quia cùm princeps terrę delinquebat, offerrebat hyrcum. Leui. 4. Et dato quòd Salomon propter magnā solennitatem vellet offerre aliqua sacrificia pro peccato inter alia, saltem tamen non essent multa: sicut patet de duodecim principibus tribuum, qui obtulerunt solennem oblationem in dedicatione templi, & de omni genere sacrificiorum obtulerunt: vt patet Numeri septimo. Et sic fuerunt ibi sacrificia pro peccato, & sic Salomon forte ad solennitatem istius tantæ oblationis poterat offerre aliqua sacrificia pro peccato: & tamen non essent multa. Dicendum ergo videtur, quòd aliqua sacrificia istorum essent holocausta, & alia pacifica. De primis patet, quia holocausta erant sacrificia principalia ad laudem, & honorē Dei: vt declaratum est supra, & quia ista solennitas Deo fiebat, credendum est, quòd aliqua holocausta fuerunt oblata, & tamen credendum est, quòd maxima pars holocaustorum istorum esset pacifica: quod patet. Primò, quia sic facilius erat offerri ista sacrificia quàm alia. Nam si omnia hæc essent holocausta, oporteret cremari



cremari carnes omnium animalium, & adipes simul, A vt patet Leuitici primo. Cùm autem hic mille hostiæ oblatæ fuerunt, difficile erat tot carnes, & adipes cremari in vno altari. De hostijs autem pacificis non erat difficultas ista, quia solùm cremabantur adipes, nisi in quibusdam, in quibus etiam cauda, & renes cremabantur: & sic facilius cremarentur mille hostiæ pacificæ, quàm centum holocausta. Secundò patet, quia cùm Salomon secum ferret tantam multitudinem, vt hic dicitur, & daturus esset cibos eis, prouideret eo modo quo posset eis abundare, & istud fieret faciendo hostias pacificas, quia in eis non cremantur, nisi adipes, carnes autem, partim proueniunt offerentibus, & partim sacerdotibus facientibus cœremonias sacrificiorum: & sic totus populus poterat cibari B de carnibus istarum mille hostiarum. Si autem essent holocausta omnia, nihil inde proueniret sacerdotibus, nec offerentibus, sed omnia cremarentur: ideo verisimilius est, quòd Salomon offerret nunc hostias pacificas, quàm holocausta. Tertiò patet ex causa motiua Salomonis ad offerendum: nam sicut supra declaratum est in quadam quæstione: Salomon obtulit istas mille hostias in gratiarum actionem pro cōfortatione in regno. Hostiæ tamen pro gratiarum actionibus pacificæ sunt. Quia duplex est hostia pacifica, scilicet, votiua, & ad gratiarum actiones: Leuitici septimo: ideo credendum est, quòd omnes istæ hostiæ, vel plurimæ illarum erant pro gratiarum actionibus, & pacificæ: aliquæ autem essent holocausta, & C forte aliquæ essent pro peccato.

*Quomodo potuerunt cremari tot hostiæ in vno altari. Quæstio XVI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo istæ hostiæ tot potuerūt cremari in altari holocaustorum. Aliquis dicet, quòd fuerunt hostiæ istæ crematę in multis altaribus: & sic potuerunt cito, & faciliter cremari: sic enim factum est, quando Salomō dedicauit templum, quod fecerat: & obtulit hostias multas. Nam altare non poterat sustinere carnes, & adipes sacrificiorum: ideo Salomon sanctificauit medietatem ante altare, vt etiam ibi in pauimento cremarentur sacrificia, vt patet infra septimo, & 3. Regum octauo. D Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia Salomon venit nunc in Gabaon, vt offerret in altari holocaustorum: quomodo ergo offerret in alijs altaribus? Item quia dicitur hic, quòd Salomon, & omnis populus requisiuit altare holocaustorum. Si autem in alijs offerret altaribus, non requirerent istud altare specialiter. Item patet clarius, quia dicitur in litera, quòd ascendit Salomon ad altare æneum, & obtulit in eo mille hostias: ergo omnes istę mille hostię oblatę fuerunt in altari holocaustorum, & mille in alijs altaribꝰ. Aliter dicet aliquis, scilicet, quòd in altari holocaustorum æneo fuerunt omnes istę hostię oblatę: & tamen potuerunt offerri faciliter, quia multis diebus crematę sunt. Sed dicetur, quòd non stat, quia videtur, quòd vnica die facta fuerit ista oblatio, quia dicitur hic, quòd obtulit mille hostias, & sequitur: ecce in prima nocte apparuit ei Dominus: ergo vnica dies fuit, in qua obtulit, & in nocte sequenti facta est ista apparitio. Dicendum videtur, ꝙ Salomon non stetit multis diebus in Gabaon offerrendo sacrificia: & tamen satis potest stare, quòd aliquibus diebus ibi manserit, in quibus offerri potuerint tot hostiæ, & cùm dicitur, quòd vnica die stetit, quia dicitur ecce in prima nocte. Dicendum, quòd non fuit dies vnica oblationis, & tamen nox, de qua hic dicitur, refertur ad vnum diem, scilicet, ad illum, in quo consumata est oblatio, cùm iam rediturus esset Salomon de Gabaon in Ieru-

Alph. Tost. super lib. Paralip. Pars 2.

salem, scilicet, quòd in diebus pcedentibus Salomon obtulerat hostias, & in noctibus illorum dierum non apparuit Deus Salomoni. In nocte autem vltimi diei expletis sacrificijs omnibus, apparuit Deus Salomoni, & de hoc intelligitur: ecce in prima nocte. Aliter etiam dicet quis, quòd faciliter poterāt tot hostiæ pauco tempore offerri, & cremari, scilicet, quia sicut declaratum est præcedenti quæstione: istæ hostiæ non erant holocausta, sed hostiæ pacificæ: & in hostijs pacificis soli adipes cremantur regulariter, & facile erat in magno igne cremari adipes mille animalium. Si autem deberent esse holocausta omnia ista, difficile erat cremari in breui: eo quòd in holocausto carnes totæ ipsius animalis cremantur.

Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq; Salomon Deo: Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam, & constituisti me regem pro eo. Nunc ergo Domine Deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo. Tu enim me fecisti regem super populum tuum multū, qui tam numerabilis est, quàm puluis terrę: da mihi sapientiam, & intelligētiam, vt ingrediar, & egrediar corā populo tuo. Quis enim potest hunc populum tuum dignè, q tam grandis est, iudicare? Dixit autem Deus ad Salomonē: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum, q te oderant, sed nec dies vitæ plurimos, petisti autem sapientiam, & scientiam, vt iudicare possis populum meū, super quē constitui te regem, sapientia, & scientia data sunt tibi. Diuitias aūt, & substantiā, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante, nec post te fuerit similis tui. Vēnit ergo Salomō ab excelso Gabaon in Ierusalem corā tabernaculo fęderis, & regnauit super Israel.

*Ecce autem.* Hic ponit Salomoni facta reuelatio, p q̄ sibi data est sapiētia. Et dicit. *Ecce ..ūt ipsa nocte apparuit ei Deus.* s. qn̄ cōsumata sunt sacrificia, & rediturus erat Salomō ī Ierusalē. Apparuit Deus Salom. manēti adhuc in Gabaō. *Dicēs, postula qd̄ vis, vt dem tibi.* Apparuit Salo. in imaginaria visione, q̄ Deus erat sibi pn̄s, & dicebat ei: postula qd̄ vis, vt dem tibi: & tn̄ nullus ei apparebat. *Dixitq; Salomō, tu fecisti cū Dauid patre meo mīcordiā magnā.* Salomō voluit repetere, sicut Deus ei dicebat, q̄ aliqd eligeret. Et ipse prius voluit gratiarū actiones reddere pro susceptis, vt prōptius Deus ei cōcederet nūc, quod peteret: misericordia magna fuit cū Dauid, quia Deus fecit eū regē, cū esset pastor: & de alijs beneficiis ab eo susceptis infra dicetur in quadā quæst. *Et constituisti me regē p eo.* Hoc dicebat Salomō, qa iā erat cōfirmatus in regno, & sciebat, q̄ Deus fecerat eū regnare. Nam anteq̄ nasceret p̄dixerat de deo Deus, q̄ regnaret. *Nunc igitur Dñe Deus impleatur sermo tuus, quē pollicitus es Dauid patri meo.* s. tu fecisti prīcipiū magni boni, qa cōstituisti me regē, p patre meo: ideo oro, q̄ cōpleas, qd̄ p̄misisti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Istud est, ꝙ Deus faceret, ꝙ posteri Dauid regnarẽt in ęternũ. Et multa alia ꝓmisit Deus Dauid, q̃ orauit impleri Salomõ. Sed dicetur qũo est ad propositũ istorũ, q̃ sequũtur, qa istud ponitur hic tanq̃ prę ambulum ad sequentia. Et tñ, ꝙ oẽs posteri Dauid tenerent regnũ, nõ erat ad propositũ petitionis Salomonis de sapiẽtia. Ideo dicendũ, ꝙ intelligitur aliud. ſ. Deus dixit Dauid de Salomone, ꝙ ipse acciperet eum in filium, & Salomon teneret eum in patrem 2. Regum 7. & præcedenti lib. 17. & 22. & 28. Hoc autem innuebat, quòd Deus tãtum diligeret Salomonem, quòd prosperaret eum in omnibus negocijs, & quòd consentiret omnibus petitionibus eius. Sed nunc petebat Salomon sapientiam ad gubernandum regnum. Ideo Deus cõdescendere deberet ei in hoc, iuxta id quod promiserat Dauid. *Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum.* Præambulum est ad petẽdum, scilicet, quòd cùm Salomon esset rex magni populi, nihil erat sibi magis necessarium, quàm habere sapientiam ad gubernandum illum: ideo petebat eam. Vocauit autem populum Hebrçorum populum Dei specialiter, quia licèt omnes gentes sint ipsius Dei, tamen specialiter Israelitæ pertinent ad Deum: ipse enim tenebat eos tũc populum peculiarem, vt patet Exo. 19. & Deu. 7. ſ. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. *Qui tam innumerabilis est, quàm puluis terræ.* Idest, sicut nemo poterat dinumerare puluerẽ terræ; ita nemo posset populum Israel numerare. Et istud erat, quòd Deus promiserat Abrahæ, scilicet, quòd si quis posset numerare puluerẽ terræ, & semen illius numerare posset. Quare autem comparetur semen Israel pulueri, & stellis: declarabitur infra in quadam quæstione. *Da mihi sapientiam, & intelligentiam.* Accipiuntur hic isti termini impropriè. Nam id quod Salomon egerat, & quod petebat, erat prudentia, quia ad dirigendum omnes actiones vitæ est prudentia, vt patet 6. Ethic. cap. de prudentia. Alij autem habitus intellectus non erant necessarij Salomoni ad hoc, nec ipse peteret illos. Pro quo sciendum, quòd sicut declarat Aristot. 6. Etic. circa primum. Habitus intellectus in generali sunt quinque, scilicet, scientia, sapientia, intellectus, prudentia, ars. Alij etiam duo habitus sunt, scilicet, fides, & opinio: tamen de ijs non curauit Aristo. De opinione patet, quòd non est habitus perfectus, cùm ipsa sit cum formidine. Quilibet autem istorum habituum est cum certitudine, & non differunt scientia & opinio nisi secundùm ꝙ perfectum, & imperfectum, & sic per scientiam, & sapientiam intelligitur opinio, quæ est quidam habitus deficiens circa prædicta. De fide dicendum, quòd minus pertinet ad intellectum, quàm opinio. Nam si fides certa sit: tamen certitudo sua non est per viam intellectus, sed voluntatis, quia voluntas iubet intellectui, quò assentiat propositionibus, quæ ponuntur in sacra scriptura, licèt illarum probationes nullas videat. Opinio autem quasdam rationes habet ex intellectu solo, licèt illæ non sint tam firmæ, sicut rationes scientificæ. De ijs ergo habitibus non curauit tractare Aristot. 6. Ethic. vbi solùm voluit agere de habitibus perfectis. Isti autem habitus differunt inter se, quia quidam in intellectu speculatiuo, scilicet, sapientia, scientia, intellectus. Et alij duo non, scilicet, prudentia, & ars. Primi tres distinguuntur, quia duo illorum sunt habitus conclusionum, scilicet, sapientia, & scientia, & vnus est habitus principiorũ, scilicet, intellectus. Nam principia speculabilium, scilicet, propositiones per se notas cognoscimus, & habemus habitum, secundùm quem illas mente retinemus, & eximus in

Habitus intellectus sunt septẽ.



F consideratione illarum faciliter cum volumus. Et vocatur iste habitus principiorum intellectus, quia circa principia non est discursus. Sed simul comprehenduntur, quasi naturaliter, sicut intellectus dicit potentiam naturalem, & non discursum aliquem eius: Scientia est habitus conclusionum, sicut sapientia. Differunt tamen, quia sapientia est de rebus altissimis. Scientia autem de inferioribus: vel sapiẽtia est de quacunque re, est tamẽ per altissimas causas, per quas res quo dicognosci potest. Scientia autem est per causas inferiores, vt declaratur 6. Ethic. Isti tres sunt habitus speculatiui, quia solùm sunt ad considerandum. Alij duo sunt habitus non speculatiui, scilicet, prudentia, & ars, & est prudentia habitus practicus, quia de agibilibus G est. Vnde vocatur habitus cum recta ratione actiuꝰ. Ars vero est habitus factiuus, & vterque habitus est in parte non speculatiua. Nunc autem Salomon non egebat scientia, sapientia, nec intellectu, quia isti sunt habitus speculatiui. Ipse autem volebat versari circa agibilia, scilicet, regendo populum. Ideo habitus practici soli erant necessarij sibi. Prudentia verò, & ars sunt practici saltem large. Et non erat ars sibi necessaria, eo quòd ars factiua est, & pertinet ad solos artifices. Salomon autem non erat futurus artifex, sed erat sibi necessaria prudentia, quia ipsa sola erat ad directionem agibilium. Ideo per sapientiam, & intelligentiam debet hic intelligi sola prudentia. Sicut interdum pro sola arte ponitur scientia, & sapientia, H & intelligentia, vt patet Exo. 31. scilicet impleui Beseleel spiritu Dei scientia, & sapientia, & intelligentia in omni tempore: & tamen nihil habuit Beseleel, nisi habitum artis, quia ea, quæ facturus erat in templo ad artem pertinebant: vel cùm dicitur hic, quòd petiuit Salomon sapientiam, vocabitur sapientia ipsa prudentia altissima. Nam sicut sapientia differt a scientia, quia sapientia est per altissimas causas, & scientia non. Ita circa prudentiam reperitur sapientia quia prudentia est habitus directiuus circa agibilia cum recta ratione, & est circa agibilia, non simpliciter. Si per causam altissimam inuestiget, dicetur habere sapientiam circa prudentialia. Nec est iste modus inconueniens loquendi. Nam sicut circa artem sapientia inuenitur: ita circa prudentiam. De arte manifestum est 6. Ethic. cap. de sapientia, vbi sapientia vocatur virtus artis, & Phidias vocatur latomus, & Policletum dicimus sapientem statuificum. Magis differt sapientia ab arte, quàm à prudentia: & tamen reperitur circa illa, in quibus est ars. Ergo etiam reperitur sapientia circa prudentiam, scilicet, quòd virtus prudentiæ sit sapientia, ideſt, excellentissimum in prudentia sit sapientia. Intelligentia autem potest accipi pro acumine intellectus, scilicet, quòd promptus sit intellectus ad acutè iudicandum de quolibet sibi occurrente. *Vt ingrediar coram populo tuo, & egrediar.* Ideſt, vt dirigam populum in omnibus agendis. Est modus loquendi ingredi, & egredi ad signandum omnia agenda. Sic dicitur Numeri vigesimoseptimo, & Iosue septimo, quòd ad mandatũ eius ingrederentur, & egrederentur omnes filij Israel, ideſt, facerent omnia, quæ ipse iuberet. Sic etiam primo Regum octauo de Dauid, quòd filij Israel diligebant Dauid, quia ipse egrediebatur, & ingrediebatur coram eis, scilicet, dirigebat eos in omnibus. *Quis enim potest hunc populum tuum, qui tam grandis est, dignè iudicare?* Quasi dicat: nullus quamtumcumque sit prudens potterit hunc populum tuum Israeli dignè regere, cùm dicitur sit tam magnus. Hebræi dicunt ex hoc, quòd si quis iudicaret inter Gentiles iniustè non peccabat mortaliter: & tamen si inter Iudæos iniustè iudicaret, peccabat. Istud autem valde ridiculum est: quia apud quam-

Nomine scientiæ, & intelligentiæ.



quamcunque gentem cõtingit iustè, & iniustè agere. Sic dicitur Act. 10. Non est acceptor personarũ Deus, sed in omni gente, qui facit iustitiam, acceptus est illi. Item, si iniustè iudicare inter Gentiles non esset peccatum, nullum peccatum esset inter Gentiles: quod patet, quia omnia genera malorum potest facere iudex in officio suo, & tamẽ Gentiles accusantur in scriptura de multis peccatis, vt Ge. 25. & Leui. 18. & Den. 18. ergo peccatum erat iniustè iudicare. Confirmatur hoc, quia iudex est talis operationis, quòd est reducẽs distortum ad rectitudinem, vt paret 5. Ethic. & tamen error in regula maior est, quàm in regulato, cùm regula errante, errabunt omnia regulata. Ideo cùm peccata aliqua essent inter Gẽtiles, necesse erat, quòd illa maiora essent in iudicibus. Nec est motiuum aliquod B ad hoc ex ista litera, quia non signatur quidquam de Gentilibus: Sed solùm signat, quòd erat difficile, ꝙ quis digne iudicaret populum Israel, eo quòd erat magnus, & requirebatur multa prudentia. Ideo Salomõ petiuit sapientiam, & intelligentiam ad regendũ illũ. *Dixit autem Deus ad Salomonem.* Petiuit supra Salomon, & nunc respondet Deus. Non tamen est intelligendum, quòd Deus verè responderit Salomoni, sed fuit visio imaginaria, de qua infra dicetur. *Quia hoc magis placuit cordituo.* Scilicet, quia magis placuit tibi petere sapientiam, quàm aliquod aliud. *Et non postulasti diuitias, & substantiam.* Istud est quod maximè inter homines reputatur, scilicet, diuitem esse: eo quòd pecuniæ obediunt omnia, vt patet Eccles. 10. Ideo ponitur C ante omnia. Nam secundùm opinionem communẽ hominum istud est, quod maximè videbatur petitus Salomon. Et vocantur hic diuitiæ ipsæ pecuniæ, & alia bona mobilia: Substantia vocantur ipsa bona immobilia, & vtrumque videbatur petendum. *Et gloriam.* Est gloria ad famam pertinens, scilicet nomis celebritas consurgens ex magno apparatu rerum, vel aliquorum bonorum, vel vocatur gloria ipsa magnus vestitus. Sicut Salomon dicebatur gloriosus, quia erat pulchrè vestitus, vt colligitur Matth. 6. scilicet: Considerate lilia agri, quia Salomõ in omni gloria sua non est ita indutus, sicut vnum ex illis: & sic gloriam in apparatu posuit. *Nec animas eorum, qui te oderant.* Illud etiam erat valde desiderabile secundùm opinionem humanã, scilicet, quòd traderetur in manus hominis hostis eius, & inter antiquos ponebat istud tanquam beneficio, & reputabatur maximum bonum. Vnde quando cognati Rebeccæ imprecabãtur ei bona recedenti, dixerunt: Soror nostra es, crescas in millia: & possideat semen tuum portas inimicorum suorum: Gen. 34. & non solùm vulgares ponebant istud in benedictionem, sed etiam Deus. Nam quando benedixit Abrahę propter obedientiam magnã dixit ei, multiplicabo semen tuum, sicut arenam, quæ est in littore maris, & possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum: Gen. 22. cap. & sic erat istud valde appetibile. *Sed nec dies vitæ plurimos petisti.* Ideſt, etiam non petiuisti longam vitam. Istud enim desiderabile valde est, quia esse est tota perfectio tanquam subiectum illius, & vita est esse, quia viuere viuentibus est esse: ideo omnes vitam longam desiderant, nisi aliqui per accidens propter tædia occurrentia in senectute, & alia incommoda non desiderent longam vitã. *Petisti autem sapientiam, & scientiam.* Accipitur large sapientia, & scientia pro prudentia, vt supra dictum est, quod patet: quia petiuit sapientiam, & scientiam ad iudicandum populum, & tamen sapientia, & scientia non sunt ad iudicãdum in causis, sed solùm ad speculandum. *Vt iudicare possis populum meum.* Scilicet, digere iubendo quid agere debeat, & rectè in dubijs, & controuersijs eorum diffiniendo. *Super omnes qui*

*stituí te regem.* Scilicet, ego specialiter te constitui, licèt secundùm viam humanam alijs deberetur regnũ, quia erant maiores. *Sapientia, & scientia data sunt tibi.* Quasi dicat, quia rectè petisti non curans de eis, quæ alios homines allicere solent, sed de eo qđ honestum erat, dabitur tibi quod petisti, & omnia alia bona: & dicitur sapientia, & scientia data sunt tibi, ideſt, nunc data sunt. Nam in illa nocte Deus dedit Salomoni sapientiam. Et non accipitur hic sapientia, & scientia, sicut supra accipiebatur pro prudentia. Hic autem accipitur propriè. Nam licèt Salomon petiuerit solã prudentiam, quæ necessaria erat ad regimen populi, Deus dedit sibi cognitionem speculabilium omniũ, in quibus est sapientia, & scientia. Nam disseruit de cedro vsque ad Isopum, qui egreditur de pariete, & de omnibus volucribus, & piscibus, vt patet 3. Reg. 4. Et ista sunt speculabilia. Data est sibi etiam prudentia circa iudicia, & causas forenses, quæ manifestata est in ambigua quæstione duarum mulierum meretricum, vt patet 3. Reg. 3. & fuit ille casus pauco tempore post quam ei sapientia data est, vt colligitur ibidem. *Diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi.* Illud quod erat magis necessarium, datum est immediatè. Alia autem postea data sunt: licèt de hoc adhuc infra dicetur. Dedit autem postea Deus Salomoni diuitias, quia habuit aurum, & argentum multum, & alia iocalia preciosa: habuit etiam substantiam, ideſt, res immobiles magni valoris, scilicet, ædificia preciosa, & C alias possessiones. Gloriam etiam postea habuit. Nam nullus regum talem apparatum habuit in throno, in vtensilibus domus vniuersis, & in ceteris pertinentibus ad cultum regium. *Ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tui.* Tanta erat Salomonis excellentia, quòd nullus regum, nec aliorum hominum erat æqualis ei. Sed hoc refertur ad solam sapientiam. Nam in gloria, & diuitijs secus est. Quia alij fuerunt gloriosiores, & alij ditiores: de quo infra dicetur. *Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalem.* Ista reuelatio facta Salomoni in somnijs, facta est in Gabaon, & inde illa habita redijt in Ierusalem, quia iã erãt expleta sacrificia. *Coram tabernaculo fœderis.* Ideſt, & stetit in Ierusalem coram tabernaculo. Ista litera D dupliciter intelligitur secundùm quosdam. Nam quidam volunt intelligere de tabernaculo quod erat in Ierusalem, scilicet, venit Salomon de Gabaon in Ierusalem corã tabernaculo, ideſt, stetit in Ierusalem coram tabernaculo. Nam tabernaculum erat in Ierusalem, quod fecerat Dauid vbi nunc erat arca, vt patet in litera, & coram illo poterat stare Salomon. Sed obijcietur, quòd non stet, quia dicitur coram tabernaculo fœderis. Et tamen tabernaculum, quod erat in Ierusalem non erat tabernaculum fœderis, quia illud factum est per Moysen: istud autem tactum est à Dauid. Respondebitur, quòd tabernaculum fœderis vocabatur, quia intra illud erat fœdus, & quia fœdus erat in arca, & arca erat nunc in Ierusalem in tabernaculo, quod parauerat ei Dauid, diceretur illud tabernaculum fœderis. Dicendum, quòd hoc non obstante adhuc non stat, quia licèt in tabernaculo quod fecerat Dauid, esset nunc arca, non vocabatur tabernaculum fœderis, sed tabernaculum quod fecerat Moyses vocabatur tabernaculum fœderis, licèt ibi non esset arca, vt patet infra in litera. ſ. ꝙ in Gabaõ erat tabernaculũ fęderis, qđ fecerat Moyses in deserto. Ideo dicendum, quòd istud tabernaculum, de quo hic dicitur erat tabernaculum, quod erat in Gabaon. Et cùm dicitur, venit Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalẽ corã tabernaculo fęderis. i. venit in Ierusalẽ de Gabaõ, vbi steterat coram tabernaculo fœderis. *Et regnauit super Israel.* Etiam ante hoc regnabat super Israel;

sed ponitur hoc ad signandum, quòd post hoc non fuit facta mutatio in regno, sed regnauit sicut prius: vel dicitur hoc ad signandum mutationem quādam, quia Salomon erat iam quasi alius rex, quia ante hoc erat iuuenis tam ętate, quàm sensu. Nunc autem erat nimis mutatus circa prudentiam, ideo videbatur alter rex, & iam regnabat alio modo, quàm prius.

*De veritate quorundam verborum hic dictorū, scilicet, tu me fecisti regem, &c. Quæst. XVII.*

QVAERITVR circa prædicta, cùm dixit Salomon: tu me fecisti regem super Israel; quomodo erat hoc verum: & dato quòd esset verum, quomodo sciebat illud Salomon. Dicendum, ꝙ Salomō factus fuerat rex à Deo multipliciter. Primò generaliter, quia Salomon erat constitutus in magna potestate: & tamen potestas à Deo est. Ideo Deus constituerat eum in regem. Patet hoc ad Rom. 13. Omnis potestas à Deo est. Secundò patet magis specialiter in regnatiuo principatu. Nam Deus dat regnum quibuscunque regibus, sicut dicitur prouer. 8. Per me reges regnant. Et non solùm boni reges à Deo accipiunt regnum, sed etiam mali non regnant, nisi Deo agente: sed illud non propter merita regētis, sed propter demerita subditorum. Sic enim dicitur Iob 34. Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. Tertiò patet hoc ex communi regula, scilicet, omne bonum descendens est à patre luminum: Iacob 1. Et tamen regnum bonum quoddam est, ideo cuicunq; committitur, à Deo committitur. Quartò patet specialiter quantum ad Salomonem, quia Deus fecit, ꝙ haberet regnum istud, quod aliàs non erat habiturus. Et patet primò ex electione, quia antequam nascereture legit eum dicens, quòd cōfirmaret regnum eius, vt esset ei in filium, & ipse esset ei in patrem 2. Reg. 7. & præcedenti lib. cap. 17. Item, quia prænominauit eū, dicens, quòd vocaretur Salomon præced. lib. 22. cap. Item, quia dixit, ꝙ daret pacem in diebus eius, eo. cap. Item (& quod plus est,) quia erant alij maiores Salomone filij Dauid, scilicet, Adonias, & alij, & cùm ipse esset minimus Deus fecit, quòd regnaret. Cognouit autem Salomon, ꝙ Deus constituerat eum in regem ex multis. Primò, quia ipse prænominauerat eum in regem antequam nasceretur 2. Reg. 7. & præcedenti lib. cap. 7. & 22. & 28. Secundò, quia, quādo natus est, fecit ei nomen imponi Idida. i. dilectus à dño 2. Re. 13. Tertiò, ꝙa pater suus, & Nathan Propheta testati sunt, quia Deus elegerat eum: & ideo licèt Dauid haberet alios filios maiores, iussit, quòd iste regnaret, allegans, quòd ista esset voluntas Dei, vt patet præced. lib. 22. & 28. & 29. c. Quartò cognoscebat hoc ex prosperatione negociorum suorum. Nam postquam factus est rex, habebat magnos insidiatores ad tollēdum ei regnū. s. Adoniam, & Ioab principem militia, & Abiathar summum sacerdotem, & faciliter occidit illos, & exilio tradidit Abiathar, & in ceteris prosperatus est, quamquā essent negocia ardua faciliter illa expediens, vt patet 3. Reg. 2. Vnde dicitur hic, quòd Deus erat cū eo. s. adiuuando eum in omnibus. Ideo satis cognoscebat Salomon, quod Deus constituerat eum in regem.

*Quare Deus in nocte apparuit Salomoni. Quæstio XVIII.*

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic, ꝙ in nocte apparuit Dominus Salomoni, & non fuit hoc factum per diem. Respondendum, ꝙ Deus voluit Salomoni dare sapientiam, & prudētiam ad regendum regnum. Et ista sapientia poterat dari quocunque tempore, siue per diem, siue per noctem, sine dormiret Salomon, siue vigilaret, quia in hoc intellectus erat tanquam patiens respectu Dei causantis, vel imprimentis in eo cognitionem, & ad receptionem istam non requirebatur aliqua dispositio ex parte intellectus, & organorum. Nam si intellectus noster deberet aliquid operari, cùm operatio sua sit, præsupposito actu organorum, non posset operari, nisi existente operatione organica. Ideo non posset operari omni tempore, sed solùm tempore determinato: sic est de consideratione, quæ est operatio, quæ non fit in quocunue tempore: vtpotè, non in somnijs. Sic etiā esset de immutatione intellectus passiuè. Nam non posset immutari per species rerum sensibilium, nisi esset dispositio ex parte organorum. Istud autem est verum in naturali immutatione, quia agentia naturalia non agunt, nisi præsuppositā dispositione patientis 3. de Anima. s. Actus actiuorum sunt in patiente disposito: respectu tamē actionis Dei quælibet res est in potentia obedientiali: & ad hoc non requiritur aliqua dispositio media. Sicut Deus potest facere de corpore hominis aurum non inducendo dispositiones meredias, quia est corpus humanū ad hoc in potentia obedientiali. Natura autem nō potest hoc facere propter limitationem virtutis. Non ergo erat necesse, ꝙ per noctem fieret ista sapiētię apprehensio, cū posset fieri per diem. Voluit tn̄ Deus facere per noctē, quia magis expediebat. Causa est, quia Deus volebat imprimere Salomoni sapientiā, & ꝙ ipse cognosceret sibi à Deo impressam, quia aliàs non tantum moueretur ad laudādum Deum ꝙ suscepto beneficio. Si autem per diē fieret, non cognosceret Salomon istud, vel non conuenienter cognosceret: ideo per noctem fieri debuit. Patet hoc, quia si per diem fieret, aut appareret Salomoni aliquid extra, siue in voce, aut effigie, vel non: si nil appareret, esset inconueniens, quia non sentiret Salomon datam sibi fuisse sapiētiam à Deo specialiter, cū impressio sapientiæ in mente non esset aliquid sensibile. Et dato, quòd ex effectu magnę sapientię sibi impressę subitò sciret Salomon sibi istud à Deo factum: tamen non moueretur tantum in Deum, sicut concipiendo verba ista, q̄ dicuntur fuisse in reuelatione per noctem. Si autem aliquod signum sensibile esset, per quod Salomon cognosceret sapiētiam sibi traditam: dum rn̄ non esset in somnijs: non esset ille modus conueniens, vt declarabitur, ergo non debuit fieri nisi per noctem in somnijs. Pro quo sciendū, ꝙ sex modis poterat Salomon scire se accepisse sapiētiam à Deo. Primus est per apparitionem aliquam sibi factā: ita quòd aliquis angelus in assumpta effigie appareret, & loqueretur ei, & diceret ei: Deus dedit tibi sapientiam: vel ostenderet ei in aliquo signo, vtpotè prędictum: & comesto quem librum, & diceret ei come de illum: & comesto eo videretur sibi, ꝙ esset sapiens: & videbatur iste modus satis conueniens, quia cùm in libro contineantur ea de quibus est scientia, per comestionem libri contenienter significabat, ꝙ dabatur alicui cognitio multorum, q̄ in libro continebantur. Sic enim fuit de Beato Ioanne Euangelista, cui cùm Deus vellet reuelare futura, & ostendere, ꝙ dabat ei cognitionem illorum: iussit, ꝙ acciperet librum de manu angeli stantis super mare, & ille ait: Accipe librū, & deuora, & faciet amaricare ventrem tuum: sed in ore tuo dulcis erit sicut mel, & accepi librum de manu angeli, & deuoraui, & ecce in ore meo dulcis tanquam mel, & cùm deuorassem, amaricatus est venter meus. Et quòd liber iste daretur ad significandum, quòd dabatur ei cognitio futurorum, patet ex sequētibus, quia dicto de libri deuoratione, sequitur: Et ait mihi: oportet te iterū prophetare populis, & gētibus, & linguis, & regib⁹ multis.

Sic etiam cùm Deus signare vellet, quòd dabat Ezechieli cognitionem propheticam eorum, quæ dicturus erat contra Israelitas, apparuit ei manus volumine implicitum, & ait: fili hominis comede quodcunque tibi do. Venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine hoc: & comedi illud: & factum est tanquam mel dulce, Ezech. 2. & 3. Secundus modus erat, quòd appareret aliqua vox Salomoni loquens ad eum, & nihil videret: & illa vox diceret: ecce Deus repleuit te sapientia. Esset autem ista vox angeli, sicut sæpe angeli loquebantur, & nihil videbatur: sic fuit in rubo Exo. 3. & in datione legis Exo. 20. & Deu. 4. & 5. Tertius modus erat, quòd Deus indicaret hoc Salomoni per aliquem Prophetam, scilicet, quòd Nathan, vel Gad, vel alij Prophetę, qui erant tempore Salomonis, vt patet 3. Reg. 1. & infra 9. venirent ad Salomonem ex parte Dei, & dicerent. Ecce repleui te sapientia, & per dicta illorum certificaretur Salomō de opere Dei. Quartus modus erat per solam immutationem intellectus, scilicet, quòd Deus tangeret spiritualiter, & insensibiliter intellectum Salomonis, & imprimeret ei habitus scientificos, quos vellet. Sic etiam tangebat Deus interdum corda prophetarum per vigilią, & non facta aliqua immutatione exteriori intelligebant. Sic factum est de Elisęo, super quem facta est manus Domini cùm caueret psaltes. Nam non potuit ibi esse alius modus reuelationis prophetię, vt declaratum est 3. Reg. 8. Et adhuc specialius, & insensibilius poterat exprimi Salomoni sapientia per istum modum, quàm Prophetis aliquid reuelari: & ratio est, quia id quod imprimebatur Salomoni erat habitus, & habitus non habet actum, nisi cùm habens illum voluerit exire in actu. Et sic impresso habitu scientifico Salomonis, cùm non intelligeret actualiter tunc per illum habitum non sentiret in se aliquā immutationē, & nescit an aliquid ei imprimebatur, vel saltem nesciret quomodo imprimebatur. In prophetis autem cùm fiebat reuelatio secundùm solam immutationem intellectus, non imprimebatur aliquis habitus, sed actus transiens, vt probatum est Num. 11. & 4. Reg. 3. & actus intellectus sentitur: ideo prophetæ sentirēt impressionem illam cognitionis, ꝙa actualiter intelliguntur per id, qđ sibi imprimitur. Et tunc quando imprimitur: Salomon non actualiter intelligeret tunc, quando imprimeretur ei sapientia, ꝙa non erat actus, sed habitus: ideo minus sentiretur. Quintus modus erat si ad imprimendum istos habitus cognitiuos Salomon raperetur in ecstasim. Sic enim fit in prophetis interdum, & in illis, qui debent ardua cognoscere. Nam rapiuntur, vt non videantur esse in corpore: & ista est ecstasis. Sic patet de Beato Paulo 2. Corin. 12. Vnde dicit se raptum vsque ad tertium cęlum, & nescit, an in corpore, vel extra corpus. Sexto modus poterat esse per somnium in visione imaginaria, sicut factum est. Nam tali modo solent etiā prophetæ immutari, vt patet Num. 12. s. si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Dicendū nunc, quòd licèt videantur possibiles omnes isti modi, nō erat aliquis ita conueniens, sicut primus, & sextus: & tamen sextus est adhuc conuenientior, quàm primus. Patet de secundo modo: nam primus modus est conuenientior illo: eo quòd secundus est in sola voce: primus autem est in voce, & apparitione angeli, & ostensione signi exterioris. s. datione libri ad deuorandum. De sexto, ꝙ sit conuenientior, paret, ꝙa in illo possunt dici ꝺia verba, q̄ ponuntur hic, in quibus ostendebatur Salomōis affectio, & Dei benignitas erga ipsum, quæ non poterant ostendi. Si solùm vox, q̄ audiret Salomō diceret ei, ecce Deus repleuit te sapientia. De tertiò patet, quòd sit primus conuenientior. Nam propheta hoc modo indicaret istud Salomoni. Et primo modo indicabat illud angelus, & tamē verba angelorum habebantur in maiori auctoritate, & reuerentia, quàm verba prophetarum. Etiam, quia prophetia solùm denunciaret ex parte Dei illud. s. repleui te sapientia. Angelus autem illud denunciaret, & posset ostendere librum, & dare eum Salomoni ad deuorandum, in quo nimis ostendebatur, quòd ei daretur sapientia. Quòd autem sextus sit conuenientior: etiam patet, ꝙa in illo videbatur Deus loqui, vt patet hic in litera. Et tamen in tertio modo loquebatur propheta. Item, ꝙa in sexto modo dicta fuerunt plura, quàm poterant dici per prophetam, & responderi per Salomonem, de quo adhuc magis declarabitur. De quarto modo manifestum est, quòd erat minus conuenientior, quā primus, & sextus: eo ꝙ in illo nihil erat sensibile, per quod ostenderetur collatio sapientiæ. Vnde non erat aliquis modus minus conueniens. Nam in omnibus alijs erat collatio sapiētiæ, & aliquod signum exterius per quod cognosceret, & in hoc modo solū erat collatio sapientiæ, sed non erat aliquod signum per quod sentiretur. De quinto modo dicendum, ꝙ non conuenit in præsēti, quia ecstasis fit propter necessitatem, scilicet, quando intellectus noster debet aliquid intelligere, ad quod non sufficit intelligere, nisi anima se totam conuerterit in illud intelligibile, & quia quādiu aīa manet occupata officijs corporis, nōdum se totam conuertit ad actum intelligendi, oportet circa talem intellectionem animam extrahi ab officijs corporalibus, & tunc patitur ecstasim homo, quia videtur corpus mortuum vegetatione vitali carens. Sic fuit in Beato Paulo, quia eleuatus est ad videndam diuinam essentiam, cùm dicat se vidisse arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et quia non poterat illa intelligere, nisi anima totaliter occupata circa illa, & deserente vegetationem corporis deseruit ad tempus. Et sic apparuit corpus Beati Pauli tanquam mortuū: vnde & ipse nesciebat an mortuus esset tanc, vel viuens cum spiritus in actu suo solutus esset ab officijs suis. Iste modus non fuit hic conueniens propter duo. Primò, quia istud est, quandocunque debet eleuari intellectus ad intelligendum aliquid nimis altum, quod non potest intelligere, nisi patiatur: & tamen in impressione scientiæ facta Salomoni non fuit aliquis actus intelligendi, sed solùm impressio habituum: ideo nō requirebatur aliqua ecstasis, potissimè quia erat hic intellectus Salomonis solùm passiuus respectu istius impressionis, & ad passionem, quę causatur ex parte Dei non oportet præexistere aliquam dispositionem in materia, vel in quocunque patiente. Ecstasis tamen dispositio quædā est ad hoc, quòd anima intelligat quod aliter intelligere non poterat, ideo non requirebatur hic. Secundum est, quia dato, quòd hic non imprimeretur aliquis habitus, sed actus intelligendi, sicut imprimebatur prophetis, non oportebat, quòd esset Salomon in ecstasi, quia ecstasis non est pro quocunque actu intelligendi, sed solùm pactu intelligendi circa rem excellentissimam, sicut circa diuinam essentiam clarè cognoscendam, vt fuit in Beato Paulo: et patet de alijs ꝓphetis, qui nō rapiebātur in ecstasim, eo ꝙ non eleuabant ad cognoscendā diuinā essentiā. Sed minora quædam. Ita ergo de Salomone. Nam cognitio sibi impressa fuit de rebus naturalib⁹, et moralibus mathematicis, et ciuilib⁹, vt declaratum est 3. Re. 3. Omnia ista cognoscuntur naturaliter, ideo non oportebat esse ecstasim ad hoc: et sic nō cōueniebat iste modus. Manent autē primus, et sextus modus, quorum vterque satis cōueniens videbatur: et tn̄ magis conueniens fuit sextus: quod patet, quia si primus

Quo eleuatus sit Beat⁹ Paulus ad videndam diuinam essentiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



modus esset, ille, qui loqueretur, esset angelus, & cognosceretur iste angelus: & in modo sexto putabatur esse Deus. Nam sic dicit litera, quòd Deus apparuit Salomoni per noctem, & locutus est: in maiori autem reuerentia, & certitudine tenentur verba Dei quàm angeli, ideo conuenientior modus erat sextus. Sed dicetur, quòd etiam poterat dicere ille, qui appareret, quòd erat Deus: licèt esset angelus, sicut sępe in scriptura dicitur, quòd loquens est Deus: & tamen Deus loqui non potest. Et tunc haberentur in tanta veneratione, & certitudine verba huius apparentis, sicut verba Dei loquentis per noctem. Dicendum, ꝙ non stat, quia ista erat regula inter Hebræos, quòd qñ aliquis loquebatur, & apparebat: nō vocabatur Deus, sed Angelus. Si autem loqueretur, & non appareret vocaretur Deus. Fundamentum huius, quia Deus, nec poterat apparere, nec loqui: vt probatum est Exo. 25. & in alijs locis: & tamen angeli apparebant, & loquebantur, & interdum loquebantur, & non apparebant. Et tamen quando apparebant, & loquebantur vocabantur angeli, & quando loquebantur, & non videbantur vocabantur Deus: patet hoc de angelo apparente Agar. Nam apparuit ostendendo posteriora sua, & locutus est, & vocatur angelus: Gen. 16. Et etiam vocantur tres angeli, qui venerunt ad Abrahã: vocantur angeli, quia apparuerunt, & locuti sunt, Genesis 18. Idem de duobus angelis eũtibus Sodomam ad domum Loth: Gen. 19. Idem de angelo apparente in loco fientium: Iudi. 2. De angelo apparente Gedeoni: Iudi. 6. Et de angelo apparente patri, & matri Samsonis: Iudi. 16. Cùm autem loquebatur, & non apparebat, vocabatur Deus, vt patet de apparente in rubo, qui vocauit se Deum: Exo. 3. & de angelo dante legem in deserto Sinai, qui dixit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & vterque istorum vocauit se Deum: Exo. 3. & 20. & ambo erãt angeli. De loquente in rubo patet Actu. 3. vbi Beatus Stephanus dicit, quòd angelus locutus est Moysi in rubo. De dante legem patet ad Gala. 3. scilicet: Lex data est in manu mediatoris ordinata per angelos: & neuter istorum duorum videbatur. Nam in rubo nihil videbatur, nisi ignis: & tamen audita est vox loquentis, & in datione legis non apparuit aliquis, vt patet Deutero. 4. Ratio differentiæ est, quia lex nolebat, quòd appareret, quòd Deus habebat aliquam figurã, quia si putaretur, quòd haberet aliquam figuram, fieret similis, & homines idolatrarent, & quia quando apparebant angeli in assumpta effigie videbatur hominibus aliqua corporalis effigies, quæ poterat figurari, si illi vocarentur Deus, fieret figura illorum. Cùm autem solùm audiebatur vox non visa aliqua figura, non erat periculum aliquod, quia non poterat figura aliqua fieri: ideo illi angeli vocabantur Deus. Istud motiuum patet ex eo quod habetur Deuter. 4. de datione legis, cùm dicitur: Custodite sollicite animas vestras, nullam figuram vidistis in die, qua locutus est dominus in Horeb de medio ignis, nè fortè decepti faceretis vobis figuram masculi, aut fœminæ, volucrũ, &c. Sic ergo nunc si primus modus esset, ille qui appareret non posset vocare se Deum, sed Angelum. Et in sexto modo ille qui loquebatur dicebatur Deus: ideo conuenientior erat sextus modus. Item patet, quia si esset primus modus, non diceret Salomon verba ista, quæ dicitur hic dixisse, nec etiam Deus responderet ei. Sed solùm ostenderetur Salomoni, quòd dabatur ei sapientia. Istud autẽ non erat conueniens, quia per ista verba Salomonis, & Dei respõdentis est nobis magna doctrina moralis circa ea, quæ desiderare debemus, & quid Deus vult, quod desideremus. Et quomodo pro recto desiderio non solùm concedat, quod desideratur, sed etiam alia, quæ non desiderantur, ista autem doctrina non debuit omitti: ideo non debuit esse alius modus, nisi sextus. Sed dicet aliquis, quòd poterant omnia ista verba dici in secundo modo, scilicet, quòd aliqua vox audiretur ex parte Dei, quæ diceret ista Salomoni. Respondendum, quòd non fuit conueniens. Primò, quia fortè Deus noluit talem vocem ostendere Salomoni, vtpotè, si non iudicauit eum dignum esse audire talem vocem. Vel melius dicendum est, quòd si illa vox audiretur, fortè Salomon non petiuisset ista, quæ petiuit hic. Nam secundùm veritatem Salomon nihil petiuit, cùm esset in somniis, nec Deus ei quidquam dixit. Sed omnia hæc fuerunt in visione imaginaria, vt declarabitur infra in quadam quæstione. Si autem esset in vigilia fortè angelo dicente ad Salomonem, quòd peteret aliquid aliud, non intercederent talia verba, ideo fuit conueniens, quòd per noctem fieret ista reuelatio. Alia causa est, quia eruditio quam Deus facit in homine, conuenientius fit per noctem, eo quòd tunc homo cessat ab omnibus exterioribus: & tunc solet Deus mouere hominem ad intelligendum. Sic dicitur Iob 33. Scilicet per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit Deus aures virorum, & erudiẽs eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab ijs, quæ fecit, & liberet eum de superbia. Sed nunc Salomon instruendus erat dando sibi sapiẽtiam, ideo conueniẽtius fuit per noctẽ fieri istam apparitionem.

Ratio qua innitebantur maiores in cognoscẽdo an Deꝰ loqueretur, aut angelus.

*Si Deus, vel Angelus locutus est Salomoni. Quæstio XIX.*

QVAERITVR vlterius, quis fuit iste, qui locutus est nũc Salomoni, scilicet, Deus, vel angelus. Respondendum, quòd scriptura dicit Deum fuisse, & tamen angeli vocantur sæpe Deus, vt patet de angelo apparente in rubo ardente, qui vocauit se Deum: Exo. 3. & tamen erat angelus Actu. 7. & de datore legis. Nam vocauit se Deum: Exo. 20. & erat angelus, ad Gala. 3. Ideo licèt dicatur, quòd erat Deus, poterat esse, quòd esset angelus. Vnde non est manifestum an angelus, vel Deus esset. Aliquis dicet, quòd omnino erat angelus. Nam Deus, nec videre, nec audire, nec loqui potest: iste tamen locutus est ad Salomonem, ideo non erat Deus, sed Angelus. Dicendum, quòd non stat, quia si fuisset vera locutio, staret argumentum istud: & tamen non erat locutio aliqua, sed imaginariè conceptum est, vt declarabitur sequenti quæstione; ideo cùm non esset ibi locutio, poterat competere tam angelo, quàm Deo. Dicendũ, quòd ista fuit immutatio phantastica qualis fit in somnijs, & ista potest fieri per Deum, & Angelum. De Deo Deus facit in homine, conuenientius fit per noctem, eo quòd manifestũ est, quòd Deus potest facere quidquid nos re potest possumus cogitare, & etiã plus, nisi illud imperfectionem aliquam includat, sicut moueri, & quia in locutione motus est, et successio quædam in Deo non est. Formare tamen in phantasia alicuius imaginem non inducit motum aliquem necessariò, ideo poterat fieri à Deo, vel ab Angelo: de Angelo, quòd posset facere manifestum est, ꝙ materia corporalis subiecta est angelis, vt possint illam transmutare, sicut apparet in multis exemplis, et declaratum est Exo. 7. Ideo varias dispositiones in organis capitis nostri inducere possunt, magis tamen credendum est, quòd Deus faciat, quia quando scriptura saluari potest conueniens in suis terminis, saluanda est potius, quàm trahatur ad sensum alienum: et tamen hic dicitur, quòd Deus locutus est Salomoni, per qđ significat immutatio facta in phantasia sua, ideo dicendũ est, ꝙ Deus hoc fecerit.

Item,



Item, quia hic agitur de sapientia collata Salomoni, q̃ in intellectu est: nō potest tñ aliqs angelus imprimere habitus scientificos intellectui nostro, ideo oportet, ꝙ Deus illud egerit licèt, immutationem phantasiç posset angelus facere secũdùm quam videretur Deus apparere. Ideo dicendum necessariò, quòd Deus fuit ille, qui ibi operatus est: & sic conuenienter dicitur, ꝙ Deus apparuerit Salomoni, & non angelus.

*Si Salomon petiuit aliquid à Deo. Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, an Deus locutus est Salomoni p̃ noctẽ, & an Salomon petiuit aliquid. Dicet aliquis, ꝙ sic: quia hic, & 3. Reg. 3. dr̃, qũo Deus apparuit Salomoni p̃ noctẽ, & dixit ei: postula qđ vis. Dicendũ, ꝙ Salomõ nõ petiuit sapientiam à Deo, nec aliqđ aliud: qa dormiebat, vt patet 3. Reg. vbi ponitur totum hoc. Et postea dr̃: Euigilauit Salomõ, & intellexit, ꝙ esset somniũ: & tñ p̃ somniũ non loquit̃ qs, ergo nõ petebat ipse sapientiã. Sed qbijcietur, ꝙ in somnijs poterat loq, sicut aliq loquuntur ea, q̃ cogitauerũt per diem. Sed non stat, qa dato, ꝙ Salomõ posset loqui in somnio: tñ saltẽ non posset respõdere, quia somnians loquitur interdum ex forti impressione, q̃ habet: & tñ non intelligit, quod loquit̃, nec putat se loqui. Ad respondendũ aũt necessaria est intellectio eorũ, q̃ alius apponit, qa nõ põt fieri in vigilantibus: ideo Salomõ non poterat loq, sicut hic dicitur, nec aliquid locutus est. Cùm autẽ dicitur, an Deus locutus est Salomoni. Respondendũ, ꝙ Deus non locutus est, qa nec loq poterat, sicut supra dictũ est. Nec ẽt angelus locutus est. Nam licẽt angelus loqui posset, non est dicendum, ꝙ locutus fuerit Salomoni: quia locutio nõ debet dirigi nisi ad intelligentẽ, & tamen Salomon dormiens non poterat intelligere, nec audire vocem angeli, nisi euigilaret, ergo non locutus est ei angelus. Sed dicẽdum, quòd omnia ista fuerũt p̃ quandã visionẽ imaginariã. Deus.n. formauit in phantasia Salomonis dormiẽtis figuras omnium istarum rerum, quas visus est sibi videre, & audire, & videbat̃ sibi, ꝙ Deus apparebat ei in figura alicuius viri valde reuerendi. Nam aliàs sine figura non poterat Deus videri visione imaginaria, & videbatur sibi, quòd Deus loquebatur ad eum, dicens: Postula quod vis: & tunc Salomoni videbatur, quòd dicebat, quòd erat puer, & habebat magnum regnũ ad gubernandum, quòd daret ei Deus sapiẽtiam, idest prudentiam, qua posset illud gubernare. Et tunc videbatur ei, quòd respondebat sibi ille vir habens locũ Dei: quia nõ petisti diuitias, nec animas inimicorum tuorum, nec dies vitæ plurimos, sed sapientiam, data est tibi sapientia, ita vt nullus ante te, nec post te similis tui fuerit. Sed obijcietur, quòd non fuerit istud in visione imaginaria. Sed Salomon verè petierit sapiẽtiam. Primò, quia vt innuitur ex litera hic: & 3. Reg. 3. petitio Salomonis placuit Deo valde, quia petiuit sapientiam: si tamen nihil petiuisset, non placeret Deo, quòd nihil erat: ergo aliquid petiuit. Item, quia dixit litera, ꝙ Deus dixit: quia non petisti diuitias, nec glorias, nec animas corũ, qui te oderunt, nec dies vitę plurimos, sed sapientiam: si tamen non petiuisset aliquid horum magis petiuisset sapientiam, quàm dies plurimos vitæ, vel aliquid aliud. Et cùm dicitur postulasse hoc, & non illud, ergo petitio ista fuit realis. Tertiò patet, quia Deus dixit, quòd illa etiam, quæ non petiuerat dederat ei, scilicet gloriam, & diuitias, ergo aliquid petiuerat, & aliquid non petiuerat. Dicendum, sicut prius: quia Salomon nihil petiuit cùm esset in somnijs, sed videbatur sibi petere. Ad primum, cùm dicitur, quòd petitio Salomonis Deo placuit. Dicendum, quòd nõ placuit, cum nulla esset, sed dicitur placuisse, quia videbatur Salomoni, quòd ille vir, qui ei apparebat imaginariè gaudebat de petitione sua, sicut videbatur ei, quòd petebat, & tamen nihil petebat. Ad secundum dicendum, quòd Salomon non petiuit diuitias, nec gloriam, nec animas inimicorum suorũ, nec sapientiam, cùm nihil petiuerit: sed videbatur sibi, quòd petiuerat solam sapientiam: & tunc respondebat sibi ille, qui astabat ei loco Dei, sicut ei videbat̃, quòd non petiuerat diuitias, nec gloriam, sed sapientiam, & tamen secundùm veritatem nullus ei apparebat, nec loquebatur. Ad tertium dicendũ, quòd Deus non dixit Salomoni, quòd daret sibi ea, quæ non petiuerat, sed videbatur ei, quòd Deus sibi dicebat dabo tibi sapientiam, quam postulasti: & etiam, quę non postulasti. Totum autem erat somnium, & ipse Salomon cognouit postea, quòd nõ petiuerat quidquam, nec Deus sibi apparuerat, nec locutus fuerat, cùm dicatur 3. Reg. 3. quòd euigilauit Salomon, & intellexit, quòd esset somnium.

*Si Salomon fuit locupletior, & glorioſior alijs regibus ſeculi. Quæſtio XXI.*

QVAERITVR vlterius, cũ dicatur hic, quòd Deus dedit Salomoni diuitias, & gloriam, quas non postulauit, ita vt nullus in regibus ante eum, nec post eum similis ei fuerit: an verum fuerit, quod Salomon fuerit locupletior, & gloriosior omnibus regibus seculi. Aliquis dicet, quòd non intelligitur istud de diuitijs, & gloria, sed solùm de sapientia, quia nullus de regibus ante eum, nec post eum similis ei esset, & tamen in diuitijs, & gloria multi fuerunt eo maiores. Sed dicetur, quòd de diuitijs, & gloria dicitur hic, & non de sapientia, ideo in illis excellit Salomon omnes reges. Dicendum, quòd diuitiæ Salomonis fuerũt valde magnæ, vt patet tertio Reg. 10. & infra 9. Et non erat tempore suo aliquis rex ei æqualis in diuitijs: sic etiam de gloria: & tamen non fuit maior, quàm omnes reges ante eum, & post eum, quod patet, quia Alexander subiecit sibi totum orbem ferè. Manifestum est autem, quòd maior erat gloria illius, quàm Salomonis, quia Salomon non possedit nisi terram Chanaan: etiam Alexander locupletior esset: quia cùm esset dominus vniuersi orbis, plures diuitias haberet, cùm omnia haberet. Etiam patet de Iulio Cœsare, & Octauiano, & Pompeio, qui quasi erant domini totius orbis. Potissimè de Octauiano, qui posuit edictum, vt scriberetur vniuersus orbis: & quilibet, qui numerabatur profitebatur se subiectum Romanis, & soluebat tributum certum: Luc. 2. Non ergo potuit Salomon æquiparari istis. Ideo dicendum, quòd ditior fuit Salomon, & locupletior, quàm omnes reges, qui fuerant ante eum in quibuscunque regnis essent: sed non fuit ditior, & gloriosior omnibus, qui post eum fuerunt: Causa fuit, quia ante Salomonem sęculum adhuc rude fuerat. Et reges magni nõ fuerant, qui congregauissent diuitias multas, nec haberent magnam gloriam ex diuitijs, vel potentia, vel ex rebus gestis: ideo Salomon potuit faciliter superaret eos. Et tamen reges fuerunt post eum, qui superauerunt illius sęculi cõditionem, & fuerunt ditiores, & gloriosiores, quàm Salomon. De sapientia autem indifferenter dicendum, quòd nullus de regibus ante eum, nec post eum fuit ei æqualis: & in hoc fuit speciale in eo. Istud patet 3. Reg. 3. cùm dicitur: Dedi tibi cor sapiens intantum: vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit: sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi: diuitias, & gloriam, vt nemo similis tui fuerit in regibus cunctis retro diebus. Ideo solùm excellit reges præteritos in gloria, & diuitijs.

Alph. Tost. super lib. Paralip.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Futuros autem non excessit. Ista est veritas, quæ communiter tenetur, & quam consueuimus asserere. Et tamen adhuc litera ista videtur manifestè dicere, quòd Salomon excesserit in diuitijs, & gloria omnes reges, qui ante eum, & post eum futuri erant. Si autem dicamus, quòd referatur ad sapientiam solam, videbitur esse extorsio sensus: quia non dicitur hic de sapientia, sed de diuitijs, & gloria. De sapientia autem supra ponebatur. Item, quia si istud intelligeretur de sapientia, sequeretur, quòd quãtum ad diuitias, & gloriam non compararetur hic alicui, cùm nõ referretur hic ista comparatio, nisi quantum ad sapientiam: & sic frustra exprimeretur de diuitijs, & gloria. Ideo dicendum, quòd comparetur regibus, qui præcesserũt, & futuris quantum ad diuitias, & gloriam. Dici potest vno modo: quia licèt 3. Reg. 3. cap. solùm dicatur in diuitijs, & gloria excelluisse reges, qui fuerant ante ipsum: tamẽ in veritate excelluit etiam futuros, sicut hic innuit Esdras: sed non intelligitur de omnibus regibus quarumcunque gẽtium: sed solùm de regibus Israelitarum, quorum rex erat Salomon: & tunc verum est: nam manifestum est, quòd Salomon locupletior fuit, quàm omnes reges Iuda, & Israel, qui post eum fuerunt: non enim fuerunt reges valde diuites, nec glorioſi, vt patet ex toto processu tertij, & quarti libri regum: & sic non stabit obiectio de Alexandro, & Romanis: quia licèt illi fuerint ditiores, & gloriosiores Salomone, non erant Iudæi, sed Gentilium reges, de quibus litera non intelligitur. Aliter potest intelligi, quia Salomon fuerit gloriosior, & ditior omnibus regibus terræ quarumcunque gentium, & tamen tunc est æquiuocatio in gloria, & diuitijs. Et primo de diuitijs: nam diuitiæ possunt accipi vno modo pro re, quæ possidetur, siue mobili, siue immobili, & sic non fuit Salomon ditior omnibus regibus: qa Alexander, qui fuit princeps totius orbis plures possessiones immobiles habebat, quàm Salomon. Si autem accipiantur diuitiæ pro sola moneta, & auro, atque argento, & alijs mobilibus preciosis, potest dici, quòd cõgregauerit Salomon plures diuitias, quàm oẽs reges. Nam licèt alij essent domini magnorum regnorum: tamen non acquisierant tot pecunias, sicut Salomon: & hoc satis verisimile est, quia licèt magna regna haberent, & magnos redditus consequerentur, expendebant illos propter multitudinem famulorum, & sic nullus simul tot pecunias, & res preciosas habuerit sicut Salomon. De gloria dicendum, quòd potest vno modo accipi pro nominis cœlebritate, idest fama: & istud est quod propriè significat nomine, & sic nõ fuit maior gloria Salomonis, quàm omnium regum, qa maior fuit gloria, idest fama Alexandri, nam per totũ orbem cognitus est, cùm totius orbis dominus esset: Etiam necesse est, quòd Octauianus esset famosior, & gloriosior Salomone, quia dominus fuit totius orbis, & sic omnes homines eum per famam cognouerũt, cùm ipse fecerit totum orbem numerari, & singulos homines in ciuitatibus suis profiteri se subditos Romanis, & soluere tributum quoddam in signum professionis, & recognitionis dominij. Salomon autem non habuit tempore suo aliquid, per quod maximè cognosceretur, quàm per sapientiam, ideo non potuit fama sua tantum dilatari. Alio modo accipitur gloria pro magnitudine status iusurgente ex magnitudine diuitiarum, vel potentiæ: & sic dicendum, qꝫ adhuc Salomon non excedebat alios reges futuros in gloria, quia cùm alij fuerint maiores in potestate, quàm Salomon, sicut Alexander, & Octauianus, illi etiam essent gloriosiores. Aliter potest accipi gloria pro apparatu ornatus vestium, & mensarum, & omnium rerum domesticarum. Et fortè in hoc excessit Salomon omnes reges, qui eum secuti sunt. Nam licèt gloriosus fuit in vestibus, & throno: quia 3. Re. 30. & infra 9. dr̃, qꝫ non fuit talis thronus in omnibus regnis terræ: etiam in apparatu vasorum mensæ, & apparatu ministrorum fuit magna gloria, ita vt expauesceret regina Sabba, nec iam haberet sensum, infra 9. & tertio Reg. 10. Et istud est satis verisimile, quia quando Christus voluit ostendere, qꝫ ornatus herbarum erat maior quàm ille, quem homines in vestibus suis artificialiter inducunt: dixit de lilijs agri, qꝫ licèt non laborent, Salomon in omni gloria sua, non erat indutus sicut vnum de illis. Si tamen non esset Salomon gloriosior omnibus regibus, non esset argumentum ibi conueniens, quia licèt nõ esset Salomon indutus pulchrius, quàm vnum de lilijs, tamen vnus de alijs hominibus, qui fuerunt gloriosiores, fortè esset vestitus pulchrius quàm vnum de lilijs. Et sic innuit, qꝫ gloriosior fuerit Salomon omnibus regibus sæculi. Nisi fortè dicere velis, qꝫ Christus, quia erat Iudæus, voluit ponere exemplum de regibus Iudeis: quorum status erat solùm cognitus Iudæis, & non status aliorum regum terræ. Vtraque ergo istarum solutionum stare potest, sed secunda est prima expositio, s. quòd fuerit Salomon gloriosior omnibus regibus præteritis, & futuris: tamen solùm intelligitur de Iudæis. Multa alia dubia occurrunt circa sapientiam traditam Salomoni, & circa modum tradendi, s. quantum ad quid fuerit sapientia Salomonis maior quàm aliorum hominum. Item cùm Deus voluerit dare sapientiam Salomoni petenti, ad quid voluit immittere istud somnium, in quo videbatur Salomoni, qꝫ petebat sapientiam, & quòd Deus ei respõdebat. An Salomon fuerit sapientior domina nostra Virgine: an fuerit sapientior quàm Adam: an sapientior Apostolis: an sapientior Moyse, & alijs Prophetis. An sit sapientior Angelis, & dęmonibus: an sapientior Philosophis: quæ est sapientia quam Salomon accepit à Deo. An spiritum Propheticum: an omnes artes liberales: an omnes scientias naturales: an Œconomicam, Ethicam, Politicam, & iura humana. An Theologiam, an Poeticam, an Necromantiam, & alias artes prohibitas: & sic de omnibus alijs. Item cùm Salamon solùm petiuisset sapientiam ad gubernandum regnũ, quæ erat prudentia: ad quid Deus ei dedit scientias speculatiuas, s. naturales, & alias. An sapientia data Salomoni à Deo posset obliuioni tradi, & multa alia in ijs dubijs pulchra, & naturaliter dicta, quæ declaraumus 3. Regum 3. & 4. Et ibi requirantur circa materiam istam.

Congregauitque sibi currus, & equites, & facti sunt ei millę quadringenti currus, & duodecim millia equitum, & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. Præbuitque rex argentum, & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna. Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & de Coa à negociatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethæorum, & a regibus syriæ emptio celebrabatur. *Congregauit.*



*Congregauit.* Hic ponitur vltimum huius cap. s. renunciationis executio. Reuelauerat Deus Salomoni per somnium, quòd dederat ei sapientiam, & quòd daturus esset gloriam, & diuitias multas. Hic autem ponitur executio illius, scilicet de magnitudine Salomonis in gloria, & diuitijs. Et dicitur. *Congregauit Salomon sibi currus, & equites, & facti sunt sibi mille, & quadringenti currus, & duodecim millia equitum.* Ista pertinent ad apparatum regium, & iste est apparatus, necessitatis, scilicet apparatio bellica ad inuadendum, & defendendũ, sine qua apparatione nullus Rex potẽs est. Et maxima necessitas erat in curribus, & equis, hominibus armatis. Et dicitur, quia habuit Salomon mille, & quadringentos currus, & mille equites. Currus isti non sunt onerarij, sed bellici, qui vocantur currus falcati, vel curr⁹ ferrei, quorum quilibet habebat quatuor equos: vt colligitur infra in litera, & infra 9. & 3. Regum 10. Erant autem isti currus in rotis habentes enses curuatos in modum falcis ad rapiendum quidquid obuium esset. Ideo vocabantur falcati, s. à falcibus: & superquemlibet erat vnus homo armatus habens tela, lanceas, & alia genera armorum missilium ad mittendũ contra hostes, & alius homo erat in temone dirigẽdo equos flectendo hinc, & inde: & ille non pugnabat, sed erat auriga: & quando mouebãtur isti currus omnes hostes obuij fugiebant timentes enses falcatos, qui impetu curruum lacerarent quidquid obuium haberent. Iste modus curruum ad pugnandum valde in pretio fuit apud antiquos: sed nunc in dissuetudinem abiit, eo quòd non conueniunt isti currus nisi locis valde planis. Habuit tamen Salomon tot curus: sed alibi dicitur, quòd plures habuit, sicut infra declarabitur in quadam quæstione. Erant autem mille, & quadringenti currus: equi quinque millia, & sexcenti dando cuilibet currui equos quatuor, & præter currus istos erant equites duodecim millia, vt patet in litera. Et isti non pugnabant in curribus, sed insidentes equis sicut nunc. *Et fecit eos esse in vrbibus quadrigarum.* Salomon habebat multos currus, & equos: & isti non erant sibi semper necessarii, sed solùm pro tempore belli, ideo vt non facerent superfluos, & inordinatos sumptus, nõ habebat omnes secum in curia in Ierusalem: sed diuisit eos in partes, & posuerat in diuersis vrbibus regni sui, vt ibi alerentur commendans eos ministris suis, & paucos illorum tenebat secum semper in curia ad ostentandum gloriam suam, & statum regium. Et istę vrbes in quibus erant currus, & equi: vocantur vrbes quadrigarum, idest in quibuserant equi, qui portabant quadrigas: vel equi qui faciebant quadrigas, quia quatuor equi faciebant vnam quadrigam: vt patet infra in litera: & curam istorum equorũ habebant duodecim præpositi Salomonis: vt patet 3. Regum 4. capitulo.

*Et cum rege in Ierusalem.* Scilicet, aliqui de istis curribus & equis, & equitibus erant in Ierusalem cum Salomone. Non enim mutabat Salamon loca ad manendum, sicut mutant reges nostri: sed erat semper in Ierusalẽ, sicut erat Dauid pater suus: eo qꝫ ibi erat sedes regni. Et ibi tenebat semper quosdam de curribus, & equitibus. *Præbuitque rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides.* Hic agitur de diuitijs Salomonis, quia præcedentia pertinebant ad apparatum regis. Habere autem argentum, & aurum multum, sicut lapides, pertinet ad multitudinem diuitiarum, & non est intelligendum, quòd tanta esset multitudo argenti, & auri sicut lapidum, quia omnes reges terræ congregati non haberẽt tantas diuitias. Sed est figura locutio, quæ vocatur cyperbaton, & est transcensus veri ex modo loquendi cum intentione signandi allquid verum magnæ excellentiæ: sic dicitur: Astra ferit clangor. Et illud. *Auream.*

*Fæmineus perstringit fydera clamor.*

Alexandreidis lib. 3. Et quia Salomon habebat multum aurum, & argentum quasi sine comparatione ad alios reges, qui præcesserant, & secuti sunt, habuit locũ ista locutio. *Et cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna.* Istam multitudinem cedrorum adduxit in Ierusalem in diebus suis, sicut erat multitudo sycomorum, & sic non videbantur iam cedri preciosiores sycomoris. Et tamen sycomori sunt arbores, quę maximè abundant in terra Chanaan, quia in campestribus nullo colente nascebatur multitudo maxima sycomororum: Vocantur sycomori ficus fatuæ, quas nos vulgariter vocamus caprificos, & ista arbor non producit fructus vtiles, quia ficus sui non sunt ad esum, sed in quibusdam terris proficiunt ad impregnationem, & meliorationem aliarum arborum bonarum. Erant autem isti sycomori per totam terram Israel in campestribus: & sic cùm Christus prædicaret in campo, quidam paruus nomine Zachæus, non potens Christum videre propter staturæ paruitatem, ascendit in sycomorum, & inde audiebat verbum domini, & cum illo pransus est Christus die illa dicens: Zachæe festinans descende in domum tuam, quia tecum oportet me hodie manere: & conuertit illum ad bonum, cùm esset publicanus: Lucæ 19. capit. Etiam intelligenda est ista locutio sicut prior per cyperbatõ, quia nullo modo poterat Salomon tot cedros portare in Ierusalem: sicut erãt sycomori in campestribus, sed erant multæ cedri. Nam in comparatione ad cedros, quas dederunt reges priores in Ierusalem, & quas postea dederunt, tanta erat multitudo cedrorum, sicut sycomororũ, sicut alii reges paucas, aut nullas cedros in Ierusalem tulerunt. *Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & Coa.* Dictum fuit supra de multitudine equorum, quos habebat Salomon, s. mille, & quadringentos currus habuit, & duodecim milla equitum. Et dubitaret aliquis quomodo Salomon poterat tot equos habere in terra Chanaan: ideo ponitur modus, quo Salomõ habebat istos equos: de aliis regionibus, s. de Aegypto, & de Coa. Aegyptus est magna regio, & est duplex Aegyptus, s. superior, & inferior. Et est terra copiosa in terræ nascentibus, licèt raro ibi pluat: Nilus tamen fluuius, qui est vnus de fluuijs Paradisi terrestris, irrigat totam Aegyptum, tum quia terra valde plana est, tum quia bis in anno inundat nimis Nilus, & per alueos diuisus decurrit per totam terram Aegypti totamque fęcundat, vt ait latè Solinus in Polistor. cap. de Aegypto, & declaratum est de hoc satis latè Exod. 24. In terra ista multi equi nascebantur, & mercatores afferrebant inde equos Salomoni. Etiam adducebant de insula Coa. Est enim Coa vna de Cycladibus insulis, quæ positæ sunt in mari Mediterraneo. Et specialiter insula illa abundat in equis, de quo magis dictum est 3. Regum 10. Isti autem equi adducebantur de Coa, quia Salomon mittens ad diuersas insulas terrę, s. in Tharsis, in Ophir, & in alias, afferebat inde ea, quæ præciosa erant in regionibus illis. Et sic poterant adducere equos de Coa: vel fiebat hoc per mercatores, s. mercatores terræ Israel, vel aliarum regionum, qui scientes, quòd Salomon valde diligebat equos cupiens congregare illorum nimiam multitudinem, adducebant ei multos de Aegypto, & Coa, & alijs insulis. In Hebræo habetur, Michue, vbi nos dicimus de Coa, & est Michue, duæ dictiones facientes vnam per compositionem, & in simplicitate sonat quędam vocalis, quæ non sonat in compositione, scilicet mi, & Cheue, & mi est prępositio, & significat de. Cheue accipitur pro Choa, quia eędem sunt literæ: licèt videatur quædam differentia inter Cheue, & Coa, sicut scribitur hic: & 3. Regum 10. quia ibi ponitur Coa, cũ

Aleph.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Aleph. Hic ponitur Cheue cum Het. Et sic Hebræi dicunt, ꝙ est nomen appellatiuum significans congregationem, & intelligunt Michue, idest de congregatione. Sed istud non stat, quia dato, ꝙ hic sit mutata litera: & 3. Regum 10. constat, ꝙ eadem dictio esse debet. Nam hic, & ibi eadem historia ponitur, & eadem verba, s. Adducebantur equi de Aegypto, & Coa: ideo mutatio ista literæ vnius facilis fuit fieri, & fortè factū est ex errore, vel fortè mutata eadem litera signat id quod prius. Nec obstat, ꝙ Cheue in Hebrẽo sit nomẽ commune, & signet congregationem, quia aliquando eadem dictio accipitur pro nomine proprio communi. Item non est conueniens sensus, ꝙ Salomoni adducebantur equi de Aegypto, & de congregatione: quia nihil istud signat, quod inter se conueniat: sed cũ Aegyptus sit proprium regionis. Hebræi tamen, quia sunt nimis ignari circa historias, & loca orbis, errant plerunque circa talia. *A negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant.* Scilicet, Salomon habebat negotiatores ministros suos, quos mittebat ad diuersas regiones, vt emerent ea, quę preciosa in regionibus illis inuenirent. *Quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta.* Ponitur pretium quo constabant equi, quos Salomon emebat, & aliqui errant circa hoc putantes, quòd quadriga sit plaustrum, & pro quolibet plaustro darentur sexcenti sicli, & pro quolibet equo centum, & quinquaginta. Sed falsum est, quia quadriga accipitur hic pro quatuor equis simul, & vocatur quadriga, quia quatuor vniebantur ad trahendum plaustrum. Pro quo sciendum, ꝙ plaustrum, vel currus est nomen signans ipsum vehiculum. Imponuntur autem alia nomina ad signãdum numerum equorum trahentium vehiculum. Et sic vocabatur biga plaustrum, quod à duobus equis trahitur, & dicitur de bis, & ago agis: quia à duobus agitur, idest mouetur. Triga vocatur currus, quæ trahitur a trib⁹ equis. Quadriga currus tractus à quatuor equis: ista differẽtia nominum seruatur apud scriptores, & auctores doctissimos: vnde Gentiles dederunt soli quadrigam, quæ est quatuor equorum, s. Eoum: Aethoum: Pyroum: Philogæum: vt ait Hebrardus: licèt Ouidius 2. Meta. alia nomina istis equis imponat, & dantur equi quatuor propter quatuor conditiones solis, vel quatuor partes diei, quæ fiunt motu solis. Lunæ datur biga, s. duo equi propter duas qualitates Lunæ, s. humidum, & frigidum, & sic dicit Seneca Tragędia quarta, cuius titulus est Hyppolitus, metro tertio, quod incipit.

*Diua non miti generata ponto.* Et ait.
*Discit nocturnas agitare bigas.*

Scilicet, didicit mouere bigas nocturnas, idest mouere currum Lunæ, qui vocatur biga. Et hoc, quia fingitur, ꝙ Luna amans Endimionem pastorem solitos cursus agere destitit, vel oblita est, & tunc Sol suppleuit defectus eius, dirigendo bigas nocturnas, quæ pertinebant ad Lunam. Ita ergo vocatur hic quadriga quatuor equi, & ipsi quatuor equi simul constabant sexcentis siclis. Et patet hoc, quia dicitur, quòd quadriga constabat sexcentis siclis, & equus centum & quinquaginta: qui est quarta pars pretij, & sic quatuor equi simul constabant sexcentis siclis, & vocantur quadriga. Quòd autem non possit accipi quadriga pro plaustro, patet primò: quia non est verisimile, quòd plaustrum valeret tantum, sicut quatuor equi: & tamen dicitur, quòd quadriga constabat sexcentis siclis, & equus centum quinquaginta siclis, & tamen vnus equus nisi sit valde malus constat plusquam currus. Si autem velis dicere, quòd isti currus erant valde precioſi, & poterat fieri currus, qui valeret plusquam quatuor equi. Dicendum, quòd verum est, quòd posset fieri, licèt hoc non constet, nec sit tatis verisimile, quòd tales currus essent, quos habebat Salomon: & tamen istud non est vllo modo credendum: nã si diceretur de aliquo curru, quem Salomon voluisset facere specialem pro se, quòd esset tanti valoris. Quòd tamen omnes currus, qui adducebantur de Aegypto, & Coa essent huius valoris, non est concedendum, nec verisimile. Secundò patet hoc, & firmius, quia nõ est verisimile, quòd Salomon emeret plaustra in Aegypto, & in insula Coa, & faceret illa portari in terra Chanaã. Nam in terra Salomonis poterãt fieri quotcunque plaustra ille vellet, cùm ibi essent ligna preciosissima, scilicet, de Libano, & artifices multi, tam inter Hebræos, quã Tyros, eo quòd illi fabricauerant templum Salomonis: quomodo ergo vellet Salomõ emere plaustra extra terram suam, & adducere illa per mare faciendo tãs magnas expensas? Non est enim verisimile. Ideo dicendum, quòd vocatur quadriga coniunctio quatuor equorum, & illi constabant sexcentis siclis. *Similiter de vniuersis regnis Cethæorum.* Idest sub tali precio emebant mercatores aliàs negotiatores Salomonis equos de omnibus regnis Cethæorum. Cethæi, & Hethæi idem sunt: & aliquando vocantur Hethæi, & aliquando Cethæi: sic dicitur Ezec. 16. Mater tua Cethæa. Aliqui putant, quòd Cethæi vocentur habitantes in insula Cethim, de qua dicitur: Transite ad insulas Cethim: & in Cedar mittite: Iere. 2. cap. Et tamen non stat, quia in Hebræo tale nomen ponitur pro Hethęis, sicut pro Cethæis, sed litera nostra facit differentiam. Item patet, quia Cethæi sint Hethæi: quia Ezech. 16. dicitur: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Amorrhæi autem sunt Chananæi, scilicet vnus de septem populis Chananæorum. Ideo etiam Cethæi erunt Chananæi: & coincideret cum Hethæis. Item patet, quia non conuenit, quòd intelligatur de insula Cethim, quòd illa longe est à Ierusalem: ideo Iere. mias tanquam mittens ad gentes longinquas dixit: Transite ad insulas Cethim, & in Cedar quoque mittite. Et tamen Cethæi, de quibus hic dicitur erant propinqui terræ Salomonis. Quod patet, quia prius posuit litera terras longinquas, de quibus adducebantur equi Salomoni, scilicet, de Coa, & de Aegypto. Deinde voluit ponere terras propinquas, & dixit de terra Syriæ, & Cethæorum. Et tamen terra Syriæ est coniuncta terræ Israel in latere suo aquilonari. Nam inter terram Syriæ, & Israel nullum regnum medium est: sed vrbes terræ Syriæ, scilicet Emath, & aliæ ponuntur in latere aquilonari terræ Israel tanquã limes, vt patet Num. 34. cap. Ideo terra etiam Cethæorum erit propinqua terræ Israel, & consequenter erit terra Hethæorum, quæ erat Chananęorum, qui intra Israel habitabant, de quibus infra declarabitur in quadam quæstione. *Et à regibus Syriæ emptio celebrabatur.* Idest etiam secundùm hanc formam celebrabatur emptio à regibus Syriæ, idest de regibus, scilicet, quòd negotiatores Salomonis emebant equos à regibus Syriæ secundùm hanc formam, scilicet quadrigam sexcẽtis syclis, & quemlibet equum centum, & quinquaginta syclis: in Hebræo dicitur. *Expectationem accipiebant pro precio.* Vbi nos dicimus, qui ibãt, & emebant precio: sed ista non esset sententia, sed quã ponit litera nostra. Procedit autem hoc ex barbarie, & æquiuocatione Hebraici sermonis. Et hoc solùm quantum ad nomen expectationis: quia alia duo bene consonant literæ nostræ.

Biga. Triga. Quadriga

*De misericordia, quam Deus fecerat Dauid.*
*Quæstio XXII.*

QVAERITVR circa id, quod supra dicebatur, scilicet, quòd fecerat Deus magnam misericordiam Dauid, quæ fuit ista magna misericordia. Dicendum, quòd in multis apparuit misericordia Dei magna erga Dauid. Primò, & principalius. quòd cùm Dauid non esset de genere regis, & essent multi de genere illo, ad quos pertinebat regnum Israel. Et quia Dauid erat pastor ouium, fecit Deus illum regẽ mittens Samuelem Prophetam ad vngendum eum primo Reg. 16. Secundum fuit, quia cùm Deus vellet priuare semen Saulis iure regni, potius conueniebat alijs filijs Isai quàm Dauid, eo quòd Dauid erat minimus omnium. Et regnum ad primogenitos pertinebat, & sic Samuel putauit, ꝙ maior inter filios Isai erat vngendus in regem, & Deus dixit ei, non respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius, quia ego abieci eum: primo Regum 16. & elegit postea minimum fratrum, s. ipsum Dauid, qui custodiebat greges, eo. ca. Tertium erat, quia Dauid antequam acciperetur in regem fecit multa bella, & in omnibus prosperatus est, occidebatque multos de Philisthinis, & de alijs gentibus: primo Regum 18. & 19. & 23. 27. Quartum fuit, quia Dauid fuit in magnis periculis cum Saule. Nam bis conatus est eum configere lancea cum pariete, & cisso vulnere Dauid fugiebat illæsus: primo Regum 18. & 19. Etiam Saul semel per noctem fecit circundari domum eius ab apparitoribus, vt eum ducerent ad occidendum: primo Regum 19. Deus tamen eripuit eum per manum Michol vxoris suæ. Item etiam cùm fugisset ad Samuelem in Aioth Ramatha, misit ter nuncios Saul ad ligandum Dauid, & omnes coacti sunt Prophetare, & postremò cũ iuisset illuc ipse Saul coactus est Prophetare nudus tota nocte & die corã Samuele. Dauid autem fugiens saluatus est, eo. capi. Item etiam in deserto Saul cum tribus millibus virorũ cingebat Dauid, & viros suos in modum coronæ in deserto Ciph, & iam desperabat Dauid posse euadere, misitque Deus nuntium ad Saulem dicentem, Philisthini inuaserunt se super terram. Et tunc coactus est Saul dimittere obsidionem, vt obuiꝰ iret Philisthinis, & sic liberatus est Dauid apud petram, quam postea vocauerunt petram diuidentem: primo Regum 23. Quintò, quia non solùm Deus liberauit semper Dauid de manu Saulis, sed etiam interdum tradebat Saulem in manus Dauid, vt non occideret eum, licèt posset, sed misereretur, & sic appareret iustitia, & innocentia eius, & iniquitas Saulis, in tantum quòd ipse Saul vidẽs hoc, clamaret Dauid esse iustum, & se esse impium: primo Regum 24. Et fuit hoc bis. Primò cùm Dauid lateret in montibus Engadi, & Saul inquireret eũ, accidit ꝙ intraret Saul ad purgandum aluum in quandam speluncam, in qua latebant Dauid, & viri sui, & inuenerunt viri eius sibi, quòd occideret Saulem. Accessit autem silenter Dauid ad Saulem, & amputauit oram clamidis eius, & tũc potuisset eum occidere, sed noluit; & ostendit ei foris postea oram clamidis, quam scideratinnuens, quòd potuisset occidere illum, sed noluit: & tũc cum lachrimis clamauit Saul esse Dauid iustiorem se: primo Regum 24. Iterum inquirebat eum in deserto Ciph, & cum per noctem dormiret Saul, & omnes, qui erant in castris eius, descendit Dauid ad castra Saulis, & accepit lanceam, quæ erat ad caput Saulis, & scyphum aquæ, noluitque eum occidere cùm posset. Et postea longè stans, clamauit ostendens, quòd potuisset occidere Saulem, & noluit: primo Regum 26. Sextum fuit, quia cùm fugisset Dauid à facie Saulis in terram Philisthinorum, dedit Deus gratiam coram Achis rege Geth, licèt esset hostis eius, & donauit ei vnam ciuitatem in terra sua, s. Siceleg: confidebatque omnia de illo, & adiuuabat ipsum: vt patet primo Regum 27. & 29. Septimum beneficium fuit, quia mortuo Saule Deus fecit, quòd Dauid haberet possessionem regni super Iudam, & cùm esset bellum continuum inter domum Dauid, & domum Saulis, prosperabatur semper domus Dauid. vt patet 2. Regum 2. & 3. Octauum fuit, quòd mortuo Isboseth filio Saulis, fecit Deus, quòd totus Israel cõueniret vno animo ad accipiendum Dauid in regem 2. Regum 5. & præcedenti lib. cap. 11. Nonum fuit, quia Dauid egit postea multa bella, s. cum Philisthinis, Moabitis, Amonitis, Idumæis, Syris, & alijs gentibus, & omnes superabat, & redigebat sibi in tributarios 2. Regum 5. & 8. & 10. & 12. & præcedenti lib. cap. 14 & 17. & 18. & 19. & 20. Decimum beneficium fuit, non solùm post eum in æternum 2. Regum 7. et præcedenti lib. 17. Et istud fuit valde magnum beneficium, quia propter Dauid multis promittebatur regnum. Vndecimum beneficium fuit, quòd Deus liberauit Dauid de manu Absalonis filij sui, & subditorum suorum coniurantium contra eum, & cùm ipse paucos haberet secum, conuertit in fugam omnes adiutores Absalonis, & ipse Absalon occisus est 2. Reg. 14. Ista omnia, & multa alia particularia beneficia fecerat Deus Dauid antequam regnaret Salomon, ex quibus apparebat, quòd Deus fecisset magnam misericordiam Dauid. Duodecimũ fuit, quòd fecit Deus post mortem Dauid. Nam præuaricati sunt filij eius, s. Salomon, Roboan, & ferè oẽs sequentes, merebanturq; priuari regno, & tamen propter Dauid non fuerunt priuati, vt non extingueretur lucerna Dauid, vt patet 3. Regum 11. & 15. & infra. Et in alijs locis: magnam ergo misericordiam fecit Deus cum Dauid.

*Si Deus prius dedit Salomoni sapientiam, quam diuitias honorem, &c. Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Deus vellet dare Salomoni sapientiam, quam videbatur petiuisse, & diuitias, & gloriam quas non petiuerat, an prius dedit sapientiam dicens: Sapientia, & scientia tibi data sunt, & non dedit illico honorem, gloriam, et diuitias: sed reseruauit, vt postea daret: vt patet in litera. Dicendum, quòd hic sunt duo dubia: primum est cur illico sapientia data est Salomoni. Secundò cur non fuerunt datæ diuitiæ Salomoni illico, sed multo post. Dicendum ad primum, quòd sapientia data est illico propter multa. Primò, quia sapientia erat necessaria Salomoni illico. Nam ipse erat iam rex magni populi, et non erat sufficiens ad gubernandum illum ex seipso, nisi Deus ei sapientiam daret, ideo Deus volens ei prouidere in necessarijs, dedit illico sapientiam. Etiam factum est hoc propter templi ædificationem: nam non poterat Salomon ædificare templum domino apparando tanta necessaria, nisi esset vir prudens, et quia Deus volebat, et disposuerat, quòd Salomon ædificaret sibi templum: secundo Regum septimo, et præcedenti libr. 17. et 22. et 28. et 29. capitu. voluit ei dare sapientiam ad omnia necessaria in templo simul cum gubernatione regni. Secundùm erat, quia Salomon videbatur petiuisse sapientiam, et non aliquid aliorum: ideo iustius erat sibi dari prius sapientiam quàm aliquid aliorum. Tertium erat propter modum dandi, quia sapientia non poterat dari Salomoni à Deo, nisi per infusionem, et quod infunditur simul datur, ideo non requirebat temporis successionem ad hoc, quòd Salomon illam à Deo acciperet. Secus autem erat de honore, gloria, et diuitijs, et substantia, quia per alium modum dari poterat: ideo non fuerunt simul data.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cur non fuerint simul data Salomoni alia bona.*

*Quæst. XXIIII.*

SECVNDVM dubium erat, cur non fuerint simul data alia bona, ſ. honor, gloria, & diuitiæ. Et dicendum, q̃ propter multa ſicut ſupra tangebatur. Primum fuit, quia iſta non fuerunt tam neceſſaria Salomoni, ſicut ſapientia, quia ſapientia erat neceſſaria ad ædificationem templi parando neceſſaria, & iubendo quid deberet fieri. Erat etiam magis neceſſaria pro gubernatione regni. Diuitiæ autem, gloria, honor, & ſubſtantia non erant tam neceſſaria ad hoc, q̃ Salomon ſolùm habẽs honorem, gloriam, & diuitias, ſicut nunc habebat, poterat ædificare templum domino, & gubernare regnum. Secundum erat, quia Salomon videbatur petiuiſſe ſapientiam, & nõ honorem, diuitias, & gloriam: ideo prius ſibi reſponderi debebat in eo, quod petiuerat quàm in eo, quod non petiuerat. Tertiùm erat propter modum dandi, quia non poterant iſta ſimul dari, ſicut ſapiẽtia, quæ per infuſionem erat, & ſimul dabatur honor: gloria, & diuitiæ, non erant per infuſionem, ideo nõ conueniebat illas ſimul dari: ſed ſucceſſiuè: patet hoc primo de honore. Nam honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, vt colligitur primo Ethico. Ideo non poterat dari Salomoni à Deo ſubitò: cùm non ſit honor aliquid abſolutum, ſed eſt honor magis in honorante quàm in honorato: primo Ethic. Non poterat ego Deus dare Salomoni honorem, niſi mouendo corda aliorum ad honorãdum eum, & etiam requirebatur, q̃ aliquid appareret eſſe in Salomone, quod eſſet meritorium honoris, & iſtud fieri debebat ſucceſſiuè, ſ. quòd Deus daret Salomoni ſapientiam, propter quam maximè honorandus erat. Daret etiam ſibi alia bona, quibus mouerentur corda ſubditorum ad honorandum eũ: & ſic honor non poterat à Deo ſibi infundi illa nocte ſicut ſapiẽtia ſibi infuſa eſt, & colligitur hoc, quia cum Deus dediſſet Salomoni ſapientiam, apparuerunt corã eo duæ mulieres litigantes ſuper re nimis difficili, & ambigua, & Salomon cognouit veritatem ambiguæ rei modo ſubtili: ideo populus cognoſcens ſapientiam regis timuit eum valde, & honorauit 3. Regum tertio. Sic etiam patet quantum ad omnes gentes, quia cùm cognitum eſt Salomonem eſſe ſapientiſſimum, venit ad eum regina Sabba de finibus terræ audire ſapientiã eius ferens multa munera 3. Regum 10. & Matth. 12. & infra 9. Et de omnibus regnis, & terris veniebant multi ad audiendam ſapientiam eius, & dabant ei munera, & honorabant eum 3. Regum 4. Iſte autem honor non potuit ſibi ſubitò dari à Deo, ſed oportebat, q̃ ſucceſſiuè ei daretur per modum aſſignatum ſupra. De gloria dicendum eſt eodem modo, quia ſi gloria vocetur celebritas nominis: non poterat ei dari illa nocte, ſed oportebat, q̃ Deus daret ei aliquid per quod fama eius dilataretur per multas gentes, ſ. daret ei victorias magnificas de hoſtibus, per quas omnes gentes eũ agnoſcerent: ſicut fuit de Dauid, cui Deus contulit magnificas victorias, & ſic nomen eius, & terror fuit ſuper omnes gentes, vt patet præcedenti libro cap. 14. Ita in Salomone fuit ſapientia, licèt non fuerint victoriæ magnificę, cùm bella nulla geſſerit, & cognouerũt omnes gentes famam eius, & de finibus terræ ad audiendam eius ſapientiam veniebant 3. Reg. 4. & 10. & infra 9. cap. De diuitijs dicendum, q̃ potuit Deus ei dare diuitias ſubitò, ſ. ponendo illa nocte in domo eius infinitum argentum, & aurum, & gẽmas, multaque alia precioſa: & tamen non fuit modus iſte conueniẽs ad honorem Salomonis, nec Dei dantis ei pecuniam: quia ſi ſubitò ei daretur, putaretur, q̃ magicè, & à dæmonibus acceꝑiſſet hæc: & tunc potius haberetur ſpectus de ſocietate dæmonum quàm gloriam acquireret de Dei beneficio, potiſſimè, quia Salomon per prudentiam ſibi datam, & proſperitatem euentus in omnibus, quæ ageret, poterant in breui multiplicari ſuæ diuitiæ, ſicut factum eſt: vt patet tertio Regum 10. & infra 9. Et ſic putabatur, q̃ à Deo iſta eſſent, cùm inſpicerent proſperari omnia negotia in manu eius, & ſic ſapientia debuit dari Salomoni illico. Alia autem debuerunt dari ſucceſſiuè.

*De diſcordia, quæ habetur in quibuſdam verbis hic, & infra poſitis circa multitudinem equorum.*

*Quæſt. XXV.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur, q̃ Salomõ habuerit equos multos, ſ. mille, & quadringentos currus, & duodecim milla equitum, quomodo poteſt ſtare: quia infra 9. dicitur, q̃ habuit Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis, & duodecim millia equitum: & 3. Regum 4. ſimile ponitur. Reſpondendum, q̃ circa curruum, & equitum Salomonis numerum eſt diſſonantia. Pro quo ſciendum, q̃ iſta materia ponitur in quatuor locis, ſ. hic: & infra 9. & 3. Regum 4. & 10. Et duo loca iſtorum concordant inter ſe, & alia duo inter ſe, & diſcordant duo à duob, Nam hic, & 3. Regum 10. ponitur eadem ſumma, ſ. mille, & quadringenti currus, & duodecim millia equitum, & infra 9. & 3. Regum 4. ponitur alia ſumma, ſcilicet quadraginta millia equorum currillium, & duodecim millia equitum. Non eſt ergo dubium aliquod circa equites: quia in omnibus quatuor locis ponuntur duodecim millia: ſed eſt dubium circa numerum curruum. Aliqui reſpondẽt, q̃ non eſt aliqua diuerſitas in hoc, licèt videatur diuerſitas: quia ponitur iſta materia in multis locis, & in quibuſdam minor. Et iſtud non ſumma maior, & in quibuſdam minor. Et iſtud non videtur inconueniens: quia ſæpè fit hoc in ſcriptura. Dicendum, q̃ hoc non ſtat, quia ſi fortè poneretur iſta ſumma in duobus locis ſolùm, & vn⁹ variaret ab alio, poſſet credi, q̃ in vno loco poneretur tota ſumma, et in alio non, & tamen ponitur in quatuor locis, & duo loca inter ſe conueniunt, & diſcordant ab alijs duobus locis, et ſic non fierent tot repetitiones ſub eodem tenore, niſi eſſet aliquod miſterium. Secundò patet, quia vr̃, q̃ iſta ſumma, quæ ponitur hic, et 3. Reg. 10. ſ. mille, et quadringenti equi ſint maxima ſumma, et numer⁹ præciſus. Nam hic ad ſignandum gloriam Salomonis dicitur, q̃ congregauit Salomon mille, et quadringentos currus. Ergo non erant plures, quia aliàs diceretur, q̃ erant plures. Alij dicunt, q̃ verum eſt, q̃ Salomon habuit quadraginta millia præſepia equorum currilli, ſicut dicitur 3. Reg. 4. Et tamen nõ habuit quadraginta millia equorum, ſed ſolùm quinq; millia, et ſexcentos, qui complebant currus mille, et quadringentos. Sed dicendum, q̃ iſtud non ſtat propter duo: primò quia ponitur 3. Reg. 4. ad ſignandum gloriam Salomonis, q̃ erant quadraginta millia præſcripta equorũ curriliu. Si tñ haberet Salomon præſepia, et non equos, nulla eſſet laus gloriæ eius, ergo habebat quadraginta millia equorum, ſicut habebat quadraginta præſepia equorum. Secundò patet, q̃ non poteſt ſtare hoc: nam infra 9. determinatur iſtud dubium, cùm dr, q̃ habuit Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis. Ergo non ſolùm erant præſepia quadraginta millia, ſed etiam equi, qui erant in præſepibus erant quadraginta millia. Nicola⁹ autem dicit, q̃ verum eſt, quòd habuit Salomon quadraginta millia equorum. Et tamen non erant omnes iſti equi Salomonis: ſed quinque millia, & ſexcenti erant Salomonis, & iſti cõplebant currus mille, & quadringentos. Alij autem equi, ſ. triginta quatuor millia, & quadraginta equi erant ſubditorum ſuorum, & ſic Salomon ſolùm habebat mille & quadringentos currus: licèt haberet quadraginta millia equorum. Dicendum, q̃ non ſtat, primò, quia iſtud ponitur ad ſignãdum magis diuitias Salomonis. Et tamen, q̃ ſubditi Salomonis habeant iſtos equos non erat in diuitijs Salomonis. Ideo non eſt ſic intelligendum. Secundò patet, quia dicitur, q̃ Salomon habebat quadraginta millia præſepia equorum currilium: & infra 9. dicitur, q̃ habebat quadraginta millia equorum in ſtabulis ſuis: ergo erant omnes iſti equi Salomonis. Dicendum ergo erat, q̃ Salomon habuit quadraginta millia equorum: cùm non poſſimus negare, & iſti erant ſui. Sed dicunt aliqui, q̃ non erant omnes iſti pro curribus, ſed ſolùm quinque millia, & ſexcẽti, qui complebant currus mille, & quadringentos. Alij autem erant ad equitandum, ſed non ad currus. Dicendum tamen, quòd iſtud non ſtat, quia tunc omnes reliqui, ſ. triginta quatuor millia equorũ, & ſexcenti eſſent ad equitãdũ, & diceretur Salomonẽ habere quinque millia, & ſexcentos equos curriles, & triginta & quatuor millia, & quadringentos equites, & tamen dicitur, q̃ habuit Salomon mille, & quadringentos currus: & ſolùm duodecim millia equitum, vt patet hic, & 3. Regum 10. Ergo non erant tot equi ad equitandum ſine curribus. Item patet clarius: quia 3. Reg. 4. dicitur, q̃ habuit Salamon quadraginta millia equorum currilium: ergo non ſolùm equi curriles cõplebant mille & quadringentos currus, ſed complebant decem millia currum, dando cuilibet currui quatuor equos. Dicendum ergo, q̃ Salomon habebat equos curriles, ideſt conſuetos ducere currum, vel qui erant ad portandum currum quadraginta millia. Et tamen ſolum habebat currus mille, & quadringentos. Et cauſa huius erat, quia licèt poſſent iſti equi currules complere decem millia curruum: tamen volebat habere Salomon niſi mille, & quadringentos currus. Primò, quia (vt aliqui dicunt) erat difficilè habere currus: eo q̃ currus adducebantur de Aegypto, & Coa, & facilius poterat Salomon habere equos quàm currus: iſta licèt allegatur à quibuſdam tanquam cauſa, nõ eſt cauſa, eo q̃ falſum præſupponitur, ſ. q̃ emerentur currus de Aegypto, & Coa: nam non emebantur currus: ſed quadrigę, vt patet hic: & 3. Regum 10. & quadriga ſignat quatuor equos, & non plauſtrum, vt ſupra declaratum eſt. Secundò, quia dato, q̃ Salomon poſſet habere plauſtra plura quàm equos, noluit: quia nõ expediebat. Nam ſatis erat ad pngnandum habere tot currus, & non augere multitudinem infinitam. Tertiò, quia volebat hoc Salomon ad auferrendum laborem equorum. Nam ſi eſſent decem millia currum, ſicut erant quadraginta millia equorum, non eſſent aliqui ad mutandum eos per currus. Nunc autem cùm eſſent ſolùm mille, & quadringenti currus, quibus ſufficiebant quinque millia, & ſexcenti equi, omnes alij, ſcilicet triginta quatuor millia, & quadringenti quieſcebant, & erant ad mutandum eos per currus faciendo, vt quieſcerent, qui laborauerunt. Aliter poteſt dici, quòd Salomon habebat quadraginta millia equorum, & currus decem millia iuxta numerum equorum dando currui quatuor equos. Et tamen iſtos erant quinque millia, & ſexcenti equi electi, qui faciebant currus mille, & quadringentos electos. Alij autem equi nõ erant electi: ſed communes. Ideo, & currus erant communes: vel mediocres: & ſic 3. Regum 4. & infra 9. ponuntur omnes equi, ſiue electi, ſiue non. Hic autem, & 3. Regum 10. ponuntur ſoli currus, & equi electi: ideo ponuntur pauciores. Similis modus loquendi eſt Exod. 14. cùm dicitur de Pharaone perſequente Iſraelitas fugientes de Aegypto: ſcilicet, quòd accepit ſecum ſexcentos currus electos, & quidquid in Aegypto curruum fuit, & vterque iſtorum modorum reſpondendi eſt ſatis conueniens. Alij dicunt aliter, ſcilicet, quòd Salomon habuit quadraginta millia equorum currilium, ſcilicet ad trahendum currus, & habuit decem millia curruum. Et tamen, quando ſcriptum fuit hoc nondum habebat tot currus quot habebat equos, ſed poſtea fortè compleuit numerum. Dicendum, quòd hoc non ſtat, quia quando ſcriptus fuit, iſte liber, mortuus erat Salomon, & multo tempore ante mortuus fuerat pluſquam quadringentis annis, cùm ſcripſerit Eſdras iſtum librum poſt captiuitatem Babylonis, cùm de reditu de captiuitate Babylonis fiat mentio in iſto libro, infra vltimo cap. Ideo tenenda eſt aliqua duarum præcedentium ſolutionum.

*Quomodo Salomon habuit tot currus, & equos: & ſi in hoc peccauit. Quæſt. XXVI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Salomon habuit tot currus, & equos, & equites: an peccauit in hoc. Et vſdetur, quòd ſic, quia iſtud videbatur eſſe contra legem: Deuteron. decimo ſeptimo, cùm dicitur de rege, quòd non multiplicabit ſibi currus, & equites, & tamen habebat Salomon valde magnam multitudinem, ſcilicet quadraginta millia equorum, & currilium, & duodecim millia equitum 3. Regum quarto, & infra nono: quantam multitudinem non habuerunt alij reges, ergo peccauit. Secundò patet, quia Iſraelitæ quando in bello accipiebant currus, & equites iubebantur ſubneruare equos, et cremare currus: Ioſue 11. Et hoc, vt non haberent currus, ergo à fortiori prohiberentur acquirere: quia grauius eſt, quòd quis compellatur perdere, quod acquiſiuit, quàm quòd prohibeatur non acquirere. Et tamen Salomon acquirebat hic, cùm emeret currus, & equos ad multitudinem: ergo non licebat ei. Dicet aliquis, quòd peccauit Salomon, nec oportet, q̃ eum defendamus cùm non ſit de patribus approbatis, quos à peccato immunes credimus: potiſſimè quia conſtat, quòd Salomon peccauit grauiſſimè, & propter eius peccata regnum ſuum diuiſum eſt, & non peruenit integrum ad filium ſuum, vt patet ſecundo Regum vndecimo. Sed dicendum, quòd Salomon non peccauit in hoc: & oportet enm excuſari, quia Salomon in principio regni ſui fuit bonus, & non peccabat, niſi in vno, in quo vel peccabat, vel ſaltem non erat perfectę virtutis, vt patet tertio Regum tertio. Dilexit Salomon dominum ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto, quòd in excelſis immolabat: ergo vſque ad illud tempus non peccabat in aliquo alio. Manſit autem Salomon in hoc ſtatu vſque ad conſumationem templi, quod fuit anno vndecimo regni ſui, tertio Regum ſexto. Nam cùm completo templo orauit ad dominum pro multis. Reſpondit, Deus, quòd ſi ambularet in vijs eius, ſicut ambulabat Dauid pater eius, & ſicut ambulauerat ipſemet vſque ad diem illum: faceret quæ petiuerat. Et ſic videtur, quòd vſque ad diem illum non peccauerat, tertio Regum octauo, & infra ſexto, & non fuit aliquid reprehenſibile inuentum in Salomone vſque ad ſenectutem ſuam, cùm mulieres peruerterunt enm, & cor eius, tertio Regum vndecimo. Et tamen peruerſio illa non fuit ad habendum multitudinem equorum, ſed ad accipiendum mulieres alienæ gentis contra legem: & ad colendum Deos earum: & conſtruen-

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum eis templa, vt patet ibidem. Et tamen ante illud multiplicauerat sibi Salomon currus, & equites, vt colligitur ex ordine tertij libri Regum vsque ad vndecimum capitu. & ex ordine huius libri vsque ad nonũ capitulũ: ideo dicendum videtur, quòd Salomon non peccauit in multitudine equorum, & curruum quam congregauit. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd non prohibebantur reges absolutè multiplicare sibi currus, & equos absolutè, vt in omni casu: sed solùm prohibebatur hoc facere, si facerẽt ad opprimendum subditos magnæ potentiæ: sic patet Deuter. decimo nono, scilicet. Non multiplicabit sibi currus, & equites: nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Salomon tamen in principio regni sui, cùm esset innocens à crimine non multiplicabat currus, & equos ad opprimẽdum populum: sed solùm ad ostendendam magnificentiam regiam, licèt postea oppresserit populum imponendo tributa grauia: vnde mortuo Salomone cùm regnaturus esset Roboã filius eius, petiuit populus ab eo dicens: Imminue de onere grauissimo, quod posuit pater tuus super nos, & seruiemus tibi, 3. Regum 12. & infra 10. Ergo Salomon imposuerat magnum iugum: quia aliàs non vocauissent illud iugum grauissimum. Ad secundum cùm dicitur, quòd Israelitæ iubebantur cremare currus quos caperent in bellis, & subuernare equos. Dicendum, quòd non fuit præceptum datum Israelitis, quòd quandocunque caperent currus in bello subneruarent equos, & cremarent currus: sed fuit datum mandatum specialiter Iosue: nam in alijs bellis licebat totam prædam exercitui diuidere, & sic diuidenda erat. Deuter. vigesimo, & Iosue 8. Sed cùm Iosue pugnaturus fuit contra reges multos Chananæorum, apud aquas Meron, iussit ei Deus specialiter, quòd currus hostium cremaret, & equos subneruaret: Iosue vndecimo. Alijs autem Israelitis non fuit datum istud præceptum. Nam quando Dauid pugnauit contra Soba regem, scilicet, Adazerer cœpit multos currus eius, & omnes cremauit: & subuernauit equos reseruando sibi currus centum, 2. Regum 8. et præcedenti libro capitu. 18. Et tamen si præceptum esset vniuersale de cremando currus, & subneruando equos, non reseruasset Dauid sibi vnum de equis, cùm esset legis obseruantissimus. Ergo non erat generale præceptum. Item si hoc iuberetur Israelitis ad hanc intentionem, vt Israelitæ non haberẽt currus, & equites, non prohibuisset Deus regibus Israelitarum solùm multiplicationem equorum, & curruum, sed etiam vniuersaliter prohibuisset habere currus, & equos. Solùm tamen prohibita est multiplicatio curruum, & equorum: Deuter. decimo septimo. Ergo licitum erat eis habere currus, & equites. Item dicendum erat, quòd respectu Iosue non extendebatur ad semper, sed solùm pro illa vice. Nam ante illud in alijs bellis iusserat Deus, quòd tota præda diuideretur exercitui: Iosue 8. Ideo si in illis bellis contigisset capi currus, & equos, diuisa fuisset præda exercitui tam curruum, quàm equorum.

Ad primã gõnem in contrariũ dicitur.

Ad 2m.

*De causa, propter quam Salomon voluit habere tantam multitudinem equorum, & curruum.*

*Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid Salomon voluit habere currus, & equos in maiori multitudine quàm alij reges ante eum habuerant, & post eum habuerunt: cùm iste esset apparatus bellicus, & Salomon nulla bella gesserat. Dicet aliquis, quòd Salomon nulla bella habuit. Et tamen nesciebat se habere bella: ideo iustum erat, q̃ haberet apparatum bellicum ad resistendum hostibus, & in inuadendum eos, si opus esset. Quòd autem non fuerint bella tempore suo, per accidens fuit. Sed dicendum, quòd non stat, quia certum erat, quòd in diebus Salomonis non erant futura bella, quia ante natiuitatem eius Deus prædixerat, quòd non essent bella in diebus eius, vt posset ædificare templum domino, vt patet prꝫcedenti libro cap. 22. scilicet: Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum. Et ob hanc causam pacificus vocabatur: & pacem, & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius. Item patet hoc, quia Salomon putabat, quòd etiam in diebus suis non surgerent bella. Nam Dauid non permissus fuerat ædificare templum Domino propter bella, quæ fuerant tempore suo. Et ædificatio templi requirebat magnam requiẽ à bellis. Ipse tamen dixit, quòd volebat ædificare templum Domino. dicens, quòd nullus erat, qui posset insurgere, & impedire opus. Ergo credebat, quòd in diebus eius non erant futura bella. Patet hoc, 3. Regum 5. scilicet. Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quòd non potuerat ædificare templum Domino propter bella imminentia per circuitum, donec daret eos Dominus sub vestigio pedis eius. Nunc autem requiem dedit Dominus meus mihi per circuitum, & non est satan, nec occursus malus, quamobrem cogito ædificare domum nomini Domini. Ergo putabat Salomon, quòd non erant futura bella tempore suo. Dici potest, quòd licèt Deus dixit, quòd daret pacem, & ocium in diebus eius: sed intelligitur, quòd in diebus eius non essent tot bella: sicut diebus aliorũ regum, & sic adhuc propter bella si aliqua insurgerẽt, etiam si rara essent, conueniens erat, quòd Salomon haberet currus, & equos, & apparatum bellicum. Secundò potest dici, quòd fuit hoc ad terrorem hostium, quia fortè Deus prædixerat, q̃ in diebus Salomonis esset pax, eo q̃ hostes timentes magnam potentiam Salomonis non auderent insurgere contra ipsum. Nam viderent tantum apparatum bellicum Salomonis in curribus, & equis, & equitibus quantum nullus regum contemporaneorum habebat: ideo timerent insurgere contra eum putantes, q̃ si Dauid pater suus cum valde minori apparatu subiecisset sibi omnes gentes, quæ erant in circuitu, facilius hoc faceret Salomon, qui multo maiorem habebat apparatũ. Si autem Salomon sciret, q̃ non essent tempore eius bella, nullum apparatũ bellicum haberet, scientes hoc vicinæ gentes faciliter contra eum insurgere auderent tanquam contra inermem. Non ergo debuit esse sine apparatu. Tertiò potest dici, q̃ factum est ad ostentationem honoris regalis: nam in magnitudine apparatus exterioris ostenditur regalis Maiestas, & quia Deus volebat, q̃ Salomõ esset gloriosior omnibus regibus, qui eum præcesserant, & futuri erant: conueniebat, q̃ Salomon tam in equis, & curribus, quàm in omnib' alijs extrinsecis haberet magnum apparatum, & potissimè debuit hoc esse in equis, & curribꝰ, quia nihil est, quod magis regi queniat quàm potentia. Et tamen in multitudine curruum, & equitum ostenditur potentia potius quàm in alijs rebus, ideo conueniens fuit, q̃ Salomon haberet multos currus, & equites. Quarto potest hoc esse ad honorem populi Dei, & ipsius Dei: nã Israelitæ erant populus Dei specialiter, vt patet Exod. 19. & Deuter. 7. Et sic honor istius populi erat specialiter honor Dei, & quia honor regis est honor populi, cùm Salomon honoraret statum regalem per magnitudinem exterioris apparatus: honorabat statum populi Dei, & consequenter honorabat Deum, cuius erat populus, quia cæteræ gentes videntes, q̃ Israelitæ tantum prosperabantur, q̃ suus rex esset in tanta excellentia, crederent, q̃ hoc proueniebat à Deo ipsorũ: & laudarent illum: sic patet Psal. 243. vbi enarratis proſperitatibus Israelitarum sequitur: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: & benedictus dominus Deus eius: scilicet, quia talia eis contulit. Quintò poterat esse hoc ad expendendum conuenienter pecunias. Erat enim Salomon diues nimis in argento, & auro: vt patet hic, & infra 9. & 3. Reg. 10. Ista autem non proficerent ad gloriam suam, nisi expenderentur: quia pecuniæ nunquam fulgent, nisi cùm expenduntur: ideo Salomon expendere debebat in aliquibus pertinẽtibus ad virtutem, & honorem. Pertinebat autem ad virtutem ædificatio templi, in qua Salomon faciebat magnas expensas. Ad honorem autem pertinebat apparatus domesticus in ministris, cibis, potibus, ientaculis, vestibus, & reliquis necessarijs, vel opportunis: & in habitu exteriori: sed inter hæc fulgere faciunt hominem potentem multitudo militum, equitum, & curruum, & cuiuscunque generis armaturę. Fuit ergo conueniens, q̃ Salomon haberet currus multos, & equites. Confirmatur hoc, quia sic Salomon fecit sibi ducentas hastas de auro, & trecenta scuta de auro, & ducentas peltas similes, infra 9. & 3. Regum 10. Et tamen ista non proficiebant ad bellum, nec ad aliquid aliud, nisi ad solam ostentationem gloriæ. Vnde Salomon quando ascendebat de palatio suo, faciebat portari coram se illa scuta aurea, quæ percussa sole fulgebant, & omnia, quæ in circuitu erant, aurea reddere videbantur, tertio Regum 14.

*Si Salomon peccaret in habendo tantam multitudinem auri.*

*Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, an Salamon peccabat habendo tantam multitudinem auri, & argenti, sicut hic dicitur. Aliquis dicet q̃ sic, quia Deut. 17. dicitur, quòd rex non multiplicabit sibi immensa auri pondera: sed Salomon habebat immensa auri pondera. ex modo loquendi, cùm dicatur hic, q̃ præbuit Salomon in Ierusalem aurum, & argentum, quasi lapides. Nam non poterat esse in maiori abundantia. Ergo peccabat. Dicendum, q̃ non est concedendum, q̃ Salomon peccaret in hoc: nam sicut probatum est ſupra penultima quæstione. Non est dicendum, quòd Salomon peccauerit antequam cor eius fuerit peruersum per mulieres. Et tamen quando habuit aurum, & argentum multum, de quo hic dicitur, nondum peruersum fuerat cor eius, quia illud factum est in senectute, vt patet 3. Regum 11. Ergo habendo istud aurum, & argentum non peccauit. Item patet hoc, quia Salomon habebat diuitias istas ad bonum finem, scilicet ad ædificationem templi domino, & palatum sibi, vnde non solùm expendebat ea, quæ habebat, sed etiam recipiebat commodatum ab alijs, sicut fuit de centum, & viginti talentis, quæ recepit ab Hiram rege Tyri, 3. Regum 9. Ad rationem in contrarium dicendum, q̃ Deus non vetuit regibus Israel habere immensa pondera auri, & argenti tanquam per se malum esset, sed quia ex hoc malum sequebatur: nam pecuniæ in se malæ non sunt, licèt potius earum vsus est necessarius, & sine illis ciuitas non conseruatur: multitudo tamen earum mala est per accidens, & ista accidentia multa esse possunt. nam interdum malum est alicui habere pecunias multas, quia propter eas non est securus, qui aliàs securus esset, sicut dixit Iuuenalis.

*Cantabat vacuus coram latrone viator:*

Et Boetius: Tu, qui gladium cunctaque pertimescis, si callem vitæ huius vacuus viator intrasses, nudus coram latrone cantares. Ita de Consolat. prosa 2. sic Aristo. 2. Politic. dicit, quòd ciuitatem non decet omnino pauperem esse, ne impotens sit præ egestate resistere inuadentibus, nec debet valde diues esse, ne diuitiarum magnitudine multos contra se moueat ad pugnandum: sed debet medium tenere ciuitas: ita vt nec paupertate indefensa maneat, nec diuitiarum excellentia contra se hostes concitet. Alio modo per accidens diuitiæ malæ sunt in magna quantitate: inquantum necesse est, quòd illi, qui eas abundanter habere volunt, incidant multa mala, scilicet aggrediendo modos illicitos turpis lucri: sic ait Apostolus prima ad Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Ista erat causa quare inter Hebræos Deus vetuerat regibus habere diuitias multas, scilicet, quia si scirent sibi licitum esse multa auri pondera habere, desiderio obtinendi illa spoliarent, & opprimerent subditos imponendo onera grauia. Cùm autem scirent sibi illicitum esse habere multa pondera auri, & argenti, non grauarent nimis subditos: quia ad sustentationem suam sine illorum magno grauamine habere poterant de redditibus suis, vel de moderatis tributis. In Salomone autem cessabat ista causa, quia à principio regni sui fuit valde bonus, & pecuniam congregabat non ad hoc, quòd ditaretur, sed vt inde haberet ad ædificandum templum Domini. In senectute autem sua, cùm deprauatum est cor eius circa Deum recedendo à cultu eius, ita etiam deprauatum est circa subditos imponendo eis grauia onera tributorum, vt colligitur tertio Regum 12. cùm dixerunt Israelitæ ad Roboam filium Salomonis, quando eum constituturi erant in regem, scilicet: Imminue paulisper de iugo grauissimo, quod imposuit nobis pater tuus, & seruiemus tibi. Sic etiam infra 10. Et sic iugum graue posuerat Salomon, & in hoc peccabat: & sic non est dubium, quin in senectute in congregatione auri, & argenti peccaret: quia iam non recta intentione nec debito modo faciebat: & tamen à principio cùm Salomon cõgregauit diuitias magnas, de quibus hic dicitur, non peccauit.

*De Cethæis de quibus hic agitur.*

*Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, de istis Cethæis de quibus dicitur hic, q̃ emebant ab eis negociatores Salomonis equos, qui erant. Aliqui dicunt, q̃ erant gentes habitantes in insulis Cethim, & tamen dicendum, q̃ falsum est, sicut declaratum fuit supra in litera: sed erant gentes de populis Chananæorum. Nam septem erant populi Chananæorum, scilicet Chananæi, Iebusæi, Heuæi, Hethæi: Pherezei, Gergesæi, Amorrhæi, vt patet Deuter. 7. & Iosue 3. vnus istorum populorum erat Hethæus. Accipiuntur autem Hethei dupliciter, vno modo pro populo illo speciali, qui erat vnus de septem populis Chananæorum. Alio modo pro omnibus populis Chananæorum: sicut interdum fit de Amorrheis: hic autem vocantur Hethei omnes populi Chananæorum, & ab ijs Salamon poterat emere equos, ab istis gentibus, quia iam istæ gentes erant deletæ, cùm Dauid deleuisset omnes Chananæos, & sic subdidisset totam terram suo imperio. Dicendum, q̃ à tpe Iosue inceperunt deleri populi septem Chananæorum, sed non fuerunt prorsus deleti: quia fuit magna eorum pars residua, de qua Iosue 13. & manserunt propter multas causas, vt patet Iudi. 3. & isti

Universidad de Deusto
Biblioteca



isti pauliſper muniti ſunt de terra Iſrael, nam pugnabant Iſraelitæ contra eos, & diuerſis temporibus multos occiderunt, & ceperũt loca ipſorum, ſcilicet, poſtquam diſtributa eſt terra Chanaan per ſortes quęlibet tribus deleuit aliquos Chananæos de ſorte ſua, & accepit loca illorum, Iudi. 1. & 15. & 16. & 17. Poſtea etiã tempore iudicum capta ſunt aliqua loca ipſorũ Chananæorum, & nouiſſimè temporibus regum, maximè Dauid multa loca Chananæorũ, ſcilicet Philiſthinorum, qui erant Chananæi capta ſunt, vt patet 2. Re. 8. & præcedenti lib. 18. nondum tamen erant capta omnia loca, nec deleti ipſi Chananæi, nec etiam conuerſi ad Iudaiſmum cùm hoc nõ permitteret lex, ſed iubebat, quòd non ſinerẽtur viuere, ſed occiderentur in ore gladij: Deut. 20. & tamen tempore Salomonis G erant aliqui de iſtis. Nam Pharao rex Aegypti, cuius filiam Salomon acceperat in vxorem aſcendit de Aegypto in terram Iſrael, & pugnauit contra vrbem Gazer, quæ erat in tribu Ephraim, quæ tenebatur adhuc per Chananæos, & incendit illam, occiditque habitatores eius, & dedit vrbem in dotem filiæ ſuæ 3. Reg. 9. & infra 8. Ideo ſic dicẽdum de multis alijs Chananęis, qui adhuc manebãt in terra Iſrael in regionibus, quas tenuerant ab initio. Iſtos autẽ non deleuit Salomon, nec Dauid pater eius, quia terra quam tenebant magna erat, & non poſſent illam replere Iſraelitæ: & tamen non permiſit manere iſtos liberos in terra, ſed ſubiecit eos tributo, & erant adhuc reſidui aliqui de omnibus ſeptem populis Chananæorum, ſcilicet, de Cha H nanæis, Pherrezæis, &c. vt patet 3. Reg. 9. & infra 8. ſ. Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, Amorrhæis, Pherezæis, Heuæis, & Iebuſæis, qui non erant de filijs Iſrael, & poſteris eorum, , quos non interfecerunt, ſubiugauit Salomon in tributarios vſq; in diem hãc. Manebant autem iſti populi pacifici ſub dominio regis Salomonis cùm ſoluerent ei tributa, & ab iſtis emebant negotiatores Salomonis equos.

*De cauſa quare fuerunt hic quædam verba dicta, ſcilicet, de multitudine curruum, & equorum, &c.*
*Quæſtio XXX.*

QVAERITVR vlterius, cùm hic ageretur de I ſapientia data Salomoni, & de ædificatione tẽpli, ad quid fuit interpoſitum de multitudine curruũ, & equorum, & ꝙ præbuit aurum, & argentum quaſi cedros, & lapides quaſi ſycomores, quæ naſcuntur in campeſtribus. Nam non videtur iſta pertinere ad materiam, de qua hic agitur. Dicendum, ꝙ propter duo factum eſt, primo propter præcedentia, vt conueniret illis: nam ſupra dicebatur, quòd Deus apparuerat Salomoni per noctem, & reuelauerat ei, quòd dederat ſibi ſapientiam, & quòd poſtea daret gloriam, honorem, & diuitias, ita vt nullus regum ei ſimilis foret, . Conueniens ergo fuit illico agi de diuitijs eius, & gloria, vt ſciretur quomodo Deus compleuiſſet id, quod dixerat: & ſic interponit hic de multitudine curruũ, K & equorum Salomonis, quòd per hoc innuitur poteſtas eius magna, & gloria: nam poteſtas magna erat, quòd tot bellatores equites, & tot curr⁹ haberet, quot nũquam habuerat aliquis de præcedentibus regibus: etiam ad gloriam magnam pertinebat, quia iſte apparatus copioſus equorum, & curruũ Salomonem glorioſum reddebat. Etiam ad diuitias eius oſtentandas pertinebat, quia nullus poterat tot equos, & currus habere, niſi valde diues eſſet, etiam de diuitijs eius ſpecialiter agitur inquantum dicitur, quòd præbuit argentũ, & aurum: quaſi lapides in Ieruſalem: nullæ tamen poterant eſſe maiores diuitiæ, quàm iſtę, ideo conuenienter iſtud hic interpoſitum eſt. Secundum fuit propter ſequentia. Nam infra agitur de ædificatione, quæ non poterat fieri ſine expenſis immenſis, & ſpecialiter erat neceſſarium multum aurum, & argentum pro vaſis ſacræ miniſtrationis, vt colligitur præced. lib. 28. cap. ideo neceſſe erat, quòd ad hanc ædificationem Salomon haberet aurum, & argentum multũ, & ad ſignificandum multitudinem iſtã dicitur, quòd fuit argentum, & aurum multũ, ſicut lapides. Item ad ædificationem iſtam erãt neceſſaria ligna multa, & præcipuè cedrina, quia cùm iſta eſſent præcioſiora alijs lignis de iſtis potius ædificatum eſt templum Domini: vnde quando Salomon miſit in Libanum pro lignis ad ædificationem templi, ſolùm miſit pro lignis cedrinis, & abiegnis 3. Reg. 5. & ſeq. c. Et ad hoc conueniens fuit, quòd diceretur hic de multitudine iſtorum lignorũ, quam dedit Salomõ in Ieruſalem, ſcilicet, quòd dedit cedros, quaſi ſycomores. Conſiderandum, quòd iſta multitudo cedrorum, quam Salomon in Ieruſalẽ præbuit fuit præcipuè ad ædificationem templi Domini: & tamen non ſolùm fuit ad ædificationem iſtam, ſed etiam ad alia ædificia, quia Salomon ædificauit tria palatia magna, ſcilicet, domum ſaltus Libani, quę erat armamẽtariũ regis, quæ facta eſt opere pulcherrimo, vt patet 3. Reg. 7. & domum filiæ Pharaonis, vt patet ibidem, & domum ſibi. Pro his autem eguit multis lignis cedrinis, ideo neceſſe fuit, ꝙ ipſe præberet in Ieruſalem copiam cedrorum, ſicut ſycomorum.

*Quomodo erat verum, quòd multitudo diuitiarum erat, ſicut multitudo lapidum.*
*Quæſt. XXXI.*

QVAERITVR vlterius, cũ dicatur hic de multitudine diuitiarũ Salomonis. ſ. de equis, & curribus, & de argẽto, & auro multo, ſicut lapides, quo fuit iſtud. Aliqs dicet, ꝙ fuit talis ordo tẽporis, ſicut habẽt in litera. ſ. quòd pruis data fuerit Salomoni ſapiẽtia, & deinde habuerit diuitias iſtas magnas, & poſtea ædificaret templum: & hoc propter duo: primò, quia nunquam eſt recedendũ ab ordine literę, niſi ꝙn ꝙ literit, ꝙ nõ fuerit talis ordo, qualis in litera ſignat: & tñ nũq non conſtat, ꝙ non fuerit iſte ordo: cũ ergo litera talis ordinem innuat, ſtandum videtur illi. Secundò patet, qa ad ędificationẽ templi requirebant pecuniæ multę, ſicut declaratũ eſt prẽced. quęſt. & ideo poſitũ fuit hic de multitudine diuitiarũ Salomonis: quia nõ poterat templũ ędificare, niſi multas haberet diuitias: ergo videtur, ꝙ totam illã multitudinẽ diuitiarũ, de qua dicit hic, habuerit Salomon anteq̃ ędificaret templũ, & cõſequenter fuerit talis ordo temporis, qualis ſignatur in litera. Reſpondendũ, ꝙ Salomon non potuit habere iſtam multitudinẽ diuitiarũ ſm ordinem, q ponit hic, ſcilicet, vt prius haberet ſapientiã, & deinde diuitias, & poſtea inciperet ędificare templũ: qđ patet, qa ſapiẽtia data fuit Salomoni in fine anni tertij regni ſui, vel in principio quarti, vt pbatũ eſt ſupra in quadã quæſt. declaratum eſt 3. Reg. 3. in quadam quæſt. Incepit autẽ ædificare templum illico. Nam in principio quarti anni, ſcilicet menſe ſecundo cœpit ædificare illud, vt patet 3. Reg. 6. Ideo inter ſapiẽtiæ collationem, & ſumptionem templi modicum, vel quaſi nullum tempus intercidit: & ſic non poteſt ſtare ordo literę. Aliquis dicet, quòd dato, quòd non haberet Salomon diuitias iſtas ante ædificationem templi: & poſt collationem ſapientiæ: habebat tamen illas ante ſapientiam collatam, & ſic haberet Salomon diuitias multas ad ædificationem templi. Dicendum, quòd non ſtat propter multa: quia ſi haberet tantam diuitiarum copiam, aut illas habuiſſet hæreditariè à patre ſuo Dauid, aut acquiſiuiſſet poſtquam factus eſt rex. Non



Nõ primo modo, quia Dauid non reliquit Salomoni A thelauros tam copioſos, ita vt præberet in Ieruſalem aurum, & argentum quaſi lapides. Nam ipſe Dauid non fuit tam diues, vt poſſet præbere argentum, & aurum quaſi lapides. Item quia Dauid non dedit Salomoni aurum, & argentum niſi in certo pondere ad vaſa aurea, & argentea, præced. lib. 28. & pecunias in auro, & argento, quæ ſufficere poſſent ad reliquas expenſas 2. lib. cap. 22. & 29. Tantæ autem diuitiæ quantas Salomõ hic habuiſſe dicitur, excedunt numerum, ideo non habuit illas Salomon à Dauid, præſertim cùm Dauid vocauerit ſe pauperem, dicens. Ego autẽ in paupertate mea paraui impenſas in ædem Dei mei, præcedenti lib 22. cap. Et tamen habens aurum, & argentum ſicut lapides in multitudine nõ poterat ſe pauperem appellare. Si autem dicatur ſecundo modo, ſ. quòd Salomon habuit iſtas magnas diuitias poſtquã factus eſt rex, non ſtat. Primò: quia ipſe paruo tempore adhuc regnauerat quando cœpit ædificare templum, ſcilicet annis tribus, & ferè duobus menſibus. 3. Regum 6. ſed in tam breui tempore non poterat Salomon congregare tantas diuitias. Secundò patet, quia iſto tempore Salomon non poterat vacare lucris magnis, eo quòd nondum confirmatum erat regnum in manu Salomonis, ſed habebat inſidiatores adhuc, qui conabantur eum de regno expellere, ſcilicet Adoniã fratrem ſuum, & Ioab principem militiæ: & Abiathar ſummum ſacerdotem: & toto tempore laborauerat confirmando regnum, & occidendo iſtos, ſcilicet C duos, & tradendo exilio Abiathar ſummum ſacerdotem 3. Regum 2. & in fine trium annorum cùm confirmatum eſſet iam regnum in manu Salomonis, dedit ei Deus ſapientiam, vt colligitur hic: & 3. Regum 3. & ex declaratis vtrobique, ideo in tempore iſto nõ poterat ditari Salomon, ſed potius expenderet ea, quę habebat, quia negotia talia hoc expetunt. Tertiò patet ex diſpoſitione Salomonis, quia Salomon erat adhuc iuuenis valde. Nam vocauit ſe puerum neſcientem exitum ſuum, & introitum 3. Regum 3. etiam nondum Deus ei ſapientiam dederat, ideo non poterat habere modos exquiſitos ad hoc, quòd in tam bre tempore tantum ditaretur. Quartò patet, quia Salomon ditatus eſt ex auro, quod apportabatur ei de D Ophir, & de Tharſis, & aliis inſulis, & aliis negotiatoribus, vt patet 3. Regum 9. & 10. & infra 9. Et tamen iſtæ negotiationes fuerunt poſt ædificationem templi: vt declarabitur infra, ideo non habuit diuitias iſtas Salomon vſque poſt conſumatum templum. Quintò patet, & efficatius, quia manifeſtum eſt, quòd iſta fuit maxima abundantia diuiuitiarum Salomonis, ſcilicet quod præberet aurum, & argẽtum quaſi lapides. Nõ enim poterant eſſe maiores diuitiæ: nec Salomõ alibi legitur maiores habuiſſe. Et tamen manifeſtum eſt, ꝙ Salomon non habuit maximum cumulum diuitiarum ſuarum in principio regni ſui, ſed continuè creſcebat, cùm negotiaretur cum multis gentibus mittendo ad inſulas diſtantes. Ergo non peruenit E Salomon ad iſtam magnitudinem diuitiarum in principio regni ſui, ſed multo poſt: fortè poſt medietatem temporis regni ſui, & iſtud eſſet poſt: ædificationem templi. Nam tẽplum conſummatũ eſt anno vndecimo regni Salomonis 3. Regum 6. & regnauit Salomõ annis quadraginta 3. Regum 11. Sextò patet, quia ſi Salomon habuiſſet totas iſtas diuitias ante templi ædificationẽ ipſe haberet ſufficientẽ pecuniam ad expenſas ædificationis, & tamen non habebat. Sed Hiram rex Tyri ei dabat argentum, & aurum. & omnia alia, quibus indigebat. Deditque ei talenta centum & viginti de auro 3. Regum 9. Ergo nondum habebat Salomon iſtas diuitias. Dicendum eſt quòd Salomõ



non habuit diuitias, quæ habentur hic, ante ædificationem templi, & conſequenter ordo literæ non eſt tenendus, ſed cùm ſcriptura vellet agere de Salomonis diuitijs, poſuit hic maximas diuitias eius, quas vnquã habuerit: & iſtæ fuerunt, quòd haberet aurum, & argentum quaſi lapides, quia non poterat eſſe maior copia diuitiarum, & quòd cedros præbuerit quaſi ſycomores. Sed dicendum quòd diuitias iſtas habuit Salomon ante mortem ſuam aliquanto tempore: for Deci. dub. tè poſt medium temporis regni ſui, & patet hoc, quia Salomon acquirebat diuitias ex multis. Primò de red- Vnde Salomon tã magnam auri & argenti vim habuerit. ditibus ſui regni, & iſtud erat determinatum, vt patet 3. Regum 10. ſcilicet. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per ſingulos annos ſexcentorũ B ſexaginta ſex talentorum, excepto eo quod afferebãt viri, qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores, vniuerſique ſcuta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducesque terræ. Manifeſtum eſt tamen, quòd in pauco tempore non poſſent iſti redditus facere magnũ cumulum auri, & argenti ſicut in multis annis. Secundò erant redditus ſiue lucra Salomonis ex muneribus, qui apportabantur ab iis, qui veniebant ad audiẽdam ſapientiã eius 3. Regum 10. ſcilicet: Magnificatus eſt Salomon ſuper omnes reges terræ diuitiis, & ſapientia: & vniuerſa terra deſiderabat videre vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, & ſinguli deferebant ei munera vaſa argentea & aurea, veſtes & arma bellica, aromata, & equos, & mulos per annos ſingulos. Sapientia tamen non fuit data ante templi ædificationem, niſi pauco tempore ideſt duobus, vel tribus menſibus, ſicut declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione, & 3. Regum 3. Ideo ante ædificationem templi nihil poterat habere de ijs muneribus. Tertiò erant lucra Salomonis ex negociationibus: nam multas negociationes exercebat ſiue in terra propinqua terræ ſuæ ſiue in inſulis diſtantibus. Nam mittebat in Ophir, & ferebat inde aurũ, et ẽt in Tharſis, & inde aurũ, & argẽtum ferebat, & multa alia. Maximè autem diuitiæ Salomonis in auro, & argento fuerũt in negotiationibus, quas habebat mittendo in Ophir, & Tharſis: quod patet 3. Reg. 10. & infra 9. ſcilicet. Non reputabatur argẽtum alicuius præcii in diebus Salomonis, quia claſſis regis cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde argentum, & aurũ, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauones, & tamen non fiebat redditus euntium in Tharſis, niſi ſemel in tribus annis, vt patet ex dictis. Ergo non poterat eſſe diues Salomon in argento, & auro in principio regni ſui. Sed poſtquam multis annis regnaſſet, fortè pluſquam viginti. De equorum etiam multitudine dicendum eſſet, quòd non habuit Salomon totam iſtam multitudinem in principio regni ſui, ſed cum regnaſſet multo tempore, quia equus habebat Salomon per negotiationem, & munera. De muneribus patet, quia 3. Reg. x. & infra. a. cap. dicitur quòd omnis terra deſiderabat videre vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, & ſinguli deferebant ei munera, vaſa aurea, & argentea, veſtes, & arma bellica, aromata, equos, & mulos per annos ſingulos. Iſti equi dabantur Salomoni ab audientibus ſapientiam eius: et tamen Salomon non habuit ſapientiam ante ædificationẽ templi, niſi per duos menſes, aut parum plus, ergo nõ poterat habere iſtam multitudinẽ equorũ: niſi poſt ędificationem tẽpli. Etiã patet de negotiatiõe, quia Salomõ emebat equos de Aegypto, et Coa et Syria, et regnis Hethęorũ, et tñ non negotiaretur Salomo nad emẽdã tãtã equorũ multitudinẽ, niſi qñ eẽt valde diues: ergo nõ emeert eos ĩ prĩcipio regni ſui, quia tunc non erat diues: vt ſupra declaratum eſt. Ad rationem primã in contrarium dicendum, quod nõ

est recedendum ab ordine literę, nisi cùm apparet cau F
sa ad hoc. Hic tamen apparet causa, quia non poterat
Salomon istas diuitias habere in principio regni sui an
tequam haberet sapientiam, & antequam inciperet
ædificare templum. Et hoc etiam colligitur ex litera,
nam istud quod dicitur hic, quòd Salomon præbuit
aurum, & argentum in Ierusalem quasi lapides, poni
tur etiam infra 9. & 3. Regum 10 post ædificati onem
templi: impossibile est tamen vtrobique seruari ordi-
nem temporis secundùm literam, quia hic ponitur
ante ædificationem templi: & ibi post ædificationem:
ideo stabitur illi cui ratio magis consentit. Et tamen
probatum est multis rationibus, quòd Salomon non
poterat habere diuitias istas antequam haberet sapien
tiam, nec antequam fundaret templum: ideo tenebi- G
tur, quòd multo tempore post ædificationem templi
peruenit ad istam multitudinem curruum & equorũ,
& ad istam magnitudinem diuitiarum. De multitu-
dine autem cedrorum dicendum, quòd præbuit illam
Salomon quãdo ædificauit templum Domini, & tria
palatia sibi, de quibus supra dictum est. Et dicetur se
quenti cap. in principio. Nam pro templo Domini
fuerunt nimis necessaria ligna cedrina, & postea pro
ædificatione atriorum Salomonis. Vnde prius Salo-
mon præbuit cedros in Ierusalem quasi sycomoros,
quàm præberet aurum, & argentum quasi lapides, &
haberet istam summam equorum, & curruum: vt pa
tet ex dictis, cùm illa fuerint multo tempore post ędi
ficationem templi. Ad secundum dicendum, quòd H
verum est quòd ad ædificationem temli requirebantur multæ pecuniæ: & ligna cedrina, & tamen non-
dum Salomon peruenerat ad tantam multitudinem
auri & argenti, & cedrorum, vt patet ex dictis. Habe
bat tamẽ Salomon expensas pro ędificatione templi,
quia Dauid reliquerat omnes impensas, quas putabat
necessarias, vt patet præcedẽti lib. 22. cap. scilicet: Ego
in paupertate mea parauiimpensas in ædem Dei mei.
Etiam dimisit aurum, & argentũ determinatum pro
singulis vasis aureis, & argenteis secundùm pondera,
& magnitudinem singulorum. e. lib. cap. 28. Et sic da-
to quòd Salomon non haberet tunc istas diuitias, po-
terat ædificare templum Domino de expensis, quas
reliquerat Dauid. Et si aliquid deficiebat, dabat illud I
Hiram rex Tyri Salomoni: vnde centum, & viginti
talenta auri ei dedit 3. Regũ 9. & infra 8. Etiam dicen
dum, quòd ligna cedrina, licèt fuerint in Ierusalem in
magna copia ad ædificandum templum Domino: ta-
men nondum peruenerant ad tantam copiam, vt re-
putarentur sicut sycomori, quousque Salomon ædifi
cauit tria palatia sibi. Tunc enim completa fuit ista
abundantia cedrorum. Alia ratio poterat haberi in
contrarium ex dictis præcedenti quæstione, scilicet
quòd positum fuit hic de diuitiis Salomonis post reue
lationem, quam suscepit a Deo, eo quòd in illa reue
latione dictum fuit ei, quòd sapientia data erat sibi, &
quòd diuitiæ darentur sibi quantas nullus regum an-
tę eum habuerat, nec post eum habiturus foret. Et K
vt comprobaretur visio, dictum est hic immediatè de
diuitiis eius. Dicendum, quòd iste ordo non est natu
ralis, scilicet secundùm continuationem historiæ, sed
artificialis, ita q̃ rationi valde conuenit, scilicet quòd
Deus promiserat Salomoni tãtas diuitias, quantas nul
lus regum habuerat, nec habiturus esset, ideo licèt
immediatè non haberet illas, conueniens erat imme
diatè poni, quòd illas habuerit: vt videret quomodo
ista promissio completa erat. Et sic factum est: & ob
hoc bis ponitur in hoc libro, & 3. Regum, de istis di-
uitiis Salomonis, scilicet hic & infra 9. & 3. Regum 4.
& 10. Ponuntur enim hic, & 3. Regum 4, post ipsam
dationem sapientię immediatè: vt videret quòd pro-

missio Dei non fuit irrita. Et quia promissio fuit de
diuitiis, & gloria, & honore, ponitur hic, & 3. Regũ
4. de multitudine equorum, & curuum Salomonis,
& de magnitudine diuitiarũ in auro & argento: quæ
tamen non fuerunt ista acquisita mox post sapientiæ
collationem, sed multo tempore post ædificationem
templi. Ponuntur iterum scilicet infra 9. & 3. Regũ
10. post ędificationem ipsam templi, vt sciatur quòd il
le fuerit ordo temporis in acquirendo.

## CAPITVLVM II.

DECREVIT autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi. Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris: & octoginta millia, qui cęderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria millia, sexcentos. Misit quoque ad Hiram regem Tyri dicens: Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum, in qua & habitauit: sic fac mecum, vt ædificem domũ nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam: & ad holocaustomata mane, & vespere, sabbathis quoque, & Neomeniis, & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quam ædificare eupio, magna est. Magnus est enim Deus noster super omnes Deos. Quis ergo poterit prævalere, vt ædificet ei dignam domum? Si cœlum, & cęli cęlorũ capere eum nequeũt, quantus ego sum, vt possim ædificare ei domum? Sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum coram illo.

*Decreuit*. Dicto in precedentibus de preambulis quibusdam remotis ad templi ędificationem, hic agitur de ędificatione. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur ad ędificationem apparatio. Secundò ipsa ędificatio sequenti cap. Tertiò ędificati templi dedicatio infra quinto. Prima diuiditur in duas: quia primò ponitur circa istam apparationẽ conueniens ordinatio. Secundò ponitur ordinationis executio, ibi. *Numerauit igitur Salomon*. Prima in duas, quia primò ponitur Salomonis supplicatio. Secundo regis Hiram condescensio: ibi. *Dixit autem Hyram*.





*An hic sit ordo continuus ad præcedentia, & cæt.*
*Quæst. Prima.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habẽ-
tur hic sint continuata ad præcedentia, & an fue-
rint immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tpe.
Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus
respectu eorum, quæ habentur præcedenti capi. Licèt
non est respectu omnium, quæ habentur ibi. Pro quo
scendum, quòd præcedenti cap: continentur duo. Pri-
mum est de reuelatione facta Salomoni, & sapientia
ei collata. Secundum est de diuitiis eius, & gloria in
equis, curribus, auro, & argento. Quãtum ad primum
dicendum est, quòd continuus ordo est inter ista &
præcedentia. Nam ędificatio templi, de qua hic inci-
pitur, fuit post sapientiam collatam Salomoni, vt decla
ratum est præcedenti cap. in quadam quæstione: & 3.
Regum tertio. Quantum ad secundum dicendum,
quòd non est continuus ordo, quia Salomon prius ædi
ficauit templum quàm haberet diuitias istas magnas,
de quibus præcedenti cap. vt declaratum est ibidem in
vltima quæstione. Ad secundum dicendum, quòd
quantum ad aliquid sit ordo continuus, & quãtum ad
aliquid non: quærendum est an fuerint ista post præ-
cedentia immediatè, vel interiectis aliquanto tempo-
re quantum ad illa, in quibus est ordo continuus, scili-
cet quantum ad primum. Et dicendum, quòd ista fue-
runt immediatè post illa, vel forte fuerunt simul. Nã
sicut probatum est præcedenti capitu. sapientia data C
fuit Salomoni in fine anni tertij regni sui, vel in princi-
pio quarti. Et tamen ædificatio templi cępit in prin-
cipio anni quarti regni Salomonis, vt patet tertio Re-
gum sexto, scilicet mense secundo anni eiusdem, ideo
inter ædificationem templi & dationem sapiẽtiæ pau
cum tempus intercedit: vel fortè fuerunt quasi simul.
Et quia hic agitur de apparatu ad ædificationem, scili-
cet de lignis cedrinis, quæ Salomon fecit adduci de li-
bano ad ędificãdum templum, necesse est, quòd istud
fuerit quasi eo tempore, quo sapientia data est, quia
non esset apparatus ad ædificationem quàm ipsa ædi-
ficatio. Circa primum dicitur. *Decreuit Salomon ædifi-*
*care domum nomini Domini*. Idest iudicauit, & determi-
nauit in corde suo, quòd ædificaret templũ Domino. D
Obligatus erat Salomon ad ædificandũ domũ Domi-
no: quia Deus iusserat secundo Regum septimo, &
præced. lib. cap. vigesimo septimo, & vigesimo secun-
do, & vigesimo octauo, & ipse Salomon istud onus
super se susceperat, cùm sæpe Dauid hortatus esset eũ
ad hoc, vt patet præcedenti lib. 22. & 28. capitu. & sic
circa hoc non erat deliberandum Salomoni an ædifi-
caret, vel non ædificaret: quia de necessariis non est cõ
silium, nec deliberatio, sed de contingentibus per
actus agibilibus, vt patet tertio Ethicorum capitu. de
Consilio, & electione: sed decreuit Salomon circa
tempus ædificandi, quia iudicauit, quòd tali tem-
pore habebat oportunitatem ad ædificandum, & erat
conueniens, quod ædificaret, & tali tempore non. E
In Hebræo dicitur. *Dixit Salomon ædificare domum Do-*
*mini*. Et idem est: quia dicere in corde nihil est, nisi
determinare, & istud conuenienter signatur per istud
verbum decreuit, & dicitur, Nomini Domini, quasi di
ceret, ista domus non ædificabatur Deo, quasi Deus in
ea habitaturus esset, sed ædificabatur nomini Domi-
ni, idest ad hoc, quòd inuocaretur in ea nomen domi
ni. Nam cum cœlum, & cęli cęlorum Deum cape-
re non sufficiant, non poterit eum capere aliqua do-
mus lutea manu hominum facta, sed fiebat dom⁹ no-
mini Domini, vt inuocaretur nomen Domini in illa,
& conueniret populus ad inuocandum Deum, & orã
dum in ipsa. Ista verba dixit Salomon in oratione



A sua dedicato templo, tertio Regum octauo, & infra
sexto. *Et palatium sibi*. Idest, etiam decreuit ædifica-
re palatium sibi. Non solùm fecit vnum palatium,
sed tria, vt infra declarabitur in quadam quæstione.
Istud fuit per voluntatem, quia non obligabatur Sa-
lomon sibi ædificare palatium. Et dicitur hic, quòd
decreuit sibi ædificare palatium ad sciendum inten-
tionem sequentium. Nam infra dicitur, quòd Salo-
mon petiuit ab Hiram rege Thyri ligna cedrina, & de-
claratur hic ad quid petebat illa, scilicet ad ædifican-
dum templum Domino, & domum sibi. *Et numera-*
*uit septuaginta millia virorum portantium humeris*. Id-
est, ad faciendum opus istud necesse erat, quòd ali-
qui viri portarent onera. Et ad hoc elegit Salomon
B septuaginta millia virorum. Isti viri non erant de Is-
raelitis, sed de proselytis: vt declarabitur infra in qua-
dam quæstione. Isti autem portabant lapides, quos
alij cędebant, vel aliquid aliud oportunum: vt decla-
rabitur infra. *Et octoginta millia, qui cęderent lapides in*
*montibus*. Erant necessarij lapides ad ędificandum
templum Domini: quia parietes de lapidibus fiebant,
ideo oportebat, quòd essent multi lapidum cęsores:
& isti erãt in montibus, quia ibi erant lapidicinę. Scien
dum autem, quòd hic aliqualiter peruertitur ordo,
quia de istis portantibus onera, & lapidum cæsoribus
in fine cap. infra agitur: & istud pertinet ad executio-
nem operis. Hic autem in principio agitur de appa-
ratu ad hoc, scilicet de præcibus Solomonis ad Hi-
ram super lignis cedrinis. *Præpositosque eorum tria mil-*
*lia, & sexcentos*. Idest super lapidum cęsores, & porti-
tores erant prępositi, qui iuberent artificibus, & ope-
rariis quid deberent agere, & quando. Et super istos
centum, & quinquaginta millia cæsores, & portito-
res lapidum fuerunt prępositi tria millia, & sexcenti.
*Misit quoque ad Hiram regem Tyri dicens*. Non solùm ege-
bat Salomon lapidibus pro ędificatione templi, &
domibus suis, sed etiam lignis cedrinis, & abiegnis.
Lapides autem habebat in regno suo. Ideo pro illo-
rum cęsura, & portatione nullum extraneum requi
siuit. Ligna autem non habebat Salomon in regno
suo, vel non conuenienter poterant ibi scindi, ideo
misit ad Hiram regem Tyri, cuius terra erat mons Li-
banus secundùm magnam partem, & viri de regno
eius erant edocti circa lignorum cęsionem, vt ille mit
teret ei ligna. Iste Hiram erat amicus Salomonis, cũ
prius fuisset amicus Dauid patris sui, ideo misit ad
eum confidens de eius amicitia. Tyrus ciuitas famo-
sissima est in littore maris Mediterranei, quæ quon-
dam fuit domina mercatorum. Et tantum diuitiis
affluebat, vt rex eius Deum se appellaret, dicens: quòd
in cathedra Dei sedit in corde maris: Ezechi. vigesi-
mo sexto. Gloriã autem ciuitatis huius, & frequen-
tiam populorum, & nationum venientium ad ciui-
tatem istam, latè ponit Ezechiel contra eam loquẽs,
vt patet Ezechiel vigesimo septimo, de ciuitate ista
magis declaratum est Iosue decimo nono. Est au-
tem ciuitas ista de terra Chanaan: vt declaratum est
tertio Regum quinto, in quadam quæstione. Voca-
batur Hiram rex Tyri: non quòd solùm dominare-
tur in ciuitate ista, sed quia ista ciuitas erat caput re-
gni: quòd patet, quia Hiram erat etiam rex Sidonis,
quæ est alia ciuitas famosa circa mare. Vnde dixit Sa-
lomon ad Hiram, quòd in toto populo Israel nemo
erat, qui ligna sciret scindere sicut Sidonij. Et conclu-
ditur ibi, quòd Sidonij ex mandato Hiram ligna sci-
derunt. Et sic erant de regno Hiram, tertio Regum
quinto. Erat tamen Tyrus ciuitas celebrior quàm Si-
don, quę postea per Alexandrum magnum destructa
est: & facta est siccatio sagenarum, sicut dixerat Ezec.
Rursus aũt populata est, & mansit populatio eius vsq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



Origenes in Tyro sepultus.

post Christum. Nam Origenes doctor eximius, qui inter Christianos tempore suo floruit, est ibi sepultus. An verò ciuitas illa hucusque permaneat, certam fidem non habemus. *Sicut egisti cum Dauid patre meo.* Scilicet sicut te habuisti amicabiliter ad Dauid patrem meum, ita te habeas amicabiliter mecum. *Et misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum.* Hiram sciens Dauid regnare super totum Israel, misit ad eum multa ligna cedrina, & artifices, vt ædificarent domum in qua Dauid habitaret: vt patet 2. Reg. 5. & præcedenti libro 14. cap. *In qua & habitauit.* Scilicet, fabricata est Dauid domus de lignis cedrinis, & habitauit in ea. Nam ipse Dauid dixit: Ecce ego habito in domo cedrina, & arca Dei sub pellibus est. præcedenti libro 17. *Et sic fac mecum.* Scilicet quòd mittas mihi ligna cedrina Non volebat nec petebat Salomon, quòd omnino faceret Hiram cum eo sicut egerat cum Dauid. Nam non poterat sic agere: Hiram namque cum Dauid magis gratiosè se habuit quàm cum Salomone: nam cùm sciret Hiram quòd regnabat Dauid super totum Israel, nesciente Dauid, vt ipse captaret amicitiam eius, misit ligna cedrina ei quotquot putabat sufficere ad fabricandum domum, & artifices etiam de terra sua, vt nihil Dauid laborare deberet, nihil exponere fabricãdo domum: vt patet 2. Reg. 5. & præcedenti lib. 14. ca. Et tamen iam in Salomone nõ poterat hoc esse, cùm ipse Salomon prius petiuisset quàm Hiram incitaretur ad dãdum sibi hæc. Et dato quòd posset hoc fieri, Salomon illud non peteret, quia nollet ipse quòd Hiram suis expensis mitteret ligna sibi, & artifices sicut miserat Dauid, sed solùm petebat, vt Hiram dignaretur iubere seruis suis, quòd cæderent ligna quibus Salomon egeret simul cum seruis Salomonis. Et ipse Salomon satisfaceret pro labore, & sumptibus: sicut patet infra in litera. In Hebræo dicitur. *Septuaginta millia virorum oneris.* Vbi nos dicimus septuaginta millia virorum portantium humeris. Et idem est. Litera tamen nostra magis clara est quàm Hebrea, cùm illa sequatur proprietatem idiomatis quàm barbarici: Nostra autem sequatur congruitatem sententiæ in sermone Latino. Item in Hebræo dicitur. *Octoginta millia virorum cædentem in monte.* Vbi litera nostra dicit octoginta millia virorum, qui cæderent lapides in montibus. Et eadem sententia est. Litera tamen nostra exponit sensum barbaricum Hebraici idiomatis, in quo nõ seruantur numeri, nec personæ inter suppositum, & appositum, nec genera & numeri: & aliæ conuenientiæ adiectiuorum, & substantiuorum; antecedẽtium, & relatiuorum. Ideo cùm deberet dici octoginta millia virorum cædentium, vel qui cæderent: dicitur cædentem, vel cædentis in singulari, quæ est magna barbaries locutionis. Et istud consuetum est in Hebræo: nam sic dicitur Isa. 19. vbi litera nostra dicit: Tradam Aegyptum in manus dominorum crudelium. Dicitur in Hebræo, In manus dominorum crudelis, scilicet adonim caseth: nam adonim est pluralis numeri, & significat dominos. Et caseth est singularis numeri, & significat durum, vel crudelem: quia si esset pluralis numeri deberet dici adonim cassim. Sic etiam est in relatiuis: nam interdum anteeedens est pluralis numeri, & relatiuũ est singulare: vt Iosue 2. dicitur de Raab, quòd accepit duos exploratores Hebræorum, & abscondit eum: & deberet dici, abscondit eos: sicut dicit litera nostra. In multis alijs locis sunt similes locutiones, quia Hebraicum idioma est quasi barbaricum. Et ita hic deberẽt poni cæsores lapidum pluraliter, & ponitur singulariter, & non ponitur in Hebræo an isti cæderent lapides, vel quid cæderent: posuit tamen litera, quòd erant lapides, quia constat, quòd isti non erant lignorum cæsores, cũ de his infra dicatur: Et ligna non cæderentur in terra Israel, sed in Libano in regno regis Hiram. Etiam colligitur infra in litera, vbi dicitur de istis, quòd cædebant lapides. & 3. Regum 5. idem ponitur. Etiam sciendum, quòd Hiram non scribitur sic hic apud Hebræos, sicut in alijs locis, quia hic non dicitur Hiram, sed Huram: quia scribitur cum Vau, & in alijs locis scribitur cum Iod: & tamen istud non differt, quia constat quòd idem vir est: de quo hic agitur, & in alijs locis. *Vt ædificem domum nomini Dei mei.* Scilicet, da mihi ligna cedrina de terra tua, ad ædificandũ ex illis domum nomini Domini: idest in qua inuocetur & colatur. In Hebræo dicitur (Ecce ego ædificans domum nomini Dei) Idem est. Sed debet poni litera per modum constructionis, sicut dicitur in litera nostra scilicet: Vt ædificem, & litera nostra emendat modum incomptum loquendi, qui est in Hebræo. *Et consecrem eã ad adolendum incensum coram illo.* Scilicet, ista domus consecrabitur, idest dedicabitur ad istos vsus, qui sequuntur, & non ad aliquas ministrationes humanas. Adolere incẽsum potest intelligi dupliciter. Vno modo pro cremationc thymiamatis, quod quotidiè cremabatur bis, scilicet mane, & vespere, vt patet Exo. 30. Alio modo potest intelligi pro crematione sacrificiorum in altari holocaustorum. Et licèt primus modus magis videatur consonare voci: tamen coincident tũc duo, scilicet adolere incensum, & fumigare aromata. Ideo videtur dicendum, quòd primum tenẽdum est, scilicet pro crematione sacrificiorum in altari. Et vocabatur quodlibet sacrificium incensum: quia incendebantur carnes eius, vel adipes in altari. Et maximè conuenit hoc holocaustis, quæ tota incendebantur. Sicut signat nomen suum. Incensum erat coram Domino, quando in altari holocaustorum quod erat extra templum in atrio eius cremabantur carnes sacrificiorum. *Et ad fumiganda aromata.* Idest ad emittendum fumum de aromatibus, ista sunt thymiamata. Pro quo sciendum, quòd Deus iusserit fieri quandam compositionem arte pigmentaria de rebus aridis, & erant ipse species multæ. Primæ erant aromata, & deinde multæ aliæ: & accipiebantur in certo pondere, & proportione, & terebantur simul in mortario: ita vt comminuerentur vsque ad puluerem minutissimum: & ista compositio vocabatur thymiama: Exo. 30. vbi dicetur modus conficiendi. Et de isto thymiamate ponebatur quotidiè in altari thymiamatum, & cremabatur ibi bis. Et quia ibi emittebatur fumus gratissimus, dicitur quòd fumigabantur aromata, idest thymiamata: non sola aromata non fumigabantur cùm essent quædam pars in compositione thymiamatis: Exo. 30. De modo faciendi istas cæremonias infra dicetur in quadam quæstione. *Et ad propositionem panum sempiternam.* Etiam istud templum erit ad hoc, quòd proponantur ibi panes in æternum, scilicet in mensa propositionis. Pro quo sciendum, quòd erat in templo quædam mensa aurea, quæ vocabatur mensa propositionis, eo quod ibi ponebantur panes: & erant in ea semper duodecim panes coram Domino. De modo autem, & cæremonia istorum panum, & causa declarabitur infra in quadam quæstione. *Et holocaustomata mane, & vespere.* Idest etiam domus ista Dei esset ad offerendum in ea quotidiè holocaustomata, idest holocausta mane, & vespere. Erat in templo sacrificium iuge, idest quotidianum, quod offerebatur bis in die, & erant duo holocausta, scilicet vnus agnus anniculus in aurora, & alius vespere. Et quia nullo die omittenda erant sacrificia ista quæcunq; causa vrgeret, vocabantur iuge sacrificium. *Sabbathis quoq;, & Neomenijs, & solennitatibus.* Idest non solùm ad offerendum sacrificium iuge, quod erat mane, & vespere, & offerebatur omnibus diebus, sed etiam ad offerenda quædam sacrificia speciaA lia, quæ offerrebantur præter istud sacrificium iuge. Et offerebantur hæc in sabbathis, et neomeniis, et aliis solennitatibus. Pro quo sciendum, quòd apud Iudæos erant duplices dies, sicut apud nos, scilicet solennes, & profesti, Dies profesti erant, in quibus non vacabatur à laboribus: nec etiam fiebant aliquæ cæremoniæ speciales circa cultum Dei. Et in quolibet istorũ dierũ solum offerebatur ordinariè sacrificium iuge. Et istud intelligitur cum dicitur supra ad holocaustomata mane, & vespere. In diebus solennibus offerebatur sacrificium iuge, & insuper alia sacrificia specialia ad solennitatem dierum illorum. Solennitates autem istæ erãt duplices: quædam erant, quæ semel tantum in anno accidebant. Aliæ erant, quæ replicabantur: illæ, quæ replicabantur erant duplices: quia quædam replicabantur qualibet hebdomada. Et istæ erant sabbatha. Alia replicabantur quolibet mense, & istæ erant Neomeniæ, & istæ non vocantur hic solennitates, quia replicantur, sed exprimuntur nominibus suis. Aliæ erant, quæ non replicabantur. Et istæ erant quinque, scilicet festum Phase, Pentecostes, & Clangoris, Propositionis, & Tabernaculorũ, siue Scenophegiæ: in qualibet istarum offerebantur specialia sacrificia. De istis festiuitatibus, & causis earum, & cæremoniis declarabitur infra in quadam quæstione. *In sempiternum.* Scilicet, cæremoniæ istę nominatæ fient in æternum in domo, quam ædificare intendo. Istud dicebat Salomon, quia non erat iam mutandum tabernaculum domini, & Arca de loco ad locum: sed in Ierusalem manere debebat in æternum, de quo infra dicetur in quadam quęstione. *Quæ mandata sunt Israel.* Scilicet omnes istæ cæremoniæ supra enarratæ mandatæ fuerunt Israelitis à Deo, vt semper illas frequentarẽt, & quotidiè facerent, vt patet in locis allegatis de quarum propositionis de sabbatho in sabbathum: Leuit. 24. De holocaustis quotidianis mane, & vespere: Num. 28. De cæremoniis sabbathorum, Neomeniarum, & solennitatum, Num. 28. & 29. *Domus autem, quam ædificare cupio, magna est.* Idest magna debet esse. Nam non erat magna, cùm nondum esset. Sed magna esse debebat, & magna esse proponebatur. Istud dixit Salomon ad declarandum Hiram quantum peteret. Nam si solum diceret, quòd volebat ædificare domum Domini, putaret Hiram, quòd fortè esset parua, & pauca materia sufficeret: vt ergo intelligeret, q̃ multa ligna, & lapides requirebantur, dixit, quòd domus ista valdè magna esse debebat. *Magnus enim Deus super omnes Deos.* Reddit causam quare domus illa magna esse debebat, scilicet quia ædificabat Deo, qui erat magnus super omnes Deos. Ideo domus sua debebat esse maior, quàm domus aliorum Deorum. Sic dixit Salomon præcedenti libro capitu. vigesimo nono, cùm daret causam quare tantæ impensæ dabãtur in domum Domini, ait: opus enim grande est, nec homini paratur habitatio, sed Deo. In Hebræo dicitur. *Ad ordinationem quotidianam.* Vbi nos dicimus ad propositionem panum sempiternam. Et vocatur illa propositio panum, quia proponuntur scilicet coram Deo in mensa. Et vocatur ordinatio: quia panes illi ordinabantur super mensam, eo quòd seni contra seues ponebantur: Leuit. 24. capitu. Dixit autem litera nostra sempiternam vbi Hebraica dixit quotidianã, & est melior sensus. Nam manifestum est, quòd panes in mensa propositionis non ponebantur, nec ordinabantur quotidiè, sed ponebãtur duodecim panes quolibet sabbatho: & manebant ibi vsque ad aliud sabbathum, quo mutabantur, vt ponerentur alij recẽ tes: vt patet Leuiti. vigesimo quarto. Et cùm dicitur sempiternam, signatur quòd ista propositio panum





debebat durare vsque in æternũ, licèt non fieret quotidiè. Cùm tamen vocatur in Hebræo quotidiana, debet referri ad permansionem panum in mensa, scilicet q̃ quotidie manebãt ibi, quia omni tempore erãt ibi: non tamen quotidie mutabantur. Item in Hebræo dicitur. *Istud super Israel.* Vbi dicit litera nostra, quę mandata fuerunt Israel. Et idem est, quia quod mandabatur Israelitis erat super eos, scilicet obligando eos ad agendũ. Et dicitur domus, quàm ædifico. Vbi litera nostra dicit: domus, quam ædificare cupio. Et in hoc litera nostra exposuit Hebraicam, quia nõ ædificabat adhuc Salomon domum domini, quando istud loquebatur, sed intendebat ædificare habita materia lignorum, & lapidum. *Quis ergo poterit prævalere, vt ædificet ei* B *dignam domum?* Idest, quis poterit ædificare ei domum conuenientem secundùm excellentiam suam? quasi dicat, nullus hominum quia honor Dei est infinitus, & nullus hominum meretur, vel potest aliquid ad infinitum honorem pertinens facere. *Si cœlum, & cœli cœlorum eum capere non queunt, quantus ego sum, vt possim ei ædificare domum?* Quasi dicat, cœlum non potest continere Deum, capiendo eum: à fortiori ego, qui sum homuntio, non potero ei domum ædificare. De modo quo cœlum non potest capere Deum infra declarabitur: cum Deus videatur esse in quibuslibet rebus. *Sed ad hoc tantum adoleatur incensum coram eo.* Quasi dicat, nõ est intelligendum quòd ego velim facere domum, in qua Deus capiatur: quia istud impossibile est, cùm cœ- C lum eum non capiat: sed solùm facio domum, vt adoleatur ei incensum in ea. Quomodo autem hic dicat litera, quòd ad hoc solum, vt adoleatur incensum domus ista facta est, cum supra ponantur multæ cæremoniæ, ad quas fieri debebat, infra declarabitur in quadam quæstione.

Quæst. 18.

Quæst. 13. 14. &c.

### *De palatio quòd Salomon decreuit ædificare.*
### *Quæstio II.*

QVAERITVR circa prædicta, quomodo dicitur hic, quòd decreuit Salomon ædificare domũ D Domino, & palatium sibi, & quod aut quale palatium erat istud, quod ædificare intendebat. Dicendum, quòd circa ædificationem domus Dei, quòd Salomon non decreuit ædificare tanquam super hoc deliberasset, quia Salomon erat obligatus ex præcepto Dei, & Dauid patris sui ædificare templum Domino. 2. Reg. septimo. & præcedenti lib. decimoseptimo, & 22. & 28. Sed deliberatio fuit de modo ædificandi, & de tempore, & de materia quærenda, & decreuit Salomon petere materiam ab Hiram. Circa palatium quod Salomon decreuit sibi ædificare, dicendum, quòd non fuit vnicum palatium, sed tria: vocatur tamen palatium sibi, inquantum erat distinctum à domo, quæ ædificatur Deo. Ideo siue esset vna domus, E siue multæ diceretur palatium sibi. Erant autem tres domus, scilicet palatium quod fecit Salomon, vt ipse moraretur in eo cum vxoribus suis, & palatium, quod fecit filiæ Pharaonis, & domus saltus Libani. Quia essent istæ tres colligitur. 3. Reg. 7. & ibi declaratum est. Causa quare fecit Salomon domum filiæ Pharaonis fuit, quia Salomon habebat vxores multas: nam erant ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ. tertio Regum septimo. Et inter illas erat dignior filia Pharaonis, quia illam primo acceperat: & fortè quia erat maioris dignitatis propter patrem suum, qui erat potentissimus rex, ideo honorabat eam Salomon inter cęteras, quasi esset vnica vxor. Sicut colligitur Cantic. sexto. Sexaginta sunt reginæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& octoginta concubinæ, & adolescentularum nō est numerus: vnica est columba mea, perfecta mea: vnica est matri suæ, electa genetrici suę. Et ibi quantum ad literam agitur de filia Pharaonis, quæ excedebat reliquas uxores. Salomon ergo voluit honorare eam in hoc, quòd ei solùm fecit domum, vbi maneret cum familia sua. Ipse autem Salomon cum aliis vxoribus, & concubinis manebant in alia domo, & ista est domus secunda, de qua dicitur tertio Regum tertio, quòd edificauit Salomon sibi domum. Tertia domus erat, quæ vocabatur saltus Libani, in qua erat armamentarium regis. Istius autem domus pulchritudo super alias domos, & fabricatura huius ponitur tertio Regum septimo. Aliarum autem non ponitur figura. De gloria autem domus huius, & partibus eius, & officijs, vel vsibus, ad quos erat, declaratum est ibidem. Istę domus fuerunt magnę, & magnorum sumptuum in ędificando, moratusque est Salomon ædificando eas maiori tempore, quàm ædificando templum. Nam templum ædificauit in septem annis, tertio Regum sexto. Domum autem suā, scilicet omnes tres domos ædificauit annis tresdecim, vt patet eodem lib. 7. Et pro istis domibus accepit Salomon ligna cedrina, & abiegna ab Hiram, quæ simul cæsa sunt cum lignis pro domo domini. Et ob hoc dicitur hic, quòd decreuit Salomon ædificare domum domini, & palatium sibi, quasi dicat, materia, quæ infra petitur ab Hiram, erat tam pro domo Dei, quàm pro palatio regis.

*Si Salomon peccauerit ædificando sibi palatium.*
*Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, ad quid Salomon voluit ædificare sibi palatium, cùm iam haberet palatium, & an peccauerit in hoc. Aliquis dicet, quòd sic, quòd expendere pecuniam in aliquid superuacuū peccatum est. Et tamen superuacuum erat Salomoni ædificare palatium sibi, quia habebat iam palatium, & satis speciosum. Nam Dauid habebat domum cedrinam pulchram, quam fecerant ei artifices Hiram, secundo Regum quinto. Et præcedenti libro cap. decimo quarto. Et ipse Dauid laudabat eam tanquam esset maior, quàm ipse mereretur. Cùm dixit: Ecce ego habito in domo cedrina, & arca Dei sub pellibus est: præcedenti lib. decimo septimo capitu. sufficiebat ergo Salomoni habitare in domo illa, & non ædificaret alia palatia. Aliquis dicet, quòd Salomon licitè ædificauit palatium sibi, quia fecit hoc ad honorem Dei, scilicet ne vxor sua maneret in domo Dauid, eo quòd sanctificata fuerat, quia ibi steterat arca, vt patet infra 8. Et sic fecit ei domum. Dicendum, quòd licitè poterat morari filia Pharaonis, & quæcunque alię mulieres in domo Dauid, licèt stetisset ibi arca, vt declaratum est tertio Regum nono, in quadam quæstione, & etiam dicetur infra 8. & sic non oportebat aliam domum ædificari: & dato quòd licuisset aliam domum ædificari pro filia Pharaonis ad maiorem honestatem, ad quid tres domus ædificatæ sunt? vt declaratum est præcedenti quęstione. Dicendum est, q̄ Salomon ædificando istas tres domos, non peccauit, etiam si plures ædificasset: nam ædificare secundùm se non est malum, nisi ad malum finem fiat, vel de rebus malè acquisitis. Nec etiam erat prohibitum ædificare domos multas, & pulchras. Vnde non solùm Salomoni erat licitum, sed etiam quibuscunque aliis regibus ædificare multas domos. Nam quædam erāt prohibita regibus inter Israelitas, scilicet multiplicare equos, & currus, & augere pondera immensa auri, & argenti, Deuter. 17. Inter hæc autem ædificia pulchra non erant interdicta regibus, ideo licebat eam ædificare: potissimè autē licitum erat hoc Salomoni: quia Deus promiserat ei dare gloriā, & diuitias super omnes reges, qui ante eum fuerant, & qui post eum futuri erant. Et tamen gloria apparet in magnitudine, & pulchritudine ædificiorum, & cæteris apparatibus exterioribus: ergo licitum erat Salomoni facere palatia quotcunque vellet, & quantęcunque magnitudinis, & pulchritudinis. Item patet, quia ad magnificum pertinet expendere abundantissimè in iis, quæ fiunt semel per vitam, vel rarò. Et in iis, quę semel facta sem per manent: sicut in contractu matrimonij, in domus construction e, in sepulchro faciendo, & similibus: vt patet quarto Ethi. cap. de magnificentia. Sed Salomon erat magnificus, & Deus volebat, quòd esset magnificus, quia ipse dederat ei hunc habitum, vel inclinationem: vt patet tertio Regum quarto Dedit Salomoni sapientiam, & latitudinem cordis, sicut arenam, quę est in litore maris, scilicet magnam latitudinem cordis. Et tamen latitudo cordis est magnificentia, secundùm quam non dubitat quis magna expendere in eis, quæ oportet. Ergo licitum erat Salomoni facere pulchra, & magna ædificia. Item patet: quia ad magnificum pertinet habere res aliquas magni valoris, & expensarum, & paruorum reddituum, quæ solùm proficiant ad ostendendum magnitudinem illam, vt patet quarto Ethic. scilicet de magnanimitate. Et tamen Salomon erat magnanimus: ideo ad eum pertinebat habere talia: & huiusmodi sunt palatia ad habitandum pulchra, quia nullorum reddituum sunt, cū non sunt locanda, ideo ad Salomonem pertinebat ædificare palatia. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non peccauit Salomon ędificādo palatia, quia Salomon non legitur peccasse vsquequo mulieres peruerterunt cor eius ad idolatriam 3. Reg. 2. Et tamen ante hoc ipse habebat palatia tria facta, de quibus 3. Reg. 7. Ergo non peccauerat construendo illa. Et cū dicitur, quòd expendere pecuniam superuacuè peccatum est. Et tamen Salomon faciebat huiusmodi, ergo & cęt. Dicendum quòd verum est, quòd expendere superuacue pecuniam in quolibet homine est peccatum, & tamen qui expendit illam ad aliquod opus virtutis qualecunque illud sit, non expendit superuacuè. De Salomone sic dicendum, quòd licèt haberet domum, in qua habitaret, & construeret alia palatia, nō faciebat superuacuè: quia opus magnificentiæ, & magnanimitatis erat, quæ sunt virtutes excellētes 4. Ethi. Etiam faciebat ad gloriam regni sui, et Deus volebat, quòd ipse esset gloriosior alijs regibus, ergo etiam vel let, quòd faceret plura, et maiora ędificia q̄ alii reges.

*Quare Salomon numerauit operarios cum Dauid cōstituerit eos.*
*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd Salomon numerauit operarios, scilicet septuaginta millia portātium onera, & octoginta millia, qui cęderent lapides. Nam Dauid collegerat iam omnes operarios, qui necessarij erant ad opus istud: ideo non oportebat quòd Salomō alios numeraret operarios: patet quòd Dauid constituerit operarios, quia precedenti cap. 22. dicitur quòd præcepit Dauid, quòd congregarentur omnes proselyti de terra Israel, et constituit ex eis latomos ad cędendos lapides in montibus, et poliendos, vt ædificaretur domus Domini. Aliquis dicet, q̄ Dauid artifices numerauit ad cędēdos lapides, et tñ non ad portanda onera humeris suis. Nam præcedenti capitu. vigesimo secundo solùm dicitur de latomis, et illi sunt lapidum cęsores. Dicendū q̄ hoc nō stat, quia licèt ibi dicatur solū de cęsoribꝰ, intelligēdū etiam



etiam est de portantibus onera, quia integrum opus constituit Dauid, ita vt non deesset Salomon aliquid nisi velle, & ponere animum, & si mihi ad opus: quod patet eodem capi. Nam cùm enarrasset Dauid omnia necessaria in opere iam esse ab eo parata, ait: Surge ergo, & fac, & erit Dñs tecum. Si tamen deessent portitores onerum non esset opus completum. Ideo dicendum, q̄ Dauid etiam constituit portitores onerū. Dicendum, q̄ verum est, q̄ Dauid viuens instituit cęsores lapidum, & portitores, quos haberet Salomon ad opera, & illos eosdem Salomon postea accepit ad opus hoc, vt patet infra in litera, scilicet cum iis artificibus, quos mecum habeo in Iudæa, quos præparauit pater meus Dauid: ergo artifices istos lapidum, quos nunc Salomon, habebat instituerat Dauid. Salomon tamen fecit nouam numerationem istorum artificū propter multa. Primò, quia Dauid numerauerat istos artifices viuens, & non inceperant tunc facere opera, ita vt continuaretur vsque ad tempus, quo nūc Salomon cœpit ædificare templum, sed manserunt quiescentes toto tempore intermedio. Nunc autem cùm opus incohandum esset tempore Salomonis, noluit operarios istos numerauit Salomon, & destinauit eos ad opera sua. Secundum fuit, quia Dauid numerauit proselytos, qui erant tempore suo, & eos affrinxit vel assignauit huic operi cedendorum polien dorum, portandorumque lapidum. Et tamen post illam numerationem vsque ad tempus, quo Salomon inchoauit opus istud creuerunt proselyti, quia multo plures conuersi sunt ad Iudaismum. Etiam aliqui ex eis, qui iam conuersi erant non erant tempore Dauid apti ad labores istos propter paruitatem, & tenerā ętatis. Et postea tempore Salomonis q̄n incohatum est opus, erant apti: & sic debuerunt à Salomone iterum numerari: & inuenirentur multo plures. Considerandum aūt, q̄ in ijs operariis, qui lapides cędebant, & portabant humeris, nullus erat de progenie Israelitarum, sed omnes erant de conuersis ad Iudaismum, & de filijs eorum, & vocantur isti proselyti, quia de alieno cultu veniebant ad cultum veri Dei. Et de terra gentilium veniebant ad habitandum inter Iudæos. Et patet hoc, quia tam in numeratione, quam fecit Dauid, quā in ea quam fecit Salomon, dicitur quòd erāt proselyti oēs: de numeratione Dauid patet præced. lib. 22. capit. s. præcepit Dauid, vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel: & constituit ex eis latomos ad cædendum lapides. De numeratione, quam fecit Salomon, patet infra in litera, s. numerauit Salomon oēs viros proselytos, qui erāt in terra Israel. Quare autem soli proselyti ad hoc opus assumpti sunt: & quam habitudinem tenebant inter Israelitas declarabitur infra in quadam quæstione.

*De ista additione, quæ hic ponitur in quibusdam verbis, scilicet. In qua, & habitauit.*
*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, cùm Salomon loquatur ad Hiram regem Thyri, suadens ei, quòd det sibi ligna cedrina, sicut dedit Dauid patri eius ad ædificandam domum: quare dicitur: in qua & habitauit? quia ista additio videtur superuacua. Nam nihil addit ad intentum Salomonis, quòd Dauid habitasset in domo aliqua alias illa, quā ædificauerunt ei artifices Hiram de cedris. Dicendū, q̄ non ponitur sine mysterio illa particula, & proficit ad duo, quæ Salomon petebat ab Hiram. Primum erat, quòd daret sibi ligna cedrina, & alia pro domo Dei ædificanda. Secundum erat, quòd daret sibi etiam pro palatio quod sibi volebat ædificare: quantum ad primum proficiebat, scilicet, quòd si domus de cedris constructa fuit Dauid, & habitauit in ea, dignius erat, quod construeretur Deo domus de cedris. Istam eandem rationem fecit Dauid contra se, putans se male agere si non construeret templum Domino, cùm ait ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, & arca Dei sub pellibus est, præcedenti lib. 17. ca. quasi dicat, iniustum est, quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei non habeat domum cedrinam, vel preciosiorem si fieri potest, sed quòd habitet sub tētorio de pellibus. Istum etiam modū arguendi Deus habet contra Iudæos: nam volebat quòd talia darentur ei qualia magnis dominis: nam ipse est maior omnibus dominis, scilicet rex regum, et dominus dominantium, qui solus habitat lucem inaccessibilem. Prima ad Thimoth. sexto. Ideo vult, quòd si aliqua sunt, quę oblata magnis principibus non placēt eis, non offerrantur duci suo: vt patet Malach. primo, vbi cōque ritur Deus de sacerdotibus, qui contemnebant sacrificia, dicens: Vos ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dicitis, in quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te? in eo quòd dicitis, mensa Domini despecta est. Nōne si offertis claudum ad immolandum, malum est, offer illud duci tuo, & si placuerit ei, aut susceperit faciem tuam: quasi dicat, sicut quando offertis munera ista despecta ducibus, & magnis dominis non acceptant illa, ita nec ego acceptabo. Et sic vult Deus, quòd talia sibi offerantur, qualia principibus magnis offeruntur. Et tamen principes, & reges volunt habitare in domibus cedrinis: ergo Deo fabricanda erat domus cedrina. Secundò proficiebat hoc ad materiam, quam petebat Salomon, vt ædificaret inde palatium sibi. s. quia pater eius habitauerat in domo cedrina, quia nō indignior patre suo, sed potiꝰ magnificandus erat in gloria diuitiis, & honore super eū & super omnes reges, sicut Deus de eo prædixerat præcedenti capit. & tertio Regum tertio. Rectè ergo dictum est, quòd Dauid habitauerit in domo cedrina.

*De quibusdam cæremonijs hic positis, quæ debebant fieri in domo, quam intendebat ædificare Salomon.*
*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic de cæremoniis, quæ deberent fieri in domo, quam intendebat Salomon ædificare, scilicet quòd adoleretur incensum, & suffumigarentur aromata, & proponerentur panes: & offerentur holocausta mane & vespere, qūo fieri debebant cæremoniæ istæ. Respondēdum, quòd prima cęremonia erat suffumigare aromata, vel adolere incensum. Pro quo sciendum, quòd Deus iusserat fieri duo altaria in sanctuario suo. Vnū erat aureū, aliud ęneum. De æneo postea dicetur. De altari aureo dicendum, q̄ erat factum quadratum de tabula lignorum setim intus vacuum, vt esset portatile habens duos cubitus altitudinis & vnum cubitum latitudinis, & alterum longitudinis. Et erat totum opertum laminis aureis, ideo vocabatur altare aureum. Istud erat positum intra tabernaculum Moysi in prima tabernaculi parte ante velum sancti sanctorum, & quotidie in eo cremabatur thymiama bis mane & vespere, Exod. trigesimo. Modus autem erat, quòd sacerdos induebatur vestibus sacris, & capiebat vnum vas de illis, quæ vocantur ignium receptacula: Exo. 27. vel alio nomine vocantur thuribula, eo q̄ postea ponebatur in eis thus, & implebat illud vas prunis, quas sumebat de altari holocaustorum. Nam in altari holocaustorum erat ignis perpetuus, qui nunq̄ extinguebatur, cùm sacerdotes supponerēt ei semper

Modꝰ cremandi thymiama.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ligna Leu. 6. Illud altare erat extra tabernaculū in atrio F eius, & sumptis inde prunis sacerdos ī thuribulo æneo introibat in tabernaculum, & ponebat thymiama super prunas, & vas sic plenum prunis & thiamate ponebat super altare thymiamatum, & cremabatur ibi thymiama: emittebatque odorem suauissimū. Ignis autem ad cremandum istud thymiama semper assumebatur de altari holocaustorum. Et si quis assumeret de alio igne ad ponendum in thuribulis, peccabat, & moriebatur. Sic enim mortui sunt duo filij Aaron prima die, qua ministrauerunt. Nam acceperunt ignē alienum in thuribulis, & egressus ignis de altari holocaustorum cremauit illos: non lędendo vestes, nec corpora, sed ipsos occidendo. Leuit. 10. Cùm autem G ponerentur ista thuribula plena prunis & thymiamate super altare aureum, sacerdos qui ponebat, manebat intra tabernaculum coram altari donec totum thymiama cremaretur: & tunc tollebat thuribulum de altari, & exibat de tabernaculo ad atrium, vbi erat populus. & alij ministrantes, & ponebat thuribulum in loco suo cum aliis vasis altaris holocaustorū. Iste modus obseruabatur etiam in vespere, cùm quotidie fieret bis, & quandiu sacerdos maneret interius dum cremabatur thymiama, populus erat foris expectans eum quousque exiret. Sic patet de Zacharia patre Beati Ioannis Baptistæ: nam sorte exijt, vt offerret incensum, & introiuit in templum Salomonis, & mansit ibi, dū cremaretur incensum, apparuitque ibi Angelus, qui denunciauit sibi, ꝙ gigneret filium, & quia dubitauit H factus est mutus Luc. primo. Et dicitur ibi, quòd erat populus foris expectans eū, scilicet ipse erat intra templum, & populus totus erat foris in atrio templi, & expectabant quousque ille exiret completo iam ministerio. Iste idem modus obseruabatur in ista cæremonia in templo Salomonis, ꝙ in tabernaculo Moysi. Nam etiam in templo Salomonis altare holocaustorum, de quo sumebantur prunæ pro thuribulo, erat extra tabernaculum in atrio eius, altare autem thymiamatum erat in templo ante sancta sanctorum. Quod patet, quia Zacharias, quando obtulit incensum dicitur, ꝙ intrauit ad offerrendum, & populus expectabat eum foris. Vocabatur istud altare aureum, quia auro opertum erat. Vocabatur altare thymiamatum, quia I in eo quotidie bis thymiama cremabatur. Istud thymiama erat cōfectum de multis speciebus aridis sumptis in pondere debito, & proportione: & omnia contundebantur in mortario, quousque redigerentur in puluerem minutissimum. Exo. 30. Causa autē, quare offerrebatur thymiama, dicetur sequenti quæstione. Ista ministratio erat quotidiana, & non augebatur, nec diminuebatur sicut sacrificia. Nam quotidie offerrebantur duo holocausta, scilicet mane, & vespere, quæ vocantur iuge sacrificium, & in festiuitatibus offerrebantur plura, Num. 28. & 29. in thymiamate tamē quod cremabatur, idem ritus erat, quia quotidie cremabatur solùm bis, nec addebatur, nec minuebatur: Exod. trigesimo. K

Quo thymiama cō ficiebatur.

*Quare quotidie cremabatur incensum bis.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius de causa, quare quotidie cremabatur incensum bis, scilicet thymiama. Dicunt quidam, quòd hoc erat ad extinguendum fœtorem, qui insurgebat excrematione sacrificiorum. Nam in atrio tabernaculi quotidie fiebant sacrificia, & in altari holocaustorum cremabantur illorum adipes, vel carnes. Ex carnibus autem combustis, vel adipibus grauis odor exhalat: & ad extinguendum illum fœtorem cremabantur thymiamata, quæ etant suauissimi odoris, sed istud non stat. Primò quia (vt plerique asserunt) ex carnibus et adipibus crematis in altari non insurgebat aliquis fœtor Deo faciente hoc miraculosè, & sic dicūt de multis aliis miraculis, quę asserunt fieri circa sacrificia. Secundò patet, quia dato quòd insurgeret fœtor ex crematione ista, nō poterat auferri iste fœtor per ista thymiamata, quæ cremabantur, quia tantus erat fœtor, quòd oportebat immensa thymiamata cremari ad hoc, quòd mitigaretur, vel non sentiretur: & debebat esse tam excessiuus odor aromatum ad tollendum omnem fœtorē combustionis, quòd fortè corrumperet sensum. Tertiò patet, quia si thymiamata ista cremarentur ad tollendum fœtorem ex crematione carnium & adipum consurgentem: necesse erat, quòd cremarentur toties thymiamata, quoties fiebant sacrificia. Et tamen licèt regulariter quolibet die fieret duo holocausta, scilicet mane, & vespere Nu. 28. tamen in festiuitatibus fiebant multo plura, & per accidens ex deuotione populi fiebant multa, ita vt interdum contingeret fieri mille sacrificia vna die, sicut dicitur præcedenti ca. quòd Salomon obtulit mille hostias in Gabaon. Oportebat ergo tunc tunc thymiama in die cremari. Et tamen solùm bis quotidie cremabatur thymiama: Exod. 30. Ergo non cremabatur ad tollendum istum fœtorem. Quare tò patet, quia aliqui dies erant, in quibus solùm offerebātur duo aīalia solū mane, & vespere, & aliqui in q. bꝰ multa simul, ita vt altare nō posset simul sustinere, & carnes, & adipes hostiarū 3. Re. 8. & infra 7. sicut fuit in dedicatione templi. Ideo cùm tunc necesse esset grauissimum exhalari vaporem, oportebat plura de thymiamate apponi, quàm alijs diebus. Et tamen nō iubebatur vno die plus poni, quàm alio: ergo non fiebat ad tollendum fœtorem combustionis. Quintò patet, quia si fieret ad tollendum istum fœtorem, cremaretur thymiama in loco exteriori, scilicet in atrio tabernaculi, vbi erat altare holocaustorum, in quo cremabantur sacrificia. Et tamen cremabatur in tabernaculo, vbi nullus hominum erat, nisi sacerdos, qui introibat ad cremandum illud. Ergo non fiebat ad tollendum fœtorem, quia ibi nulli afferrebant fœtorem. Dicendum ergo, quòd ista crematio thymiamatis fiebat ad solum honorem Dei. Nam Deus volebat, ꝙ afferrentur, vel apponerentur sibi ea, quæ apponebantur principibus, & magnis dominis: Vt patet Malach. primo, scilicet, si offeratis claudum, & languidum, nōne malum est? offerri illud duci tuo, & si placuerit ei: & acceperit faciem tuam: quasi dicat id, quod non accipit dux humanus non vult accipere Deus. Et quia odoramenta apponere pertinet ad delicias dominorum, & magnum honorem, ideo Deus volebat, quòd etiam sibi apponerentur, & etiam si non odoraret illa. Sic enim erat de sacrificiis, nā nihil Deo deferebat, quòd offerretur ei animal claudum, vel sanum. Et tamen irascebatur, quando offerrebantur ei aīalia claudа, & languida, quasi per hoc contemneretur. Quod autem fieret ad honorē, patet quia Deus voluit, quòd thymiama fieret sibi ex multis speciebus in commixtione certa, iubens ne quis hominum auderet talī cōpositione vti odorando illam, vel facere ad dandam eam alieno: sub pęna mortis: Exo. 30. cap. Item fiebat hoc, vt non videretur Deus Israel minoris auctoritatis, quàm dij gentium. Nam illi non erant Dij: et tamen omnibus illis offerebatur thus ad odorādum, vel in honorem, ergo Deo Israel dandum erat thus, & thymiama compositum. Alia causa erat, quia licèt Deus Israel non odoraret, cū non esset animal, tamen scriptura fingit eum tanquam odorantem. Sicut patet Gen. 8. quando Noe exiens de arca obtulit sacrificium de omnibus animantibus, dicitur, quòd odoratus est dominus odorem suauitatis. Sic etiam sæpe dicitur in Leuitico, quòd adeps sacrificiorum dabat domino odorem suauissimum: ideo conueniens erat apponi ei res boni odoris: cùm putetur, vel fingatur odorare. Causa tamen potissima fuit propter honorem.

*De cæremonijs panum propositionis,*
*Quæst. VIII.*

QVEARITVR vlterius, circa cęremoniam propositionis panū, de qua hic dicitur. Respōdeнdū ꝙ in tabernaculo Moysi erat vna mensa aurea, de lignis scilicet sertim opertam laminis aureis, cuius fabrica ponitur Exo. 25. Ista erat in tabernaculo in prima parte eius, quæ vocatur Sanctum, vel Sanctuariū: & erat ad latus aquilonare illius, Exo. 26. Super illam autem proponebantur duodecim panes, quorum quilibet continebat duas decimas de farina. Erant isti panes in duobus versibus siue lineis, scilicet sex panes in vna linea, & totidem in alia, Le. 24. Isti panes conficiebantur à sacerdotibus: & non licebat alicui mulieri formare aliquem panem istorum, nec etiam laicis, sed laicis dabant farinam Leuitis, & quidam Leuita custodiebat illam in Thesauris scūarii: & cum opus esset quòd formarentur panes, sacerdos petebat farinam a Leuitis. 9. & 23. c. Isti panes fiebant quolibet sabbatho, & coquebantur tunc, & recentes ponebantur super mēsam vsque ad aliud sabbathum. Et tunc fiebāt alij duo decim panes, & recentes ponebantur super mensam ablatis prioribus duodecim, Leu. 24. & iste ritus durabat erat in sempiternum per singula sabbathorum: cùm ablati essent comedebant illos sacerdotes, nec licebat aliis, siue laicis, siue Leuitis comedere de eis 1. Reg. 21. cap. & Mat. 12. Si quis tñ esset in necessitate famis, licebat ei comedere de illis, ēt si esset laicus, dū tamen esset mūdus à contactu mulierū: hoc patet de Achimelech sacerdote, qui licèt vidisset Dauid constitutū in necessitate famis, noluit dare ei de panibus propositionis quousq; sciuit, an pueri essent mundi, & maximè a mulieribus, & respondit Dauid: Et quidē si de mulieribus agitur continuimus ab heri. & nudiustertius, & vasa puerorum sancta sunt: & tunc dedit eis Achimelec panes, primo Regu. 21. proueniebant autem isti panes sacerdotibus ministrantibus in mercede ministerij: sicut de sacrificiis proueniebat eis certa pars. Nam de holocausto proueniebat sacerdotibus offerentibus pellis, Leni. 6. de hostia pacifica proueniebat pectusculum, & armus dexter, Leu. 7. de sacrificio pro peccato, & pro delicto proueniebant alia iura de quibus tangitur Leui. 5. & 6. cap. & tamen voluit Deus aliquid ꝑticulare esse in panibus propōnis: nam licèt carnes sacrificiorum prouenirent sacerdotibus, licebat filiis, & filiabus, & vxoribus comedere de illis, Leu. 10. De panibus autem propositionis soli sacerdotes comedebant, primo Regum 2. & Matthęi. 12. E

*Quare vocabantur panes propositionis.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, quare vocabantur isti panes propositionis. Respondendum quòd in Hebræo vocantur panes facierum: & dicit Rabbi Salomon, quòd vocantur sic, quia ex vtraque parte habebant faciem, scilicet, non erant sicut panes cocti in clibano, quia illi ex vna parte habent faciem, scilicet ex illa, qua non sedent in terra. Ex alia autem non habent faciem, sed denigrantur, & contrahunt crustā. De iis autem dicit Rabbi Salomon, quòd coquebātur



A in vasis ferreis, sicut coquuntur hostiæ: & ex nulla parte denigrabantur, sed vtrinque facies erat. Istud tamē nō stat, quia panes propōnis erat magni, cùm quilibet contineret duas decimas, & tamē decima est satis magna mensura, scilicet, quantum potest in die vnus homo comedere, quod patet in mensuratione manna: nam Deus iubebat, quòd in deserto cuilibet daretur pro tota die vnum gomor de manna. Exo. 16. & ibi dī, ꝙ Gomor est decima pars Ephi. Et sic quilibet panis istorum continebat duas decimas, siue duo Gomor, Leui. 24. & erat sufficiens ad cibum duobus hominibus pro vno die toto: non ergo poterat talis panis coqui intra vasa de ferro, vel de ære, quia propter suam grossitiem non posset digeri, & coqui medulla B illius, sed solæ extremitates. Et si deberet medulla coqui, necesse erat, quòd extremitates comburerentur. Non poterant ergo isti panes coqui, nisi in clibano. Determinatio. Vocantur autem panes propositionis, vel facierum, quia coram facie Domini ponebantur. Erat enim mensa propositionis intra tabernaculum ante velum Sancti Sanctorum, et in Sancta Sanctorum iudicabatur esse Deus, quia ibi respondebat, & audiebatur vox super arcam in propiciatorio, inter alas cherubim: Nu. 7. Et cùm panes isti essent ante sancta sanctorum dicebantur esse ante Deum, quia quidquid erat ante sancta sanctorum dicebatur esse ante faciem Domini. Et deberent vocari panes faciei: vocantur tamen plurali ter panes facierum, quia in Hebræo mutantur numeri, & personę, genera, & omnia accidentia partium orationis propter barbariem idomatis. Litera autem nostra conuenientius ad sēsum istum vocauit istos panes propōnis, vbi litera Habraica dicit panes facierum, scilicet quia proponebantur, ideſt in mensā ponebantur coram Domino.

*Quare isti panes ponebantur in sanctuario &c.*
*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius de causa, quare isti panes ponebant ī sanctuario sup mensā, & quare erant duodecim, & quare mutabantur de sabbatho in sabbathum: et sic de aliis cæremoniis. Respondendū quòd ponebantur isti panes coram domino propter multa: primo ad honorem. Nā panis est de rebus maxime necessariis, ideo est magnæ reputationis. Ponebatur ergo coram domino, vt intelligatur quòd eū honoram⁹ ponendo coram ipso id, quod in omnibus precioſissimū habemus: sic enim erat de thymiamate, quod cremabatur: nam Deus non odorabat illud, cum non esset animal: et tamen cremabatur quotidie coram eo ad honorem ipsius: sic etiam de animalibus quæ quotidie īmolabantur: nam non proficiebat hoc Deo, et tamen iubebat illud fieri, quia erat honor suus. Secunda causa erat ad reddēdum gratiarum actiones, scilicet, Deus dedit panem nobis, et quidquid etiam quo nutrimur, et conseruamur, et pro hoc tenemur ei ad magnas gratiarū actiones. Et sic sicut de fructibus terrę, quos nobis Deus concedit decimas, et primitias tribuimus in recognitionem beneficii: ita conueniens erat quòd aliqui panes manerēt coram Domino, qui testarentur recognitionem beneficii susceptі, scilicet quod nos de manu eius illos susceperamus. Et isto modo per ea, quę a Deo recipimus dando ei aliquid de illis, gratias agimus de toto qđ ipse nobis dedit: sic patet præcedenti lib. cap. 29. cū Dauid offerret Deo munera, ait: Quis ego sum? et quis populus meus, vt possimus hæc vniuersa promittere? tua sunt omnia Domine, et quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Tertia causa est ad petendum conseruationem fructuum terræ, scilicet quòd cùm panes coram Domino

mino pominus erramus tacitè quòd panem, qui est principiū vitæ nostræ nobis tribuat, et eum, quē semel terræ concesserit ab importunitatibus conseruet: quia nihil nasci prodest nisi ad horrea reducatur, et recondatur. Et ista oratio pro pane dando, atque seruando est valde conueniens, quia inter cætera, quę Christus nos in oratione petere docuit ait: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Rectè ergo conuenit quòd panes ponerentur corā Domino. Alia cerimonia erat, quod ponerentur isti panes duodecim sēper. Ratio enim erat huius ad signandum illos, pro quib⁹ offerebantur: nam Hebræi offerebant eos, & totus Israel per duodecim tribus diuidebatur: ideo ad signandum eos debebant duodecim panes offerri, & sic dicitur Leui. 24. quòd isti panes manerent coram Domino in memoriam semper pro duodecim filiis, vel tribus Israel. Sciendum autem quòd isti panes erant æquales, quia quilibet continebat duas decimas. Leui. 24. & hoc quia offerebantē Domino pro duodecim tribubus Israel. Et si aliquis esset maior alio, putaretur quòd aliqua tribus apud Deum erat maior quàm alia. Etiam daretur occasio æmulationis, & hoc Deus auferre voluit, ideo fecit quòd essent æquales panes, sic etiam fuit de oblatione principū duodecim tribuum in dedicatione templi. Nam per duodecim dies obtulerunt oblationes, & quantū vnus obtulit tantum alius, scilicet tot animalia & talia, & ad idem genus sacrificii etiam talia vasa aurea, & argentea, & æqualis pōderis: vt patet Num. 7. & hoc vt tolleretur omnis ęmulatio, & contentio de prælatione in alterutrum. Et nō solùm seruabatur hoc inter tribus, sed etiam inter psonas. Nam Deus iussit quòd quando quis esset viginti annorum, & transiret ad numerum, quòd solueret dimidium sicli. Et diues non adderet ad dimidium sicli, & pauper non diminueret. Et hoc erat, quia istud prætium dabatur pro animabus numeratorum: & si daretur prętium inæquale, putarent quidam se magis pertinere ad Deum quàm alii: & hoc Deus noluit Exo. 30. cap. Alia cæremonia erat, quòd isti panes ponerentur in mensa propositionis, quæ erat ad latus Aquilonare tabernaculi Exo. 26. Causa huius est, quia per tabernaculum signabatur totus orbis, vt declaratum est ibidem. & Exo 28. Et quia pars meridiana orbis nō est habitata, sed perpetuis caloribus tenetur, & aquę maris illam operiunt, non sunt ibi fruges. Et quia panes propositionis sunt in repræsentationem, terræ nascentium, & pręcipuè segetum, de quibus viuimus, & istę sunt ad partem aquilonarem orbis, in quo nos habitamus, ideo debuit mensa propositionis poni in latere aquilonari tabernaculi. Ex eadem ratione candelabrum positum est in parte meridiana, de quo agetur inf. in quadā qōne. Alia cæremonia erat, ꝙ panes isti ponebantur seni contra senos in duobus ordinibus. Et huius non est alia causa nisi pulchritudo, & conseruatio panum: Poterant nāq; isti panes esse superpositi, & occuparetur modicum spacium mensę: & tamen nō conueniebat ad conseruationem ipsorum, quia sic facilius mucosi efficerentur. Erat ergo quilibet panis per se, & quia erant duodecim panes magni si ponerētur sigillatim, & tamē omnes in vno ordine, oporteret mensam esse longam nimis, debuerunt poni in duobus ordinibus, seu cōtra senos, scilicet sex in vna linea, & sex in alia. Etiam erat hoc propter pulchritudinem, & de quibusdam istorum causa dari non potest. Sic enim in rationali erant duodecim lapides pręciosi, in quibus erant sculpta nomina duodecim filiorum Israel, & erant illi lapides in quatuor ordinibus. Exod. 28. Alia cæremonia erat, quòd isti panes manerent per septem dies coram Domino, & in sabbatho sequenti mutabantur, & ponerentur alii recentes. Causa huius erat, quia Deus volebat, quòd semper manerent corā eo duodecim panes, & tamen non poterant semper manere iidem panes, quia corrumperentur vetustate, ideo mutandi erant, & ponendi alij recentes: vt sic per mutationem semper manerent aliqui panes coram Domino. Causa autem quare mutabantur post septem dies, scilicet de sabbatho in sabbathum, fuit vt panes quando tollerentur de mēsa essent adhuc apti ad cibum: si tamen manerent multis diebus indurarentur valde: nec proficerent ad cibum. Post septem autem dies satis essent conuenientes ad cibos. Si tamen quæratur, cur potius post septem dies q̄ post sex, vel quinque: dicendum quòd q uædam sunt quorum sola voluntas causa est, et potissima est istud in taxationibus rerminorum: sicut fit in iurib⁹, scilicet dātur decem dies ad appellandum, non potest dari causa quare potius dentur decem quàm vndecim, vel nouem. Sed est voluntas causa. Potest autem dici, ꝙ dati fuerunt septem dies hic ad mutandum panes, vt fierent mutationes istæ de sabbatho in sabbathum. Nam cū ista positio panum in mensa coram Domino esset qui dam cultus eius, et non debebat fieri quotidie, potius fieri debebat in die solenni quàm aliis diebus. Si aūt fieret post quatuor, vel quinque dies pauciores septē, vel plures non fieret de sabbatho in sabbathum. Fuit ergo conuenientius sic, quàm aliter fieri. Nā sic etiam fiebat in sacrificiis, scilicet quòd licèt quotidie sacrificia offerrentur, tamen in sabbathis plūra offerebantur quàm in diebus profestis. Alia cæremonia erat, ꝙ isti panes à sacerdotibus formarentur, & non tangerent illos mulieres, nec laici. Causa est sanctitas panum. Nam Deus voluit, quòd isti panes essent magnę sanctitatis, & quanto aliquid sanctius erat, tanto à paucioribus tangi, & videri debebant: sic patet de arca, quę erat sanctior inter omnia vasa sanctuarij: ideo nō debebat videri nuda, nec etiam à Leuitis: & siquis videret eam nudam moriebatur, Num. 4. Et sic mortui sunt Bethsamitę videntes eam 1. Re. 6. ita cùm panes propositionis essent sanctissimi, non debebant formari a mulieribus, vel à laicis, sed sacerdotes ipsi accipientes farinam ab Israelitis debebant illos formare. Leui. 24. Alia cęremonia est, quòd farinam istam darent filii Israel, scilicet laici. Causa huius est, vt videretur pro quo offerebantur isti panes. Nam isti panes erant coram Domino, et si fierent de farina sacerdotum, viderentur solùm poni pro animabus eorum, et tamē Deus volebat, quòd essent in memoria duodecim tribuum Israel, Leu. 24. ergo debebant esse de farina laicorum. Alia cęremonia erat quòd acciperent panes istos sacerdotes, qui tollebant illos de mensa, et illi comederent eos. Causa est vt darentur in mercedē ministrationis: quia sacerdotes, et Leuitæ erant ministri Dei, et Deus prouidere debebat eis de redditibus suis: vnde dixit eis, quòd non acciperent possessionem cū laicis, quia ipse erat pars, et hæreditas eorum: Nu 18. et Deu. 18. et ponit hoc in litera Iosue 13. scilicet ꝙ Deus erat pars eorum, id est sacrificia, et oblationes, et alia iura sanctuarij erant pars eorum. Iura autem sacerdotum, et Leuitarum ponuntur Nu. 18. et inter illa erat istud, ꝙ pertinerent panes propositionis ad illos. Alia cæremonia erat, ꝙ de istis panibus non comederent alij, nisi sacerdotes, vt patet primo Reg. 21. et Matth. 12. Causa huius erat magna sanctitas istorum panum. Nam Deus voluit, ꝙ reputarētur isti panes ualde sacri: et ad hoc fecit, ꝙ solis sacerdotibus licerer de eis comedere, et non laicis, nec filiab⁹, et vxoribus sacerdotum, nec ēt Leuitis. Pro quo sciendum, ꝙ inter Hebręos cibi qui erant pmissi laicis ad esum erant quintuplices. Quidam erant quos licebat comedere cuicunque siue mundus, siue immundus esset, et isti erant cibi communes, qui non erant aliquo mō consecrati. Secundi erant cibi, quos non licebat comedere, nisi mundis: & tamen licebat cuicunque mundo comedere de illis, siue essent masculi, siue fœminę laici, leuitæ, vel sacerdotes: & istę erant carnes hostiarum pacificarum quantum ad partem, quæ proueniebat offerentibus. Nam offerenti proueniebant totæ carnes animalis pacifici pręter pectusculum, & armum dextrum, qui cedebant sacerdoti, Leu. 7. & ad comedendum de carnibus istis poterat offerens inuitare quoscunque vellet, dum tamen essent mundi. Sic enim Deus commendauerat, quòd offerentes vocarent secum ad comedē dum viduas, & pupillos, & quoscunque pauperes, & Leuitas, Deute. 12. & tamē necesse erat, quòd omnes isti essent mundi còm deberent tangere carnes sacras: etiam quia intrabant in locum sacrum, scilicet in atriū tabernaculi, vel tēpli ad comedendū: cùm dicatur Deu. 12. & 14. & 16. quòd epularentur coram Domino, scilicet in sanctuario. Tertij cibi erant, quos licebat comedere solis mundis: & tñ non oībus, sed solū sacerdotibus, & filiis & filiabus ipsorum dum manerent in familia sua: isti erant cibi carnium prouenientium sacerdotibus de hostiis pacificis. Nam comedebant tam ipsi quàm familiæ eorum: Leui. 10. & tamē alienis quāuncunque essent mundi non licebat eis dare quidquā de istis cibis; imò si sacerdos haberet filiam, & maneret in domo patris sui, comedebat de cibo isto. Si autē illa daretur in vxorem alicui, qui non esset sacerdos, nō licebat comedere de istis cibis viuente viro: mortuo autem illo si rediret ad domum patris sui, non habens filios ex illo viro, poterat comedere de cibis sacerdotalibus, sicut cùm esset puella. Leu. 22. Quarti erant cibi, quos solis sacerdotibus, & filiis eorum mundis licebat comedere, & tamen poterant comedere illos vbi cunque vellent, & isti erant panes propositionis. Nam dicitur Matt. 2. quòd solis sacerdotibus licebat comedere illos: ideo excludebantur omnes, qui non erant sacerdotes, scilicet filiæ, & vxores sacerdotum: Filii ātem sacerdotum quantumcunque essent paruuli poterāt comedere de istis panibus, dum tamen essent mundi, eo quòd illi erant sacerdotes. Nam non vocabantur nunc sacerdotes, sicut nunc, per hoc quòd ordinem accipiunt, vel ministrant, sed ex eo, quòd aliquis erat filius sacerdotis erat sacerdos, quia sacerdotium proueniebant inter Hæbreos per progeniem, & si pater erat sacerdos, filius necesse erat sacerdos: nec poterat euadere onus ministrandi, dato quòd vellet renūciare reditui sacerdotali: & sic paruulis, & magis competebat comedere posse de cibis istis, licèt acquirere nemo poterat, nisi qui ministrabat actualiter, vel aliquando cœperat ministrare. Quinti erant cibi quos solis sacerdotibus licebat comedere: tñ non in oi loco, sed solū in loco sacro: istæ erant carnes, quæ proueniebāt de sacrificio pro peccato. Nā soli masculi de stirpe sacercotali īloco mūdo comedebāt illas: Le. 6. & 10. Et ista hostia reputabatur magis sacra quàm omnes alii cibi. Nam etiam in coquendo obseruabāt magna munditia cęremonialis, quæ non obseruabatur in aliis carnibus sacrificiorū, scilicet, quòd si vestis aspergeretur de sanguine huius hostiæ, lauaretur in loco sancto: & si coqueretur in vase fictili, frangendum illud erat, ne applicaretur vnquam aliis vsibus: & si coqueretur in vase æneo, siue quocunque metallino, de tali debebat valde: Leuit. 6. Tota autē sanctitas maior vel minor, quę erat in cibis istis, pendebat ex voluntate legislatoris. Nam absolutè non videtur esse causa saltem in omnibus istis, quare quidam cibi essent aliis sanctiores. De panibus ergo propositionis dicendū, ꝙ nō licebat comedere de illis, nisi solis sacerdotibus p magnā sanctitatem suā, q̄ Deꝰ voluit illis attribuere.



*De dispositione lucernarum in candelabro, vel sanctuario. Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, de quadam alia cæremonia sanctuarij, quæ omissa fuit hic. Pro quo sciēdum, ꝙ Salomon dicens, quòd volebat edificare domum Domino, expressit quid fieri deberet in illa, & posuit tres cæremonias, scilicet adolere thymiama, ponere panes propōnis in mēsa, & offerre sacrificia: est tamē alia ministratio sanctuarij pręter istas, scilicet disponere lucernas in candelabro. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd ministrationes sanctuarii fiebant in vasis eius. Erant autem vasa sanctuarii præcipua sex, scilicet arca fœderis, altare thymiamatum, candelabrum, mensa propositionis, altare holocaustorum, labrum, ęneum. In duobus istorum nulla fiebat ministratio, ideo manebant quatuor vasa in quibus fiebant quatuor ministrationes: patet hoc, quia in arca fœderis non fiebat ministratio: sed ipsa ponebatur intra sancta sanctorum, & semel in anno introibat solus summus sacerdos ferēs secū sanguinem pro peccato, & vas thymiamatis, vt vapor grossius inde exhalās non sineret cum videre quidquam de ijs, quæ erant intra sancta sanctorum, scilicet de gloria Domini apparē te inter alas Cherubim super propitiatorium, Leu. 16. & ad Hebrę. 9. & aspergebat sacerdos septies de sanguine contra arcam. Ista autem non erat ministratio in arca. Etiam in labro ęneo nō fiebat aliqua ministratio, quia solùm lauabant ibi sacerdotes pedes, & manus, cùm ministraturi essent, Exo. 30. & ista non erat ministratio, sed dispositio ministri ad quamlibet ministrationem, quia nihil poterat facere in sanctuario sacerdos quin prius lauaretur. Exo. 30. Manent autem quatuor vasa sanctuarii in quibus fiebant quatuor ministrationes: scilicet, in altari thymiamatum ministrabatur aliàs cremabatur quotidie thymiama, de quo supra declaratum est in duabus quæstionibus. In isto altari nulla alia cæremonia fiebat: nam nunquam offerebatur ibi aliquod sacrificium, nec cremebantur adipes, aut sanguis effundebatur super illud: quia oīa hæc fiebant super altare holocaustorum: sed solùm semel in anno in die ꝓpitiationis sacerdos magnus tingebat cornua eius sanguine quando exibat de sancta sanctorum: Exo. 30. In mensa propositionis fiebat secunda ministratio, scilicet ponebantur panes, & manebant ibi: vt declaratum est supra in tribus quęstionibus. Tertia ministratio erat in altari holocaustorū, scilicet quòd offerebantur omnia genera sacrificiorū ibi, de quibus infra declarabitur in quadam quæstione. Quarta ministratio erat in candelabro, de qua dicitur hic: & non erant plura vasa, in quibus fierent. Circa istam ministrationem, quæ erat in candelabro. Considerandum quòd in tabernaculo Moysi factum est vni cum cādelabrum de auro purissimo opere productili, siue maleatorio, cuius frabicatura satis est difficilis, vt patet Exo. 25. Habebat āt in summitate septē calamos, in quibus erant septem vasa, quæ vocantur lucernę, siue lampades, quia in eis ponebatur oleum: & per noctem ardebāt, & etiam per diem, vt putatur, quia de hoc dicetur infra. 13. in quadam quæstione, & sacerdos intrabat quotidie bis ad disponendum lucernas cā delabri, scilicet ad ponendum oleum, scilicet quantum opus erat, & tollendum lychnum combustum. Erant autem ibi vasa subministratoria candelabri, scilicet emunctoria, siue forcipes, & vasa plena aqua: in quibus extinguebantur partes lychni, quæ emunctę erant. Etiam infusoria olei; quibus fundebatur oleū in lampades. Omnia hæc vasa de auro: Exo. 24. Ponebatur autem oleum purissimum in lucernis istis: Exo. 27. In templo autem Salomonis fuerunt multa candelabra

Universidad de Deusto
Biblioteca



labra aurea, scilicet decem, et vasa eorũ aurea multa. F
Et erant quinque candelabra ad latus meridianum tẽpli, & quinque ad latus aquilonare. Erant etiam cum eis alia candalabra argentea, quorum non ponitur numerus, vt patet 3. Regum 7. & precedenti lib. 24. Bis autem quotidie sacerdos disponebat lucernas candelabri, scilicet in mane, & vespere, quando intrabat ad cremandum thymiama: Exo. 30. In templo Salomonis idem modus ministrandi seruabatur. Solùm aũt differebat, quòd erant ibi multa candelabra. In tabernaculo autem Moysi vnicum erat candelabrum.
Istud candelabrum in tabernaculo ponebatur in prima parte sanctuarii, scilicet non intra sancta sanctorũ, & erat ad latus meridianum eius: Exo. 26. Causa autem quare non fit mentio hic de ministratione ista in candelabro, fortè est, quia Salomon non curauit exponere omnia singilatim: quia satis erat quòd explicaret quasdam cæremonias ad quas necesse esset ædificare sanctuarium. Interdum tamen in similibus narrationibus omnes exprimuntur: sicut fuit de rege Abia loquente contra Ieroboã rege, & Israelitas, qui diuiserant regnum, & colebant idola, & inter viros Iuda colebatur verus Deus. & enarrauit ibi omnes cæremonias, inter quas posuit quòd sacerdotes quotidie accendebant lucernam candelabri, vt patet infra 13.
Alia causa potest eẽ, scilicet quòd fortè Salomoni nõ videbatur ista differre à cremationè thymiamatis in altari. Nam cum bis in die sacerdos cremare deberet thymiama in altari, eodem tẽpore bis locare debebat H
lucernas in candelabro: Exo. 30. Aliæ autem ministrationes non coincidebant in tempore, sicut istę duæ: ita vt fierent simul & idem, & quælibet aliarum per se expressa est. Istam autem subticuit Salomon.

*De causis cæremoniarum, quæ fiebant in ministratione candelabri. Quæst. XI.*

QVAERITVR de causis cæremoniarum, quæ fiebant in ministratione candelabri. Prima erat, quòd in tabernaculo Moysi erat candelabrum. Ratio autem huius est multiplex. Prima ad necessitatem sanctuarij. Nam cùm sanctuarium, scilicet tabernaculum esset domus ex tabulis, & operimentis cõstans: & non haberet fenestram in aliqua parte sua, necesse erat, quòd haberet candalebrum aliquod, quia aliàs nullum esset lumen intra sanctuarium, et cùm sacerdos intraret ad ministrandum in vespere, scilicet, vt poneret thymiama in altari holocaustorum, nihil videret: ideo aliquis modus cãdelabri erat necessarius. Secunda ratio est ad honorem: nam lumen valde honorat, & ob hoc etiam per diem lumen adhibemus in ministeriis diuinis. Patet hoc in celebratione Missarũ, nam nunquam Missa sine lumine celebranda est, etiã si meridie celebretur, & in loco patentissimo: ideo sacerdos sine lumine celebrans grauiter punitur: vt patet extra de celebratio. missa. cap. vltimo. Ita ergo ad honorem in veteri testamento debebat lumen adhi- K
beri in tabernaculo, etiam si non esset necessarium. Tertia ratio erat, quia p tabernaculum signabatur totus orbis, vt declaratum fuit Exo. 26. & 28. & in vniuerso pars præcipua, & pulchrior sunt luminaria, scilicet sol, & luna, & ceteræ stellæ: ideo in sanctuario debebat esse lumen aliquod ad signandum luminaria vniuersi. Alia cæremonia erat, quòd candelabrum in templo Moysi esset vnicum. Causa huius fuit necessitas. Nam si candelabrum necessarium erat, saltem vnum erat necessarium. Et illud sufficiebat, ideo non fuerunt plura: patet hoc, quia totum sanctuarium diuidebatur. Prima diuisio erat in duas partes principales, Vna erat tabernaculum. Et alia atrium. Taber-

*Diuisio sanctuarij in duas partes.*

naculũ erat domus quadrangula longitudine cubitorũ xxx. & latitudine cubitorũ x. & altitudine cubitorũ x. vt patet Exo. 26. Habebat autem tabulas in tribus lateribus, s. meridiano, aquilonari occidentali. In tertio autẽ nullus habebat tabulas, sed operiebatur quatuor operimentis, quorum quodlibet totũ tabernaculum operiebat. Primum erat de cortinis factis opere pulchro. Secundum de sagis cilicinis. Tertium de pellibus arietum rubricatis. Quartum de pellibus iacynthinis, & in latere oriẽtali non erant tabulę, sed quoddam tentorium quòd trahebatur ante fores, ita vt posset patere ingressus, vel claudi. De ijs omnibus Exo. 26. Alia pars erat atrium, & erat quoddam spacium in circuitu tabernaculi, cuius longitudo erat cubitorũ G
centum, scilicet ab oriente in occidente. Et latitudo erat quinquaginta cubitorum, scilicet à meridie in septemtrionem. Et in medio istius spatii erat tabernaculum. Erant autem quatuor latera atrij columnis de lignis Setim altitudine cubitorum quinque: & in illis pendebant vela de byssо retorta. Tertium autem nullũ habebat atriũ: de ijs patet Exo. 27. Pars ergo vna sanctuarij, scilicet atrium non egebat cãdelabro, quia erat prens soli, cùm non haberet tectum: etiam si poneretur ibi candelabrum, non posset lumen conseruari, quia pars illa omni vẽto peruia erat. Alia pars sanctuarii, scilicet, tabernaculum diuidebatur in duas partes quodam velo intermedio, & diuidente: nam vt dictum fuit supra, tabernaculum erat longitudine cubitorum triginta & latitudine decem. Diuidatur ergo secundùm longitudinem, & versus partem orientalem maneant viginti cubiti, & ad occidentem decẽ cubiti: & in medio vbi fit omissio ponatur quoddam velum pendens de quatuor columnis, quo vna pars ab alia appareat diuisa. Tunc illa pars, quæ est decem cubitorum ad occidentem vocatur Sancta sanctorum. Pars autem viginti cubitorum ad orientem vocatur sanctuarium sanctuariorum, vel sanctum, vt patet Exo. 26. In illa parte, quę vocatur Sancta sanctorum solùm erat arca: in alia parte, erat altare thymiamatis, & mensa propositionis, & candelabrum: & sic in Sancta sanctorum non erat necessarium candelabrum aliquod propter duo. Primò quia non fiebat ibi aliqua I
ministratio: nam nunquam intrabat illuc quisquam nisi semel in anno summus sacerdos in die ẽpiationis: Leui. 16. & ad Hebr. 9. & ad hoc non erat necessarium lumen. Secunda causa, præcipua erat, quia dato quòd esset ministrandum in sancta sanctorum, non poneretur ibi lumen. Sed potius Deus volebat, quòd locus ille esset obscurus: vnde quando semel in anno in die expiationis intrabat illuc summus sacerdos ad aspergendum sanguinem, ferre debebat secum vas plenum prunis, & aromate: vt fumus crassus surgens de aromate combusto obnubilaret oculos eius, ne posset videre aliqd de eo quod erat in ẽpiciatorio interalas Cherubim: Leuitici decimo sexto: & ad Hebrę. 9. Erat autem in propiciatorio gloria Domini, scilicet quidam angelus in corpore assumpto ad respondendum eis, quæ quærebantur. Et ob hoc cherubim extendebant alas suas super propiciatorium ita, ut inter illas latere posset corpus assumptum ab angelo, & non videretur quis erat ille, qui respondebat, sed reputaretur quòd Deus respondebat sine corpore existens, vt non fingeretur ei aliqua similitudo, quæ adoraretur. Non ergo debebat esse candelabrum, nec lumen aliquod intra Sancta sanctorum. Et sic solùm requirebatur lumẽ in prima parte tabernaculi, in qua sufficiebat vnum candelabrum, ideo sufficiebat in toto tabernaculo candelabrum vnum. Templum autẽ Salomonis diuidebatur eodem modo in duas partes principales, scilicet in atrium, & templum, & atrium non



non habebat tectum, sed parietes in gyro. Templum autem erat clausum parietibus, & tecto. Et in atrio nullum candelabrum erat: & nõ erat opus quod esset, cùm pateret atrium luminaribus cæli In Sancta sanctorum intra templum etiam non requirebatur candelabrum aliquod nec ibi erat propter causam supra assignatam, scilicet ne videretur gloria Domini super propiciatorium. In prima parte templi erat candelabrum: & erant multa, scilicet decem candelabra aurea 3. Regum 7. Et multa candelabra argẽtea, quorum numerus ponitur præcedenti. lib. 28. Ratio autem quare ibi erant plura cãdelabra quàm in tabernaculo Moysi, fuit vna propter magnitudinẽ templi; quia templum erat maius quàm tabernaculum. Nam prima pars templi, in qua erat candelabrum, B
erat longitudine quadraginta cubitorum, latitudine viginti, altitudine triginta, vt colligitur 3. Regum 6. Prima pars tĩ tabernaculi, in qua erat candelabrum erat longitudine cubitorum viginti, & latitudine decem, & altitudine decem, vt declaratum fuit supra: plura ergo candelabra requirebantur in templo Salonis. Secundum erat propter honorem, nam maioris honoris, & excellentię fuit templum Salomonis, quàm tabernaculum Moysi, eo quòd istud fuit factũ à ditissimis, & ad manendum semper. Illud autem factum est a ludęis pauperibus quod posset portari per viam, quousque Deus daret eis requiem. Alia cæremonia erat in candelabro, quod erat in tabernaculo Moysi, quòd erat ad partem meridianam templi: Exo. C
26. Causa huius est, quia vt dictum fuit supra, per tabernaculum illud signabatur vniuersitas rerũ, & in vniuerso sunt luminaria, quæ sunt pars pulchrior totius operis, ideo in tabernaculo debuit esse aliquid, quod signaret illa: & istud fuit candelabrum: & quia inter omnia luminaria mundi septem sunt præcipua, scilicet planetæ: quia illi declinant ad Septentrionem, & austrum, & per hoc immutant diuersimodè aerem in diuersis regionibus, & sic sunt causa generationis, & corruptionis in omnibus terris: Sicait Aristo. primo de Generatione, & corruptione, scilicet per accessum & recessum solis in circulo obliquo, causantur generationes, & corruptiones in terra. Alię autem stellę sunt fixę: & non declinant ad septẽtrionem, & meridiem, ideo non possunt tantũ efficere ad immutatio D
nem generabilium, & corruptibilium: Vnde vita animantium ex planetis naturaliter pendet. Et propter hoc dies septẽ ipsis septẽ planetis ascribimus, ex eorũ noibus illos appellantes. Et sic decens fuit, quòd in cãdelabro essent septẽ calami, in quibus essent septem lucernæ, ad signandum septem planetas. Et erat ordo inter istos calamos, quia, vnus calamus erat stipes ipius candelabri, & iste erat grossus, & super eum erat magna lampas. Ad latera istius stipitis erant sex calami, scilicet tres ex vna parte, & totidem ex alia, & isti erant minores, & lampades eorum minores: sic est inter planetas: nam in medio eorũ est maximus planeta, s. maximi corporis, & maximi luminis, s. sol. Nam E
infra solẽ sunt tres planetę, s. Luna, Mercurius, Venus. Et supra Solem totidem, scilicet Mars, Iuppiter, Saturnus: & nullus æquatur soli in magnitudine corporis, nec in puritate luminis. De candelabris autem tẽpli Salomonis cuius figurę fuerint non scribitur, sed fatis credendum est quòd fuerint figurę eiusdem cui? erat candelabrum tabernaculi Moysi: quia aliàs exprimeretur figura eorum. Ista est causa quare in tabernaculo Moysi erat candelabrum habens septem cala mos. Alia autem cæremonia, de qua quærebatur, scilicet quare erat ex parte meridiana: causam istam habet, scilicet quòd respectu habitantium in terra lumi naria mundi meridiana sunt. Pro quo sciendum,

quòd primũ cęlum quod vocatur primum mobile, A
figitur super axem suum, qui transit per medium eius a polo in polum, scilicet a polo arctico in antarcticum, & super istum axem figitur totus orbis, & mouetur super polos istos. Istud autem cęlum diuiditur per quendam circulum maximum signatum in eo, qui vocatur æquinoctialis siue æquator diei, & ille circulus distat æqualiter ab vtroque polorum, scilicet ab vtroque nonaginta gradibus, quę est vna quarta circuli. Iste autem circulus æquinoctialis est medius in orbe æqualiter distans a meridie, & septentrione, & illa, quæ sunt ad vnam partem eius dicuntur etiam ad Meridiem, quæ autem ad alteram partem dicuntur ad Septemptrionẽ. Omnes autem planetę discurrunt sic, quòd aliquando tendunt ad partem meridianam æquinoctialis declinãdo ab ea p vigintiquatuor gradus, vel plus: & interdũ ad partem Septentrionis quousque iterum declinẽt per vigintiquatuor gradus ab æquinoctiali, vel quasi. Et sic planetę non magis declinant ad meridiem quàm ad septentrionem, & tamen respectu habitantium in terra dicuntur planetę semper meridiani. Nam habitatio nostra in terra est nimis septentrionalis, ita quòd planetæ nunquam peruenire possunt ad Zenit capitum nostrorum: ideo siue sint ipsi meridiani, siue septentrionales, respectu nostri semper erunt meridiani. Rectè ergo in tabernaculo ponebatur candelabrum in parte meridiana eius. In templo Salomonis erant multa cãdelabra. Nãsaltem candelabra aurea erant decem, tertio Regum septimo, candelabra argentaria erant quædam, sed illorum non determinatur numerus præcedenti. lib. vigesimo octauo capitu. & istorum decem candelabrorum aureorum quinque ponebãtur ad latus Aquilonis, & totidem ad latus meridianum: & intermedia erat via ad Sancta sanctorum. Hic autem potest considerari alia causa, scilicet necessitas luminis. Et quia tam necessarium erat lumen in vno latere, sicut in alio, tot candelabra ponuntur in vno latere sicut in altero. Altera causa poterat esse ex comparatione ad orbem signatum per templum & tabernaculum, scilicet quòd quinque candelabra essent ad meridiem, & quinque ad septentrionem, quia planetę tantum declinant in motu suo versus meridiem, sicut versus septemtrionẽ, vt declaratũ est. Et inter ista candelabra est via media, quia inter declinationẽ planetarũ ad Meridiẽ, & Septemtrionẽ est equinoctialis circulus diuidens Septẽtrionẽ, & Meridiẽ. Alia cæremonia erat in candelabro tabernaculi Moysi, scilicet quòd licèt esset tabernaculum pars meridiana, in qua erat cãdelabrũ, tamen inclinati erat lychini lucernarum versus Septentrionem ad lucendum: vt patet Exo. 26. Causa huius est vna ad necessitatem luminis, scilicet quia lumen erat necessarium versus latus oppositum, in quo non erat candelabrum. Nam candelabrum erat in latere meridiano, & si inclinaretur lumen eius versus meridiem non proficeret, quia inter candelabrum, & latus meridianum tabernaculi nihil erat pertinens ad aliquam ministrationem, & versus aquilonẽ erat mensa propositionis cum panibus, & vasis. Erat etiam altare thymiamatum. Et in ijs ministrandũ erat: ideo lumẽ debebat inclinari contra aquilonem. Alia causa esse potest ex habitudine ad vniuersum. Nam licèt planetæ respectu nostri semper sint meridiani, vt dictum est: tamen radios suos versus nos dirigũt ad illuminandum, & immutandum aerem, & licèt etiam directè mittant radios ad terram sibi perpendiculariter suppositam, & ad meridianam sibi: nos tamen non conspicimus nisi radios ad nos emissos, & quantum ad hoc videtur totum lumen planetarum declinare a meridie in Septentrionem. Quod autem ista,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



que erant in sanctuario, & in vestibus sacerdotis debebant habere causas per habitudinem : & ea, quæ sunt in orbe, patet per id quod dicitur Sapien. 19. scilicet, quòd in veste Aaron totus orbis erat, & magnalia patrum.

*Quare mane, & vespere offerebantur sacrificia holocaustorum. Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius, circa tertiam ceremoniam, quæ hic ponitur, scilicet quòd offerentur sacrificia holocaustorum mane, & vespere. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd omnia sacrificia cuiuscunque generis, fiebant in altari æneo: nam vt dictum fuit supra in quadam quæstione, Duo erant altaria in sanctuario, scilicet aureum, & æneum: de altari aureo dictum est, quæ ministrationes in illo fierẽt: nam cremabatur ibi thymiama: de altari æneo nunc dicendum, quòd istud erat altare factum de lignis setim quadratum, scilicet quinque cubitorum longitudine, & totidem latitudine. Altitudine autẽ trium cubitorum, & erat inane, & concauum, vt posset faciliter portari, & sic portabatur: patet de hoc Exod. vigesimo septimo. Erant autem latera huius altaris operta laminis æneis: partim propter pulchritudinem, & partim propter necessitatem, scilicet ne cremarentur tabulæ, nam istud altare semper erat plenum igne: Leuit. sexto. Erant autem laminæ istius altaris æneæ reticulatæ ad pulchritudinem, de quarum craticula satis variè asseritur, & declaratum est Exod. vigesimo septimo. Quando enim mouebantur castra de loco ad locum, portabatur istud altare in vectibus humeris Leuitarum: Num. quarto. Cùm autem locanda essent, ponebatur istud altare in sanctuario, & replebatur terra vsque ad summitatem quasi, & ponebantur ibi ligna, & desuper adipes, & carnes sacrificiorum, & sic erat altare illud: & cùm mouenda essent castra, euacuabatur terra, & portabatur altare, & hoc modo altare erat de terra, sicut Deus iusserat Exo. vigesimo, scilicet, altare de terra facietis mihi. Istud altare erat in atrio tabernaculi, & non introducebatur in sanctuarium. Causa huius erat immunditia quædam ministrationis, scilicet quia apud altare illud occidebantur animalia, & decoriabantur, & fundebatur sanguis eorum ad basim altaris: Leuit. primo, & tertio, & quarto. Et tamen immundum erat tale fieri in tabernaculo, quod erat magnæ pulchritudinis. In atrio autem, quod erat pars discooperta sanctuarij, & non tam sacra, nec tam præciosa poterat conuenienter fieri. Secundum erat, quia non poterat manere altare æneum in tabernaculo, nam cremaret illud: quod patet, quia in altari holocaustorum æneo erat semper magnus ignis ad cremandum multas carnes, & adipes sacrificiorũ, qui superponebantur. Tabernaculum autem erat paruæ altitudinis, scilicet decem cubitorum solùm, quanta erat altitudo tabularum eius: Exod. vigesimo sexto. Et sic flamma surgens de altari holocaustorum cremaret operimenta tabernaculi, quæ erant cortinæ, & saga cilicina, & pelles arietum, & iacynthinæ: Exod. vigesimo sexto. Item dato quòd non eleuaretur semper tantum flamma, vt cremare posset operimenta, saltem fumus grossus inde consurgens inficeret totam pulchritudinem tabernaculi: quia erat fumus iste crassissimus, & valde contagiosus, cùm esset de adipibus, & carnibus combustis. Nullo modo ergo intra tabernaculum esse debuit, sed in atrio eius foris circa ostium tabernaculi ad latus Aquilonare eius: Leuit. primo. Erat autem ignis perpetuus in isto altari. Nam sacerdos tenebatur semper nutrire illum, subiiciendo ligna per singulos dies: Leuit. sexto, & ibi fiebant omnia sacrificia, siue necessaria, siue spontanea. In templo Salomonis idem modus erat: nam erat altare holocaustorum æneum, in quo fiebant sacrificia. Erat tamen differentia, quia altare, quod erat in sanctuario Moysi erat de lignis setim, & opertum laminis æneis. Exo. vigesimo septimo. Altare autem quod erat in templo Salomonis erat totum æneum, tertio Regum sexto, & infra quarto. Ratio differentiæ est, quia altare Moysi erat portatile, scilicet mouendum erat de loco ad locum, & si esset totum æneum non esset portatile in tanta magnitudine, factum fuit ergo de lignis setim, & opertum fuit laminis æneis, & sic portatile erat. Altare autem templi Salomonis, non erat mouendum de loco ad locum, ideo licèt esset magnum, & totum æneum nihil impediebat. Secundum erat quia altare Moysi erat longitudine quinque cubitorum, & totidem latitudine, & trium altitudine. Altare autem Salomonis fuit longitudine viginti cubitorum, in latitudine totidem, & altitudine decem infra quarto. Ratio differentiæ fuit sicut supra. Nam altare Moysi dato quòd esset de tabulis setim, si esset cubitorum viginti in longitudine, & totidem in latitudine, non esset portatile humeris hominum: imò nec in plaustro, nisi quando cunque portandum foret soluerentur compages eius, quod erat inconueniens: ideo debuit esse minoris quantitatis, scilicet quinque cubitorum longitudine, & totidem latitudine: Exod. vigesimo septimo. Istud tamen altare Salomonis fuit etiã in atrio templi, & non in templo, sicut altare Moysi fuit in atrio, & non in tabernaculo. Ratio eadem fuit, scilicet propter immũditiam ministrationis, & propter flammam, & fumum, ne inficeret totam pulchritudinem templi, de quo magis dicetur infra quarto. Sacrificia autem, & omnes cæremoniæ ita fiebant in altari Salomonis sicut in altari Moysi.

*De cæremoniis, quæ fiebant in altari æneo. Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, circa cęremonias, quę fiebant in altari isto æneo. Dicendum, quòd cremabantur ibi ea, quæ offerebantur, vel partes eorum. Oblationes autem erant duplices, scilicet quædam de animalibus: & alia de farina commixta aliis rebus. Nam Deus volebat dare pauperibus, & diuitibus facultatem offerendi, & quia pauperes non poterant offerre animalia propter magnitudinem valoris: dabant res parui valoris, de quibus possent offere, scilicet q̃ posset fieri oblatio de farina. Et erant quatuor modi oblationis de farina vel pane. Primus erat, q̃ offerretur farina, & conspergeretur oleo: & tamen non coqueretur, & sic conspersa offerebatur sacerdoti, qui tollebat pugillum de ea, & totum thus quod cum ea offerebatur, & ponebat in altari ad cremandum. Reliquum autem cedebat in ius sacerdotum, ad hoc, quòd ipsi comederent illud. Secundus modus erat, quòd offerentur panes cocti de simila, & tunc erant panes azimi. Nam nunquam fermentum offerendum erat Deo. Et cum istis panibus offerebantur simul lagana oleo, liba: & panes azimi, qui offerebantur debebant conspergi etiam oleo, scilicet quòd farina, ex qua formabantur, commisceretur oleo. Tertius modus erat, quòd offerretur sacrificium coctum in sartagine, & ibi frigebatur, et tunc simila ponebatur in sartagine, & ibi frigebatur in oleo, et postea diuidebatur minutatim, et frigebatur in oleo, et postea diuidebatur minutatim, et frigebatur super eam oleum, et sic offerebatur. Quartus modus erat, quòd offerretur sacrificium factum in craticula. Et tunc simila coquebatur, vel affabatur in craticula, quæ conspersa erat oleo, & tractabatur sacerdoti. In omnibus istis quatuor modis oblationis accipiebat sacerdos id, quod offerebatur, & vnum pugillum de illo, siue modicum ponebat in altari, vt cremaretur. Reliquum autem cedebat in ius sacerdotum. De istis oblationibus Leuit. secundo. Quod autem cederent sacerdotibus, & æqualiter, patet Leuit. sexto. Erat autem generale in istis oblationibus, & quibuscunque aliis, quòd nunquam in eis poneretur fermentum, nec mel: quia Deus ista abhorrebat: & erat generale, quòd in quacunque oblatione poni deberet sal: Leuit. secundo. Alia erant sacrificia de carnibus. & ista erant triplicia, scilicet holocausta, hostiæ pacificę, & victimæ pro peccato: hostia autem erat hæc, quia quando quis vellet animal offerre in holocaustum, introducebat illud in atrium tabernaculi iuxta altare ad ostium tabernaculi, & ibi illud præsentabat sacerdotibus, & vnus eorum imponebat manus capiti animalis, si esset quadrupes, & accipiebat illud de manu offerentis: & tunc sacerdos iugulabat animal illud. Nam non licebat hoc laicis, nec etiam Leuitis, sed solis sacerdotibus: & siquis vsurparet vellet aliquam de istis cæremoniis sacrificiorum, quæ infra ponentur, occidendus erat. Numeri tertio, & decimo octauo. Sanguis autem animalis suscipiebatur in quibusdam vasis æneis, quę vocabantur crateres, ne flueret in terram, quando iugulabatur, & illum sanguinem offerebant sacerdotes alij astantes sacerdoti, qui iugulauerat animal: & ille fundebat sanguinem per circuitum altaris ad basim eius: & tunc ipsemet sacerdos, adiuuantibus eum aliis sacerdotibus, decoriabat animal, & aperiebat, & euacuabat totum animal in frusta, nihilque de illo auferebatur, nisi cornua, vngues, & pellis, & fimus: quia totæ carnes cum adipibus & intestinis omnibus loquia sã, & capite ac pedibus cremari debebãt in altari superponendo prius ligna: & sic erat istud sacrificium holocaustum, ideſt totum incensum: Leuitic. primò. Sola autem pellis animalis proueniebat sacerdoti offerenti, siue facienti cæremonias istas: vt patet Leui. sexto. Offerebantur autem in sacrificio holocaustorum interdum volucres, & interdum quadrupedia, & aliqualiter variabantur cęremonię in illis: sicut patet Leuit. primo. Ista erat cæremonia holocausti. Cõsiderandum autem vnum generale circa omnia sacrificia, scilicet quòd solùm fiebant sacrificia de quinq; speciebus animalium, scilicet de tribus quadrupedibus, & de duabus volucribus. Quadrupedes erant boues, oues, capræ. Volucres erant columbæ, & turtures, vt colligitur ex toto processu Leuitici. Et non reperitur in toto veteri testamento post datam legem Moysi, quòd alia animalia offerrentur. Et ad signandum hoc Deus iussit Abrahę, quando pepigit cum eo fœdus de dando sibi terram Chanaã, offerre omnia ista genera animalium: Gen. decimo quinto. Innuens, quòd posteritas sua, quæ possessura erat terram Chanaan, super qua nunc fiebat fœdus, viuere deberet in sacrificiis, quæ fierent solùm de istis animalibus. Antequę legem tamen datam fiebat oblatio de multis aliis speciebus animalium. Nam de omnibus animalibus mundis erant, & ad esum licita, fiebat sacrificiũ: sic patet de Noe exeunte de arca post diluuium: nam obtulit sacrificium Deo de omnibus animalibus mundis: Gene. octauo. Et vocabantur animalia munda



omnia illa, de quibus homines comedebant, vt colligitur Gene. 7. & 8. Aliud erat sacrificiũ pacificum: & vocantur pacifica a pace vel a pacificando: & ista sũt duplicia, scilicet quædam sunt votiua, alia ad gratiarum actiones. Votiua vocantur illa, quæ ad obtinendum aliquid dantur. Ad gratiarum actiones dicuntur illa, quæ dantur pro suscepto beneficio: ista distinctio ponitur Leuit. septimo. Et causa nominis est: quia cùm Deus sit causa prima omnium agens p intellectum, & voluntatem, & disponit omnia, nihil bonum possumus adipisci, nisi illo decernente. Nihil etiam penale nobis euenit, nisi Deo inferrente. Amos tertio, scilicet. Nõ est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Et sic nullus poterit bonum aliquod obtinere, nisi Deo volente. Ideo quando aliquod bonum obtinemus, videtur nobis Deus pacificatus, quia illud nobis conferre voluit. Et ob hoc cũ volumus aliquid obtinere, desideramus nobis Deũ placatum esse, vt concedat quòd petimus: & sic sacrificium pacificum votiuum offerimus. Si autem aliquid iam obtinuimus, fuit nobis Deus placatus, quia aliàs non potuissemus obtinere: & pro illa placatione pacificum sacrificium offerimus, & vocatur ad gratiarum actiones, quia gratias facimus pro suscepto beneficio. Istud sacrificium potest fieri de omnibus generibus quadrupedum, de quibus fit holocaustum, scilicet de bobus, ouibus, & capris. De volatilibus aũt non fit hostia pacifica, sod solùm holocaustum: Leu. primo. Et hostia pro peccato: Leui. 4. & 12. Non autem fit hostia pacifica. Et causa huius est, quia hostia pacifica erat diuidenda in multas partes, quarũ quædã prouenieb̃at Deo, quædã offerẽti, quędã sacerdoti: vt colligit Leui. 3. & 7. Aues tñ non diuidebantur, & sic iussit Deus Abrahę quando obtulit sacrificium, cùm fieret fœdus, quòd diuideret quadrupedes, & non volueres: Gen. 15. Cęremonia hostiæ pacificæ quantum ad multa cõsonat cum holocausto, & in aliis differt. Nam volens offerre hostiam pacificã, ducebat animal ad atrium tabernaculi coram altari ad ostium tabernaculi, & offerebat illud sacerdotibus: ipse autem sacerdos ponebat manum super caput animalis, accipiebatque illud de manu offerentis, & ipse iugulabat animal apud altare, suscipiebaturque sanguis in crateris, & fundebat sacerdos in circuitu altaris ad basim, & decoriabat animal, accipiebatque adipem totum, qui erat in interioribus animalis, & super renunculos, cremabatque illum in altari, carnes autem manebant: Leuitic. tertio. Et ipsę carnes diuidebantur, quia sacerdos, qui faciebat cęremonias istas sacrificij, accipiebat pectusculum, et armum dextrum. Reliquæ autem carnes offerenti prouenieb̃at Leui. septimo. Iste erat ritus hostię pacificę. Considerandum vnum generale, quod fiebat in omnibus holocaustis, & hostiis pacificis. Nam cum carnibus animalium offerebantur libamenta: cum carnibus autem sacrificij pro peccato non offerebantur: vt patet Nume. decimo quinto. Erant autem libamenta quidam apparatus siue accessoria ad carnes sacrificiorum: & erant quinque, scilicet simila, vinum, oleum, sal, & thus: Nume. decimo quinto, et Leuiti. secundo. Erat autem differentia inter ista, quia simila, vinum, et oleũ ponebantur secundùm certam mensuram, et considerabatur mensura secundùm magnitudinem animalis, quod offerebatur, scilicet plus cũ boue, quàm cum ariete, et plus cum illo, quàm cum agno anniculo, vt patet Num. decimo quinto. Sal vero non ponebatur secundùm certam mensuram, sed quantum putaret offerens sufficere ad condiendum cibum. Thus etiam non ponebatur in certa mensura,

Vnde dicitur sacrificium pacificum, & q̃ sunt duplicia.

Cæremonia hostiæ pacificæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra, sed quantum plus vellet offerens dare, quia totum thus crematur in altari, siue paucum, siue multum esset: quod non fiebat de aliis libamentis, quia quædā pars eorum dabatur sacerdotibus: Leuit. secundo, et sexto. In hostiis autem pacificis præter libamenta communia, quæ ponuntur Nume. decimo quinto, ponebantur multa genera panum, scilicet azymorū, & aliorum non azymorum: & laganorum oleo litorum, & frixæ similæ: de quibus patet Leui. septimo. Et ob hoc communiter, quando in aliquo loco iubētur sacrificia fieri: vel refertur, quòd facta fuerunt, dicitur cum libamentis suis, & non determinatur, quæ sunt illa libamenta: eo quòd præsupponitur, quæ sunt libamenta conuenientia cuilibet sacrificio cognita essent: cùm lex posuerit regulam de hoc Num. decimo quinto. Aliud est sacrificium pro peccato, & istud est vltimum genus sacrificiorum. Et istud habet plures varietates in cæremoniis quàm holocaustum, & hostia pacifica. Circa quod considerandum breuiter, quòd sacrificiū pro peccato non offerebatur pro quolibet peccato, sed solùm pro quibusdam determinatis. Nam non est intelligendum, quòd quandocūque quis peccaret, & vellet offerre sacrificiū pro remissione peccati, quòd offerendo sacrificia remitteretur peccatum, quia in peccato considerabatur culpa, & pœna. De culpa dicendum, ꝙ non remittebatur per sacrificium, nec per aliqua opera cæremonialia veteris testamēti, nec etiam noui, sed solū per contritionem, sicut dixit Ezechiel, quòd quacunq; hora peccator ingemisceret, Deus non recordaretur peccati eius. Si autem Consideretur quantum ad pœnam, Dicendum, quòd adhuc sacrificia veteris testamenti non habebant efficatiam aliquam ad remissionem, sed solū fiebat remissio ex deuotione offerentis sacrificia: & ista est cōmunis differentia, quæ ponitur inter cæremonias veteris, & sacramenta noui testamenti. Nam sacramenta noui testamenti seipsis sunt promeritoria ad remissionē pœnæ in illis, qui non ponant obicem. Sacramentā autem, vel cæremoniæ veteres non proficiebant ad remissionem pœnæ, nisi quis deuotè ageret. Et iam ex deuotione meritum erat, & non ex sacrificiis: quādo tamen fiebant deuotè aliquid de remissione pœne promerebantur, sicut colligitur primo Regum tertio: cùm dixit Deus contra Heli summum sacerdotem, & filios eius: Iccirco iurauī Heli, & domui eius, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in æternum. Cùm ergo Deus dixerit de ista iniquitate, quòd non poterat expiari victimis, & muneribus, videtur, quod aliqua erat iniquitas, quæ posset expiari muneribus, & victimis, alioquin superuacuum esset talia dici. Sed sacrificia pro peccato erant instituta secundùm legē pro certis peccatis, & non proficiebant directè ad tollēdum aliquid de pœna, vel culpa: sed solùm ad obediendum legi, & exequendum eam. Nam si non offeretur sacrificium pro illo peccato, Deus infligeret pœnam peccanti. Et tamen si offeretur sacrificium non merebatur inde aliquid offerēs. Et sic verè lex vetus erat onus, quia magis erat onerosa, & obligatiua quàm vtilis. Sic dixit Beatus Petrus Actu. decimo quinto, loquens de cæremoniis veteris testamenti, scilicet: Hoc est onus, quod nec nos, nec patres nostri ferre potuimus. Vtilitas autem huius legis erat per quandam subiectionē domare colla indomitorum virorum: vt assuefierent ad legem perfectæ libertatis, quando postea daretur. Stante hoc, considerandum vlterius, quòd istud sacrificium erat duplex, quoddam vocabatur pro peccato, & aliud pro delicto; & ista differunt, quia delictū, & peccatum differunt. Vocatur peccatum in cōmissione alicuius mali. Vocatur delictum in omissione alicuius boni necessarij: vtpote si lex iubebat. quòd quo tali tempore aliquid offerret, & illud non offerret, erat delictum: quia omissio erat. Et sic de similibus. Si autem esset peccata contra præcepta iudicialia, scilicet per quæ diriguntur in communicando proximis a principio, aut peccatum committebatur voluntariè, aut non, si voluntariè quis læderet proximum, non tenebatur tunc offerre aliquod sacrificium, sed iudicialiter puniendus erat peccans. Si tamen peccatum a principio commissum erat inuoluntariè, postea veniebat alicui satisfaciendum, & dolebat de illo: tunc erat sacrificium offerendum, & aliæ satisfactiones faciendæ: vt infra declarabitur. Et patet hoc in casibus, qui habentur Leuit. quinto, & Num. quinto. Si autem essent pcepta moralia. s. præcepta decalogi, & similia, aut pertinent ad Deum, aut ad proximum. Si ad proximū, dicendum est sicut in præceptis iudicialibus, quia vtraque dirigunt hominem ad proximum. Si autem sūt pertinentia ad Deum, sicut præcepta primę tabulæ: Dicendum, quòd sine quis per superbiam scienter, siue per ignorantiam committeret contrā illa, non erat offerendum sacrificium ad expiationem, sed sola cordis contritio tollebat peccatū. Et patet hoc. s. in cultu idolorum, siquis coluisset idola, vel blasfemasset nomen Domini: nam si publicè aliquid istorū ageret, lapidandus erat. De idolatria patet, Deu. 17. De blasfemia patet Leui. 24. Si autem occultè ageret, Deus puniret delinquentem vel tolleretur peccatum per contritionē, sed non erat offerendum sacrificium aliquod: quia lex in tali casu non disposuerat aliqua sacrificia fieri. Considerādum aūt, quòd cū circa aliquas cæremonias per ignorantiam aliqui peccauissent, consideranda erat differentia personarum, & secūdū hoc erat varius modus sacrificiorum. Nā aut peccabat summus sacerdos, aut totus populus, aut princeps terræ, aut aliqua alia persona priuata. Si peccasset summus sacerdos per ignorantiam, offerre debebat vnū vitulum, & ipse portabat illum in atrium tabernaculi coram altari holocaustorum, & ipsemet sacerdos ibi iugulabat eum, & accipiebat de sanguine eius in vase aliquo, & introibat in tabernaculum, aspergebatque septies de sanguine illo contra velum Sancti Sanctorum, non introeundo in Sancta Sanctorum. Tingebat etiam cornua altaris thymiamatum sanguine illo. Reliquum autem sanguinem, qui residuus erat, fundebat ad basim altaris holocaustorum: aperiebat quoque vitulum, & adipem, & pinguedinem totam operientem renes, & vitalia educens ponebat in altari ad cremandum. Carnes autem animalis cum pelle, cornibus, & fimo crematur extra locum sanctuarij in loco immundo, vbi cineres effundebantur: Leuit. quarto. Si autem peccaret totus populus per ignorantiam alicuius cæremoniæ, & postea cognosceret peccatum suum, vtpotè quòd violauerat aliquam obseruationem cæremonialem, offerre debebant vitulum, & ducebatur ad hostium tabernaculi. Tunc seniores populi ponebant manus super caput eius, & accipiebat illum sacerdos magnus de manu eorum, & occidebat apud altare holocaustorum inferens de sanguine eius in tabernaculum aspergebat septies contra velum, & tingebat cornua altaris thymiamatum, & deinde fiebat totum quod in oblatione pro peccato summi sacerdotis. Si autem peccaret per ignorantiam princeps terræ, cognosceretque postea peccatum suum, offerebat hircum coram altari holocaustorum, qui sacerdos quem cunque suscipiens occidebat, & tingebat de sanguine eius quatuor cornua altaris holocaustorum, & reliquum fundebat ad basim: adipes autem, & totam pinguedinem operientem vitalia tollebat sacerdos crematque in altari. Ipsę autem carnes omnes proueniebant sacerdoti: Leuit. 6. Si autem peccaret per ignorantiam in cæremonialibus aliqua alia persona priuata, offerebat capram, & fiebant in illa omnes cæremoniæ, quæ fiebant in hirco, quem offerebat princeps pro peccato. De ijs omnibus Leuit. quarto. Ista omnia erant circa peccata, quæ accidunt in cæremonialibus. Circa peccata, quæ fiunt in proximum lædendo illum, tenebantur sæpe ad faciendum sacrificia peccantes. Et tamen sciendum, quòd si quis sponte peccaret contra proximum, tunc non poterat expiari peccatum eius victimis, sed postea cùm doleret de peccato, & vellet satisfacere, recipiebatur sacrificium. Considerandum tamen, quòd aut quis peccabat contra proximum manifestè: ita vt testibus vinci posset, & tunc puniebatur iudicialiter, si læsus volebat accusare, & condemnare: fiebat enim per leges forales, quæ habeatur Exod. vigesimo primo, & vigesimo secundo, & vigesimo tertio. Et in alijs locis, & tunc nullum sacrificium recipiebatur. Si autem peccatum absconderetur esset, vel non posset illud læsus probare, tunc habebat locum sacrificium, scilicet, quòd quando doleret quis, quòd offendisset proximum, debebat ei, vel hæredibus suis soluere totum in quo læserat, & insuper quintam partem, & offerebat domino arietem. Etiam si quis inuenit rem proximi, & non restituit, & post aliquantum tempus dolens de peccato suo voluit satisfacere, tenebatur dare, quod inuenit, & insuper quintam partem, & offerebat domino arietem pro peccato. Et si non essent aliqui, qui reciperent illam satisfactionem, applicabatur sanctuario, & pertinebat sacerdotibus: Numeri quinto. Multi de ijs casibus ponuntur Leuit. quinto, & Numeri quinto. Si autem pro delicto offerebatur sacrificiū, eadem lex erat, quæ de hostia pro peccato, scilicet, quòd vtraque pertinebat ad sacerdotem, qui eam offerebat, Leuit. sexto. Solum differebat in vno, scilicet, quòd hostia pro peccato, quando non cremabatur extra castra, tota pertinebat ad sacerdotes præter adipes. Hostia autem pro delicto tota pertinebat ad sacerdotem præter adipes, & caudam: Leuit. 6. Omnia autem ista genera sacrificiorum pertinebant ad altare holocaustorum. Aliud erat sacrificium, quod non erat in aliquo istorum trium generum, & non immolabatur in sanctuario, nec aliquo modo pertinebat ad altare holocaustorū, scilicet, ꝙ vitula rufa cremaretur ad faciendum inde cineres pro aqua lustrationis. Nam cremabatur extra castra in loco immundo, & non adducebatur in sanctuarium ad occidendum, nec ad effundendum, aut aspergendum sanguinem eius: sed solùm sacerdos, qui vitulam iugulabat in campo manens ibi aspergebat de sanguine eius contra locum, in quo erat porta tabernaculi. Cæremonię autem crematiōnis vitulæ rufæ, & aquarum lustrationis habentur Numeri decimo nono capitulo. Ista sunt, qnæ pertinent ad ritum sacrificiorum, de quibus habetur Leuit. cap. 1. vsque ad nonum, & in alijs locis.



*De cęremonijs, quę fiebant in altari.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm sciatur de generibus sacrificiorum, quæ offerebantur in altari holocaustorum, quæ erant cæremoniæ, quæ fiebant ibi, vel pro qua re offerebantur sacrificia, vel quando. Respondendum est, quòd sacrificiorum quædam erāt necessaria, quædam purè spontanea. Vocantur purè spontanea, quæ nullo vinculo obligationis offerre quis tenebatur, scilicet, nec lege iubente, nec intercidente voto. Et ista erant sacrificia, quæ fiebant ex sola deuotione ad Dei laudem, vel ad obtinendum aliquid, quod petimus, vel ad reddendum gratias pro receptis bonis. Et ista poterant esse holocausta, vel pacificæ hostiæ, vel pro peccato. Raro tamen offerebantur hostiæ pro peccato, nisi ex necessitate legis, cùm quis obligabatur pro aliquo peccato, vel delicto speciali: poterat tamen interdum offerri ad solennitatem oblationis, scilicet, vt offerens de omni genere sacrificiorum daret. Sicut fuit de principibus duodecim tribuum, qui in dedicatione tabernaculi Moysi obtulerunt Moysi solenniter vasa aurea, & argentea, & animalia, & quilibet illorum obtulit aliqua animalia pro peccato, vt patet ex Numeri septimo. Et tamen non erat illa oblatio pro aliquo peccato speciali, quia si inquirantur omnes leges de oblatione pro peccato, Leuit. quarto, & quinto, & sexto, & Numeri quinto, & in alijs locis, non reperietur aliqua, quæ iubeat talia, & tot animalia immolari, quæ, & quot ipsi tunc obtulerunt. Sed obtulerunt sacrificia pro peccato ad solennitatem oblationis, siue esset aliquod genus sacrificij, de quo aliquod non obtulissent. Ista autem sacrificia quæcunque essent, cùm spontanea essent, non habebant aliquid determinatum. Sed poterat quilibet offerre quocunque die vellet. Obligabantur tamen omnes, qui offerre vellent, offerre animalia sacerdotibus ad ostium tabernaculi. Nam siquis in alio loco offerret sacrificium aliquod, erat reus, sicut si humanum sanguinem effudisset: Leuit. decimo septimo, & Deutero. duodecimo. De istis autem sacrificijs multa fiebant quotidie ex deuotione populi. Et potissimè in solennitatibus quando multi ad templum confluebant. Sciendum tamen, quòd in omnibus sacrificijs considerabatur de animalibus, quòd essent munda, scilicet secundùm speciem, quia non poterant offerre de alia specie, nisi de bobus, ouibus, capris, columbis, & turturibus, vt supra decla-

Animalia, quæ in sacrificijs offerenda erant.

declaratum est. Etiam quòd animalia essent munda, F
s. non habentia morbum aliquem, vel fœdicitatem:
etiam quòd essent immaculata, ideſt integra non
diminuta in aliquo membro, vel malo se habentia.
Nam si aliquod animal esset claudum, vel cæcum, vel
haberet caudam amputatam, vel aures, vel haberet te-
sticulos abscisos, aut fractos, vel quamlibet aliam mu-
tilationem haberet, non licebat illud offerre domino:
maximè in sacrificijs necessarijs. De ijs patet Leuit. 22.
Et si aliquando offerretur, Deus irascebatur super hoc
tanquam contemneretur, vt patet Malach. primo, sci-
licet. Si offeratis cæcum, aut languidum, nonne ma-
lum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si acce-
perit faciem tuam. Quasi dicat, non placebit, nec ac-
ceptabit faciem tuam: ita nec ego faciam. De istis au- G
tem sacrificijs spontaneis sacerdotes recipiebant iura
sua, nec erat differentia quantum ad hoc, an essent sa-
crificia spontanea, vel necessaria: quia æqualiter sacer-
dotibus iura proueniebant de vtrisque, sed solùm re-
spiciebatur, an essent holocausta, vel pacifica, vel pro
peccato. Nam si aliquod esset sacrificium holocau-
sti, siue esset necessarium, siue spontaneum, non pro-
ueniebat sacerdotibus nisi pellis Leuit. 6. Et sic erat
de hostijs pacificis, & pro peccato. Si autem erant sa-
crificia necessaria, erant duplicia, scilicet, quædam or-
dinaria, & alia accidentalia: ordinaria erant illa, quæ
determinatis temporibus, scilicet certis mensibus, vel
diebus offerenda erant: accidentalia erant, quæ licèt
essent necessaria, non determinabant sibi certum H
diem. Ista autem accidentalia adhuc erant duplicia,
quia quædam erant omnino necessaria, ita quòd nul-
lo modo dependebant a voluntate, sicut sacrificia, quę
fiebant pro purificationibus, & similia. Alia erant,
quæ dependebant aliquo modo ex voluntate, sicut sa-
crificia per votum emissa. Nam ista a principio fue-
runt spontanea, facta autem promissione fuerunt ne-
cessaria. Et de istis votiuis dicendum, quòd siue ho-
locausta, siue pacifica, siue pro peccato essent, offe-
renda erant tempore suo, si votum limitauit tempus.
Si autem non limitauit, offerenda erant quàm citius
occurreret alicui opportunitas: quia qui tardabat red-
dere, peccabat, vt patet Deutero. 23. Si autem essent
necessaria non pendentia ex voluntate, erant multi- I
plicia: nam quædam erant, quæ imponebantur a lege
in pœnam pro peccatis, siue contra proximum, siue
contra Deum. Et erant varia sacrificia secundùm va-
rietatem personarum peccantium, & peccatorum, vt
declaratum est præcedenti quæstione, & habetur Le-
uit. quarto, & quinto, & Numeri quinto. Alia erant
sacrificia ad inuestigandum peccatum, sicut erat illa
oblatio, quæ vocatur oblatio inuestigans zelotypiam.
Numeri quinto. Alia erant sacrificia non pro pecca-
to, sed ad purificationem aliquarum immunditiarum
legalium. Et sic siquis tangeret immunditiam ho-
minis, scilicet stercus, aut aliquam immunditiam, of-
ferebat sacrificium: vt patet Leuit. quinto, licèt de hoc
opinio est: vt ibi declaratum est. Etiam quando mu- K
lier pareret masculum, vel fœminam: expletis quadra-
ginta diebus pro masculo, & octoginta pro fœmina,
offerebat mulier sacrificium, scilicet agnum annicu-
lum, vel par turturum. Leuit. 12. Etiam siquis incide-
ret in lepram, & postea purificaretur, offerre debebat
sacrificium: Leuit. 14. Etiam siquis pateretur fluxum
seminis, & post tempus cessaret, vel mulier pateretur
fluxum sanguinis extra tempora menstruorum, & ces-
saret, offerre debebat: Leuit. 15. Item pro consecra-
tione summi sacerdotis, & sacerdotum minorum of-
ferebantur sacrificia: Exod. 29. & Leuit. 8. Et in con-
secratione Leuitarum etiam offerebantur sacrificia:
Numeri 8. In multis alijs offerebantur sacrificia ne-

cessaria, & tamen erant accidentalia, quia non deter-
minabant prius. Si autem essent sacrificia ordinaria.
Dicendum, quòd quædam erant ordinaria aliàs quo-
tidiana, & alia non. Quotidiana autem erant duo, sci-
licet duo holocausta, quæ offerebantur quotidie: vnũ
in mane, & aliud in vespere. Istud autem vocabatur
sacrificium iuge, quia iugiter fiebat. Cæremonia au-
tem istorum sacrificiorum erat, quòd sacerdotes de-
bebant habere de redditibus sanctuarij pro quolibet
duos agnos anniculos, ideſt, quòd essent minores vno
anno, & poterant esse octo diebus, & supra Leuit. vi-
gesimo secundo, & vnum istorum offerebant in ho-
locaustum in ortu solis, & alterum in occasu. Modus
autem pro holocausto matutino erat, quòd consuma-
to sacrificio vespertino, quod durauerat tota nocte vs-
que ad auroram, sacerdos tollebat de altari omnia li-
gna, & ignem, & cinerem. Et cùm abstulisset ignem,
& cinerem mundabat totum altare, vt nihil inde de ci-
nere maneret. Ista autem ligna, & carbones ignitos
reducebat ad altare: cineres autem portabat extra
sanctuarium in lebete extra castra ad locum mun-
dum, & ibi cremabat illos, quousque reducerentur in
fauillam. Et cum tollebat sacerdos ligna, & cineres
de altari, erat indutus veste sacerdotali: cùm autem
efferebat eos de sanctuario exuebat vestes sacerdota-
les, vt non iret extra sanctuarium in veste sacerdotali,
& cum rediret sacerdos, ponebat ligna de nouo super
altare, ita vt perpetuaretur ibi ignis, & immolabat
tunc vnum agnum anniculum in holocaustum, &
istud vocabatur holocaustum matutinum, quia in au-
rora offerebatur. Ante enim illud nullum offereba-
tur, sed post illud omnia, quæcunque offerenda erant
illa die, siue essent sacrificia necessaria, siue spontanea,
& durabat oblatio sacrificiorum vsque ad Meridiem.
De ijs Leuit. sexto. Holocaustum autem vesperti-
num immolabatur ad occasum solis, & cremabatur
tota nocte, scilicet durabat in cremari vsque ad auro-
ram. Nam licèt esset agnus anniculus, qui cito cre-
mari posset, diuidebat eum sacerdos in frusta, & po-
nebat fruſtatim super prunas, & sic paulisper crema-
batur per totam noctem vsque ad auroram. Et tunc
iterum sacerdos mundabat altare cinere, sicut supra
dictum est, & inchoabat holocaustum matutinum.
De ijs Leuit. sexto. Scilicet, Hæc est lex holocaustis
cremabitur in altari tota nocte vsque mane. Alia
erant sacrificia non quotidiana, & tamen ordinaria, &
ista erant duplicia, quia quædam replicabantur sæpe
in anno, & alia semel tantùm fiebant. Illa, quæ repli-
cabantur erant duplicia, scilicet quædam qualibet
hebdomada, & quædam quolibet mense. Prima
erant sacrificia Sabbathorum. Pro quo sciendum
quòd tam in Sabbathis duplicabantur sacrificia, quàm
in diebus profestis. Nam quotidie offerebantur duo
agni anniculi pro holocausto matutino, & vespertí-
no. In Sabbathis autem offerebantur quatuor agni
anniculi, scilicet duo pro holocausto iugi. Et duo
pro solennitate Sabbathi: Numeri decimo octauo.
Alia replicabantur semel in mense, scilicet prima die
mensis, & ista erant sacrificia Kalendarum, vel Neo-
meniarum: Numeri vigesimo octauo. Et tunc of-
ferebant sacrificium iuge, quod nunquam omitteba-
tur. Et si attenderet, quòd illa die esset Sabbathum,
offerebantur sacrificia Sabbathi, quæ erant duplica-
ta, & postea pro Kalendis offerebantur vituli duo,
aries vnus, & agni anniculi septem cum libamentis
suis. Alia erant sacrificia, quæ non replicabantur in
anno, & erant sacrificia quinque festiuitatum, Phasę,
Pentecostes, dies Clangoris, dies Propiciationis, festi-
Tabernaculorũ. Festum Phasę erat die quartodecimo
mensis primi ad vesperã, & fiebant multę cęremonię,

quædam



quædam illarum pertinebant ad sacerdotes, & quæ- A
dam ad totum populum. Immolatio enim Phasę
pertinebat ad totum populum: nam in qualibet do-
mo, vbi essent personæ sufficientes ad comedendum
agnum anniculum, debebat immolari ad vesperam, &
illa nocte comedi cum lactucis agrestibus, & alijs mul-
tis cæremonijs, quæ habentur Exod. 12. & Numeri 9.
Sciendum tamen, q Phasę non poterat ab Israelitis
celebrari nisi in loco sanctuarij, & ob hoc obligaban-
tur omnes cæremoniæ ad sanctuarium illa die, & ibi
ad vesperam immolabatur agnus: Deuter. 16. Et hoc
erat, quia iste agnus paschalis erat sacrificium domini:
Numeri 9. Et vocatur victima solennitatis: Exod. 34.
Sacrificia tamen non erant offerrenda, nisi in sanctua-
rio: Leuit. 17. & Deutero. 12. In sanctuario autem B
immolabantur omnes agni anniculi, quos occidebant
Israelitæ venientes ad solennitatem, & adipes eorum
cremabantur in altari, vt colligitur Exod. trigesimo
quarto, carnes autem comedebantur a toto populo.
Aliæ cæremoniæ, quæ fiebant a toto populo in eadem
festiuitate, scilicet, quòd per septem dies sequentes
comedebant azymos panes, & non licebat alicui tene-
re in domo panes fermentatos: Exod. duodecimo.
Cæremoniæ aliæ fiebant a sacerdotibus in festiuitate
illa. Et iste erant duplices, quædam erant in immola-
tione sacrificiorum, & aliæ in oblatione primitiarum.
De primitijs dicèndum, quòd secunda die azymorum
quæ erat decimasexta mensis primi, metebatur vnus
manipulus de spicis hordeacis adhuc virentibus, & of- C
ferebatur coram domino: Leuit. 23. ante illum diem
non licebat alicui mittere falcem in segetem: nec fa-
cere panes ex illa, nec pultes, nec polenta. Ex illa au-
tem die licebat metere volentibus metere, eodem ca-
pitulo. Iste manipulus torrebatur: quia spicæ erant
adhuc virentes, & cremabantur squamæ granorum,
remanebantque munda ipsa grana, & illa sic indurata
quæ conterebantur in modum farris, & fiebat inde
quædam farina grossa, super quam fundebatur oleum,
& ponebatur thus, & pugillum vnum illius ponebat
sacerdos in altari ad cremandum, & totum thus, reli-
quum perueniebat sacerdoti: Leuit. secundo. Aliæ
erant cæremoniæ sacrificiorum in Phasę. Pro quo
sciendum, quòd in quolibet die Phasę, & septem se-
quentium azymorum offerebatur domino sacrifi-
cium iuge, & mane, & vespere, & insuper die illa, qua
contingebat Sabbathum offerebantur sacrificia Sabba-
thi, & pro solennitate Phasę offerebantur duo vituli,
& vnus aries, & septem agni anniculi: Numeri vigesi-
mo octauo. Secundum erat festum Pentecostes,
quod etiam vocatur Hebdomadarum, sicut infra de-
clarabitur in quadam quæstione, & in isto fiebant du-
plices cæremoniæ, quarta primitiarum, & aliæ sacrifi-
ciorum. Primitiæ erant in festo isto, quòd de quali-
bet domo Israelitarum offerrentur duo panes triticei
de domino, continentes duas decimas, eo quòd iam cæ-
pisset messis triticea, & poterant haberi noui panes de
triticо: Leuit. vigesimo tertio. Cæremoniæ sacrifi-
ciorum illa die erant, quòd offerretur sacrificium iu-
ge primò, quod nunquam omittebatur, deinde si ac-
cideret in Sabbatho, quòd etiam duplicaretur iuge sa-
crificium propter Sabbathum, & postea offerebantur
sacrificia competentia illi diei, scilicet duo vituli, & v-
nus aries, & septem agni anniculi: omnes in holocau-
stum cum libamentis suis, & insuper vnus hircus pro
peccato, & iste hircus etiam offerebatur in Kalendis,
& in Phasę: licèt de hoc supra non dixerimus. Ter-
tium erat festum Clangoris, quod fiebat prima die
mensis septimi, & in illo sola sacrificia fiebant, scilicet,
primo sacrificium iuge, deinde si accideret in Sabba-
tho duplicabantur sacrificia propter Sabbathum, &

Alph. Tost. super lib. Paralip. Pars 2.

postea omnia sacrificia competentia diei Kalenda-
rum, offerebantur etiam die isto, cùm semper iste
dies esset in Kalendis Septembris: & nouissimè offe-
rebantur sacrificia competentia huic diei, scilicet vnus
vitulus, & vnus aries, septemque agni anniculi in ho-
locaustum, & hircus pro peccato cum libamentis suis:
Numeri vigesimo nono. Pro alijs festiuitatibus præ-
cedentibus habetur Numeri 28. Quartum festum
erat dies Propitiationis, vel Expiationis: causa nomi-
num infra declarabitur in alia quæstione. Et in hac
die fiebant duplices cæremoniæ, scilicet, quædam a
toto populo, & quædam a sacerdotibus. A toto po-
pulo fiebat ieiunium generale, scilicet, quòd illo die
affligebant animas suas, nihil comedendo tota die, in-
cipiendo ab occasu solis nonæ diei vsque ad solis occa-
sum decimæ diei, & discalciati die illo incedebant, &
nulla delectatione fruebantur, & siquis illa die non se
affligeret, peribat de populo Israel: Leuit. 16. & 23.
Cæremoniæ pertinentes ad sacerdotes illa die erant
duplices, quædam pertinentes ad Expiationis ritum.
Et aliæ pertinentes ad solennitatem diei. Primæ ista-
rum erant, quòd sacerdos magnus ista die sub necessi-
tate facturus erat cæremonias Expiationis, & istud erat
specialius quàm in toto anno. Nam nulla die anni
obligabatur summus sacerdos facere cæremonias ni-
si ista die: Leuit. 16. & ad Hebræos 9. Ritus autem
erat iste, quòd summus sacerdos indueretur illa die so-
lùm vestibus sacerdotis minoris, scilicet fœminalibus
lineis, & tunica linea, & cidarim imponeret capiti, &
offerret vnum arietem domino in holocaustum: de-
inde vnum vitulum pro se, & tota domo sua offerret
pro peccato specialiter, & in isto vitulo fiebant cære-
moniæ, quæ positæ fuerunt præcedenti quæstione, &
habetur Leuit. 4. scilicet, quòd aspergeretur de sangui-
ne eius septies contra Sancta Sanctorum, & tingeren-
tur cornua altaris thymiamatum, & reliquus sanguis
funderetur ad basim altaris. Nunc autem non introi-
bat sacerdos magnus in tabernaculum illico, vt occi-
disset vitulum, sed occidens eum sanguinem illius, &
educens pinguedinem vitalium, & adipes ad cremān-
dum in altari, carnes cum pelle, cornibus, & fimo cre-
mari faciebat extra castra: deinde tota multitudo Is-
raelitarum, quæ præsens erat offerebat duos hircos, D
scilicet aliquis de senioribus loco totius multitudinis
offerebat illos, & ponebantur duæ sortes super illos,
scilicet vna pro domino, & alia pro capro emissario,
& cui eueniret sors Domini offerebatur, & ostende-
batur pro peccato. Cui autem eueniebat sors capri
emissarij, ideſt, vt esset emissarius, mittebatur in deser-
tum. Prius tamen sacerdos magnus confitebatur su-
per caput eius omnia peccata populi, & tunc erat ho-
mo paratus, qui portaret caprum illum in desertum,
& videbatur ille caper portare super se omnia peccata
populi, quæ sacerdos magnus fuerat ei confessus, &
dimittebat homo hircum illum in deserto inter fe-
ras, qui nunquam redibat, sed lacerabatur à feris, &
sic putabant Israelitæ deleta esse peccata sua. Voca- E
tur autẽ iste caper emissarius, quia mittebatur in de-
sertum: quo emisso per hominem ad hoc paratum,
faciebat quod supra enarrauimus, scilicet occidebat
vitulum pro peccato suo, & domus suæ, & hircum
pro peccato totius populi, & de sanguine illorum in-
ferebat in tabernaculum, introibatque ista die solùm
in Sancta Sanctorum, & quando intrabat ferebat in
vna manu crateram plenam sanguine hirci, & vituli,
quos immolabat, & in alia ferebat vnum thuribu-
lum plenum prunis, & thimiamate multo, vt va-
por crassus inde exhalans operiret totam domum
Sancti Sanctorum, & non posset videre sacerdos
magnus gloriam Dei latentem super propitiatorium

Universidad de Deusto
Biblioteca



inter alas Cherubim, vbi audiebatur vox loquentis, & aspergebat tunc sacerdos de sanguine illo septies contra propitiatorium, & orabat ibi, quærebatque aliquid à Deo super statu, vel peccatis populi, & respondebatur ei, & ob hoc iubebat Deus, ꝙ quando introiret summus sacerdos in Sancta Sanctorum, nullus hominum esset in tabernaculo exteriori, ne audiret Deũ loquentem cum sacerdote magno intra Sancta Sanctorum. Expletis his egrediebatur sacerdos de Sancta Sanctorum ad partem exteriorem tabernaculi, vbi erat altare thymiamatum, & tingebat cornua illius sanguine hirci, & vituli, quem ferebat in cratera, & sic egrediebatur de tabernaculo ad atrium, vbi erat altare holocaustorum, & tunc tollebat de vitulo, quem pro peccato suo, & domus suæ immolauerat adipem, & totam pinguedinem vitalium ad cremandum in altari. De hirco autem quem immolauerat pro peccato populi idem faciebat, & vitulum faciebat cremari extra castra in loco immundo: ipsum autem hircum accipiebat in ius suum, vt ipse, & filij sui comederent carnes eius: Leuit. 10. Et hoc facto sacerdos exuebat se vestibus lineis, quas acceperat, & lauabat totam carnem suam. Et rursum accipiebat vestes suas, & vestes pontificales. Nam prius solùm habuerat vestes sacerdotis minoris, & hoc modo consumabantur cæremoniæ Expiationis. Sequebantur tunc cæremoniæ secundę pertinentes ad solennitatem diei, & primò offerebatur agnus anniculus pro iugi sacrificio, qui an fortè oblatus esset antequam inciperent omnes cæremoniæ supra positæ non apparet. Deinde si accideret festum illud Sabbatho, offerebantur sacrificia duplicata pro Sabbatho, & postea sacrificia diei illius, quę erant vnus vitulus, arietes septem, agni anniculi in holocaustum, & hircus pro peccato, cum libamentis suis: Num. 29. Quintum & vltimum festum erat Tabernaculorum, siue Scenophegiæ: & istud durabat p octo dies, scilicet septem pertinebant ad solennitatem, & octauus erat cœtus, & colectarum, Leuit. 23. & Deut. 16. Sacrificia autem fiebant hac die, primò sacrificium iuge, deinde sacrificium sabbathi in quacũque die istarum esset sabbathum: deinde sacrificium pertinens ad istũ diem, scilicet tredecim vituli, duo arietes, quatuordecim agni anniculi in holocaustum cum libamentis suis, & hircus pro peccato. Istud erat prima die tabernaculorum, quæ erat dies quartadecima: die sequenti, & omnibus alijs vsque ad septimam huius solennitatis offerebantur sacrificia ista, & totis diebus duo arietes, & quatuordecim agni anniculi offerebantur, & in hoc erat æquale sacrificium septem dierum: sed diminuebatur quotidie vnus vitulus, scilicet prima die tredecim vituli, secundò duodecim, & sic consequenter quousque die septima offerrentur iam septem vituli: Num. 29. Circa omnes cæremonias sacrificiorum, & solennitatum plurima dubia possunt occurrere, quæ pro maiori parte declarata sunt in locis, vbi tractantur istæ materiæ, scilicet in locis, quæ allegantur: quia alias oporteret repeti totum Leuiticum.

Sacrificia festi Tabernaculorũ seu Scenophegiæ.

*De causis festiuitatum, quæ supra ponuntur.*

*Quæstio XV.*

QVAERITVR vlterius, circa istas festiuitates supra positas de causis earum, & licèt plenius in locis proprijs dictum est, saltem sentẽtialiter aliquid hic tangetur. Et, vt declaratum est præcedenti quæstione, quædam festiuitates erant, quæ replicabantur, & aliæ non: quæ replicabantur erant duplices, scilicet, quędam qualibet hebdomada, sicut Sabbatha, alia quolibet mense semel, scilicet Kalendæ, alia non replicaban tur, scilicet quinque, Phase, Pentecostes, Clangor, Expiatio, Tabernacula. Cõsiderandum est autem vnum commune circa omnia hæc, scilicet de obseruatione istorum festorum. Et dicendum, ꝙ omnia hæc erant festa vacatiua, ita ꝙ in eis operari non licebat præterquam de Kalendis, de quibus est aliquale dubium, an erat dies vacatiuus, an non: de quo tamen declarauimus Numeri vigesimo quarto, & primo Regum vigesimo, & quarto Regum octauo. De omnibus alijs dicitur, quòd non licebat in eis facere aliquod opus seruile: Leuit. vigesimo tertio, & Nume. 28. & 29. Erat tamen differentia: quia Sabbathum erat maioris obseruationis quàm omnia hæc festa. Nam de die Sabbathi dicitur, ꝙ nullum omnino opus in eo fieret, etiam ꝙ non accenderetur lumen in domibus Hebræorum: Exod. trigesimo primo, & trigesimo quinto. De alijs autem festiuitatibus dicitur, quòd non fieret in eis aliquod opus seruile: Leuit. vigesimo tertio, & Nume. 28. & 29. Differentia autem inter opus seruile prohibitum, & omne opus prohibitum est, ꝙ cum prohibeatur omne opus absolutè, non licebat succendere lumen ad parandum cibos, nec parare cibos aliquos, sed ex præcedenti die paratos comedere, vel cibos sine paratione manducare. Et cùm prohibebatur opus omne seruile, omnia opera erant prohibita præter ciborum apparationem, & omnia, quæ sunt accessoria ad hoc: vt patet Exod. duodecimo. Nam ibi agitur de Phase, de quo dicitur Leuit. vigesimo tertio, & Num. vigesimo octauo, quòd nullum opus seruile fieret in eo: & Exod. 12. dicitur, quòd nullum opus fieret in eo exceptis ijs, quæ ad cibum pertinent. Ergo de generalitate omnis operis solùm excipiebatur paratio ciborum ad hoc, quòd omne opus, & opus seruile coinciderent. Item patet, quia de Sabbatho dicitur Exod. 35. quòd non licebat succendi ignem in tabernaculis Hebræorum, & negabatur tunc omne opus. Ergo prohibendo omne opus prohibebatur paratio ciborum, & succensio ignis: prohibendo opus seruile prohibebantur omnia opera præter ciborum parationem, & accessoria ad hoc. Et sic in omnibus istis festiuitatibus licebat parare cibos. In Sabbatho autem non. Quæ autem vocentur opera seruilia, & an opera generatiuę potentiæ, & aliarum naturalium, & sensitiuarum sint seruilia, & quomodo in sola potentia, & organo motiuo reperiatur opus seruile, & cur, & omnia ferè, quæ pertinent ad cęremonias obseruationis istorum tam in nouo, quàm in veteri testamento, cùm plurimis dubijs declarata sunt latissimè Exod. 12. & ibi vide. Circa causas obseruationis, vel institutionis istarum festiuitatum, nunc considerandum est, & dicendum est, quòd quædam festa habuerunt causam institutionis, quæ solùm semel fuit, & ista festa non reputantur nisi semel in anno fiant. Alia habuerunt causam quæ iteratur, ideo ipsa festa iterantur. Primum autem festum est Sabbathum, & causa huius fuit, vt recordaretur homo creationis omnium rerum, & gratias Deo redderet de esse nobis communicato per creationem, quia istud est maximum bonum. Nam Deus creauit, & ornauit omnia sex diebus, & die septimo requieuit; ideo nos requiescere debebamus illo die ad memoriam quietis diei, quia cognita quiete cognoscebamus operationem præcedentem, cuius finis erat quies, & ista causa ponitur Gene. primo. Et etiam cùm præceptum de Sabbatho datum est Exod. vigesimo, & trigesimo primo, & Deuter. quinto: ponitur ista causa. Et valde rationabile fuit, quia festa celebrantur ad memoriam aliquorum beneficiorum susceptorũ. Primum tamen, & maximum beneficium susceptum creationis: quia per illud communicatum est nobis esse, quod est totius boni fundamentum. Et sic etiam Sabbathum inter omnia festa primum positum est.

Sed obijcietur, quia Sabbathum non debebat replicari, sed semel in anno replicari aliàs celebrari. Causa sua fuit semel, scilicet creatio rerum, ideo festum semel in anno fieri deberet. Dicendum, ꝙ causa remota, vel partialis celebrationis Sabbathi fuit semel tantùm, & tamen causa immediata, vel totalis replicatur. Quod patet, quia non solùm fuit causa ipsa creatio, sed quies diei septimi à creatione, & quia dies septimus replicatur qualibet hebdomada, debuit qualibet hebdomada celebrari istud festum. Alia etiam est causa: quia Deus voluit, quòd homines attenderent circa cultum eius, & redderent ei gratias pro susceptis beneficijs. Istud autem esse non poterat si omnes dies essent cessi ad laborem, quia homo laboriosis operibus intricatis, circa Deum & gratiarum actiones considerare non valet: debuit ergo dari dies vacatiuus in qua homines cessantes ab omnibus occupationibus soli Deo libere intendere possent. Et ista dies debuit esse frequẽter. Nam non conueniebat semel tantùm in anno fieri, quia in tanto tempore homo obliuisceretur beneficiorum Dei, & sic fuit conueniens, ꝙ fieret qualibet hebdomada. Ratio tamen quare potius fuit die septimo quàm alijs, fuit, quia die septima requieuit Deus ab omni opere creationis: ideo hac die aptius, & rationabilius fieri debuit. Circa festum Kalendarum considerandum, ꝙ vocatur Kalendarum, vel Neomeniæ, & nomen Kalendarum tractum est à modo loquendi Gentilium, qui principia mensium Kalendas vocãt, & sic nos hodie tenemus in vsu. Hebræi autem non ponunt principia mensium determinata, ita vt vbi vno anno incipit mensis primus, vel secundus, ibi sequenti anno incipiat, sicut nos ponimus: nam tũc possent coincidere principia mensium Hebræorum cum mensium nostrorum Kalendis, & vocaremus conueniente principia mensium suorum Kalendas: non est sic, quia ipsi habent menses lunares, & illi variantur. Nam si contingat, ꝙ mensis primus Hebræorum inciperet nunc prima die Martii, sequenti anno inciperet decimaseptima die, vel decimaoctaua Februarij: eo ꝙ numeri lunares sunt minores solaribus vndecim diebus. Non ergo propriè vocamus Kalendas festiuitates, quę sunt in exordijs mensium Hebræorum, sed ex quadam appropriatione ad exordia mensium Latinorum. Vocantur alio modo Neomeniæ, & istud est nomen conueniens. Neomeniæ interpretatur nouus defectus Luna, a neos, quod est nouum, & mene, quod est defectus: quasi nouus defectus, scilicet luminis Lunæ. Nã nunc est noua luminatio, quando Luna deficit lumine introeundo sub radios eius, & sic vocatur interdum in scriptura: vt patet Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis vestræ. Etiam Isai. primo dicitur: Neomeniam, & Sabbathum, & alias festiuitates non feram: iniqui sunt cœtus vestri. Quare autem in nouilunio fit festum, cùm per hoc videantur homines inclinari ad honorandum Lunam, & si deberet fieri festum pro Luna, cur non potius pro Sole, cùm sit excellentior, & maiora bona per eum recipiamus, & si pro Luna debebat fieri festum, cur potius in nouilunio quàm alio tempore: quia potius videtur debere fieri in plenilunio, quia tunc ipsa pulchrior est: declaratum est latè præcedenti lib. c. 23. quæstione vltima. Circa festum Phase dicendum, ꝙ erant duæ festiuitates simul, scilicet, Phase, & Azimorũ, sicut dicitur Leuit. 23. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum Phase Domini est, & die quintadecima solennitas est azymorum: habebant autem istæ duæ festiuitates duas causas distinctas. Nam Phase fiebat ad memoriam liberationis Israelitarum de Aegypto. Cùm





enim Deus voluit educere de Aegypto Israelitas die quartadecima mensis primi, iussit, ꝙ in qualibet domo immolaretur vnus agnus, & de sanguine illius poneretur in portis, & superliminaribus & quando veniret illa nocte angelus percutiens ad occidendum primogenita Aegyptiorum, & discurreret per noctem per singulas domos, videretque sanguinem in portis, transiret domos illas, & iret ad alias, quæ non essent sanguine tinctę: ibique occideret primogenita. Et quia videns angelus sanguinem in portis non occidebat primogenita illius domus, & transibat ad aliam, vocabatur festum istud Phase, ideſt transitus: non quidẽ, ꝙ Israelitæ transierunt de Aegypto in terrã Chanaan, sicut quidam rudes opinantur, sed quia angelus percutiens transibat dimittens domos, quæ erant sanguine signatæ: etiam Phase, siue picea in Hebræo aliquo modo signatur claudum, quia picea est nomen claudum signans, & sic faciebat angelus percutiens: quia sicut claudus vno pede firmiter tempore nittitur, & altero non, sed super baculum: ita angelus vnam domum percutiebat, & aliam in medio dimittebat. De causa tamẽ istius festiuitatis in alio sensu declarabitur sequenti quæstione. Alia erat festiuitas Azymorum, quæ incipiebat die quintadecima mensis primi, & durabat septem diebus continuis: Exod. 12. & Leuit. 23. & Deut. 16. in his diebus comedebant Israelitę panes azymos, & non debebat aliquid fermentatum apparere in domibus eorum, & vocabatur iste panis afflictionis: Deut. 16. Septem diebus comedetis panem afflictionis. & hoc quia erat iste panis insipidus, & grauis stomacho, nec sanitati corporis conueniens. Causa huius fuit memoria exitus de Aegypto cum magna celeritate. Nam Israelitæ exituri erant de Aegypto quintadecima die mensis primi, & cùm media nocte diei præcedentis percussisset angelus omne primogenitum in terra Aegypti, ita ꝙ non esset domus in tota Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus: Exo. 12. surrexit Pharao media nocte, & compulit festinatò Israelitas recedere. Et cùm illi parassent massam ad formandos panes, & coquendos, vt haberent cibos in via, non potuit massa fermentari prementibus Aegyptijs, & festinato exire compellentibus, ideo massam azimã tulerunt ligantes eam in palijs, & postea in via coquebant de illa panes super ignem, & sic comedebant azymos. Ad memoriam ergo huius liberationis, & exitus de Aegypto, qui fuit in velocitate magna, & propere, quolibet anno septem diebus azyma comedebant: vt patet Deuter. 16. scilicet. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ.

De festiuitate azymorum.

Circa festum Pentecostes dicendum, ꝙ fiebat quinquaginta diebus post festum Phase: & vocatur festum Pentecostes, vel hebdomadarum: Leuit. 23. & Numeri 28. Et dicitur Pentecostes à quinquaginta diebus, a penta, quod est quinque, & coste, quod est decem: quasi quinque decies. Sic enim vocamus Pentecostem nostram solennitatem Spiritus Sancti missionem: quia est dies quinquagesimus post Pascha Resurrectionis Domini. Et vocatur festum Hebdomadarum, scilicet, septem Hebdomadarum: eo quòd computabantur septem Hebdomadæ ab illa die, qua manipulus spicarum virentium offerrebatur: quia illa dies erat tertia azymorum, & in fine illarum Hebdomadarum erat Pentecostes: & ad idem redit, quia septem Hebdomadæ faciunt dies quadraginta, & nouem, & dies sequens erat quinquagesimus, vel Pentecostes. Ista solennitas durabat vnica die, & offerrebantur in ea primitiæ panum tritice eorum: Leuitic. vigesimo tertio, & ob hoc etiam vocabatur

De festiuitate Pentecoste.

festu istud festum primitiarum Nu. vigesimo quarto. Causa autem huius solennitatis putatur à quibusdam fuisse datio legis, s. quia quinquaginta diebus post exitum de Aegypto data est lex. & tamen in hoc est contentio, quia vt declaratum est Exo. 19. potius videtur, ꝙ fuerit data die quadragesimo septimo ab exitu de Aegypto. Tenendo autem, quòd die quinquagesimo data est lex, dicetur ꝙ ad honorem legis dationis ista solennitas fuerit introducta. Si autem dicatur, ꝙ fuit data lex die quadragesimo septimo, dicetur, ꝙ fuit ista solennitas introducta ad honorem primitiarum, s. vt illa die Israelitæ darent primitias de messe triticea. Nã de qualibet domo dabantur duo panes triticei, quorũ quilibet continebat vnam decimam similæ, ideſt vnũ gomor, quod erat decima pars Ephi. Exo. 16. & ista videtur vera causa institutionis festiuitatis huius, propter duo, vel tria. Primò, quia si propter dationem legis ista solennitas fieret, cum datio legis fuerit aliquid famosum, fieret mentio, ꝙ propter illam fiebat: & tamẽ in nullo loco hoc tangitur, quamquam in multis de ista festiuitate agatur, ergo non instituta fuit propter hoc. Secundum est, quia oportet, ꝙ die quinquagesimo ab exitu de Aegypto fuisset legis datio, & tamen potius videtur, ꝙ fuerit die quadragesimo septimo, vel quasi, vt probatum est Exod. 19. Tertiò, quia festiuitas ista accipit nomen à primitijs, & non accipit nomen à datione legis. Nam Num. 28. vocatur ista festiuitas primitiarum, vel primitiuorum: & in nullo loco vocatur festiuitas dationis legis: ergo propter primitiarum solutionem instituta est, & non propter datam legem. Quartò patet, quia in omnibus festiuitatibus quantum ad nomina sua, vel ad cæremonias aliquas signatur causa institutionis illarum, sicut patet de Phase: quia ex nomine signat, ꝙ fuit propter liberationem ab angelo percutiente in Aegypto, cùm Phase sit transitus. Etiam ex cæremonijs suis: nam immolatur agnus sicut immolatus fuit in Aegypto nocte illa, qua angelus percutiens transiens per domos Israelitarũ, & videns eas sanguine tinctas, neminẽ ibi percutiebat: sic etiam in festo Tabernaculorum. Nam apparatus frondium, & mansiunculæ factæ in loco patenti ostendunt, ꝙ fuerit pro habitatione Israelitarum in vmbraculis in deserto, & sic de alijs. Et tamen in festo Pentecostes nomẽ ipsum non signat dationem legis, cùm vocetur festum Pentecostes, vel Hebdomadarum. Sed potius vocabulum suum signat, ꝙ instituta est, pro solutione primitiarum, cùm vocetur festum primitiuorum. Num. 28. Dicendum ergo videtur, ꝙ institutа est ad solutionem primitiarum, quia tunc incipiebat messis triticea, & quia de tritico est præcipua sustentatio humana, iustum erat solemnes primitias dari de illo. Et sic dabantur de qualibet domo duo panes duarum decimarum. De hordeo autem paruæ primitiæ dabantur, scilicet, vnus manipulus spicarum virentium de toto Israel: Leuit. 23. c. Circa festum Clangoris dicendum, ꝙ illud erat die prima mensis septimi, s. Septembris, cùm incipiant Hebræi menses in Lunatione Martij, & coincidebat festum Clangoris cum Kalendis, cùm prima dies cuiuslibet mensis esset dies Kalendarum, vel Neomenię. Causa autem huius festiuitatis magis occulta est, quàm aliarum, eo ꝙ sacra scriptura nihil tangit de hoc. Quidam autem dicunt, & communiter est positio Hebræorum, ꝙ ista festiuitas instituta fuit ad memoriam liberationis Isaac. Nam quando Deus dixit Abrahæ, ꝙ immolaret filium suum Isaac, & extendisset manum ad immolandũ, prohibitus est dicente angelo: Ne extendas manum tuam super puerum, & ostensus est tunc aries inter vepres, & illum immolauit Abraham: Gen. 22. c. Dicunt autem, ꝙ ad memoriam liberationis huius, & arietis, qui immolatus est ꝙ Isaac fiebat festum istud Clangoris. Et ob hoc clangebatur buccina arietina. Dicendum, ꝙ ista positio est nimis remota à probabilitate. Primò, quia non videtur, ꝙ liberatione Isaac aliquid offerretur, eo ꝙ liberatio illa non fuit beneficium datum toti populo Hebræorum, sicut erant beneficia signata per alias festiuitates, s. per Phase: Tabernacula, & Expiationem, si fuit beneficiũ personale, & fuit antequã inciperent Israelitæ esse populus. Secundò patet, quia si ista festiuitas fuisset propter liberationem Isaac instituta signaret in nomine, vel in aliquibus cæremonijs istud. Et tamen nõ signat. Nam nomen suum signat buccinationem, s. clangor. Et Hebræi vocant illam festiuitatem Corim. Nos autem honestius vocamus eam festiuitatem Clangoris, vel buccinæ. In cæremonijs etiã nihil signatur de hoc: quia die illa fiebat buccinatio in sanctuario. Et sic fit nunc in synagogis Iudæorum vbicunque maneant. Etiam fiunt sacrificia sicut in alijs solennitatibus, ista autem nõ indicant liberationem Isaac. Dicendum ergo videtur, ꝙ fuit ista festiuitas propter liberationem à seruitute, quę inter Israelitas fiebat. Nam de septem in septem annos celebrabatur annus remissionis, & quilibet Hebræus, qui erat seruus alterius, exibat liber anno illo: nisi fortè propter vxorem, & filios vellet manere in seruitute, quia tunc manebat vsq; ad Iobelęũ. Exo. 21. & Deut. 15. etiam septimo anno fiebat remissio omnium debitorum. Si quis enim mutuasset alteri pecuniam, vel ea, quæ sub mutuo cadunt, & non posset soluere, maneretque obligatus vsque ad septimum annum liberabatur à debito anno septimo: Deut. 15. Etiam fiebat liberatio in Iobelæo, qui erat annus quinquagesimus. Nam tunc omnes res venditæ redibant ad primos possessores, & siquis erat seruus redibat in libertatem: Leuit. 25. & in anno Iobelęi ad prædicandũ libertatem clangebatur buccina in omnibus finibus Israel: & ad ostendendum illam libertatem, & congratulationẽ de ea, fiebat festum Clangoris, & hoc patet ex duobus. Primò, quia in anno remissionis, s. Iobelæi clangebatur buccina in vniuersa terra: Leuit. 25. sicut clangebatur in festiuitate Clangoris. Secundò, quia quando erat annus remissionis, & debebat buccinari ad prædicandum libertatem: incipiebat buccinatio in die Clangoris, vt colligitur Leuit. 25. Sed dicetur, ꝙ istud festum Clangoris solùm deberet fieri anno quinquagesimo, quando erat Iobelæus, & prædicabatur libertas, & non quolibet anno, & tamen fiebat quolibet anno, ideo videtur, ꝙ non fiebat propter hoc. Dicendum, ꝙ propter illã libertatẽ, licèt non fieret quolibet anno, tamen ad solennitatem illius libertatis, quę fieri debebat anno quinquagesimo, quolibet anno fiebat festum Clangoris, & clangebatur buccina eo tempore, quo anno Iobelæi debebat incipi clangi buccina ad prædicandum libertatem. Circa festum Expiationis manet dubium de causa institutionis, & dicendum, ꝙ istud festum erat die decima mẽsis septimi, s. Septembris: & durabat vnica die, & illa die omnes Israelitæ affligebant se ieiunando, & abstinendo ab omni delecta bili: Leuit. 16. & 23. Causa autem huius festiuitatis patet ex nomine: nam vocatur dies expiationis, vel propitiationis. Et vocatur expiatio, quia expiabantur, ideſt mundabantur omnia peccata Israelitarum: nam sicut habetur Leuit. 16. & declaratum est præcedenti quæstione, die illa offerrebantur inter alia duo hirci à toto populo, & vnus hircus occidebatur pro peccato, alius verò efficiebatur emissarius: nam summus sacerdos confitebatur peccata totius populi super caput hirci, & mittebat illum in desertum per hominem paratum ad hoc, & dicebatur hircus portare omnia peccata populi in solitudinem: eodem capit. ad remissionem autem, vel emundationem fiebat festum Expiationis. Vocatur etiam festum propitiationis à propitiando, ideſt miserendo: quia Deus miserabatur peccatis populi remittendo illa, & ponendo super hircum. Festum ergo istud erat valde necessarium, quia nihil est magis necessarium homini quàm remissio peccatorum, sine qua non potest habere vitam æternam, & ista remissio non fiebat in alia festiuitate, nisi in ista, ideo erat valde necessaria. De remissione autem peccatorum Israelitarum, an verè die illa fieret, & an proficeret ad aliquid confessio illa peccatorum, quæ fiebat super hircum, & cur fiebat si non proderat, & plurima alia dubia circa hoc, declaratum est latissimè Leuit. 16. Dicunt autem communiter Hebræi, ꝙ illa die sedet Deus ad iudicandum, & distribuit cuicumque homini, quid toto illo anno habiturus sit mali, vel boni: & propter hoc illa die se affligunt, vt Deus miserea tur eorum, & bonam distributionem eis faciat. Vnde in tantam insaniam Iudæi quidam prorumpunt: quia cùm habeant aliquos filios, vel amicos charos, illa die fundunt super capita eorum sanguinem alicuius animalis, quasi ad obuiandum amaræ sorti, quã Deus illo anno illis distribuit, scilicet, quòd in illo anno aliquis sanguis super eos venturus sit intelligatur de sanguine illius animalis, quem fundunt super capita eorum. Sed istud omni insania dementius est. Nunquid enim si Deus aliquid de nobis disponit, propter auguria nostra, & superstitiosas obseruationes mutabitur penitus? absurdum est. De hoc tamen latius declaratum est Leuit. 16. Dicendum autem, ꝙ die illa non fiebat aliqua remissio peccatorum potius quàm aliis diebus, sed omni tempore fit remissio cùm peccator ad dominum conuertitur, iuxta illud Ezech. 18. Quacunque hora auerterit se impius ab iniustitia sua, iniquitatum eius non memor ero. Etiam confecta hirco non proficiebat. Sed Deus instituit festiuitatem propitiationis, quia vtilis erat. Nam Deus dicebat, ꝙ omnes illa die affligerentur, & per afflictionem, quæ erat potissima in dolore cordis, remitterentur verè peccata: non quidem virtute cæremoniarum, quæ fiebant in festiuitate illa, sed virtute contritionis. Et id, quod Deus mandabat fieri, erat afflictio exterior, tamen per illam afflictionem assuefiebant ad affectionem interiorem, in qua erat remissio peccatorum. Et quia in toto anno non erat aliquod festum cuius cæremoniæ inclinarent ad contritionem, & remissionem peccatorum sicut festum istud, vocatur festum expiationis, vel propitiationis. Causa autem confessionis factæ super caput hirci non erat vtilitas aliqua, quæ sequebatur ex illa confessione, sed solùm figura quædam confessionis, quæ fieri debet in veteri testamento nouo: nam illa confessio talis erat, de qua manifestum erat, ꝙ secundùm se proficere non potest: nam fiebat super caput hirci, quod videtur superfluosum: cùm nec hircus virtutem absoluẽdi habeat, nec intelligat, quod dicitur, nec dicens peccata coram alio erubescat. Item quia si confessio proficere debeat, debebant dici omnia peccata, tamen nunc non dicebantur omnia peccata populi, quia tunc sacerdos moraretur dicendo illa plus quàm quatuor, vel quinque diebus, & tamen breuissimè expediebantur omnes cæremoniæ diei illius, quæ multæ erant, Leuit. 16. Ideo pauca peccata confitebatur sacerdos. Item ad hoc necesse erat, ꝙ prius omnes de populo confiterentur sacerdoti omnia peccata sua, quàm ipse confiteretur illa super caput hirci, & tamen non fiebat in veteri testamento talis confessio: ideo non erat ista confessio super hircum ad aliquid proficiens, sed solùm erat quædam assuetudo ad confessionem, quæ fieret in nouo testamento, & significatio illius. Circa festum tabernaculorum, quod vltimum erat considerandum





est, ꝙ vocatur festum tabernaculorum, & Scenophegiæ. Dicitur festum tabernaculorum, quia faciebant illa die Israelitæ quasdam mansiunculas extra tectum de ramis arborum, & manebant ibi: etiam accipiebant quosdam ramos arborum, & colligantes illos saltabãt cum eis ad indicandam magnam lętitiam, vt patet Leuit. 23. Vocatur Scenophegiæ à cenon, quod est vmbra, & Phagin, quod est comedere, quasi in vmbraculis comedere, scilicet, quia faciebant Israelitæ vmbracula de ramis arborum, & in illis comedebant diebus istius festiuitatis. Causa istius festiuitatis est, vt recordarentur Israelitę, ꝙ educti sunt à Deo de Aegypto, & ducti sunt per desertum quadraginta annis, & ibi manebant in vmbraculis de ramis arborum, & per hoc recordarentur omnium beneficiorum, quæ receperant à Deo in deserto per quadraginta annos, quę multa fuerunt: vt patet discurrendo per libros Exo. & numerorum. De causis autem istarum festiuitatum, & cæremonijs earum agitur Leuit. 16. & 23. & Num. 28. & 29. Et ibi latius de qualibet earum dictum est: sed pro nunc sufficiant.

*Si illa causa, quæ superius assignata fuit de festo Phase fuerit sola causa.*
*Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, cùm supra diceretur de festo Phase, & causa eius: an illa sola, quæ assignata est fuerit causa eius. Dicendum, quòd aliud est loqui de illo, quod factum est in Aegypto, & aliud quod factum est postea in terra Chanaan in celebratione Phase. De illo, quod factum est in Aegypto, dicunt Hebræi, causam fuisse sicut litera videtur innuere Exod. 12. scilicet, ꝙ Deus voluit, ꝙ angelus percuteret omnia primogenita Aegyptiorum, discurrendo per omnes domos ipsorum, & quia aliquæ domus Hebræorum erant inter domos Aegyptiorum, ne in illis quoque angelus percuteret primogenita, poni debuit signum in portis, vt viso illo, angelus recederet. Et ad hoc facit, ꝙ in qualibet domo occideretur agnus anniculus, & de sanguine eius linirentur portæ, & superliminaria, & illud signum effugeret angelum percutientem. Dicendum est, ꝙ Deus voluit, ꝙ Iudæi putarent, quòd ista esset causa istius præcepti, & tamen non erat: quod patet primò: quia angelus non poterat videre illud signum, ideo quod poneretur signum in portis non proficiebat. Patet, nam videre non potest nisi habens potentiam visiuam, quia aliàs includeret contradictionem, & tamen habere potentiam visiuã pertinet ad animal: Deus autem, & angelus non sunt animalia, cùm sint puri spiritus. Etiam potentia visiua non potest esse nisi in organo, & tamen in angelo non est organum, cùm sit incorporeus: ergo non habet visiuam potentiam, nec videt: sic probatum est latè Exo. 7. Secundò patet, quia dato, ꝙ angelus posset videre, non requirebatur ad hoc aliquod signum, quia angelus sine aliquo signo sciebat, quę erat domus Aegyptij, & quę erat domus Hebræi, cùm angeli boni, & mali sciant omnia hæc, quæ inter nos fiunt. Tertiò patet, quia difficilius erat aliud, quod fecit iste angelus percutiens: nam non solùm percussi sunt masculi primogeniti Aegyptiorum, sed etiam omnia primogenita pecorum, & iumentorum: Exod. 11. & 12. & Numeri tertio: & tamen pecora, & iumenta erant in agris, & non erat ibi aliquod signum positum: ad sciendum, quæ essent pecora Israelitarum, & quæ Aegyptiorum, & angelus percutiens percussit pecora Aegyptiorum, & non Iudæorum: ergo poterat sic cognoscere domos Aegyptiorum, & Hebræorum, licèt non essent aliqua signa posita.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quartò patet, quia adhuc fuit aliud difficilius, quia inter pecora difficilimum est sciri, quę sunt primogenita. Si enim in aliquo grege sunt mille arietes, & omnes habēt vltra ætatem anni, nullus hominum potest cognoscere, qui sunt primogeniti, & qui secundogeniti: etiam si videret illos nasci, nisi insigneret eos, & tamen angelus percutiens sciuit, quæ erant pecora primogenita, vt occideret omnia primogenita Aegyptiorum, ergo poterat a fortiori scire, quæ erant domus Israelitarum, & Aegyptiorum, quia istud erat cognoscibilius, & sic non indigebant signo distinctiuo. Quintò patet, quia dato, ꝙ signum esset necessarium ad hoc, ꝙ angelus percutiens cognosceret domos Israelitarum, adhuc non oportebat, ꝙ occideretur aliquod animal, sed satis erat, ꝙ fieret aliqua figura ī qualibet porta, vel poneretur aliquid in porta, per quod cognoscerentur distinctè domus Hebræorum, & Aegyptiorum, & tamen iussit immolari agnum, ergo erat ad aliud. Sextò patet, quia dato ꝙ necessarium esset occidi aliquod animal, non oportebat, ꝙ occideretur agnus, sed satis erat occidi gallinam, vel pullum, & esset minor sumptus cuilibet domui Hebręorum, & de sanguine gallinæ, vel pulli ponerent superliminarium, & & portæ liniri, vt angelus cognosceret: multæ aliæ rationes huiusmodi poterant induci. Dicendum ergo, ꝙ Deus iussit, ꝙ occideretur iste agnus propter duo. Primò, quia Israelitæ erant rudes, & putabant, ꝙ angeli Dei videbant, & per sensibilia dirigebantur sicut homines: & sic per signa posita in portis poterant cognoscere. Secundum & principale fuit, quia Deus volebat signare, ꝙ nos liberandi eramus ab angelo percutiente per sanguinem Christi, scilicet, ꝙ sicut nulla domus euadebat mortem, nisi quæ esset sanguine linita: ita nullus homo saluari potest, nisi qui participat merita sanguinis Christi effusi: & ad hoc decuit immolari agnum, quia sicut Christus pro nobis occisus est, ita figurandum erat hoc in aliquo animali cuius sanguis funderetur, & ponendo aliquod signum in portis Israelitarum non conueniebat hoc ad signandum mortem Christi, per quam redimendi eramus. Etiam dato, ꝙ occideretur aliquod animal debebat illud esse masculinum, vt signaretur Christus occidēdus: etiam decebat magis, vt esset agnus quàm aliud animal propter maiorem conuenientiam suam: sic dixit Isaias ca. 53. Tanquam agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. Et loquitur ibi clarissimè de morte Messiæ. Ideo Deus volebat signare mortem Messiæ per immolationem agni, & ꝙ sicut liberabantur Israelitæ habentes sanguinē agni in portis, ita nos liberaremur participantes fructum sanguinis Christi occisi, & sic sensus literalis est illius scripturæ mors Christi, sicut immolatio agni Paschalis, cùm Deus iubens hoc intenderet illud. Et ob hoc Euangelista Ioannes exposuit in sensu literali de Christo, quod habetur Exod. 12. Os non comminuetis ex eo: quod ibi dicitur de militibus Pilati, ꝙ fregerunt crura latronū: ad Iesum autem cùm venissent, videntes eum mortuum, non fregerunt crura eius, & sequitur, vt impleretur scriptura, quæ dicit: Os non comminuetis ex eo: & tamen si non intelligeretur illud de Christo in sensu literali, non diceretur impleri scriptura per hoc. Et sic dicendum, ꝙ omnes cæremoniæ agni paschalis signabant conditiones mortis Christi, vel immolationis eius secundæ, quæ est, quandocunque eum sacramentaliter sumimus, sicut dixit Apostolus prima Corin. 11. scilicet, quotiescunque feceritis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Applicatio autem istarum cæremoniarum facta est satis explicitè Exod. 12. Si autem loquamur de celebratione Phasę, quam faciebant Iudæi quolibet anno, postquam erant in terra Chanaan, dicendum, ꝙ fuit datum istud præceptum propter duo. Primò ad memoriam beneficij temporalis, scilicet, ꝙ Israelitæ liberati sunt in Aegypto ab angelo occidente primogenitos Aegyptiorum ponendo sanguinem agni in portis. Ideo conueniens fuit ad æternam memoriam huius rei, ꝙ quolibet anno illo tempore, quo Israelitæ exierant de Aegypto, immolaretur agnus ille memorialis. Secundùm fuit ad signandum agnum paschalem, qui sanguine suo à morte æterna nos redemit, & erat conueniens repræsentatiuum, quia eo tempore, quo agnus iste immolabatur: ipse Christus immolatus est: immolabatur namque agnus paschalis die quartadecima mensis primi ad vesperam. Et Christus immolatus est die quintadecima mensis eiusdem. Nam die præcedenti ad vesperam ipse comedit agnum paschalem cum discipulis suis, & erat tunc Phasę, & dies quartadecima. Et sequenti die occisus est. Et erat tunc dies veneris, & erat dies tertia mensis Aprilis, & erat Christus tunc annorum triginta duorum completorum, & de anno trigesimo tertio suo fluxerunt menses tres, & decem dies: & erat tunc hora nonæ in vrbe Ierusalem. Et Luna quintadecima. In vrbe Toleti erat tunc meridies, & in vrbe ista Salamātina nondum erat meridies, sed deficiebat quasi septima pars horæ, quando benedictissimus Deꝰ noster Dominus Iesus emisit spiritum. Hæc omnia astrologicis demonstrationibus patefient Ioan. 13. si Deus nobis illuc aliquando peruenire donauerit: scilicet pulcherrima materia, & agetur ibi, an Christus præuenit manducare pascha ante diem statutum à lege, sicut dicunt Græci, ita vt in fermentato confecerit. Si autem loquamur de festo azymorum, dicendum ꝙ non habet aliam causam literalem nisi illam, quam præcedenti quæstione assignauimus, scilicet, vt recordarentur Israelitæ omnibus diebus vitæ suæ, ꝙ in pauore exierunt de Aegypto Deuter. 16. Aliqui autem volunt hoc exponere de immunditia mentis, ita vt nō sit in ea fermentum nequitiæ: sicut dicit Apostolus prima Corin. 5. scilicet. Expurgate vetus fermentum, sicut estis noua conspersio. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Dicendum tamen, ꝙ iste sensus moralis est. Nec potest sic vocari ille, qui habetur Ioa. 10. scilicet, Os non comminuetis ex eo: quia illud inducitur ad probandum, quòd crura Christi non erant frangenda, & tamen nihil probaretur, nisi intelligeretur ad literam de Christo, & sic de agno paschali fuit speciale ad signandum mortem Christi.

*De quibusdam verbis hic dictis a Salomone circa domum Dei, comparando eam ad magnitudinem Dei.*
*Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicit hic Salomon, ꝙ domus quam cupiebat ædificare magna erat, quia Deus erat magnus: nam videtur, quòd etiam si Deus esset magnus, non deberet ex hoc ei ædificari domus magna. Nam si ædificaretur domus, in qua Deus habitaret, iustum erat, vt pro Deo, qui magnus erat magna domus ædificaretur: & tamen non fiebat, vt Deus in ea habitaret, sed solùm, vt inuocaretur in ea nomen eius, & fierent cæremoniæ ipsius: vt patet in litera. Respondendum, quòd verum est, ꝙ Salomon non ædificabat domum, in qua Deus moraretur, ita vt ibi caperetur, quia in nulla domo, siue magna, siue parua Deꝰ poterat morari, sed fecit domum, vt inuocaretur in ea nomen Domini. Sed dicendum, quòd sicut ad habitationem Dei, si Deus in aliqua domo habitare posset requirebantur magna ædificia, & pulchra secundum Dei dignitatem: ita ad hoc, ꝙ aliqua domus esset, in qua specialiter inuocaretur nomē eius debebat illa esse magnæ pulchritudinis, & sumptuum. Sic patet de comparatione regis & imaginis ad imagines aliorum hominum. Nam licèt imago non sit res, cuius est imago: nam imago regis in honestiori, & excellentiori habitu pingi debet quàm alterius hominis: ita licèt Deus non habitet verè in aliqua domo, si inuocabatur ibi specialiter nomen eius tanquam ibi habitaret propter illam specialem habitudinem, quam ad Deum habet, de hoc esse maioris valde honoris quàm domus hominum. Item Deus vult honorari sicut honorantur principes, & magni viri. Sicut patet Malach. primo, scilicet, si offertis claudum, & cęcum, nonne malum est? offer illud duci tuo, & si placuerit ei, aut si acceperit faciem tuam. Quasi dicat, dux tuus non vult acceptare talia, nec ego acceptare volo. Et tamen omnia ædificia, & quæcunq; alia fiunt pro regibus, licèt ipsi non vtantur eis, ex eo, ꝙ vocantur regalia, debent esse excellentiora alijs. Ita ergo domus, quæ ædificabatur Deo specialiter: licèt non habitaret in ea, quia in nulla habitare poterat, debebat esse pulchrior, & sumptuosior alijs domibus. Item patet hoc, licèt non habitaret in ea, nec Deo proficeret: ex eo ꝙ Deo ædificabatur, debebat esse honorabilior domibus aliorum hominum, ac si Deus verè habitaret in ea. Sic patet de sacrificio, quod ei offerrebatur. Nam si quis offerret ei animal claudum, vel languidū Deus conquerebatur, vt patet Malachi. primo. scilicet si offeretis claudum, aut languidum nonne malum est? quasi dicat malū, & subdidit, offer illud duci tuo, & si placuerit ei, aut acceperit faciem tuam, quasi dicat non accipiet, & sic Deus nolebat accipere in oblatione, quod principes non acceptarent in cibum. Et tamen manifestum est, ꝙ Deus non comedebat de carnibus sacrificiorum. Sicut dicitur Psal. 29. Scilicet: non manducabo carnes taurorum, nec sanguinem hircorum potabo. Ita ergo, licèt Deus non habitaturus esset in domo, tam pulchram domum volebat, sicut si princeps maximus in ea habitaturus esset, imò pulchriorē, scilicet, sicut si ipse Deus verè habitaturus esset in domo illa. Item adhuc aliquo modo Deus habitabat in tali domo. Nam Deus habitabat dupliciter in loco, scilicet, vel generali modo, vel speciali. Si generali, vbique est, si autem speciali, erat ī domo quam ei ædificabat Salomon, & fuerat prius in tabernaculo, quod ædificauerat ei Moyses, & hæc specialitas erat quantum ad duo, scilicet quantum ad ea, quæ homines Deo offerebant, & quantum ad ea, quæ ibi Deus hominibus ostendebat. Quantum ad primum patet, ꝙ in loco illo homines Deo offerebant sacrificia, & non licebat in alio loco immolare sub pena mortis, Leuit. 17. & Deuter. 12. etiam in loco illo offerebatur quotidie incensum Domino, & cantabantur ibi laudes eius, & fiebant omnes cæremoniæ cultus diuini, quæ non fiebant in aliquo alio loco. Quantum ad secundum de illis, quæ Deus ostendebat hominibus in illo loco: dicendum est, ꝙ ibi ostendebat præsentiam suā esse specialiter quasi manendo corporaliter. Nam in ista Sancta Sanctorum erat arca fœderis Domini, & in operiorio illius, quod vocatur propitiatorium, erant duo Cherubim extendentes alas suas contra se inuicem, & in medio manebat locus obscurus, in quo audiebatur vox respondens ad omnia dubia. Vnde quando Moyses dubitabat de aliquo, & volebat scire responsum, introibat in Sancta Sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, vnde loquebatur ei: vt patet Num. 7. cap. Putabatur autem à Iudæis, quòd esset Deus ille, qui loquebatur inter alas Cherubim: ideo dicebatur, quòd Deus sedebat super Cherubim: vt patet 2. Regum 5. & Psal. 79. Scilicet, super duos Cherubim aureos, qui erant in arca, & non super Cherubim, idest, super ordinem angelorum, qui vocantur Cherubim. Nam ille non est sensus literalis: non poterat autem esse specialiter repræsentatio, ideo rectè dicebatur, quòd Deus habitabat in domo illa eo modo, quo Deus poterat alicubi habitare, & sic debebat domus, quæ ædificabatur Deo esse valde pulchra, & sumptuosa, quia Deus cui ædificabatur erat magnus, & virtutis infinitæ.

*Quid intendebat Salomon per illa verba, quòd vellet ædificare domum domino: nunquid Deus poterat capi in cęlo, vel in terra.*
*Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, circa hoc quod dixit hic Salomon, scilicet, quòd non erat putandum, quòd ipse vellet ædificare domum Domino, quia ille non poterat capi in cœlo & in terra, quid intendebat. Dicendum, ꝙ Salomon excusabat se, quia aliquis poterat increpare, vel redarguere eum, cùm diceret se velle ædificare domum Domino: quia per hoc innuebat, quòd Deus habitaret in aliqua domo, & caperetur ibi, & tamen Deus non capitur in aliquo loco, ideo nō potest habitare alicubi, & sic dixit Salomon, ꝙ cęlum, & cœli cœlorum non capiebant Deum: ideo nec ipse faciebat domum, in qua caperetur Deus, & dixit ꝙ cęlum, & cęli cęlorum non possunt capere Deum, i. in illo cęlo non capitur, & dixit de cęlo, quia cęlum est maximum corpus naturæ: cùm contineat intra se regionē elementalem. Et si in cęlo Deus non capitur, a fortiori non capietur in terra, nec in alia parte vniuersi. Dixit autem cęlum, & cęli cœlorum ad signandum multos cęlos, & dicuntur cęli cęlorum, idest, cęli continentes intra se alios cęlos per modum possessionis cuiusdam: & vocatur cęlum primum cęlum maximè coniunctū nobis, quod est cęlum Lunæ: apud quod est sphera ignis. Et istud est minimum, quia continetur ab alijs sicut circulus intra circulum, & istud cœlum non potest capere Deum. Et postea dicitur, nec cœli cœlorum, quasi dicat, non solùm non potest cęlum Lunæ capere Deum, sed etiam nec cęli cęlorum, scilicet, alij cęli maiores, qui intra se continent alios cęlos. Et ex hoc signatur magnitudo eorum. Sunt autem cœli decem, scilicet, cœlum Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, qui sunt cęli septem planetarum: & deinde firmamentum siue octaua sphęra, in qua sunt stellæ fixæ, & Zodiacus declinans, & mutabilis, & deinde nona sphæra, siue primum mobile, supra quod non est motus nec tempus. Deinde cęlum empyreum, quod est decimum, & non mouetur, solùmque proficit ad requiem beatorum spirituum, & ibi beata Trinitas se ostendit clarè purgatissimis mentibus. Alij ponunt vndecimum cęlum, quia inter cęlum nonum siue primum mobile, & cęlum empyreū ponunt cęlum crystallinum. Et verum est, ꝙ cęlum crystallinum est: tamen illud est octaua sphæra, quam vocamus firmamentum, & densitas illius orbis maior quàm aliorum orbium reddit colorem azurinum terminando visum, quod non faciunt alij orbes planetici propter minorem corporum densitatem.

positio de Cęlis.

*De densitate cęli, & cur omnes non fuerunt sic.*
*Quæst. XIX.*

QVAERITVR tunc, quare factum est aliquod cęlum tantę densitatis, vt videri posset, & quare non

Universidad de Deusto
Biblioteca



non fuerunt sic omnes cęli, & quare potius datum est hoc cęlo octauo, vel nono quàm alicui alteri. Ad primum dicendum, ꝙ decuit, quòd aliquod cęlum esset, quod esset tantę densitatis, ita vt visum determinare posset. Nam si nullum esset magnæ densitatis, nullū terminaret visum. Et sic cùm respiceremus versus cęlum, nihil videremus, deficeretque visus noster nullum habens obiectum, quo immutaretur, & esset hoc nimis diminuens pulchritudinem vniuersi: etiam non cognosceretur esse cęlum aliquod, cùm non videretur: nec posset probari ratione necessaria, & stellæ viderentur tanquam aues volantes: esset que aliquid deordinatum: nunc autem cùm sit vnum cęlum ita densum, quòd visum determinat: apparet ꝙ omnes stellæ in eo sint: nam licèt aliquæ stellæ sint multum inferiores cœlo octauo, quod est densum, quia tamen non percipimus in medio aliquod corpus, quod videatur, necesse est, ꝙ appareant stellæ esse coniunctæ illi cęlo, sicut quando sunt duo colles inter se multum distantes, vel duæ turres, & nos non videmus aliquid intermedium, apparent nobis illi duo colles, vel turres coniuncti: licèt multum distent: vt patet ad sensum. Et ratio est, quia sensus iudicat aliqua duo esse coniuncta nisi habeat aliquid, per quod iudicet illa distare. Illud autem est spatium, scilicet corpus, in quo est magnitudo. Quando ergo inter duo corpora visus non apprę-
hendit aliquod corpus medium, necesse est, ꝙ iudicet illa esse coniuncta. Ita ergo, licèt Luna multum distet ab octauo cęlo videtur in eo fixa, quia non compræ-
henditur aliquod corpus esse medium. Aliud inconueniens erat, si non poneretur aliquod cœlum tantæ densitatis, scilicet, ꝙ non fulgeret Sol tantum, eo ꝙ lux sua est ex magna parte per reflexionem radiorum: sicut videmus, ꝙ aliqui radij reflectantur in corpore valde terso & lucido, fiunt radij multum maiores: & nunc cùm Sol sit in vna parte cęli, radij sui diriguntur ad omnes alias partes eiusdem, & propter densitatem corporis cęli, quod est tersum & densum, aliqualiter reflectuntur radij, & ad quamcunque partem homo respiciat, videt orbem illuminatum magna luce. Si autem non esset densitas aliqua, transirent radij, nec reflecterētur, & non esset tāta lux. Differentia autem, quæ esset inter visionem, quæ nunc fit, & quæ tunc fieret, non potest comprehendi sensu, eo ꝙ nunquàm vidimus cęlum sine illa reflexione. Capitur tamen ratione, quia si videamus aquam, cùm reflectitur Sol in ea, est lux eius magna: si autem videatur, quando non reflectitur, lux eius est valde minor: ita fieret in visione nostra quotidiana. Item aliud inconueniens, ſꝙ quælibet nox esset obscurior quàm nunc est. Quod patet, quia existente Sole sub hemisphærio nostro per noctem radij eius tangunt hemisphærium nostrum, & cùm sint partes densæ potentes reflectere lumen susceptum, fit aliqualis illuminatio, quæ non fieret, si non essent partes densæ potentes reflectere lumen. Aliud inconueniens esset, quia quantūcunque distarent inter se stellæ, non sentiremus distantiam illarum versus Occidentem, Orientem, & Septemtrionem, & Meridiem, sed putarem⁹ omnes stellas simul esse, quod patet: nam licèt stellæ fixæ altiores sint planetis, & vnus planeta altior alio, quod demonstratiuè ratione probamus, ad oculum tamen non sentimus vnam stellam altiorem à terra esse, quàm aliam, sed omnes iudicamus in eodem cęlo esse, & æqualiter distare à nobis: & hoc quia non percipimus sensu aliquod corpus medium esse vsque ad illud cęlum, quod densum est, & visum terminat, licèt multa corpora sint. Ita posito, quòd vna stella esset in Oriente, & alia versus Occidentem: non sentiretur distantia illarum, quia non perciperetur corpus medium esse inter illas, per quod iudicarentur distare, cùm nullum corpus dēsum inter illas appareret. Item non cognosceremus, ān motus astrorum esset circularis, vel alterius figuræ. Nam nunc scimus, & sensu percipimus, ꝙ circularis sit, quia videmus cęlum circulare per quod stellæ mouētur, & ex hoc scimus stellas circulariter ferri. Si autē non videamus spatium, per quod mouentur stellæ cuius figuræ sit, nescimus de motu qualis sit. Multa alia inconuenientia sequerentur, & ferè totus orbis esset deordinatus si non fuisset aliquis circulus, vel orbis densus, & terminans visum, qui clauderet in se corpora alia. Ad secundum cùm quæritur quare non fuerunt omnes cęli sic densi, vt terminarent visum. Dicendum, ꝙ istud fuisset maius inconueniens. Nam data densitate tanta in quolibet corpore, non possent stellæ superiores emittere lumē suum ad terram, quia densitas corporum mediorum obstaret. Sunt namq; diuersi cęli, & stellæ cuiusdam cęli sunt altiores stellis aliorum cęlorum, & cœli intermedij auferrent, & intercipe-rent radios stellarum summarum. Cùm enim sint octo cęli habentes stellas, scilicet, septem planetæ, & octaua sphæra stellarum fixarum: si quodlibet cęlū istorum esset ita densum, & aliquo modo colore infectum, vt terminaret visum sub ratione alicuius coloris, stella Mercurij, quæ esset in secundo cęlo non posset videri propter densitatem cęli Lunæ: & sic de stella Veneris, Martis, Iouis, & Saturni. Et quanto aliquæ stellæ magis distarent à terra, tanto impossibilius esset illas videre, eo ꝙ plura corpora densa interponerentur in medio, & sic stellæ fixę, quę sunt in octauo cęlo nullo modo à nobis viderentur. Et si aliquis dicat, quòd dato, quòd essent ista corpora media densa penetrarec lux stellarum, sicut patet de aqua, & vitro. Dicendum, quòd non stat propter multa. Primò, quia ad hoc, ꝙ aliquod corpus terminet visum, & non sit transparens requiratur, quòd sit densum, & sit aliquo colore, vel quasi colore infectum. Cùm autem alterum istorum deficit, non est res terminata, nec perspicua. Aqua autem densa est, licèt non valde: & tamen si sit pura, magis recedit à colore, quàm habeat determinatum colorem: ideo non benè terminat visum: vitrum autem si sit clarum, non est benè terminatiuum: si autem sit viride, rubeum, vel alterius coloris, terminatum corpus est. De stellis autem dicendum, ꝙ magnitudo densitatis, & congregatio luminis dat quendam modum coloris, ita vt determinatæ sint, & videri possint. Corpora autem cęlorum non sunt tam densa, resle-
Arist. primo, de Cęlo, & mundo. Stella est pars densior sui orbis. Etiam est in stella multum lumen aggregatum, quod vicem coloris alterius reddit, scilicet albi, vel fului: cęli autem partes non sunt tam lucidæ, vt magnitudo lucis colorem afficiat, vel quasi coloris vicem ostendat: ideo licèt essent corpora cęlestia densa, non terminarent benè visum. Cęlum autem, quod videtur à nobis tantę densitatis est, & magnitudinis luminis, quòd verum colorem habere videtur, quando orbis est serenus, scilicet colorem azurinum satis intensum. Si autem aqua, vel vitrum colorem tanì intensum declinantem ad aliquam speciem coloris haberent: essent corpora benè terminata, & per illa non fieret trasparentia: & tamen per cęlos omnes fit transparentia luminis stellarum, ideo non debuerunt omnes cęli esse tantę densitatis, sicut vnum est. Secundū est, quia si omnes cęli essent densi sicut vnum: non transparerent sicut vitrum & aqua, propter suam grossitiem: nam licèt vitrum sit transparens, quia non est densum, non erit hoc in quolibet vitro quantæcunq; quantitatis, vt si obijciatur soli aliquod vitrum cuius grossities sit viginti, vel triginta palmorum, non benè viderentur radij stellarum per illud vitrum. Apparet etiam

Stellarum natura.



etiam hoc de aqua: nam aqua transparens est, & videtur res sub aqua, si pauca aqua est. Et tamen si sit altum pelagus, non videtur quod infra est: & locus obscurus redditur. Corpora tamen cœlorum sunt incomparabilis grossitiei, ideo si essent tā densa, & quodam colore infecta, vt visum terminare possent, cùm deberet transire radius solis per quatuor corpora istorum peruenientia ad nos, non videretur, vel iā valde remisse videretur, quod falsum est. Tertium est, quia dato, quòd sit aliquod vitrum paruæ grossitiei, & etiā aqua, vel quodcunque aliud densum, poterit quidem videri sol, vel aliqua stella non obstante vitro: & tamē vltra vitrum nullam reflexionem facere potest, sed solum est lux intentionalis vltra vitrum, & non realis. Idem in aqua fit, & tamen non obstantibus omnibus corporibus cœlorum intermediorum facit sol reflexiones super terram, & aquam, & peruenit ad nos nō solum lux intentionalis, sed etiam realis: ideo corpora cœlorum intermedia non sunt ita densa, vt cœlum primum quod videtur, nec sicut aqua, & vitrum, nec tantum declinant ad lucem, vel colorem, sicut aqua, & vitrum. Quartum inconueniens esset, quia datis corporibus cœlorum intermedijs dēsis, & perspicuis, licèt aliqua lux stellarum ad nos peruenire posset pan-
quidem, & intentionalis: non posset tamen sol calefacere ista inferiora, quia calefactio, & immutatio fit per radium verum, & lucem primam, quæ reflecti potest. Lux autem intentionalis solùm immutat oculum, sed non alterat realiter aliquod corpus ad calorem, vel aliam qualitatem: non debuerunt esse omnia corpora cœlorum densa, & visibilia, sicut corpus vnius cęli visibilis. Ad tertium cùm quęrebatur quare potius cœlum octauum, vel nonum ponitur visibile, quàm aliquod aliud. Dicendum, quòd causa est, quia non debet poni aliquod cęlum tam densum, vt videatur si supra illud aliquæ stellæ sint. Quia tunc intercipetur nobis lumen illarum stellarum, vt non videamus eas, vt patet ex rationibus inductis. Stellę tamen sunt in quolibet cœlo vsque ad octauum inclusiuè. Ideo nullum infra octauum debet poni visibile, sed ponetur ipsum octauum visibile, vel nonum. Nam si ponatur octauum visibile, nihil impedit: eo quòd supra ipsum nō sunt nisi duo cœli, scilicet nonum quod est primum mobile, & cœlum empyreum. Nullum autem istorum habet stellas aliquas, ideo licèt intercipiatur nobis visus illorum non est inconueniens. Sed eius si aliquas stellas haberent. Primum autem mobile non ponitur ad aliud, nisi vt moueat omnes inferiores cęlos motu raptus. Hoc tamen efficere potest: etiā si non videatur. Ideo non fuit opus illud poni visibile. De cęlo empyreo à fortiori patet, quia illud nihil influit super nos, cùm nec stellas habeat, nec moueatur: ideo, quòd non videatur non est inconueniens. Si tamen dicatur octauum cęlum esse dēsum, & quasi coloreazurino propter magnitudinem lucis infectū, oportet, quòd ponantur stellæ fixæ in superficie concaua eius: alioquin illę non videbuntur ex causis supra signatis. Si autem ponatur nonum cęlū esse densum, & visibile: tunc non est inconueniens aliquod, nec requiritur, quòd stellæ stent in superficie concaua cę-
li, sed etiam si sint in medio grossitiei cęli, vel circa superficiem connexam poterunt videri, ideo licèt communiter dicam⁹ octauum cęlum esse visibile, vel crystallinum: rationabilius dici debet, quòd nonum cœlum sit crystallinum, quasi habens aquas gelidas, & visibiles: & istud etiā magis consonat cuidam positioni communi theologiæ, scilicet, quòd octauum cœlum sit firmamentum: & tamen Genesis primo dicitur, quòd firmamētum diuidit aquas ab aquis: ergo aquę crystallinę, quæ sunt substantia cœli, sunt vltra octauū cœlum. Et sic primum mobile, siue nonum cœlum erit crystallinum. Siquis tamen velit contrarium dicere, non insisto.

### *De quibusdam verbis hic dictis à Salomone, scilicet, quòd cœlum, & cœli cœlorum capere non poterant Deum. Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit Salomon, quòd cœlum, & cęli cęlorum non poterant capere Deum: nam videtur, quòd non solùm in cęlo, & terra capiatur: sed etiam in minoribus rebus, cùm Deus in qualibet re verè sit: & non potest esse in aliqua nisi capiatur in ea. Nam si Deus est in re, & tamen non capitur in ea, vel ibi totus est, vel secundùm partem est. Si totus est, capitur. Si autem secundùm partem, ergo Deus diuisibilis est diuisione quantitatiua, quod absurdum est. Si ergo Deus in aliqua re est, totus est, & capitur. Et si Deus in qualibet re non capitur, in nulla re est. Respondendum, quòd capi, & continere sunt termini notantes proprietates rerum locatarum secundùm proprias leges loci. Et sic Deus in nullo capitur, nec continetur, quia localis non est: nam nihil locatur, nisi corpus: Deus autem incorporeus est: & non solùm Deus non capitur, nec continetur in aliqua re, sed etiam, nec angeli, nec animæ, quia spiritus sunt, & communis conceptio est apud sapientes, spiritualia in loco non esse, vt ait Boetius in libro de Hebdomadibus. Alio modo potest accipi contineri, & capi non modo locali. Nam dato, quòd aliqua res non locetur in alia, dicemus eam esse in illa, sicut anima in corpore est, & tamē non locatur in corpore. Etiam angeli in vniuerso sunt, cùm non concedatur quòd sint extra vniuersum: & tamen non locantur, & dęmones specialiter in inferno sunt, qa ibi cruciantur, & tamen non locantur. Sic etiam Deus in rebus est, quia Deus in cęlo est, & in terra: & vbiq; eum esse dicimus, & nullibi est locus eius. Manet ergo nunc dubium, cùm Deus sit in rebus, & tamen sit indiuisibilis magnitudine, quia spiritus est, quomodo non capitur in qualibet re. Circa hoc sunt duo dicta. Primum, ꝙ Deus est tam paruus, vt ita dicam, quòd nulla res est, in qua non sit. Secundum, quòd ita magnus est, quòd à nulla re contineatur. De primo patet, quia in quantitate cōtinua nihil est minus, quàm punctus, cùm sit indiuisibilis omni diuisibilitate, ideo punctus in qualibet quantitate capitur: & ita est de quolibet spirituali: nam spiritualia sunt indiuisibilia secundùm quantitatem, ideo nihil tam paruum est in quo spirituale quodlibet: imò omnia spiritualia contineri non possunt, vel ibi esse, & quia Deus est purissimus spirit⁹, poterit manere in quacunque re quantuncunque parua, & omnia spiritualia simul in quacunque quantitate esse poterunt, cùm non occupent decem millia spirituum plusquam vnus spiritus: alioquin duo indiuisibilia essent maiora, quàm vnum indiuisibile, & sic ex indiuisibilibus fieret compositum diuisibile, quod improbatur 6. Ethic. Si autē non sunt, vel non possunt esse omnia spiritualia in re vna: istud est propter diuersitatem, vel incomparabilitatem operationū: sed non propter occupationem maiorem multorum, quàm vnius: in qualibet ergo re Deus est, & non est secundùm partem, vt quidam imperiti putauerūt, sed totus in qualibet re, quia cùm Deus simplex, & indiuisibilis sit, vbicunque fuerit totus erit, quia non habet partē, & partem s̄m quas hic sit & ibi, & non totus vbique. Et sic est regula de indiuisibilib⁹, & simplicibus, quòd indiuisibile, & simplex vbicunq; est, totum est, vel ibi nullo modo est. Sed tunc insurgit dubium circa hoc, cùm vnum indiuisibile non sit maius alio, quomodo

vnum

Universidad de Deusto
Biblioteca



vnum poterit esse in alio, quia id quod in altero est habet aliquo modo rationem minoris inquantum continetur: & si hoc datur, dicetur, quòd Deus, quia simplex est, in qualibet re diuisibili quantuncunque sit parua, erit: & tamen non erit in rebus indiuisibilibus, eo quòd nullum indiuisibile minus alio. Et sic dicetur, quòd Deus non est in puncto, nec in anima, nec in angelo: quod est inconueniens, & contra ea, quæ confitemur. Si autem dicat aliquis, quòd Deus est in istis omnibus tam diuisibilibus, quàm indiuisibilibus: eo quòd in rebus diuisibilibus est, cùm illę habeant rationem maioritatis in quantitate. In rebus indiuisibilibus erit, eo quòd dato, quòd esset Deus in rebus, sicut locatum in loco, adhuc posset esse in re indiuisibili, quia locus, & locatū æquantur, scilicet habent superficies æquales, ideo cùm vnum indiuisibile non sit minus alio, poterit vnum esse in alio. Dicendum, quòd hoc modo non stat: nam tunc sequeretur, quòd non solùm Deus erat in anima, & angelo, & puncto: sed etiam punctus erat in deo, & anima, etiam in Deo, quia quodlibet istorum est indiuisibile: sicut ergo vnū indiuisibile est in altero, ita & alterum in altero, quia non habent rationem excessus abinuicem: & tamen falsum est, quia non cōfitemur angelum esse in Deo, sicut concedimus Deum esse in angelo, vel in anima. Ideo ratio ista non stat. Nam non dicimus, quòd esse angeli, vel animæ sit intra essentiam Dei: & tamen essentia Dei est intra essentiam animæ, & angeli, & cuiuscunque rei. Respondendum, quòd licèt punctus, anima, angelus, & Deus sint indiuisibilia, non sunt indiuisibilia eodem modo: nam punctus accedit magis ad quantitatem, quàm angelus, anima, & Deus. Punctus quippè ideo indiuisibilis est, quia partes nullas habet, & tamen pūctus in linea habet positionem: ideo astringit se punctus ad quantitatem inquantum illam sequitur, & sine illa positionem non habet, nec vllo modo est, sed in illa positionem habet. Angelus anima Deus indiuisibilia sunt, quia partes non habent, & tamen positionē non habent in quantitate, ideo simpliciora sunt, quia absolutiora sunt, quàm pūctus, ideo quantum ad istam maiorem simplicitatis possunt dici omnia ista esse in puncto, & punctus non erit in anima, & Deo, & angelo. Rursus angelus anima Deus indiuisibilia sunt, & simpliciora, & tamen est inter illa ordo maioris, & minoris simplicitatis. Nam sicut in corporibus se habet quantitas, ita in spiritibus simplicitas. In corporibus autem licèt omnia sint quanta, quædam tamen sunt maiora alijs, & minora continentur, & locantur à maioribus, & non è conuerso: ita in spiritibus: omnes enim sunt simplices, & tamē quidam simplicior est in alijs, ideo quidam in alijs esse poterunt, scilicet simpliciores in minus simplicibus. Nam quanto aliquid magis distat à ratione maximę simplicitatis, tanto magis appropinquat ad rationem magnitudinis in quantitate: sed magnum in quātitate continet paruum, ergo minus simplex intra se tenebit magis simplex, sed Deus simplicissimus est, alij autem spiritus non sunt purè simplices, ideo Deus poterit esse in quolibet spiritu, & nullus spiritus erit in Deo, scilicet, quòd essentia diuina sit intra terminos essentiæ animæ, vel angeli, & tamen non sit essentia angeli intra essentiam Dei. Ista est causa quare illabatur Deus animæ nostræ, & etiam angelis, scilicet, quia simplicior est: ideo erit essentia intra essentiam, sicut corpus paruum intra maius. Dæmones autem non illabuntur animæ, quia non excedunt eam tali simplicitate, vt intra eam esse possint. Vel fortè angelus, & dæmon non sunt simpliciores anima quantum ad essentiam, nec differunt simplicitate: sed, quia anima est pars speciei, ideo forma vniuersalis. Angelus autem, & dæmon non sunt tanquam partes speciei, sed tanquam continentes totam speciei essentiam, & sicnō sunt, sicut formę vniuersales: sed sicut suppolita subsistentia iuuatur perfecta. Non ergo illabetur angelus, vel dęmon animæ: sed solus Deus illabetur omnibus, qui simplicior omnibus illis est. Secundum dictum erat, quòd Deus est ita magnus, quòd à nulla re contineri, vel comprehendi potest, vel nulla res est ita magna, quòd Deum continere possit: patet istud: quia dicimus Deum esse in cęlo, & in terra, & in qualibet re. Si tamen aliqua res contineret, vel comprehenderet Deum: ita esset in illa re, quòd non esset in alia: ergo à nulla continetur, & comprehenditur. Patet hoc tam in corporibus, quàm in spiritibus. Nam in corporibus, quia ipsa locantur: ita corpus in vno loco est, quod nō est in alio, scilicet, quia totum corpus continetur à loco suo, & comprehenditᵉ in spiritibus. Patet, quia sic anima est in corpore, quòd non est extra corpus, vel alibi: etiam quando est soluta corpore sic anima est in inferno, quòd non est alibi. Et sic etiā de angelis: ita angelus est hic, quòd non est alibi. Si ergo de Deo dicimus quòd ita est hic, quòd etiam est alibi & in quocunque ente, non continebitur Deus, nec comprehendetur ab aliquo. Sic enim dicitur Iere. 23. Si occultari poterit vir, & ego non videbo eū, nunquid non cęlum, & terram ego impleo, dicit dominus: quasi dicat, quia vbiq; sum vbicunque homo se absconderit, ibi videbo eum. Sed manet dubium, quomodo potest Deᵘs, cùm sit indiuisibilis, esse in vno loco, ita quòd sit in alio: & quomodo angelus, & anima non sunt simul in multis cùm sint spiritus simplices, & indiuisibiles. Respondendum, quòd si Deus propriè esset in loco, non posset esse in multis locis simul: & tamen non est in loco, vt declaratum est supra, quia non est quantus. Est tamen aliquid, p quod res sit in vno, siue loco, siue non: licèt non sit quanta, scilicet, si secūdùm naturam suam determinat sibi aliquid: ita est de puncto: nam punctus in nullo loco est, quia partem non habet, nec aliqua superficie claudit: & tamen ita est in vna parte lineæ, quòd in nulla alia parte vniuersi est, nec etiam in alia parte linęe. Ita dicendum, quòd spiritualia licèt indiuisibilia sint, aliquo modo possunt limitari ad essēdum in vna re, ita quòd non extra illam. Sic est de anima, quòd ipla occupatiuè in nulla parte corporis est, & tamē in corpore est, & nō extra corpus, scilicet, per operationem, nam per operationem formalem, quæ est dare esse humanum, in qualibet parte corporis est, siue in ipso corpore, tanquam in quodam toto, quia toti corpori dat esse humanum, & non est extra corpus, cùm nulli rei extra corpus dat tale esse. Etiam quantum ad operationes secundas, vt videre, audire, vegetare, nutriēdo, augmētando, & sic de alijs in toto corpore est, quia quælibet pars corporis recipit aliquam virtutem ab anima, & non est anima extra corpus, quia nō facit istud anima in aliqua re extra corpus. Quantum ad operationem intelligendi, & volendi: anima non magis operatur in corpore, quam extra corpus, quia non operatur aliquid quod est in corpore, vel extra: sed per seipsam, & per speciem, quæ in ipsa est. Et ex hoc commentator habuit occasionem ponendi vnicum intellectum agētem in omnibus hominibus: & vniri homini per phantasmata, quod tamen à plurimis improbatū est. De Deo autem dicendum, quòd essentia sua est simplex, & non limitatur ad aliquid: ideo si in aliquo est, in omnibus est. Sed adhuc manet dubium, nam de anima clarum est cùm est in corpore, quòd ibi solùm sit per operationes illas naturales, quas ibi exercet, & alibi non exercet. Ponatur tamen anima soluto corpore: tunc non informat aliquid, nec habet operationes aliquas naturales, per quas limitetur ad esse in vna re magis, quā in alia, & quòd sit in aliqua re: ita quòd non sit extra illam: nam animæ solutæ à corpore nō manet nisi intelligere, & velle. Et cùm isti actus non sint organo affixi, non limitat sibi anima certum locū quantum ad istos, vel certam rem in qua sit. Nam ēt cùm anima in corpore est, non est in corpore magis, quàm extra corpus quantum ad actum intelligendi, & nolendi. Ideo à fortiori cùm fuerit corpore soluta, non limitabit aliquid in quo sit, vel maneat quantū ad velle, & intelligere: & sic de angelo, & dæmone. Dicēdum, quòd animæ solutæ corpore, & dęmones, & angeli determinant sibi loca per operationes, vel passiones: Nam animæ, quæ in pœnis inferni, vel purgatorij sunt, limitāt sibi locum in quo sint per pœnas, quas patiuntur: nam patiuntur ab illo igne determinato, qui est in inferno, ideo necesse est, quòd ibi animæ sint vbi ignis est. De dæmonibus idem cùm patiantur à igne inferni, & alijs generibus cruciatuum. Sed de animabus non existentibus in inferno, & de angelis secus videtur. Ideo dicendum, quòd aliqui angeli habent operationes, sicut mouere corpora cęlestia, & illi per motum, quem faciunt determinant sibi loca, quia ibi sunt vbi motum faciunt. Etiam interdum operantur hic aliqua, & ibi sunt, vbi eorum operatio est, quia vniuntur rei per virtutem suam, quam applicant, & si virtus sua extendit se ad magnam quantitatem, dicūtur illi angeli esse in magno loco, & si paruę quantitati applicant virtutem, in paruo loco sunt. Eadem de animabus, quæ interdum operantur aliquid, sicut mouendo licèt sint solutæ corpore. Ponatur tamen, quòd anima non operetur quidquam, nec angelus, sicut illi, qui solùm fruuntur æterna felicitate, in quo loco erunt illi, vel an determinabunt sibi locum secundùm hoc. Dicendum, quòd ad hoc non determinat sibi locum, nam fœlicitas vitę æternę in intelligendo, & volendo est. Et quantum ad istos actus nō est limitatio loci: nam nō est limitatio ex parte actus, scilicet intellectionis, & volitionis, quia nō sunt actus organici, qui determinent sibi certam materiam, nec etiam ex parte obiecti beatifici: nam Deus est obiectum beatificum, per cuius apprehensionem intelligendo, & volendo est vita æterna. Deus autem non determinat sibi locum, nec partem aliquam vniuersi: ideo ex parte eius non determinabit anima sibi aliquē locum ad gloriandum. Sed dicetur adhuc, auferatur omnis actus, & passio ab anima, & angelis, an erunt alicubi. Dicendum, quòd est dubium, & non videtur causa quare in aliquo loco, vel in aliqua re sint. Sed dicendum, quòd non sunt alicubi, nec etiam sunt in vniuerso, nisi fortè conuertas in affirmationem, scilicet, non sunt in vniuerso, ideest, sunt extra vniuersum: nam istud falsum est, quia si alicubi essent potius essēt in vniuerso, quàm exterius. De Deo autem dicendū, quòd in omnibus rebus est, quia natura Dei est illimitata, & non est aliquid, per quod limitetur Deus ad essendum magis in vno loco, quàm in alio: & quod illimitatus est ad esse in aliquo, in omnibus est, vel in nullo. De angelis autem, & anima dictum est, & limitatur. Et ratio est, quia spiritus est in loco per operationem & applicationem virtutis ad locum, & quia virtus cuiuslibet spiritus est limitata præter virtutem Dei, non potest applicari toti vniuersitati rerum ad operandum illa, & quòd sic sit in omnibus, ideo applicabitur certi parti rerū, & in illa operabitur, & sic erit in illa, quod non erit alibi: & istud est secundùm quod definiunt sibi loca spiritus. Potentia autem Dei est infinita, ideò extenditur ad vniuersitatem rerum, quia adhuc maior est potentia sua, quàm sit vniuersitas rerum, quæ limitata est. Ideo Deus vbique erit, quia ad omnia extenditur virtus sua. Et est Deus realiter in omnibus, quia omnia conseruat. Nam sicut cùm angelus applicat virtutem suam alicui loco, & ob hoc dicitur ibi esse, & ibi verè est: ita cùm Deus omnibus rebus virtutem suam applicet conseruando illas, in omnibus rebus erit. Et ista etiam est causa, quare non solùm dicimus, quòd Deus est in omnibus rebus, sed etiam, quòd est extra omnes res. Nam si Deus applicaret virtutem suam omnibus rebus, & per istam applicationem exhauriretur virtus Dei, scilicet, quòd non posset applicare pluribus rebus, si plures essent: esset Deus in toto vniuerso, & non extra: & tamē cùm Deus applicuerit virtutem suam omnibus rebus vniuersi, adhuc posset illam applicare infinitò pluribus rebus: si infinitò plures essent, cùm virtus infinita non exhauriatur applicando eam rebus finitis: ideo adhuc manet Deo virtus, quam posset applicare alijs rebus, & quantum ad hanc non capitur in vniuerso, sed est extra omnia. Sed dicetur, ponatur Deus secluſa omni operatione eius, an erit in omnibus rebus, vel si erit in aliqua. Dicendum, quòd impossibile est, quòd Deus non sit in rebus existētibus rebus, nam Deus est in re, quam conseruat, quia illa est operatio eius, & tamen quandiu res sunt Deus illas conseruat, quia illa est operatio eius, ideo Deus semper est in rebus. Sed dicetur, cesset Deus ab isto actu, quia ipse potest cessare à quocunque actu circa creaturas, cùm non necessitate, nec creatura, pduxerit creaturas, sed voluntate: tunc quæretur, an sit in rebus. Nam tunc non habet per quid sit in rebus. Dicendum, quòd iste casus est impossibilis: nā impossibile est, quòd maneant creaturę Deo cessante à conseruatione earum, quia creaturæ ex seip sis sunt non ens, & à Deo accipiunt, q̄ sint ens. Si ergo Deus cessat ab eo quod facit, redibit res in seipsam. Et quia creaturæ ex seipsis sunt non ens, cessante conseruatione redibunt in nō ens, ideo abstracto isto actu à Deo, non erūt creaturę: & sic Deus non erit in creaturis, sed in seipso. Cùm tamē illi fuerint, necesse est, quòd Deus in illis sit, quia nō possunt esse, quin à Deo conseruentur, & quando conseruatæ fuerint Deus in eis erit. Sed ponatur pro possibili, quod est impossibile, scilicet, quòd res sint Deo non conseruante illas: tunc videretur dicendum, quòd Deus non esset in vniuerso, nec in aliqua creatura, sed esset in seipso. Hæc de localitate spirituum dicta sunt, & fortè magis dicetur de eis Iere. 23.

*De quibusdam verbis hic dictis à Salomone, scilicet, quòd domus, quam ædificabat, erat vt tantùm adoleretur incensum in ea.*

*Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit Salomon, quòd domus ista, quā ædificabat, non erat ad hoc, quòd Deus habitasset, sed vt tantùm adoleretur incensum in ea coram Domino: nam ipse dixerat supra contrarium, scilicet, ædificabat domum ad suffumiganda aromata, & ad propositionem panum, & ad holocaustomata mane & vespere. Aliquis dicet, quòd ponitur hic tantùm, & debet subintelligi principaliter, scilicet, domus quam ędificio ad multa est, & tamen principaliter solùm est ad fumiganda aromata. Dicendum, quòd non stat, quia istud verum esset, si fortè principalis cœremonia, quæ erat in sanctuario esset adolere thymiama: & tamen falsum est, quia offerre sacrificia erat maior cœremonia, & magis frequentata: nam bis tantùm quotidie cremabatur thymiama coram Domino. Et tamen sacrificia multa fiebāt quotidie, quædam necessaria, & quædam spon-

Cur Deus possit esse in anima, & alijs spiritibus.

Dæmones cur in anima esse nō possint.

Cur Angelus possit esse in pluribus locis, & anima, & intellectus, non autem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



spontanea, vt declaratum est supra in quibusdam quæ-
stionibus. Dicendum, quòd ponitur hic tantùm val-
de impropriè, & debent subintelligi omnia, quæ po-
nuntur supra, scilicet, propositio panum, incensio lu-
cernarum, oblatio holocaustomatũ, & crematio thy-
miamatis: nam ista sola erant ministeria sanctuarij, &
istis explicitis, poterat poni tantùm, scilicet, quòd ad
hoc tantùm erat domus, quam ipse ædificabat, vt ista
fierent, & tamen, quia omnia hæc supra fuerant po-
sita, replicando hic vnum illorum videbantur omnia
subintelligi.

Mitte ergo mihi virum eruditum, qui
nouerit operari in auro, & argento, ære, &
ferro, purpura, coccino, & hyacintho:
& qui sciat sculpere cœlaturas cum his ar-
tificibus, quos mecum habeo in Iudęa, &
in Ierusalem, quos præparauit Dauid pa-
ter meus. Sed & ligna cedrina mitte mi-
hi, & arceuthina, & pinea de Libano:
scio enim, quòd serui tui nouerint cędere
ligna de Libano, & erunt serui mei cum
seruis tuis, vt parentur mihi ligna plurima.
Domus enim, quam cupio ædificare, ma-
gna est nimis, & inclyta. Præterea opera-
rijs, qui cœsuri sunt ligna, seruis tuis dabo
in cibaria tritici coros viginti millia, & hor-
dei coros totidem, olei quoque sata viginti
millia.

*Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro, & argento, & ære, & ferro.* Petiuerat Salomon supra ab Hiram, quòd daret ei ligna cedrina, nunc verò petebat artifices, specialiter petebat vnum, qui esset magi-
ster omnium, qui sciret operari in auro, & argento, I
scilicet, facere omnia opera, quæ fiunt de auro, & ar-
gento, & ære, & ferro. Omnes enim istæ materiæ ne-
cessariæ erant in domo Domini: quia aurum erat ad
vasa ministerij, & ad deaurandum tectum, & parietes,
& pauimentum totius templi in Sancta Sanctorum,
& extra, vt patet 3. Reg. 6. Etiam argentum erat pro
vasis argenteis, multa namque vasa de argento facta
sunt, præcedenti lib. 28. cap. Etiam erat argentum ad
deaurandum parietes templi eod. lib. 29. cap. scilicet,
accipiendo laminas argenti, & deaurando illas effigiē-
doque tabulis parietum templi, vt ibi declaratum est.
Aes necessarium erat ad altare æneum faciendum, in-
fra 4. Etiam ad mare æneum, & lebetes, & lateres, &
sedes eorum: & ad omnia alia vasa altaris holocausto- K
rum, quæ de ære erant 3. Reg. 7. & infra 4. Ferrum ne-
cessarium erat pro ædificatione ad coniungendum
ligna, & multos alios vsus templi. *Purpura coccino, & hyacintho.* Istud erat ad faciendum vestes sacerdotales.
Volebat enim Salomõ facere vestes sacerdoti magno,
Ex quo erant vestes sacerdotales. & minoribus sacerdotibus, atque Leuitis. Multas. n.
vestes fecit Salomõ pro istis, quarum summam ponit
Iosephus 8. Antiqui. & aliquæ istarum erant de purpu-
ra, coccino, & byssо, & hyacintho. Est purpureus co-
lor rubeus declinans aliqualiter ad nigrum, sicut quã-
do color rubeus est super aliam tincturam. Coccinũ
est color rubeus intensissimus. Et ex hoc solet vocari
sæpissimè in Exodo coccus bis tinctus: Exo. 25. & 35.
& vocatur coccus à verme, de cuius sanguine color F
intensissimè rubeus tingitur. Color hyacinthinus Color hyacinthinus.
est color cœlestis, & quædam herba, quæ hyacinthus
dicitur, & de illius nomine color iste appellatur: ex
hoc etiam appellantur pelles hyacinthinæ, quæ sunt
paratæ artificialiter, & tincte colore hyacinthino, &
vocamus vulgariter pelles illas guadamẽti: sic dicitur
Ezech. 24. Calciaui te hyacintho, idest de corio illarũ
pellium hyacinthinarũ, & est color azurinus, siue cœ-
lestis. De hoc infra dicetur in quadam quæstione.
*Qui sciat sculpere cœlaturas.* Sculpere, & cœlare idem
sunt, quia vtrumq; est cauare, & cauando figuras con-
uenientes reddere, & erat necessaria sculptura in tem-
plo, quia tabulæ sculpendæ erant, quæ in parietibus po
nendæ erant, vt super eas figerentur laminæ argenteę,
& aureæ. Cęlare autem aliquando accipitur pro pin-
gere: sic accipitur 2. Metamor. s.

*Materiam superabat opus, nam Mulciber illic*
*Aequora cœlarat medias cingentia terras.*

Idest, depinxerat, vt aliqui intelligũt. Sed melius est,
quòd intelligantur sculpere, quia Mulciber non pin-
gebat, sed sculpebat, quia ad Mulciberum pertinebat
opus fabrile. *Cùm his artificibus, quos mecum habeo in Iu-*
*dęa, & Ierusalem.* Quasi dicat, multos artifices ego me
cum habeo in Iudęa. s. in regno meo, quod vocatur
Iudęa à Iudęis, vel in Iudęa. i. in sorte tribus Iuda, quæ
propriè vocatur Iudęa. Etiam habebat secum in Ie-
rusalem, quia de istis artificibus, quidam habitabant H
dispersi per Iudęam, & alij in Ierusalem, vbi rex mo-
rabatur. *Quos præparauit Dauid pater meus.* Scilicet,
ante mortem suam Dauid parauit omnia necessaria
pro templo Domini ædificando tam lapides, & ligna,
quàm aurum, & argentum, & cęteras impensas: & ēt
artifices congregauit, vt Salomon nihil laborare de-
beret, sed solùm, quòd iuberet ædificari, præcedenti
lib. 22. cap. *Et ligna cedrina mitte mihi.* Supra petiuerat li-
gna cedrina, & hic iterum petit, ista erant in Libano
in terra regis Hiram, & erant ligna preciosissima. *Et*
*arceuthina, & pinea.* Quæ autem ligna sint ista, & quo-
modo recepta fuerint in opere templi, cùm sola ligna
cedrina, & abiegna dicantur fuisse in templo 3. Reg. 5.
declarabitur infra in quadam quæstione. *De Libano.*
Quia omnia ista ligna erant in Libano, & iste mons
erat in terra regis Hiram, licèt partim esset in terra re-
gis Salomonis. *Scio, quòd serui tui sciunt ligna cedere de*
*Libano.* Non erat ista causa quare volebat Salomon,
quòd serui sui essent cum seruis Hiram cędẽdo ligna:
nam dato, quòd serui Hiram scirent ligna cędere, si ēt
scirent serui Salomonis ligna cędere, non erat opus,
quòd serui Salomonis cęderent cum seruis Hiram,
sed quia serui Salomonis nesciebant ligna cędere, &
serui Hiram sciebant, opus erat, quòd serui Salomo-
nis essent cum illis, vt erudirentur ab eis. Sic patet 3.
Reg. 5. s. Tu scis, quòd non est in populo meo, qui no-
uerit ligna scindere, sicut Sidonij. Erant autem Si-
donij subditi Hiram regis, quia Sidon erat in regno
eius, ideo Hiram faceret, quòd Sidonij cęderent ligna
in Libano pro Salomone, & Iudæi essent cum eis in
monte, & erudirentur ab eis. *Et erunt serui mei cum ser-*
*uis tuis.* Scilicet, obedientes præceptis illorum, quia il-
raelitæ erant ignari huius artis, & facerent quod alij
præciperent. *Vt parentur mihi ligna plurima.* Scilicet,
non sint soli serui tui, nec soli serui mei, quia soli serui
mei nescirent ligna cędere, soli serui tui non sufficē-
rent ad cędendum tot ligna, quot ego volo, quia plu-
rima ligna necessaria sunt: ideo omnes simul erunt.
*Domus enim, quam cupio ædificare, magna est.* Idest, magna
esse debet: nam nondum erat, ideo nec magna, nec
parua erat: sed solũ erat in cõceptu, & ibi magna erat.



Ista est causa, quare debebant parari ligna plurima, sci- A
licet, quia domus quã ædificabat magna factura erat,
& indigebat multa materia. *Et nimis inclita.* Idest,
debet esse famosa, scilicet, q̃ tanta sit excellentia sua, q̃
in omnibus regnis terrarum nominetur. Sic enim
dixit Dauid præcedenti lib. cap. 22. quòd parabat ma-
teriam multam, eo quòd debebat esse domus, quę æ-
dificanda erat talis, quòd in omnibus regnis nomina-
retur. *Præterea operarijs, quì cæsuri sunt ligna seruis tuis dabo*
*in cibaria.* Ponit Salomon partem mercedis pro labo-
re, quem suscepturi erant Sidonij. Nam Salomon
hortabatur Hiram, quòd daret ei ligna de Libano, &
quòd serui sui cęderent illa, & nè ipse putaret, q̃ Salo-
mon volebat ista sine pretio sibi fieri, dixit, quòd daret
seruis Hiram cibos, & nominat hic quid daturus esset B
pleris. *Tritici coros viginti millia, & hordei totidem.* Corus
nomen mensuræ est, & accipitur interdum pro men-
sura tam rerum liquidarum, quàm aridarum: & po-
nitur hic hordeum, quia non solùm dabat Salomon
pabula seruis Hiram, sed etiam iumentis eorum, qui-
bus hordeum necessarium erat, & subticetur 3. Re. 5.
de hordeo, quia non erat cibus hominum, vel fortè,
quia scriptura aliquid omittit in vna parte, quod sup-
plet in alia. *Olei verò sata viginti millia.* Satum nomen
mensuræ est rerum liquidarum, sicut hic accipitur.
Interdum tamen satum est mẽsura rerum aridarum,
sicut patet Gen. 18. scilicet: Dixit Abraham ad Sarã:
Accelera, tria sata farinę commisce: sic mutantur no-
mina mensurarum, quia interdum mensuræ liquido-
rum accipiuntur pro mensuris aridorum. Hic poni-
tur in Hebræo de vino, scilicet viginti millia bathos vi-
ni, & omisit illud translator hostes, vel fortè ipse tran-
saliit, & postea imperitia librariorum deletum est, &
patet hoc, quia postea fit mentio de vino: nam dixit
Hiram triticum, & hordeum, oleum, & vinum, quæ
pollicitus es mittere seruis tuis, non tamen diceret ibi de
vino inter cętera, quæ Salomon pollicitus fuisset illa,
nisi verè pollicitus fuisset.

*Cur Salomon ab Hiram petierit virum eruditum.*
*Quæstio XXI.*

QVAERITVR circa ea, quæ habẽtur hic, qua- D
re Salomõ petiuit ab Hiram virum eruditum,
qui sciret facere ea, quæ nominantur in litera: nam vi-
detur, q̃ non erat opus, eo q̃ Dauid ante mortem
eam parauerat omnes artifices necessarios ad istud o-
pus, vt patet præcedenti lib. 22. scilicet, Habes tecum
plurimos artifices latomos, & cementarios, artifices q;
lignorum, & omnium artium ad faciẽdum opus pru-
dentissimos in auro, & argento, ære, & ferro, cuius nõ
est numerus. Responderi potest q̃ licèt haberet Salo-
mon multos artifices, voluit plures, quia opus erat ma-
gnum, & erant necessarij multi artifices adhuc multo
plures, quàm cogitauerat Dauid. Aliter potest dici, &
melius, q̃ nõ misit Salomon pro pluribus artificibus,
quasi deessent artifices in terra Israel ad istud opus, qa E
tunc nõ solùm misisset Salomon pro vno artifice, sed
pro multis, & tamen misit pro vnico dicens: Mitte mi
hi virum eruditum, qui nouerit operari &c. & postea
landatur iste vir missus, quod erat prudentissimus arti
fex infra in litera: & sic licèt Dauid parasset multos vi-
ros artifices eruditos ad opus istud: tamen diebus Salo
monis erat ille Tyrius inter cæteros eruditissimus in
regno Hiram: & misit pro illo Salomon. Vel fortè Da
uid parauerat illum, vt inter cæteros esset artifex ope-
rum templi. Manet tamen in regno Hiram, quousque
fuit tempus inchoandi ædificationem templi: & tunc
Salomon misit pro eo in regnum Tyri. Sed melius di
cetur, q̃ Dauid non cogitauerat de illo, vel saltem non
dispoſuerat, q̃ ille veniret ad ædificandum templum,
cùm dicat hic Salomon, q̃ mittat eum Hiram, vt sit
cum artificibus, quos parauerat Dauid in Iudæa, & Ie-
rusalem: sed Salomon cognoscens eum valdè eruditum circa artem istam, orauit quòd veniret de Tyro
ad ædificationem hanc.

*De quibusdam verbis hic dictis à Salomone, quòd mitteret*
*Hiram virum eruditum, & qui sciret, &c.*
*Quæstio XXII.*

QVAERITVR vlterius cum dicitur hic, quòd
mitteret Hiram virum eruditum, qui sciret o-
perari in auro, argento, ære, & ferro, purpura, cocco,
hyacintho: ad quid dicebat hoc. Respõdendum quòd B
necessitas auri, & argenti, æris, & ferri erat in templo,
vt supra declaratum est. De purpura, cocco, & hyacin-
tho dicendum, quòd etiam erant necessaria: & primò
ad faciendum velum quod pendebat ante sancta san-
ctorum: nam licet sancta sanctorum haberet pariē-
tem claudentem, & portam: vt patet 3. Reg. 6 tamen
ante parietem illum ponebatur quoddam velum, vt
quidam putant, & dato, quòd non poneretur ante san
cta sanctorum, saltem erat in templo, & pro textura
istius erat necessarius artifex, qui sciret in his operari:
nam velum illud factum est de purpura, & cocco, hya
cintho, & byssо, & intermixti erant cherubim illi ope-
ri: vt patet sequenti cap. Etiam erat hoc necessariũ pro
vestibus sacerdotum. Nam Salomon fecit vestes pro C
sacerdote magno, & minoribus, & Leuitis, quarũ sum
mam ponit Iosephus 8. Antiquit. Et hæc erãt de ijs co-
loribus habentes partes. Pro quo sciendum, q̃ vestes
Leuitarum non erant determinatę in lege: nam Deus
dedit formam vestium pro sacerdote magno, & mi-
noribus Exo. 24. De Leuitis nihil dictum est. Habebãt
tamen Leuitæ vestes, quibus vtebantur in ministerio
Dei: licèt illæ non essent benedictæ, sicut vestes sacer-
dotales. Erant autem quædam vestes lineę, quæ voca-
bantur ephod. Sic patet de Samuele, qui erat Leuita,
vt patet præcedenti lib. c. 6. Et ipse ministrabat coram
Domino indutus ephod lineo. 1. Reg. 2. & 3. & ita alij Quid sit Ephod.
Leuitæ ministrabant. De istis ephod dicit Iosephus 8.
Antiquit. quòd fecit Salomon octoginta millia stola-
rum pro Leuitis. In istis non erat opus purpuræ, coccini, hyacinthiq;: sed de byssо fiebant, quia erant lineæ.
De vestibus autem sacerdotum minorũ. Dicendum,
q̃ erant quatuor, scilicet fœminalia, & tunica, cingu-
lum, & cidaris: fœminalia erãt de pertinentibus ad san
ctuarium. Exo. 24. & ista linea erãt: Tunica erat longa
tegens totum corpus, erat tamen stricta, & ista ēt erat
linea. Cingulum erat de ligno ad stringendum tunicã
lineam, ne laxa fluerer. Cidaris erat quædam cucufa ad Quid sit Cidaris.
modum mitræ rotũdę, & erat linea. Omnia vestimen-
ta sacerdotum minorum erãt linea. Exo. 28. & pro ijs
non erat necessaria ista peritia texendi purpuram, coc-
cum, & hyacinthum. De vestibus autem vel ornamen
tis sacerdotis magni, dicendum q̃ erant quinque, vel
sex, secundùm Iosephum scilicet, cingulum, tunica to
ta hyacinthina, ephod, rationale, thiara, lamina aurea.
Exo. 28. Cingulum erat aliud à cingulo sacerdotum
minorum. Erat enim amplum latitudine digitorum
quatuor textum de auro, & purpura, & cocco bis tin-
cto, & hyacintho, & byssо retorta. Tunica autem erat
tota hyacinthina habens tintinnabula, & malograna-
ta in ora: & ista tota erat de hyacintho: ephod, & ratio
nale erant de auro, purpura, & hyacintho, coccoq; bis
tincto, & byssо retorta pulchra varietate compolita.
Thiara erat hyacinthina. Lamina autem de auro pu-
rissimo erat. De his vestibus latius quantum ad eorum
fabrefacturam Exo. 28. Quantum ad istas erat necessa-

ria

Universidad de Deusto
Biblioteca



ria textura in purpura, & cocco, & hyacintho. Fecit autem Salomon mille tunicas hyacinthinas, & mille thiaras, & mille Ephod, & mille rationalia pro summo sacerdote, scilicet, quòd mille apparatus integros summi sacerdotis fecit præter laminam auream. Nullam quippe fecit, quia lamina aurea quam fecerat Moyses in deserto, supererat tempore illo, & poterat semper manere, & cùm vnicus esset summus sacerdos, sufficiebat lamina illa. Et dicit etiam, quòd vsq; ad tempus suum superfuit: vt patet octauo Antiquit. Vestes autem istæ erant necessariæ, quia cùm essent de filis vetustate consumebantur, & oportebat nouas fieri. Etiam erat hoc ad honorem, quia cum esset templum magnificum, debebant ornamenta eius esse preciosa, & magni apparatus. Si tamen esset vnicus apparatus vestium summi sacerdotis, & quandocunq; vestiretur necesse esset illo vestiri, non esset aliquis honor, potissimè, quia summus sacerdos differentius indui debebat in magnis festiuitatibus, quàm in diebus profestis, ad quod multi apparatus necessarij erant.

*De petitione Salomonis ab Hiram circa ligna cedrina, &c.*

*Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Salomon petiuit hic ab Hiram ligna cedrina ad ædificationem templi: nam Dauid fecerat totum apparatum lignorum necessariorum ad istud opus, vt patet præcedenti lib. 22. capit. scilicet. Ligna quoque cedrina non poterant extimari, quæ Sidonij, & Tyrij deportauerant ad Dauid. Item dicitur iterum, ligna quoque, & lapides præparaui ad vniuersa impendia. Aliqui dicunt, quòd verum est, quòd Dauid parauerat omnia ligna necessaria pro ædificatione templi. Nunc autem Salomon petiuit ligna ab Hiram, quia non solùm volebat ædificare templum Domino, sed etiam palatium sibi: sicut dicitur supra in litera. Decreuit Salomon ædificare domum Domino, & palatium sibi, scilicet tria palatia, & pro ædificatione illorum multis lignis egebat, & illa petiuit nunc ab Hiram. Dicendum, ꝙ non stat: quia Salomon petiuit ligna cedrina pro domo Domini: & licèt vellet etiam pro palatio suo, tamen nunc pro templo domini principalius volebat, vt ait supra in litera, scilicet: Vt parentur mihi ligna plurima: Domus enim quam ædificare cupio, magna est, & inclyta nimis: & loquitur de templo domini: dicens, quòd multa ligna erant necessaria, quia erat domus magna, & non potest intelligi de domo, siue palatio Salomonis: quia supra in litera dictum fuerat, domus quam ædificare cupio magna est: Magnus est enim Deus noster. Dicendum est ergo, quòd Salomon volebat nunc multitudinem lignorum tam pro templo Domini, quàm pro palatio suo: præcipuè tamen volebat pro domo Domini, & erant necessaria ista ligna. Et tunc dicet aliquis: quomodo Salomon parabat multa ligna, quia Dauid parauerat omnia necessaria. Dicet aliquis, quòd Dauid putauit ædificare templum minoris quantitatis, quàm Salomon postea ædificauit, & secundùm illam exigentiam parauit omnia ligna necessaria: quia tamen Salomon voluit illud facere maioris quantitatis, parauit plura ligna. Dicendum quòd non stat, quia Salomon non fecit maius, nec minus quàm a Dauid accepit: quia ab eo accepit mensuram omnium partium templi, & vasorum suorum, & quarumcunque rerum vsque ad pondera, & figuras: vt patet præcedenti lib. 28. cap. scilicet. Dedit Dauid Salomoni descriptionem porticus, & templi cellariorum, & cænaculi, & cubiculorum in abditis, & domus propitiationis, & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exedrarum, &c. Et postea fertur. Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem opera exemplaris: non ergo mutare Salomon debuit aliquid de eo, quod acceperat à patre suo descriptum: potissimè cùm ista descriptio venisset a Deo: ideo non quæreret plura ligna, quàm Dauid, quasi vellet facere templum maius quàm Dauid. Sed dicendum, quòd Dauid collegit tot ligna, quot putauit sufficere ad ædificationem templi Domini, & tamen Salomon putauit ista non sufficere: quia circa talia, quæ sunt magna ædificia: nemo potest dicere præcisè quanta materia necessaria sit: potissimè quia Salomon volebat etiam congregare ligna pro ædificatione palatiorum suorum, & accipere illa, quæ superessent de ædificatione templi: & sic simul petiuit ligna pro vtroq;, & petiuit plura pro templo quàm necessaria essent: quia licèt superessent, impenderentur in alteram ædificationem.

Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni: Quia dilexit Dominus populum suum, iccirco te regnare fecit super eum. Et addidit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum, & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem, & eruditum, & sensatum, atque prudentem, vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum Hiram, patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro, & argento, ære, & ferro, & marmore, & lignis: in purpura quoque, & hyacintho, & byssо, & coccino, qui sciat cœlare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es, domine mi, mitte seruis tuis: nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Iope: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem.

*Dixit autem Hiram.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, Hiram condescensio ad supplicationem Salomonis petentis ligna, & artifices. Et primò ponitur, quædam prælocutio Dei laudatiua. Secundò conclusio reuersiua, ibi. *Misi ergo tibi.* Circa primum dicitur. *Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni.* Scilicet rescripsit Salomoni respondendo ad petita, & dixit hoc. *Quia dilexit Dominus populum suum, iccirco te regnare fecit.* Scilicet, quia Deus Israel diligebat Israelitas, dedit eis talem regem: in hoc laudatur Deus tanquam benè disponens regnum, scilicet, quia dedit regem prudẽtem populo, quem diligebat. Laudatur etiam Salomon, quòd sit rex prudens: nam cùm Deus placatus Israelitis, & tanquam in magnum donum dedit eis Salomonem in regem, videtur, quòd Salomon erat rex laudabilis. *Et addidit dicens, benedictus Dominus Deus Israel.* Iterum laudat Hiram Deum Israel de bona dispositione regni Israel. *Qui fecit cœlum, & terram.* In hoc patet Hirã, ꝙ erat fidelis cùm diceret, quòd Deus Israel fecerat cœlum, & terram, quod credere non potest, nisi qui est vere catholicus, cũ istud sit vltra naturalem cognitionem. *Qui dedit Dauid regi filium sapientem atque eruditum, & sensatum atque prudentem.* Laudat Hiram felicitatem Dauid. s. quòd Dauid fuit fœlix, qui talem filiũ habuit, & Deus fuit benedictus, qui tantam fœlicitatem ei concedere voluit. Cognouit enim Hirã ex verbis Salomonis, quòd erat vir sensatus, & laudauit eum nimis per plura nomina: licèt omnia reduntin idem. s. ad signandum eum sapientem esse. Sapiens tamen signat cognoscentem res altissimas, vt colligitur 6. Ethic. cap. De sapientia. Et sic de Salomone, qui habuit altissimam cognitionem inter omnes homines circa omnes scientias, & speculationes, vt patet 3. Reg. 3. & declaratum fuit ibi in quadã quæstione. Eruditus est nomen generale, & signat quamcunque instructionem, quã quis habeat: siue circa speculabilia, siue circa practica, vel factibilia, quam ab alio didicerit. Istud autem non competebat Salomoni, quia habuerat sapientiam à Deo, & non docente homine. Et tamen adhuc potest aliquo modo applicari ei, quia Salomon antequam à Deo acciperet sapientiam erat vir prudens. Nam Dauid ante mortem suam dixit illi: vir sapiens es, & scies quid facies ei, ter. 3. Reg. 2. Etiã licèt insidiatores in regno haberet mortuo Dauid antequam sibi daretur sapientia, prudenter se habuit erga illos, vt patet quando occidit Adoniam fratrem suum, quia petebat Abisac in vxorem, 3. Reg. quarto, & tunc fortè per eruditionem aliorum ipse instruebatur, & sic vocaretur eruditus. Vocatur sensatus, id est magni iudicij naturalis, & maturi: nam antequam Deus daret sapientiam Salomoni, ipse erat acuti ingenij, & sensatus naturaliter: & sic ipse dixit de se: Puer eram vtilis, & ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: Sapientiæ octauo capitu. Vocatur prudens, quia in gerendis negotiis prudenter se habebat. Differt enim prudentia nimis à sapientia, quia sapientia circa speculabilia est. Prudentia autem ad agibilia, vt patet sexto Ethic. cap. De sapientia, & capi. De Prudentia. & contingit multos esse sapientes, vel saltem habere magnam cognitionem circa speculabilia, & tamen non esse prudentes, sic ait Arist. 6. Ethi. quòd facile est iuuenes effici mathematicos, & tamen non contingit eos esse prudentes. Salomon autem omnia hæc habebat, quia Deus non solũ sapientiam, sed ẽt prudentiam donauerat. Imò potius donauit prudentiam, quã sapientiam, quia istud magis consonabat pe Salomonis: nam licèt ipse petiuit habilitatem ad digne gubernandum regnum, ista tamen habilitatio non est in sapientia, sed in prudentia. *Qui ædificabit domum Domino.* Quasi dicat nullus de præcedentibus regibus Israel, nec iudicibus ædificauit templum Domino. Iste autem nititur illud ædificare magnificè: ideo prudens est. *Et palatium sibi.* Etiam alii reges non ædificauerant palatia, sed manserant vtcunque habitando palaria pulchra, & magnorum sumptuum. In Hebræo dicitur. *Domum pro regno suo.* Et idem est, quia palatium quod ædificabat sibi Salomon, erat domus pro omnibus regibus, qui descenderent de stirpe eius. *Misi ergo tibi.* Hic ponitur secundũ huius partis. i. cõclusio reuersiua, in qua respondet petitioni Salomonis mittendo ei artificem, quem petiuerat, & ligna. Et dr.





*Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum.* Iste erat artifex, quem petiuit Salomon: quia erat excellens super omnes artifices Salomonis, & ei attribuuntur omnia opera templi, tertio Regũ 7. sicut Beseleel & Ooliab attribuuntur oĩa opera tabernaculi Moysi, Exod. trigesimo primo, & trigesimo sexto. Et sunt ista nomina impropria, quia non erat iste vir prudens, sed eruditus in omni arte fabricandi, & texendi: & ad hoc non extenditur prudentia, sed solùm ad dirigendum agibilia, & negotia humana, de quibus non erat ad propositum. Sciens vocatur, qui scientiam habet: et est scientia habitus speculatiuus, secundùm quem cognoscimus conclusiones demonstratiuas, vt patet sexto Ethic. ad nihil horum pertinet, et tamen de isto viro nihil commendatur hic, nisi quòd esset peritus in arte fabricandi, quia nihil aliud faceret ad propositum. In scriptura tamen non seruatur proprietas circa terminos istos, sed sequitur modum loquendi vulgariter, qui terminos confundit abusione quadam. *Hiram patrem meum.* Non erat pater regis, quia si esset pater eius non mitteretur ad fabricandum. Etiam ille regnaret, nam viuente patre non regnat filius, sed pater: sed vocauit eum patrem ex alia causa, de qua dicetur infra in quadam quæstione. *Filium mulieris de filiabus Dan.* Erat Dan vnus de filiis Iacob, à quo vna tribus nominata est, et de illa erat ista mulier, cuius filius erat iste artifex. *Cuius pater fuit Tyrius.* Licèt esset iste vir Tyrius, accepit vxorem de filiabus Israel, & habitauit in vrbe Tyri, ibique filius eius Hiram manebat sub potestate regis Tyri, qui eiusdem nominis erat cum illo. De hoc etiam, cuius filius fuerit, infra dicetur in quadam quæstione. *Qui nouerit operari in auro, & argento, ære, & ferro.* Exprimit illa, in quibus erat eruditus iste Hiram: & sunt illa, quæ petiuerat Salomon: & quia tot artes nouerat, & in eis erat excellens, vocatur scientissimus supra in litera. In Hebræo vocatur scieris. Nam cùm dicitur de aliquo, ꝙ est sciens, non signatur magna excellentia eius. Si autẽ dicitur sciens in intellectu, vel sciens intellectum, signatur excellentia magna. *Et marmore, & lignis.* Ista duo etiam erant necessaria pro templo, quia parietes eius de lapidibus construendi erant, & tectum de lignis. Salomon tamen non petiuit, quòd esset eruditus in marmore, sed quia Hirã rex Tyri vidit, quòd istud erat necessarium, dixit quòd etiam erat peritus in marmore, & lignis. Fortè autem Salomon non petiuit, quòd esset peritus in istis: sed solùm in illis, quę ipse supra expressit, eo quòd ipse habebat artifices alios, qui erant valde periti in marmore, & lignis, sed in auro, & argento, & ferro, purpura, & coccino, hyacintho non habebat peritissimos, ideo petiuit peritissimum circa hæc. Vel potest dici, quòd Salomon petiuit etiã quòd esset sapiens in marmore, & lignis: tamen litera non expressit illud supra in petitione Salomonis, & expressit nunc in responsione regis Tyri. *In purpura quoque, & hyacintho, & byssо, & coccino.* Omnia hæc petiuerat Salomon, & declaratum est quid ista essent, & ad quid essent ista necessaria in templo Domini.

*Et qui sciat cælare omnem sculpturam.* Id est sciet sculpere, quidquid sculpendum sit. Nam sculpturæ factæ sunt per cauationẽ, vel quodcunque opus cauatum quod non est solùm pictum. *Et adinuenire prudenter quidquid in opere necessarium est.* Istud est magnum in artificibus, et in quocunque habẽte habitum alicuius disciplinę, scilicet ꝙ artifices non solũ ea, quæ eis iubentur secundũ formam datam efficere queant, sed ẽt quòd de corde suo inquirant aliqua subtilia, quæ ab aliis non excogitata sunt. Sic etiam in habentibus speculatiuos habitus, quòd non solũ intelligant, quæ ab aliis tradita sũt, sed etiam ipsi inuenire de nouo alia, quæ alus tradant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



In isto autem opere templi erat istud necessarium, quia cùm esset opus magnum, necesse erat aliqua excogitari ad illud explendum, quę non fuissent excogitata à iubente fieri opus, & istud faceret Hirā. *Cum artificibus tuis, & cum artificibus Domini mei Dauid patris tui.* Scilicet, iste erit cum artificibus tuis, & artificibus Dauid patris tui, vt omnes simul faciant opus. Dauid enim ante mortem suam elegerat artifices ad opus tẽpli, vt non laboraret Salomon illos inquirendo. præcedenti libro 22. cap. & alios nouiter Salomon congregauerat, & cũ omnibus illis debebat iste Hirā operari. Vocauit rex Tyri Dauid dominum suum ad honorandum Salomonem filium eius. Etiam, quia Dauid fuerat amicus regis Tyri, & habebat eum iste rex tanq̃ dominum, quia erat potentior. Et cùm posset ei nocere expellendo illum de terra, & occupando regionẽ eius, noluit. Et sic rex Tyri mittebat ad Dauid omnia, vel tanquam domino, vel tanquam amico. Nam misit ad eum artifices, & ligna cędrina ad ędificandum palatium ipsi Dauid. 3. Reg. 3. & præcedenti lib. 14. cap. *Triticum ergo, & hordeum.* Postquam rex Tyri obtulit se ad faciendum, quæ petebat Salomon: petiuit ab eo illa, quæ pollicitus fuerat dare ad sustentationem seruorum Hiram, dum fieret opus, scilicet, triticũ, & alia. Et ponitur hic triticum. Supra autem ponebatur cibarius tritici, ideſt triticum quod erat cibarium, vel cibaria: triticum, ideſt cibum factum de tritico, scilicet, farinam, quia fortè dabat ei farinam iam molitam: nã in Hebræo dicitur, ibi. *Frumenta contrita.* Scilicet, farinã, quod illud signat: & sic farre contuso, vel cõtrito iam farina erat, & litera nostra vocauit cibaria tritici, & posuit litera Hebraica triticum in plurali, licèt sit contra modum loquendi cùm non detur in Latino plurale talibus nominibus. *Oleum, & vinum, quę pollicitus es.* Omnia ista promiserat Salomon se daturum cœsoribus lignorum supra in litera, & 3. Reg. 5. Erant namque Tyrij, & Sidonij non nimis abundantes in istis, qa terra illa est in monte Libano, & magis vacāt alijs ministerijs, quàm agriculturæ. In terra autem Salomonis erant magni agricolæ, & poterat Salomon prouidere Tyrijs, & Sidonijs, quamdiu vacarent operi sanctuarij. *Nos autem cędemus ligna de Libano, quotquot necessaria habueris.* Loquebatur Hiram in persona sua, tanquam ipse cœsurus esset ligna cum seruis suis. Sed certum est, quòd non cœsurus erat cùm esset rex, sed transferrebat hoc in personam suam: eo quòd ipse habebat personam petentis remunerationem pro labore: & dixit quotquot necessaria habueris, quia dixerat Salomon, vt parentur mihi ligna plurima, nè putaret, quòd rex Tyri volebat ei solũ dare ligna certa, & fortè illa non sufficerent ad ædificationem templi: vt ergo Salomon nõ sollicitaretur circa hoc, dixit ei rex Tyri, quòd daret sibi ligna quotquot vellet. *Et applicabimus ea ratibus per nauem in Iopem.* Non solùm obtulit se rex Tyri facturum, quod petebat Salomon, scilicet, quòd scinderent serui Hiram ligna in Libano ꝓ Salomone, sed etiam, quòd ea transferret per mare vsque Iopem. Pro quo sciendum, ꝙ mons Libanus est in terra Tyri, & inde cęta ligna ponebantur in mari, & ducebantur in Iopem, de quo infra declarabit. *Tuum erit transferre ea in Ierusalem.* Ideſt, postquam serui mei posuerint ligna in portu in Iopem, dimittent ea ibi, & ad te pertinebit illa transferre in Ierusalem.

Nominũ circa dicta

*De quibusdam verbis dictis ab Hiram, scilicet, quòd Deus Israel creauerat Cœlum, & Terram.*
*Quæstio XXII.*

QVAERITVR circa prædicta, cùm Hirã esset Gentilis, quomodo dixit, quòd Deus Israel creauerat Cœlum & Terram: quia istud credere nõ pertinebat ad Gentiles, qui solùm credebant ea, quę naturaliter scire poterãt. Aliquis fortè dicet, quòd Hiram, & serui sui erant Hebręi. i. conuersi ad Iudaismum, & sic credebant omnia, quę credebant Hebręi. Sed dicẽdum, quòd non ſtat, quia serui regis Hiram erant Chananęi, cùm tota illa terra esset Chananęorum, & non solùm tẽpore Salomonis erant Tyrij, & Sidonij Chananęi, sed etiam tempore Christi: nam Christꝰ semel prędicabat in finibus Tyri, & Sydonis, & mulier Chananęa de finibus illis egressa clamauit. Domine miserere mei: nam filia mea malè à dęmonio vexatur: Mat. 15. & Mar. 7. ergo Tyrij, & Sidonij Chananęi erant. Aliter dicet aliquis, ꝙ sicut Gentiles poterant habere rectam fidem de Deo, ita fortè rex Tyri habuit: manens enim in sua Gentilitate cognouit hoc: patet hoc ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, possunt homines cognoscere Deum, & sequitur: ita vt in excusabiles sint. Sic etiam patet de Athenięnsibus, ꝙ Gentiles erant, & Deum cognouerunt, & posuerunt aram Deo ignoto, concordauitque cum eis Paulus, ꝙ ille erat Deus, quem ipse prædicabat: & sic Deus, qui ex lege cognoscitur, & tollitur, poterat naturaliter cognosci. Dicendum, quòd non poterat rex Tyri cognoscere manens in Gẽtilitate ea, quę professus est. Nam duo confessus est, quorũ neutrum naturaliter cognoscitur, & tollitur, poterat naturaliter cognosci poterat. Primum est, quòd Deus creauerat cęlum, & terram. Secũdum, quòd Deus, qui hoc fecerat, erat Deus Hebræorum. De primo patet, quia omnes, qui Philosophati sunt considerauerũt circa hoc, & nullus potuit inuenire creatum esse sęculum: sed posuerunt ætternitatem mundi, motus, motoris, materię, & generationis, vt colligitur 8. Physicorum. Et non solùm non potuerunt inuenire creationem, sed etiam dixerunt, quòd erat contra considerationem Philosophi. cam, vt ait Aristo. 1. Physic. cap. Scilicet: Sicut Phy. s. Nulla namq; ratio est, qu ꝙ naturaliter inducat ad hoc, cùm omnes operationes naturæ fiant ꝑ ſuppoſita materia, quæ est ſubiectum alterationis. Non habebit fa naturalis vnde arguat materiam factam esse, qa si hoc voluerit dicere, vel præsupponere iam non arguet naturaliter, cùm non presupposita materia nõ sit aliqua operatio naturalis, ideo pertinebit istud ad credere, sed non ad intelligere via naturali: quicunq; ergo conatur naturaliter probare creationem insipientes sunt: & sic rex Tyri, qui non fuit maior omnibus Philosophantibus, nõ potuit cognoscere naturaliter sęculum creatum. Secundum erat. s. dato, quòd sęculum creatum esset, quòd illud creasset Deus Hebręorum: nam etiam istud erat nimis obscurum, quia apud Gentiles multi putabantur dij, & quęlibet gens putabat illum esse Deum, quem ipsa colebat: ideo dato, quòd via naturali cognosceretur vnicum esse Deum, & multitudinem, quæ colebatur, frustra, & falsam esse: non sciretur de illo vnico Deo, q̃ gens coleret illum, vel fortè an coleretur ab aliqua gente. Nã impossibile erat, quòd nulla eum gens coleret: determinare se ergo ad Deum Israel, ꝙ ille esset verus Deus, qui creasset cęlũ, & terram super cognitionẽ Gentilium erat. Cùm autẽ obijcitur, ꝙ Gentiles naturaliter Deum cognoscere potuerunt, dicente Apostolo. Dicendum est, quòd poterant cognoscere eum: sed non erat istud, qđ de eo cognoscebant. Illud aũt qđ de Deo cognoscere poterant erat istud. Primò, ꝙ idola non essent dij, & patet, qa Deus est, quo nihil melius excogitari põt. Idolũ aũt aliquid inanimatum est, & imperfectum, ideo nõ est Deus. Item Deus non est ab homine, sed potius hõ a Deo, cùm Deus ponatur rector vniuersi, & tñ idolũ ab hoĩe est, quia fabricatũ ab hoĩe est, ideo non est Deus.

Cogno-



Cognoscitur etiam naturaliter, ꝙ Deus vnus sit: nam multæ deitates non poterant esse simul, quia tunc aliqua earum non esset summum bonum, vel nulla earũ esset summum bonum, & tamen non est Deus, q non est summum bonum, ideo non sunt plures dij. Cognoscitur etiam naturaliter, quòd Deus est moderator vniuersi: quia omnia necesse est reduci ad vnam causam primam, quia aliàs vniuersum non esset vnũ, sed multa, cùm reduceretur ad diuersa principia, & tñ vnum est; ideo vnicus rector est. Istud probat Arist. 12. Metaphi. in fine. Cognoscitur etiam naturaliter, quòd Deus renumerator est, & punitor, gubernando vniuersum, quia aliàs tolleretur prouidẽtia, quam necesse est ponere in rebus, de qua nunc non est disputandum: q̃dam etiam aliæ proprietates similes possunt cognosci de Deo: vtpotè, quòd est ætternus: quòd tamen creauerit mundum non potest cognosci naturaliter. Ratio differentiæ est, quia ad probandum Deũ esse vnum, & ætternum, & similia, habetur via ex naturali processu, sicut demõstrat Arist. 8. Physicorum. Aeternitatem motus, & motoris, & vnitatem rectoris vniuersi. 8. Physico. & tamen ad inducendum creationem non est aliqua via in rebus naturalibus, cùm creatio non præsupponat materiam: & tamen omnes operationes naturales materiam presupponũt: & hoc consonat dicto Apost. ad Rom. 1. s. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. i. proprietates Dei inuisibilis cognoscũtur ab homine per ea, quæ facta sunt: ergo solùm intelligitur de ipsis diuinis proprietatibus, & non de aliquo quod est ad extra. Creatio autem ad extra est, ideo non dicit illam esse cognitam per ea, quæ facta sunt. Item patet ex adiuncto, quia ibi dicitur, sempiterna quoque eius virtus, & deitas: & istę sunt Dei proprietates, vel attributa: ideo per inuisibilia Dei solùm intelliguntur alia similia attributa. Item patet efficatius, quia dicitur, ꝙ omnia ista, quæ de Deo cognoscuntur: sciuntur per ea, quę facta sunt. i. per creaturas. Cùm ergo medium sciendi sit ipsa res facta: non poterit esse tanquam cõclusio, quia tunc non esset aliquid, per quod ipsa sciretur, vel sciret per seipsam, quod est impossibile. Ideo dato, quòd possibile esset naturaliter cognosci creatio nem rerum, tamen auctoritas Apostoli nullo modo poterat illud signare. Ad secundum cùm dicitur de Athenięnsibus, quòd cognouerũt naturaliter Deum, & concordauerunt cum Paulo, & quòd ita poterat cognoscere illum rex Tyri. Dicendum, ꝙ non stat: quia Athenienses cognouerunt Deũ naturaliter, & tamen non cognouerunt, ꝙ creauerat sęculum, sed potius negabant hoc, & irridebant Paulũ, quia prędicabat creationem, & mortuorum susćitationem: Act. 17. Et tñ, qui concedit creationem concedet resurrectionem, quia vtrumque procedit à potentia infinita, & nõ negatur propter aliud creatio, nisi quia non poterat fieri, nisi à potentia infinita, quæ non conceditur à Philos. Cognouerunt tamen Athenienses hoc, ꝙ erat quidã Deus præter illos, qui colebantur, qui erat purus spiritus, & cęlicola, & eum rectorem vniuersi putabant, & primam causam omniũ atque in virtute excellentissimum: & tamen non cognoscebant eum plenè. Vnde eum Deũ ignotũ vocabant, & sic titulus arę eius erat: DEO IGNOTO. Si autem cognouissent Athenięnses plenè Deum illum tanq̃ creatorẽ oĩum, nullũ aliũ Deum coluissent, quia scirent alios nõ esse Deos, & tñ colebant istum cum aliis Act. 17. ideo non cognoscebant eum Deum creatorem, sed sub quibusdam aliis perfectionibus minoribus. Et sic nec poterat rex Tyri cognoscere naturaliter Deum esse creatorem cęli, & terrę. Dicendũ autem, ꝙ hoc poterat dupliciter dici. Vno modo, quòd rex Tyri diceret hoc fictè ad conciliandum sibi Israelitas: nam Hebræi asserebant Deum suum esse creatorẽm cęli, et terrę: et hoc sciebant nationes, quę cõmunicabant eis, et quia Tyrii erant coniuncti terræ Israel, sciebãt hoc, & alias cęremonias Hebręorum, & quia volebat rex Tyri placatum habere Salomonem fortè, vt eum placaret, assereba t Deum esse Israel creatorem, quia in hoc nimis gaudebant Israelitæ cùm quis faueret intentioni eorum circa legẽ. Quòd autẽ rex Tyri vellet hoc facere, patet: qa erat regnum eius in terra Chanaan, vt infra declarabitur: & tota illa terra debita erat Hebræis, & pugnabant contra gentes habitantes in ea ad expellendas eas rude: & occupandum terram, vel ad subijciendas eas in tributum, & quia Hiram non erat rex potens, nec posset resistere Hebręis pugnantibus, volebat placare eos, vt nõ delerent terram eius, aut subijcerent eum, & seruos suos tributo, & sic quidquid scirent placere Iudæis facerent. Patet hoc tempore Dauid, nam cùm sciuit Hiram Dauid factum regem super totum Israel, misit ei artifices, & ligna cędrina, vt ędificarent ei domum 3. Reg. 5. & præced. lib. 14. cap. Etiam vocauit nunc Dauid dominum suum, & laudauit valde Salomonem, ideo satis verisimile erat, ꝙ diceret hoc fictè, vt placeret Salomoni. Alio modo potest dici, quòd hoc didicerat rex Tyri ab Hebręis, nam communicabant, & videns aliqua mirabilia, quæ fecerat Deus Hebræorum, credidit vera esse omnia, quæ illi asserebant de eo. s. ꝙ creauerat cęlum, & terram, & quòd fecerat alia mirabilia: sic Gentiles crediderũt Deum Israel esse verum Deum, vt patet de Iethro socero Moysi, qui videns, ꝙ Deus liberauerat Israelitas de Aegypto per multa mirabilia, laudauit eum asserẽs esse Deum super omnes Deos. s. Benedictus Deus, qui eruit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, nunc cognoui, qa magnus domin⁹ super omnes Deos. Sic etiam fuit de Raab Iericontina, q̃ videns, quòd Deus diuiserat mare rubrum introeuntibus Israelitis, & ad vltimum siccauit fluenta Iordanis ad transitum ipsorum: dixit, quod ipse erat Deus in cęlo, & in terra, & quòd nõ erat alius Deus præter ipsum. Ios. 2. cap. Multi etiam alij Gentiles audiebant famam Dei Israel, & videbant aliqua de mirabilibus eius, credebantque in eum, et veniebãt ad adorandum eum in templum suum in Ierusalem, vt patet 3. Re. 8. et infra 7. A fortiori poterat esse de rege Tyri, qui habitabat in terra Chanaã, et poterat cognoscere omnes cęremonias, et fidem Hebręorum, et audito, vel potius viso aliquo miraculo magno facto per Deum Israel, crederet vera esse omnia, quę asserebant Israelitæ de illo. Nam non poterat alio modo scire, quòd Deus Israel creauerat cęlum, et terram: dato. n. quòd crederet rex Tyri Deum Israel esse Deum verũ, adhuc nesciret, an creauerat cœlum, et terram, quia non sequebatur: iste est verus Deus, ergo creauit cœlum, et terram. Nam omnes Philosophi, qui altè Philosophati sunt, cognouerunt vnum Deum: et tamen non cognouerunt creationem, sed potius negãt eam, et sic esse poterat de Deo Israel. Modus ergo fuit, ꝙ per aliqua miracula credidit rex Tyri Deum Israel esse verum, et solum Deum, et ex hoc inductus est ad credendum oĩa, quæ Israelitæ de Deo asserebant, et quia illi dicebant, quòd Deus eorum creauerat cœlum, et terram, etiam illud credidit rex Tyri.

*Si Salomon in habendo amicitiam cum rege Tyri peccauit.*
*Quæstio XXIII.*

QVAERITVR vlterius, an Salomon peccauit habendo amicitiam cum rege Tyri, & dando ei cibaria, sicut habetur hic. Respondendum, quòd quantum ad ea, quæ faciebat Salomon cum Hiram

Universidad de Deusto
Biblioteca



rege Tyri, non erat difficultas magna. Nam Salomon emebat ab eo ligna cędrina, & conducebat operarios, & ista non poterat habere aliunde, ideo non peccabat. Patet hoc, quia Salomon obligabatur ædificare templum Domino tam ex mandato eius, quàm ex mandato Dauid. vt patet 2. Reg. 7. & præcedenti lib. 17. & 22. & 28. cap. & ad hoc egebat materia, scilicet lignis cędrinis, qa alia ligna non erant ad hoc apta, & tamen non poterat ista habere Salomon saltem optima, nisi de terra Hiram, eo quòd mõs Libanus est in terra Tyri, & Sidonis pro magna parte: potissimè vbi magnæ cędri sunt. Etiam operarios ad cędendum cędros nõ poterat habere Salomon de terra sua, quia non erat in toto Israel vir, qui sciret ligna cędere, vt patet 3. Reg. 5. scilicet: Tu scis quòd non sit in populo meo vir, qui sciret ligna cœdere, sicut Sidonij. Oportebat ergo, quòd Salomon conueniret cum rege Tyri, & seruis eius super lignis cędendis, & ad hoc dãda erat eis merces sua, & quia egebãt cibis, dedit eis triticum, vinum, & oleum atque ordeum. Ideo in hoc non videbatur aliquo modo peccare Salomon: etiam si rex Tyri esset Chananæus, vel, de quacunque progenie. Si autem dicatur, quòd Salomon peccabat nunc in hac cõmunicatione: peccauerat tamen, quia dimiserat eum, & Tyrios, atque Sidonios in terra illa, cùm essent Chananęi. Deus autem iusserat, quòd non permitterentur Chananęi sub aliqua conditione viuere: sed occiderentur in ore gladij: Deut. 20. Dicendum, q adhuc non probatur Tyrios, & Sidonios esse Chananæos: & tamen dato, quòd essent Chananęi, non erat speciale in eis, q permitterentur viuere, quia non solùm istos, sed etiam multos alios Chananæos, Iebusæos, Amorrhæos, & de alijs populis Chananęorum permisit Salomon viuere, quia omnes Chananęi, qui non occisi fuerãt tempore prædecessorum suorum, facti sunt tributarij tempore Salomonis, & manserunt in terra, infra 8. & tamen an in illo peccauerit, ibi declarabitur in quadam qnæstione. Sed dubium maius est de Dauid, qui accipiebat ipsum regem Tyri in amicum, vt patet 3. Reg. 5. & recipiebat ab eo beneficia. Dicet aliquis, quòd nõ peccabat Dauid in hoc, quia iste Hiram erat Hebręus, scilicet, conuersus ad Iudaismum, ideo non erat illicitum communicare ei: & patet hoc, quia ipse confessus est ea, quæ ad solos Hebræos confiteri pertinebat, scilicet, quòd Deus Hebræorum creauerat cęlum, & terram, & istud non cognoscebatur vllatenus via naturali, sed ex sola fide, quam tenebant Hebræi: ideo conuersus ad Iudaismum erat. Dicendum, q nõ est verisimile, quòd Hiram rex Tyri cõuersus esset ad Iudaismum: nam si conuersus esset rex etiam conuertisset terram suam ad Deum Israel, & tamen non conuersa est, quia adhuc tempore Christi erant Gentiles habitantes in terra illa, ideo cùm egressa esset mulier de finibus illis, & petijsset à Christo, quòd sanaret filiã eius, dixit: non fum missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Mar. 15. Si tamen essent viri de terra illa conuersi, non faceret Christus differentiam inter Tyrios & Sidonios ad Israelitas. Secundò patet, quia reges Tyri post hoc colebant idola, ideo non erat nunc conuersus rex populo. Patet, nam Achab rex Israel fuit multo tempore post Salomonem, vt patet ex processu tertij regum, & tamen ille accepit in vxorem Iezabel filiam regis Sidoniorum: & illa introduxit cultum Baal in terra Israel, sicut colebant eum Sidonij, vt colligit. 3. Re. 16. ideo non erat conuersus adhuc rex Tyriorum ad Iudaismum. Sed dicet aliquis, quòd Hiram rex Tyri, & populus eius tempore suo colebãt Deum Israel, & conuersus erat ad Iudaismum, & tamen post eum aliquanto tempore fortè Tyri, & Sidonij cum rege suo reuersi sunt ad antiquam idolatriã.

Dicendum, quòd non stat, quia etiam tempore Salomonis colebant Sidonij, & Tyri idola. Nã 3. Reg. 11. dicitur de Salomone, quòd ædificauit templum Astharthan dęę Sidoniorum. Item patet 4. Reg. 23. ergo semper erant idolatrę. Idem patet, quia non solùm tempore isto regum Iuda, & Israel essẽt Tyri idolatrę, sed etiam post reditum de Babylone erant idolatrę, vt patet 2. Macha. 4. vbi dicit. quòd summus sacerdos misit quandam partem pecuniæ ad offerrendum in sacrificijs Herculis in vrbe Tyri: ergo colebant Tyrij adhuc Herculem, & alia idola. Item patet ex verbis Hiram regis Tyri, qui voluit facere differẽtiam inter Iudęos, & Tyrios dicens: quòd Hiram artifex erat filius mulieris viduę de tribu Dan, vel Nephtali, & ex patre Tyrio. Si autem Tyrij essent conuersi ad Iudaismum nõ diceretur de eis aliquid tãquam de distinctis à Iudæis: ergo non erant conuersi ad iudaismum, & non erat licitum Dauid ex hac parte contrahere amicitias cum Hiram rege Tyri tanquam esset Iudęus, vel conuersus ad Iudaismum. Aliquis dicet, quòd verum est, quòd Hiram, & omnes Tyrii erant Gentiles, & tamẽ adhuc licebat eis amicari ipsi Dauid: eo quòd cõmunicatio, & amicitia non erat vetita cum omnibus Gentilibus, sed solùm cum Chananæorum septem populis. Tyrii tamen non erant de stirpe Chananæorum: ideo licebat cum eis communicare. Sed dicetur, q hoc non stat, quia Tyrii habitabant in terra Chanaan, cùm Tyrus, & Sidon essent præcipuę vrbes in regno Hiram regis Tyri: & tamen istę erant in terra Chananęorum, & fuerunt in diuisione sortium tribuum Israel: nam in sorte Aser ponuntur Sidon, & Tyrus: Iosue 19. Sed contra, habitantes in terra Chananęi, habebant Israelitę iustam causam pugnandi ad accipiendum terram de manu ipsorum, ergo non debebant cum eis contrahere amicitias. Aliquis dicet, quòd licèt Sidon, et Tyrus essent in terminis terræ Chanaan, siue in terminis distributionis sortium: non essent partes sortium Israelitarũ, sed ponuntur tanquam termini extrinseci. Dicendum, quòd non stat, quia Tyrus, et Sidon sunt in litore maris ad partem occidentalem terrę Chanaan, et tamen omnia loca maritima ibi sunt de terra Chanaan: & quod terminus plagæ occidentalis ponitur mare occidentale, scilicet, plaga occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur Num. 24. & tamen Tyrus, & Sidon sunt in terra iuxta mare, ideo sunt de terra Chanaan. Item patet, quòd non solùm Tyri, & Sidonij habitant in terra Chanaan, sed etiam sunt Chananęi: nam Math. 15. dicitur, quòd Christus prędicabat in partibus Tyri, & Sidonis, & mulier Chananæa de finib⁹ illis egressa clamauit, domine miserere mei. Ergo habitatores terrę illius Chananęi erant. Sed aliqs fortè dicet, quòd illa mulier erat Chananęa habitabatque in finibus Tyri, et Sidonis, tamen Tyri, & Sidonij non erant Chananæi, sicut multi extranei veniũt ad habitandum ad loca, & nationes extra suam originem. Sed dicendum, quòd non stat, quia non erat mulier illa aduena: ita quòd non esset Chananęa, & aliunde venisset, & nunc habitaret in terra Tyri, & Sidonis: sed erat de genere Tyrorum, & Sidoniorum: nam Mar. 7. dicitur de ista muliere, quòd erat Sirophęnissa genere, & sunt Phęnices, seu Sirophęnisse Tyrij, & Sidonij: & tamen illa erat Chananęa, sicut dicitur Mat. 15. ergo Tyri, et Sidonii sunt Chananęi quãtum ad originem. Dicendũ tñ est, q fortè Hiram nõ erat de genere Chananęorum, quia illi, qui condiderunt Tyrum, et Sidonem fuerunt Aegyptii. s. Phęnix, et Agenor, (vt quidam volunt,) qui q̃fecti de Thebis Aegyptiorum istas vrbes condiderunt, et vocata est q̃uincia ista Phęnitia, vel Phenix à Phęnice conditore vrbium.

Credẽdum est autem, q reges istarum vrbium fuerint posiea semper de progenie istorum conditorum propter dignitatem ipsorum, & sic Hiram, qui nunc erat rex Tyri esset de genere Aegyptiorum, & non Chananęorum: vnde licitè communicaret Dauid cum eo: & tunc dato, quòd habitatores eius regni essent Chananæi, permitteret illos Dauid viuere propter Hiram regem, vel forrè dato, quòd si Hiram esset Chananæus genere, licebat Dauid contrahere cum eo amicitias, vt si fortè ad tempus nõ poterat prędualere contra eũ, si vellet ipsum habere in hostem. Vel fortè, quia Hiram fecerat aliqua bona opera propter Dauid: ex quo nimis obligauerat eũ sibi: & tunc non solùm erat licitum Dauid, quòd nõ deleret Tyrios, & Sidonios, sed etiam, q benefaceret eis in recompensationẽ suscepti beneficij, sicut fuit de Raab Ierichontina, quę Chananęa erat: & tamen propter beneficium, quod pręstitit exploratoribus Iudęorum, ipsa cum tota progenie sua liberata est, & habuit locum inter Israelitas Ios. 2. & 6. & sic liceret Dauid amicitias contrahere cum Hiram, & et Salomoni: potissimè cũ de hoc nõ redarguat in sacra scriptura, nec ponatur inter peccata sua 3. Re. 15.

*De quibusdam verbis hic dictis ab Hiram, scilicet, misi tibi virum prudentissimum, & cętera.*

*Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicat hic Hiram rex Tyri, misi tibi virum prudẽtissimum Hiram patrem meum, quomodo possit hoc stare, quia non erat iste pater regis Tyri. Aliquis dicet, q verè erat pater eius, cùm litera asserat eum esse patrẽ illius, & non est obuiandum literę sacrę scripturę. Dicendum tñ, q nõ stat, quòd iste Hiram esset pater regis Tyri. Primò, quia nõ est verisimile, q pater regis esset artifex lignorum, & metallorum, & mitteretur ad fabricandum in templo. Secundò patet, quia si iste esset pater Hiram regis Tyri ipse esset rex, & non alius Hirã, quia viuente patre nõ regnat filius. Tertiò patet, quia si iste Hiram esset pater regis Tyri nõ diceret Hiram rex Tyri, misi tibi Hirã virum prudentissimũ, qa mittere pertinet ad iubentem, & filius non iubet patri, sed è cõuerso: ideo non erat iste Hiram pater regis. Quartò patet, quia dixit rex Tyri, misi tibi Hiram virum prudentissimũ filiũ mulieris de filiabus Dan: cuius pater Tyrius fuit. Et potius hoc ad notificandum progeniem istius Hirã arguitur, quòd notificaretur vlterius eius progenies. Alij respõdent, q ista difficultas prouenit ex litera nostra, sed nõ ex litera Hebraica, quia in litera nostra dicitur Hirã patrem meum: in Hebręo tñ nõ magis dr patrem meũ, quam patrem mei, quia nõ sunt dictiones casuales in Hebręo, sed quędam habitudines, q̃ interdũ notificãt eius, & sic põt intelligi, q ponat hic patris mei in genitiuo, & tunc esset sensus, misi tibi Hiram virum prudentissimũ patris mei. i. virum prudentissimũ, qui erat genitus patris mei, vel q erat sapiens ex tempore patris mei, & istud tenent multi de Hebręis, & Latinis. Sed istud non est tenendum fm Latinos. Primò, qa licèt aliqualiter posset hoc colorari fm literã Hebraicam: tñ fm Latinam nõ potest colorari, cũ dicitur, misi tibi Hiram patrem meũ. Secũdò patet, qa ẽt fm Hebręos dicitur intelligitur, & legitur cõiter, quia habitudo literę ī Hebræo hic magis signat accusatiuum, q̃ genitiuum, ideo non potest sic intelligi. Dicẽdum ergo, q Hiram rex Tyri vocauit istum Hirã patrem suũ propter ætatem, vel sapientiam: nam qui sapientia prędicunt aliorum sunt domini, & rectores: & non immerito patres vocari possunt, & quia iste Hiram erat sapientissimus inter omnes artifices, poterat rectè vocari pater regis.

*Si Hiram fuit filius de filiabus Dauid. Quæst. XXV.*

QVAERITVR vlterius, qũo dicitur, q Hiram fuit filius de filiab⁹ Dã: cuius pater Tyrius fuit: nam 3. Reg. 7. dicitur, q fuit Hirã filius mulieris viduę de tribu Nephtali patre Tyrio: nã istę duę tribus erant distinctę, cùm Dan, & Nephtali essent duo filij Iacob ex Bala ancilla Rachelis, Gen. 30. cap. Dicẽdum, quòd ista mulier vidua cuius erat filius Hiram: poterat esse dupliciter de aliqua tribu. Primo modo quantum ad progeniem. Secundo quantum ad virum: nam quęlibet est de tribu illa, de qua progenitores sui sunt, sed in mulieribus est speciale: potissimè in veteri testamento, quia erant etiam de tribu virorum suorum: nam quælibet transibat in familiam viri sui, & filij de ea nati non dicebantur de progenie auorum eius, sed de progenie mariti. Et sic dicet aliquis, q ista mulier erat de vna progenie, vel tribu ex parte viri, & de alia progenie auorum suorum. Sed dicendum, quòd hoc non stat propter duo. Primò, quia non potest ista mulier nominari de aliqua tribu ex parte viri, eo quòd vir suus non erat de aliqua istarum duarum tribuum, scilicet: Dan, vel Nephtali: quia erat Tyrius, vt patet hic, & 3. Reg. 7. & tamen Tyri non erant de progenie Hebręorum. Secundò patet: quia dato, q maritus istius mulieris posset nominare mulierem de tribu sua, ita quòd esset de Israelitis: non poterat tamẽ in prędicti eam nominare, eo quòd erat vidua, vt patet 3. Reg. 7. & quando mulier cõiugata est transit in familiam viri sui, quia alligata est legi eius, cùm autem moritur vir, desinit mulier esse de familia sua, cũ absoluatur à lege eius, sed ista erat mulier vidua, ideo non poterat nominari de aliqua tribu istarum à viro suo. Dicendũ ergo est, quòd ista mulier vocatur de tribu Dan, & de tribu Nephtali, & de vtraque nominatur ex parte progenitorum: nam potest quilibet nominari de progenie patris sui, vel matris suę, & quia pater vni⁹ potest esse de altera tribu, quàm mater eius: poterit quis de duabus tribubus nominari, & sic ista mulier mater Hiram erat fortè de tribu Dan ex parte patris, & de tribu Nephtali ex parte matris, vel è conuerso. De vna tamen tribu istarum dicebatur esse proprius ista mulier, quàm de altera. s. de illa, qua erat pater suus. Sed non appareret de qua tribu erat ex parte patris, vel de qua ex parte matris. Aliquis obijciet, q non potest stare, quia prędupponitur, q esset pater de vna tribu, & mater de alia: & tñ fm legẽ non poterat esse, quia Nu. 36. iubetur, q omnes viri acciperẽt vxores de tribubus suis, & oẽs fęminę viros de tribubus suis, & sic pater, & mater istius mulieris de eadẽ tribu essent. Dicendũ, q licèt regula generalis esset, q essent ambo de eadẽ tribu, interdum erãt de diuersis tribub⁹, vt patet in Dauid, q accepit Michol in vxorẽ, & erat Dauid de tribu Iuda, & Michol de tribu Beniamin, cũ esset filia Saulis, q erat de tribu Beniamin 1. Reg. 9. Et sic de multis alijs, de quibus declaratum est Nu. 36. & Iudi. 21. & ita factum est hic, q essent pater, & mater de duabus tribubus.

Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israel post dinumerationem, quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti sunt centum quinquaginta millia, & sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia, qui lapides de montibus cęderent, tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Numerauit ergo Salomon.* Hic ponitur secundū principale huius cap. s. Apparationis executio. Et dicitur. *Numerauit Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israel.* Scilicet, numerauit omnes aduenas, vt omnes seruirent in operibus templi cędendo lapides, & portando, & vocantur proselyti aduenæ. s. qui de Gentilitate conuersi erāt ad Iudaismum. *Post dinumerationem, quam numerauit Dauid pater eius.* Dauid enim volens relinquere omnia necessaria ad ædificationem templi, reliquit etiam artifices, & cęsores lapidum, atque portatores, & ad hoc numerauit omnes proselytos, quotquot erant tempore suo, præcedenti lib. 22. cap. *Et inuenti sunt centum quinquaginta millia sexcenti.* Istud intelligitur de viris robustis ad istud opus, nam non computarētur hic paruuli, nec senes, qui ad hoc inepti erāt, G sed robusti, sicut erat de Leuitis, qui computabantur à triginta annis vsque ad quinquaginta. Nam citra tricesimum annum nullus Leuitarū cogebatur ad onera subeūda: Num. 4. Et cùm peruenissēt quis ad quinquagesimum annū, liberabatur ab oneribus, & solùm erat custos vasorum, quæ portabant alij Leuitæ. Nu. 8. ita etiam fieret de istis proselytis, quia aliqui propter paruitatem ætatis non computarentur, & alij propter senectutem etiam ab isto numero excluderentur. *Fecitq; ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent.* Non erant isti ad portandum lapides, ita vt quidam cę derent lapides in montibus, & alij portarent eos in tēpli locum, quia cùm essent lapides magni non sufficerent humeris portare: sed potius in curribus, vel alijs H artificijs portabāt ista onera lapidum magnorum, ita tamen portabant onera humeris. s. aliqua alia onera minora lignorum, vel aliarum rerum. Et fortè interdum portabant lapides super humeros. Sed non est intelligendum, q̄ portarēt eos sic vsque in Ierusalem ad locum templi ædificādi. *Et octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent.* Erant multi lapides necessarij in opere templi, quia præcipua materia templi erat de duobus. s. de lapidibus, & lignis: & ob hoc in montibus, vbi erant lapidicinę, erant isti operarij, & cędebāt lapides, & dolabant eos: portabanturq; in Ierusalē. Sciendum autem, quòd lapides parabantur in montibus. Nam non solùm cędebantur, sed etiam quadrabantur, & poliebantur, & portabātur sic in locum sanI ctuarij: eratq; istud minoris oneris: & sic stat, quod dicitur, quòd cùm ędificaretur domus Domini ferra, & omne ferramentum non sunt audita in domo Domini, scilicet, quia antequam lapides, & ligna portarētur in locum ædificationis parabantur. *Tria millia autem, & sexcentos præpositos operum.* Isti præpositi operū dirigebant cęteros quid agere deberent, & imperabāt ne cęteri inordinatè mouerentur, & pigritarent in opere faciendo.

*De numeratione operariorum. Quæst. XXVI.*

QVAERITVR circa istam numerationē operariorum, de qua hic dicitur, an sit eadem cum K illa, de qua habetur supra in litera, & de qua habetur 3. Reg. 5. Dicendum, quòd eadem sit cum illa, de qua supra in litera. Nam ibi dicitur, quòd numerati fuerunt omnes proselyti, & hic etiam. Item ponitur eadem summa, quia illic ponitur centū, & quinquaginta millia cęsorum, & portatorum, & hic totidem. Etiam idem est ad quod destinantur. Ad quod etiam dicendum, quòd ista enumeratio est eadem cum illa, quæ habet 3. Reg. 5. nam ibi ponitur ista historia, quæ hic de Salomone & Hiram, cùm in libro isto repetantur ea, quæ in libris regum ponuntur, & ex aliqua parte suppleantur. Etiam, quia eadem summa ponitur ibi, quæ hic. Sed dicetur, quòd non sunt eędem istę tres F numerationes, quia illa, quæ habetur in litera, videtur esse eadem cum illa, quam fecit Dauid. Nam dicitur postea, quòd Hiram mitteret Salomoni virum artificē eruditum, quem haberet cum illis artificib⁹, quos habebat secum, quos Dauid pater suus parauerat, in quo innuitur, quòd non habebat plures, quàm eos, quos parauerat Dauid, & tamen de ista numeratione, quæ ponitur hic vltimo dicitur, quòd fecit eam Salomon post illam numerationem, quam fecit Dauid, ergo ista non erat eadem cum illa, quæ habetur supra in litera. Dicendum, quòd istę tres numerationes erant eadem numeratio, vt supra dictum est: cùm omnes tres dicantur factæ per Salomonem: & tamen Salomon semel tantùm numerauit proselytos. s. quādo misit eos ad opera facienda: ideo omnia erant eadem numeratio: sed ponuntur sępe per anticipationem, & recapitulationem. Cùm autem objicitur, quòd ista numeratio, quæ habetur hic fuerit post numerationem factam à Dauid, & illa, quę habetur supra in litera fuerit eadem cum illa, quam fecit Dauid. Dicendum, quòd verum est: quòd ista fuit post numerationem, quam fecit Dauid, & etiam omnes istæ tres, scilicet, duæ, quę habentur hic, & vna. 3. Reg. 5. fuerunt post numerationem factam à Dauid, eo quòd istę tres dato, quòd essent distinctę, factæ fuerunt tamen à Salomone, vt patet hic: & 3. Reg. 5. & illa facta est à Dauid, ideo necesse est istas fuisse post illam. Dicitur tamen hic, quòd fuit ista numeratio post illam, quę facta est per Dauid, vt non putetur, quòd Salomō numerauit solùm illos, quos numerauit Dauid. Etiam, vt non putetur, quòd ista coincidit cum illa numeratione, quā fecit Dauid, de qua prec. lib. 22. cap. Cùm autem dicitur, quòd illa, quę habetur supra in litera sit eadem cum illa, quā fecit Dauid: eo quòd Salomon non dicit se habere alios artifices, nisi quos parauerat Dauid. Dicendū, quòd nō stat, quia dato, quòd in numeratione facta per Dauid, & Salomonem essent ijdem numerati, distingueban tur adhuc istę numerationes, cùm vna facta esset p Salomonem, & alia per Dauid. Dicendum, quòd nō est verum, quòd fuerint iidem in numeratione facta p Salomonem, vt declarabitur seq. quęst. Et cùm dixit Salomon, q̄ habebat artifices, quos parauerat Dauid, & non facit mentionem de aliquibus aliis. Dicendū, quòd satis poterat stare, q̄ Salomon non haberet nūc plures artifices, quàm prius Dauid habuit, & tamē haberet plures cęsores lapidum, & portatores onerum, quia isti non computantur inter artifices, sed solùm proselyti erant determinati ad istud opus, vt colligit hic, & etiam pręced. lib. 22. cap. Et poterat nunc Salomon habere plures, quàm habuerat Dauid pater su⁹. Et sic dicendum, quòd istę tres numerationes sunt eadem, & facta est à Salomone post mortem Dauid, quando incipiebat ædificare templum.

*Quare Salomon rursus numerauit cæsores lapidum, quos nomierat pater suus. Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius, cùm iam Dauid numerasset lapidum cęsores, & portatores onerū, & assignauit illos ad opera sua quando Salomon ędificaret templum, ad quid Salomon rursus eos numerauit. Respondendum, quòd propter multa. Primò, quia incipiebat nunc opus, nam quando Dauid numerauit proselytos nondum incipiebat opus, sed manserunt in quiete sua vsquequo Salomon incepit ędificare, & quia tunc incipiebat opus, debebant tunc numerari, vt sciret Salomon quot erant isti proselyti, & qua liter eos in operibus suis distribueret, nam licèt essent septuaginta millia ad portandum onera, & octoginta millia ad cędendum lapides: tamen fortè non omnes cędebant



ędebant in eodem loco, nec de eodem genere lapi- A dum: sic etiam de portatoribus onerum, quia onera erant multiplicia, & quidam ascriberentur quibusdā oneribus, & alij alijs: & ad hoc necesse erat sciri numerum omnium, vt sciretur qui, & quot cuilibet generi oneris applicandi erant. Secundum erat, quia isti proselyti ponebantur sub manu prępositorum, cùm dicatur hic, quòd erant tria millia, & sexcenti prępositi, & sub quolibet illorum certi debebant esse proselyti, vt quilibet sciret quot subditos haberet, & quibus deberet imperare: & ad hoc necesse erat numerari omnes illos. Sic etiam fit in bellis, quando debet diuidi totus exercitus per duces, prius numeratur, vt sub quolibet duce certi milites constituantur: sic fecit Dauid in bello contra Absalonem 2. Reg. 18. cap. Tertium erat, B quia fortè Dauid non numerauit proselytos istos, sed solùm congregauit. Nam præcedenti lib. 22. cap. dicitur, quòd congregauit omnes proselytos, & constituit ex eis latomos, & portatores onerum: & non dicitur quot erant. Hic autem dicitur, quòd Salomon numerauit illos. Et satis verisimile est, quòd Dauid non numeraret illos, quia non erat tunc opus illos numerari. Nam Dauid non erat incohaturus ędificationem templi, cùm Deus vetuisset: sed Salomon inciperet, & ob hoc solùm parabat Dauid necessaria. Et quia inter cętera necessaria erant etiam portatores onerum, & lapidum cęsores, assignauit proselytos ad istud opus, & quia non erant aliquid operaturi tempore Dauid, non erant constituendi sub prępositis C tunc, nec erat necesse, quòd numerarentur: & hoc potissimè: quia totam vnam gentem, vel statum applicabat huic operi, scilicet, omnes proselytos: ideo satis erat, quòd ascriberet omnes illos huic operi, etiā si non numeraret illos: & sic innuitur prec. lib. 22. cap. Quartum erat, quia sicut fuit intentio Dauid ascribere huic operi omnes proselytos, prędicti lib. 22. cap. ita etiam voluit Salomon. Et quia numeratio facta per Dauid fuit aliquot annis ante numerationem factam per Salomonem, essent plures proselyti tempore numerationis secundæ, quàm primæ: quia tempore primæ numerationis sub Dauid multi de proselytis essent infra ætatem conuenientem labori: tempore autem numerationis secundæ illi ijdem essēt matuD ræ ætatis ad opus, & numerarentur: ideo debuit fieri numeratio secunda post Salomonem post dinumerationem, siue congregationem, quam fecit Dauid, & ista vltima est causa potissima.

*De istis prępositis. Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, de istis ppositis, quare soli proselyti ad istud opus segregati sunt. Aliqui respondent, quòd hoc fuit factum in ministerium ad signandum, quòd Gentiles Ecclesiam constructuri essent potius, quàm Iudęi: sic dicit Glo. ordinaria super tertium Regum, & super librum istum. Sed istud nō stat, quia ista est ratio allegorica, & nō literalis. Etiam, E quia manifestum est, quòd Salomon non sciebat an Ecclesia fabricanda esset à Gentilibus, vel Iudæis, cùm non haberet spiritum propheticum. Aliud ergo fuit quòd ipsum mouit. Item patet, quia cùm non solùm per tabernaculum Moysi, debuerat etiam illud ędificari à Gentilibus: & tamen non factum est, quia artifices fuerunt Beselehel de tribu Iuda, & Ooliab de tribu Dan, & cum eis alij viri eruditi: Exo. 31. Et isti erāt Iudæi, cùm tunc essent Iudæi impermixti Gentibus, quia erant in deserto. Et si dicas, quòd Aegyptij etiā erant cum eis, qui ascenderant, vt patet Exo. 12. & Nu. 11. Et isti poterant etiam adiuuare ad cōstructionem.

Dicendum, quòd verum est, quòd erant ibi Aegyptij iam conuersi ad Iudaismum, & tamen non fit ibi aliqua mentio de eis, quòd ædificauerint, vel construxerint aliquid, sicut dicitur hic de proselytis: & tamen si esset ista intentio scripturę. s. vt signaretur, q̄ de Gentibus venturi erant qui Ecclesiam ædificarent: etiam fuisset facta expressa mentio de Aegyptijs conuersis, quòd illi ētadiuuassent ad constructionē tabernaculi Moysi. Aliquis dicet, q̄ causa fuit, ppter honorē. s. vt Israelitę non implicarent laboribus istis: sed cōuersi ad Iudaismū, qui erant minoris auctoritatis, facerēt hoc. Dicendum, q̄ non stat, nam ēt Israelitę laborabant in operibus templi: quod patet, qa iudicio operariorum euntium in Libanū ad cędēdū ligna erat de Israelitis: vt patet 3. Reg. 5. de quo declarabitur magis seq. quęst. vtriq; ergo laborabant. Dicendum tñ est, q̄ factū fuit hoc propter honorē Israelitarū. Nam Israelitæ ex genere reputabantur maioris dignitatis, quā conuersi de Gentibus intantum, q̄ conuersis de quibusdā gentib⁹, nō licebat accipere vxores de Israelitis: nec habere aliquam dignitatem, vel prę eminentiā in populo: quod est nō intrare in Ecclesiam Domini: vt patet Deut. 23. Et ob hoc voluerat Dauid, & ēt Salomon imponere laborem totum istius ędificationis proselytis: quia tñ non potuerunt, eo q̄ erant pauci ad istud opus: imposuit partē eius Israelitis, & aliqui de eis cędebant ligna in Libano. s. triginta millia de eis, & proselyti faciebāt alia opera. s. cędebant lapides: & portabant onera, vt pa- G tet 3. Reg. 5. Et patet hoc in duobus, quia licèt non possent proselyti oēs labores subire: tñ fuerunt magis subiecti laboribus. Primò, quia omnes proselyti fuerunt subiecti laboribus cędendi lapides, & portandi onera: & tñ non fuerunt oēs Israelitę subiecti laboribus, sed solùm triginta millia de eis. 3. Reg. 5. Qui in Libano p mensem vnum laborabant, & quiescebant duobus mensibus. Secundum erat, quia proselyti mancipati fuerunt grauioribus laboribus, quàm Israelitæ, scilicet portandi onera, & cędendi lapides, & Israelitæ solùm cędebant ligna in Libano, quod erat leuius.

*Si inter istos proselytos computabantur triginta millia operariorum. Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, an inter istos proselytos computabantur triginta millia operariorū, de quibus dr 3. Reg. 5. s. Aliquis dicet, q̄ sic, qa omnes proselyti assignati fuerunt operibus, & Israelitæ erant milites, sed non vacabāt laboribus: sic patet 3. Reg. 9. s. Porro de filijs Israel non constituit seruire quemquā: sed erant principes exercitus. i. nō constituit Salomō, quòd aliquis de illis seruiret in operibus manualibus: sed soli Gentiles, & conuersi de Gentilitate seruiebāt. Dicendum autem, q̄ Israelitę laborauerant in cōstructione templi, sicut proselyti. Nam Salomon congregauit omnes proselytos, qui erant centū, & quinquaginta millia: & octoginta millia illorum cędebant lapides in montibus ad parietes, & patimētum templi, & septuaginta millia eorum portabāt onera humeris. Omnia alia ministeria ędificationis fieri debebant per Israelitas, vel Gentiles. Sed manifestū est, q̄ preter ista erant alia. s. cędere ligna, & portare: ēt parare illa, & postea construere templū. Ad cęsionē aūt lignorū elegit Salomon 30. millia de Israelitis: quorū 10. millia semper cędebant ligna in Libano, & 20. millia quiescebāt: & quęlibet decem millia cędebant vno mense ligna, & expleto illo redibant in domos suas, vt quiescerent: & succedebant alia decem millia alio mēse, & alia decem millia tertio mense, & quarto mense redibāt prima decē millia: & sic quelibet decē millia vno mense laborabant, & duobus mēsibus quiescebant, 3. Reg. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ista autem triginta millia virorum non erant de proselytis, sed de progenie Israelitarum: quod patet primò, quia Salomon numerauit omnes proselytos, qui erant centum quinquaginta millia, & octoginta millia de illis cędebant lapides in montibus, & septuaginta millia portabant onera. Et tñ erant triginta millia ad cędendum ligna in Libano 3.Reg.5. Nam dixit Salomon, quòd serui sui essent cum seruis Hiram in Libano ad cędendum ligna, ergo non erant isti triginta millia de proselytis. Secundò patet, quia hic in litera dicitur de omnibus istis, ꝙ erant proselyti, & 3.Reg.5. dicitur de illis triginta millibus, quòd erant de omni Israel electi. Ergo erant de omnibus tribubus Israel, & consequenter erant isti prꝫter proselytos. Tertiò patet, quia istis assignantur diuersi modi se habendi in officijs suis. Nam de proselytis dicitur, ꝙ portabant quidam illorum onera, & alij cędebant lapides, & non dicitur, quòd quiescerent aliquo tẽpore. De triginta millibus autem, qui operabantur in Libano, dicitur, ꝙ quęlibet decem millia illorum vno mense operabantur, & duobus mensibus quiescebant. 3.Reg.5. Ideo non erant illi de proselytis. Sic etiã multi alij fuerunt artifices in auro, argẽto, ferro, ęre, & alijs merallis, coco, purpura, bysso, & hyacintho, quos artifices congregauerat Dauid, & Salomon postea, vt patet prędictẽti lib. 22. cap. & supra in litera. Et isti non poterant esse de proselytis, cùm proselyti omnes diuisi essent per onerum portatores, & cęsores lapidum, vt patet in litera. Ideo oportebat, quòd essent de Hebręis.

*De propositis operum. Quæst. XXX.*

QVAERITVR vlterius, de prępositis operum, an de proselytis essent, vel de Israelitis, & ad qd erant. Respondendum, quòd erant de proselytis, ꝙa dicitur supra in litera, quòd erant centũ quinquaginta millia proselyti. Et tamen sola centum quinquaginta millia cędebant lapides, & portabant onera, vt patet in litera: ergo cęteri erant prępositi operum. Considerandum autem, quòd non poterant omnes esse isti ꝓpositi operum de proselytis. Nam omnes laborabãt prꝫter sexcentos portando onera, & cędendo lapides: & tamen prępositi erant tria millia, & sexcenti, vt patet in litera. Ideo dicendum necessariò, quòd aliqui de istis prępositis saltem erant de populo Israel: vnde dicunt quidam, quòd proselyti assumpti sunt ad faciendum opus, & nullus eorum prędidebat operibus, ꝙa non dabatur eis tanta dignitas: sed hoc commissum fuerat Israelitis: & isti sexcenti, qui erant vltra centũ, & quinquaginta millia non erant prępositi, sed fuerãt portatores onerum, vel cęsores lapidum, & non fit mentio de eis in summa. Sed dicitur, ꝙ erant octoginta millia cęsores lapidum, & septuaginta millia portantes onera, quia de paruo numero non fit mentio in tanta summa. Alij autẽ dicunt, quòd erant tria millia istorum prępositorum de Israelitis, & sexcenti de proselytis: quodlibet istorum satis potest stare. Dicẽdum autem, ꝙ prima positio est vera. s. ꝙ isti ꝓpositi omnes tria millia, & sexcenti essent de proselytis. Isti autem, ꝙ putãt fuisse quosdam de Israelitis errant, ꝙa non aduertũt ad literam, quę ponit centum quinquaginta tria millia, & sexcentos. Et cùm octoginta millia cędebãt lapides, & septuaginta millia portabãt ouera: Necesse erat ergo superabundare tria millia, & sexcentos proselytos, & isti erant prępositi operum. Ad secundum dicendum, quòd isti prępositi erant ad instigandum operarios, vt perficerent opus. Nam vbi nullus instat perit opus, & infideliter operarij agunt. Et iam erant isti operariorum prępositi ad ordinãdum quid singuli deberent agere. Oportebat enim, ꝙ aliqs haberet eis, quid facerent, cũ non deberet qlibet facere, qđ vellet. Et ad hoc erant constituti certi prępositi, qui hoc dicerent, & isti dirigebant operarios in omnibus.

## CAPITVLVM III.



ET cępit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco, quem parauerat Dauid in area Ornam Iebusęi. Cępit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui. Et hęc sunt fundamenta, quæ fecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum viginti. Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat. Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum. Sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem complectentes. Strauit quoq; pauimentum templi pręciosissimo marmore decore multo. Porro aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cœlauit Cherubim in parietibus. Fecit quoque domum Sancti Sanctorum, longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum. Et laminis aureis texit eam quasi talentis sexcentis: sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent. Cęnacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo Sancti Sanctorum Cherubim duos opere statuario.

*Et cœpit.* Hic ponitur de templi ædificatione, cùm in prędecentibus dictum sit de necessariorum prꝫparatione. Et diuiditur in duo. Quia primò ponitur ædificatio. Secundò ędificati templi dedicatio, infra. Prima in duas. Primò ponitur ædificatio templi, & Cherubim interiorum. Secundò ponitur fabricatio vasorum seq. cap. Prima in tres. Primò ponitur fabricatio mus exterioris, & interioris ædificatio. Secundò Cherubim ligneorum fabricatio, ibi. *Fecit etiam in domo.* Tertiò columnarum apparatio, ibi. *Ante fores etiam.*



*An hæc templi ædificatio continuetur ad prędecedentia, & immediatè fuerit. Quæst. I.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic sint continuata ad prædecedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus. Nam supra positum est de apparatione materiæ necessariæ ad ædificationem tẽpli, & talis ordo ponitur 3.Regum 5.& 6. Nam ibi, & cap.6. ponitur de ædificatione templi, & cap.5. ponitur apparatus, de quo habetur prædecedenti cap. Ad secundum dicendum, quòd ista fuerunt facta immediatè post prædecedentia, imò simul. Nam verum est, quòd aliquanto tempore prius cæpit operatio necessariorũ quàm inciperet ædificatio templi, de qua hic dicitur, cum prius deberet magna pars materiæ esse parata quàm inciperet ędificatio, quia aliàs perturbaretur ordo, & impedirentur ædificantes ex defectu materiæ. Et tamen postea cùm adhuc continuaretur cęsio lapidum in montibus, & lignorum in Libano, fiebat opus templi. Et continuatum est hoc quousque videretur, quòd iam non erat necessaria materia pro ædificatione. Circa primum dicitur. *Et cępit ędificare Salomon templum, aliàs domum Domini in Ierusalem.* Scilicet, parata magna parte materiæ cępit ædificare in Ierusalem, scilicet intra vrbem. Nam in monte Sion fuit templum ædificatum, vt patet in litera. *In monte Moria.* Idest, in monte visionis, quia sic interpretatur in Hebręo. Quis sit iste mons, infra dicetur in quadam quæstione. *Qui demonstratus fuerat Dauid patri eius.* Scilicet, Deus ostenderat istum locum Dauid, vt ibi ædificaretur templũ. Et ponitur hoc ad ostendẽdam dignitatem loci illius, scilicet, quia non voluntate humana locus ille fuerat electus ad faciendum ibi cæremonias diuinas, sed Deo iubente factum est. In quo apparet, quòd Deo locus iste acceptus erat. *In loco, quem parauerat Dauid.* Scilicet, Dauid parauerat, idest disposuerat locum illũ ad hoc, quòd fieret in eo templum. Et ista dispositio potuerat esse dupliciter, vno modo iubendo Salomoni, quòd ibi ædificaretur templum. Alio modo aperiendo loca, in quibus deberent poni fundamenta domus. Primum tamen est verius, eo quòd aperire loca pro fundamentis est aliquid ædificare. Dauid tamen totaliter erat prohibitus ædificare templum Domino: prædecedenti lib. 22.& 28. *In area Ornam Iebusæi.* Idest, illa area erat in Ierusalem in monte Sion, qui vocatur mons Moria, in parte suprema eius, & ibi templum ædificatum est. Vocabatur area Ornam: quia ibi tritabat Ornam Iebusæus segetes suas, quando angelus domini percutiebat Ierusalem peste. Et ibi etiam erat domus eius, secundo Regum 24.& prędecedenti lib. 21. cap. *Cępit autem ędificare mense secundo anno quarto regni sui.* Tres anni, & duo menses incompleti fluxerunt de regno Salomonis, quando cępit ędificare templũ. Et iste mensis secundus non erat secundus respectu anni, sed respectu anni regni Salomonis. Et sic non apparet, quod tempus anni erat siue quis mensis, quando fundatum est templum: non ædificauit autem Salomon templum ante tempus istud, quia non occurrerat sibi, vt declarabitur infra in quadam quæstione. *Et hæc sunt fundamenta, quę iecit Salomon, vt ędificaret domum Domini.* Scilicet ista, quæ sequuntur sunt fundamenta, scilicet quantum erat in longitudine, & latitudine. Nam quanti erant parietes isti, tantum erat fundamentum. *Longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta.* Scilicet, longitudo domus erat sexaginta cubitorum. Istud intelligitur non compræhendendo ibi atria templi: quia illa non erant pars aliqua templi, sed spatia quædam magna in circuitu templi. Latitudo erat viginti cubitorum: altitudo erat centum, & viginti: vt patet in litera. Dubitatur quare vocatur ista mensura prima. Et dicit Nicolaus, quòd intelligitur de illa mensura quam Deus dedit Dauid omnia ista scripta, quæ fieri debebant in templo: vt patet prædecedenti lib. 28. cap. scilicet. Omnia hæc venerunt ad me scripta manu Dei, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Postea Dauid dedit istam descriptionem Salomoni, vt per eam regeret se in omnibus, quę ageret ædificando templum, eodem capitulo, scilicet. Dedit Dauid descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, &c. Et in illa prima descriptione, quam dedit Deus Dauid erat longitudo cubitorum sexaginta. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia tunc non diceretur in mensura prima, sed in descriptione prima. Quia illa descriptio non erat mensura, sed descriptio data Dauid ad faciendum opus. & tamen dicitur in mensura prima. Item si hoc intelligeretur, non dicere tur potius in mensura prima quàm secunda, quia sicut in descriptione prima data Dauid à Deo fuit longitudo cubitorum sexaginta: ita etiam in secunda descriptione, quam dedit Dauid Salomoni: cùm ipse dicat, quòd omnia illa, quæ dicit Salomoni, venerunt ad eũ scripta opere Dei, prædecedenti lib. 28. cap. Et tamen dicitur specialiter in mensura prima. Item dato, quòd illa vocaretur mensura prima, non pertinebat ad propositum, quòd diceretur, quòd erat longitudo cubitorum sexaginta in mensura prima, nec secunda: cùm nihil per hoc determinetur de his, quæ pertinent ad ædificationem templi. Sed dicendum, quòd vocatur mensura prima ipsa longitudo templi, nam habebat templum tres mensuras, scilicet. Longitudinem, latitudinem, profunditatem, siue altitudinem. Et longitudo fuit in templo prima mensura: quia primò constructi fuerunt parietes duo, scilicet. Aquilonaris, & Australis, qui erant parietes longitudinis, deinde Orientalis, & Occidentalis, qui erant parietes latitudinis. Et ista erat mensura secunda. Quòd autem erigerentur in sublime vsque ad totam altitudinem suam erat tertia mensura, quę vocatur altitudo. Si autem primò facti fuissent parietes latitudinis, scilicet Orientalis, & Occidentalis, vocaretur latitudo mensura prima. *Latitudine verò cubitos viginti.* Scilicet, tota latitudo templi erat viginti cubitorum. Et ista erat ab Aquilone in meridiem, quasi ita erat longitudo parietis Orientalis, & Occidentalis. *Porticum verò ante frontem.* Scilicet, etiam fecit Salomon porticum ante frontem templi: vocatur frons pars Orientalis templi, quia illa est anterior, sicut in animali frons est pars anterior eius. Et erat ista porticus spatium quoddam ante portam templi, super quod pendebat tectũ quoddam ad magnitudinem porticus. Et non erat clausum muris per circuitum illud spatium. *Quę tendebatur in longum.* Idest, quæ extendebatur, scilicet, Porticus extendebatur in longum viginti cubitis. *Iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum viginti latitudo domus.* Scilicet templi, erat cubitorum viginti, vt patet supra in litera. Et quanta erat latitudo templi tanta erat longitudo porticus. Ratio huius est, quia porticus templi erat ad portam templi in parte Orientali, & extendebatur ab Aquilone in Austrum, & ꝙta erat latitudo templi, s. cubitorum viginti, erat tanta longitudo porticus. Latitudo autem erat ab Oriente in Occidentem cubitorum decem, vt patet 3. Regum 6. Ad quid esset ista porticus, & cur potius in fronte templi, quàm in alia parte: infra declarabitur in quadam quæstione. *Porro altitudo centum, & viginti cubitorum erat.* Et sic patet, quòd ista domus erat potius facta in modum turris, quàm domus: cùm altitudo esset dupla

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad longitudinem, & sexcupla ad latitudinem: vt patet in litera. Quomodo autem erat altitudo cubitorum centum & viginti, cùm dicatur 3. Regum 6. quòd erat triginta cubitorum, declarabitur infra in quadam quę stione. *Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo.* Scilicet, totam domum templi, erat enim templum diuisum in duas domos, scilicet. Domum exteriorem, & interiorem. Et vtraque erat deaurata interius super parietes: vt toti parietes viderentur aurei. Exterius autem non apparebat aliquod aurum: sed lapides albi marmorei, de quibus constructum erat templum. Vocatur aurum mundissimum, quia non erat mixtũ argento, vel alteri metallo, vt redderetur impurum. *Domum quoque maiorem.* Erat templum diuisum in duas domos secundùm longitudinem: quarum prima erat maior, scilicet exterior, & interior erat minor. Pro quo sciendum, ꝙ totum templum secundùm longitudinẽ erat cubitorum sexaginta, & diuidebatur in duas partes pariete intermedio, & diuidente, & relinquebãtur ad vnam partem quadraginta cubiti, & ad aliam viginti. Nam ad partem orientalem erat domus maior cubitorum quadraginta longitudine, & viginti latitudine. Et domus interior occidentalis erat cubitorum viginti longitudine, & tantumdem latitudine. Et ista vocatur Sanctum Sanctorum. *Texit tabulis ligneis abiegnis.* Scilicet, parietes domus per circuitum operuit tabulis, & etiam pauimentum, vt in illis affigerentur laminæ aureæ, vt sic tota domus videretur aurea. Sunt abiegna ligna de abietibus, quæ sunt ligna pretiosa in terra Chanaan, & Syriæ. Et tamen pretiosiores erant cedri. Vnde has solas speties lignorum fecit portari Salomon de Libano, scilicet cedros, & abietes: cedris tamen magis vsus est quàm abietibus: eo ꝙ abietes pulchræ erant, & tamen non ita fortes sicut cedri. Ideo de cedris factæ sunt trabes templi, & quidquid pondus sustinere debebat. De abietibus autem factę sunt tabulæ ad operiendum parietes: eo quòd ibi non exigebaẽ fortitudo aliqua ligni: sed sola pulchritudo, & imputribilitas. *Et laminas auri obrizi affixit per totum.* Ideſt, per totum spatium opertum tabulis abiegnis affixit Salomon laminas auri obrizi, & hoc, vt non appareret aliquod lignum in tota domo: sed quidquid in ea esset aurum videretur. Extenuebaẽ aũt massa auri in laminas, & illæ affigebantur clauis super tabulas abiegnas. Vnde non erat color auri, vel folium auri, sicut pictores apponunt, quia illud facilè perire poterat: potissimè in pauimento, quod pedibus sacerdotum conculcandum erat: sed erant laminæ aureæ aliqualiter grossæ affixæ. Vocatur istud aurum obrizum, ideſt obradians: quia quando purum est, valde radiat. Sed obijcietur, quia 3. Regum 6. dicitur, ꝙ templum, quod erat ante oraculum, scilicèt domus maior operiebatur tota cedrõ, & desuper laminis aureis: ita quòd nihil erat in domo illa, quod non auro tegeretur. Respõderi potest vno modo, quòd ista domus tota erat operta tabulis tam in parietibus quàm in pauimento: sed pauimentum operiebatur tabulis abiegnis. Parietes autem cedrinis tabulis. Et hoc colligitur eodẽ cap. cùm dicitur: Igitur ædificauit Salomon domum, scilicet domum maiorem, vt colligitur in litera, & consumauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis a pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & texuit pauimentum domus tabulis abiegnis. Postea autem, cùm fiat iterum mentio ibi de domo ista maiori, dicitur, cedro omnis domus vestiebatur intrinsecus, quod intelligendum est quantum ad parietes, qui erat operti tabulis cedrinis. Hic autem, cùm dicitur, quòd domus erat operta tabulis abiegnis, debet intelligi de pauimento domus, & sic tolletur contrarietas apparens. Aliqui solũt aliter dicentes, quòd cedri, & abietes accipiuntur pro eodem in Hebræo, & ideo aliquando dicuntur tabulæ cedrinæ, & aliquando abiegnę. Et sic etiam litera Latina sequuta est modum literę Hebraicæ vocans interdum cedrinas interdum abiegnas tabulas, sed istud non conuenit, quia tunc non fieret aliquando differentia inter abiegnas, & cedrinas tabulas: & tamen 3. Regum 6. dicitur, quòd parietes domus templi operiebantur tabulis cebrinis, & pauimentum operiebatur abiegnis, ideo tenendus est modus prædicendi. *Et sculpsit in ea palmas.* In ista domo maiori fecit Salomon sculpi palmas. Et istæ erant in tabulis parietum. Nam parietes, vt dicitur 3. Regum 6. erant operti tabulis cedrinis, & in illis tabulis erant opere sanctuario sculptæ palmæ. Dicitur autem 3. Regum 6. de ista domo maiori, quòd vestiebatur cedro habens tornaturas suas, & iuncturas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Istæ celaturę non declarantur ibi, quæ erant: sed postea dicitur, quòd erant palmæ, & Cherubim: hic autem solùm dicitur de palmis: qualis autem esset figura Cherubim infra dicetur. *Et quasi catenulas se inuicem complectentes.* Etiam in tabulis cedrinis erant sculptæ cathenulę, quę complectebantur se inuicem: sicut fit in catenis ad tenendum homines. Nam sunt circuli multi ferrei, & quilibet tenet alium, quia intra illum est. Et per hoc fit longa catena. Ita erat in tabulis, quia in qualibet erant aliqui circuli se complectentes. Et videbantur circuli vnius tabulę continere circulos alterius tabulę per continuationem quãdam, & sic fiebat quędam longa catena. In Hebręo nõ ponitur se inuicem complectentes, nec etiam erat nimis necessarium: sed litera nostra posuit illud ad declarationem aliqualem, eo ꝙ dicendo catenulas decebatur, ꝙ se inuicem continebant: cùm cathenę non fiant, nisi per hoc, quòd vnus circulus alterum tenet. *Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore.* Ideſt fecit pauimentum de marmore, sed sternere est proprium vocabulum quantum ad ea, quę locantur in plano sicut est pauimentum. Et vocatur hic templum tota domus tam exterior quàm interior. Nam totum pauimentum opertum erat marmore. Scientes, scilicet longitudo sua cubitorum viginti, & latitudo toridem, vt colligitur ex litera. Et quia latitudo totius templi erat cubitorum viginti, tanta erat longitudo Sancti Sanctorum quanta latitudo totius templi. Nam longitudo templi erat cubitorum sexaginta, latitudo viginti, altitudo centum viginti, vt patet supra in litera. Et sic tanta erat longitudo Sancti Sanctorũ quanta latitudo templi, & tanta latitudo Sancti Sancto rum quanta latitudo templi, & tanta latitudo: quia id quod erat latitudo templi, scilicet a pariete Aquilonari in meridianum erat latitudo Sancti Sanctorum. *Et latitudinem similiter cubitorum viginti.* Istud necesse erat, quia latitudo templi erat viginti cubitorum, & Sanctum Sanctorum erat quædam domus intra templum distincta a domo exteriori, pariete intermedio, & ista distinctio erat secundùm longitudinem, & non secundùm latitudinem, ideo licèt non maneret domui Sancti Sanctorum tota longitudo templi: manebat ei tota latitudo, & consequenter esset viginti cubitorum latitudine. *Et laminis aureis texit eam.* Scilicet, totam domum Sancti Sanctorum tam in tecto, quàm parietibus, & pauimento. *Quasi talentis sexcentis.* Scilicet, sexcenta talenta extenuata sunt in laminas ad tegendum totam domum Sancti Sanctorum. Erant autem istæ laminæ quadratæ ad regulam factæ: vt patet 3. Regum 6. Et hoc, vt coaptarentur inter se, ne maneret aliqua pars non operta auro, vel quòd non extenderetur alicubi vna lamina super aliam, ita vt videretur aliquod deforme, & inęquale. *Sed, & clauos aureos.* Scilicet, ad figendum laminas super tabulas necessarij fuerunt claui. Et isti etiam erant aurei:



bens mixtionem, vel impuritatem alterius metalli. Et dicitur, ꝙ texit domum, ideſt totam domum, scilicet templum interius, & exterius, siue Sancta Sanctorũ, & domum exteriorem, & tegebatur tota auro tam in tecto quàm parietibus, & pauimento. Et tamen, cùm dixisset scriptura, ꝙ tota tegebatur, explicuit postea aliquas partes, & ostia. Non tamen est intelligendum, quòd aliæ partes præter istas non essent opertæ auro: nam totum operiebatur cùm nihil esset in tota domo, quod non auro tegeretur: vt patet 3. Regum 6. *Et trabes eius.* Istæ sunt trabes templi, quæ per ueniebãt à pariete aquilonari in meridianum, & super eas ponebantur tabulæ tecti. Istæ trabes erant grossissimæ de cedro, & multæ ad sustinendum magnum pondus, & erant opertę laminis aureis. Erant autem istæ trabes tam in domo exteriori quàm in Sancta Sanctorum, & vtrobique erant auro opertæ. *Et postes.* Isti erant cedrini ad sustentandum trabes, vel fortè erant isti postes portarum, quicunque autem essent autoris erant operti. *Et parietes.* Intelligitur de parietibus totius templi tam interioris domus, scilicet Sancti Sanctorum quàm exterioris, scilicet maioris. Nam toti parietes auro operiebantur, vt nihil esset in eis, quod non aurum videretur: vt patet 3. Regum 6. *Et ostia.* Erant ostia in domo exteriori, & interiori. Nam domus exterior habebat vnam portam in parte Orientali, & duæ ianuæ eius auro opertæ erant. Erat alia porta in Sancta Sanctorum a parte Orientali, & etiam ianuæ illius operiebantur auro. *Et cælauit Cherubim in parietibus.* Ideſt fecit in parietibus templi figuras Cherubim opere cęlatoris siue sculptoris. Etiam factæ erant palmæ: vt patet supra in litera. *Fecit quoque domum Sanctis Sanctorũ.* Hic ponitur de constructione secundæ domus, scilicet interioris, quæ vocatur Sanctum Sanctorum, in qua erat arca. *Longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti.* Scilicet, fecit longitudinem domus Sancti Sanctorum viginti cubitorum quanta erat latitudo totius templi. Pro quo sciendum, ꝙ Sanctum Sanctorum erat domus quadrata æqualis ex omni parte, scilicet longitudo sua cubitorum viginti, & latitudo templi erat cubitorum viginti, tanta erat longitudo Sancti Sanctorum quanta latitudo totius templi. Et sic in meridianum erat latitudo Sancti Sanctorum. *Et latitudinem similiter cubitorum viginti.* Istud necesse erat, quia latitudo templi erat viginti cubitorum, & Sanctum Sanctorum erat quædam domus intra templum distincta a domo exteriori, pariete intermedio, & ista distinctio erat secundùm longitudinem, & non secundùm latitudinem, ideo licèt non maneret domui Sancti Sanctorum tota longitudo templi: manebat ei tota latitudo, & consequenter esset viginti cubitorum latitudine. *Et laminis aureis texit eam.* Scilicet, totam domum Sancti Sanctorum tam in tecto, quàm parietibus, & pauimento. *Quasi talentis sexcentis.* Scilicet, sexcenta talenta extenuata sunt in laminas ad tegendum totam domum Sancti Sanctorum. Erant autem istæ laminæ quadratæ ad regulam factæ: vt patet 3. Regum 6. Et hoc, vt coaptarentur inter se, ne maneret aliqua pars non operta auro, vel quòd non extenderetur alicubi vna lamina super aliam, ita vt videretur aliquod deforme, & inęquale. *Sed, & clauos aureos.* Scilicet, ad figendum laminas super tabulas necessarij fuerunt claui. Et isti etiam erant aurei: vt totum opus de auro videretur. *Ita, vt singuli quinquagenos siclos appenderent.* Scilicet, erant isti claui facti in tali pondere, ꝙ quilibet eorum appendebat quinquaginta siclos. Est siclus moneta argentea, & interdum aurea, vt patet 2. Regum 24. Et præcedenti lib. 21. cap. Et est certi ponderis: scilicet, quia viginti obolos continet: vt patet Leuit. 27. & Numeri 3. & 18. Et erant isti sicli minoris valoris, quàm florenus de Aragonia. Nam vnus aries mediocris valebat siclos duos: Leuit. 5. Erant autem isti claui magni, & grossi cùm quilibet appenderet quinquagenos siclos, velut si esset vnus clauus ponderis triginta, vel quadraginta florenorum de Aragonia. *Cænacula quoque texit auro.* In hoc est dubium quid velit intelligi scriptura per cænacula, & aliqui intelligunt capita clauorum: nam in Hebræo dicitur. *Capita texit auro.* Vbi nos dicimus cænacula texit auro, & rectè posset hoc intelligi de capitibus clauorum, scilicet, quòd illa operta erant auro, vt totum appareret aurum si fortè claui non essent de auro, & tamen dicitur, quòd erant aurei, ideo non oportebat capita eorum auro operiri. Ideo Hieronymus transtulit cænacula, vbi litera Hebraica dicit capita. Et vocantur cęnacula duæ domus superiores templi. Pro quo sciendum, ꝙ altitudo templi erat centum & viginti cubitorum: vt patet supra in litera. Et erat diuisa per tres partes. Nam a pauimento vsque ad triginta cubitos altitudinis erat altitudo domus inferioris, quæ erat duplex, scilicet domus exterior, & Sanctum Sanctorum, & in illa altitudine erat primum tectum: deinde reliqua altitudo cubitorum nonaginta diuisa est per duas partes æquales, & in medio positum fuit tectum. Et deinde vsque ad summitatem parietum erat alia domus, & tertium tectum, & sic fuerunt tres domus secundùm altitudinem. Sicut etiam fit in domibus vulgaribus, in quibus interdum altitudo domus diuiditur in quatuor, vel in quinq;, aut plures domos. Et domus prima istarum, quę erat apud pauimentum vocabatur templum, in qua erant omnia, de quibus fit mentio tam hic quàm in libris Regum. De omnibus autem superioribus non fit mentio aliqua, eo ꝙ non fiebat in eis aliqua ministratio sacra. Et istæ domus vocantur hic cęnacula: sic etiam vocantur precedenti libro cap. 28. scilicet cęnacula, vel celaria, quod idem est, & de istis dicitur hic, ꝙ erant operta auro: quia fortè affixit tabulas in parietibus, & in illis laminas aureas, & sic ambę illæ domus superiores essent celatę auro ad magnam pulchritudinem. In Hebręo dicitur (peruaim) vbi litera nostra dicit probatissimum, s. aurum probatissimum, & Hebręi intelligunt, ꝙ peruaim est nomen alicuius regionis, de qua erat istud aurum, & fortè est verum, s. ꝙ aurum illius regionis purissimum erat: sicut dicitur Gen. 2. de auro regionis Heuilath, ꝙ aurum terrę illius optimum est. In Hebręo dicitur. *Parietes, & operturas.* Vbi litera nostra dicit trabes, & postes, & vocantur postes parietes: quia apud parietes sunt, & tenduntur in altũ sicut parietes: operturę vocantur trabes, & hoc satis conuenit, quia trabes operiunt domum, cùm sint in tecto.

### *Templum Salomonis ad quid fuerit constructum.*
### *Quæstio II.*

QVAERITVR Circa prædicta, & primo circa ædificationem templi Salomonis ad quid constructum est: quia non videbatur necessarium, cùm esset tabernaculum Moysi, in quo possent fieri omnia, quæ fiebant in templo Salomonis. Dicendum, quòd Deus habebat Israelitas in populum peculiarem: Exo. 19. & Deut. 7. & dederat eis leges qualiter eum colerent,

rent, & qualiter inter se communicarent, quod non fecerat alijs gentibus: vt patet Psal. 147. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et quia cæremoniæ cultus diuini in aliquo loco determinato fieri debebant, & habere aliqua vasa determinata, quibus explerentur: voluit Deus facere quandam domum, in qua fierent, & ꝙ etiam fabricarentur certa vasa, quibus ministraretur in domo illa, & quia illico post dationem legis cœperunt Israelitæ esse populus Dei: vt patet Exod. 19. Debuerunt mox habere Israelitæ aliquid, in quo possent frequentare cæremonias cultus diuini. Et quia in deserto non poterat fieri domus stabilis ad colendum Deum, eo ꝙ non erant mansuri ibi semper Israelitæ: sed transituri in terram Chanaan: debuit fieri aliqua domus portatilis, quæ locatis castris posset extendi ad celebrandum cæremonias diuini cultus: sicut tentorium. Et depositis, vel motis castris posset deponi, & portari in via: & sic factum est tabernaculum per Moysem, quod partim de tabulis, & partim de pellibus, & alijs operimentis erat: vt patet Exo. 21. & 24. Et istud portabatur per desertum de loco in locum. Et cùm castra figenda essent, erigebatur tabernaculum. Cùm verò essent mutanda deponebatur, & portabatur a Leuitis: Num. 3. & 4. & 9. & sic factum est per quadraginta annos in deserto. Et postea cùm introierunt Israelitæ in terram Chanaã, mansit aliquanto tempore in Galgalis, vt colligit Ios. 9. & 10. Deinde acquisita magna parte terræ Chanaan viuente Iosue locatum est in vrbe Silo: Iosue 18. & postea mutatum est per aliqua loca quousq; factũ est templum Salomonis, vt declaratum est præcedenti c. in quadam quæstione. In isto tabernaculo fiebant omnes cæremoniæ cultus diuini vsquequo factum est templum Salomonis. Et tamen non decuit, ꝙ istud semper maneret, sed ꝙ fieret aliquod templum, quale fecit Salomon, vt ibi honorabiliter Deo ministraretur. Causa autem fuit, quia locus in quo Deus ministraretur esse debebat pretiosius valde, s. plus quàm hominum habitationes, & tamen tabernaculum Moysi nõ erat locus valde honorabilis, ideo debuit fieri aliud tẽplum in quo ministraretur Deo. Patet istud: quia Dauid quando offerebat munera ad ædificandum domũ Domino, ostendens, ꝙ domus deberet esse valde pretiosa, & magni honoris ait: Opus enim grande est, nec enim homini paratur habitatio, sed Deo. Sic etiam Salomon dixit ad Hiram præcedenti c. s. domus, quam ædificare cupio magna est: magnus est enim Deus noster super omnes Deos. Quod autem tabernaculum factum per Moysem non esset locus conueniens honori magno Dei patet, quia erat parua domus, & erat facta de tabulis, & operimentis pellium. Et ista causa mouit Dauid ad volendum ædificare Domino templum: vt patet præcedenti libro c. 17. s. Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem Dei sub pellibus est: quasi dicat inhonestum est, quia in maiori honore deberet esse arca Dei quàm aliquis homo: ideo deberet habere habitationem pulchriorem, & Deus a principio iussisset fieri templum pulchrum: sicut fuit templũ Salomonis, nisi astitisset necessitas mouendi de loco ad locum: potuit tunc, & debuit fieri templum, in quo coleretur Deus.

*Quum templum istud fieri debuisset, cur non factum fuit ante Salomonis tempus.*

*Quæstio III.*

QVAERITVR vlterius, dato ꝙ aliquando templum istud fieri debuisset, quare non factum est vsq; ad tempus Salomonis. Respondent quidam, s. Rabbi Moyses de Aegypto, & etiam Sanctus Tho. in prima secundæ, s. ꝙ non factum est templum a principio introitus Israelitarum in terram Chanaan propter timorem hostium, quia a principio hostes Iudæorum erant potentes. Et si Iudæi in aliquo loco ædificassent templum, hostes videntes, ꝙ tota spes Iudæorum erat in Deo suo, qui colebatur præcipuè in templo illo, cõ- G uenissent ad destruendum templum illud: cùm autem tabernaculum erat portatile, mouebatur de loco ad locum, & si in vno loco non erat securum, esset in alio. Secunda causa, & potior est: quia templum, quod Deo fabricandum erat, debebat esse magnarum diuitiarũ, & pulchritudinis: vt videretur conuenire honori Dei, & quia a principio Iudæi erant pauperes, nec poterant construere ædificium tantorum sumptuum: non debuit fieri a principio: nec etiam tempore iudicũ, quia omnes iudices Israel erant pauperes: eo ꝙ potestas iudicum parua erat: cùm non possent imponere tributa, vt declaratum est in prologo super librum Iudicum, in quadam quæstione, & etiam primo Regum 8. Primus etiam rex Israel, scilicet Saul, non potuit hoc facere, quia pauper fuit, & rusticano labori vacabat, primo Regum 11. Deinde Dauid fuit rex diues, quia fecit multa bella contra gentes, in quibus acquisiuit multũ aurum, & argentum, & alia pretiosa, quæ omnia consecrauit pro ædificatione templi 2. Regum 8. & præcedenti lib. 18. & postea cùm a Deo vetitus esset ædificare templum, præcedenti lib. 21. & 28. omnia, quæ H gregauerat de bellis, & multa alia de redditibus regni sui, parauit in expensas ædificationis ipsi Salomoni, eodem lib. 22. & 28. & 29. cap. Salomon autem, qui ædificauit templum, fuit valde diues: quia Deus fecit eũ diuitem super omnes reges. 3. Regum 3. & præcedenti c. ideo ipse conuenienter potuit ædificare templum, & non prædecessores sui. Tertia causa, & adhuc potissima fuit importunitas bellorum. Nam ædificatio templi exigebat magnum tempus. Salomon quippe licèt cum magna solicitudine ædificasset, non potuit cõsumare, nisi in septem annis. 3. Regum 6. a fortiori si fuissent bella. Nam secundum templum, quod ædificatum est post reditum de Babilone, non fuit tantæ gloriæ sicut templum Salomonis: ita vt illi, qui viderunt templum Salomonis, & postea viderũt illud reædificatum, plorabant voce magna, vt patet Esdræ. c. 3. Et tamen illud templum reædificatum est annis quadraginta sex: vt patet Ioan. 2. Et hoc, quia aliqua impedimenta bellorum fuerunt illo tempore per Samaritanos. Nam media pars Iudæorum faciebat opus, & media pars tenebat arma: vt patet Nehemię 4. A fortiori ergo si templum Salomonis factum fuisset tempore bellorum, non potuisset cõsumari fortè in centum annis. Et patet hoc, quia ad opus templi requirebantur multi operarij. Nam cæsores lapidum, & portatores onerum præter omnes alios artifices erant centum & quinquaginta millia, præcedenti cap. & 3. Regum 5. non ergo sufficerent Hebræi dirigere ad bellum multitudinem, & tantam multitudinem ad opera templi. Potissimè, quia operarij templi erant inermes, cùm solis laboribus vacarent. Et si hostes irruerent super Israelitas, necesse erat, quòd ab istis operibus cessarent, vel ꝙ ab eis trucidarentur, cùm essent inermes, vel haberent magnam multitudinem armatorũ defendentium operarios: sicut factum est in reædificatione templi, s. quia media pars Iudæorum tenebat lanceas, & alia arma, & alia dimidietas faciebat opus: Nehemię 4. cap. Item ad ędificationem istam erat necessaria multitudo expensarum. Ad bellum autem multę expensę requirebantur, & si omnia simul tractari deberent, non sufficeret aliqua diuitiarum copia: ideo fuit necessaria omnimoda tranquilitas tempore ędificationis templi. Et quia ista pax non potuit haberi illico, vt Israelitę introierunt in terram Chanaan, cùm ipsi essent pauciores quàm Chananæi, non debuit ędificari templum a principio introitus Israelitarum in terram Chanaan. Ex eadem causa non debuit ædificari templum toto tempore iudicum, quia tunc erant bella: cùm non solùm pugnarent Israelitæ contra hostes, sed etiam ipsi hostes premerent Israelitas: vt patet ex toto processu libri Iudicum, ideo non debuit tẽpore iudicum ædificari templum. Eodem modo nõ debuit ędificari tempore Saulis primi regis Israel, quia licèt ipse cœperit liberare Israel de manu Philisthinorum, & aliarum gentium: tamen tota vita sua fuit bellis implicitus, & in eis defunctus est a Philisthinis occisus primo Regum vltimo. Gerebat autem bella contra Idumæos, Moabitas, Ammonitas, Siros, & Sidonios, Philisthinos, & Amalecitas. primo Regum 4. Ideo non poterat vacare ædificationi templi. Tempore autem Dauid erant Israelitæ aliqualiter pacati, & tamen adhuc multa bella fecit: nam pugnauit cõtra Philisthinos, Moabitas, Ammonitas Idumæos, & Siros, & contra domum Saulis 2. Regum 8. Et præcedenti lib. 18. c. & ab istis bellis non cessauit vsq; ad senectutem: ideo cùm putaret se quietum, & vellet ædificare templum domino 2. Regum 7. Deus dixit ei, ꝙ erat vir bellator, s. assuetus bellis, & adhuc pluribus assueturus erat, & ob hoc non posset ædificare templum Domino: quia in diebus eius fuit magna pax. Nullum enim bellum tempore suo gestum legitur. Quòd autem ista fuerit causa, quare Salomon ędificare debuit domum Domini, & non aliquis alius, patet præcedenti lib. 22. cap. s. non poteris ędificare templum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Filius autem, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. Nam requiescere eum faciam ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam pacificus vocabitur, & pacẽ, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. Ipse enim ædificabit domum nomini meo. Sic etiam dicitur Eccles. 47. scilicet. Salomon imperabit in diebus pacis, & subiecit sibi dominus hostes, vt ędificaret domum nomini suo: post Salomonem autem fieri non debuit, quia nunquam fuit aliquis rex ita pacificus, sed potius tempore Roboam filij eius diuisum est regnum in duo, & fuerunt postea multa bella inter vtrosque reges: vt patet ex processu tertij, & quarti Regum. Et sic non debuit templum ædificari ante tempus Salomonis, nec debuit expectari post eum, quòd alius ædificaret illud.

*Cum ędificari debuit templum per Salomonem, cur ędificatum non fuit in principio dominij sui.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm templum ædificari deberet per Salomonem, cur non ædificatũ est in principio regni sui: sed in principio anni quarti. Aliquis dicet, ꝙ hoc factum est: quia Salomon non habuit omnem apparatum, qui requirebatur ad istud opus in principio regni sui. Requirebatur autem magnus apparatus secundùm magnitudinem operis. Expectauit autem vsque ad quartum annum, quia vsque ad illud tempus non erat factus apparatus. Dicendum, ꝙ hoc non stat, quia Dauid reliquerat omnes impensas necessarias pro sanctuario ędificando tam in lignis, lapidibus, quàm in auro, argento, & alijs necessarijs: præcedenti lib. 22. cap. Et dato, ꝙ aliquid deesset: tamen potior pars expensarum iam esset facta, & posset illico Salomon incohare opus mortuo Dauid, si aliud non obstaret. Dicendum ergo, ꝙ impedimentum aliud fuit. Nam Salomon obligabatur ædificare templum tam præcepto Dei, quàm Dauid patris sui 3. Regum 7. Et præcedenti lib. 17. & 22. & 28. Et quia Dauid parauerat ei materiam ad hoc, tenebatur in principio regni sui incipere, nisi aliquid impediret. Fuit autem impeditus, quia habebat Salomon insidiato res in regno, scilicet Adoniam fratrem suum, qui conabatur ei regnum auferre, & Ioab principem militiæ, & Abiathar summum sacerdotem 3. Regum primo, & secundo. Et quousque occidit Adoniam, & Ioab, & exilio tradidit Abiathar aliosque sequaces ipsorum perdidit, nõ fuit confirmatum regnum in manu eius. Et post hoc dicitur, ꝙ confirmatum est regnum in manu Salomonis: patet hoc ex processu tertii Regum. Nam primo, & secundo eodem capit. ponitur de istis insidiatoribus Salomonis, & occisione eorum, & 3. c. subiungitur: Confirmatumque est regnum in manu Salomonis. Et ante hoc non poterat Salomon ædificare templum, quia erat in bellis, scilicet habebat bella intestina, cum nondum haberet pacem cum subditis suis, ideo non debuit ędificare templum, quousque confirmatum esset regnum in manu eius. Non fuit tamen confirmatum quousque transierunt de regno Salomonis plus quàm tres anni, vt declaratum est supra primo capitu. in quadam quæstione, ideo vsque ad quartum annum regni sui, non potuit ædificationem C incohare: nec obligabatur ad hoc cùm nondum occurrisset sibi opportunitas. Confirmato autem regno, cùm iam nihil obstaret, si illico non inciperet ędificare erat negligens, & tunc peccaret.

*Cum Salomonis templum succederet in locum tabernaculi Moysi, cur non seruauit in omnibus eius formam.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius circa habitudinem templi Salomonis, quare non seruata fuit in omnibus forma tabernaculi Moysi. Nam templum Salomonis succedebat loco tabernaculi Moysi, ideo videtur, ꝙ debebat ei simile esse in omnibus, & tamen D non fuit, quia non erat eiusdem mensurę in magnitudine. Etiam non fuerunt talia vasa omnino. Respondendum, ꝙ templum Salomonis aliquo modo succesit tabernaculo Moysi, & aliquo modo non. Nam dicitur ei succesisse inquantum ministrationes illę, quæ fuerunt in tabernaculo Moysi, factę fuerunt postea in templo Salomonis. Et ista erat successio temporis. Tamen non erat omnimoda, & propria successio: eo ꝙ tabernaculum Moysi, & templum Salomonis, non erant in eodem genere artificanti ex conditione finis, sed vnum erat tanquam perfectum, & aliud tanquam imperfectũ. Et sicut naturaliter imperfectum ordinatur ad perfectum: ita necesse erat, ꝙ tabernaculum E Moysi ordinaretur ad templum Salomonis. Et sicut natura incipit ab imperfecto tendendo ad perfectum, ita in arte fuit, s. ꝙ prius esset tabernaculum Moysi, quod erat imperfectum, & postea fieret tabernaculũ siue templum Salomonis. Et quia perfectum, & imperfectum, licèt non differant omnino in specie: tamẽ aliquid est in re perfecta, quod non est in imperfecta, oportet, ꝙ tabernaculum Moysi in aliquo conueniret cum templo Salomonis: non tamen oportet, ꝙ conuenirent in omnibus. Et sic fuit: nam templum Salomonis erat stabile, tabernaculum Moysi erat mobile, & istud prouenit ex imperfectione, s. quia tabernaculum Moysi moueri debebat de loco ad locum propter mutationem Hebræorum, & propter persecutiones

nes hostiles: templum Salomonis non debebat esse mobile, cùm iam nulla necessitas esset ad mouendũ. Et sic cùm Dauid loqueretur de ædificatione futura templi in Ierusalem. Dixit Dauid requiem dedit Deus populo suo, & habitationem in Ierusalem vsque in æternum. Item differebant, quia templum Salomonis fuit maius mensura quàm tabernaculum Moysi & patet hoc, quia longitudo tabernaculi Moysi, fuit triginta cubitorum, & latitudo decem, & altitudo totidem: vt patet Exo. 26. Et tamen longitudo templi Salomonis fuit cubitorum sexaginta, latitudo cubitorũ viginti, altitudo centum & viginti, vt patet supra in litera. Causa fuit, quia templum Salomonis debebat esse honorabilius tabernaculo Moysi, & ob hoc debebat esse tantæ magnitudinis, quanta sufficeret ad faciẽdum illud honorabile, cùm nihil impediret: quia illud esset valde magnũ. De tabernaculo Moysi secus fuit, quia illud erat portatile cùm moueri deberet per viã. Et quia si esset valde magnum, sicut templum Salomonis, non esset portatile, factum est minoris quantitatis, vt portari posset. Templum autem Salomonis non erat portandum, ideo poterat fabricari in quantacunque magnitudine. Item erat differentia in vasis in magnitudine eorum, & in materia: nam altare holocaustorum in tabernaculo Moysi erat cubitorum quinque in longitudine, & totidem in latitudine, in altitudine autem cubitorum trium: Exo. 27. Altare autem holocaustorum templi Salomonis erat cubitorũ viginti in longitudine, & totidem in latitudine, & decem cubitorum in altitudine: sequenti cap. Causa erat, quia altare tabernaculi Moysi erat portatile, & si esset tantę magnitudinis efficeretur importatile: altare templi Salomonis nõ erat portandum de loco ad locum: ideo poterat construi in tanta magnitudine, quæ sufficeret ad capiendum hostias: ideo tantum factum est. Etiam altare Moysi erat de lignis setim opertum laminis æneis. Altare autem templi Salomonis erat totum æneum: Exo. 27. & sequenti c. Et hoc fuit, quia altare tabernaculi Moysi erat portandum de loco ad locum, & si esset totum æneum, esset tãti ponderis, quod importatile efficeretur. Altare templi Salomonis nõ erat mouendum de loco ad locum, ideo siue esset æneum, siue de quacunque alia materia graui nihil obstabat. Item erat differentia in numero vasorum, quia multo plura vasa erant in templo Salomonis, quàm in tabernaculo Moysi: nam in tabernaculo Moysi erat vnicum candelabrum: Exo. 26. In templo Salomonis erant decem candelabra aurea. 3. Regum 7. Et multa alia argentea, præcedenti lib. 28. cap. Item in tabernaculo Moysi erat vnica mensa propositionis aurea: in templo autem Salomonis erant multæ mensæ argenteæ, & aureæ: de tabernaculo Moysi: Exo. 25. & 26. De templo Salomonis: præcedenti lib. 28. cap. & 3. Reg. 7. Item erat quædam differentia in habitudine vasorum: nam in tabernaculo Moysi candelabrum erat ad partẽ meridianam tabernaculi: Exo. 26. In templo Salomonis quinque candelabra erant ad latus aquilonare, & totidem ad meridianum. 3. Regum 7. Causa autem istorum erat paupertas, & honor, s. Hebræi erant pauperes in exitu de Aegypto, quando fabricatum est tabernaculũ Moysi, ideo non poterant impendere multum aurum, & argentum ad faciendum inde multitudinem vasorum. Cùm autem fabricatum est templũ Salomonis, erant diuites valde, quia ipse Salomon erat ditissimus, & poterat impendere multum aurum, & argentum ad diuersa vasa. Alia causa fuit honor: nam tabernaculum Moysi, non erat aliquid perfectum, in qun Deo dari deberet tantus honor, quantum rationabilo Dei erat ab hominibus: sed erat aliquid ordinatũ ad templum Salomonis, in quo suppleretur quidquid imperfectionis fuerat in tabernaculo Moysi. Ideo plura vasa, & maiora atque pulchriora esse debuerunt in templo Salomonis, quàm in tabernaculo Moysi. Et sic in quibusdam alijs differebant: in plurimis tamen conueniebant: quantum ad illa autem in quibus conueniebant, non oportet inquiri causam, sed solùm ad illa, in quibus disconueniebant.

*Quare templum fuit potius fabricatum in Ierusalem, quàm in alia ciuitate Israel.*

*Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius, quare templum Salomonis potius fabricatum est in Ierusalem, quàm in alia vrbe terræ Israel. Dicendum, quòd hoc fuit ex mãdato Dei. Nam Deus reuelauit Dauid, q templũ ædificandum sibi esset in Ierusalem in monte Moria, siue monte Sion. Et ostendit ei locum, vt patet in litera. Scilicet, cepit ædificare Salomon domum Domini in monte Moria in loco, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in area Ornam Iebusæi. Et tamen non licebat transgredi voluntatem Dei: ideo debuit ædificari in Ierusalem. Sed dicetur quare potius Deo iussit ędificari templum in Ierusalem, quàm in alio loco? Respondet Rabbi Abra. Abben Ezra, super Exodum, q factum est hoc, quia locus illæ erat, magis dispositus ad recipiendum virtutem cœli, quàm alia loca terræ Israel. Sed iste errat nimis tam in fide, quàm in natura: nam templum constructum est, vt inuocaretur in eo nomen Domini, & exaudiret ibi Deus orationes supplicantium: vt patet 3. Regum 8. & infra 6. Et tamen ista non indigent aliqua virtute cœli derivata: cùm virtus cœli, quæ naturaliter deriuatur in ista inferiora sit influxus corporalis, & talis influxus determinat locum, quia dependet a re materiali, & sit potius in vno loco, quàm in alio, eo q non respiciunt corpora cœlestia eodem aspectu omnes partes terræ, & sic necesse est meliorem cœli influentiam esse super quasdam regiones, quàm super alias, & tamen ad opus sanctuarij, & finem eius non erat necessaria aliqua talis deriuatio virtutis cœlestis: cùm solùm Deus deberet accaptare cultum, qui impẽdebatur ei in tali loco, & exaudire orationes, quæ in ipso loco fundebantur, & tamẽ istud est opus pure voluntatis: voluntas non solũ Dei, sed etiam nostra non mouetur motu naturali ex operatione alicuius corporis cœlestis, sed omnino est absoluta, quia est immaterialis: a fortiori ergo voluntas Dei nõ dependebit ab aliqua operatione cœlesti, ideo non magis arctabitur per virtutem cœlestem ad volendum remittere peccata, vel exaudire orationes in vno loco, quàm in alio. Item magnus error est, q quis dicat materialia posse agere super immaterialia, & tamẽ corpora cœlestia materialia sunt, & modo materiali, & diuisibili influunt: ideo influxus suus non se extendit ad intellectum, & voluntatem, quæ sunt potentiæ immateriales, & tamẽ stante positione Rabbi Abra. Abben Ezra, diceremus, q virtus cœli, quæ influebatur super vrbem Ierusalem erat talis, quę determinabat voluntatem Dei ad volendum exaudire preces ibi fusas, & super alias vrbes non erat talis influentia cœli, quæ sic determinaret voluntatem Dei, ad exaudiendum preces ibi fusas, & acceptandum cultum ibi impensũ. Istud autem magnum inconueniens est: quia non solùm ponimus materialia habere actionem super immaterialia, sed etiam, quòd corpora cœlestia possunt super Deum. Ideo dicendum, quòd causa quare in Ierusalem ædificatum fuit templum, fuit voluntas Dei: scilicet elegit vnum locum, & non alium. Sic enim ipse dixit, vt patet infra 6. scilicet, a die, qua eduxi populum meum de Aegypto, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea. Ratio autem quare Deus illam vrbem potius, quàm aliam elegit, fortè fuit, quia erat ciuitas regalis, & conueniebat magis honori Dei: nam cùm rex semper maneret in vrbe illa, necesse erat, q locus ille esset honorabilior, & magis frequentatus a turbis, quàm quælibet alia ciuitas, & sic occasione curię regalis frequentaretur magis cultus diuinus, quàm aliàs.



*Quæ fuit iste mons Moria, in quo templum fuit constructum.*

*Quæstio VII.*

QVAERITVR vlterius, quis fuit iste mons Moria, in quo fabricatum est templum. Aliquis dicit, q est nomen proprium montis, sicut dicitur mõs Galaad, mons Saron, & Sanir, & Selmõ, & erat aliquis mons in Ierusalem, qui sic vocaretur. Dicendum, q non stat, quia Moria apud Hebræos est nomen appellativum signans visionem, & vocatur mons visionis. Pro quo sciendum, q templum fuit ædificatum in Ierusalem in monte quodam, qui vocatur communiter mons Sion. Erat enim illa pars altior vrbis, & ibi erat castrum, quod cepit Dauid de manu Iebusæorum. 2. Regum 5. & precedenti cap. 11. & in ipso castro fabricate sunt domus cedrinę ipsi Dauid, & postea templũ constructum est ibi. Vocatus fuit etiam mons ille Moria, id est visionis a quodam euentu, scilicet, quia Deus visus fuit ibi deuotionem Abrahæ volentis immolare filiũ suum Isaac ad præceptum eius, & prouidit ei dando arietem, quem immolaret, & liberando a morte Isaac. Sic patet Gen. 22. scilicet. Leuauit Abraham oculos, & vidit arietem hęrentem inter vepres cornibus, & assumens obtulit illum in holocaustum pro filio, appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsq; hodie dicitur in monte Dominus videbit. Mansit ergo nomen montis illius mons visionis, vel mons Moria in Hebræo, quod idem est. Iste mons erat in Ierusalem: in eo tempore, quo Abraham obtulit arietẽ pro filio suo, non erat locus ille populatus, vel aliqua pars eius, & ibi Deus iussit, q offerretur ei Isaac, & nũc est templum constructũ est, & vocatur nunc hic mõs Moria ad significandum qualiter Deus acceptabat locum illum. Nam non solùm nunc, quando iussit templum ibi ædificari, acceptauit locum: sed etiam prius acceptauerat.

*Quare in area Ornam Iebusæi fuit constructum templum.*

*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius, quare in area Ornam Iebusæi fuit constructum templum. Respondendum est, q area Ornam Iebusæi erat in monte Moria in quo Deus iusserat ædificari templum, & contigerat ibi ædificari. Nam Iebusæi habitabant in Ierusalem in castro montis Sion, & Dauid cepit castrum illud expulsis Iebusæis in principio regni sui. 2. Regum 5. & precedenti lib. cap. 11. Mansit autem quidam de eis nomine Ornam, qui erat amicus Dauid, & ille semper habitauit in castro illo, in quo prius morabatur, & ibi habebat aream, & area illa erat in vertice montis, in qua postea templum ædificatum est: & hoc fuit, quia Dauid emit illam aream dando sexcentos siclos pro ea. 2. Regum 24. & precedenti lib. 21. cap. Causa, quare empta est, fuit, quia quando Deus immisit pestem triũ dierum super totum Israel propter peccatum Dauid, angelus Domini euaginato gladio apparuit in area Ornam Iebusæi, & absconderunt se Ornam, & filij eius domi, eodem cap. & tunc cùm vidisset Dauid angelũ tremuit, & ait. Ego sum, qui peccaui, ego, qui impiè gessi: isti q oues sunt, qd fecerunt? Conuertatur, obsecro, manus tua super me, & super domum patris mei. Et tunc Deus misertus super magnitudine mali ait: Sufficit, contine iam manum tuam: & venit Propheta Gad ad Dauid, dicens, q offerret sacrificia Domino in area Ornam Iebusæi, & cessaret plaga. Dauid autem emit aream, & boues, & tribulas, & plaustrum, & triticum ad faciendum altare in area, & offerendum ibi sacrificia, & cùm fecisset, cessauit plaga: 2. Regum 24. & præced. li. 21. c. Propter hoc autem miraculum, s. quia exaudiuit Deus Dauid in area Ornam, apparuit, quòd locus ille erat Deo acceptus, & ibi templum ædificandum. Aliud etiam fuit miraculum, quia cùm Dauid posuisset carnes sacrificiorum super altare, descendit ignis de cœlo, & consumpsit sacrificium, præcedenti lib. 21. cap. Istud autem erat signum magnæ acceptationis diuinę, cùm veniat ignis de cęlo, qui a solo Deo venire putatur, & per hoc in multis alijs probatur deitas, vel acceptatio deitatis: sic patet quando Helias Propheta Dei disputabat cum Prophetis Baal de vera deitate, & positum fuit istud signum ad cognoscendum verum Deum, scilicet, q ille Deus, qui exaudiret cultores suos mittendo ignem de cęlo super sacrificia eorũ, haberetur vt verus Deus. Et in hoc apparuit Deum Israel esse verum Deum. 3. Regum 18. Sic etiam Elias ostendit se esse virum Dei in igne de cœlo misso. Nam cùm venissent ad eum principes quinquagenarius regis Ochozię, & dixisset, homo Dei descende de mõte, dixit Elias, si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo, & consumat te, & quinquaginta tuos. Sic etiam fuit de secundo quingenario. 4. Regum primo. Sic etiam cognitum est, quòd sacrificium Aaron acceptum fuit Deo prima die post consecrationem suam, quando cepit ministrare. Nam descendit ignis de cęlo, & consumpsit hostias. Leuit. 9. Quod videntes Israelitæ laudauerunt dominum ruentes in facies suas. Ideo propter istud etiam miraculum apparuit diuina acceptatio super illam aream, & ædificatum fuit ibi tẽplum.

*Quomodo fuit demonstratus Dauid locus templi ædificandi in area Ornam.*

*Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo ostensus fuit Dauid locus templi ædificandi in area Ornam. Nam dicitur hic, q Salomon ædificauit templum in loco, qui monstratus fuerat Dauid. Respondeti potest, quòd hoc potuit fieri multipliciter. Vno modo per Prophetam, qui reuelaret hoc ipsi Dauid ex parte Dei. Et hoc erat satis verisimile. Nam Deus iussit Prophetæ Gad dicere Dauid, q offerret sacrificium in area Ornam ad hoc, q cessaret plaga, secundo Regum 24. & precedenti lib. cap 21. Et tunc satis est verisimile, quod forte dixerit Gad ipsi Dauid, quòd templum edificandum esset per ipsum Salomonem in loco illo. Secundo modo poterat hoc fieri, q Deus mitteret angelum suum ad reuelandum hoc Dauid. Tertio modo, q veniret a Deo in scriptis de cęlo, quis locus accipiendus esset ad ædificandum in eo templum. Et istud etiam est valde verisimile. Nam sic fuit de omnibus pertinentibus ad ædificationem, scilicet, quæ esset figura templi, & magnitudo, & materia, & quę, & quot, & qualia vasa. Et sic de omnibus alijs necessarijs in templo: ita vt nihil factum fuerit in templo, de quo Deus prius non reuelauerat Dauid, & hoc in scriptis: vt patet precedenti lib. 28. cap. scilicet, postquam ponuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca



nuntur omnia, quæ in templo fieri debebant sequitur: F
Omnia, inquit, hæc venerũt ad me manu Dei scripta, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Ita igitur veniret in scriptis in quo loco ædificandum esset templum: Quarto modo, ꝙ Deus non reuelaret hoc Dauid verbo, vel scripto, sed aliquo signo ostensiuo voluntatis diuinæ. Et istud poterat esse, quia Deus iusserat, ꝙ offerretur ibi sacrificium in area Ornam Iebusæi, & cessaret plaga. Et cùm oblatum esset cessauit plaga. 2. Regum 24. & præcedenti lib. c. 21. Et in hoc manifestè ostensum est, ꝙ Deus acceptabat locum illum ad faciendum sibi sacrificia ibi. Et quia templum erat locus, in quo deberent sacrificia, & aliæ cęremoniæ cultus diuini fieri videbatur, ꝙ in area illa Deus vellet illud ædificari. Quinto modo poterat hoc ma- G
nifestari Dauid per aliud signum, s. Deus misit ignem de cęlo super sacrificia Dauid, quæ fecerat in illa area Ornam, in quo erat manifestissimum signum diuinæ acceptationis, cùm istud non fieret, nisi Deo volente approbare illa, quæ faciebat in loco illo. Non poterat autem aliquis locus magis approbari, quàm ꝙ Deus mitteret ignem de cęlo super sacrificia, quę ibi fierent, ideo per hoc apparebat, ꝙ Deus vellet illum locum ad offerendum ibi sacrificia sibi. Et iste modus vltimus magis conuenit literæ, præcedenti lib. capi. 21. Nam dicitur, ꝙ Dauid obtulit sacrificia in area Ornam Iebusæi, & exaudiuit eum dominus in igne de cęlo, & videns, quòd Deus exaudisset eum in area Ornam, immolauit ibi victimas de cætero. Et dicitur, ꝙ dixit Da- H
uid: hæc est domus Dei, & altare in holocaustum in Israel, eodem lib. 22. cap. scilicet. Illico, vt vidit venisse ignem de cęlo, putans ꝙ Deus elegisset sibi locum illum, vt semper offerretur sibi sacrificium ibi dixit: Hæc est domus Dei, idest in isto loco ædificanda est domus, & hic erit altare in holocaustum Israel, idest in quo totus Israel offerat holocaustum. Istud autem erat fabricando ibi templum Salomonis, ideo per istũ modum verisimile est, ꝙ Deus ostenderit Dauid templum ædificandum esse in area Ornam quàm per aliũ modum.

*Quare figura templi fuit sexaginta cubitorum in longitudine: latitudo viginti, & altitudo centum, & viginti.* I

*Quæstio IX.*

QVAERITVR vlterius, quare fuit talis figura templi Salomoni, scilicet, quòd lõgitudo esset cubitorum sexaginta, & latitudo viginti, altitudo autẽ centum & viginti, vt patet in litera. Respondendum, quòd ista figura conueniebat tẽplo, scilicet, quòd longitudo esset tripla ad latitudinem, vt templum magis formam turris, quàm domus haberet. Et causa est, quia templum debuit esse fortalicium, vt esset domus defensabilis valde propter hostes. Etiam, quia ibi erãt thesauri multi, & non essent ibi securi, nisi esset dom' fortis, sicut castrum: & sic vocabatur templum turris K
nebulosa, vel turris gregis, vt sępe loquũtur prophetæ, & potissimè Michęas. Et vocatur turris nebulosa, ꝓpter altitudinem, quia attingebat nebulas, & nubes. Vel nebulosa propter nebulam surgentem de sacrificijs, quia ex crematione adipum, & carnium multarũ in sacrificijs surgebat fumus grossus tanquam nebula operiens templum factum in modum turris. Vocatur turris gregis, quia multi greges occidebantur ibi. Nam quotidie multa animalia occidebantur in templo in sacrificio. Fuit autem tanta altitudo, quia diuidenda erat domus secundùm altitudinem in tres domos, scilicet, inferiorem, quæ vocabatur templum, & duas superiores, quę vocabantur cęnacula, vel cellaria: & non fiebant ibi aliquæ ministrationes sacrę: sed eis
stodiebantur thesauri aliqui templi, vel reponebantur arma ad defensionem domus, vel erant, vt ex eis possent pugnare sacerdotes tanquam de turri cõtra quoscunque inuadentes templum: & ad istam distinctionem trium domorum requirebatur magna altitudo, quæ fuit centum & viginti cubitorum. Erat etiam longitudo maior latitudine: causa fuit, quia templum ꝼm longitudinem diuidendum erat in duas partes. s. in anteriorem, & posteriorem: anterior autem erat cubitorum quadraginta longitudine: posterior, vel interior erat cubitorum viginti: & vocabatur Sancta Sanctorum. Secundùm latitudinem nulla distinctio facienda erat: ideo minor requirebatur magnitudo in latitudine, quàm in longitudine. Sic etiam fuit aliqualiter in templo Moysi: nam tabernaculum illud erat longitudine cubitorum triginta, & latitudine decem, & altitudine decem. Exo. 26. Et latitudo, & longitudo se habent ibi in tali proportione, sicut in templo Salomonis, scilicet, longitudo tripla ad latitudinẽ. Causa est, quia etiam tabernaculum Moysi secũdùm longitudinem diuidebatur in duas partes, scilicet, in partem anteriorem, quæ vocabatur Sanctum, in qua erat mensa propositionis, candelabrum, altare thymiamatum: & in partem posteriorem, quæ erat Sãctum Sanctorum, vbi erat arca. Et pars anterior erat cubitorum viginti, pars posterior cubitorum decem: Exo. 26. Latitudo autem tabernaculi non diuidebatur ibi in aliquas partes, ideo debuit esse minor. Altitudo autem erat dissimilis altitudini templi Salomonis, quia ista erat sexcupla ad altitudinem, & ista erat latitudini æqualis. Causa fuit, quia templum Salomonis debuit esse fortalicium, ideo requirebatur, quòd esset altum ad modum turris: & poterat hoc fieri, cùm templum non esset aliquid portatile, sed ædificium magnum factum de lapidibus. Tabernaculum autem Moysi erat ędificium portatile factum de tabulis, & pellibus, & cortinis, quòd non poterat esse fortalicium: ideo frustra erat illud fieri valde altum. Item, quia si fieret valde altum esset magnum ædificium, & importabile, & tamen tabernaculum Moysi ædificium portatile esse debebat, vt moueretur motis castris.

*Quæritur circa totam figuram, & habitudinem templi, & eorum, quę intus erant.*

*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, circa totam figuram templi, & habitudinem eorum, quæ intus erant, vt sciatur qualiter disposita erant illa, quę in templo erant. Dicendum, quòd templum Salomonis diuidebatur in duas partes principales, s. in partem exteriorẽ, quę vocabatur atrium, & in partem interiorem, quę propriè vocabatur templum. De parte exteriori non facit mentionem determinatam scriptura, sicut de parte interiori. Erat enim quędam domus facta ad modum turris aliqualiter, cuius longitudo erat ab Oriente in Occidentem cubitorum sexaginta: latitudo autẽ ab Austro in Aquilonem cubitorum viginti: altitudo autem erat cubitorum centum & viginti: vt patet supra in litera. Diuidebatur autem ista domus secundùm altitudinem in tres partes, & secundùm longitudinem in duas, & secundùm latitudinem non diuidebatur: habebat autem vnicam portam, scilicet in latere orientali. Diuisio autem secundùm altitudinem erat sic, ꝙ incipiendo a pauimento vsque ad triginta cubitos altitudinis erat vna domus, & ibi ponebatur primum tectum, & ista domus inferior vocabatur



tur templum, & de ista fit mentio in scriptura. Super A
istam erat secunda domus altitudinem habens cubitorum quadraginta quinque, & perueniebat vsque ad cubitos septuaginta quinq; altitudinis, & ibi erat secũdum tectum: Tertia domus erat quadraginta quinq; cubitorum altitudinis perueniens vsq; ad cubitos centum & viginti, quę erat sumitas templi, & ibi erat tertium tectum. Istæ duæ domus secundæ non vocantur templum, nec partes templi in scriptura, nec fit communiter mentio de eis, eo ꝙ non fiebat in eis aliqua administratio sacra: sed omnes administrationes istæ fiebant in domo inferiori, quæ vocabatur templum. Erant tñ istæ duæ domus superiores deauratæ interius sicut templum, licèt non in tanto decore, & pretiositate, & vocabantur cęnacula, de quibus in litera dr, ꝙ B
cęnacula texit auro, & in Hebræo vocantur capita: quia erant partes superiores templi, sicut caput est pars superior corporis, & istę partes erant non ad ministrationem aliquam sacram, sed ad custodiam thesaurorum vel ad defensionem templi: vt dictum est præcedenti quæstio. Considerandum autem, ꝙ quælibet istarum trium domorum cõtinebat totam longitudinem, & latitudinẽ templi, s. quælibet erat cubitorum sexaginta longitudine, & viginti latitudine: cùm solùm diuideretur hic altitudo templi, & non alia dimensio. Domus tñ inferior propè pauimentum, quæ erat cubitorum triginta in altitudine: vocabatur templum, in qua fiebant omnes ministrationes sacræ, & ista diuidebatur in duas partes ꝼm longitudinem. Prima pars incipiebat ab Oriente versus Occidentem: eratque cubitorũ quadraginta longitudine, & viginti latitudine, & vocabatur Sanctum. Secunda pars erat interior versus Occidentem vsq; ad parietem Occidentalem templi, eratq; cubitorum viginti longitudine, & totidem latitudine: vocabatur; Sanctum sanctorum. In prima parte templi erant vasa, in quibus ministrabant quotidie sacerdotes, s. altare thymiamatis, in quo quotidie bis cremabatur thymiama, mane, & vespere: Exo. 30. & candelabra decem aurea, quinq; versus Aquilonẽ, & totidem versus Meridiem, & multa alia argentea. 3. Reg. 7. & præced. lib. c. 28. Et erant ibi multę mensę, quædam aureæ, & quædam argenteæ: præcedenti lib. c. 28. Vna autem istarum vocabatur mensa propositionis, in qua ponebantur duodecim panes ꝓpositionis. qui manebant coram domino per singulas hebdomadas, & mutabantur per singula Sabbatha, Leuit. 24. de omnibus his ministrationibus declaratum est præced. in quibusdam quæstionibus. In istam primam partẽ tabernaculi quotidie intrabant sacerdotes ad ministrãdum. ad Hebr. 9. s. saltem vnus ad cremandum bis quotidie thymiama, & disponendũ lucernas candelabrorum, eo tempore: Exo. 30. Secunda domus, s. interior, idest Sancta Sanctorum sequebatur post istam ad Occidentem, habebatque vnicam portam, & intrabatur ad eam per vnicam domum, s. per partem Orientalẽ suam. Erat autẽ domus ista omnino quadrata, s. viginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, & totidẽ E
altitudine. In ea autem erat arca fœderis, quam fecerat Moyses posita in medio eius, & pro arca fuerat facta specialiter ista domus Sãcti sanctorum, quia illa debebat esse in loco secretiori q̃ alia vasa sanctuarij. Erant etiam ibi duo magni Cherubim de lignis oliuarum, & erant operti laminis aureis: erantq; alæ eorũ expansæ, sicut cùm aues extendunt alas ad volandum. Erat autem longitudo alæ cuiuslibet Cherubim cubitorũ quinq;, & sic alæ ipsorum duorum Cherubim extendebant per cubitos viginti, quæ erat tota latitudo domus Sancti sanctorũ, erantq; dorsa Cherubim ad partem Occidentalem domus, & facies eorum cõtra portam Sancti sanctorum ad Orientem, & perueniebant alæ eorum ab angulo in angulum, s. à Meridie in Septemtrionem. Nunc de materia domus dicendum est, s. erant parietes domus de lapidibus politis, quos Biblij parauerant. 3. Reg. 5. & erant multi lapides marmorei ad magnam pulchritudinem. Pauimẽtum aũt domus erat de pulchro marmore decore multo, vt patet supra in litera. Et tñ non apparebat lapis aliquis in parietibus, vel pauimento, quia tabulis operti erant: nam omnes parietes erant operti tabulis cedrinis. Pauimentum aũt opertum erat tabulis abiegnis, & tectũ etiam opertum erat tabulis: nã tectũ erat de trabibus cedrinis. Et ibi quoq; tabulę cedrinæ erant, quæ operiebant illud, & omnes istæ tabulæ tam tecti, parietũ, & pauimenti laminis aureis operti erant, vt non videretur in tota domo interius nisi aurum: vnde videbatur tota domus interius quasi quædam massa auri. Erant etiam figuræ sculptę prominentes in parietibus, s. palmæ, & Cherubim ad pulchritudinẽ domus. Et istud cõmune erat domui interiori, s. Sancto sanctorum, & domui exteriori, quæ vocabatur Sãctum, vel templũ: habebat aũt Sancta Sãctorũ portam quandã pulchro opere factam, & domus exterior aliam portã in porta Orientali eius, de quarũ pulchritudine, & fabricatura patet. 3. Reg. 6. ista est dispositio domus interius. Exterius aũt apparebant parietes templi de lapide albo, & pulchris marmoribus: ita vt delectaret opus oculos aspicientium: vnde cùm Christus esset in monte oliueti cum discipulis suis, & viderent inde templum: dixerunt quidam ad Christum, & etiã qñ egressi erant de templo: Magister aspice quales lapides, & quales structuræ, & respõdit Iesus: Videtis has magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur: Mar. 13. c. Considerandum autem, ꝙ a parte exteriori tẽpli in parietibus erant tria tabulata: de quibus fit mentio. 3. Reg. 6. & erant facta hoc modo, s. ꝙ templum ꝼm altitudinem diuidebatur in tres domos, vt declaratum est supra. Et altitudo primę erat a pauimento vsq; ad cubitos triginta, & ibi erat tectum. Illud autem erat de trabibus cedrinis grossissimis, & lõgis. Veniebant autẽ a pariete Aquilonari ad Meridiẽ, & non solùm extendebantur per viginti cubitos, quę erat latitudo templi, sed etiam trãsibant per grossitiẽ D
vtriusq; parietis, & quelibet trabes adhuc extendebat ex vtraq; parte templi foris aliquantulum, sicut solet fieri in domibus nostris. Nam trabes progrediuntur extra parietes domorum aliquanto spatio, & super illa capita trabium positis tabulis fortibus cedrinis facta sunt quædam de ambulatoria: & ne ambulantes per illa ruerent exterius facta sunt quædam tabulata erecta in modum parietum, & fuit primum istorum eleuatum a pauimento templi altitudine cubitorum triginta in tecto primę domus, & istud deambulatorij continuabatur in circuitu totius templi præterquam in latere Orientali, eo ꝙ ibi erat porticus pulchra, & vt non tolleretur pulchritudo porticus, non fuit deambulatorium continuatum in illo latere, sed solùm in latere Meridiano, Occidentali, & Aquilonari. Secundum deambulatorium, vel tabulatum factum est super capita trabium secundę domus, cuius altitudo erat a pauimento templi cubitorum 75. Tertium tabulatũ erat sicut prima duo factum super capita trabiũ tertię domus, cuius altitudo erat a pauimento templi cubitorum centum et viginti, et ista tabulata, vel deambulatoria erant tanquam propugnacula templi, quia ex locis illis poterat pugnari contra hostes foris existentes, ne auderent accedere ad templum. In parte suprema templi erãt menia pulchra, et alię figurę sicut esse solent in capitibus domorum magnarũ. Ista est dispositio in breui templo Salomonis quantum ad partem illam, quę vocabatur templũ propriè, et erat interior.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Templum ne miri fas erat intrare nisi sacerdotib⁹.

Ad istam partem nullus accedebat nisi sacerdos: nam etiam Leuitis non licebat illuc intrare. Erant namque duæ domus templi, vt dictum est supra, & in primā earum, quæ erat maior non licebat alicui intrare nisi sacerdotibus, qui quotidie introibant illuc ad ministrandum in altari thymiamatum, & candelabris: vt sup. declaratum est. In domum autem interiorem, quę vocabatur Sancta sanctorum, non licebat cuiquam intrare, nisi summo sacerdoti, & huic semel in anno in die ꝓpitiationis ad aspergendum sanguinem corā propitiatorio: ad Hebr. 9. & Leuit. 16. Exterior autem pars sanctuarij, quæ non propriè vocabatur templum, vocatur atrium, & illud erat quoddam spatium magnum per totum circuitum templi clausum muro vndique. Et istud atrium non habebat tectum, sed solùm parietes in circuitu templi, & ad istud atrium veniebāt laici viri, & fęminæ ad orandum, & ibi fiebant sacrificia. Et cū essent in atrio isto, dicebātur interdum esse in templo Salomonis, licèt non propriè, & sic Christus dr, ingressus in templum Salomonis, ideſt in atrium Matth. 21. & sæpe alibi. Nam ad partem interiorem, quæ vocabatur propriè templū, & erat operta tecto non licebat Christo, introire, nec permitteretur si voluisset: quia ipse non erat de genere sacerdotali: sed de tribu Iuda, in qua Moyses nihil de sacerdotio locut⁹ est ad Hebr. 7. Istud atrium cùm esset per circuitum totius templi habebat quatuor portas ad quatuor ventos, s. Orientē, Occidentem, Meridiem, & Austrum, præcedenti lib. c. 9. & supra 26. Et ad istas portas semper erant ianitores de Leuitis, qui custodiebant illas, ne intraret aliqs immundus, vel cui non liceret intrare. eo. c. De habitudine autem ipsorum Leuitarum ianitorum dictū est, eo. c. Intra atrium istud erant domus quædam paruæ in circuitu templi coniunctę parietibus eius per totum circuitum suum, s. per tria latera, Meridianum, Occidentale, & Aquilonare. In latere autem Orientali nō erant aliquæ domunculæ, eo ꝙ ibi erat porta templi, & porticus. Istæ domus vocantur exedræ, vt patet præcedenti lib. c. 9. & 18. & in alijs locis, & istę erant ad custodiam thesaurorum templi. Nam Leuitę custodiebant in eis thesauros templi, potissimè vestes sacerdotum, & vasa necessaria ad ministrationem quotidianam: vt colligitur præced. lib. c. 9. & 26. Erāt etiam exedræ istę, vt manerent in eis sacerdotes, & Leuitæ, qui erant diuisi in partes, & sortes ad ministrandum domino, ordinatæ: præcedenti lib. 24. & 25. & 26. c. Et semper ministrabat vna pars sacerdotum, & cùm ea alia sors Leuitarum de quolibet officio. Durabat autem ministratio cuiuslibet sortis sacerdotum, & Leuitarū vna hebdomada. Nam incipiebant ministrare Sabbatho, & sequenti Sabbatho complebant. Ideo quidam sacerdotes, & Leuitæ dicebantur intrare Sabbatho: vel venire ad Sabbathum. Alij autem exire Sabbatho. 4. Reg. 11. & infra 23. vt magis declaratum est: præcedenti lib. 28. c. Isti autem sacerdotes, & Leuitæ quandiu ministrabant hebdomada sua, non reuertebant in domos suas, ne haberent occasionem tangendi carnaliter vxores suas, ideo nunquam recedebant de sanctuario nocte, & die. Et ob hoc erant illę exedrę, vt dormirent, & manerent in eis sacerdotes, & Leuitæ tempore ministrationis. Et istud patet præced. lib. c. 9. & 23. cùm dicitur, ꝙ sacerdotes, & Leuitæ manebant iugiter in sanctuario: vt die & nocte suo ministerio deseruirent. Erat etiam inter istas exedras quædam domus magna, quę vocabatur domus cōsilij ad partem Meridianam templi: præcedenti lib. c. 26. Et ad illam conueniebant summus sacerdos, cùm septuaginta senioribus, qui erant iudices supremi Israel. Et ipsi iudices vocabantur domus iudicij, vel consilij, & ab istis Christus morte dānatus est: vt ait Iosephus 18. Antiq. De quo satis declaratum est præcedenti lib. c. 26. in quadam quęstione. Ista omnia erant ad latus Meridianum Occidentale, & Aquilonare templi. Ad latus autem Orientale non erant exedrę: sed erant porticus templi, & atria multa, de quibus dicendum est. De porticu dicendum, ꝙ erat quoddam spatium apud portam templi in longitudine cubitorum viginti: iuxta latitudinem templi, s. a Meridie in Aquilonem, & latitudine cubitorum decē ab Occidente in Oriente, & pendebat tectum quoddam de pariete templi operiens istud spatium, & erat illud tectum longitudine cubitorum viginti, & latitudine decem, vt dictum est. Et vocabatur istud spatium porticus a porta templi, apud quam erat. Et erat istud propter pulchritudinem, & necessitatem: vt infra declarabitur in quadam quęstione. In isto porticu apud portam templi erant duę columnę ęneę rotundę, & grossę vacuę interius, factę opere reticulato, & habebāt ordines malogranatorū, & retiaculorum ꝙpere vario, & erant positę ad pulchritudinem: quarum vna Ioachin, & altera Booz dicebatur: vt patet 3. Reg. 7. & sequenti c. per istam porticum templi licebat laicis deambulare: dumtamen non introirent portam templi. Et sic Christus legitur ambulasse interdum in illa. Sic enim fuit quando facta sunt Encenia, & ambulabat Iesus in porticu templi Salomonis, & circundederunt eum ludęi, dicentque: Quousque tollis animas nostras? si tu es Christus, dic nobis palam, & ibi voluerunt eum lapidare, & tenere: sed ipse exiuit de manibus eorum. Ioan. 10. c. Erat etiam in ipsa parte Orientali atrij apud porticum atrium sacerdotum, & magis versus Orientem erat atrium laicorum. Erat aūt atrium sacerdotum quoddam spatium quadratum in quo erant sacerdotes ad ministrandum in sacrificijs, & habebat murum paruulum per quadrum paruę altitudinis: ita vt solùm distingueretur locus ille a loco laicorum, & tamen non erat tantę altitudinis, vt laicis sacerdotibus existentibus auferret visionem sacerdotum ministrantium. Erat autem murus illius atrij factus de pulchro marmore de tribus ordinib⁹ lapidum, & vno ordine lignorum cedri. 3. Reg. 6. c. In isto atrio erant sacerdotes ministrantes in sacrificijs. Nam altare holocaustorum, in quo offerebantur omnia sacrificia non erat intra templū ꝓp ignem, & fumū: sed in atrio sacerdotū, & sic poterant laici videre, qūo offerebantur sacrificia, & cùm aliquis laicus vellet offerre aliquod animal, vel aliam rem pro sacrificio ad ducebat illā vsq; ad atriū sacerdotū, & ibi sacerdotes accipiebant de manu eius, & ille nō introibat in atriū sacerdotū: erat etiā in isto atrio mare ęneum, in quo lauabantur sacerdotes anteq̄ ministrarēt: de cuius figura patet seq. c. & 3. Reg. 7. Erant etiam ibi luteres super bases suas, & in illis continebatur aqua ad lauandum carues sacrificiorum: de quorum figura patet. 3. Reg. 7. In isto atrio putant etiam quidam fuisse Leuitas: nam quando offerebantur sacrificia mane, & vespere, Leuitę canebant laudes Dei, & psallebant in vatis musicis: præcedenti lib. cap. 23. Et tamen siue essent in atrio sacerdotum, siue apud illud, non determinauit scriptura sacra: quia non curauit tam expresse ponere omnes cęremonias. Erat etiam atrium laicorum ad Orientem atrij sacerdotum magis remotum à porta templi. Et istud dividebatur in tria atria. Quoddam erat virorum mundorum, aliud mulierum mundarum, aliud virorum, & mulierum immundorum, & Gentilium: de quibus latius declaratum est. 3. Reg. 6. Et in istis atrijs Israelitę orabant, & audiebant prędicationem legis, & videbāt ministrationes sacerdotum, & Leuitarum, & videbat quibusdam introire in atriū aliorum, scilicet mulieribus non licebat intrare in atrium virorum, & Gentilibus non licebat introire in atrium Israelitarum.

Et



Et siquis introduceret Gentilem in illud atrium mori debebat. Sic patet de beato Paulo, qui erat laicus inter Iudęos, & de tribu Beniamin. ad Gala. 1. & 2. & introiuit in atrium laicorum, & tñ, quia putabatur quosdā Gentiles introduxisse illuc, accusabatur ad mortē. Act. 21. Etiam De⁹ redarguebat valde Israelitas, qui desiderio pecuniarū introducebant Gentiles in partem illā sanctuarij, ad q̄ ingredi non licebat: Ezechię 44. s. Sufficiebat vobis scelera domus Israel, eo ꝙ inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluāt domum meam. Ista de figura templi Salomonis breuiter dicta sunt.

*Quæritur dicitur hic, ꝙ altitudo templi erat cubitorum centum viginti: cùm dicatur, ꝙ erat cubitorum triginta.*
*Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ altitudo templi erat cubitorum centū & viginti: cùm 3. Reg. 6. dicatur, ꝙ erat cubitorum triginta. Aliq̄ tñdent, ꝙ istud procedit ex ęquiuocatione. Nā templū habebat parietes, & tectum non habebat: & cùm dr. 3. Reg. 6. de altitudine intelligitur de altitudine parietū tēpli: hic autem dr de altitudine parietū atrij: vel forte e conuerso, ꝙ altitudo parietum templi esset centū & viginti cubitorū, & altitudo parietū atrij esset cubitorum triginta. Et primū consonat aliqualiter intentio illi & literæ Iosephi 8. Antiq. Nam dicebat parietē atrij sublimissimum esse. Dicendum tñ, ꝙ hoc nō stat, quia necesse est, ꝙ intelligatur vtrunq; de altitudine tēpli, & non de atrio. Nam dr hic, ꝙ erat longitudo cubitorū sexaginta, & latitudo viginti, & idem dr. 3. Reg. 6. Et solum differt in altitudine, ideo necesse est, ꝙ intelligatur vtrobiq; de eo. s. de templo, vel vtrobiq; de atrio, & non poterit intelligi vnū istorū de atrio, & aliud de tēplo: quia cum templū esset intra atriū esset maioris lōgitudinis, & latitudinis q̄ templū, & tñ in vtroq; ponit eadē lōgitudo, & latitudo, ideo vtrunq; intelligitur de tēplo. Si aūt dicatur, ꝙ vtrunq; intelligeretur de atrio, non tolleretur inconueniens prædictū, & sequeretur aliud, s. ꝙ nō poneretur mensura tēpli in scriptura, qđ est absurdum. Itē necesse est, ꝙ ista sit mensura tēpli, & non atrij: quia hic, &. 3. Reg. 6. ponitur longitudo cubitorum sexaginta, & postea diuiditur templū in duas domos, s. maiorē cuius longitudo esset cubitorū quadraginta, & minorē, siue Sancta sanctorū, cuius longitudo cubitorum viginti erat, vt patet ibidem, & hic, & dicebant sexaginta cubitorū longitudo ambarū domorum, & istæ erant duæ partes tēpli, cùm essent in tēplo, & non in atrio: nō istæ mensuræ erant tēpli, & nō atrij. Dicendū ergo, ꝙ hic. & 3. Reg. 6. ponitur solū mēsura tēpli. Dimensiones aūt atrij, non ponunt in aliquo loco scripturæ. Diuersitas aūt stat in hoc, quia s̄m veritatē altitudo templi Salomonis erat cubitorum cētū & viginti, vt esset domus altior q̄ longior, & latior ad modū turris, & tñ s̄m altitudinē erat tēplū diuisum in tres domos. Primæ domus altitudo erat a pauimento vsq; ad triginta cubitos, & ibi erat tectū de trabibus cedrinis. Secundæ domus altitudo à pauimento vsq; ad sexaginta cubitos erat. Tertiæ domus erat altitudo à pauimento vsq; ad centū & viginti cubitos. Prima domus erat, in qua ministrabatur Deo, & erat diuisa in duas domos, s. in Sancta sanctorum, & in domum exteriorem, & ob hoc ista sola prius vocabatur templum, & istius altitudo solùm ponitur. 3. Reg. 7. Et dr, q̄ erat cubitorum triginta: quia illa domus incipiebat a pauimento, & eleuabatur vsque ad cubitos triginta: hic autem posuit scriptura altitudinem totius templi: eo ꝙ in libro isto supplentur ea, quæ minus habentur alibi in libris Regum.

Alph. Tost. super Paralip. Pars 2.

*Porticus, quæ ante templum erat, qualis, & ad quid erat.*
*Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius de porticu, quę erat ante templum, quale erat, & ad quid erat. Respondendum, ꝙ templum erat quadrangulum, & in tribus lateribus suis, s. Meridiano, Occidentali, & Aquilonari erat valatum domibus hærentibus parietibus templi, quæ vocabantur exedræ. In latere autem Orientali non erant aliquæ domus, eo ꝙ ibi erat porta vnica templi. Et ante portam ipsam in parte sua Orientali relinquebatur spatium, quoddam liberum, quod nec domibus occupabatur, nec atrio sacerdotum, vel atrijs laicorum. Et istud spatiū porticus appellatur, quia ante portam erat, & istud spatium erat s̄m longitudinem ab Aquilone in Meridie cubitorum viginti s̄m latitudinē templi. Et super istud spatium dependebat tectum de summitate parietis templi, eratq; longitudo tecti cubitorum viginti, & latitudo decem. Et ista erat magnitudo templi, & porticus. In ista porticu erant duæ columnæ pulchræ, s. Booz, & Ioachin, de quarū pulchritudine patet. 3. Reg. 7. & infra in litera. Et per istā porticum poterant deambulare tam laici, quàm sacerdotes ante portam templi colloquēdo de rebus vtilibus, in qua porticu sæpe Christus cum Pharisæis locutus est, & eum ibi lapidare voluerunt, Ioan. 10. Causa autē quare ista porticus facta est, fuit duplex. Prima propter necessitatem: nam porta templi erat in parte Orientali eius. 3. Reg. 6. Et si pars illa occupata esset domibus exedrarum, vel atrijs: sicut alia tria latera templi, nullibi esset porta, ideo necesse fuit, ꝙ aliqua pars ante templū esset libera, in qua esset porta, & illa pars vocaretur porticus. Vocabatur autem porticus pars ista propter tectum pendens super eam: nam si esset ante portam spatium liberum, & tamen non penderet tectum sup illud, non vocaretur porticus: ideo magnitudo tecti vocabatur magnitudo porticus. Causa quare tectum illud erat, fuit ad duo. Primò ad defendendum pulchritudinem portæ ab imbribus. Nam erat porta templi operta laminis aureis: vt patet. 3. Reg. 6. Et si imbribus maderent ianuæ, periret aliquid pulchritudinis: ideo conueniens fuit tectum fieri. Secundum fuit propter deambulantes per illam porticum. Nam confluebant Iudæi ad colloquendum in porticu, & si non esset operta tecto, propter importunitatem temporis, non possent ibi diu manere, ideo conueniens fuit tectum poni. Secunda causa porticus fuit pulchritudo templi: nam templum ex omni parte occupatum esset domibus, vel atrijs, dato ꝙ posset introiri in illud per angustum locum non esset pulchèr ingressus, nec reputaretur conuenienter tanta pulchritudo porte templi vndique clausa impedimentis. Fuit etiam valde conueniens porticus illa, vt Hebræi, qui interdum non possent esse in atrijs templi propter importunitatem temporis confluerent ad porticum. Erant namque atria omnia discooperta solùm habentia in circuitu murum, & cùm plueret, difficilè erat, ꝙ quis maneret in atrijs, & confluebant tunc ad porticum. Et sic conueniebat hoc potissimè tempore hyemis, cùm accidunt istæ importunitates temporis. Sic colligitur Ioan. 10. cùm dicitur: Facta sunt Encenia in Ierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo Salomonis in porticu: scilicet, quia hyems erat, & ob hoc ex importunitate temporis non poterant Iudæi esse in atrijs templi, & confluxerunt omnes tam Christus, quàm alij ad porticum. Et si isto modo non exponas literam illam, non proderit ad quid particula illa, & hyems erat, & tamen ponitur ibi, vt redditiuum causæ alicuius rei, vel dicti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Domus inferior in duas diuisa, in interiorem, scilicet, & exteriorem, cur vna ipsarum erat maior altera.*
*Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius de templo Salomonis, s. de domo inferiori, quæ erat apud pauimentū, cur erat diuisa in duas domos. In exteriorem, s. & interiorem, & cur vna erat maior alia. Pro quo sciendū, ꝙ longitudo templi erat sexaginta cubitorum, & diuisa est ista longitudo in duas partes. Prima pars fuit cubitorum quadraginta a parte oriētali, & alia pars, vel domus erat viginti cubitorum longitudine a parte occidentali, & prima domus vocabatur Sanctum: secunda vocabatur Sanctum sanctorum. Causa aūt quare facta fuit diuisio, erat pp arcam fœderis, quia arca erat in sanctuario, & alia vasa sacra in quibus ministrare debebāt sacerdotes, s. mensa propositionis, altare thymiamatū, & candelabra. Et si templum nō esset diuisum in duas partes, vel domos, esset arca cum alijs vasis, & quandocunq; introiret sacerdos aliquis ad ministrandū in sanctuarium, videret arcam: sed istud non ꝙueniebat, ideo debuit fieri alia domus, in qua esset arca. Patet hoc, qa super arcam in propitiatorio eius erat gloria Domini. Nam quidā angelus in corpore assumpto latebat in ꝓpitiatorio inter alas Cherubim, & loquebatur rñdens ad ea, quæ inquirebantur. Hoc aūt non licebat videre alicui homini. Nā quicunq; videret moreretur. Vnde nec summo sacerdoti videre licebat. Et ob hoc, qñ introire debebat semel in anno in Sancta sanctorum in die propitiationis, debebat ferre secum prunas in vase, & thymiama superpositū, vt vapor grossus inde ꝙsurgens obnubilaret oculos eius, & nō posset videre gloriam Domini in propitiatorio. Leuit. 16. & ob hoc dī ibi, ꝙ non introiret omni tpe summus sacerdos in sctā sctōrum: quia gloria Domini apparebat super ꝓpitiatorium, & moreretur: à fortiori si sacerdotes minores viderent gloriā Domini super arcam, morerētur. Introibāt tñ quotidie sacerdotes minores in sanctuarium ad ministrandum, ideo viderent arcam, & ꝙsequenter esset periculum. Debuit igitur esse arca in alia domo secretiori, in qua nō videretur, ne periculum esset videntibus. Sic erant duæ dom', vna interior in qua erat arca, & alia exterior in qua erant alia vasa sacræ ministrationis. Istud idem fuit in tabernaculo Moysi, s. quia diuisum fuit in duas partes, ideſt in Sancta sanctorum, & in partem exteriorem, quæ vocatur Sanctum. Exo. 26. Quod autem ista distinctio fieret pp arcam patet, quia in domo interiori nō erat aliquid nisi arca. Nam in tabernaculo Moysi, non ponebatur in Sancta Sactorū, nisi arca: vt colligitur Exo. 26. In templo Salomonis in Sancto sanctorum, non erat nisi arca, & duo Cherubim de lignis oliuarum infra in litera. Et tñ si propter aliquid aliud facta fuisset distinctio ista domorum, poneretur aliquid aliud in Sancto sanctorum. Ex hoc ēt sequitur, ꝙ Sancta sanctorum debebat esse domus interior occidentalis: nam fiebat Sancta sanctorum, vt non videretur arca a quibuslibet sacerdotibus, & quolibet tempore. Si tñ domus exterior fuisset Sanctum Sanctorū, oporteret, ꝙ qñcunque introirent sacerdotes dd ministrandum in domum exteriorem, nō viderent arcam, & sic ꝙnienter dispositum erat. Causa autem, quare fuit domus exterior maior quàm interior, fuit pp duo. Primò pp ministrationem maiorem: nam in domo exteriori erat altare thymiamatis, & candelabra multa, & mēsæ multæ, & in omnibus his ministrabatur: ideo necessaria erat magna domus, & tñ in Sancto Sanctorum nō erat nisi arca, & duo Cherubim de lignis oliuarum: vt patet infra in litera. Et nō fiebat ibi aliqua ministratio, ideo non erat opus, vt Sancta Sanctorum esset magna domus. Secundum erat ad pulchritudinem: quia Deus volebat, vt appareret magna pulchritudo templi. Erat. n. interius totum opertum auro, & habens palmas atque Cherubim, & quia domus Sancti sanctorum, non videbatur ab aliquo, & domus exterior videbatur, debuit domus exterior esse magna, vt magna pulchritudo appareret, quia magnitudo attestabatur maioritati pulchritudinis extensiuè, & maioritati valoris.

*Palmæ, & Cherubim in parietibus sculpti in quo erant sculpti.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius de palmis, & Cherubim sculptis in parietibus', in quo erant sculpti. Ratio dubij erat, quia in pariete erant tria. Primò erant lapides: nam toti parietes de lapidibus albis, & marmoreis quadratis erant politi ad regulam, & super illos erant tabulæ cedrinæ: ita vt nullus parietis lapis, vel pauimenti videretur, & super tabulas erant laminæ aureæ affixæ clauis, & sic poterant esse istæ figuræ Cherubim, & palmarum sculptæ in lapidibus, vel in tabulis, vel in laminis aureis. Si enim essent in lapidibus, oportebat, vt essent in tabulis, & laminis aureis. Si autem essent in tabulis essent etiam in laminis aureis. Si tem essent primò in tabulis, essent solùm in eis. Dicendum, ꝙ non erant figuræ in lapidibus, quia esset labor inutilis, s. ꝙ deberent figurari iterum in tabulis, & tabulæ deberent taliter excauari, ꝙ coaptarentur sculpturis lapidum, esset que labor inutilis: ideo videtur dicendum, ꝙ istæ sculpturæ factæ sunt in tabulis cedrinis, & laminæ aureæ taliter eis coaptabantur, ꝙ exprimebant imaginem sculpturę existentis in tabulis. Vel potest dici, ꝙ ista sculptura solùm facta est in laminis aureis existentibus lapidibus planis, & tabulis planis, & sculpebantur, vt redderent tales figuras, de quibus inde affigebantur tabulis per clauos.

*Qualis erat figura Cherubim sculpti.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicitur hic, ꝙ erat Cherubim sculpti in parietibus, & palmæ, qualis erat figura Cherubim. Aliqui dicunt, ꝙ erant figuræ quarundam auium, quæ nunquam visæ fuerant hominibus. Et motiuum istorum erat, vt non inclinarentur Iudæi ad adorandum rem illam cuius illæ erant figuræ. Et tamen istud non multum facit, quia dato, ꝙ nunq; tales aues visæ fuissent in orbe, adorarentur simulacra earum, & istud sufficiebat ad idolatrandum. Quòd tñ haberent figuram auium multi consonant, eo ꝙ habebant alas: vt patet de illis duobus Cherubim aureis, qui erant super arcam extendentes alas super propitiatorium: Exo. 25. Etiam de duobus Cherubim de lignis oliuarum, quos fecit Salomon, & posuit in Sancta sanctorum: vt patet infra in litera. Nā extendebat alas suas ab angulo domus in angulum. Dicendum tñ, ꝙ non habebant isti Cherubim figuram auium, sed hominū, licèt haberent alas: erat. n. talis figura eorum, qualis angelorum, quos nos pingimus, habentium quidem vultus humanos, & corpora, & alas volucrū ad signandū celeritatem motus sui veniendo ad nos de cęlis, licet ſm veritatem non moueantur. Et pater hoc, quia isti Cherubim erant super pedes suos, & erant erecti habentes dorsa contra parietem Occidentalem domus, & vultus contra portam Orientalem: vt patet infra in litera. Ista tñ est habitudo corporis virilis, & non volucris, iō Cherubim erant, sicut viri. Secundò patet hoc ex similitudine Cherubim: nā Seraphim quilibet habebat alas sex, & cantabant dicentes sanctus, sanctus;



Isa. 6. Et tñ cantare pertinet ad illos, qui in forma virorum sunt, & non ad eos, qui in forma volucrum: eo ꝙ non posset in illis formari vox articulata, quæ pertinet ad cantum. Sicut ergo Seraphim erant alati, & in forma virili: ita Cherubim, licèt essent alati, essent in forma virorū. Tertiò patet, quia Ezech. 10. dī, ꝙ vnus Cherubim accepit in manu sua prunas, & dedit eas viro, qui indut⁹ erat lineis. Accipere tñ prunas in manu, & dare eas non ꝙuenit, nisi homini, vel habenti figurā hominis, ideo Cherubim erant ad formam hominis. Considerandum tñ pro veritate huius, ꝙ Cherubim in sacra scriptura interdum accipitur generaliter, & interdum specialiter. Generaliter vocatur Cherubim similitudo cuiuscunq; animalis: dum tñ habeat alas, siue naturaliter, siue fingantur. Et sic boues vocantur Cherubim, & Aquilę, & alia animalia. Sic patet Ezech. 1. vbi ponitur visio quatuor animalium alatorū, & vnū illorum erat vitulus, aliud erat Leo, tertium erat Aquila, quartū erat Homo. Et ista quatuor animalia rursus vocat Ezechiel Cherubim: Ezech. 10. Quòd autē sint ista quatuor animalia patet, quia tales circūstantiæ ponuntur ibi, sicut in visione illorum quatuor animaliū, vt patet comparando ea, quæ habentur Ezech. 1. cum eis, quæ habentur c. 10. Secundò paret, quia dī ibi, istud est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar, ideſt ista sunt animalia, quia de multis loquitur, & tñ anima lia, quæ vidit iuxta fluuium Chobar sunt quatuor nominata: vt patet Ezech. 1. Tertiò patet efficacius: quia Ezech. 10. dī, ꝙ vidit Ezechiel quatuor Cherubim, & ponuntur similitudines eorum, & dī, ꝙ facies vnius eorū erat facies hominis, & facies alterius facies Leonis, & facies alterius facies Aquilæ, & facies alterius facies Cherub. Ecce qualiter ista erant animalia diuersarum specierum, & tñ vocantur Cherubim cùm essent alata. Accipiēdo autem propriè, & strictè Cherubim, vocatur Cherub bos habens alas fictè: sic patet Ezech. 10. Cùm. n. dixisset se vidisse quatuor Cherubim, & vel let ponere similitudinem eorum, ait facies vna facies Cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertio facies Leonis, & in quarto facies Aquilæ, & posuit ibi tria animalia de illis, quæ viderat iuxta fluuium Chobar, s. Hominem, Leonem, & Aquilam. Deficiebat ergo quartum, s. vitulus, & de illo dixit, ꝙ facies eius erat facies Cherubim, ergo bos vocat specialiter Cherub. Considerandum tñ, ꝙ nec bos, nec aliud animal vocatur Cherubim, nisi ſm, ꝙ habet alas naturales, vel apositas. Quod patet, quia omnia ista, quæ vocantur hic Cherubim habent alas, vt patet hic, & Ezech. 1. & 10. Item non vocantur ista animalia Cherubim etiam si sint alata, nisi ſm, ꝙ Deo assistunt, vel sunt in picturis eius: quod patet, quia in scriptura nunquam ponitur nomē Cherubim ysquequo dī de duobus Cherubim, qui erant super arcam fœderis, & isti dicebantur esse assistentes Deo, quia inter alas illorum censebatur esse Deus, cùm audiretur vox respondentis ad quæsita de medio duorum Cherubim: Num. 7. Etiam dicebatur Deus sedere super istos Cherubim, vt patet 2. Reg. 6. s. Quòd in arca inuocatum est nomen Dei sedentis super Cherubim. Etiam illi, qui vocantur Cherubim vt patet ibidem. Isti autem, qui erant de lignis oliuarū, etiam erant coram Deo, quia in Sancta Sanctorum erant coram arca. Etiam Cherubim, qui ponebantur sculpti in parietibus sanctuarij erant sculpti coram domino, & vocabantur Cherubim. Ista tñ animalia transiata ad alios vsus, vel ad aliam materiam loquendi, nō vocantur Cherubim: quia Cherub nomen est pertinēs ad diuina. Considerandum vlterius, ꝙ licèt multis modis possit accipi Cherub, siue largè, siue strictè, non accipitur Cherub prout erat in arca, & in Sancto Sanctorum, nisi pro figura hominis, & patet hoc quātum ad Cherubim, qui erant super arcam: nam illi erant creati super arcam, & extendebant alas contra se inuicem. Si tamen esset similitudo bouis, vel Leonis, aut Aquilæ, vel aliarum rerum non possent conuenienter alas contra se extendere, vt patet intuēti habitudinem istorum animaliū. Item patet hoc de Cherubim duobus de lignis oliuarum: quia dī de eis, ꝙ erant erecti super pedes suos, & vultus erant contra portam, & dorsa contra parietem Sancti Sanctorum, & extendebantur alæ eorum, ita vt ala vnius tangeret alam alterius, & pertingerent ab angulo in angulum, vt patet infra in litera. Manifestum est autem, ꝙ non poterat talis habitudo esse alicuius animalis illati, nisi hominis, qui sic rectus pedibus stare possit.

Fecit etiam in domo Sancti Sanctorum Cherubim duos opere' statuario, & texit eos auro. Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem, & ala eius altera quinque' cubitorum, alam Cherub alterius contingebat. Igitur alæ vtriusque Cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byssо, & intexuit ei Cherubim.

*Fecit etiam.* Hic ponitur ſm huius c. s. Cherubim duorum fabricatio, quos fecit Salomon de lignis oliuarū, & posuit in Sancta sanctorum. Et dicitur. *Fecit etiam in domo Sancti Sanctorum Cherubim duos.* Scilicet, præter Cherubim sculptos, qui erant in parietibus tēpli, fecit alios duos Cherubim, qui essent in domo Sancti sanctorū, & isti non erant Cherubim, qui erant super arcam, vt infra declarabitur in quadam quæstione. *Opere statuario.* Ideſt, fecit eos esse statuas. Istud dicitur ad differentiam aliorum Cherubim, qui erant in parietibus, quia illi erant opere sculptorio, & non statuario. Pro quo sciendum, ꝙ quælibet pars multipliciter potest fingi. Vno modo arte pictoria, & tunc est sola superficies, puta nō ostendens corpus. Alio modo potest fieri opere sculptorio, s. quando est aliqua materia continua, & grossa, & plana, & informis, & in aliqua parte superficiei eius cauando fiat aliqua figura, quæ non sit per se, sed hæreat ipsi toti materię. Vocatur opus sculptorium, & sic erant facti Cherubim in parietibus templi, s. in tabulis cedrinis, vel in laminis aureis. Tertium opus est productile, qñ est aliqua materia dura obediens malleo, & malleando extenditur, & extendēdo aliquam partem eius malleo redditur aliqua determinata figura, manēte reliqua materia in altera figura, vel rude, vocatur opus productile, ideſt factum per extensionem malleatoriam: sic enim fuit candelabrum tabernaculi Moysi factum opere productili, ideſt extensibili: nam de quodam talento auri rudi malleando facta est figura candelabri; Exo. 25. Item Cherubim, qui erant super arcā

facti sunt opere productili, eo. c. ſ. de propitiatorio arcę F
percutiendo malleo extremitates eius, & extenuando
eas facti sunt Cherubim. Quartum opus est statuariū,
& hoc quando de aliquo ligno dolando fit aliqua effi-
gies per se stans non alligata alicui parti alterius mate-
riæ, & vocatur statua a stando: quia stat per se talis effi-
gies. Isti autem Cherubim, qui erant in Sancta Sancto
tum erant facti opere statuario, quia erant de lignis oli
uarum, & erant per se stantes non tanquam partes al-
terius materiæ, & per hoc differunt isti Cherubim à
Cherubim, de quibus supra dicebatur: quia illi erant fa
cti opere sculptorio, & differūt ab illis Cherubim, qui
erant super arcam: quia illi erant facti opere productili: ista sunt opera in lignis, & metallis. In pannis autem
cū aliqua effigies redditur potest dupliciter fieri. Vno G
modo opere pictoris, ſ. cùm solùm in superficie panni
linitur color, & est effigies ex vna parte panni & nō ex
alia: aliud est opus plumarium, ſ. qñ fit effigies in pan-
no texendo, vel suendo, & tunc non supponitur color,
sed ex colore filorum texendo, vel suendo redditur il-
la effigies, & vocatur opus plumarium a pluma: quia
pluma acus est, & tale opus, vt communiter suēdo fit.
*Et texit eos auro.* Non dicitur de qua materia erant, &
ponitur hoc. 3. Reg. 6. ſ. q erant de lignis oliuarum, &
operti fuerunt laminis aureis, idest in toto sanctuario
interius nihil apparere debebat nisi aurum. *Alę Cherubim viginti cubitis extendebantur.* Idest, alæ amborū Che-
rubim simul: coniungendo. n. extremitatem alæ vnius
alæ alterius perueniebant alæ eorum ad viginti cubi- H
tos: talis. n. erat habitudo eorum in Sancta sanctorum,
& declaratur ex litera sequenti. *Scilicet, ita vt ala vna haberet cubitos quinque.* Idest, ala quælibet habebat quinq;
cubitos, & sic quatuor alę duorum Cherubim appositæ per continuationem occupant viginti cubitos. Et
est intelligendum, q nulla ala haberet cubitos quinq;:
quia aliàs occuparēt Cherubim plusquam viginti cu-
bitos, & non caperentur intra sancta sanctorum. Quod
patet, quia quatuor alæ implent sic viginti cubitos, &
tamen corpora Cherubim occuparent aliquid: ideo
cùm extremitas alæ vnius Cherub applicaretur extre-
mitati alæ alterius, occuparent duo Cherubim plusq̄
viginti cubitos, & tamen latitudo Sancti sanctorum
erat viginti cubitorum. Et etiam dicitur, q solùm oc- I
cupabant alæ Cherubim cubitos viginti, ideo compu-
tabatur ala quælibet cum quadam parte corporis, &
consequenter non erat aliqua ala Cherubim cubito-
rum quinq;. *Et tangeret parietem domus.* Ponitur hic ha-
bitudo istorum duorū Cherubim intra sancta sancto-
rum, ſ. quilibet habebat alas extensas in latum, & habe-
bat vultum ad partem Orientalem, & dorsum ad Oc-
cidentem, & tunc necesse erat, q ala vna extenderetur
ad Meridiem, & alia ad Aquilonem, & vna ala vnius
Cherubim tangeret parietem Aquilonarem, ſ. ala si-
nistra, & dextra ala eius extenderetur versus Austrum,
& pertingeret vsque ad decem cubitos: & ibi erat me-
dietas domus Sancti sanctorum. Et ala sinistra secundi
Cherubim tangeret extremitatem alæ dextræ primi K
Cherubim, & ala dextra eius tangeret parietem Au-
stralem domus, & sic complerentur viginti cubiti. Et
erant isti duo Cherubim apud parietem Occidentalē
Sancti sanctorum, qui erat paries maximus Occiden-
talis totius templi. *Et alia quinque cubitos habens.* Scilicet,
ala dextra primi Cherubim, quæ extendebatur versus
Austrum, & dicitur quinque cubitos habens compu-
tando quādam partem corporis, eo q nulla alia per se
erat cubitorum quinque. *Alam tangeret alterius Cherubim.* Scilicet, alam sinistram Cherubim secundi, qui
tangebat parietem Australem templi. *Similiter Cherubim alterius ala.* Iste erat secundus Cherubim, qui erat
versus Aquilonem. *Quinque cubitos habebat.* Scilicet,
quælibet alarum eius, quia æquales erant alæ compu-
tando alam prout includit quandam partem corpo-
ris, sicut supra dictum est. *Et tangebat parietem.* Scilicet,
Aquilonarem sancti sanctorum: quia ala alterius Che-
rubim, tangebat parietem Australem. *Et ala eius altera.*
Scilicet, ala dextra, nam ala sinistra istius Cherubim
tangebat parietem Septemtrionalem, & ala dextra
tangebat alam alterius Cherubim. *Quinque cubitorum,*
Quia quælibet ala totidem cubitorum erat computan
do quandam partem corporis cum illa, vt supra dictū
est. *Alam Cherubim contingebat.* Scilicet, alam sinistram
Cherubim, qui erat ad Meridiem. *Igitur alæ vtriusque*
*Cherubim expanſę erant.* Scilicet, non habebant Cheru-
bim alas collectas, vel eleuatas in sublime, sed exten-
sas in directum quantum poterant extendi. *Et extendebantur per viginti cubitos.* Scilicet, quatuor alæ duorum
Cherubim erant expansæ viginti cubitis, quia ala quæ-
libet cubitos quinque continebat, vt patet supra. *Ipsi*
*etiam ſtabant erectis pedibus.* Scilicet, Cherubim non le-
debant, nec iacebant in pauimento: sed stabant erecti
super pedes suos. Historia scholastica dicit, q isti Che- Expoſitio
rubim habebant habitudinem volentis ambulare, ſ. q ſm hiſto-
vnum pedem habebāt fixum in pauimento, & alium riam ſco-
curuatum quasi eleuatum ad ambulandum: sed hoc lasticā.
non stat, quia non est conueniens habitudo ad ambu-
landum, q Cherubim haberent alas extensas quātum
poterant: sed colligerent eas in se. Item non stat, quia
ad ambulandum non poterat quilibet Cherub habere
nisi vnum pedem erectum, siue curuatum, & tamen
intelligitur de vtroque pede: ideo non accipitur pedi-
bus erectis, ideſt eleuatis, sed erectis, ideſt rectis, scili-
cet, q pedes eorum erant recti, & non curuati: sicut fit
in sedentibus, vel iacentibus. Et sic dicitur in Hebræo,
quòd Cherubim erant super pedes suos, vbi nos dici-
mus, quòd pedes eorum erant erecti: sed esse super pe-
des est stare, quia qui iacet, non est super pedes: nec Expoſitio
etiam qui sedet, sed qui stat. Sed iste modus, vel habi- vera.
tudo conueniebat Cherubim: quia illa quatuor ani-
malia, quæ vidit Ezechiel, sic habebāt pedes rectos, scili-
cet, stando, vt patet Ezechiel. primo, scilicet: Pedes eo
rum pedes recti: & ista quatuor animalia vocantur
Cherubim, vt patet Ezech. 10. *Et facies eorum verſa erant*
*ad exteriorem domum.* Scilicet, vultus Cherubim erant
contra domum exteriorem, quæ erat Orientalis, &
maior. Et patet hoc, quia alę Cherubim erant exten-
sæ in sancto sanctorum, & perueniebant ab angulo
domus in angulum, vt patet in litera: ideo necesse erat,
q vultus eorum essent contra Occidentem, vel Orien-
tem: cùm alę essent contra Meridiem, & Aquilonem.
Non tamen essent conuenienter vultus Cherubim
contra Occidentem, quia tunc essent conuersi ad pa-
rietem, & dorsus eorum esset versus arcam, quod
erat inconueniens: ideo oportebat, q vultus istorum
Cherubim esset contra Orientem, scilicet respicien-
do arcam, & tunc etiam respicerent domum exterio-
rem: nam totum templum diuisum erat in duas do-
mos, scilicet interiorem, & exteriorem. Domus exte-
rior erat maior, & Orientalis: vbi erant vasa ministerij
sacerdotalis quotidiani. Domus interior erat domus
sancti sanctorum, vbi erat arca, & cùm haberent isti
Cherubim vultus contra Orientem necesse erat, q re-
spicerent domum exteriorem, quæ erat versus Orien-
tem. In Hebræo dicitur facies eorum versę erant ad
domum, & non dicitur ad exteriorem. Intelligitur
tamen necessariò de domo exteriori: quia templum
erat diuisum in solas duas domos, & erant Cherubim
in vna earum, ſ. in interiori: contra q̄ non poterant hre
vultum versum cùm essent in ea, ideo haberent vultū
contra aliam, in qua non erant, & ista erat domus ex-
terior. Vnde litera nostra non solùm transtulit literam He-



braicam, sed etiam suppleuit defectum eius. In qui- A
busdam omnino colligitur necessariò sensus ex illis,
quæ sunt in litera. *Fecit quoque velum.* Istud erat velum
in sanctuario, quod vocatur velum templi: sed in qua
parte erat infra declarabitur in quadam quæstione.
Ex hyacintho, & purpura, & cocco, & bysso. Hyacin-
thus est flos quidam, & est etiam nomen viri, siue
pueri, qui ludendo cum Apolline versus est in florem
nominis sui, vt ait Ouidius 10. Metaph. & ex co-
lore illius floris vocantur aliquæ pelles hyacinthinæ:
quia tali colore tinctæ sunt: sicut dicitur de pellibus,
quibus tegebatur tabernaculum Moysi: Exo. 26. Et ali- B
quando corium sic tinctum vocatur hyacinthus: vt pa-
tet Ezech. 24. ſ. Calciaui te hyacintho, & indui te bico-
loribus, ſ. feci tibi calceos de pelle, quę vocatur hyacin-
thus propter hanc tincturam. Aliquando panni, vel
quæcunque alia vocantur hyacinthi, & sic patet hic,
quia fila de lino tincta hoc colore vocantur hyacin-
thus, & ista contexebantur alijs filis alio colore tinctis,
& sic dicitur velum fieri de hyacintho, & alijs. Purpu-
ra a colore dicitur, nam color quidam est rubeus de-
clinans aliqualiter ad nigredinem, qui vocatur purpu-
reus, & omnia tali colore tincta purpurea vocantur, &
interdum fila, vel panni talis coloris purpura dicuntur,
& sic accipitur hic: nam pro filis purpureis necesse est
accipi. Coccus vocatur pannus, vel filum tinctum co- C
lore rubeo intensissimo, vt putant quidam vermem
esse cuius sanguine tinguntur panni, & ille vocatur
coccus: quod satis signatur in Hebræo: vbi ponitur to-
lad, quod est nomen vermis: sic etiam patet in litera
nostra Isa. primo, scilicet. Si fuerint peccata vestra, vt
coccinum quasi nix de albabuntur, & si fuerint rubra
quasi vermiculus velut lana alba erunt, & ponitur ibi
coccinum, & vermiculus pro eodem replicando ean-
dem sententiam per alia verba: Quod sæpe fit in Pro-
phetis, & maximè in Isa. Et sic verum est, q de sangui-
ne illius vermiculi tingatur pannus, & non solùm de
illo sanguine, sed etiam de quodam, qui colligitur de
arboribus, & vocatur grana, & tinctureę inde factæ sunt
purissimæ, & valde intensę, & ab ista intensione rubo-
ris vocantur coccinea: sic patet in auctoritate Isa. alle-
gata, ſ. Si fuerint peccata vestra rubra quasi vermicu- D
lus, quasi dicat, maximus rubor est vermiculi. Sic etiā
de coccino dicitur: Si fuerint peccata vestra quasi coc-
cinum, quasi nix dealbabuntur: necesse est ergo, q si-
gnetur magna intensio coloris: cùm etiam in niue sit
magna albedo intensa. Byssus est genus lini candidissi-
mi, & fila illius lini erant mixta alijs filis ad contexen-
dum velum, de istis filis texebantur vela, & vestes san-
ctuarij: vt patet Exo. 26. *Et intexuit ei Cherubim.* Scilicet,
in velo illo texuit Cherubim. De figura Cherubim di-
ctum est supra in quadam quæstione, ſ. q est figura ani
malis alicuius habentis alas, siue hominis, siue bouis, si
ue Leonis, vel Aquilæ: vt patet Ezech. 10. & vocantur
Cherubim in quantum sunt in consortio Dei, ſ. in san-
ctuario, vbi Deus specialiter censetur stare. E

*Qui erant isti duo Cherubim.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, de istis Cherubim duo-
bus de quibus hic dicitur, qui erant. Aliquis di-
cant, q erant Cherubim existentes super arcam fede-
ris, qui extendentes alas velabant arcam: vt patet Exo.
25. & 37. & colligitur hoc, quia etiam isti Cherubim,
de quibus dicitur hic erant in sancto sanctorum. Sed
dicendum, q non stat. Primò, quia illi Cherubim, qui
erant super arcam erant de auro, vt patet Exo. 25. & 37.
Isti autem de quibus hic dicitur erant de lignis oliua-
rum: vt patet in litera. Secundò patet: quia illi Cheru-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ad quid fuerunt facti isti Cherubim per Salomonem. Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid fuerunt facti isti Cherubim de lignis oliuarum per Salomonem. Aliquis dicet, ꝙ causa fuit, quia templum Salamonis factum est ad imitationem tabernaculi Moysi, & quia illud tabernaculum habebat fortè tales duos Cherubim: conueniens fuit, ꝙ in templo Salomonis essent isti duo Cherubim. Dicendum, ꝙ non stat, quia in templo Salomonis erant isti Cherubim, sed in tabernaculo Moysi nunquam fuerunt: quia in Sancta Sanctorum solùm legitur fuisse arcam, quæ habebat super se duos Cherubim · sed præter istos non leguntur alij, vt patet Exo.26. Sed dicendum, ꝙ isti Cherubim erant in Sancta Sanctorum ad signandum dignitatem Dei: nam Deus in cœlis comitatus est beatis spiritibus, qui sunt in nouem ordinibus angelorum, quorũ præcipui sunt in duobus supremis ordinibus, scilicet Seraphim, & Cherubim. Et ob hoc non potest aliquid dignius, & conuenientius pingi, vel fabricari ad consortiũ Dei in templo quàm Cherubim, & Seraphim. Et propter hoc in visione imaginaria Isaiæ, cùm vidit dominum in templo, & in circuitu eius vidit Seraphi, qui sex alis velabantur: Isa.6. De Cherubim patet in visione imaginaria Ezech. nam vidit quatuor Cherubim: Ezech.10.cap. & quia in templo Deus erat speciali-
ter, conuenientius figuræ Cherubim fiebant sculptæ, vel statuæ quàm aliquæ aliæ, & sic in multis locis erãt. Nam primò facti sunt duo Cherubim super arcam fœderis de auro productiles, qui extendebant alas, & in medio alarum manebat locus clausus, in quo Deus esse putabatur: nam ibi audiebatur vox respondentis ad omnia quæsita, & putabatur esse vox Dei: erat tamen vox angeli: vt patet Numeri 7. Et super illos Cherubim Deus dicebatur aliquando esse: vt patet 2. Reg. 6. & Psal.79. scilicet. Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim. Erant etiam Cherubim in parietibus templi sculpti: vt patet supra in litera. Erant etiam in vasis sanctuarij sculpti Cherubim, scilicet in sedibus luterum. 3. Regum 7. Erant etiam in velo templi: vt patet supra in litera, & ferè in omnibus operibus templi. Ita ergo fuit conueniens, ꝙ præter Cherubim, I qui erant super arcam: essent etiam alij Cherubim in Sancta Sanctorum, & potius ibi esse debebant, quàm in alijs partibus templi, eo quòd magis repræsentabatur ibi Deus, quàm in alia parte propter arcam fœderis, & propter vocem respondentis, quæ audiebatur super arcam. Cùm tamen essent duo Cherubim, & non plures facti per Salomonem, & cur de lignis oliuarum potius quàm de alia materia, non potest reddi causa, quia ista totaliter pendent à voluntate iubentis.

*Velum ad quid erat, & in qua parte templi. Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius de velo, de quo hic dicitur, ad quid erat, vel in qua parte templi erat. K Respondet Nicolaus, & ferè omnes nostri doctores, ꝙ erat pendens ante Sancta Sanctorum, ne videretur arca, & dicunt, ꝙ istud est de quo dicitur Matth.27. ꝙ in passione Domini scissum est à summo vsque deorsum. Hoc autem non constat. Est autem motiuum eorum, licèt non exprimunt: quia templum Salomonis erat ad exemplum tabernaculi Moysi. Sed in tabernaculo Moysi velum quoddam pendebat ante arcam, & illud distinguebat Sancta Sanctorum a reliqua
2. Ratio. parte sanctuarij: Exod.26. ita putauerunt, quòd esset in
1. Ratio. templo Salomonis. Alia causa erat, ꝙ id quod maximè occultandum erat in templo erat in Sancta Sanctorum, scilicet arca fœderis, ideo velum poni debebat F in parte illa ad maximè occultandum. Respondendum tamen, ꝙ velum istud non erat positum ante Sancta Sanctorum ad portam eius ex parte exteriori, nec ex interiori. Pro quo sciendum, quòd domus Sancti Sanctorum erat cubitorum viginti longitudine, & totidem latitudine, & distinguebatur a domo exteriori quodam pariete interiacente, & in illo erat porta quædam: vt patet 3. Regum 6. Nunc autem si esset velum istud ante Sancta Sanctorum poterat esse ex parte exteriori ante portam Sancti Sanctorum, ita vt videri nõ posset porta existentibus in templo, scilicet in domo exteriori. Vel poterat esse in parte interiori, vt videretur porta Sancti Sanctorum existentibus in templo, & tamen non posset videri, quòd erat intra Sancta San- G ctorum, licèt aperiretur porta eius. Neutro tamen istorum modorum esse poterat velum ante Sancta Sanctorum: quia 3. Regum 8. & infra 5. dicitur, quod siquis esset circa portam Sancti Sanctorum, videre posset vectes arcæ, quæ erat in Sancta Sanctorum, scilicet capita eorum, & si esset longè a porta non poterat illos videre. Si tamen esset velum positum ante sanctа sanctorum, siue ex parte exteriori, siue iteriori nullus posset videre vectes arcę, quæ erat intra Sancta sanctorum, siue esset iuxta portam, siue longe ab ea, ergo non erat ibi velum pendens. Dicendum ergo, ꝙ velum istud erat ad portam exteriorem templi pendens ex parte interiori templi. Pro quo sciendum, ꝙ templum erat longum sexaginta cubitis, & latum viginti, H & secundùm longitudinem diuidebatur in duas partes. Prima erat exterior maior, in qua erant omnia vasa sacræ ministrationis, & vocatur templum, vel oraculum. Et alia domus erat minor, quæ vocabatur sanctum sanctorum: vbi erat arca fœderis. Domus exterior habebat vnicam portam in latere orientali, & vestibulum pendebat ad portam illam ex parte interiori: nam portæ templi erant magnæ secundùm latitudinem partis templi, & portę aperiebantur secundùm partem exteriorem, & apertis illis manebat velum pendens ex parte interiori secundùm totam portæ magnitudinẽ: ita vt non posset videri id, quod erat in templo etiam si aperiretur porta. Quod autem velum poneretur ad istam portam interiorem templi ratio est, quia velum I poni debebat ad aliquam portam, eo ꝙ non erat necesse aliquid velari in templo, nisi quod videri poterat, vel per quod poterat videri, & non poterat videri aliquid nisi per portam: ideo ad portam aliquam ponendum erat. Erant tamen solùm duæ portæ in templo, scilicet vna in domo exteriori templi in parte orientali, & alia in sancta sanctorum, vt colligitur 3. Regum 6. In aliqua ergo istarum portarum ponendum erat velum: nõ tamen ponebatur in porta sancti sanctorum, vt quidam putauerunt, vt probatum est supra: ideo ponebatur in porta exteriori domus. Et patet hoc, nã ad portam sancti sanctorum non erat necessarium, quia domus illa claudebatur parietibus ex omni parte, & habebat etiam portam: ita vt non posset aliquid videri intra sancta sanctorum, ideo non erat necessarium velũ ad ope- K riendum portam, quãdo quis intraret in sancta sanctorum, vt apertis portis non videretur aliquid eorũ, quæ intus erant, pendente velo. Sed istud non stat, quia in sancta sanctorum nõ introibat aliquis, nisi summus sacerdos semel in anno in die propitiationis: Leuit.16. & ad Hebr.9. Et quando introibat summus sacerdos, non poterat quis videre aliquid eorum, quæ erant in sancta sanctorum, etiam si non penderet velum ante portã, & maneret porta patens: quia quando introibat illuc summus sacerdos, nullus hominũ esse debebat in exteriori tabernaculo, siue sacerdos, siue Leuita: Leuit.16. Et sic nihil videretur eorũ, quę erãt in sancta sanctorũ: ponit.



potissimè, quia vt supra probatum est fm veritatẽ nõ A erat ibi velum, cùm vectes arcę existentis in Sancta Sãctorum apparerent existẽtibus foris: licèt esset clausa porta Sancti Sanctorum. Erat autem necessarium velum istud nimis, ꝙ penderet ad portam exteriorẽ templi, quia illa porta erat magna, & quando aperiebatur apparerent omnia vasa sacra, quæ erãt in prima domo sanctuarij, nisi pẽderet aliquod velum: nam porta ista exterior debebat sępe aperiri, cùm quotidie bis deberet ingredi aliquis sacerdos ad cremãdum thymiama coram Domino, & ad locandum lucernas in candelabro mane, & vespere: Exo.30.cap. Porta autem exterior erat magna valde secundùm latitudinem parietis orientalis, scilicet cubitorum viginti, & oportebat, ꝙ aperta esset sępe. Et cùm aperiretur, necesse erat posse B videri omnia, quæ erant intra templum: potissimè, quia laici, & quicunque Israelitæ erãt quasi semper ad portam templi in porticu eius, & ibi loquebantur de rebus pertinentibus ad legem. Vnde Christus licèt esset laicus, in porticu illa templi Salomonis sępe erat cum Phariseis disputando, & ibi dixerunt ei: Quousq; animas nostras tollis? si tu es Christus, dic nobis palã, & voluerunt eum lapidare, exiuitque de manibus eorum. Ioã.10.cap. Et isti viderent ea, quæ erant in templo quandocunque aperiretur templum. Et patet, quia quando sacerdos introibat bis in die ad cremandum thymiama, & locandum lucernas, erat populus expectans ad portam exteriorem in porticu, vt colligitur Luc.1. cùm dicitur de Zacharia patre Beati Ioãnis C Baptistæ, quòd sorte exijt, vt intraret ad cremandum incensum, & ingressus est templum, Populus autem erat foris eum expectans: & sic tunc poterant videre, quæ erant in sanctuario in prima domo, nisi penderet velum ad portam, quod auferret visum, dato ꝙ porta pateret. Si autem non penderet istud velum, & contingeret laicos, & Leuitas videre vasa sanctuarij, esset inconueniens magnum, scilicet, quia morerentur, eo quòd viderent vasa sacra nuda. Et qui sic illa videbant, moriebantur, nisi sacerdotes. Num.4. Et ob hoc dixit Deus sacerdotibus, quòd cauerent ne morerentur Leuitę de stirpe Caath, qui portabãt vasa sacra hus- D meris suis: & ad hoc iussit, quòd quando mouenda est sent castra, & tabernaculum, non introirent Leuitę ad accipiendum vasa, quæ portarent: sed sacerdotes introirent, & velarent ea, & velata traderent ea Leuitis, quia si viderent ea nuda morerentur: eod.capit. Ideo si porta esset patens templi, & non penderet velum ante illam, viderent laici ea, quæ erant in sanctuario, & morerentur: ideo manifestum est, quòd poneretur ad hoc aliquod remedium, scilicet, quòd penderet aliquod velum ad portam templi ex parte interiori: nam porta habebat valuas, quæ voluebantur ad partem exteriorem templi, & illis patentibus manebat velum pendens in loco portarum à summo vsque deorsum. Et cùm aperirentur portę, etiam si omnes laici ibi essent, non poterant aliquid videre de his, quæ erat in sanctuario, & istud velum scissum est in passione E Christi: de quo magis dicetur sequenti quæstione. Et sic in sola ista porta exteriori erat velum, quia ibi solum erat necessarium, & in porta Sancti Sanctorũ nõ. Ad primam rationem, qua probabatur, quòd pẽdebat ante Sancta Sanctorum, dicendum, quòd verum est, quòd in tabernaculo Moysi pendebat velum quoddã ante arcam: & tamen non erat sic in templo Salomonis. Ratio diuersitatis est, quia tabernaculum Moysi erat portatile: & non habebat parietes aliquos, sed solum quasdam tabulas in gyro, & operimenta, & vela de panno, quàm de pellibus, & ipsum tabernaculum quod in duas partes diuidebatur, scilicet in Sanctum, & in Sancta Sãctorum nõ diuidebatur, nisi velo intermedio: nam erãt quatuor columnę de lignis Setim ante Sancta Sanctorum, & de illis pendebat vnum velum pulchrum ante arcam, & per istud solum diuidebatur domus, vel pars exterior ab interiori, vt patet Exo. 26. In templo autem Salomonis erant parietes, & distinguebatur domus Sancti Sanctorum ab exteriori domo pariete intermedio, ĩ quo erat porta, ideo non erat hic necessarium velum, sicut in tabernaculo Moysi ante Sancta Sanctorum. Item si propter hoc, quòd in tabernaculo Moysi erat velum pendens ante Sancta Sanctorum deberemus dicere, quòd istud velum, de quo hic dicitur pendebat ante Sancta Sanctorum: eodem modo dicere deberemus, quòd istud velum pendebat ad portam exteriorem templi, quia ẽt in tabernaculo Moysi erat quoddam velum pendens ante portam tabernaculi, quod interdum vocatur tentorium, Num.4. & magis necessarium erat ibi, quàm ante Sancta Sanctorum ex causis supra positis. Ad se- Ad secundum rationem. cundum dicendum, quòd verũ est, quòd id quod maximè in templo occultandũ erat, erat Sancta Sãctorũ: & tñ non sequitur, ꝙ ibi deberet pendere velum, quia dato quòd non penderet velum ante Sancta Sanctorum, erat maximè occultata arca, q̃ erat in Sancta Sanctorum: nam erat paries distinguens Sancta Sanctorũ à domo exteriori, ita vt clausa porta Sancti Sãctorum etiam stantibus omnibus sacerdotibus in domo exteriori nihil videri posset de his, quę erant in Sancta Sanctorum, nisi capita vectium arcę. 3. Reg. 8. & infra 5. Quod de industria factum creditur, quia aliàs poterãt obturari omnes tales rimulę. Et tamẽ si non penderet istud velum ad portã exteriorem templi, viderent laici vasa sacra, quę erant in prima parte templi, ideo ibi ponendum erat velum, & non ante Sancta Sanctorum.

*Quare in passione Domini velum scißum est: & ad quid factum est. Quæstio XVI.*

QVAERITVR vlterius, de isto velo cùm dicatur Matth.27. ꝙ velum templi scissum est, quo scissum est: & ad quid factum est. Dicendum, quòd moriente Domino totus mundus ei condoluit, qa iustum erat, vt conditori patienti tota machina condita compateretur, vel saltem ostenderet scelus nequissimorum hominum in suum auctorem. Et ad hoc sol contra naturam orbis eclypsim in plenilunio passus ẽ: totum cælum caligine obductum est per tres horas in tegras. s. à sexta vsque ad nonam, & cepit ista eclypsis in vrbe hac Salamantina ab hora tertia vsque ad meridiem. Petrę quoque scissę sunt, & monumenta aperta sunt, & tunc velum templi scissum est. De isto velo dicendum, ꝙ vnicum erat, & pendebat ad portam exteriorem templi Salomonis, vt prędced. quæst. dictũ est: & patet, quia Mat.27.dr. Velum tẽpli scissum est, & nõ dictum fuit quod erat istud velum, sed dictum est velum templi tanq̃ vnicum esset, & determinatũ. Causa autem quare scissum est, vr̃ fuisse triplex. Prima, vt si- Prima causa. gnaretur, ꝙ p. mortẽ Christi reuelata erant oĩa secreta cęlestia: nam ea, q̃ erant in templo occultabãtur laicis, & Leuitis ante tempus illud. Christus aũt moriens reuelauit oĩa: qa ex morte sua accepit lex noua vigorem, & exordium, in qua declarata fuerunt oĩa occulta veteris testamenti: nam in veteri testamento erant in figura: In nouo aũt fuit nuda veritas. Sic patet ad Hebr. 10. s. vmbram futurorum bonorum lex continet. s. lex Moysi continebat vmbram futurorum bonorũ. s. declarandorum in nouo testamento. Secunda causa fuit Secunda causa. ad ostentandum, ꝙ per mortem Christi fuit patefacta ianua cęli. Nam ante mortem Christi erat ianua vitæ æternę clausa, nec poterat quis introire illuc. Per mortem aũtẽ Christi aperta fuit, & potuerunt illuc intrare quicun-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quicunque dispositi erant, & introierunt omnes Sancti patres, qui erant in sinu Abrahę. Debuit ergo dari aliquod signum in morte Christi ad ostendendum, ꝙ per mortem illam pateret vita æterna. Nullum autē conueniētius fuit, quàm ꝙ scinderetur velum templi, & viderentur vasa sacra, quæ erant in eo ab omnibus: quod patet, quia per templum conueniētius quā per aliquid aliud significabatur Cęlum Beatorum, eo quòd in templo specialius erat Deus, quàm in alijs locis, sicut declaratum est præced. cap. Et sic in cęlo Beatorum specialius est, quàm in alijs locis, eo quòd ibi se ostendit eis, & non alibi, ideo conuenienter signatur locus ille per templum. Item, quia in templo erant Cherubim multi sculpti in parietibus, & in vasis eius: & in alijs rebus, vt patet supra in litera: & tamen in sola vita ęterna sunt Cherubim, & Seraphim, & alij ordines angelorum: ideo per templum signatur vita æterna. Erat templum istud velatum, nè viderentur, quæ intus erant: sicut vita æterna clausa erat, nè cui liceret illuc introire: & velum scissum est, vt sic possent videri, quæ erant in templo, quia cęlum apertum est, vt iam possent illuc introire, qui dispositi essent ad hoc. Tertia causa fuit ad signandum, quòd lex vetus cessabat, & incipiebat nouum testamentum: nam in morte Christi cępit habere vigorem obligandi nouū testamentum, & cœpit deficere vetus, de quo magis declaratum est in libro de quinque figuratis paradoxis ad illustrem reginam Castellæ: & ad signandum hoc conueniebat scissio veli templi à summo vsque deorsum: nam quamdiu vetus testamentum manebat, debebat pendere istud velum ad portam exteriorem templi, vt non viderentur vasa sacra ab aliquibus, nisi à sacerdotibus, quia morerentur: Num. 4. Nunc autem Deus scindebat velum illud, & faciebat, quòd ea, quæ erant intra templum paterent omnibus, ideo innuebat, ꝙ iam nolebat manere priorem legem, qua cauebatur, quòd vasa sacra absconditа manerent. Sciendū etiam, quòd velum templi non solùm scissum est, sed etiam scissum fuit à summo vsque deorsum, vt patet Matth. 27. Quia si fuisset scissum, & tamen non à summo vsque deorsum, maneret adhuc velum pendens propter cōtinuitatem illam, & sic per rupturam illam possent videri ab extra aliqua de illis, quæ erant in sanctuario, & tamen non omnia: quia ea, quæ essent versus latera domus, scilicet aquilonare, & australe non viderentur pendentibus adhuc partibus veli propter continuitatem, sed ea, quæ essent in medio templi viderentur. Christus tamen voluit, quòd omnia, quæ erant in templo viderentur, vt perfectè signaretur reuelatio secretorum legis, & perfecta apertio vitę ęternę, & totalis cessatio veteris testamenti: ideo debuit à summo vsque deorsum scindi, vt non maneret aliqua continuitas partium veli, sed vtraque pars caderet in terra versus duos parietes domus, scilicet aquilonarē, & austral: & sic manerent omnia reuelata.

Tertia causa.

*Cur potius non aperte fuerunt portę templi, vel fractę valuæ, quàm velum templi, vt omnia paterent.*
*Quæstio XVII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Deus ad signandum ista, quæ dicta sunt prætedenti quæstione, voluerit quòd scinderetur velum templi, cur potius non fecit, quòd aperirentur portę templi, vel frangerentur valuę, & sic omnia paterent. Dicendum hoc fieri non debuit, nec potuit propter duo. Primò, quia ista scissio veli facta est inter horam sextam, & nonam quando Christus patiebatur, vt patet Matth. 27. & tūc ministrabatur in templo Salomonis, quia vsq; horam prandij semper erat hora sacrificiorum, & tunc erat apertum templum Salomonis, quia fortè sacerdos introierat ad cremandum thymiama, & disponendum lucernas in candelabris: & sic non poterant tunc miraculosè aperiri portæ templi cùm apertæ iam essent ad ministrandum. Quòd autem frangerentur non conueniebat ad aliquid, ideo non fuerunt ipsę apertę, nec fractę, sed velum, qnod pendebat scissum est. Secundum fuit, quia dato, quòd portę essent clausę: apertio illarum, vel fractio principaliter nihil proderat. Nam dato, quòd illę aperirentur, manebat post eas velum pendens, quod interciperet visum omnibus foris existentibus: ideo principaliter debuit velum scindi ad hoc, quòd viderentur, quæ erant intra templum in prima parte eius, & ideo dato, quòd essent clausæ portæ templi, & miraculosè aperirentur, principaliter fieret mentio de scissione veli, & sic facta est.

*Quare scissio veli potius fuit in die passionis Christi, quàm alijs diebus.* *Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, quare facta est ista scissio veli potius die passionis Christi inter horam sextam, & nonam, quàm alijs diebus, vel temporibus. Respondendum, quòd quocunq; tempore Deus scinderet illud velum conuenienter posset signari, quòd cessare debebat lex vetus, non potuit tamen conuenientius fieri, ꝙ in die passionis Christi. Ratio prima est, quia plurima eorum, quæ tunc miraculosè facta sunt, fuerunt ad ostendendum, ꝙ tota orbis machina conditori suo compatiebatur. Et quia passio sua fuit die vna, & non alijs: debuit potius scissio ista veli fieri die illa. Secunda causa fuit, quia per istud velum signata fuit apertio vitę æternę, & apertio secretorum veteris testamenti, & cessatio legis veteris. Ista autē tria sunt facta in passione Domini, & non ante, nec postea, ideo illa die velum scindi debuit. Tertia causa fuit: ꝙ illa die conueniebat valde scindi velum templi. Nā istud velum scindebatur ad hoc, vt apparerent, quæ erant intra templū, & viderentur ab omnibus. Sed istud non potuit ita fieri cōuenienter die aliqua, sicut die passionis Christi, ergo illa die scindi debuit. Patet hoc, quia illa die conuenerant plures de Israelitis, qui possent videre ea, quæ erant in templo scisso velo, quàm alijs diebus, ergo illa die fieri debuit: probatur hoc, quia Christus mortuus est die prima azymorum: nam Christus comedit agnum paschalem cum discipulis suis, & sequenti die mortuus est in cruce. Et agnus paschalis comedebatur die quartadecima mensis primi ad vesperum, quando erat Phasę, & sequēti die erat primus dies azymorum. Exo. 12. & Leui. 23. Ideo primus dies azymorum erat quando mortuus est. Ista autem dies erat valde solennis. Nam septem erant dies azymorum, & dies primus, & septimus erant venerabiliores. Exo. 12. Leui. 23. Num. 28. Sic in isto die essent omnes Israelitæ in Ierusalem. Nam ter in anno iubebat Deus oēs masculos Israel apparere in sanctuario Dñi. Exo. 23. & 34. & Deut. 16. In festo azymorum, & Pentecostę, & Tabernaculorum. Et sic in isto die primo azymorum essent omnes Hebræi in Ierusalem, & possent videre scissionem veli, & ea, quę erant in templo. Ista autem fuit causa quare Iudæi semel deliberabant nō occidere Christum in diebus azymorum, scilicet, quia totus populus erat in Ierusalem, & fieret tumultus super mortem Christi, vt patet Matth. 26. f. Non in die festo, nè fortè fieret tumultus in populo. Et tamē postea dispositione Dei mutatum est cōsilium Iudęo rum, & mortuus, & occisus est Christus in die festo in Ierusalem, vt totus Israel prędens esset morti eius, vt sic videret, ꝙ oībus mortuus, vel vt peccatū Israelitarū gra





uius videret, quasi toto populo consentiēte factū esset. Causa autem quare inter sextam, & nonam horam rupturn fuit velum templi fuit duplex. Prima, quia illa hora Christus pendebat in cruce, & tunc alia miracula facta sunt. f. terremotus, petrarum scissio, & monumentorum apertio, & eclypsis solaris. Ideo istud ēt, quòd à causa supernaturali fiebat, eadem hora fieri debuit. Nam tunc Christus erat in grauissimo dolore vulnerum, & fuit sic quousque hora nona expirauit. Secunda causa fuit, quia illa hora maximè poterant videri ea, quæ erant in templo. Nam hoc tempore cùm esset prima dies azymorum, & propter magnitudinē festi conuenissent Israelitæ omnes ad templum, etant ibi intenti sacrificijs, & alijs cęremoniis legis, & scisso tunc velo omnes viderent ea, quæ erant in templo. Si autem fierent hæc per noctem, vel alio tempore, non viderent opus, qui in templo erant, & non consequeretur Deus plenè finem, quem intendebat.

*Quomodo facta est scissio veli sine aliqua causa.*
*Quęstio XIX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo facta fuit scissio veli templi sine aliqua causa. Aliquis dicet, quòd fortassis facta est per terrę motum: nam eo tempore petrę scissę sunt, monumenta aperta sunt, & factus est terremotus ad scissionem petrarum, vt colligitur Mat. 27. Et Paulus Oros. 7. de Ormesta Mundi dicit, ꝙ q̄dam partes vrbium corruerunt, & cū velum istud penderet ex duobus parietibus ad aperiēdum totam aperturam portæ templi facto terremotu mouerentur parietes de quibus pendebat velum, & per tractum, & elongationem maiorem ipsorū, quàm prius rumperetur velum. Dicendum, ꝙ hoc non stat, quia terrę motus non sufficit ad talem ruptionem, nisi fortè fuisset tantus, ꝙ parietes templi, de quibus pendebat velum corruerent, & tamen nunc non corruerunt parietes templi, nam nulla alia mutatio facta est in templo, nisi quòd velum scissum ē, nec alia legitur fuisse: ideo non potuit ex hoc scindi: Potissimè, quia dato, quòd terrę motus iste fuisset magnus, non poterat scindi velum à summo vsque deorsum, sed solùm fieret aliquanta ruptura à parte superiori. Et tamen scissum est velum à summo vsque deorsum: ergo fuit ex alia causa. Dicendum ergo, ꝙ poterat hoc fieri tripliciter: vno modo à Deo subtrahendo virtutem suam. Nam omnia, quæ sunt, mouentur ꝓ hoc, quòd eis esse communicatur à Deo, & conseruatur. Et cùm quælibet res creata ex se sit non ens, necesse est, quòd cùm Deus subtraxerit conseruationem, quam facit, res illæ poteant. Et sic Deus poterat desinere conseruare esse illarum partium, q̄ erant in medio veli à summo vsq; deorsum: & tunc consequenter duæ partes veli, quæ contingebantur mediantibus illis desinerent esse coadunatæ: & sic videretur velum scissum à summo vsq; deorsum, & tamen non erat ista vera scissio. Secundo modo poterat hoc effici à Deo non subtrahendo aliquid, sed apponendo. f. ꝙ in instanti rūperetur pannus illę à summo vsq; deorsum: & sic est in creatione rerum, quia creatio fit ꝓ appositionem virtutis: & tñ est in instanti. Sciendum tamen isto modo, ꝙ scissio veli non inciperet à parte superiori, vt peruenirет ad inferiorem, quia sic non fieret in instanti, sed successiuè: & tamen Deus nō potest operari in successione, cùm esse suum sit simul totum, & in instanti. Ideo nō ruptum fuit vnum filum priusquam alterum: sed omnia, quæ erant supra, & infra ęquè primò rupta sunt. Et ista non vocatur propriè scissio, quia scissio est ab vna parte in alteram cōtinuata ruptio per successionē. Hic autem non fuit sic successio, ideo non esset scissio. Tertio modo poterat hoc fieri per angelos. f. ꝙ aliquis angelus rumperet illud velum à summo vsq; deorsū: & hoc siue haberet gladium in manu, siue non, sicut dixit Daniel cuilibet duorum seniorū, qui falsè contra Susannam sententiauerant, & testificati fuerāt. f. ecce angelus Domini accepta sentētia ab eo scindet te medium. Et alteri dixit: manet. n. angelus Domini gladiū habens, vt secet te medium, & interficiat vos: Dan. 13. Multa similia faciūt angeli: nam vnus angelus occidit centum octoginta millia virorum vna nocte in castris Assyriorum. 4. Reg. 19. & Isa. 38. Iste modus vltimus verisimilior est, quia iste propriè vocat̄ scissio. Alij aūt duo non, cùm isti fiant per motum, alij duo non.

*An scisso velo templi, cum omnia, quę in illo erant, apparuerint, Israelitę videntes ea morerentur.*
*Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, cùm velum templi scissum est, & apparuerunt omnia, quæ erant in templo, an Israelitæ videntes illa morerentur. Nam videntes vasa sacra moriebantur, si essent nuda, sicut patet de Bethsamitis, qui viderunt arcam Domini, & mortui sunt qnquaginta millia, & septuagīta 1. Re. 6. Dicendum, quòd nemo mortuus est: licèt multi viderunt vasa sacra rupto velo. Multi namque erant in tēplo eo tempore, quo scissum est velum, & illi viderūt vasa sacra, & tñ non legitur, ꝙ aliquis mortuus fuerit. Legeretur tñ si quis tunc mortuus fuisset, sicut scribitur, quòd velum scissum est: ideo non fuit quisquam mortuus. Causa aūt f̄m quosdā est, ꝙa non moriebaē quis ēt si videret vasa sacra, dum tñ non videret arcam nudam. Nam arca erat vas sacratissimū sup alia, q̄ erāt in templo. Et sic erat in loco magis occulto. f. in Sancto Sanctorum. Reliqua aūt vasa sacra, & suppellectilia templi erant in domo exteriori templi. Et sic licèt viderent illa nunc Israelitæ scisso velo non morerentur: nam non viderunt arcam, sed alia vasa, quia arca erat in Sancta Sanctorum. Et licèt velum scinderetur non videbantur ea, quæ erāt in Sancta Sanctorum, sed solùm in domo exteriori: quia paries alius erat, qui distinguebat domum Sācti Sanctorū à domo exteriori. Et cùm objcitur de Bethsamitis dicunt, ꝙ illud fuit, quia Bethsamitæ viderunt arcam 1. Reg. 6. Et non dicitur ibi de alijs vasis sacris. Dicendum, ꝙ hoc nō stat, quia non solùm moriebantur vidētes arcam nudam, sed etiā videntes quæcunq; vasa sacra: ideo iussit Deus sacerdotibus, ꝙ non permitterent Leuitis Caathitis tangere vasa sacra nuda ad portandum illa, nec etiam accederent ad videndum illa, quia morerētur: sed ipsi sacerdotes velarent ea prius, & darētur Leuitis velata ad portandum: Num. 4. à fortiori ergo laici si viderent vasa sacra morerentur. Respondendum, ꝙ licèt viderint nunc Israelitæ vasa sacra, nemo illorum mortuus est, quia non moriebantur quicunq; videbāt ea nuda, sed solùm quando volebant ea videre propter curiositatem videndi aliquid pulchrum. Si tamen qs nihil attendens videret aliquod vas sacrum nudum nō moriebatur, cùm non esset ibi curiositas: quia aliàs sequerentur magna inconuenientia. f. si quis sacerdos vellet alicui laico nocere, ostenderet ei subito aliquod de vasis sacris, & morereturillico. Et tunc essent vasa sacra deteriora, quàm illud Meduseum caput, qnod à Poetis vulgatum est aspiciētes solitum in lapides vertere. Et patet hoc ex eis, quæ dicūtur Nu. 4. cap. f. Alij nnlla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur alioquin morientur. Nunc autem Israelitæ non viderunt aliqua curiositate ea, quæ erant in sanctuario, sed à casu scissum est velum templi, & viderunt vasa, quæ intus erant: quia non erat in potestate eorum non videre, quæ coram oculis ipsorum erāt

saltem primo intuitu, sicut dicit Augustinus, non est in potestate nostra quibus visis tangamur. Item patet, quia Deus scidit nunc velum templi, vt Israelitę viderent ea, quæ intus erant: quomodo ergo occideret eos pro hac visione: non enim erat rationabile: ideo nemo nunc perijt, quia in hoc casu lex non obligabat eos, cùm Deus vellet, quòd viderent ista vasa sacra.

*An scisso velo Israelitę tenebantur aliud facere, nè vasa viderentur, vel licebat iam eis vasa videre.*

*Quæstio. XXI.*

QVAERITVR vlterius, de isto velo tẽpli nunc scisso, an Israelitæ obligabantur aliud facere ad hoc, quòd vasa templi occulta essent, vel licebat eis iã videre vasa templi. Primò, quòd cùm Deus sciderit velum, innuebat, cp Israelitæ viderent iam, quæ prius erant occulta, ideo non obligabantur ipsi occultare illa, quæ Deus reuelabat. Secundò patet, quia in passione Christi cessauit lex vetus, ideo iam non oportebat obseruari aliqua cęremonialia, & tamẽ quòd vasa sanctuarij occultarentur pendente velo ante illa erat cęremoniale, ideo iam non cadebat sub obligatione. Dicendum, quòd hic sunt duo. Primò an licebat Israelitis scisso velo aliud facere, vt manerent occulta vasa templi. Secundum erat, an obligabantur ad faciendum, dato quòd esset licitum. Ad primum dicendũ, quòd non est dubium, quòd liceret Israelitis facere aliud velum: nã licèt Deus scidisset illud, licebat aliud facere. Sic enim patet de destructione templi per Chaldęos: quia Deus voluit, quòd desolaretur domus illa, & prædixit destructionem illam per Ieremiam, & alios Prophetas. Et, quod plus est, adiuuit Chaldęos ad destructionem. Nam ipse vocauit Nabuchodonosor. & Chaldæos de terra sua ad istam destructionẽ, vt patet Isa. 5. & 7. & dedit fortitudinem illis ad puniẽdum Israelitas: Habacuc 1. Et tamen licuit Israelitis postea ędificare templum destructum, quod reędificatum est sub Zorobabel. Et illi, qui ædificabant, merebantur, vt colligitur ex 1. lib. Esdrę: & Aggęi 1. & 2. Item patet hoc, quia reficere velum scissum erat opus legis, cùm secundùm legem debent vasa sanctuarij esse occulta. Facere autem opera legis semper fuit licitum, vsquequo vetita fuerunt: sed nõdum erant vetita: ergo licitum erat. Item patet, quia istud erat cœremoniale, quòd vasa occultarẽtur, & prędceptum erat in lege Num. 4. Si autem ista cœremonia erat illicita, omnes erant illicitæ, cùm ęquale esset de omnibus: & tamen manifestum est, quòd non erant omnes cęremonię illicitę, nec Iudęi hoc credebant: quia alioquin cessarent ab omnibus operibus legis, & non cessauerunt, sed manserũt semper in his etiam post mortem Christi quousque destructa est Ierusalem, & tota gens Iudęorum per Romanos. Et non solùm Iudæi frequentabant cœremonias legis, sed etiam Apostoli, & omnes conuersi ad Christum. Vnde ipsi ibant ad orandum in templum, vt patet de Petro & Ioanne, qui ibant hora nona ad orandum in templum, quando sanauerunt claudum ab vtero. Act. 3. Ideo non credebant Iudæi illicitam sibi hanc cœremoniam, nec aliquam aliam de legalibus, cùm nondum appareret aliquid, per quod deberent cessare à lege. De secundo dicendum, quòd Israelitæ obligabantur facere aliud velum ad occultandum vasa sacra scisso illo. Nam licèt Deus illud scidisset, non obstabat: quia sic etiam Deus fecerat, quod destrueretur templum Salomonis per Chaldæos: & tamen obligabantur Israelitæ illud facere denuo. Quòd autem Deus illud voluisset destrui, & cooperatus fuisset ad hoc, probatum est supra: quòd autem obligarentur Israelitę illud reficere, patet, quia Deus infligebat eis pœnas cùm pigritarent ędificare: nam cùm redierunt de Babylone Israelitę aliquot annis pigri fuerunt circa reędificationem templi, & Deus tunc puniuit eos in defectu terre nascentium: vt patet Aggęi 1. & 2. f. Populus iste dicit nondum venit tempus domus Domini ędificandę. Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis? & domus ista deserta. Et nunc hæc dicit Dominus: ponite corda vestra super vias vestras: seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & nõ estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum: respexistis ad plus, & ecce factum est minus, & intulistis in domum, & exsufflaui illud. Quam ob causam dicit Dominus exercituum, quòd domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam: propter hoc prohibiti sunt cœli, nè darent rorem, & terra ne daret germen suũ: & vocaui siccitatem super terram, & super mõtes, super triticum, & super vinum, super oleum, & quęcunque profert humus, & super homines, & super iumẽta, & super omnem laborem manuum. Cùm ergo isti punirentur, quia pigritabantur ędificare templum destructum, tenebantur illud reędificare, & cito reædificare: & tamen illud fuerat destructum Deo cooperante. Ideo dato, vt apparet, quòd Deus scidisset nunc velum templi, tenebantur aliud facere, vt manerent vasa templi occulta. Item patet, quia aut Hebręi credebant totam legem cessasse, aut non: si tota cessauerat, & hoc credebant, peccabant faciendo aliquas cœremonias legis: & tamen non credebant Iudęi se peccare faciendo cęteras cœremonias legis: quia adhuc seruabant legem vsquequo Romani destruxerũt Ierusalem, & templum, & expulerunt inde omnes Iudæos. Et non solùm ipsi, sed etiam conuersi ad Christum, & Apostoli dubitabant, an seruandæ essent cœremoniæ legis. Et fuit contentio, & disputatio super hoc in quodam concilio Apostolorum. Act. 15. Etnõ solùm hoc, sed etiam aliqui Apostoli obseruabant cęremonias legales: nam Paulus post hoc circumcidit Timotheum. Act. 16 qui etiam purificatus est in templo iuxta ritum Iudęorum. Act. 21. Ergo non credebant iam cessasse omnes cœremonias legis, ita quòd non esset licitum illas obseruare. Si autem credebat Iudęi manere adhuc legem, & obligare, tenebantur ad faciendum aliud velum, quia ista erat cœremonia legis, scilicet, quòd vasa sacra occulta manerent. Nu. 4. Et omnes cœremoniæ seruandæ erant, quamdiu lex seruanda erat. Et ita dicendum est, quod Iudęi fecerint aliud velum, quia credebant adhuc legem obligare, cùm non viderent aliquid, per quod appareret legem debere cessare. Ideo tenebantur ad faciẽdum aliud velum: & illud fecerunt cùm post hoc obseruauerint omnes cœremonias legales per quadraginta duos annos, qui fluxerunt à morte Christi vsque ad destructionem Ierusalem per Romanos, & inter alias cęremonias erat ista vna. Ad primum in contrarium dicendum, quòd verum est, quòd Deus scindendo velum templi, voluit, quod Israelitę viderent ea, q̃ erant in templo ad declarandum, & signandum ea, quæ dicta sunt supra in quadam quæstione. Et tamen non cõstabat ipsis ad quid Deus voluisset scindere velum: & dato cp scirent, cp Deus scidisset velum propter peccata sua, nõ apparebat manifestè, cp vetabat obseruare istam cęremoniam de occultatione vasorum: & tamẽ Deus expresse p legislatorẽ iusserat illã seruari. Nu. 4. Ideo ad hoc, cp cessarent Israelitę ab illa, oportebat, cp expresse per aliquem propheram, vel per Deum audirent, cp iam non erant obseruandæ cœremoniæ legis.



Istud autem signum non expresè denotabat istud, ergo non cessaturi erant ab obseruatione istius cęremonię propter istud. Ad secundum cùm dicitur, quòd in passione Christi cessauit lex vetus, concedendum est: & consequenter non obligabant iam cęremonialia, nec etiam ista occultatio vasorum velo pendente, cũ esset vna de cęremonijs: & tamen Iudęis non constabat adhuc, nec habebãt aliquam rationabilem probationem, quòd cessassent omnes cęremonię legis, cùm etiam ipsum Christũ eas obseruasse tota vita vidissent. Ideo contra conscientiam agerent, si cessassent ab obseruatione alicuius illarum, & consequenter tantum obligabantur ipsi tunc, sicut ante Christi natiuitatem, quousq; eis constitit prædicatione, & miraculis Apostolorum non esse legem obseruandam: & sic obligabantur facere illud velum, & fecerunt illud.

Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinq; cubitos habebãt altitudinis. Porro capita earum quinque cubitorum: necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum. Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi vnam à dextris, aliam à sinistris. Eam quę à dextris erat vocauit Ioachin, & quę ad leuã vocauit Booz.

*Ante fores.* Hic ponitur tertium huius cap. scilicet columnarum fabricatio. Erant enim duæ columnæ pulchræ ante templum ad portam, & de fabricatione earum dicitur hic, scilicet. *Ante fores etiam templi duas columnas.* Idest ante portam exteriorem templi: nam intra templum erat vna domus parua, quæ vocabatur Sanctum Sanctorum: & habebat portas. De istis tamen portis non intelligitur hic, quia illę non vocabantur portæ templi, sed portæ Sancti Sanctorum. Portę autem templi erant portæ exteriores, scilicet, vna porta habens duas valuas: & ante istas portas erant colũnę istæ, scilicet, in porticu templi. *Quæ triginta, & quinq; cubitos habebant altitudinis.* Scilicet, quęlibet columnarũ habebat totidem cubitos altitudinis: de latitudine, vel ambitu non dicitur hic. Erat tamen linea circularis ambiens grossitiem columnæ cubitorum duodecim. 3. Reg. 7. Propriè autem latitudo columnæ erat linea recta transuersalis trãsiens ab extremo in extremum, quæ erat cubitorum trium, & dimidij, vel quasi, secũdum regulam diametri, & circuli, scilicet, omni diametre triplicata cum septima parte sui circulum comprehendet: sed 3. Reg. 7. dicitur, quòd altitudo columnę erat decem, & octo cubitorum, & ponitur hic triginta quinque, quæ dissonantia tolletur infra in quadã quæstione. *Porro capita columnarum, quinque cubitorum.* Super quamlibet columnam erat positum capitellum, quod non continuabatur cum ipsa columna, sed erat superpositum: & in illo erant pulchræ varietates, & quodlibet istorum capitellorum erat cubitorum quinque altitudinis. Et tamen an ista altitudo computetur cum altitudine columnarum, scilicet, quòd intelligatur in totũ triginta & quinq; cubitis, quæ erat altitudo columnarum: declarabitur infra in quadam quæstione. *Necnon & quasi catenulas in oraculo.* Idest, fecit figuram catenularum in columnis sub capitibus columnarum. Et erant istæ catenulæ quasi catenulę, quæ erant in oraculo, scilicet Sancta Sanctorum: quomodo tamen catenulę essent in oraculo, declarabitur infra in quadam quæstione. Et dicitur quasi catenulas, quia non erant verę catenulę, sed apparebant fusiles, vel sculptæ quasi catenę: & non erant catenę cùm non essent aliquid separatum à columnis, sed pars columnæ cuiuslibet. *Et super posuit eas capitibus columnarũ.* Scilicet, istę catenæ non erant in capitellis columnarum, quæ erant distincta à columnis, sed in ipsis columnis in summitate ipsarum circa locum, in quo capitellum columnæ coaptabatur ipsi columnę, ita vt catenulæ coniungerentur capitibus columnarum: ita sępe fit in columnis, quas faciunt artifices nostri, scilicet, quòd aliqua capitella pulchra superponantur columnis: & in coniunctione capitelli cum columna sint aliquæ figuræ sculptę: vt non appareat cõiunctio capitelli cum columna sint aliquæ figuræ stultæ: sed videatur vnum continuum. *Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.* Idest, erant etiam centum malogranata ænea interposita catenulis ad decorem. Plura autem erant malogranata, vt patet 3. Reg. 7. de quibus infra declarabitur in quadam quæst. *Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi.* Idest, in porticu: quia sicut supra dicitur, erant columnæ istæ ante fores templi, & ante fores erat porticus. De isto vestibulo dicitur, quòd inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes, scilicet, inter altare holocaustorum, quod erat extra templum in atrio eius: & vestibulum, scilicet, porticum templi, erat quidam locus medius in atrio sacerdotum, in quo sacerdotes orabant, & flebãt, dicentes: Domine parce populo tuo. Et vocatur vestibulum ex vsu latinorum porticus cuiuscunque domus, scilicet, pars ante portam domus, quæ operta est tecto, sicut erat in templo: vbi erat tectum pendens ante fores templi, vt patet supra in litera. *Vnam à dextris, & aliam à sinistris.* Scilicet, porticus habebat in longitudine cubitos viginti, & ab Austro versus Aquilonem, & decem cubitos latitudinis ab occidente in orientem, vt patet supra in litera: & melius 3. Regum 6. Accipiebatur autem dextrum, & sinistrum à Meridie in Aquilonem. Et vna istarum columnarum erat in extremitate porticus, ad latus australe, & alia in latere aquilonari. *Et eam, quæ à dextris erat vocauit Ioachin, & quæ ad leuam Booz.* Istę columnę etiam famosę: ideo imposuit eis nomina Salomon, scilicet, quòd vna vocaretur Ioachin, ideſt thalamus, & alia Booz, ideſt, robur: vt ait Iosephus 8. Antiquitatum. Et tamen tertio Regum 7. vbi ponuntur interpretationes eorum nominum secundùm Ieronymum dicitur, quòd Ioachin interpretatur firmitas, & Booz interpretatur in robore: sed in hoc non multum est curandum: licèt satis coaptari possit interpretatio Ieronymi veritati: quia vtraque columna erat fortis, cùm latitudo cuiuslibet esset plusquam trium cubitorum, & dimidij, & linea ambiens circulariter grossitiem esset cubitorum duodecim. 3. Regum 12.

*Quæst. 27*

*Ad quid erant factę columnę in vestibulo, & quomodo ponebantur ibi. Quæstio XXII.*

QVAERITVR Circa id, quod in litera dicitur, quòd columnæ istæ erant positæ in vestibulo ante fores, ad quid erant factæ istæ columnæ, & quomodo ponebantur ibi. Aliquis dicet, quòd istę colũnæ fuerunt ad sustentandum aliquod magnum pondus in sanctuario. Dicendum, quòd non stat: quia istæ columnæ non erant intra templum, ita vt posset aliquid suponi eis ad sustinendum illud, sed erant in porticu templi, cùm dicatur hic, quòd erant in vestibulo templi, & tamen extra templum non erat aliqd quod teneretur super columnas, quia atrium habebat parietes in circuitu: tectum tamen nullum habebat.

Solùm

Solùm autem est dnbium, si erant istæ columnæ positæ ad sustentandum porticum templi. Nam erat porticus templi tectum pendens ante fores templi longitudine cubitorum viginti ad partem aquilonarem, & austrálem: & latitudine cubitorum decem ab occidente in orientem. Et istud tectum poterat teneri super istas duas columnas: ideo quidam tenent, quòd erant columnæ ad tenendum tectum porticus. Et huic consonat, quia dicitur in litera, scilicet, quòd istæ columnæ erant in vestibulo templi, & ante fores: & super partem illam pendebat tectum. Etiam consonat huic, qa dicitur, quòd vna columna erat ad dextram, & alia erat ad sinistram, scilicet, in duabus extremitatibus porticus, vt sic melius sustentarent onus tecti. Aliqui dicunt in contrarium, quòd non fuerint istæ columnæ positæ ad sustinendum tectum porticus, nec aliquod pondus, sed ad pulchritudinem. Et ad istud facit, quòd non legitur aliquid superpositum istis columnis. Et tamen si aliquid superpositum fuisset, quod sustentarent, legeretur de illo, sicut legitur tam diligenter scripta fabricatio ipsarum columnarum. Dicendum est, quòd istæ columnæ non ponebantur ad sustentandum aliquod pondus, sed ad solam pulchritudinem: nam cùm porticus templi esset, in qua Israelitæ deambulabant ante portas templi colloquentes de his, quæ pertinebant ad legem: debebat esse ibi aliqua pulchritudo, quam mirarentur Israelitæ. Et sic portæ templi factæ fuerunt valde pulchræ, scilicet opertæ laminis aureis. Erant etiam istæ duæ columnæ, quarum magna erat pulchritudo, sicut hic dicitur sequenti cap. & magis 3. Regum 7. & Iere. 52. Prima ratio ad hoc est, quæ supra allegata est, scilicet, quia nihil legitur in templo ad quod proficerent istæ columnæ. Et tamen si ad aliquod pondus sustinendum fuissent factæ, diceretur, quod esset illud. Secundò colligitur hoc ex magna pulchritudine columnarum, quæ tam diligenter scribitur: in quo apparet, quòd finis earum solùm erat iste, scilicet, vt pulchritudinem ostenderent. Tertiò patet, quia si istę columnę essent ad sustinẽdum tectum porticus, necesse erat, quòd esset altitudo columnarum tanta, sicut ipsius porticus à pauimento. Et tamen altitudo porticus erat cubitorum centum, vt patet supra in litera. Altitudo autem columnarum erat solùm trigintaquinque cubitorum: vt patet hic in litera: ergo non pertinebant vsque ad tectum, ad sustentandum illud. Quartò patet, quia si istę columnæ essent ad sustinendum pondus, extremitates earum superiores essent planę: sicut patet de capitibus omnium columnarum ad hoc, quòd benè coaptetur pondus columnę: & tamen istę columnę habebant extremitates acutas, quia terminabãtur in flore lilij, vt patet 3. Regum septimo. Et tamen super florem lilij acutum non benè sedet aliquod pondus, sed ad solam pulchritudinem. Quintò patet, quia secundùm quòd communiter tenetur, istæ columnę non erant solidę, sed vacuę: quia aliàs tantum pondus non posset moueri de vno loco ad alterum. Et tamen ad sustentandum pondus non conuenit columna vacua, sed solida: ideo non erant istę columnę ad sustentandum tectum, sed ad solam pulchritudinem ostendendam. Ad primum in contrarium dicendum, quòd non est probatio sufficiens: nam verum est, quòd ad hoc, quòd istæ columnę sustentarent tectum porticus, debebant esse in loco, in quo erant, scilicet, in vestibulo: & tamen non sequitur, quòd cùm ibi essent, ponerentur ad sustentationem, sed magis ad pulchritudinem propter causas in contrarium dictas. Ad secundum eodem modo dicendum, quòd ad sustinendum tectum porticus vna columna esse debebat in vno latere porticus ad partem dextram, & alia ad partem sinistram in alio latere, & tamen non sequitur, quòd erant ad sustentandum tectum, sed potius erant in tali situ ad maiorem pulchritudinem ostendendam.

Determinatio.

*Quæ fuerit magnitudo istarum columnarum, cùm diuersimodè de ipsarum magnitudine legatur.*

*Quæstio XXIII.*

QVAERITVR vlterius de magnitudine istarum columnarum: nam ponuntur contraria hic, & sequenti cap. & 3. Reg. 7. quia hic dicitur, quòd altitudo columnę erat triginta cubitorum: & hic dicitur, quòd capita columnarum erant quinque cubitorum altitudinis, & 3. Reg. 7. dicitur, quòd erant capitella quatuor cubitorum. Aliquis dicet, quòd ista non sunt contraria, quia alicubi ponitur maior numerus, quàm alibi: & tamen minor nõ negat maiorem. Sed tenendum est tantum fuisse numerum, quãtum ponitur vbi maior est. Dicendum, quòd hoc nõ stat, quia si nulla alia causa esset ponendi alicubi magis alcubi minus, esset quædam insipientia numeros tam varios designare: quia sicut dicitur 3. Reg. 7. quòd erat columna decem & octo cubitorum posset dici, quòd erat trium cubitorum, vel nullius: & tunc nulla esset ratio, nec sensus in scriptura, nec esset opus intelligibile. Ideo dicendum est, quòd isti numeri sunt præcisi, scilicet, quòd columna esset præcisè cubitorum trigintaquinque, sicut hic dicitur. Et etiam esset præcisè decem & octo cubitorum, sicut designatur tertio Reg. 18. Causa tamen, quare numeri variantur, & quo modo possint stare, quærenda est. Et dicendum, q columna quælibet istarum duarum componebatur ex quatuor partibus, scilicet, base, & stipite, capite, & capitello: & ista coniuncta efficiebant columnam: & istorum simul sumptorum altitudo erat cubitorum trigintaquinque: & sic accipitur hic altitudo columnæ. Partes columnę habebant diuersas magnitudines. Nam stipes columnę, qui propriè vocatur colũna habebat decem & octo cubitos altitudinis: & sic accipitur altitudo columnę. 3. Reg. 7. Capitellum verò erat quinque cubitorum, vt patet hic, & 3. Reg. 7. Basis autem erat altitudinis octo cubitorum, de qua non legitur hic, nec in libris regum, nec alibi quantæ fuerit altitudinis: necesse est tamen dici eam fuisse altitudinis cubitorum octo ad complendum trigintaquinque cubitos, quos dicitur hic habuisse columna in altitudine cum altitudine aliarum partium: de qua expressè ponitur in litera. Sed obijcietur, quia hic dicitur, quòd caput columnę erat cubitorum quatuor. Dicendum, quòd quælibet columna super stipitem suum habebat duo capita superposita vnum super alterum, & vnum erat grossius altero. Illud verò quod erat in parte inferiori positum immediatum super columnam erat grossius altero, quod super illud erat. Et illud quod erat infra vocabatur caput, qa erat grossius, & erat minoris altitudinis, scilicet, cubitorum quatuor. Quod verò erat superius erat minoris grossitiei, & maioris altitudinis, scilicet, quinque cubitorum: & vocabatur capitellum, quia erat minoris grossitiei, differentia seruatur aliqualiter. 3. Reg. 7. Sed hic non seruatur, quia aliquando vocatur idem caput, & capitellum, vt patet in litera. Secundùm veritatem debet vocari capitellum, & non caput: sed in nomine non multum differt, cùm veritas cognoscãt. Sed aliquis dicet, quòd distinguere capita, & capitella in qualibet columna ad complendum trigintaquinq; cubitos altitudinis in columna qualibet super decem & octo, quos dicitur habere. 3. Reg. 7. est fictitium, & videtur magis à nobis fictum propter necessitatem respondendi, quàm propter veritatem. Dicendum, quòd nõ fuit, sed secundùm veritatem oportet poni in qualibet columna caput, & capitellũ. Primò patet ex eo quod habetur 3. Reg. 7. vbi dicitur, quòd caput colũnę erat cubitorum quatuor, & capitellum erat cubitorũ quinque. Si tamen idem esset caput, & capitellum, non poneretur mensura diuersa altitudinis ipsorum. Secundò patet, quia sequenti cap. fit mentio iterum de columnis: & dicitur, quòd posuit super columnas Epistilia, & capita. Ergo duo erant, quæ superponebãtur cuilibet columnæ. Vocantur Epistilia ipsa capita, quæ ponebantur immediatè super columnam ab epi quod est supra, & stolon, quod est longum, quasi super longitudinem columnę positum. Capita vocantur ipsa, quæ sunt capitella in summitate totius columnę, ideo oportet omnia hæc distingui in columna ex necessitate literæ. De base autem dicet aliquis, q̃ est fictio, quia non reperitur scriptum de illa alicubi. Dicendum, quòd non est fictio, quia manifestum est, quòd quælibet columna debet habere basim, cùm fundamẽtum columnæ semper latius esse debeat, quàm stipes columnæ, vt benè coaptetur pauimento: & vt non immergatur columna terræ propter suam acutiem, & illud latum super quod fundatur vocatur basis columnæ. De illa manifestum est, quòd aliquantę essent altitudinis: & quia nulla exprimitur, fuit conuenies, imò necessarium dici, quòd esset cubitorum octo: vt conueniret litera ista literæ, quæ habetur 3. Reg. 7. quia hic ponitur altitudo columnæ trigintaquinque cubitorum, & ibi decem & octo: & non possunt aliter concordari, nisi ponatur basis octo cubitorum: vt patet ex dictis supra.

Columna ex quot constet.

*Quę fuerit magnitudo, figura, & situs columnarum.*

*Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, circa magnitudinem, & figuram, & situm istarum columnarum. Et dicit Nicolaus, & historia scholastica, & multi alij, quòd in latere atrij sacerdotum erãt multæ columnæ paruæ ad pulchritudinem: & inter illas erant istæ duę magnæ: & ob hoc de illis fit mentio in speciali. Erat namq; atrium sacerdotum ante templum ad partem orientalem: & inter ipsum atrium, & parietem orientalem templi erat spacium medium, quod vocabatur porticus, vel vestibulum. Et sic cùm istę duæ columnæ essent in latere atrij sacerdotum, dicebantur esse in vestibulo templi. Et acceperunt nomina specialia istę duæ columnæ propter suam famosam pulchritudinẽ. Stipes autem columnæ cuiuslibet erat æqualis in latitudine, & ambitu in omnibus partibus, sicut est in lanceis, & non terminabatur in acuto, ita quòd in medio esset grossior. Erat autem ambitus cuiuslibet columnæ duodecim cubitorum. 3. Reg. 7. & linea latitudinis secundùm regulam diametri, & circuli erat quasi cubitorum quatuor non completorum. Et isti stipites columnarum, secundùm quòd volunt doctores nostri, non erant plani, sed baliculati in superficie habentes in circuitu canales cauationis quatuor digitorum, sicut fit in hastilibus tornorum, & lignorum quibus deprimitur, & eleuatur lapis premens vuas in torcularibus. Dicunt etiam, quod non erat quilibet stipes solidus per totum: quia tunc esset tanti ponderis, vt portari non posset. Sed erat stipes concauus interius, & grossities labiorum columnæ erat parum plus, quã quatuor digitorum, & tota alia densitas interior erat vacua. Istud est rationabiliter dictum: quia istę columnæ non erant factæ ad sustinendum aliquod pondus, sed ad pulchritudinem solam: vt declaratum est supra penultima quæstione: & tamen ad ostendendum pulchritudinem tantum proficiebat, quòd esset columna vacua, sicut solida: ideo esset vacua, vt inutiliter non expenderetur tanta moles ænea. Secundò & efficacius, quia si essent columnæ istę solidę nõ possent moueri de loco ad locum. Nam cùm quis consideraverit columnam decem & octo cubitorum lõgitudine, & in ambitu duodecim cubitorum, reperiet quòd talis columna si fuerit solida de ære, quòd nulla virtute hominum portari poterit de loco ad locum p magnam distantiam, & tamen columnæ istæ portatæ fuerũt de quodam campo apud Iericho in Ierusalem. Nam istas columnas, & omnia vasa ænea fudit Hiram apud Iericho in terra argilosa apud Sarthan, vt patet 3. Reg. 3. & sequenti cap. Et tamen Iericho distat à Ierusalem quasi per nouem leucas, vt patet in libro de Situ Terræ Sanctę. Ideo si columnę istę fuissent solidæ pœnitus non potuissent portari de loco ad locum, vt locarentur in Ierusalem ante fores templi: & tamen portatæ sunt, ideo erant inanes interius. Quælibet istarum columnarum locabatur super vnam basim, cuius latitudo erat maior, quàm columnæ, sicut fit in omnibus basibus columnarum lapidearum, vel metallinarum: cuius ambitus, vel latitudo quantum contineret, nec scriptum est, nec constare potest. Altitudo autem erat cubitorum octo, & licèt nõ scripta sit, tamen necesse est, quòd tanta fuerit, vt probatum est præcedenti quęstione. Super stipitem columnæ ponebatur caput eius quod erat altitudinis cubitorum quatuor 3. Reg. 7. & ista capita columnarum in parte illa, qua coniungebantur columnis erãt eiusdem magnitudinis cum eis: sed superius dilatabantur ad modum floris lilij, qui in parte inferiori acutus est, & supra dilatatur. Et super istam dilatationem, in qua terminabatur caput columnæ ponebatur capitellum. & inferior pars capitelli aptabatur capiti, ita vt essent eiusdem grossitiei, & viderentur esse idem caput columnę continuatum. Et post istam continuationem capitis, & capitelli aliquantulum supra in ipso capitello erat quædam dilatatio per modum circuli cuiusdam, & super illum circulum erant malogranata centum posita per gyrum per dictum circulum, & alia cẽtum infra dictum circulum posita eodẽ ordine, & ista erant dependentia, ita vt mouerentur, facta quidem de ære. Super istum circulum, & ducenta malogranata iam dicta erat quędam eleuatio ipsius capitelli, siue extensio strictior ascendens quasi vsque ad medium altitudinis capitelli, & diuidebatur in septẽ portiones æquales per septem lineas circulares subtiles in circuitu columnę, siue capitelli: & erat quęlibet illarum perforata in circuitu subtili multis foraminibus secundùm varias figuras, sicut solet fieri in ostijs lanternarũ ęrearum, vt lumen appareat. Et quia tam stipites columnarum, quàm capita, & capitella erant interius vacua: lumen transiens per foramina illa circumquaq; ostendebat pulchritudinem illius operis. Super istas portiones prope medium capitelli erat alia dilatatio circularis omnino similis prędictę, & ibi erant centum malogranata sub circulo pendentia, & centum pendentia super circulum, & desuper erant alię septem portiones perforatę, sicut prędictę omnino, sed erant strictiores, quia capitellum semper stringebatur cõtinuè ascendendo, & terminabatur in cono strícto: & in summitate erat quidam flos æneus, quasi lilij ad pulchritudinem, cuius figura tam secundùm Latinos, quàm Hebręos alia posita est 3. Reg. 7. incomentonis. Istę portiones supra positę vocantur retiacula: eodem capitulo, eo quòd opus illud erat varijs foraminibus figuratum ad modum retis. Etiam vocabantur versus, quia erant continuę, & rectę illę portiones, sicut lineę versum. Et sic vocantur septena versuum

retia-

Universidad de Deusto
Biblioteca



retiacula,tertio Regum ſeptimo. Et ſic erant quatuordecim retiacula, ſiue quatuordecim verſus retiaculorum: & erant quadringenta malogranata apud duos circulos capitelli, ſupra, & ſubtus pendentia.

*Quis fuerit numerus malogranatorum, quæ erant in capitellis columnarum. Quæſt. XXVI.*

QVAERITVR vlterius, circa numerum malogranatorum, quæ erant in iſtis capitellis colũnatorum, quia variè ponitur numerus iſte. Nam hic dicitur,quòd erant malogranata centum, & ſequenti capitulo, dicitur, quòd erant quadraginta: & hic ponuntur plura tertio Regum ſeptimo,ſcilicet,ducenta, & etiam ſequenti capitulo,dicitur,quòd erant ſeptem retiacula. Ad primum dicendum, ꝙ hic,& ſequenti capitulo,& tertio Regum ſeptimo, concordat litera: licèt videatur diſſonare hoc modo. Nam ſequenti capitulo, litera noſtra erat corrupta, quia vbi ponuntur quadraginta malogranata deberent poni quadringenta: & iſte non fuit error Ieronymi: quia ipſe tranſtulit quadringenta,ſicut in Hebræo habetur,vt patet intuenti literam Hebraicam: ſed errore librariorum factum eſt propter ſimilitudinem nominis: & concordat literæ,quæ habetur tertio Regum ſeptimo,vbi ponuntur ducenti ordines malogranatorum,& ducenti ordines continent ad minus quadringenta malogranata: quia in quolibet ordine ſunt duo malogranata. Hic autem in litera dicitur, quòd erant malogranata centum mixta catenulis, quia vt declaratum eſt præcedenti quæſtione duo circuli erant in capitello quolibet, & in quolibet circulo erant ducenta malogranata, ſcilicet, centum ſub circulo pendentia,& centum ſupra circulum. Hic autem ponitur de centum malogranatis, qui erant in vna linea ſub circulo, vel ſupra circulum, & intelliguntur alia trecenta malogranata, quæ erant in alijs tribus lineis eodem modo. Totum autem hoc colligitur tertio Regum ſeptimo, vbi expleto opere columnarum recapitulantur quaſi,quæ dicta ſunt. Et dicitur: perfecit columnas duas, & funiculos capitellorum ſuper capitella columnarũ duos, & retiacula duo, vt operirent duos funiculos,qui erant ſuper capita columnarum: & malogranata quadringenta in duobus retiaculis. Funiculi capitellorum vocantur arculi duo apud quos pendebant malogranata quadringenta,ſub quolibet circulo centum,& totidem ſuper illum: & alia ducenta apud alium circulum. Et ſic dicit, quòd erant quadringenta malogranata in duobus retiaculis, ideſt, in quolibet capitello erant quadringenta malogranata in duobus retiaculis,ideſt,ſub duobus retiaculis. Vocatur hic vnum retiaculum vna congregatio ſeptem retiaculorum: & in quolibet capitello erant duo circuli,& in quolibet circulo ducẽta malogranata: & ſuper circulum quemlibet ſeptem retiacula. Ad aliud cùm dicitur, quòd ſequenti capitulo, ponuntur duo retiacula,& tertio Regum ſeptimo,ſeptem retiacula. Dicendum, quòd retiaculum dupliciter accipitur. Vno modo pro verſu continente figuram retis, vel foraminis. Alio modo pro ordine, vel congregatione retiaculorum. Accipiendo primo modo dicendum, quòd erant quatuordecim retiacula, quia erant quatuordecim portiones perforatæ ad modum retis: & quælibet vocabatur verſus, vel retiaculum. Et iſta quatuordecim retiacula, vel verſus erant in duabus congregationibus: nam in vna erant ſeptem verſus, & in alia totidem: & hoc patet tertio Regum ſeptimo,ſcilicet,ſeptena verſuum retiacula: & tamen ſeptena ordinem ſignat, & non poteſt conuenire, niſi quatuordecim retiaculis ad minus, quia aliàs dicere-

Retiaculũ dupliciter

tur ſeptem verſuum retiacula, & non ſeptena. Accipiendo ſecundo modo erant duo retiacula, qa erant duę congregationes retiaculorũ: & in qualibet erant ſeptem verſus, & hoc accipitur ſequenti capitulo: iſtud etiam accipitur tertio Regum ſeptimo: nam prius ponuntur ſeptena verſuum retiacula, & poſtea cùm recapitulantur, quæ dicta fuerant ſubditur: perfecit columnas duas, & funiculos capitellorum ſuper capita columnarum duos,& retiacula duo: ecce quaſiter vocantur ibi duo retiacula ſolùm, ſicut ſequenti, ideſt, duo ordines retiaculorum. Circa iſtas columnas, & capitella eorum manent adhuc duo, vel tria dubia,quæ declarabuntur ſequenti capitulo,cùm agetur de capitellis, & epiſtilibus.

*Quomodo poteſt ſtare, quòd fecit quaſi catenulas in oraculo, & ſuppoſuit eas columnarum capitibus, cùm columnę in oraculo non eſſent. Quæſtio XXVII.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic,quòd fecit quaſi catenulas in oraculo, & ſuppoſuit eas capitibus columnarum, quomodo poſſit ſtare, quia manifeſtum eſt, quòd iſtæ columnæ quorum capitibus ſuppoſitæ erant catenulæ non erant in oraculo, ideſt,in Sancto Sanctorum,ſed extra templum in porticu. Aliquis dicet, quòd fortè erant aliquæ columnæ in Sancta Sanctorum,quorum capitibus ſuppoſitę erant iſtæ catenulæ. Dicendum,quòd non ſtat: quia in Sancta Sanctorum nullæ columnæ erant: quia ibi nihil erat,niſi arca fœderis,& duo Cherubim de lignis oliuarum, vt colligitur ſupra ī litera, & tertio Regum ſexto,& ſeptimo. De columnis autem nihil dicitur, nec erant vtiles ad aliquid. Item patet efficatius, quia dato,quòd columnę aliquę eſſent in Sancta Sanctorũ, tamen ſaltem non poterant eſſe iſtę, de quibus hic dicitur. Nam iſtę erant in porticu ſanctuarij cùm dicatur ante fores templi duas columnas,&cętera. Et iſtę ſunt quorum capitibus ſuppoſitæ erant catenulæ: vt patet hic. Ergo non poterant eſſe in Sancta Sanctorum. Aliqui de noſtris reſpondent communiter, quòd iſtæ columnę catenularum non erant in Sancta Sanctorum: ſed in porticu templi ante fores,& tamẽ ibi exiſtentes dicebantur eſſe in oraculo. Nam oraculum propriè ſignat propiciatorium, quod eſt cooperatorium arcę. Et vocatur ſic, quia inde Deus reſpondebat in voce, et reſponſa vocaliter data vocantur oracula,quaſi ore prolata. Et inde ampliatꝫ iſtud nomen, et vocatur interdum oraculum ipſa domus Sancti Sanctorum: vt patet 3. Reg.6. vbi vocantur oſtia oraculi ipſa oſtia Sancti Sanctorũ. Et inde dicunt, ꝙ ẽt extenditur ad ſignãdũ domũ exteriorẽ tẽpli,in qua erãt vaſa ſacra ad miniſtrandũ, et intrabãt in illa quotidie ſacerdotes. Et inde dicunt magis extendi nomẽ ad ſignandum porticũ tẽpli,qđ erat ante templũ. Et ſic columnę exiſtentes in porticu tẽpli dicebantur eſſe in oraculo. Sed dicendũ, ꝙ iſte modus loquẽdi nõ ꝓuenit,qa oraculum reperitur ꝓipſo ꝓpiciatorio, vel ꝓ domo Sãcti Sanctorũ. Et tñ ꝓ domo exteriori, et ꝓ porticu non legitur poni; potiſſimè,qa ꝓ iſtum modũ ampliandi extẽderet oraculũ ad ſignãdũ ẽt illa, q̃ eẽnt extra ſanctuariũ in locis ꝓphanis: qa illa ſunt cõiuncta ſanctuario, ſi cut dom⁹ exterior tẽpli vocaret oraculũ ꝓpter Sanctorum: et porticus templi ꝓp templũ,cui coniungitur. Dicendum igitur, ꝙ difficultas iſta ꝓcedit, qa illa determinatio. ſ. in oraculo non refertur ad columnas, ſed ad catenulas. Et eſt ſenſus, ꝙ iſtę catenulę, q̃ ſuppoſitæ fuerunt capitibus columnarum, erant quaſi catenulæ, quæ erant in oraculo etiam in Sancta Sanctorũ.

Nam



Nam domus ſancti ſanctorum erat de lapidibus, ſicut domus exterior, & ſuper lapides erant tabulæ cedrinę, & abiegnæ: & illę erant opertæ laminis aureis, & in tabulis,& laminis erat figura palmarum,& cherubim: ſupra in litera,& 3.Reg.6. Etiam eſſent ibi aliæ figuræ, & inter illas erant figuræ catenularum, & ad modum illarum figurarum aliàs catenularum, erant etiã catenulæ ſub capitibus columnarum: differebant tamẽ in materia, quia quidquid erat in columnis,erat de ære:cim ipſę eſſent æneæ. Quæ autẽ erant in ſancta ſanctorum in ſuperficie parietum pauimẽti,& tecti erant de auro puriſſimo,vt patet 3.Reg.6.

## CAPITVLVM IIII.

FECIT quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.

*Fecit quoque.* In præcedentibus dictum eſt de ædificatione templi. Hic agitur de vaſis ſacri miniſterij: & diuiditur in duo, quia primò ponitur omnium vaſorum fabricatio. Secundò quædam dictorum recolligitur ibi. *Fecitque Salomon omnia vaſa.* Prima in duas, quia primò agitur de vaſis atrij. Secundò de quibuſdã vaſis templi, nam quędam erãt vaſa atrij,ſcilicet in parte exteriori,vt altare holocauſtorum, luteres,& ſedes &, Hidriæ,& alia pro huius miniſterijs. Secunda,ibi. *Fecit autem & candelabra.* De vaſis atrij primò determinatur. Erant autem iſta tria vel quatuor, ſcilicet altare holocauſtorum: mare ęneum cum bobus, luteres cum ſedibus ſuis: de mari patet ibi:Mare etiam fuſile. De interibus patet ibi. *Fecit quoque conchas.* Circa primum quæritur,an ea quæ habentur hic habeant ordinem continuatum ad præcedentia. Et an facta fuerint quę habentur hic pauco tempore poſt præcedentia vel multo. Ad primum dicendum,quòd hic eſt ordo continuꝰ ſecũdùm tempus,vel ſecundùm rõnem. Et dicitur hoc,quia templi ędificatio habetur præcedet. cap. Fuit autem eodem tempore ędificatio templi, & vaſorum, & non conſtat,an ędificatum fuerit totum templum poſtquàm inciperet fabricatio vaſorum,vel fuerit ſimul vtraque. Et potius credendum eſt,quòd fuerit ſimul vtraque ſaltem quãtum ad aliquod tempus: & tamen licèt fuerit ſecundùm tempus ſimul,ſecundùm rationem erat prior ædificatio templi quàm vaſorum conſtructio,cùm vaſa deberent eſſe in templo ædificato. Et licèt tempus fuerit idem, quia tamẽ ratio erat diſtincta,& nõ poterat dici ſimul vtrũque: debuit priꝰ de templi ędificatione per ſe, deinde de vaſis. Ad ſecundum dicendum, quòd inter præcedentia,& hæc non fuit aliquod tempus medium, nam ędificato templo non ceſſatum eſt aliquanto tempore ab opere,& ꝙ poſtea conſtruerentur vaſa, ſed potius ſimul facta ſunt ambo. Et tamen enarratur prius de fabricatione templi quàm vaſorum propter cauſam dictam. Circa primum dicitur. *Fecit quoque altare æneum.* Illud erat altare holocauſtorum quod fuit ęneum. ſ. to tum de ęre. Nam alrare thymiamatum altare aureum vocabatur: quia erat opertum laminis aureis ſuper lignis ſetim, Exo.30. Et variauit nunc Salomon à priori altari holocauſtorum, quia illud erat de lignis ſetim opertis laminis æneis. Exo.27. Istud autem fuit totum quia cauſa ponetur infra in quadam q̃ſtione.

Alph. Toſt. ſuper Paralip. Pars 2.

*Viginti cubitorum longitudine.* Quadratũ erat altare quantum ad ſuperficiẽ ſuperiorem planã,& magnę quanti tatis maioris quidem, quàm fuerit altare in tabernaculo Moyſi, de quo dicetur infra in quadã quęſtione. *Et decem cubitorum altitudinis.* Scilicet à pauimento vſq; ad ſuperficiem ſuam ſuperiorem planam,in qua ponebantur carnes ſacrificiorum,erant decem cubiti. Et differt altare Moyſi ab iſto, quia illud erat in longitudine cubitorum quinque, & totidem latitudine,& altitudine cubitorum trium. Exo.27. Iſtud autem quantum ad dimenſionem excedit illud.

*Altare holocauſtorum ad quid erat. Quæſtio I.*

QVAERITVR Primò circa iſtud altare,ad quid erat. Reſpondendum,ꝙ in templo domini erant duo altaria ad ſacras miniſtrationes. ſ. altare aureũ, & altare ęneũ. Et iſta duo fuerunt in tabernaculo Moyſi. Exo.27. & 30. Iſta ẽt duo fuerunt in tẽplo Salomonis, cũ oẽs miniſtrationes,q̃ fiebãt in tabernaculo Moyſi, fierẽt in tẽplo Salomonis,& adhuc plenius,& honorabilius quã in tabernaculo Moyſi. Erant tñ iſta duo altaria ad duas principales miniſtrationes ſanctuarij, ſ. ad ſacrificia, & ad cremãda thymiamata: ideo ambo eſſent in templo Salomonis. Iſtud autem altare,de quo hic,ſucceſſit loco illius,de quo habetur Exo.27. De altari autem thymiamatum nihil dicitur hic. Et tamen etiã fuit in tẽplo Salomonis, cũ ibi miniſtraretur quotidie in illo cremando thymiama. Maxime quia licèt non dicatur de illo tã expreſſe, ſicut de iſto altari ęneo, tamẽ aliquid dr̃, vt patet inf. in litera, ſ. fecit Salomon oĩa vaſa domus dñi, altare aureum,& menſas. De iſto altari ęneo dicendum, ꝙ erat ad ſacrificia facienda in eo: nam miniſtratio ſacra maximè frequentata in ſanctuario erat offerre ſacrificia, cũ ſacrificia neceſſaria oferentur ſaltem quotidie bis, ſcilicet mane,& veſpere, et ſacrificia ſpontanea interdum offerebantur per totum diem, eo quòd erant tria genera ſacrificiorum. ſ. holocauſta: hoſtię pacifice: & victimæ pro peccato, de quibus latè declaratum eſt ſupra 2. in quibuſdam quę ſtionibus, offerebantur oĩa in illo. Nec licebat cuiquã de Iſraelitis offerre ſacrificia alibi, niſi ſup altare illud: vt patet Leu.17. alioquin reus erat tanquam ſi ſanguinem effudiſſet: vocabatur tamen iſtud altare holocauſtorum per excellentiam: quia holocauſta erant excellentiora inter omnia ſacrificia: & iſta erãt, quæ maximè frequentabantur. De cęremoniis autem oĩum ſacrificiorum tam neceſſãriorum quàm ſpontaneorum quomodo fiebant declaratum eſt ſupra 2. cap. in quibuſdam quęſtionibus, & licèt iſtud altare eſſet ad offerendum ibi omnia ſacrificia: interdum tanta erat multitudo ſacrificiorum, quòd non poterant omnia capi in iſto altari, et offerebantur in pauimento atrij, ſicut quando factum eſt quando dedicatum eſt templum, vt patet infra 17.

*In qua parte ſanctuarij ponebatur iſtud altare. Quæſt. II.*

QVAERITVR Vlterius circa locum iſtius altaris ſanctuarij, ſcilicet in qua parte ſanctuarij ponebatur, & conſequenter de omnibus aliis vaſis ſcietur. Dicendum, ꝙ templum Salomonis factum fuit ad hoc, quòd eſſent ibi vaſa ſacræ miniſtrationis: & ſic etiam factum eſt tabernaculum Moyſi: & ob hoc omnia vaſa ſacra ibi eſſe debebant, niſi aliquod eſſet tale cuius miniſtratio obeſſet honeſtati, vel pulchritudini ſanctuarij, quia tamen vaſa, quę futura erant in templo non erant eiuſdem honoris, fecit Salomon in ſanctuario duas domos, ſ. domum exteriorem, & domum Sancti ſanctorum. Sed in ſancta ſanctorũ nullũ

vas erat nisi arca fœderis: quia istud erat vas sacratissimum & maximæ reuerentię, eo quòd super propitiatorium, idest coopertorium arcæ audiebantur diuina responsa. Nume. 7. Ibi autem erat loquens in forma corporis assumpti, & non erant digni mortales videre illam gloriam, vel secretum: ideo non debuit arca esse in parte illa templi, ad quam intrarent quotidie sacerdotes ad ministrandum, sed in loco magis occulto. Et ad hoc tam in tabernaculo Moysi quàm in templo Salomonis fuit separata domus sancti sanctorum a domo exteriori. Et in isto solùm erat arca. Omnia autem alia vasa erant exterius, & omnia hęc debebant esse in prima parte, vel domo templi nisi aliquid obstaret honestati templi. Fuerunt autem ista vasa principalia quinque cum aliis vasculis suis, scilicet altare thymiamatis, candelabra, mensa propositionis, altare holocaustorum, & mare ęneum, & quod libet istorum habebat multa alia vascula subministrātia sibi, & ibi erant vascula vbi erat vas principale cui subministrabant. Primum istorum erat altare thymiamatum, & erat in templo: quod patet, quia quando Zacharias sacerdos pater Ioannis Baptistæ cùm debuit offerre incensum ingressus est templum: & totus populus erat foris eum expectans, Luc. primo ca. Erāt autem vascula huius altaris, scilicet thymiamataria, idest vasa in quibus cōseruabatur thymiama, vel in quibus cremabatur, & alia minuta vasa: & hæc erant intra templum apud altare thymiamatum. Secundum vas principale erat candelabrum. Et etiam erat intra templum, & erant multa candelabra quàm decem: vt patet infra in litera: & 3. Reg. 7. & præcedenti lib. 28. cap. & habebat candelabrum multa vasa. s. hidrias, in quibus seruabatur oleum ad cremandum in candelabris, & forfices ad tollendum lychnum, quæ vocantur ĩterdum emunctoria: & vasa, in quibus extinguerenī, quæ emuncta erant: Oīa hæc de auro erāt et in sanctuario erāt iuxta ipsa cādelabra, & sacerdos introibat quotidie bis mane & vespere ad locandū lucernas in cādelabris qñ intrabat ad cremandum thymiama in altari. Exo. 30. cap. Tertium erat mensa propositionis, in qua erant panes propositionis: & ista erat intra templum, vt patet infra in litera: & non solū ista, sed etiam multæ alię mensę, super quas reponebantur, & vasa ad ministrandum in eis. Quartum vas erat altare holocaustorum siue æneum: & istud erat extra templū in atrio eius, in illo atrio quod vocabatur atrium sacerdotum. Causa huius fuit prima propter immunditiam sanguinis: nam quandocunque offerebantur sacrificia fundebatur sanguis animalium ad basim altaris, vel super parietes eius, & sic pauimentum in circuitu reddebatur immundum. In templo tamen pauimentum erat opertum laminis aureis, & parietes, & tectum, ita vt nihil videretur, nisi aurum 3. Reg. 6. Ideo inficeretur tota illa pulchritudo tanta sanguinis effusione. Secunda immunditia erat ex fumo exhalante, quia in altari holocaustorum cremabātur carnes, & adipes, & ex tali combustione exhalat grossissimus fumus, qui inficeret parietes domus, & tectum, oīaque fusca redderet per quotidianam exhalationē, & sic pulchritudo tēpli esset inutilis, quæ tāta erat, ꝙ tota domus operta esset auro. Tertium propter periculum, quia interdum fiebat tantus ignis in altari, ꝙ flamma eius ascenderet vsque ad tectum domus, & cremari posset. Patet hoc, quia magnitudo altaris erat viginti cubitorum in longum, & totidem in latum: & interdum tota illa magnitudo replebatur igne, & carnibus. Imò interdum non capiebatur ignis in altari, & hostiæ, & oportebat cremari carnes in pauimento, sicut factum est infra 7. Posset ergo tantus ignis flammam emittere vsque ad templi tectum, quia altitudo tecti tēpli erat cubitorum triginta 3. Reg. 6. de quibus subtrahantur decem cubiti, quia erat altare cubitorum decem altitudine supra. in litera.: manebant decem cubiti, & per illos poterat eleuari flamma, & sic cremaret templum: & liquefaceret laminas auri, quæ erant in tecto, & parietibus. Quartum erat & potissimum, quia dato ꝙ Salomon voluisset ponere altare holocaustorum in tēplo non caperetur: nam longitudo altaris viginti cubitorū erat, & latitudo totidem, vt patet in litera. Latitudo tñ templi etiam erat solùm viginti cubitorum, ideo non caperetur altare in templo, sed necesse erat poni foris in atrio eiꝰ, sic dicitur supra primo, quòd altare æneum erat ante tabernaculum domini, s. extra ante portam eius, & non interius. Habebat autem istud altare multa vasa in quibus subministrabatur ei: & quędam erant aurea, & quædam argentea, scilicet acetabula, cyathi, phialæ: & multa alia ad fundenda libamina. Exo. 25. Et ista non erant apud altare ipsum in atrio, sed custodiebantur intra templum super mensas aureas, de quibus infra in litera, & 3. Reg. 7. vel potius custodiebantur extra tēplum in exedris à Leuitis, qui erāt thesaurarij. Nam quidā de Leuitis thesaurarij erant, vt colligitur præcedenti lib. 26. ca. Alia erant vasa ęnea, quibus subministrabantur in eo ad ignem, & cineres, & carnes. s. lebetes, fuscinulæ, tridentes, ignium receptacula, forcipes & similia. Nam lebetes erant ad suscipiendos cineres: fuscinulæ ad mouendum carnes sacrificiorum in olla. Forcipes ad mouendum prunas in altari. Ignitā receptacula ad ponendum in eis prunas, vt portarētur intra tabernacula ad ponendum, & cremandum super eas thymiama in altari thymiamatum: de his Exo. 27. omnia hęc vasa ænea erant 4. cap. et pendebant de cornibus altaris, vel custodiebantur apud illud. Et ista vasa nunquam introferebantur in templum, nec ponebantur in thesauris templi propter immunditiam eorum, cùm ministraretur ad res immundas cum eis. s. ad cinerem, prunas, et carnes coctas. Quintum vas pręcipuum erat marę ęneum, et luteres, quia in vtrisque conabatur aqua. De luteribus tamen dicendum est, ꝙ erant potius vasa subseruientia altari holocaustorum, eo ꝙ carnes sacrificiorum lauabantur in illis: vt patet infra in litera. Et etiam isti luteres debebant esse extra templum in atrio iuxta altare, cùm carnes offerendę lauarentur ibi, etiam quia immunda ministratio erat lotio istarum carnium proprer sordes carnium, et non debebant tales ministrationes fieri in templo vbi erat plenissima munditia. De mari ęneo dicendum quòd soli sacerdotes lauabantur in eo cū ministraturi essent, sicut lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses quādiu durauit tabernaculum Moysi. Exo. 30. Et quia ministratio istius vasis erat generalis. s. quòd quandocunque ministrarent sacerdotes lauandi erant, nō debuit esse vas istud intra templum: quia tunc cogeretur sacerdos quilibet intrare templum, antequam lauaretur, et sic esset immundus quando intraret, quod nō decebat: patet ergo, quę vasa posita erant intra templum, et quę non, et propter quam causam.

*Quare istud altare factum est ęneum cùm prius esset de lignis setim. Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius circa istud altare, quare factum est nunc ęneum cùm prius esset de lignis sethim, Exo. 27. Dicendum, quòd altare, quod fecerat Moyses etiam vocabatur æneum: vt patet supra primo. Et tamen erat differentia inter istud, et illud quia altare qđ fabricauit Moyses fuit de lignis setim. s. quatuor latera eius, & desuper erat opertū laminis aureis ĩ modū retis, vel craticulæ. Exo. vigesimo septimo.

Istud autem altare erat totum æneum. Nam in fabricatione huius non dicitur, nisi ꝙ fecit altare æneū. Ratio differentiæ est: quia altare æneum rectius erat quā quod de lignis setim, & tñ propter necessitatē factum est tępore Moysi de lignis setim. Nūc autem cessante necessitate illa tempore Salomonis factum est altare de ære. Quod aūt rectius esset de ære totum fieri quā de lignis, patet ex duobus. Primò propter honorē. Nā honorabilius erat altare fieri de ære Corintho lucenti sicut aurum, quàm ꝙ fieret de lignis, quæ est materia rudior, & minoris pretij. Secundò ex vtilitate: nā magis, & securius conseruari poterat altare factum de ęre quàm de lignis. In altari namq; isto erat semper ignis: & interdum erat ignis valde magnus, ita vt vix excuderi posset interdum, quin cremaretur lignum. Cùm autem esset totum de ære, nō erat aliquod periculum combustionis. Quod autem propter necessitatē factū fuerit tempore Moysi altare istud de lignis patet, quia si fieret totū de ęre, fieret importabile propter grauitatē, cū esset quinq; cubitorum longitudine, & totidem latitudine, & altitudine trium cubitorum Exo. 27. Et potissimè, quia portandum erat humeris hominū. Nā iusserat Deus, vt Chaathitæ, qui portabant vasa sacra, portarent ea humeris, & non darētur eis plaustra, sicut Gersonitis, & Merraritis, Nume. 7. & ob hoc factum est altare totum de quatuor tabulis setim: & in superficie tabularum erant affixæ laminæ æneæ. Et adhuc, vt nō essent tanti ponderis illæ laminæ perforatę fuerunt in modū retis, iō dicebatur esse craticula super altare. s. super tabulas altaris. Nunc autem cessauit necessitas tempore Salomonis, quia iā non erat portandum sanctuarium de loco ad locum, sicut dixerat Dauid prædicti lib. 23. cap. ideo poterat fieri altare totū de ære vel de quacūq; alia materia quantūcūque pōderosa: quia illud nihil obstabat ad aliquid, qđ fieri deberet ĩ altari.

*Quę fuerit figura istius altaris. Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, circa figuram istius altaris. Dicendum, ꝙ superficies sua superior, in qua erant sacrificiorum carnes, & ignis, erat quadrata longitudine cubitorum viginti, & latitudine totidē. Altitudo autem erat cubitorum decem, & in hoc deficiebat illud corpus à plena quadratura, vt vocaretur corpus regulare exacedron, sicut est taxillus. Figura aurem altaris prioris quod fecerat Moyses non erat talis, nec proportionalis. Nā longitudo illius erat quin que cubitorum, & latitudo totidem, altitudo aūt erat trium cubitorum Exod. 27. cap. deficiebat etiam figura illius a figura istius, quia illud erat factum de quatuor tabulis setim in quatuor lateribus in gyro: supra aūt & infra non erat aliqua tabula: Causa huius erat triplex, prima quia si poneretur aliqua tabula supra ēt operiretur laminis aureis cremaretur, cū semper esset ibi magnus ignis in altari, & calefacta, & ignitā laminā ęnea calefieret, & cremaretur tabula. Secunda fuit, quia istud altare erat vacuum interius: & cū locandum esset alicubi, implebatur terra vsque ad summum, & in superficiæ terræ ponebantur prunæ, & carnes, & nō pertingebant ad parietes altaris, & sic non cremabantur. Et cùm mouendum esset altare, euacuabatur terra illa, & portabatur ipsum altare. Si autem esset altares supra, & infra tabulis opertum sicut in lateribus, nō posset repleri terra & euacuari: ideo debuit supra, & infra non habere tabulas, sed solū in lateribus. Tertia causa fuit propter grauitatem tollendam, quia si esset opertum tabulis supra & infra, esset grauius ad portandum, præsertim cùm portandum esset humeris hominum: ideo cū sufficerent quatuor tabulæ laterales, nō





debuit poni tabula aliqua superius, nec inferius. De altari quod factum est nunc pro templo Salomonis, secus fuit, quia habuit quinque superficies, s. quatuor laterales, & vnam superiorem. Quatuor laterales erant de ære de laminis grossis, sicut erat altare tabernaculi Moysi de tabulis ligneis. Habebat etiam partem superiorem planam æneam, in qua ponebantur carnes sacrificiorum, & ignis, & interius erat concauum istud altare, quia nō expediebat tantam molem solidam facere de ęre, quia expenderetur magna copia ęris inuti liter: sed in concauitate interiori erant lapides, quasi esset interius aliud altare factum quadrātum ad formā altaris ęnei, & incrustabatur vnum in altero sicut gladius in vagina. Erant tamen lapides isti impoliti: quia Deus iusserat, quòd si fieret altare de lapidibus, non tā gerentur ferro, quia alioquin contaminarentur, Exo. 20. Causa autem quare facta est superior ęnea, & non mansit ibi superficies de terra fuit propter causas contrarias tribus superioribus, quę concurrerunt in altari Moysi. Prima, quia non cremaretur ibi aliqua tabula, etiam si operiretur pars superior ære, cū non esset ibi aliqua tabula, sicut ponenda erat in altari Moysi: sed de ęre puro facta est superficies superior sicut quatuor latera in gyro. Secunda fuit, quia altare istud nō erat mouendum de loco ad locum, imò nec implendum terra, nec euacuandum, sed semper māsurum erat in eadē habitudine: ideo licèt haberet partem superiorem opertam tabula ęnea, non obstabat si cut in altari Moysi, quod sępe implendum, & sępe euacuandum erat. Tertia causa, quia istud altare nō erat portandum in via, ideo quantęcunque grauitatis esset, non obstabat, nec quid omittendū erat in eo fieri propter grauitatem. In altari autem Moysi multa omitti debuerūt propter grauitatem, ideo istud operiri debuit lamina ęnea pura.

*Quomodo licuit istud fieri de ere, & altare Moysi fieri de lignis setim, & operiri de laminis ęneis, & aliud laminis aureis. Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, quō licuit fieri istud altare de ære, & altare Moysi de lignis setim, & operiri laminis ęneis, & aliud altare thymiamatum fieri de lignis setim, & operiri laminis aureis, Exod. trigesimo. Nam Deus iusserat, quòd si aliquod altare sibi fieri deberet, fieret de terra: vel si de lapidibꝰ fieret, illi essent impoliti, quia si eleuaret gladius super lapides, pollueret altare. Exod. 20. Dicendum quod de altari thymiamatum aliter respondēdum est quàm de altari holocaustorum. Nam lex illa intelligitur de altari holocaustorum, in quo aliqua sacrificia offerebātur, vt colligitur ibidem: altare autem thymiamatum non erat pro sacrificiis, ideo poterat fieri de quacunque materia non obstante lege illa. De altari holocaustorum respondent quidam, ꝙ verum est, quòd nō poterat fieri nisi de terra, vel lapidibus impolitis, & sic dicunt fuisse altare, quod fecit Moyses, & altare, quod factum est nunc in templo Salomonis. Nam altare Moysi erat inane, & concauum. Exo. 27. & intra tabulas laterum replebatur terra, quando locandum erat, & manebat semper sic, quousque mouerentur castra, & tūc euacuabatur, & portabatur: vt declaratum est præcedēti quæstione: & sic altare illud erat de terra. De altari ĩto Salomonis dicunt, quòd erat de lapidibus impolitis: ga licèt esset opertura er de ęre supra, & ad latera: tamen infra æs erant lapides, quasi esset aliud altare de lapidibus: & sic diceretur, quòd illi lapides erant impoliti: erāt tñ calce leuigati, vt superficies exterior plana esset. Sic factum fuit de altari, quod iussit Deus fieri in monte Ebal, quando confirmata est lex de ri

Universidad de Deusto
Biblioteca



ptus est ibi Deuteronomius, scilicet quòd fieret de lapidibus, quos ferrum non tetigerat, & quòd calce linigarentur Deut. 27. & sic videbitur impletum præceptum illud, quòd fieret altare de terra vel de lapidibus impolitis. Aliter respondetur, & melius, quòd non oportet dicere, quòd poneretur aliqua terra vel lapides in altaribus istis ad complendum præceptum illud, quia illud intelligitur quandocunque fieret altare aliquod in loco licito sine aliquo speciali mandato Dei: vel dato quòd mandaret illud fieri, quòd nō specificaret materiā, quia tunc debebat fieri de terra, vel lapidibus. Ista tamen altaria, de quibus hic dr, Deus iussit specialiter fieri de ista materia. De altari Moysi patet Exod. 27. De altari isto patet, quia Deus dedit Dauid figuram, & descriptionem omnium, quæ in tē plo fabricari debebant, & ipse dedit illam Salomoni filio suo, & illam ipse tenuit, vt patet præcedenti libr. 28. capit. Et sic regula generalis data de fabricando altare de terra, vel lapidib⁹ impolitis non obstabat, quia post dationem illius Deus specialiter iussit, quòd fieret altare illud Moysi de lignis setim, & istud de ere. Et cùm ipse Deus vtranque legem dederit, scilicet illam generalem, & istas speciales, voluit vtraque manere in suo vigore, & intelligi in suis casibus.

*Quare istud altare fuit maior eo, quod fecit Moyses in deserto.*
*Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius, de magnitudine istius altaris quare fuit maius quàm altare factum per Moysem in deserto. Pro quo sciendum, quòd fuit illud altare in altitudine cubitorum trium: in longitudine cubitorū quinque, & totidem in latitudine. Exo. 27. & altare istud fuit altitudine cubitorum decē, longitudine cubitorum viginti, latitudine totidem. Et sic superficies quadrata, in qua ponebantur sacrificia, erat in altari Salomonis maior quàm in altari Moysi decē & sex vicibus. Nam cùm latitudo, & longitudo altaris Moysi esset cubitorum quinq;, area plana siue superficies superior erat cubitorum vigintiquinque quadratorum. Nam ista est regula geometrica ad inueniendum aream, s. quòd ducatur vnum latus in alterum. s. minimum in maximum: & reperietur area quadrata, sed latera erant æqualia, scilicet quinque, & quinque: & ducendo vnū in alterum efficiuntur viginti & quinque. Area autem altaris Salomonis erat quadringentorum cubitorum, quia longitudo erat cubitorum viginti & latitudo totidem, & ducēdo viginti in viginti efficiuntur quadringenti cubiti. Causa autem quare erat maior area altaris istius quàm altare tabernaculi Moysi, erat: quia altare debebat effici magnū ad hoc quòd caperentur in eo multa sacrificia. Si tamen solùm esset tantæ magnitudinis sicut altare Moysi, caperentur pauca sacrificia: ideo debebat fieri maius. Altare enim Moysi non debuit fieri maioris magnitudinis: quia licèt conueniens esset fieri altare maioris magnitudinis, non debebat, quia altare debebat portari de loco ad locum humeris hominum. Et si fieret maius non posset portari: ideo paruum factum est. Altare aūt templi Salomonis nō erat portandum de loco ad locum, cùm ibi in æternum mansurum foret: ideo licèt fieret magnum, nihil obstabat. Et tamen adhuc nō erat magnum valde altare Salomonis: quia interdum tot sacrificia fiebant, quòd nō sufficiebat ad capiendum illa ipsum altare. Sicut factum est quando Salomon dedicauit templum. Nam occidit hostias multas, scilicet vigintiduo millia boum, & centū viginti millia ouium, siue arietum, & nō capiebantur hostiæ in altari: ideo cremauit Salomon sacrificia super pauimentum, & alia super altare: vt patet 3. Reg. 8.

Regula Geometrica.

& infra 7. cap. Aliud etiam altare maius postea factum est in templo Domini. Nam rex Achaz ad similitudinem altaris Damasci fecit fabricari aliud altare in templo Domini, & illud erat maius: vnde dicebat ipse Achaz, quòd super altare maius offerretur sacrificiū regis, scilicet super altare illud nouum 4. Reg. 16. Erat tamen illud sacrilegum: quia contra legem factum: & tamen saltem ostendebatur ex hoc, quòd altare istud quod fecit nunc Salomon, non erat valde magnum: cùm factum fuerit postea aliud maius illo ad offerendum sacrificia.

*Quomodo altare erat decem cubitorum altitudine cùm nullus homo poterat ed eam altitudinem attingere.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius de isto altari, quomodo erat decem cubitorum altitudine. Nam nullus homo poterat ad tātam altitudinem pertingere de pauimento, vt ministraret in illo. Dicet aliquis, quòd ad istud altare ascendebatur per gradus sicut fit in aliis ribus nostris, & sic computando à pauimēto vsque ad summitatem erant decem cubiti, & tamen cōputando à gradu vltimo, per quem ascendebatur vsque ad summitatem altaris non erant decem cubiti, sed fortè solū duo, vel tres. Sed obiicietur, quòd non posset stare: quia Exo. 20. dicitur: Non ascendes per gradus ad altare meum, ne fortè reueletur turpitudo tua. Dicendum quòd verum est, quòd non ascendebatur ad altare Dei per gradus: ascendebatur tamen per quendam ascensum terræ continuū, sicut cum ascendimus in colles. Et sic a plano vsque ad summum altaris erāt decem gradus: & tamen ascendendo per illum continuum ascensum perueniebatur in tantum vt locus, in quo erant pedes sacerdotis ministrātis, distaret à summitate altaris per duos vel tres cubitos solùm: & sic poterat ministrari.

Mare etiam æneum fusile decem cubitis à labio vsque ad labium rotundum per circuitum. Quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus labium maris circuibant. Boues autem erant fusiles, & ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alij tres ad Occidentem: porro tres alij Meridiem, & tres, qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum. Posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. Porro vastitas eius habebat mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij: capiebatque triamillia metretas. Fecit quoque conchas decem, & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lauabantur.

*Mare*



*Mare etiam.* Hic ponitur de secundo vase, quod erat A nor versus fundum maris, & apud illos erat sculpturę per totum gyrum maris æneī. Et 3. Regū 7. dicitur duo ordines sculpturarum historiatarum erāt in duobus ordinib⁹, i. in duobus versibus. sic hic dicit: & erāt histriatæ. i. historiatæ, s. quòd continebantur in eis imagines historiarum: Et erant istæ sculpturæ super duodecim boues, scilicet erant versus fundum maris, vbi coniungebatur mare duodecim bobus, super quos sedebat. In Hebræo est hic litera nimis distorta, scilicet. *Decem in cubito ambientes mare in circuitu duo ordines vaccarum fusarum in fusione sua.* Ista litera in cortice suo nō videtur habere aliquem sensum, & tamen concordat literę. s. decem in cubito ambientes mare, ideſt quòd erant quædam sculpturæ in ipso mari versus fundum eius ambientes ipsum decem in cubito, ideſt vbi decē B cubitis ambiebatur mare. Nam istud erat versus fundum vbi solis decem cubitis ambiebatur mare. Duo ordines vaccarum fusarum in fusione sua, ideſt duo ordines sculpturarum erāt super vaccas siue boues, quia litera Hebraica dicit vaccas, vbi nos dicimus boues. Est tamen bos nomen commune ad bouem masculum, & fœminam: & hoc dicit litera nostra, 3. Regum 7. scilicet quòd istæ sculpturę erant super boues: & dicitur quòd vaccæ erant fusę in fusione sua. i. erant fusiles, & positæ in fusione sua. i. in fundamento maris, quia super illas mare fusile sustentabatur: & istud signat litera sequens, scilicet. *Boues autem fusiles erant.* Scilicet, duodecim boues, super quos erat mare, erant fusiles. C *Et ipsum mare super duodecim boues positum erat.* Scilicet, mare locabatur super duodecim boues, ideſt super dorsa eorum, & hoc dicitur in Hebræo. Vaccarum fusarum in fusione sua, ideſt vaccæ fusiles erāt in fusione sua, ideſt in fundamento ipsius maris fusilis. *Quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad occidentē.* Porro tres alij ad Meridiem, & tres alii ad Orientem. Erat mare super duodecim boues locatum. Et ponitur hic de istis duodecim bobus ad quam partem respiciebant. Nam cùm mare istud esset rotundum, & sustentaretur à bobus, necesse erat, quòd boues respicerent ad omnem partem. Etant autem boues habentes facies, & capita extra mare, dorsa autem habebāt sub mari sicut fit in sepulchris honorabilibus, quæ D sunt super leones locata, & capita leonum sunt exterius, dorsa sunt sub ipsis ciboris sepulchrorum. Et quia sunt quatuor partes mundi necesse erat, quòd tres boues respicerent ad vnam partem mundi, scilicet ad Orientem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiē, & tres ad Aquilonem: & sic erant boues in gyro: & æqualiter mare sedebat super eos. *Posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari.* Scilicet, dorsa, & caudæ ipsorum boum erant sub mari, vt locaretur mare super ipsos: sola capita, & partes anteriores boum erant extra mare ad pulchritudinem ostendendam. *Porro vastitas eius habebat mensuram palmi.* Dictum fuerat supra quantum erat de labio vsque ad labium maris in eo, quòd vacuum erat. Hic ponitur de grossitie labii maris quanta erat. Et dicitur, ꝙ erat vastitas eius, E ideſt grossities vnius palmi: & hoc conueniens erat: quia mare æneum erat magnę quantitatis, & decebat ad tantam quātitatem, quòd esset aliquanta grossities labii: quia alias faciliter frangeretur, & ista quantitas erat conueniens, scilicet vnius palmi. In Hebræo dicitur mensuram pugilli, sed idem est. Nam pugillus dicit totam manum collectam, palmus dicit totam manum expensam, & sæpe sic accipitur in Hebræo. *Et labium illius erat quasi labium calicis.* Scilicet, labium maris non erat in parte superiori planum nec acutum, sed erat quasi labium calicis, ideſt sicut labium calicis est grossius quā partes interiores, & non est acutū, sed curuatum: ita erat labium maris. *Vel repandi lilij.* Id-

est vel erat ad modum lilij repandi, idest curui. Nam mare habebat labium aliqualiter curuatum sicut lilium quod habet florem repandum, i. curuum. Nam pandus curuus est, repandus est valde curuus. *Capiebat quoque mensuræ tria millia metretas aquæ.* Sed obiicietur, quia tertio Reg. 7. dicitur quòd duo millia bathos continebat, & tria millia metretas: & sic ponuntur ibi duo millia bathi. Dicendum quòd hoc infra declarabitur in quadam quæstione. *Fecitque conchas.* Hic ponitur tertium vas atrij, s. luteres. Nam erant decem luteres in atrio pleni aqua, in quibus lauabantur carnes sacrificiorum: vt patet in litera. Et dicitur. *Fecitque conchas decem.* Istę conchæ erant luteres, vt patet 3. Reg. 7. & vtrunque est nomen vasis: & vocantur conchæ pp figuram, quia ad figuram talium vasorum erant factæ istæ conchæ, vel luteres, de quorum figura declaratū est, 3. Reg. 7. in quadam quæstione. *Et posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris.* Aliqui intelligunt, ꝙ quinque de istis luteribus erant ad partem dextram maris ænei, & quinque ad partem sinistram. Nam erat mare æneum vas maximum templi, & honorabilissimū, ideo in circuitu eius erant alia vasa, scilicet quinque luteres ad dextram eius, & quinque ad sinistram: Sed intelligendum est hoc de ipso atrio sacerdotum, s. ꝙ ad latus meridianum atrij erant quinq; luteres, & quinque ad latus aquilonare, quæ erant dextra, & sinistra tēpli: vt patet 3. Reg. 7. ſ. & constituit decem bases luterum, quinque ad dextram partem templi, & quinq; ad sinistram. Mare aūt posuit ad dextram partem tēpli contra Orientem ad Meridiem. & sic non erat mare in medio istorum vasorum: sed erat cum quinque illorum in dextra parte templi. *Vt lauarentur in eis omnia, quę in holocaustis oblaturi erant.* Scilicet, in luteribus, qui erant semp pleni aqua lauabantur oēs carnes, quas sacerdotes oblaturi erant in sacrificiis holocaustorū. Et accipiuntur holocausta etiam pro aliis sacrificiis, vt quidam putant, sed de hoc infra in quadam quæstione declarabitur. *Porro in mari sacerdotes lauabantur.* Scilicet, soli sacerdotes lauabantur in mari. Nam carnes lauabantur in luteribus. Et non lauabantur Leuitę nec aliqui alij, sed soli sacerdotes: de quo infra declarabitur.

*Mare ęneum cuius figurę erat.*
*Quęstio VIII.*

QVAERITVR circa mare æneum, de quo supra dictum est, cuius figuræ erat. Respondendū, quòd ad intelligentiam huius considerandū est quod dam corpus solidum, cuius sphæric⁹ diameter sit quasi longitudinis decem cubitorum. Illud autem corpus diuidatur per medium per circulum quendam, velut si diuideretur gladio: & tunc manebit emisphærium in vna parte, & emisphærium in altera, s. quoddā vas rotundum, & quia diuisio erat per mediū, vbi erat maximus circulus transiens super centrum sphærę, velut si quis diuideret sphæram in duas partes per æquinoctialem, vel per aliquam de culuris, necesse esset ꝙ a labio in labium esset diameter maximus totius sphęræ decē cubitorum vel quasi: & sic dicitur hic, quòd à labio in labium erat linea decem cubitorum: incipiēdo aūt à fundo vsq; ad summitatem erat medietas circuli: ideo erat semidiameter ibi, & sic linea à fundo vsque ad summitatem cubitorum quinque erat, vt dicitur in litera. Erat autē talis figuræ sicut cōiter sunt fontes Ecclesiarum, in quibus celebratur Baptismus, & vasa lapidea, in quibus tenetur aqua benedicta. Vocabatur istud vas mare æneū fusile. Mare quidē, qa in eo multa aqua continebatur, & congregationes aquarū secundum Hebræos vocantur maria, Gen. primo cap. F Vocatur æneum, quia erat fabricatum de ære. Vocabatur fusile, quia erat factum opere effusorio: & non malleatorio.

*Queritur de isto mari ęneo in templo.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius circa istud mare eneū in templo. Dicendum quòd istud successit loco cuiusdam vasis, quòd erat in tabernaculo Moysi, scilicet pro labro æneo. Nam fecerat Moyses labrum ęneum de speculis mulierū, quę excubabant ad ostium tabernaculi: Exo. 38. & illud erat, vt lauarentur sacerdotes in ipso quando ministraturi essent. Exo. 30. G In templo autem Salomonis non mansit illud labrū æneum saltem quantum ad ministrationem, sed factū est istud mare æneum loco eius, & hic lauabantur sacerdotes. Sed tunc quæretur, an soli sacerdotes lauarentur in mari ęneo, & quomodo lauarentur. Dicēdum quòd de sacerdotibus non erat dubium quòd lauari deberent in mari æneo. Nam in litera dicitur ꝙ in mari illo lauabantur sacerdotes, & in conchis, siue luteribus lauabantur carnes holocaustorum. Etiā dicendum ꝙ lauabantur qñ ministraturi erant, vt patet Exo. 30. Cùm autem queritur an alij præter sacerdotes lauarentur ibi, dicendum quòd dubium nullū esse potest, nisi de Leuitis. Nam de laicis non est dubium, sed certum est, ꝙ non lauabantur ibi: erat nā- H que istud mare de vasis sacris, ideo soli ministri rerum sacrarum ibi lauari debebant: & tñ laici non erant ministri aliquarum rerum sacrarum, ideo non lauabantur ibi. Item lauabatur quis in mari æneo: vt non tā geret immundus rem sacram, & tñ laici nunquam tā gere debebant aliquam de rebus sanctuarij: ideo non lauabantur ibi. Item mare ęneum erat in atrio sacerdotum, vt colligitur hic, & 3. Reg. 7. & tamen nullus laicorum introibat in atrium sacerdotum: sed exterius manebant orando, & audiendo doctrinam legis, & aspiciēdo quomodo fierent ministrationes sacrę in atrio sacerdotum, ideo non poterant lauari in mari æneo. De leuitis autē est dubiū an lauabantur in illo mari, vel non. Et aliquis dicet, ꝙ nō, quia cū ponatur hic officiū maris ęnei, dicitur quòd erat, vt lauerētur in eo sacerdotes, & de Leuitis non tangitur. Itē patet hoc, quia mare ęneū successit loco labri ænei, qđ fecerat Moyses: & tñ de illo labro æneo dr Exod. 30. ꝙ lauarentur in illo sacerdotes, qñ ministraturi essent: & sic non lauabantur in eo Leuitæ. Aliquis dicet, quòd lauabantur etiam Leuitæ in isto mari æneo, cū ipsi etiā essent ministri Dei. Nec obstat, ꝙ soli sacerdotes nominentur, quia interdum nomine sacerdotum intelliguntur Leuitæ. Dicendum quòd non est verū, & ꝙ solī sacerdotes lauabantur in mari æneo. Nam lauabāt ibi aliquis, vt mundus ministraret, & tangeret sacra, & tñ Leuitæ non ministrabant in sanctuario tāgendo aliqua sacra: iō non oportebat, ꝙ lauarentur. Ministra- K tiones. n. Leuitarū in templo erant, ꝙ custodirent portas atrij templi, ne introiret aliquis immundus. Etiam custodiebant thesauros domus dñi in exedris, & canebant tempore sacrificiorū. Manifestū est, tñ quòd nullā ministratio istarum requirebat munditiam in mani bus. De ostiariis, & thesaurariis manifestum est, quia non tangebant res sacras. De cantoribus etiam patet, quia licèt ministerium suum esset magis sacrum q̄ ministeria aliorum Leuitarum, tamen nō cōtrectabant manibus aliquid sacrum, sed solū canebant cantica diuinæ laudis: & ad hoc nō requirebatur aliqua mūditia in manibus, iō Leuitæ nō lauabantur. Sacerdotes aūt soli lauabant in mari ęneo, quia ipsi soli tangebāt res sacras in sacrificiis, & in aliis ministrationibus, ideo de eis solùm dicitur hic, quòd lauabātur in mari ęneo. Etiam Exod. trigesimo, & trigesimo octauo, vbi dicitur de labro æneo, quod fecerat Moyses, dicitur ꝙ sacerdotes lauarentur in illo non tangendo aliquid de Leuitis, innuens quòd soli sacerdotes deberent in illo lauari. Cùm autem queritur, qñ lauari debebant & qūo, dicendū quòd sacerdotes lauabantur ad ministrā dum ne immundi tangerent sacra, iō necesse erat, ꝙ lauarentur qñcunq; tangerent sacra, & qñcunq; ministrarent. Ministrationes autem sacerdotum in sanctuario erant quasi quotidianę quatuor. s. offerre sacrificia, cremare thymiama in altari thymiamatum, & dispone re lucernas in candelabro, & locare panes propositionis in mensa. In oībus istis requirebatur lotio manuū. Nam offerendo sacrificia tangebat sacerdos carnes sacras, & adipes, & libamenta manibus, ideo lauandus erat, & istud fiebat quotidie, cū essent aliqua sacrificia quotidiana saltem matutinum, & vespertinum: Num. 28. præter multa alia tam necessaria quàm spōtanea, quæ quotidie fiebant. In cremando thymiama requirebatur munditia, quia tangebat sacerdos sacrum thymiama. Erat. n. tam sacrum, vt nulli homini liceret facere aliam talem compositionem ad fruēdū illius odore sub pęna mortis, Exo. 30. sed soli Deo dandum erat. Etiam tangebat sacerdos thymiamataria, q̄ erant vasa thymiamatis, & erant sacra: etiam tangebat altare thymiamatum. Oīa autē hæc erant munda, ideo lauari debebat sacerdos cū cremaret thymiama. Alia ministratio erat in disponendo lucernas candelabri, scilicet quòd quotidie mane, & vespere sacerdos introiret in templum, & poneret oleum in lampadibus candelabrorum, & auferret lichnum, & asportaret exterius, quæ emuncta erant in vasis, & in his ombus tangebat sacerdos vasa sacra: ideo lauari debebat. Alia ministratio erat disponere panes propositionis in mensa: & ista erat valde sacra ministratio, eo ꝙ panes illi erant valde sacri, cùm non liceret eos comedere, nisi sacerdotibus Matt. 12. & adhuc in necessitate positis laicis non darētur eis nisi mundi essent à mulieribus: primo Regum 21. In omnibus istis ministrationibus lauandi erat sacerdotes: Hoc colligitur Exo. trigesimo, scilicet. Facies labrum æneum, & missa aqua lauabunt in eo Aarō, & filij sui manus suas, & pedes quando ingressuri sunt testimonij tabernaculum: & quando accessuri sunt ad altare, vt offerāt in eo thymiama domino, ne forte moriantur. Per ista signantur oēs ministrationes suprapositæ. s. accedere ad altare & offerre sacrificia; intrare in tabernaculum testimonij signat tres ministrationes, scilicet cremare thymiama, disponere lucernas in cādelabro, & disponere panes propositionis in mensa. Nam omnes istæ tres ministrationes fiebāt in tabernaculo, quia vasa, in quibus fiebant, erant interius. Cùm autem quæritur qūo lauabantur sacerdotes: dicendum quòd quandocunque sacerdos ministrare deberet, vbi erat labrū æneū sine mare, & auferebat sibi vestes communes superiores, & induebatur vestibus sacris: sed antequam induceretur vestibus istis depositis vestibus suis, & calceis lauabat manus, & pedes: & tunc induebatur vestibus sacris, si esset sacerdos minor induebatur primò feminalibus sacris magnis: deinde tunica linea, & accingebat se cingulo, & imponebat cydarim capiti. Istę enim erant vestes sacerdotum minorū: Exo. trigesimo octauo: Si autem erat sacerdos magnus induebatur prædictis vestibus, vel ornamentis, quæ erant communia sacerdotibus minoribus, & pontifex insuper induebatur aliis, scilicet tunica tota iacynthina cum tintinabulis, & malogranatis pendentibus ad pedes, & postea rationali, & ephod, & cingulo, & tiara, & lamina aurea in frōte. Exo. vigesimo octauo.





A Et sacerdotes sic induti nudis pedibus, & tñ lotis procedebāt administrandū. Et si sacerdotes non lauarentur antequam ministrarent, & induerentur vestibus sacris moriebantur. Iste modus quātum ad aliquid tenetur à sacerdotibus nostris quando celebrare habent missam. Nam exuuntur vestibus cum munibus superioribus, & lauant manus, & tunc induuntur sacris vestibus, & tamen non moriuntur sacerdotes nostri, licèt non lauerint manus, quando ministrant sicut sacerdotes veteris testamenti, quia in illis istę cæremoniæ erāt sub maiori necessitate quàm in nobis. Sciendum autem, quòd istud mare æneum habebat in circuitu suo aliquam basim, vel vas æneum, in quo cadebat aqua de mari, quia sacerdotes lauare debebant manus, & pedes anteq̄ ministrarent, & tamen non poterāt introire B in mare ad hoc, quòd lauarent pedes, quia ibi submergerentur cū esset altitudo maris quinque cubitorum, vt patet in litera. Erat autem in latere illius maris quidam canalis, per quem fluebat aqua in aliquod vas positum in pauimento, & in illo sacerdotes lauabant pedes, & forte manus. Ipsum aūt mare non erat ad hoc quòd intra eum aliquis lauaretur: sed ad hoc quòd contineret aquam, quæ funderetur ad lauandum manus, & pedes sacerdotum. Patet hoc, quia sic erat de labro æneo quod fecerat Moyses. Nam illud habebat basim, vt patet Exo. 30. cū dicitur, quòd fecerat Moyses labrum æneum cum basi sua, & illa basis nihil erat, nisi quoddam vas positum in pauimento, in quo fluC rent aquæ de labro æneo, & lauarentur ibi pedes sacerdotum, & manus.

*Ad quid factum est mare ęneum, cùm esset aliud in quo lauarentur sacerdotes.* *Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, ad quid factum est mare ęneum in templo Salomonis, cū iam esset in quo lauarentur sacerdotes. Nam Moyses fecerat labrū æneum in quo lauarentur sacerdotes quando ministraturi essent. Exo. 30. & 38. & illo existente non erat opus, quòd fieret mare æneum. Dicendum quòd factum est propter duo: primò propter necessitatem: nam labrum æneum quod fecerat Moyses erat parD vum, & interdum erat necessaria multa aqua, quę nō poterat contineri in labro æneo, ideo fuit necessariū mare æneum. De labro æneo, patet quòd paruū esset, quia erat portatile, cùm deberet moueri de loco ad locum, & tamen erat æneum, ideo si aliquantulum esset magnum cū materia esset pōderosa, non esset portatile per viam: & sic quamquā aliqua vasa debuissent esse maioris magnitudinis, nō facta sūt magna a Moyse ne impedimentum afferrent ad portandum. In templo autem Salomonis nō erant iam vasa mouenda de loco ad locum: ideo fierent magna quantum necessarium esset: & quia necessaria erat multa aqua ad lauandum sacerdotes: cùm interdum propter multitudinē sacrificiorum multa aqua erat necessaria ad lauādum E manus et pedes multorum sacerdotum, in labro autem æneo pauca aqua contineri poterat: ideo debuit fieri aliud vas capacius, et istud fuit mare æneum. Secundum fuit ad decorem. Nam cùm templum Salomonis deberet esse aliquid admirandum pulchritudine, et preciositate, debuit hoc apparere in singulis vasis eius: et quia vasa parua non possunt esse pulchra, debuerūt esse maiora vasa in templo Salomonis, quā in tabernaculo Moysi: nam plures partes pulchritudinis et plures ornatus, et figuræ variæ possunt fieri in vasis magnis quàm in paruis, et sic factum est de multis aliis vasis templi Salomonis, quæ vt communiter fuerunt maiora quā in templo, siue tabernaculo Moysi. Hoc etiam decebat ad honestatem templi.

Nam cùm materia vasorum esset preciosa, & vasa essent magna, ostendebat magnitudinem diuitiarum & status, & tamen templum Salomonis fuit valde maioris honoris. & status quàm tabernaculum Moysi. Item conueniens erat hoc fieri, quia templum Salomonis fuit valde maius quantitate quàm tabernaculū Moysi, vt declaratum est præcedēti capi. Si ergo non essent plura vasa in templo Salomonis quàm in tabernaculo Moysi, vel nō essent maiora, videretur domus vacua, quia non esset proportio domus ad vasa sua, iō sicut templū Salomonis fuit maius tabernaculo Moysi, ita debuerūt proportionaliter vasa templi Salomonis maiora esse vasis tabernaculi Moysi.

*Quomodo funiculus ambiens vas æneum erat solum trigintā cubitorum, cùm linea perueniens à labio in labium esset decem cubitorum. Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius circa istud mare æneū, quomodo dicitur hic, quòd funiculus cubito rum triginta ambiebat illud. Nam videtur hoc impossibile, quia dicitur quòd linea perueniens à labio in labium erat decem cubitorū, ideo necesse erat, quòd linea circundans mare esset plusquam triginta cubitorum: Patet hoc ex regula geometrica de circulo, & diametro, scilicet quòd omnis diameter triplicatus cum septima parte sui circulū complet. Triplicetur ergo diameter decem cubitorum, et addatur septima pars eius, quæ est vnus, & quasi dimidius cubitus, & si circul⁹ diameter est decem cubitorū, erit cubitorū triginta vni⁹ & dimidij quasi. Aliquis dicet, q̄ hoc proue, nit ex varietate acceptionis diametri circuli. Nā mare æneum habebat in labio suo grossitiem palmi: vt patet hic in litera, ideo poterat accipi diameter eius dupliciter. Vno modo à labio in labium computando solam capacitatem maris, & non mensurando grossitiē labii ex vtraq; parte. Alio mō pōt accipi diameter mēsurādo capacitatem maris, & grossitiem vtriusque labij. Si accipiatur primo modo diameter, quòd esset decem cubitorum, necesse esset, quòd linea ambiens mare per solam capacitatem suam exclusa grossitie labij esset plusquam triginta cubitorum. Accipiendo secundo modo diametrum, computando totam capacitatem maris, & etiam grossitiem labiorū, si accipiat linea ambiens labium maris cum capacitate & grossitie simul erit illa linea maior quàm triginta cubitorum. Quomodocunque ergo accipiatur diameter, & circulus, si vno, & eodem modo accipiantur diameter, & fuerit cubitorum decem, circul⁹ erit plusquam cubitorum triginta. Sed poterit hoc stare, quòd accipiatur diameter decem cubitorum computando totam capacitatem maris, & grossitiem labiorum, & tamen quòd linea circulariter ambiens non capiat grossitiem labiorum, sed solùm capacitatem maris. Et ratio diuersitatis est, quia circulus ambiens totam grossitiem maris erat maior quàm circulus ambiens solā capacitatem. Et licèt nullus diameter triplicatus solū reddat suum circulum perfectum, tamen aliquis diameter vnicus circuli erit, qui triplicatus solùm reddet alterum circulum perfectum. Et sic diameter circuli maioris, scilicet totius maris cum grossitie labiorum triplicatus solùm reddet fortè circulum minorem, qui erat continens capacitatem maris sine grossitie. Istud aliqualiter videtur coloratum: & tamen non stat, quia diameter circuli maris continentis totum mare cum grossitie labiorum reddet maiorē circulum, quàm sit circulus minor continens solam capacitatem maris. Quod patet, quia grossities labij erat vnius palmi, vt patet hic in litera. Accipiendo ergo vtrunque labium, erat grossities duorum palmorum: & sic diameter circuli maioris excederet diametrum circuli minoris duobus palmis. Et tamen duo palmi reddunt vnum cubitum, vel parum plus. Si ergo diameter istius circuli maioris comprehendendo grossitiem continebat decem cubitos, diameter circuli minoris continebit nouem cubitos, vel aliquid minus: & triplicando prouenient viginti septem cubiti, & addendo septimam partem, quæ est vnus cubitus, & quasi quarta pars cubiti erūt cubiti viginti & octo, & quarta pars cubiti, & aliquid plus: & sic nō erit linea ambiens triginta cubitorum, vt dicit litera. Dicendum ergo videtur, quod diameter circuli à labio in labium erat decem cubitorum, & circulus essē debebat triginta vnius cubiti, & quasi dimidij, & tamē scriptura sacra non curauit de modico, sed posuit numerum perfectum, scilicet triginta. Aliter posset dici secundùm quosdam, quòd non erat circulus iste, sed aliqua figura irregularis, quę alio modo communicat cum natura circuli, vel accedit ad illum: & tunc poterat esse, quòd diameter solus triplicatus redderet ambitum illius figuræ. Dicendum, quòd non stat, quia tunc dato quòd in vna parte linea decem cubitorum perueniret à labio in labium, tamen non peruenire in omnibus partibus, sed alicubi esset minor linea: ideo dicendum est sicut supra. Aliud dubium est cùm diameter istius maris esset cubitorum decem, an computabātur isti cubiti cum grossitie labiorum, vel exclusa grositie illa solùm accipiendo capacitatē maris. Dicendum quòd hoc non apparet, & tamen videtur dicendum, quòd computetur sola capacitas sine grositie labiorum. Et apparet primò sic, quia posuit hic litera istas mensuras tanquam distinctas. Nam prius posuit, quòd linea perueniens à labio in labium, erat decem cubitorum, & linea ambiens erat triginta cubitorum, & postea dixit, quòd grossitudo labii erat vnius palmi. Si tamen includeretur grossities labiorum in decem cubitis, nō poneretur postea, quòd grossities labii erat vnius palmi: voluit ergo innuere quòd istæ duæ mensuræ erant distinctę. Secundò patet, quia dicitur, quòd altitudo maris, scilicet a fundo eius vsque ad superficiem erat quinque cubitorum. Et ista erat profunditas aquæ, quæ poterat capi in mari, & tamen quinque cubiti erant semidiameter maris, cùm mare esset tanquam emisphærium, & in capacitate medietatis essent quinque cubiti, ergo diameter capacitatis erat cubitorum decem. Tertiò patet, quia dicitur in litera, quòd linea decem cubitorum perueniebat a labio in labium. Si tamen in istis decem cubitis includeretur grossities labiorum, linea decem cubitorum non solùm perueniret à labio in labium, sed etiam vltra labium, & contineret vtrunque labium.

*Quomodo grossities labij erat vnius palmi, cùm dicitur quòd erat grossities trium vnciarum. Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd grossities labii erat vnius palmi: quia tertio Regum septimo dicitur, quòd erat grossities triū vnciarum. Dicendum, quòd vncia aliquando est nomen ponderis, & aliquando nomen mensuræ ad longitudinem mensurandam. Accipiendo secundo modo vncia est tertia pars palmi, & sic tres vnciæ reddunt palmum: vnde sicut dicitur, quòd erat grossities trium vnciarum, ita dicitur 3. Reg. 7. ita dicitur hic quòd erat grossities vnius palmi, & idem est. Aliud dubium est, quomodo dicitur hic, quòd capiebat mare tria millia metretas. & 3. Regum 7. dicitur quòd capiebat duo millia bathos, & tria millia metretas. Dicendum quòd istud dubium procedit ex errore librariorum. Nam 3. Reg. 7. non deberet dici, capiebat duo millia bathos, & tria millia metretas: sed solùm capiebat duo millia bathos. Et patet hoc ex litera Hebraica, & Bibliis correctis: nam in illis non habetur nisi duo millia bathos. Prouenit occasio errandi ex glosa interlineari, quia erat glosa interlinearis 3. Reg. 7. super illam partem duo millia bathos, scilicet tria millia metretas, & imperitia librariorum illa litera fuit textui commixta, sicut in multis aliis locis sacræ scripturæ fit. Ratio autem ponendi illam glosam interlinearem fuit, quia hic ponebatur tria millia metretas in eodem loco, vbi 3. Reg. 7. ponebatur duo millia bathos, ideo exponitur vnum per alterum: & dicendum est, quòd eadem mēsura est duo millia Bathorum, & tria millia metretarum. Pro quo sciendum quòd istud nomen mensura est nomē generale ad omnes mēsuras, ideo non dicit aliquam quantitatem determinatam. Metreta est nomen spiciale mensuræ signans certam quantitatem: vt patet Io. 2. cùm dicitur, quòd erant ex hydriæ lapideę. positę capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Ergo metreta specialem, & determinatam quantitatem signabat. Alioquin non diceretur de qualibet hydriarum, quòd caperet metretas binas, vel ternas, quia aliqua mensura esset ita parua, quòd de illis caperet mille: & alia ita magna quòd nō caperet vnam metretam. Et sic ponitur hic metreta tanquam mensura determinata, & bathus & metreta sic se habent quòd bathus continet metretam, & dimidiam: ideo cum mare contineret duo millia bathos 3. Reg. 7. continebat tria millia metretas, & sic ponitur. De batho autem, & metreta non constat nobis quantum caperent, quia Ecech. 25. ponuntur mē suræ Hebraicæ: & dicitur, quòd bathus, & Ephi sunt equalia; & quòd bathus sit decima pars chori. Et tamen nescimus quid sit quantitas chori, nec ephi, vt p illa cognoscamus magnitudinem bathi. Dicendum tamen quòd possumus nos cognoscere nunc magnitudinem bathi certissime per magnitudinem maris ænei, quia mare æneum erat dimidia sphæra cuius diameter capacitatis erat decem cubitorum, & semidiameter, scilicet altitudo, vel profunditas capacitatis aquæ quinque cubitorum. Et linea ambiens siue peripheria erat triginta cubitorum, vt litera dicit, vel proprię cubitorum triginta vnius & dimidij. Eratque cor pus istud regulare; ideo cùm fecerimus tale corpus, & illud aqua impleuerimus capientur in ipso duo millia bathi. Sicut dicitur 3. Regū 7. Diuidamus ergo illam aquam in duo millia partes equales, & erit quęlibet pars vnus bathus. Ex hoc patet quantitas ephi. quia ephi, & bathus erant æqualia, Ecechi. 25. Ex hoc etiam patet magnitudo chori, quia chorus continebat decem bathos: & sic essent ducenti chori in illo mari æneo. Patet etiam quanta esset mensura gomor, quæ dabatur quotidię cuilibet Iudeo in deserto de manna ad comedendū Exo. 16. Nam erat gomor decima pars ephi. c. cap. & sic continerentur in illo mari æneo viginti millia gomor de aqua, & sic cognoscemus per hunc modum omnes mensuras Hebraicas. Et si quis esset valde curiosius posset facere tale opus, sed hucusque à neminę inquisitum est, quia inutile est ad rem. Et propter hoc variè dicitur à multis de capacitate istarum mensurarum, quia nullus per istum modum certificauit adhuc magnitudinem mensurarum:



*Luteres, & conchę ad quid erant in templo Salomonis, cùm in tabernaculo Moysi non fuerint. Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius circa luteres, vel conchas, de quibus dicitur hic, quòd erant decem in atrio templi. Et primo quæritur ad quid erant isti luteres, vel conchæ in templo Salomonis, cùm in tabernaculo Moysi non fuerint. Et patet istud, quia inquirendo totum Exodum, in quo agitur de tota fabricatione tabernaculi, & de omnibus vasis eius, non reperietur aliquod vas, in quo poneretur aqua, nisi labrum æneum, de quo Exod. trigesimo, dicitur quòd fecit Moyses labrum æneum cum basi sua, vt in eo lauarentur Aaron, & filij sui, quādo ministraturi essent. De luteribus autem fit mentio hic, & magis 3. Regū 7. quòd essent in templo Salomonis. Dicendum autē quòd luter secūdùm significationē suam est ad continendum aquam, quod signat nomen, scilicet luter à luo, quod est lauare, vel purgare. In mari autem æneo etiam erat aqua: & tamen erat differentia, quia aqua maris æneі erat vt lauarentur ibi sacerdotes, quādo ministraturi essent: aqua luterum erat ad lauandum carnes animalium immolatorum, vt patet hic in litera: Sed obiicietur, quòd non lauarentur carnes animalium immolatorum in luteribus, sed lauabantur in probatica piscina, quæ erat ante templum Domini in Ierusalem, de qua habetur Iohā. quinto. Et vocatur probatica piscina apud Græcos. Apud Hebræos vocatur Bethsaida, & vtrunque signat, quòd animalia ibi lauabāntur. Nam probatica dicitur à probatō, quod est ouis, scilicet quia lauabantur ibi oues, & alia animalia. Bethsaida autē in Hebræo interpretatur domus ouis, quia beth signat domū, & Zon, signat ouem, scilicet oues ibi mergebantur, & lauabantur. Et ista fortè erat causa, quare Deus mittebat quotidie angelum suum ad piscinam illam, vt moueret aquam: & qui prior descēdisset in aquam post motum eius, sanabatur à quacunque ægritudine. Io. 5. f. vt intelligerent Hebrei esse accepta sacrificia sua: quia aqua illa erat in qua lauabā tur carnes sacrificiorum suorum. Respondendum, q̄ quādo offerri debebat animal aliquod in sacrificium, maxime si esset holocaustum, modus erat iste, scilicet quòd offerēs duceret animal viuens vsque ad portam atrij sacerdotum, & sacerdotes exibāt ad portam atrij, & accipiebant animal de manu offerentis, ne ipse introiret in atrium, & introducebant illud in atrium. Et iugulabat animal vnus de sacerdotibus, & reliqui accipiebant sanguinem in crateris: fundebant que per gyrum altaris ad basim eius per quatuor cornua altaris secundùm diuersos ritus sacrificiorum: vt patet Leui. primo, 3. & 4. & 5. & 6. Et iste qui iugulabat animal erat sacerdos. & ipse decoriabat illud. Nam nulli laico licebat hoc facere, imò nec Leuitæ. Sed si aliquando esset valde magna necessitas, vtpote quòd essent pauci sacerdotes, & multa sacrificia necessariò offerenda, Leuitæ ex quadam dispensatione poterant adiuuare sacerdotes: non quidem ad iugulādum animalia, sed ad decoriandum solū, & non ad faciendum aliquas alias cęremonias sacrificiorum. Sic fuit tempore Ezechię regis quādo valde pauci sacerdotes erāt de sacerdotibus Domini, & non poterant complere cæremonias, ideo adiuuerunt eos Leuitæ: vt patet 2. Paralipo. 20. f. sacerdotes verò pauci erant, nec poterāt sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificaretur antistes: regulariter ergo sacerdotes iugulabant animalia, & ipsi decoriabant illa pro sacrificiis: & hoc intra atrium suum apud altare. Deinde ferebant animal integrum decoriatum

Probaticā piscina vnde bethsaida.

Modus offerendi holocaustū.

ad

ad probaticam piscinam, quę erat iuxta templum: & F
ibi aperiebant viscera animalis, & effodientes simum
lauabant intestina animalis, & caput, & pedes. Nam
oĩa ista in sacrificio holocaustorum cremanda erant:
vt patet Leui. primo. Deinde reducentes carnes lotas
ad atrium sacerdotum concidebant illas in frusta, vt
sic ponerent super altare, quia non erat ponendum
animal integrum. Leui. primo. Et diuisis sic partibus,
quia contingebat aliquid sordis mansisse in aliqua par
ticula, lauabatur illa in luteribus, qui erant pleni aqua
apud altare: imò omnes partes animalis, licèt mun
dę essent lauabantur, & immergebantur ibi, vt essent
mundiores, & ponerentur super altare. Et ad istud
proficiebant luteres. Cùm autem quæritur, quare in
sanctuario quod fecit Moyses in deserto non erant lu- G
teres. Dicendum, quòd Moyses fecit sanctuarium,
vt esset portatile per desertum, & ob hoc obseruauit
duo. Primum, quòd non fecit multa vasa. Secundũ,
quòd non fecit illa magnæ quantitatis, vt essent facilí
ter portabilia. De primo patet, quia in templo Salo
monis erant multa genera vasorum in magno nume
ro, quæ in sanctuario Moysi non erant multiplicata.
Moyses namque fecit vnicum candelabrum. Exo. 25.
& 23. & fecit vnicam mensam. Exod. 25. & 26. & Sa
lomon fecit decem candelabra de auro 3. Reg. 7. & in
fra in litera. Et præter ista fecit multa alia candela-
bra de argento, præcedenti lib. 28. cap. Fecit etiam mẽ
sas decem, infra in litera. Nam de auro, & argento mul
tas fecit, præcedenti lib. 28 cap. Etiam fecit Moyses so- H
lùm duo Cherubim in arca. Exod. 25. Fecit autem Sa
lomon præter hæc alios duos Cherubim de lignis oli
uarum 3. Reg. 6. & præcedenti cap. De secundo patet,
quia eadem vasa, quæ fuerunt in templo Salomonis
fuerunt & in tabernaculo Moysi, fuerunt aũt maioris
quãtitatis in templo Salomonis q̃ in tabernaculo Moy
si. Et hoc patet in altari holocaustorum. Nam Moy-
ses fecit altare altitudinis cubitorum trium, & longitu
dinis quinque cubitorum, & totidem latitudinis, sicut
patet Exod. 27. Salomon fecit altare cubitorum vigin-
ti longitudine, & totidem latitudine. Alia in litera.
Et generaliter erat de omnibus vasis, quòd quæcunq;
vasa essent in templo Salomonis, maioris quantitatis
erant quàm in tabernaculo Moysi. De luteribus autẽ I
sic fuit, quòd in templo Salomonis fuerunt, & non in
tabernaculo Moysi. Hoc autem fecit Moyses propter
duo. Primò, quia si multiplicaret vasa, difficilè esset
illa portari: & tamen Leuitæ, qui portaturi erant illa
per desertum, non sufficerent tanto labori. Secundũ
erat, quia luteres non erant vasa magnæ necessitatis,
quia sine illis poterant carnes sacrificiorum ablui in
aliquo alio loco. In templo autem Salomonis nõ so
lùm fuerũt vasa ad necessitatem, sed etiam ad pulchri
tudinem: & sic cùm luteres facerent ad magnam pul
chritudinem, dato quòd nõ esset magna necessitas ip-
sorum, positi fuerunt in templo Salomonis in atrio sa-
cerdotum. De figura istorum luterum siue concharũ
quæri poterat hic: & tamen de hoc determinatum est K
3. Reg. 7. in duabus quæstionibus.

Fecit autem, & candelabra aurea decem secundùm speciem, quam iusserat ea fieri, & posuit ea in templo: quinque à dextris, & quinque a sinistris. Necnon & mensas decem, & posuit eas in templo: quinque à dextris, & quinq; à sinistris: Phialas quoque aureas centum.

*Fecit candelabra.* Hic ponitur de illis, quę erant intra templum. Nam vasa, quæ supra posita sunt, erant extra templum in atrio eius. Et dicitur. *Fecit etiam candelabra aurea decem.* Ista erant, vt in eis lucernæ essent: vt illuminaretur totum templum. Et dicitur, quòd erant decem candelabra aurea ad differẽtiam candelabrorum argenteorum. Nam multa quoque candelabra de argento facta sunt, vt patet præcedenti lib. 28. cap. sed ad candelabra aurea, & lucernas eorum aurũ pro mensura vniuscuiusque candelabri distribuit. Si militer & in candelabris argenteis, & lucernis eorum pro diuersitate mensuræ pondus argenti tradidit. Numerus autem candelabrorum argenteorum non ponitur, sed solùm aureorum: & sic etiam fit 3. Reg. 7.

*Secundum speciem, quam iusserat ea fieri.* Scilicet secundũ figurã, quam iusserat Salomon. Nam Salomon dedit Hiram artifici descriptionẽ omnium istorum, quæ fabricare debebat, & secundùm illam figuram fecit illa Hiram. Vel potest intelligi de figura, quam dedit Deus. Nam in cap. isto de præcedenti dicitur de omnibus istis, quòd fecerit ea Salomon, & sic iussio non refertur ad ipsum, sed magis ad Deum, vel ad Dauid. Nam Deus misit de cælo quandam scripturam, in qua continebatur figura, & quantitas omnium, quæ in templo fabricanda erant: & Dauid ante mortem suã tradidit Salomoni illam descriptionem, vt secundùm illam fierent omnia. Sic patet præcedenti lib. 28. capi. cùm Dauid loquitur de figura eorum, quæ fabricanda erant in templo, & concludit. Omnia inquit hęc venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Et ante hoc dicitur, quòd Dauid dedit Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & celariorum, & cœnaculorum, & omnium aliorum, quę erant in templo, & in atrio eius. Vel potest intelligi, quòd facta sunt ista candelabra secundùm figurã candelabri, quod fecerat Moyses in tabernaculo in deserto. De quo magis dicetur infra in quadam quęstione. *Et posuit ea in templo.* Scilicet Salomon posuit ista candelabra in templo, quia de eo litera loquitur. Et non est sensus, quòd ipse posuerit illa sed quòd iusserit poni. Nam Salomon non introiuit in templo, cũ esset laicus. Sed sacerdotes introierunt. Nam cõpleto templo, & vasis eius tulerunt Leuitę arcam fœderis, & omnia vasa sacra vsque ad portam tẽpli: & inde accipientes ea sacerdotes introduxerũt in templum, & disposuerunt in locis suis, vt patet sequenti cap. Et vocatur hic templum domus prima templi, quę erat exterior. Nam domus interior erat domus Sancti sanctorũ: & in illa non fuerũt candelabra aliqua, nec vasa aliqua ministrationis, sed solùm arca fœderis, & duo Cherubim de lignis oliuarum, vt colligitur 3. Reg. 6. & præcedenti cap. *Quinque a dextris, & quinque a sinistris.* Hic ponitur situs candelabrorum: nam vt pulchrè se haberent, & equaliter domus illuminaretur, erãt quinque candelabra ad latus meridianum templi, & quinque ad aquilonare.

*Necnon & mensas decem.* Istæ mensę erant in templo in parte illa, in qua erant candelabra, & erant totidem, sicut candelabra, scilicet decem. Ad quid autem istæ mensę erant, & cur erant tot, declarabitur infra in quadam quæstione. *Posuitque eas in templo.* Scilicet in prima parte templi vbi erant candelabra, quia in sãcta sãctorũ nihil istorũ erat, vt dictũ est.

*Quinque à dextris, & quinque à sinistris.* Scilicet, quinque ad latus meridianum, & quinque ad latus aquilonare, sicut erat de candelabris aureis, vt supra patet. Aliqui libri habent. *Et panes super eas.* Scilicet posuit Salomõ panes super eas, scilicet, quia nõ erant ad aliud istę mẽsę, nisi ad ponendum panes super eas. De hoc tamẽ infra dicetur in quadam quæstione. *Phialas quoque aureas centum.* Istæ phialę erant vasa vinaria pro sacrifi- A
ciorum vsu, vt infra declarabitur in quadã quæstione.

*Quot candelabra erant in templo Salomonis, & quare tot facta sunt: cùm in tabernaculo Moysi vnicum esset. Quæstio. XIIII.*

QVAERITVR circa primum, quot cadelabra erant in templo Salomonis, & quare facta sunt tot, cùm esset vnicum in tabernaculo Moysi. Ad primum respondet Nicolaus, & quidam alii, quòd erãt vndecim candelabra, scilicet decem candelabra, quæ fecit Salomon, de quibus dicitur hic, & vnum candelabrum quod fecit Moyses, quod adhuc manebat in templo Salomonis, & erat inter candelabra alia. Sed dicendum, quòd non stat, quia plura candelabra erant: nam quædam erant candelabra aurea, scilicet de auro purissimo, & alia erant argentea. Candelabra aurea erant saltem decem, quæ fecit Salomon. vt patet hic, & 3. Regum 7. De candelabro Moysi erat dubium, an fuerit inter ista: & satis videtur quòd manserit, quia aliqua, quæ erat in tabernaculo Moysi manserunt in templo Salomonis, & aliqua non, scilicet illa, quæ pertinebant ad constructionem tabernaculi non manserunt sicut tabulata, & cortinæ, & bases. Etiam illa, quibus successerunt alia vasa ad ministrationem simile. Sicut altare Moysi non mansit, quia successit ei altare magnum quod fabricauit Salomon infra in litera: & tamen non poterant esse duo altaria, sed in vnico offerrenda erant sacrificia, vt patet Leui. 17. & Iosuæ 22. cap. ideo illud altare Moysi cessauit quantum ad vsum. Sic etiam cessauit labrum æneum quod fecerat Moyses, vt lauarent sacerdotes in eo quando ministraturi essent, quia fecit Salomon mare æneum, quod ad hanc ministrationem sumptum est: supra in litera & 3. Reg. 7. De candelabro autem non est sic, quia nõ fuit assumptum nisi ad hoc quod cremaretur oleum in illo, & in candelabris, quæ postea Salomon fecit cremabatur eodem modo oleum: ideo non cessaret candelabrum Moysi propter candelabra, quæ postea faceret Salomon. Sed tunc debet dici vnum de duobus modis, scilicet quòd istud candelabrum fuit vnum de illis decem candelabris, quę dicitur fecisse Salomõ, vel adiunctum fuit illis vt essent vndecim, & fit solũ mentio de decem candelabris: quia hic agitur de illis, quæ Salomon fecit in templo. Et quia solum fecit decem candelabra de auro, de illis solùm dicitur: licèt cum illis esset candelabrum vndecimum, quòd fabricauerat Moyses. Ista erant candelabra aurea. Erant tamen alia candelabra argentea in templo, vt patet precedenti lib. 28. cap. cùm dicitur, quòd dedit Dauid aurum pro candelabris aureis, & argentum pro argenteis. De candelabris tamen argenteis non dicitur quot erant, quia non fit mentio de eis, sicut de aureis propter dignitatem materię: & ob hoc multi putauerunt quòd solùm essent in templo ista decem, vel vndecim candelabra. De illis autem candelabris argenteis credendum est, quòd fuerint in tali situ sicut aurea, scilicet totidem à dextris, quot à sinistris. Et fortè credendum est, quòd erant quædã candelabra aurea, & quędam argentea propter differentiam dierum, quia quædam erant dies solemnes, & alij profesti: & inter solemnes quidam erant aliis solemniores: ideo totus apparatus sanctuarii, & ministrum debebat esse differens secundùm dies, & sic forte in diebus profestis ponebãtur candelabra argentea, & in diebus festiuis candelabra aurea. Istud autem est aliqualiter verisimile. Sed potius credendum est, q̃ omnia candelabra tam aurea quam argentea erant sẽper posita coram domino in templo quædã à dextris, & quędã a sinistris: & hoc quia dr̃ hic in litera: q̃ erãt decẽ cãdelabra aurea, & quinq; erãt ad dextrã, & quinque ad sinistram: in quo innuitur q̃ posita fuerunt illa candelabra sic, vt semper sic manerent, quia aliàs potius manerent sic cãdelabra argentea quàm aurea, cùm illa essent in templo coram Domino diebus profestis, & candelabra aurea diebus solemnibus. Item patet hoc, quia ista mutatio candelabrorum esset si appareret populo, scilicet quòd ponerentr̃ in loco manifesto vbi populus posset videre illa, & sic ex apparatu diuerso cognosceretur quis esset dies profestus, & quis solemnis: & tamen erant candelabra intra templum in loco, vbi non poterant videri à populo, cùm soli sacerdotes intrarent in templum ad ministrandũ, B
& populus foris expectaret. Sicut patet de Zacharia patre beati Ioannis baptistæ, qui introiuit in templum ad ponendum incensum, & populus eum expectabat foris. Lu. primo ca. & ante fores templi pendebat velum: ita vt licèt sacerdotes introirent in templum, & manerent populares ad portam templi, non videbant aliquid eorum, quę erant in sanctuario, Non ergo ponerentur interi⁹ pulchriores apparat⁹ pro vna die, quàm pro alia. Foris autem in atrio sacerdotum fierent pulchriores apparatus in diebus solemnibus q̃ in profestis vbi populus ista posset videre, & sic fiebat. Nam sacerdotes induebãtur vestibus sacris ad ministrandum, & in diebus solennibus erant vestes solemniores. Et etiam cantus Leuitarum, & omnes cære- C
moniæ: vt declaratum est præcedenti lib. 23. cap. & aliqualiter colligitur ibi in litera. Ideo magis videtur credendum quòd omnia cãdelabra tam aurea quàm argentea erant semper & simul posita coram Domino in templo totidem à dextris, quot à finistris: & tamen de argenteis non fit mentio propter causam dictam.

*Quare erant tot candelabra in templo Salomonis, & cur vnicum in templo Moysi. Quæstio. XV.*

QVAERITVR vlterius, quare erant tot candelabra Salomonis, & cur vnicum erat in templo Moysi. Dicendum quòd in tabernaculo Moysi non requirebantur multa candelabra, sufficiebat enim vnicum. Et causa est, quia in tabernaculo, siue sanctuario illo erãt tres partes. s. sancta sanctorũ, & pars, vel dom⁹ exterior, & atriũ. In atrio non erat necessariũ candelabrum aliquod, eo q̃ erat patẽs luminaribus cęli. Nam atrium non habebat tectum, sed solùm parietes in circuitu de velis byssinis altitudine cubitorum quinque: vt declaratum est supra 2. & Exo. 27. & luminaria cæli sufficienter illuminabant atrium. Alia pars intima, scilicet Sanctum sanctorum non indigebat candelabro, eo quòd pars illa debebat esse valde obscura, ne videretur secretum latens in propitiatorio vbi formabantur voces, q̃ credebant esse diuinæ. Et ob hoc non D
solũ nõ erat ibi aliquod candelabrũ, sed ẽt qñ sacerdos magn⁹ illuc introire dẽbat semel in anno, introducebat secum thuribulum plenũ prunis superposito thymiamate, vt vapor grossus inde consurgens obfuscaret visum eius, & non posset videre quid erat in propitiatorio inter alas Cherubim. Et si non ferret secũ istud thymiama, moriebatur: vt patet Leui. 16. cap. Manebat autem sola domus anterior tabernaculi, in qua erat candelabrum necessarium, quia pars ista erat operta tecto, & non erat ibi aliquod secretum quod occultandum esset sacerdotibus. Et in hac domo sufficiebat vnum candelabrum, eo quòd domus hæc parua erat. Nam solùm erat longitudo eius cubitorum viginti, & latitudo decem: vt patet Exo. 26. Secun- E

dò

Universidad de Deusto
Biblioteca



dò quia dato quòd non omnino sufficeret, non fierent multa: candelabrum erat de auro purissimo & vnum talentum expensum erat in eo, & vasis eius. Exo. 25. Et erat magna quantitas vnum talentum. Si autem multa candelabra fierent, oporteret expendi multum de auro, & fortè non erat tanta copia auri Israelitis exeuntibus de Aegypto. Sic enim fuit de tubis argẽteis ad clangendum. Nam Deus iussit fieri duas solũ Nu. 10. & hoc quia fortè nõ erat copia argenti, & postea Israelitæ habentes argentum multum fecerunt plures tubas. Vnde in introitu in terram Chanaan, quando lustrata est ciuitas Iericho, saltem erant septẽ buccinæ, vt patet Iosue 6. cap. Tertiò factum est propter difficultatem portationis. Nam erant portanda omnia vasa sanctuarij humeris Leuitarum per desertum, Nume. quarto, & septimo, si multiplicarentur vasa sequeretur difficultas portandi, quia non possent tot portare, vel cum labore magno illa portarẽt. Ideo suffecit vnicum candelabrũ in tabernaculo Moysi. In templo autẽ Salomonis fuerunt multa candelabra, scilicet decem aurea, & multa argentea quorum non assignatur numerus: & hoc quia nihil istorum, quę dicta sunt pro tabernaculo Moysi impediebat in templo Salomonis. De primo patet, quia paucitas auri, & argenti non faceret, quòd essent pauca candelabra. Nam erat Salomon ditissimus in auro, & argẽto super alios reges: ita vt posset facere multa vasa de auro, & argento: potissime, quia Dauid reliquerat ei aurum, & argentum pro singulis vasis, scilicet aurum pro candelabris aureis, & argentum pro argenteis, & sic de omnibus alijs vasis, præcedenti lib. 28. cap. & habuerat Dauid istam multitudinem auri, & argenti in bellis, quæ fecerat contra multas gentes, & totum aurum, & argentum, quod inde acquisiuerat consecrauerat Domino pro ædificatione templi, & vasorum præcedenti lib. 28. cap. 2. Reg. 8. Secunda causa, quæ fuit supra prima non obstat hic, scilicet quia sufficiebat candelabrum vnicum pro tabernaculo Moysi. Nam verum est, quòd templum Salomonis diuidebatur in tres partes sicut Sanctuarium Moysi, scilicet in atrium exterius, & in domum primam templi, & in domum interiorem, quæ vocatur Sancta sanctorum. In atrio non erat candelabrum aliquod, quia illuminabatur lumine solis, cùm non esset opertum tecto. In Sancta sanctorum etiam non erat candelabrum aliquod, vt celaretur secretum quod erat in propitiatorio, vt supra dictum est de tabernaculo Moysi. Erat aũt vsus candelabrorum in domo prima templi, & in hac erant multa candelabra, scilicet decem aurea, vel vndecim, & multa argentea. Et vna causa fuit ad hoc maior necessitas, quã in tabernaculo Moysi: quia ista dom⁹ erat valde maior quàm tabernaculum Moysi. Nam erat longitudo primę domus tabernaculi Moysi cubitorum viginti, & latitudo decem Exo: 26. longitudo aut primę domus templi Salomonis erat cubitorum quadraginta, & latitudo viginti. 3. Reg. 6. & præcedenti cap. & sic area domus primi tẽpli Salomonis est quadrupla ad aream primę domus tabernaculi Moysi: quod patet ducendo latera quadrata in se, scilicet latus longitudinis in latus latitudinis. Et quia longitudo domus primæ templi Salomonis erat cubitorum quadraginta, & latitudo viginti: multiplicando vnum per alterum resultant octingenti cubiti quadrati, qui complent aream domus illius. Lõgitudo domus primę Salomonis erat viginti cubitorum & latitudo decem: & ducendo vnum in aliud resultant ducenti cubiti. Cùm ergo area domus primæ templi Salomonis esset quadrupla ad aream domus primę tabernaculi Moysi requirebantur saltem candelabra in quadruplo numero ad tabernaculum Moysi: & sic essent candelabra quatuor. Alia causa fuit propter pulchritudinem, quia dato quod vnum candelabrum sufficeret ad illuminandum templum Salomonis propter pulchritudinem, & ad ostendendum magnificum ornatum templi. & honorem magnum Dei essent multa candelabra, & sic fuerunt decem aurea, & multa argentea. Tertia difficultas nõ obstat, quia tempore, quo durauit tabernaculum Moysi erat portandum de loco ad locum: & si vasa eius multa essent, difficultas esset Leuitis portando illa: ideo debebant esse pauca. Postquam autem factũ est templum Salomonis, nõ fuit portandum de loco ad locum, nec vasa mutanda: vt patet præcedenti lib. 23. cap. sed ibi manere debebant vasa in æternum: ideo licèt essent multa non præstarent aliquod impedimentum.

*Quæ fuerit figura istorum candelabrorum.*
*Quæstio. XVI.*

QVAERITVR vlterius, de figura istorum candelabrorum, nam non ponitur hic, nec 3. Reg. 7. cuius figurę essent. Quidam dicunt, quòd erant candelabra ista eiusdem figuræ cuius illud quod factum est in tabernaculo Moysi, scilicet quia non fuit positum aliquid de figura, & quia templum Salomonis erat ad imaginem tabernaculi Moysi: credendum esset, quod fuerunt candelabra ista ad imaginem candelabri templi Moysi. Dicendum quòd ista ratiõ concludit. Nam licèt posset teneri quòd fuerit talis figura candelabrorum, tamen non sufficienter probatur ex hoc. Nam si propter hoc, quòd non describitur hic figura istorum cãdelabrorum deberet dici, quòd fuit talis figura, sicut candelabri Moysi: ita quia non scribitur hic pondus candelabrorum istorum deberet dici quòd quodlibet candelabrum continebat talẽtũ auri purissimi, sicut fuit candelabrum Moysi Exo. 25. cap. Et tamen hoc non stat, quia generaliter omnia templi Salomonis erant maioris quantitatis quam vasa tabernaculi Moysi, sicut patet de altari holocaustorum, quod erat altitudinis cubitorum trium, & latitudinis cubitorum quinque, & totidem longitudinis in tabernaculo Moysi Exo. decimoseptimo. & in templo Salomonis erat altare cubitorum viginti latitudine, & totidem longitudine, & decem altitudine, supra in litera, & sic de multis aliis vasis. Et hoc erat, quia vasa templi Salomonis non erant portanda de loco ad locum, sicut vasa tabernaculi Moysi. Non ergo tenet consequentia, scilicet figura candelabrorum non ponitur hic: ideo fuit talis figura candelabri, quod fuit in tabernaculo Moysi. Dicendum ergo videtur, quòd figura istorum candelabrorum non ponitur hic, nec fuit talis sicut candelabri Moysi: sed quædam alia figura. Quia quando fabricandum fuit templum Salomonis, Deus misit de cęlo ipsi Dauid scripturam omnium, quæ fabricanda erant, scilicet cuius figuræ, & quantitatis essent, & de qua materia. Et Dauid dedit istam descriptionem Salomoni quantum ad omnia: præcedenti lib. 28. ca. Et secundùm illam fecit Salomon omnia: ideo licèt non dicatur cuius figurę esset candelabrum, vel aliqd alterum, intelligendum est, quòd fuerit illius figuræ, quàm Deus designauit in descriptione illa, quã misit ad Dauid de cęlo. Et hoc colligitur aliqualiter in littera, cùm dicitur. Fecit etiam candelabra aurea decem secundùm speciem, quàm iusserat ei fieri, scilicet Deus Dauid. Nam non refertur ad Moysem, quia Moyses non iussit fieri decem candelabra, sed vnicũ. Aliter posset dici, quòd ista candelabra facta sunt ad instar candelabri quod Moyses fecit in deserto: quia aliàs exprimeretur fortassis figura eius sicut exprimitur figura multorum aliorum, quę non erant in tabernaculo Moysi, & fuerunt in templo Salomonis sicut maris æneĩ, & luterum, & aliorum, quę fuerunt in templo Salomonis, & tabernaculo Moysi: & tamen non fuerunt eiusdem figuræ in vtroque, sicut fuit de altari holocaustorum: & tamen de figura holocausto rum nihil exprimitur: ideo satis verisimile est, quòd fuerint ad instar candelabri Moysi, de quo Exo. 25. Et eum dicitur quòd facta fuerunt candelabra secundũ speciem, quam fieri iussit illa Deus. Dicendum q⁹ verum est, quòd Deus dedit certam formam ad faciendum ista candelabra: & tamen ista forma fuit illa, quam tenuerat candelabrum Moysi: & ob hoc non fuit descripta hic, nec 3. Reg. 7. figura istorum candelabrorum, quasi iam cognita foret ex figura candelabri Moysi, Exo. 25. Et ista positio tenetur cõmuniter, & hanc nos sæpe asserimus. Possumus tamen vtranque satis recte tenere. Quidquid tamen sit, etiam si dicamus, quòd fuerit figura istorum candelabrorum sicut candelabri Moysi: dicendum est, quòd ista fuerint maioris quantitatis ponderis, quia vasa templi Salomonis vniuersaliter fuerunt plura, & maioris ponderis, eo quòd non debebant moueri de loco ad locũ, & quia templum erat maius, & honorabilius, quàm tabernaculum Moysi.

*De situ istorum candelabrorum.*
*Quęstio. XVII.*

QVAERITVR vlterius, de situ istorum candelabrorũ, quia dicitur hic, quòd erant decem cãdelabra aurea, quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. Nicolaus respondet, quòd erant omnia ista candelabra ad latus meridianum templi, & nullum erat ad latus aquilonare. Dicebantur tamen quinque à dextris, & quinque a sinistris, quia candelabrum, qđ fecerat Moyses, erat inter ista decem, scilicet in medio, & ad dextram eius erant quinque candelabra, & ad sinistram totidem. Omnia tamen erant in latere meridiano. Motiuum suum est ex situ, quem habuit candelabrum in tabernaculo Moysi, scilicet in latere meridiano, Exo. 25. Dicendum tamen quòd hoc non stat, primò quia non est conueniens motiuum ad ponendum situm in candelabris templi Salomonis argui ex situ candelabri tabernaculi Moysi: Nam si nõ poneretur situs aliquis determinatus pro candelabris templi Salomonis, posset dici, quòd erat talis situs sicut candelabri in tabernaculo Moysi. Et tamen potuit hic, quòd erant quinque ad dextram & quinque ad sinistram: ideo non est standum situi candelabri tabernaculi Moysi. Secundò non stat, quia in tabernaculo Moysi erat vnicum candelabrum, ideo necesse erat, q⁹ staret solũ ad sinistram vel solũ ad dextrã. In tẽplo aũt Salomonis erant cãdelabra multa, iõ poterant stare quædã ipsorum ad dextrã, & quædã ad sinistrã. Tertiò patet, quia nõ conuenienter dicitur q⁹ starẽt quinq; candelabra ad dextram candelabri Moysi & quinque ad sinistram, quia hic absolutè dicitur, quòd posita fuerunt ista candelabra in templo quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. Ideo absolutè intelligendum est, scilicet quòd quinque essẽt ad latus aquilonare templi, & quinque ad meridiem, quæ sunt dextra & sinistra templi. Nam cùm non fiat hic aliqua mentio de candelabro Moysi, quòd in telligeretur quòd quinque candelabra erant ad dextrã illius, & quinque ad sinistram, nimis erat alienum à litera. Quartò patet, quia non ponitur conuenienter talis situs. Nam candelabra ponebantur ad illuminãdum domum templi primam, & ad hoc vt æqualiter illuminaretur, debebant candelabra æqualiter distare, vel quasi ab omnibus partibus domus. Hoc autẽ esset si tot candelabra essent ad sinistram partem domus sicut ad dextram. Si autem omnia essent ad partem meridianam, sicut in tabernaculo Moysi, illuminaretur pars illa, & modicum illuminaretur pars aquilonaris. Ideo tenendum est sicut in litera dicitur, q⁹ quinque candelabra istorum erãt apud parietem aquilonarem domus, & quinque ad parietem meridianũ, & in medio erat via, qua ibatur ad Sancta sanctorum. Dicendum etiam, quòd cum multa alia candelabra essent argentea, de quibus non fit hic mentio quòd illa tenebant eundem situm cum candelabris aureis, scilicet tot erant de illis ad partem meridianam cum candelabris quinque aureis, quot ad partem septẽtrionalem. Circa numerum lucernarum, quæ erant in istis candelabris, dicit Nicolaus, quòd erant lucernæ septuaginta, & septem, scilicet quia erant candelabra vndecim decem Salomonis, & vnum Moysi, quodlibet habebat septem lucernas, sicut dicitur de candelabro Moysi Exo. 25. Dicendum tamen quòd hoc non stat propter duo: Primò quia præsupponitur dubium, scilicet quòd candelabra ista essent eiusdem figuræ cũ candelabro tabernaculi Moysi, ita quòd haberent ista candelabra septem lucernas sicut illud. Sed istud est dubium, quia non constat an essent istius figurę, vel alterius, vt dictum est prędcedenti quęstione. Et si essent alterius figuræ, poterat quodlibet habere plures lucernas, vel pauciores. Secundò præsupponitur falsum, scilicet quòd essent solùm vndecim candelabra, & quodlibet haberet septem lucernas: & sic haberẽt vniuersa septuaginta & septem lucernas. Erant tamen multo plura, quia candelabra argentea subticẽtur hic. Aurea autem erãt decem, vel vndecim sicut dicit Nicolaus. Et cùm essent alia argentea, vt patet præced. lib. 28. cap. & non ponitur numerus illorum, credendũ est, quòd illa essent multo plura quàm aurea propter materiæ minoritatem: & sic cùm eiusdem figuræ essent candelabra omnia, multo plures quàm septuaginta & septem lucernas continerent.

*Quomodo erant tot mensæ in templo Salomonis, cùm vnica esset in tabernaculo Moysi.*
*Quæstio. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, circa mensas istas, de quibus dicitur, qũo erant tot mensæ in templo Salomonis, qa in tabernaculo Moysi vnica erat, Exo. 25. Respondendum, quòd in tabernaculo Moysi non debuerunt esse multæ mensæ. Primò quia cùm esset mẽsa propositionis de auro purissimo, difficile erat Hebræis tantam copiam auri, & argenti habere, vt multæ mensæ fieri possent inde, quia non habebant nisi quod in Aegypto rapuerant, vel commodatum fusceperant. Secunda causa erat, quia ista mensa sufficiebat ad ministrationem, ad quam facta erat, vt in ea ponerentur panes coram Domino, qui vocãtur panes propositionis: & ob hoc ipsa vocabatur mensa propositionis. Sed panes isti erant duodecim solũ, & capiebantur in ea. Ideo non oportebat esse plures mensas. Tertia causa erat difficultas portandi. Nam omnia vasa, quæ erant in tabernaculo Moysi, & ipsum etiam tabernaculum portabatur à leuitis, Nu. 4. & 7. & si multiplicarentur vasa, portarentur cum difficultate, vel nõ possent portari: ideo debuerunt esse pauca: & sic fuit vnica mensa. De templo aũt Salomonis secus fuit: nã ibi fuerunt decem mensæ vna aurea, & nouem argenteæ: vt colligitur hic, & præcedenti libro 28. & tertio Regum 7. Mensæ autem solùm erant decem, & vna erat aurea, vt patet 3. Reg. 7. & præcedenti lib. 28. cap.

reliquæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



reliquę autem erant argenteæ eod. cap. & in vniuerſo erant decem menſę. Cauſa autem quare fuerunt plures menſę in templo Salomonis quàm in tabernaculo Moyſi eſt multiplex: prima quia templum Salomonis erat maius quàm tabernaculum Moyſi. Si autem totidem vaſa ſolùm eſſent, videretur templum quaſi vacuum: ideo debuerunt eſſe plura vaſa. Secunda, ꝓpter maiorem neceſſitatem miniſtrationis, quia ad tenendum panes ꝓpoſitionis, ad quod facta fuerat mēſa, quæ erat in tabernaculo Moyſi, ſufficiebat illa, ideo non erat opus alias fieri. Tamen in templo Salomonis erant nunc alię miniſtrationes, quæ fieri debebant in menſis, ideo præter menſam ꝓpoſitionis factę ſunt nouem alię menſę argenteæ. Tertia fuit ad ornatum & propter maiorem honorem templi. Nam tabernaculum Moyſi fuit aliquid factum quaſi in remediū eo tempore, quo non erat templum Salomonis: & cū ordinaretur ad illud, debebat eſſe perfectio maior tē pli quàm tabernaculi. Ideo licèt in tabernaculo Moyſi eſſet vnica menſa, decet plures eſſe in templo Salomonis: & ſic fuerunt decem menſæ. Illa autem, q uę impediebant in tabernaculo Moyſi eſſe plures menſas, non impediunt in tabernaculo Salomonis. De primo patet, quia tempore Salomonis erat multum aurum, & argentum ad fabricandum vaſa: potiſſime qa Dauid reliquerat pro ſingulis vaſis aurum, & argentum in pondere certo, pręcedenti lib. 28. cap. Secundum non obſtat, quia licèt in tabernaculo Moyſi ſufficeret ad miniſtrationem vtranque vna menſa: tamē ad miniſtrandum ſufficienter & honorabiliter, ſicut exigebatur in templo Salomonis, non ſufficiebat vna menſa: ideo fuerūt plures: potiſſimè quia in tabernaculo Moyſi erat mēſa neceſſaria ad tenendum panes propoſitionis ſolùm. In templo autem Salomonis erāt menſæ neceſſariæ ad multas alias miniſtrationes, ſcilicet ad tenendum ſupet ſe vaſa aurea, & argentea neceſſaria ad miniſtrandum: de quo magis dicetur ſequenti quæſtione. Et iſta non poterant conuenienter poni niſi in menſis, ideo fuerunt plures menſę. Tertiū non obſtat difficultas portandi; quia quandiu durauit tabernaculum Moyſi, portabantur vaſa de loco ad locum, ſed facto templo Salomonis, non erant portanda, ſed in æternum manerent ibi: ideo quotcunque vaſa eſſent, & quantumcunque magna non obſtabat, ꝙ in templo Salomonis eſſent: & ſic erant ibi decem menſę: aurea vna, & argenteæ nouem.

*Quę miniſtratio fiebat in iſtis decem menſis.*
*Quæſtio. XIX.*

QVAERITVR vlterius, circa iſtas menſas decē, quæ miniſtratio fiebat in eis. Reſpōdet Nicolaus, ꝙ oēs iſtę menſæ decē erant mēſę propoſitionis, ſ. ꝙ ponebātur in eis panes propoſitionis. De iſtis panibus ꝓpoſitionis quales eſſent, & quæ cæremoniæ fierent circa illos, declaratum eſt late ſupra 2. capi. in quibuſdam quæſtionibus. Et dicit Nicolaus, quòd cùm in menſa propoſitionis tabernaculi Moyſi continerētur duodecim panes, quòd in qualibet iſtarum erant duodecim panes. Et cū eſſent menſæ decem, erant in eis ſimul panes cētū & viginti, & ponerentur totidē per ſingula ſabbatha, & totidē auferrētur. Sed dicendū ꝙ nō ſtat, quia circa hoc eſt multiplex error. Primꝰ quia Nicol. ponit eſſe iſtas menſas decē propoſitionis cùm in qualibet earum ponerentur duodecim panes. Sed falſum eſt, quia menſa propoſitionis tam in tabernaculo Moyſi quàm in templo Salomonis ſemper vnica fuit. Quod patet de tabernaculo Moyſi. Nam iuſſit Deus fieri menſam propoſitionis Exod. 25. & de vnica fit ibi mentio, nec in aliquo libro totius ſacræ ſcripturæ fit mentio, quòd eſſent plures menſę propoſitionis in tabernaculo Moyſi. De templo Salomonis patet, quòd eſſet vnica menſa propoſitionis. Pro quo ſciendum, quòd fecit Salomon decem menſas in tēplo, & vna erat aurea: nouem autem argenteę, & mē ſa aurea erat menſa propoſitionis. Nouem autem alię erant ad alios vſus. Quod patet, quia hic dicitur, ꝙ fecit decem menſas, quarum poſuit quinque a dextris, & quinque a ſiniſtris: & nōn diſtinguitur hic, an vna vel omnes eſſent menſæ propoſitionis: & tamen præcedenti lib. 28. cap. dicitur, quòd Dauid dedit aurum ad menſam propoſitionis pro diuerſitate mēſurę: ſimiliter argentum in alias menſas argenteas. Ex quo apparet quòd multæ menſæ erant, ſcilicet decē vt dicitur hic: & vna illarum vocata eſt abſolutè menſa propoſitionis quaſi vnica eſſet, & aliæ non vocatæ fuerunt ſic, ſed fuerunt ad alios vſus. Item patet hoc, quia 3. Reg. 7. dicitur, quòd fecit Salomon altare aureum, & menſam, ſuper quam ponerentur panes ꝓpoſitionis auream: ecce nominauit vnicam menſam propoſitionis, & illam dixit eſſe auream quaſi vnica eſſet. Hoc etiam aliqualiter colligitur hic, quia cùm dicatur, quòd poſuit Salomon decem menſas in templo quinque ad dextram, & quinque ad ſiniſtram, nō dixit, quòd erant menſę propoſitionis, ſed abſolutè noīauit eas menſas. Secundus error Nicolai eſt, quia dixit quòd cùm in omnibus iſtis menſis ponerentur panes propoſitionis, quòd erant panes centum & viginti ſimul coram domino ſemper. Sed hoc non ſtat, primò quia hoc erat contra legem, & nullo modo auderent Iudæi illud facere. Nam Deus iuſſerat quòd ponerentur duodecim panes coram eo, & mutarēntur per ſingula ſabbatha Leui. 24. Ideo ſicut non auderēt Iudæi proponere pauciores panes quàm duodecim: ita nec auderent ponere plures, quia in cæremoniis erat certa regula data: & non licebat Iudæis tranſgredi illam multiplicando nec deficiendo: vt patet Deu. 12. ſcilicet: Quod pręcipio tibi hoc tantùm facito Domino Deo tuo: nec addas quidquam, nec minuas. Nullatenus ergo auderent Iudęi ponere centum & viginti panes in menſa, nec plures quàm duodecim. Secundò patet, quia iſtud eſt irrōnabiliter dictum. Nam cæremoniæ fiebant cum aliquali cauſa ſignificationis. Et iſta cæremonia propoſitionis panum fiebat ad ſignificandum quòd memoria Iſaelitarū erat Deo. Nam ſicut iſti panes manebant ſemper coram Domino, ita Deus recordabatur ſemper Iſraelitarum ad benefaciēdum eis: & quia tribus Iſrael quarum Deus recordari debebat, erāt duodecim, iuſſit quòd ponerentur duodecim panes coram eo: Leu. 24. Si autem nūc ponerentur centum & viginti panes, non maneret ſignificatio, ſcilicet per coaptationem panum ad duo decim tribus Iſrael: & in cæremoniis potiſſimū erat ſignificatio: ideo nequaquam auderent Iſraelitæ ponere centum & viginti panes in decē menſis coram Domino. Tertiò patet, quia irrationale eſt aſſerere aliquid contra literā ſcripturę addendo ſine cauſa. Scriptura enim poſuit vnicam mēſam propoſitionis Exo. 25. & duodecim panes propoſitionis Leui. 24. Quòd autem aſſerantur eſſe decem menſæ propoſitionis, & centū & viginti panes in eis, non exiſtente aliquo motiuo vrgente, irrationabile eſt, & tamen non habet. Nicolaus aliquid vnde colligat decem menſas propoſitionis, cùm nihil tale dicat ſcriptura: nec habet vnde aſſerat centum & viginti panes ſuper menſas propoſitionis: ſed ſolùm duodecim: ideo ſuper vnicam eſt irrationabile hoc aſſerere. Quarto patet, quia potius ſcriptura videtur ſignificare contrarium, ſcilicet quòd eſſet vnica menſa propoſitionis, & hoc in duobus: primò quia cùm eſſent decem menſę in templo vnica erat aurea, & nouem argenteę, vt patet hic, & magis præcedenti lib. 28. cap. & tamen ſi omnes decem eſſent menſæ propoſitionis, & ponerētur ſimul in templo ad iſtam miniſtrationem, nō eſſet vnica aurea, ſed multæ vel ſaltem omnes eſſent argenteę. Sic patet de candelabris templi, quia decem candelabra aurea fecit Salomon: vt patet hic & 3. Reg. 7. & reliqua candelabra argentea, vt patet præcedenti lib. 28. cap. Secundò patet, quia cùm ſcriptura plures menſas ponat in templo fuiſſe, vnicam tamen nominat menſam propoſitionis. Nam 3. Reg. 7. dicitur, quòd Salomon fecit menſam auream, in qua ponerentur panes propoſitionis. Si tamen eſſent multæ menſę ꝓpoſitionis, non nominaſſet ibi vnicam. Item patet efficacius præcedenti lib. 28. cap. ſcilicet dedit Dauid aurum in menſa propoſitionis, & argentum in alias menſas. Vna ergo erat menſa propoſitionis quæ aurea erat. Reliquæ autem erant alienæ, ſcilicet non erant menſæ propoſitionis, ſed ad alios vſus. Dicendum ergo quòd in templo Salomonis fuit ſicut in tabernaculo Moyſi, ſcilicet quòd vnica fuit menſa propoſitionis. Fecit tamen Salomon decem menſas vnā auream, & nouem argenteas. Aurea menſa erat mē ſa propoſitionis, & in ea erant panes duodecim, qui tollebantur per ſingula ſabbatha, vt alij noui & recentes ponerentur. Aliæ nouem menſæ erant tanquam repoſitoria vaſorum aureorum, & argenteorum. Nam erant multa vaſa aurea, & argentea ad miniſtrādum coram Domino in illis, ſcilicet pro libamentis, ſicut dicitur hic de centum phialis aureis. Erant etiā acceptabula, cyathi, mortariola, & thuribula, & alia multa, de quibus Exo. 25. Et dato quòd nō eſſent alia vaſa, niſi iſtæ centum phialę, opus erat haberi menſas, in quibus ponerentur ad promptè miniſtrandum: ſic enim fit quando miniſtratur dominis ad menſam. Nā in vna menſa comedit Dñs, & in alia sūt vaſa argētea, & aurea, quibus miniſtratur: & qa vaſa, quibus miniſtrabāt Dño erāt multa, iō opus erat haberi multas menſas: & ſic fuerūt nouē menſæ, in quibus reponerent vaſa: & quia poſitio panum erat miniſtratio magis ſaltem quàm tenere vaſa, quibꝰ miniſtrabatur Domino, fuit menſa propoſitionis aurea, quia ad excellentius miniſterii erat, & menſę alię fuerunt argenteę ad reponendum in eis vaſa.

*De ordine iſtarum menſarum, & ſitu.*
*Quæſt. XX.*

QVAERITVR vlterius, de ordine iſtarum mēſarum, & ſitu, quia dicitur, ꝙ poſuit Salomon decē menſas in tēplo quinq; ad dextrā, & quinq; ad ſiniſtrā. Nicol. dicit, ꝙ fuerunt decem menſę factæ à Salomone, & vna facta fuerat à Moyſe, quæ adhuc manebat, & illa fuit poſita in medio aliarum, ſcilicet quinque ad dextram eius, quinque ad ſiniſtram. Et tamen omnes iſtæ vndecim mēſę erant ad latus aquilonare, ſicut in tabernaculo Moyſi menſa propoſitionis erat ad latus aquilonare. Exo. 26. Sed dicendum, ꝙ hoc non ſtat: primò quia Nicolaus non habet conueniens motiuum ex ſitu menſę in tabernaculo Moyſi ad ponendum ſitum eius in templo Salomonis. Nā in tabernaculo Moyſi erat vnica menſa, & non poterat eſſe niſi in vno latere tabernaculi, & ſic cùm fuerit in latere aquilonari non poterat eſſe in meridiano. In templo tamen Salomonis fuerunt decem menſę, & poterant quędā eſſe ad latus meridianum, & quædā ad aquilonare. Secundò patet, quia ſi non ponetur in ſcriptura aliquis ſitus menſarum in templo Salomonis poterat argui quàm rationabiliter, quòd ſtaliter ſituarentur menſę in ipſo, ſ. ad latus aquilonare, ſicut in tabernaculo Moyſi. Et tamen ponitur hic, quòd erant quinque menſæ ad dextram, & quinque ad ſiniſtram, vt dicitur hic, ideo non eſt dicendum quòd erant omnes ad latus aquilonare. Tertiò patet, quia iſte ſenſus Nicolai videtur nimis diſtortus, & non conueniens literę, quia dicitur hic, quòd erāt quinque menſę à dextris, & quinque à ſiniſtris abſolutè, & non dicitur à dextris cuius, vel ſiniſtris erant, ideo intelligendum eſt, quòd erant ad dextram, & ſiniſtram domus, ſcilicet quòd quædam menſæ erant ad dexteram partem templi, ſcilicet ad partem aquilonarem, & alię menſæ erant ad ſiniſtram, ſcilicet ad latus meridianum. Quod autem intelligatur à dextris, & a ſiniſtris menſæ quàm fecerat Moyſes nimis eſt extraneum: cùm non fiat hic mentio aliqua de menſa, quam fecit Moyſes. Item iſtud non eſt contra ſignificationem, quare poſita fuit mēſa in tabernaculo Moyſi in latere meridiano. Nam vt declaratum fuit Exo. 26. menſa fuit poſita in latere aquilonari, quia per mēſam deſignatur totus cibus, & humana ſuſtentatio: & tñ terræ naſcentia ſunt ex parte aquilonari orbis. Nam aquilonare, et auſtrale ſiue meridianū ſumunt per reſpectū ad æquinoctiale, quod eſt mediū mūdi, & vocatur cingulus motus primi mobilis, ſ. ꝙ pars mundi declinans ab æquinoctiali verſus polum arcticū vocatur aquilonaris: & pars declinās verſus polū antarcticū vocatur auſtralis, ſiue meridiana: & quia tota habitatio hominum ęſt cura æquinoctialem verſus polum arcti cum, omnia terræ naſcētia per cultum hominum ſunt in plaga aquilonari. Vnde recte menſa propoſitionis, per quam ſignificabatur vniuerſitas terrę naſcentium poſita fuit in latere aquilonari: ita nūc fieret. Nam ſi iſtę menſę eſſent decem, cùm vnica erat menſa propoſitionis, vt pręcedenti quæſtione declaratum eſt, illa poneretur cum aliis quatuor ad partem aquilonarē, & iſtud tenendū: nec poteſt litera conuenienter adaptari alteri ſenſui.

*Quę vaſa erant pertinentia ad altare holocauſtorum.*
*Quæſtio. XXI.*

QVAERITVR vlterius, circa centum phialas de quibus dicitur hic, quòd erāt ſuper menſas, quæ vaſa erant iſta pertinentia ad miniſterium altaris holocauſtorum, vt funderentur liba cum eis, ſcilicet vinum, & oleum ſuper carnes ſacrificiorum, & ſimilam. Pro quo ſciendum, quòd altare holocauſtorum habebat duplicia vaſa: quædam erant adminiſtrationem mundam, & honorabilem, & alia ad miniſtrationem commaculatiuam. Prima vaſa erant aurea, & argentea, & erant repoſita in menſis iſtis argenteis intra templum, & partim in exedris theſauriorū cuſtodiebantur à Leuitis. Alia vaſa erant ænea, & erant in atrio ſacerdotum apud altare holocauſtorum, vel pendebant de cornibus eius: prima vocantur phialæ, cyathi, thuribula, acceptabula, & mortariola. Et dicuntur eſſe vaſa ad liba fundenda, Exo. 25. Vocātur liba vinum, & oleum: nam in ſacrificiis ponebantur libamēta, quæ ſunt quinque, ſcilicet ſal, thus, vinum, oleum, & ſimila. Num. 25. & Leu. 2. Et aliqua vaſa iſtorum erant ad ponēdum in eis ſimilam. Et vocantur acceptabula ab accipiendo, quia ampla erant, & lata, & in eis accipiebatur ſimila. In phialis, & cyathis ponebatur vinum, & oleum ad fundendum ſuper carnes animalium immolatorum. In thuribulis & mortariolis accipiebatur thus, quod cremabatur cum carnibus ſacrificiorum: & hæc omnia erant libamina: ideo dicitur quòd erant iſta vaſa ad liba fundenda, ideſt, ad tenendum in eis libamina, & fundendum ſuper carnes animalium immolatorum. Hic autem ſolùm ponūtur

phialæ

Phialæ centum. Intelligendum tamen est etiam de aliis vasis, scilicet acceptabulis, cyathis, mortariolis, & thuribulis: quia non fuerunt pauciora vasa in templo Salomonis quàm in tabernaculo Moysi. Potissimè quia 3. Reg. 7, ponitur, quòd Salomon fecerit in templo phialas, mortariola, & thuribula de auro purissimo: & nō solùm phialæ, sed etiam omnia alia vasa similia, quæ pertinebant ad ministrationem mundam altaris holocaustorum ponebātur super nouem mensas argenteas in templo. De vasis æneis, quæ ptinebant ad ministrationem immundā altaris dicetur infra in quadam quæstione.

Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ texit ære. Porro mare posuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem. Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas; & compleuit omne opus regis in domo Dei: hoc est, columnas duas, & epistylia, & capita.

*Fecit etiam.* Hic ponitur fabricatio eorum, quę erāt extra templum, scilicet de atrio, & vasis eius: & dicitur. *Fecit etiam atrium sacerdotum.* Istud erat, in quo sacerdotes faciebant sacrificia, & ministrationes laudis diuinæ, & Leuitę apud eos canebant. Et vocatur atrium sacerdotum ad differentiam aliorum atriorum. Nam extra templum ad partē orientalem eius erant quatuor atria, scilicet atrium sacerdotum atrium virorum mūdorum, atrium mulierum mundarum: atriū immundorum virorum & mulierum & gentilium: de quibus latè declaratum est 3. Reg. 7. in quadam quæstione. Istud atrium sacerdotum erat quadratū habens parietes in circuitu parum eleuatos à pauimēto, solùm vt distinguerentur sacerdotes a laicis loco: & tamen non occultabantur ab eorum conspectibus vt viderent laici ministrationes quas faciebāt sacerdotes. Et istud atrium erat excellentius aliis propter sacerdotes, qui ibi erant, & propter sacras ministrationes, quę fiebant. Nam ibi erat altare holocaustorum, & mare æneum, & luteres, & multa vasa sacra. *Et basilicam grandem.* Aliqui intelligunt quòd erat ista basilica atrium sacerdotum, sed falsum est: vt dicetur infra in quadam quæstione. Est autem basilica propriè domus regis dicta à basileon quod est rex, & inde tractum est, quòd quodlibet ędificium magnum, & quasi regale vocetur basilica: & ita erat de atrio templi: iō vocatum est basilica. Est aūt basilica hęc atium exterius, vt infra declarabīt. *Et hostia basilicę, quæ texit ære.* i. fecit ostia in basilica, quæ texit ære. Ista fuerunt quatuor ostia ī quatuor lateribus, vel partibus atrij, de quibus infra dicetur: & fuit istud ęs pulchrum ad ostendendam pulchritudinem domus. Erant autem portæ ligneæ: & tamen erant opertæ laminis ęneis de ęre corintho, quod est pulchrum æs velut aurum, de quo infra dicetur in quadam quæstione. Et differebant istę portę atrij à portis templi, quia portę templi erāt opertæ laminis aureis, vt patet 3. Re. 6. & præcedēti ca. Portæ autem atrij, de quibus hic dicitur, erant opertæ laminis ęneis. *Porro mare posuit in latere dextro contra Orientem ad meridiem.* De fabricatione istius maris supra dictum fuerat: hic autem agitur de situatione eius. Erat autem mare in atrio sacerdotum. Istud mare est, ꝙ vocat mare æneū, in quo lauabant sacerdotes, & positū erat super duodecim boues æneos: & erat in atrio sacerdotum, & non intra templum: quia qñcunque sacerdotes ministraturi essent in sanctuario, lauare debebant manus, & pedes in mari æneo, sicut lauabāt in labro æneo Moysi: Exo. 30. Nam istud mare successit illi labro æneo, & si esset in templo, oportebat quòd sacerdotes ingrederentur immundi in templum, & lauarentur ibi, & aliquando deberent intrare in templum, vt lauarentur ibi ad ministrandum exterius in atrio, scilicet in altari holocaustorum, quod foris erat: ideo debuit esse foris in atrio sacerdotum istud mare: Et dicitur quod erat in latere dextro, scilicet ad Meridiem. Nam si quis exiret de templo procedendo contra Orientem, habebat latus dextrum ad meridiem, cùm porta templi esset ad partem otientalē eius. Et dī contra Orientem, scilicet apud introitū atrij: & in parte illa erat meridianum latus. Ad euidentiam huius cōsiderandū est, ꝙ atrium sacerdotum erat quadratū, & erat ante portam templi ad Orientalē partē eius, & erat magis propinquum Orienti q̄ tēplum. Vnde lat⁹ occidentale atrij & oriētale templi erant propinqua, licèt non coniungerētur: quia inter illa erat porticus templi, quæ vocabatur porticus Salomonis. Et latus meridianum atrij correspondebat lateri meridiano tēpli, & sic de aquilonari. Et paries orientalis atrij erat maxime distans à templo quàm aliqua alia pars atrij. Ideo si aliquid erat cōtra partem orientalem atrij, erat nimis elongatum à templo, & in parte illa erat introitus ad atrium. In parte autem illa erat mare æneum: & sic magis elongatum erat mare æneum à templo quàm alia vasa. Et tamen latus Orientale siue paries, apud quem erat istud mare extendebat se in latum, & copulabat duo latera, scilicet meridianū parietē & aquilonarem: vt sic clauderetur tēpli atriū: & in parte illa, qua paries Oriētalis coniungebat se meridiano efficiēs angulum, erat mare æneum. Et sic magis elōgatum erat mare æneum: & sic erat mare æneū contra Orientē, & ad meridiē. *Fecit autem Hiram lebetes.* Hic agitur de quibusdam vasis altaris holocaustorum quæ pertinebant ad ministrationem immūdam, erāt quæ extra templum in atrio sacerdotum. Vocantur lebetes caldariæ ęneæ, in quibus suscipiebantur cineres de altari holocaustorum, vt declarabitur magis infra in quadam quæstione. *Et creagras.* Vocantur creagræ quidam vncini ænei, scilicet cochlearia ferrea, quæ vocantur fuscinulæ, vel tridentes: & sunt ad mouendum carnes in olla, vel cacabo: & ad leuandum inde quod coquitur. Ad quid autem ista proficerent in sācţuario, infra dicet in quadam quæstione. *Et phialas.* Sunt phialæ vasa vinaria, vel aquatica: & non sunt istę phialæ, de quibus dicebatur supra, quòd fecit Salomon phialas aureas centum, quia illę erant aureæ, & istæ æneæ. Etiam quia illę deponebantur intra tēplū super nouem mensas argenteas. Istæ autem phialæ ęneę erant in atrio sacerdotum: etiam illę phialæ aureæ erant ad fundendum liba, vt patet Exo. 25. & declaratum fuit supra in quadam quæstione. Istę autem phialę non erant ad liba fundenda, sed ad aliam ministrationem minus honorabilem, & minus sacram, cū essent æneæ; & poterant esse istæ phialæ ad reponendum aliquid de vino, vel oleo, quòd non cedebat sacrificijs: vt infra declarabitur in quadam quęstione. *Et compleuit omne opus regis in domo Domini.* i. omne opus qđ iusserat fieri rex: Nā istud opus nō erat regis, ſ. ꝙ fiebat pro ipso, quia nihil pro eo factū est de his, sed pro Deo. Erat tñ opus regis inquantū ipse iubebat illud fieri, & faciebat expēsas. Et hoc declarat, cū dī, in domo Dñi, scilicet ꝙ op⁹ istud erat dom⁹ Dñi, ideſt tēpli: ista oīa fecit Hirā, ꝙa ipse erat princeps oīum artificū: vt patet supra c. 2. *Hoc est columnas duas.* Hic exēplificat, ꝙ supra dictū fuerat, ſ. ꝙ cōpleuit omnę op⁹ regis in domo Domini: & istud opus est, quod sequitur, ſ. colūnæ duæ &c. Non est tamen intelligendum, q⁹ hic oīa vasa exprimantur, quia multa subticentur: ideo expressis quibusdam nominatim postea ponitur clausula generalis, scilicet, & oīa vasa fecit Salomoni. Istæ duę columnæ erant, quæ positæ fuerunt ante fores templi ad partem Orientalem in porticu eius, de quarum fabricatura patet 3. Reg. 7. *Et epistylia, & capita.* Epistylia columnarum ponebantur super columnas in summitate earum, ideo vocātur epistylia. ſab epi, quod est supra, & hastile, quia super hastilia colūnarum erant posita. Capita autem erant aliæ partes super epistylia. Pro quo sciendum, quòd in qualibet columna erant quatuor partes distinctæ. Prima erat hastile, quod proprie vocabatur columna: & istud erat longum, & rotundum, & grossities sua erat regularis, ſ. tanta erat grossities eius in vna parte sicut in alia, & erat lōgitudo eiꝰ decem & octo cubitorum: & vocatur ista pars hastile, quia in modum hastæ erat facta, scilicet maior erat longitudo quàm grossities, & ipsa grossities rotunda erat. Secunda pars erat basis. Nam columnæ consueuerunt locari super bases, quæ sunt ampliores quàm hastilia columnarum, & hoc vt ipsa hastilia non submergantur in terra propter acutiem, quod non fiet, cùm supponuntur hastilibus. Bases autem latæ sunt, & sūt corpora irregularia. ſ. non æqualiter grossa in oībus partibus, & vt communiter magis ampla quā alta. Istę bases erant altitudine cubitorum octo: vt infra probabitur: de latitudine earum non potest probari quanta esset. Tertia pars columnæ erat caput, vel epistyle: & erat quædam pars, quæ ponebatur immediate in summitate columnæ, cuius altitudo erat quatuor cubitorum, 3. Reg. 7. Quarta pars erat caput, siue capitellum, quod idem est. Et erat quædam alia pars posita super epistyle columnæ. Et istud caput in parte inferiori erat latum, & in superiori terminabatur in acutum: & erat altitudinis cubitorum quinque, vt patet 3. Re. 7. Et am bæ istæ partes vocantur ibi capitella, siue capita, ideo dicitur, ꝙ super vnum capitellum erat aliud capitellū. Hic autem melius nominantur, vt cognoscatur distinctio. ſ. epistylia & capita, quia epistylia sunt, quæ ponuntur immediatè super hastilia columnarum: capita autem, vel capitella, quæ ponuntur in summitate totius columnæ. Et hoc proprie dicitur, quia capot summitas rei est: ita ista pars sola, quę ponebatur in summitate columnæ caput, vel capitellum appellari debebat. Et hoc autem apparet, ꝙ licèt oēs istæ quatuor partes prędictæ possint appellari partes columnæ, nulla vocatur propriè columna nisi prima, eo ꝙ illa retinet figuram columnę: & sic vocatur columna illud hastile solum, tertio Regum septimo, & tamen præcedenti capitul. vocatur columna illud corpus conflatum ex omnibus istis quatuor partibus. Et ex hoc tollitur difficultas, quæ oritur ex litera præcedenti capitu. & tertio Regum septimo: nam tertio Regum septimo, dicitur, quòd erat altitudo columnę cubitorum decē & octo: & præced. cap. dicitur, ꝙ erat altitudo triginta quinq; cubitorum, concordatur sic, ſ. quia hastile columnę vocatur columna, & illud erat altitudine cubitorum decē & octo. Epistyle siue capitellū eorum, quod ponebatur super columnam erat cubitorum quatuor. Capitellum secūdum erat altitudinis cubitorum viginti septem. Manet āt basis columnæ, cuius altitudo non fuit posita, ad complendum ergo cubitos triginta quinque, quę ponuntur præced. cap. necesse est, quòd basis esset altitudine cubitorum octo, & sic tota columna erat triginta octo cubitorum. De basi autem columnę, vt communiter non fit mentio, quia manifestum est, quòd si columna erat, haberet basem. De epistyli & capitello non erat tā manifestum, saltem de altero ipsorum, ideo expressum est de eis.

Et quasi quędam retiacula, quę capita tegerent super epistylia. Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quę protegerēt epistylia, & capita columnarum. Bases etiam fecit, & conchas quas superposuit basibus, mare vnum, boues quoque duodecim sub mari. Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ęre mundissimo. In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochot, & Saredatha. Erat autem multitudo vasorum iunumerabilis, ita vt ignoraretur pondus ęris.

*Et quasi quędam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia.* Scilicet fecit Hiram retiacula quędam in capitibus columnarum, quæ erant super epistylia: scilicet in epistylibus non erant aliqua retiacula, sed in capitibus, quæ erant in summitatibus columnarum, erant ista retiacula, vt quidam volunt, sed falsum est, vt patet infra hic, tamen solùm dicitur de retiaculis capitellorum, & non epistylium. De istis retiaculis, scilicet, quomodo essent septem versuum retiacula, & qualiter sculpta patet. tertio Regum septimo, & ibi declaratum est, & etiam præcedenti cap. Et vocantur retiacula, quia in modum retis facta erant, scilicet capitella columnarum perforata erant ad modum retis, vt introiret lumen solis per foramina ipsa, vt sic pulchritudo ostenderetur in opere. *Malogranata quoque quadraginta.* Scilicet, in qualibet columna erant malogranata quadraginta. Sed obijcietur, quia 3. Reg. 7. dicitur quòd erāt ducenti ordines malogranatorum in capitello secundo, & similiter in primo, ideo necesse erat quòd in ambobus capitellis simul essent quadringenta malogranata. Etiam Iere. 52. vbi agitur de istis malogranatis columnarum, dicitur, quòd erant malogranata nonaginta & sex dependentia. Dicendum quòd istud inconueniēs insurgit ex eo quòd litera ista corrupta est: nam deberet dici malogranata quoque quadringenta, & dicitur quadraginta. Fuit autem error ex imperitia scriptorum propter similitudinē nominis, quia non aduerterunt an scriberent quadringenta, vel quadraginta. Patet autem iste error ex litera Hebraica hic: vbi ponuntur quadringenta malogranata. Et consonat hoc literæ, quæ habetur tertio Regum secundo, vbi ponuntur ducenti ordines malogranatorum. Nam ducenti ordines continent quadringenta malogranata, scilicet in quolibet ordine duo malogranata: quia ordo non constituitur ad minus nisi ex duobus. Quomodo autem stet litera Ieremiæ quinquagesimo secundo, vbi ponuntur solùm malogranata nonaginta & sex, dependentia, declaratum est tertio Regum septimo, in quadam quæstione. *Et retiacula duo.* Retiaculum accipitur dupliciter. Vno modo pro vno versu, vel linea retiaculi. Alio modo pro vno ordine retiaculorum. Pro quo sciēdum, ꝙ in quolibet capitello colum-

Universidad de Deusto
Biblioteca



columnarum, ſcilicet in duobus capitellis ipſarum F
erant duo ordines, vel congregationes retiaculorum.
Et ordo ſuperior retiaculorum cõtinebat ſeptem ver-
ſus, vel lineas retiaculorum in gyro capitelli: ſcilicet
ſeptem circulos retiaculorum. Et ordo inferior con-
tinebat totidem retiacula & circulos. Et patet hoc, qa
3. Reg. 7. dicitur, quòd erant in capitello vno ſeptena
verſuum retiacula. Et tamen non vocantur ſeptena,
niſi ſint ad min⁹ quatuordecim diſſoluta per duo ſep-
tem. Et ſic poſſunt vocari illa retiacula quatuordecim
vel duo retiacula, ideſt duo ordines retiaculorum, &
ita accipiuntur hic. *Ita vt bini ordines malogranatorum ſin-
gulis retiaculis iungerentur.* Ad intelligentiam huius cõ-
ſiderandum eſt, quod vt dictum fuit ſupra, ſuper
haſtile columnæ ponebatur immediatè epiſtyle, & G
ſuper epiſtyle ponebatur capitellum. In loco autẽ vbi
epiſtyle coniungebatur haſtili, vel columnæ erat qui
dam circulus groſſus in lapide factus per cauationem,
ſicut videmus fieri in multis columnis: & ſuper illum
circulum pendebant centum malogranata: & ſub cir
culo pendebant totidem. Et vnum malogranatum
ſuperius reſpiciebat aliud malogranatum inferius ſi-
bi oppoſitum: & ambo conſtituebant vnum ordinẽ.
Et iſto modo in circuitu illius ciruli erant centum or-
dines malogranatorum conſtituti ex ducentis malo-
granatis, quorum centum erant ſuperius & cẽtum in-
ferius. Rurſus in loco vbi capitellum columnæ coni-
ũgebatur epiſtyli erat alius circulus groſſus de ipſo la-
pide: & ſuper ipſum pendebant centum malograna- H
ta: & ſub ipſo totidem, & conſtituebant alios centũ
ordines malogranatorum: & ſic erant ducenti ordi-
nes malogranatorũ in qualibet colũna, in quibus erãt
quadringenta malogranata. Et iſto modo accipiun-
tur ordines malogranatorum in libris Regum. Hic
autem aliter accipiuntur, quia ſolùm poſſunt aſſignari
quatuor ordines malogranatorum. Erant autem duo
retiacula ſolùm in qualibet columna: ideo erant ſolũ
quatuor ordines malogranatorum: & tunc accipie-
tur ordo malogranatorum pro vno circulo malogra-
natorum. Nam in epiſtyli erat circulus de lapide, &
ſuper circulum erant centum malogranata in gyro:
& illa vocãtur vnus ordo malogranatorum, & ſub cir
culo erant totidem malogranata, & faciebant alium I
ordinem. Apud circulum autem, qui erat in capitel
lo ſuper epiſtyle: erant alij duo ordines malograna-
torum: ſcilicet centum in quolibet ordine. De
iſtis ordinibus malogranatorum dicitur quòd coniun
gebantur duobus retiaculis: ſcilicet quòd ſub vno re-
tiaculo, in quo erant ſeptem verſus retiaculorum erãt
duo ordines malogranatorum, & apud aliud retiacu-
lum in quo erãt ſeptem alij verſus, erant ordines duo
malogranatorum. Erant autem iſta retiacula ſic diſ-
poſita, quòd in capitello erat vnum retiaculum: ſcili-
cet vnus ordo retiaculorũ, qui continet ſeptẽ verſus
retiaculorũ: & iſtud retiaculum erat in medio capitel
li: & in extremitate inferiori eius erat circulus groſſus
de lapide, in quo pendebant ducenta malogranata: K
centũ ſuperius, & centum inferius: & ſic erant iſti duo
ordines malogranatorũ apud retiaculũ vnũ. ſ. ſub ipſo.
In epiſtyli aũt in medio eius erat aliud retiaculum cõ-
tinens ſeptem verſus retiaculorum, & ſub illo erat
circulus de lapide in extremitate inferiori epiſtylis: &
ibi erant duo ordines malogranatorum, ſicut ſupra
declaratum eſt. Et iſti etiam duo ordines erant ſub
retiaculo, & ſic bini ordines malogranatorum ſin-
gulis retiaculis iungebantur. *Qui protegerent epiſtylia
& capita columnarum.* Ideſt iſta retiacula tegebant ca-
pita columnarum et epiſtylia. Accipitur protegere,
ideſt tegere. Nam ſicut hic dicitur, quòd retiacula
protegerent capita, et epiſtylia: ita dicitur ſupra quòd
quędam retiacula erant, quę capita tegerent ſuper epi
ſtylia: Ex hoc patet contra illos, q ponebãt retiacula
ſolũ eſſe in capitellis columnarũ, quia non ſolùm de-
bent poni in capitellis ſed etiam in epiſtylibus, cùm di
catur quòd retiacula tegebant capita, & epiſtylia: &
hoc erat, quia erant retiacula in ſuperficie epiſtylium,
& capitum columnarum. *Baſes etiam fecit, & conchas,
quas ſuperpoſuit baſibus.* Aliqui errant circa hoc: putant
enim quòd iſti ſint baſes columnarum ſuprapoſitarũ,
Nam manifeſtum eſt, quòd iſtæ columnæ baſes ha-
berent, quibus initerentur, & mouenẽ propter duo.
Primò quia ante hoc dicebatur de columnis, & parti
bus earum, & pulchritudine, ideo cum ſubdatur hic
de baſibus, videtur intelligi conuenienter de baſibus
columnarum. Secundò quia de omnibus partibus
columnarum dictum eſt ſupra: ſcilicet dè haſtili, &
epiſtyli, & de capitello: nec deficit aliquid niſi baſis.
Cùm ergo dicatur hic de baſibus, oportet intelligi
de baſibus columnarum. Dicendum tamen, quòd
non ſtat, quia dicitur hic quòd fecit baſes, & ſuperpo
ſuit eis conchas. Si autem iſtę baſes eſſent columna-
rum, non ſupponerentur eis conchæ, ſed columnæ:
ideo dicendum quòd iſtę baſes erant ſedes quadratæ
luterum pulchra varietate factæ. Nam in qualibet ba-
ſi erant quatuor rotæ, & leones, & cherubim, & in
medio baſis foramen in quo locabatur concha, vel lu-
ter. Et patet quòd intelligatur de hoc, quia ſupra in
litera dicitur, quòd fecit Hiram decem conchas, &
poſuit quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris, vt la-
uarent in eis ſacerdotes omnia, quæ in holocauſtum
oblaturi erant. Nunc autem dicitur de baſibus illa-
rum concharum: quia non fuerat ſupra facta mentio
de eis, & non declaratur late fabricatura baſium ipſa
rum: eo quòd 3. Reg. 7, poſita fuit iſta fabricatio latiſ-
ſimè: & non dicitur hic quot erant iſtæ baſes: quia
manifeſtum eſt, quòd erant decem. Nam iſtę baſes
erant pro conchis. Erant autem decem conchę, vt pa
tet ſupra in litera: ideo neceſſe erat eſſe baſes decem.
De iſtis conchis dicendum quòd vocantur luteres. 3.
Reg. 7. & propriè vocantur ſic à luo ideſt abluo, quia
in eis abluebantur carnes. Nam ſupra in litera dicitur,
q̃ in eis lauabantur omnia, quæ ſacerdotes in holocau-
ſtum oblaturi eſſent. Differentia autem iſtarum cõ-
charum, & maris ęnei erat: quia licèt in vtriſque cõ-
tineretur aqua: tamen in mari ęneo ſolùm lauaban-
tur ſacerdotes quando miniſtrare deberent. In lute-
ribus autẽ ſiue conchis lauabantur omnes carnes ſa-
crificiorum, de quo magis ſupra declaratum eſt. Erãt
autem luteres iſti locati ſic, ſcilicet quinque ad dex-
tram, & quinque ad ſiniſtram: & hoc reſpectu atrij
ſacerdotum. Nam atrium ſacerdotum quadratum
erat, vt ſupra dictum fuit, & in latere orientali erat in
troitus per medium parietis illius, & ad dextram par-
tem illius introitus, ſcilicet verſus parietem meridia-
num atrij erant quinque luteres: & ad ſiniſtram, ſcili
cet ad latus aquilonare erãt alij quinque luteres. Ma-
re autem ęneum erat ad latus meridianum verſus par
tem orientalem, ſcilicet apud angulum: vbi concur-
runt latus orientale, & meridianum. *Mare vnum bo-
ueſque duodecim ſub mari.* Iſtud erat mare æneum, in
quo lauabantur ſacerdotes, & erat vnicum: quia
tantę capacitatis erat, quia ibi capiebatur aqua ad hoc
quòd lauarentur omnes ſacerdotes, & adhuc plures.
Nam duo millia batos capiebat, vt patet 3. Reg. 6. &
hic dicitur quòd capiebat tria millia metretas. & di-
citur mare vnum ad dñiam præcedentiũ, ſ. concharũ.
Nam decem conchę cum baſibus ſuis factę fuerant:
ita putaretur, q̃ erãt plura maria ænea: ió dicitur mare
vnũ, quaſi dicat, licèt eſſẽt plures conchę, tamẽ mare
vnicum erat, & erant duodecim boues ęnei ſub mari.

Nam



Nam fundus maris locabatur ſuper dorſa boũ, & erãt A
poſteriora boum iuncta ſub mari. Facies autem eorũ
erant exterius, & erant quatuor boues contra Orien-
tem, & quatuor cõtra Occidentem, & totidẽ ad Aqui-
lonem, & totidem ad Auſtrum, vt patet ſupra in litera.
*Et lebetes.* Sunt caldariæ ad euacuandum cineres de al-
tari holocauſtorum, vt ponantur extra templum. Vel
ſunt ad coquendum carnes ſacrificiorum, quæ perti-
nent ad ſacerdotes, & populares offerentes: vt infra
declarabitur in quadam quæſtione. *Et creagras.* ſ. cochlea
ria ferrea ad mouendum carnes in olla, & leuandũ in-
de, quæ vocantur fuſcinulæ, vel tridentes. *Et phialas.* Sũt
vaſa ænea ad continendum vinum, vel oleum reſiduũ
de ſacrificiis: vt infra declarabitur. *Et omnia vaſa fecit Sa
lomon Hiram.* Scilicet oĩa vaſa aurea argentea, & ænea B
fecit Hiram: quia ipſe erat artifex operis principalis.
Vt.n. nõ cogeretur ſcriptura noĩare oĩa in particulari,
poſuit clauſulã generalẽ, dicens, q̃ fecit omnia vaſa: &
quamquã oĩa iſta vaſa poſſint, intelligi de aureis, argen
teis, & ęneis: tamẽ magis intelligi debet de æneis: quia
ſequitur in litera, q̃ in regione Iordanis fudit ea rex in
terra argillioſa: & tñ iſta fuſio non fiebat in vaſis au-
reis, & argenteis, ſed ſolùm in æneis. Et magis patet
hoc, quia dicitur in litera de ære mundiſſimo. *Pater
eius.* Vocatur Hiram pater Salomonis, non q̃ vere eſ
ſet pater Salomonis, quia Salomon erat filius Dauid:
ſed quia Salomõ vocabat eum patrem propter aucto-
ritatem, & peritiam artis, quia tam perit⁹ erat circa oĩa
artificia, q̃ ab oĩbus honorabatur, & rex vocabat eum C
patrem. Sic etiam Hiram rex Tyri vocabat iſtum Hi
ram artificem patrem: vnde dixit, miſi tibi Hiram pa
trem meum, ſupra cap. 2. *In domo domini.* Ideſt ad mi-
niſterium domus Domini: & non eſt ſenſus q̃ facta ſũt
ibi vaſa in domo Domini. Nam facta ſunt in regio-
ne Iordanis, cùm dicatur in litera, quòd fudit ea rex
in regione Iordanis in terra argilloſa. Sed erãt oĩa iſta
vaſa ad miniſterium domus Domini: eo quòd oĩa va-
ſa ænea erant ad ſubſeruiẽdum altari holocauſtorum.
*Et aere mundiſſimo.* Hic determinatur de quibus vaſis in-
telligatur iſtud. ſ. quòd licèt dicatur de oĩbus vaſis, nõ
intelligatur de omnibus, ſed ſolùm de æneis: quia ex
ære mundiſſimo facta ſunt. Et vocatur æs mundiſſi-
mum, ideſt puriſſimum, quòd non haberet fęces alio- D
rum metallorum impuriorum. Vel vocatur æs mun-
diſſimum æs corinthum, de quo iufra dicetur in qua-
dam quæſtione. *In regione Iordanis fudit ea rex.* Scilicet,
omnia iſta vaſa de ære facta ſunt opere fuſorio in terra
Iordanis, ſcilicet in campeſtribus circa Iordanem. Et
hoc fuit, quia apud Iordanẽ erat terra argilloſa, in qua
funderentur vaſa: & dicitur quòd fudit ea rex, i. præce
pit fundi. Nam ipſe nihil faciebat, ſed quod quis iubet
fieri dicitur ipſe facere. *In argilloſa terra.* Argilla eſt ter-
ra bene commiſcibilis, de qua figuli fingunt vaſa te-
ſtea. Talis autem terra requirebatur ad faciendum for
mas fuſorias: ſicut videmus in fabricatione campana-
rum. Et quia multa vaſa ænea erãt neceſſaria pro quo
cunq; formis fuſoriis requirebatur multa argilla, fuit fa E
ctum, quòd fieret iſta fuſio vaſorum in terra argilloſa,
quàm quòd fieret in Ieruſalem, & mitteret Salomon
pro argilla ad regionem Iordanis, de qua formarentur
figuræ fuſoriæ. *Inter Sochot, & Saredatha.* Duæ vrbes ſunt
iſtæ in capeſtribus Iordanis, & inter eas eſt terra argil-
loſa, & ſunt in regione Iordanis non multum diſtan-
tes ab vrbe Iericho. Iſtę vrbes vocantur 3. Regum 7.
Sochot, & Sarthan: nec eſt mirum, quia in nomini-
bus Hebręis ſępe mutantur aliquæ literæ, vel ſyllabæ,
& interdum eadem res multa nomina habet: & ſic vo
catur Sarthan Serodatha. Iſte locus Sarthan eſt iuxta
Iordanem, & non longe à Iericho. Nam quando Iſ-
rahelitę tranſierunt Iordanem pede ſicco, vt irent ad vr
bem Iericho, aquæ, quæ ſteterunt quaſi murus, viſæ A
ſunt ab vrbe Sarthan vſque Adon, vt patet Ioſue. 3. ſci-
licet: Aquę deſcendentes apparebant procul ab vrbe,
quæ vocatur Adon vſque ad locum Sarthan. *Erat autẽ
multitudo vaſorum innumerabilis.* Iſtud eſt redditiuum cau
ſę præcedẽtis dicti, ſcilicet quare in terra argilloſa apud
Iordanem facta ſunt vaſa iſta, ſcilicet quia erat multi-
tudo vaſorum innumerabilis. Nam ſi pauca vaſa fuiſ-
ſent fabricanda, allata fuiſſet argilla de regione Iorda-
nis In Ieruſalem, vt ibi fierent vaſa iſta ęnea, ſicut om-
nia alia pertinentia ad ſanctuarium, quia tamen erant
vaſa innumerabilia, quæ deberent fieri opere effuſo-
rio, eſſetque difficillimum argillam pro omnibus illis
afferri in Ieruſalem, fuit conueniens vaſa fieri in regio
ne Iordanis in terra argilloſa. Iſta multiplicatio vaſo-
rum fuit tam in aureis, & argenteis, quàm in æneis: &
tamen nõ fuerunt tanta aurea, & argẽtea propter pau
citatem materię ſicut ęnea. Etiam quia magis neceſ-
ſaria erant vaſa ęnea quàm aurea, & argentea, cùm in
lebetibus deberent coqui carnes ſacrificiorum: & in-
terdum erant multi offerentes, & requirebantur vaſa
multa: & ſic de aliis ęneis vaſis. *Ita vt ignoraretur pon-
dus eris.* Ideſt tantus erat numerus vaſorum æneorum,
quòd neſciebatur pondus. Nam licèt ſciretur nume-
rus vaſorum, neſciebatur põdus eorum, quòd propter
multitudinem vaſorum non curabatur de pondere cu
iuslibet eorum, & ſic ignorabatur pondus.

*Vaſa ęnea, vt lebetes, & creagrij, quę vaſa erant,
& ad quam adminiſtrationem facta.*

*Quæſt. XXII.*

QVAERITVR circa p̃dicta, primò de vaſis ęneis,
de quibus ſupra dicitur, ſcilicet de lebetis, & crea
griis, quæ vaſa erant, & ad quam miniſtrationem. Re-
ſpondẽdum, quòd ſicut declaratum fuit ſupra in quã-
dam quæſtione, altare holocauſtorum habebat du pli
cia vaſa, quædam ad miniſtrationẽ mundam, quę erãt
argẽtea, & aurea, & alia erãt ad miniſtrationẽ immun-
dam, quæ erant ænea. De argenteis, & aureis dictum
fuit ſupra. Nunc dicendum de ęneis, quæ erant ad
immundam miniſtrationem. Et dicendum quòd ha-
bebat altare holocauſtorum multa genera vaſorum
ęneorum, ſ. lebetes, fuſcinulas, forcipes, & ignium re-
ceptacula, vt patet Exod. 27. Hic autem ponuntur alia
vaſa ęnea, ſ. creagrę, & phialę. & 3. Reg. 7. ponuntur le-
betes, ſcutrę, & amulę, & aliqua vaſa iſtorum, quę in-
ter ſe coincidunt: nam ſcutrę, lebetes, & amulę coin-
cidunt cum illis, quę habentur Exo. 27. vt declaratum
eſt. 3. Reg. 7. Hic etiam ponuntur lebetes, quę coinci-
dunt cum illis, quę habentur Exod. 27. creagræ autem
ponuntur hic, quę ſunt fuſcinulę. Sed ſolę phialę, quæ
ponũtur hic, ſuperaddunt ad vaſa, quę habentur Exo.
27. Lebetes autem ſunt vaſa plana aliqualiter ad ſuſci-
piẽdos cineres, & excludendos illos de altari extra ſan-
ctuarium: vel ſunt lebetes ollę, in quibus coquebantur
carnes ſacrificiorum. De primo patet Exod. 27. cùm
dicitur: Fecit lebetes ad ſuſcipiendos cineres. Pro quo
conſiderandum, quòd in altari holocauſtorũ fiebant
omnia ſacrificia, & ibi cremabantur ligna aſſiduè.
Nam ignis erat in altari perpetuus per appoſitionem
lignorum, quam faciebat ſacerdos: vt patet Leuitic.
ſexto, ſcilicet, ignis in altari ſemper ardebit, quem
nutriet ſacerdos, ſubiiciens ligna mane per ſingulos
dies. Et cùm cremarentur multa ſacrificia, & mul-
ta ligna quotidie in iſto altari, fiebat multus cinis,
& vt nõ effunderetur per pauimentum, & inquinaret
ſanctuariũ, quotidie effundendus erat extra tẽpli atriũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et ad hoc sacerdos, qui faciebat sacrificium matutinum surgens ad ortum solis antequã faceret aliquod sacrificium, vel ministrationem in sanctuario induebatur tunica linea, & fœminalibus lineis, quę erant vestes sacerdotales, & colligebat cineres omnes de altari ponẽs in lebete, & ponebat lebetem cum cineribus apud altare: & tũc exuebatur vestibus sacerdotalibus, & manens in vestimentis suis popularibus tollebat cineres in lebete, & ferebat extra vrbem ad locũ mundum, ibiq; faciebat eos rursus cremari vsq; ad fauillã. Quo facto redibat ad sanctuarium, & faciebat sacrificium primum quod vocabatur matutinum: vt patet Leuit.6. Ista cœremonia effusionis cinerum fiebat sic quolibet die. Et ad hoc erãt necessarij lebetes, in quibus tollerentur cineres. Alio modo proficiebant lebetes ad aliam ministrationem, scilicet vt coquerentur in eis carnes sacrificiorum. Pro quo sciendum, ꝙ sacrificia erant tria, scilicet holocausta, hostiæ pro peccato, & hostiæ pacificæ. De holocaustis nihil coquebatur; quia omnes carnes animalis cum animalibus suis, & capite, pedibus, atque intestinis lotis cremabantur in altari. Leuit. 1. cap. Solus fimus, & pellis, & cornua de animali tollebantur, ne cremarentur in sacrificio. Sacrificium pro peccato, & pro delicto pertinebat ad sacerdotes totaliter, vt comederent illud, & comedebant in loco sacro: vt colligitur Leui. 6. & 10. De sacrificio pacifico fiebant partes, quia quædã pars cremabatur in altari, scilicet adipes, & aliquid de carnib. Leui. 3. & aliquid dabatur sacerdoti facienti cœremonias sacrificij, scilicet petusculum, & armus dexter Leuit. 7. Reliquæ carnes animalis immolati pertinebãt ad offerentem: vt colligitur eo. c. Cùm autem carnes aliquæ de sacrificio pertinebant ad sacerdotes, vel ad offerentes, coquebantur in atrio templi, & comedebantur ibi, quia cùm essent carnes sacræ, ibi debebant comedi. Et ad hoc erãt facta vasa aliqua in sanctuario, scilicet lebetes, vel caldariæ, aut ollæ æneæ, in quibus coquebantur istæ carnes. De hoc patet 1. Reg. 2. scilicet, Quicunq; immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel caldariam, aut ollam, aut in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula tollebat sibi. Ecce qualiter carnes sacrificiorum coquebãtur ab offerentibus in ipso sanctuario in ipsis vasis: ideo licèt ibi non dicatur an isti lebetes, caldariæ, cacabi, & ollæ essent vasa sacra de vasis sanctuarij, vel adducerentur ab offerentibus, in quibus coquerent carnes sibi debitas, satis videtur, ꝙ aliqua vasa istorum essent de vasis sanctuarij, licèt de hoc disputatum est Exodi 27. Dato tamen, ꝙ non esset necesse, ꝙ fierent vasa de expensis sanctuarij, in quibus coquerẽtur carnes debitæ sacerdotibus, & offerentibus; Salomon, vt prouideret omnibus, cũ haberet copiam æris, faceret vasa ænea ad hoc potissimùm, quia cùm in sanctuario iuberetur fieri fuscinula, tridens, siue creagra: iuberetur etiam fieri olla, quia fuscinula non est nisi ad disponendum carnes in olla, vel lebete. Secundum vas erat fuscinula, quæ est coclear ferreum. Et vocatur fuscinula, quia fusca est propter fumum, & brodium quo inquinatur: nam cũ ad ignem, & fumum accedat, necesse est eam offuscari. Vocatur etiam creagra à creos, quod est caro, quia est ad mouendum carnes in olla, & tollendum eas inde. Vocatur etiam interdum tridens, quia tres dentes, vel vncinos habet ad tenendum, & arripiendũ carnes existentes in olla, vt leuentur inde, & vocatur fuscinula Exo. 27. creagra hic, & tridens 1. Reg. 2. Officium huius erat, ꝙ offerentes sacrificia quando coquerent carnes sibi debitas in sanctuario in caldarijs, vel ollis mouerent eas, & leuarent fuscinulis. Et idem faciebant sacerdotes quando coquebant carnes sibi debitas, de sacrificio pro peccato, vel pro delicto. Et sic puer sacerdotis magni in sanctuario Domini quando erat in Sidolo tenens fuscinulam manu mittebat eã in caldariã, vel ollam, cacabum, aut lebetem: vbi coquebantur carnes sacrificiorum, & tollebat sibi quidquid inde leuaret fuscinula 1. Reg. 2. cap. Forcipes erant æneæ ad tenendum carbones, & ligna: nam sacerdotes debebant nutrire ignem in altari holocaustorum, vt esset perpetuus Leuit. 6. scilicet, Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens ligna mane per singulos dies. Et quia durum erat, ꝙ sacerdos carbones manu moueret: & etiam quia non posset conuenienter illum ignem disponere, factę sunt forcipes ad mouendum carbones, & ligna honestius, & facilius. Etiam interdum tollebantur carbones de altari holocaustorum ad cremandum thymiama, & tunc forcipe opus erat. Quotidiè namq; bis, scilicet mane, & vespere cremabatur thymiama. Exo. 3. & tunc accipiebantur prunæ de altari holocaustorum, quibus suggonebatur thymiama: vt cremaretur, & non licebat accipere prunas pro crematione thuris nisi de altari holocaustorum. Vnde Nadab, & Abiu duo filij Aaron, cùm offerre deberent thymiama ad cremandum super altare, non acceperunt de igne altaris holocaustorum, sed de igne alieno. Ideo ignis egressus à Domino combussit eos, Leu. 10. Ad accipiendum ergo pruinas quotidiè bis de isto altari holocaustorũ exigebantur forcipes, vt sacerdotes non applicarẽt manus igni, vnde generaliter quandocunq; quis ignem de altari capere deberet, forcipe vtebatur ad tenendum carbones. Sic patet in visione Isaiæ qñ venit ad eum vnus de Seraphim, & purgauit labia eius. Nam dicitur, ꝙ volauit ad eũ vnus de Seraphim, & tulit calculũ forcipe de altari, & purgauit labia eius. Isa. 6. Quartum vas erat ignium receptaculũ, & ista erant quædam vasa ænea concaua, & aliqualiter plana, in quibus ignis de altari holocaustorũ sumptus portabatur ad altare thymiamatum. Et vocantur ista vasa thuribula alio nomine. Pro quo sciendum, ꝙ sicut dictum est supra, quotidiè bis cremabatur bis thymiama coram Domino in altari thymiamatum, & illud thymiama ponebatur super prunas, vt arderet. Vas autem illud, in quo accipiebatur prunæ de altari holocaustorum, vt portarentur ad altare thymiamatum vocabatur receptaculum ignis, quia in eo recipiebatur ignis. Et quia seruiebat altari holocaustorum, eo ꝙ prunæ de illo accipiebantur. Vocatur putabatur inter vasa altaris holocaustorum. Vocatur etiam ista vasa thuribula, quia thus ponebatur in eis. Nam postquam introducerentur prunæ de altari holocaustorum ad altare thymiamatum ponebatur thymiama super prunas, & manebat illud vas super altare thymiamatum, quousque totum thymiama esset consumptum. Et quia thymiama, & aliæ cõfectiones siccæ odoriferæ vocantur generaliter thus, dicebatur istud vas thuribulum. Et sic intelligitur, ꝙ Nabad, & Abiu filij Aaron arreptis thuribulis posuerunt ignem alienum in eis, & cùm irent ad offerendum corã Domino, ignis egressus à Domino de altari combussit eos, Leu. 10. Quintum vas erat Phiala, & de phialis nõ fit mentio inter vasa altaris holocaustorum, nec reperitur facta mentio alicubi nisi hic: & videtur ꝙ phiala erat vas vinarium, vel olearium, in quo reseruabatur pars debita sacerdotibus de vino, & de oleo. Nam cũ sacrificijs holocaustorum, & pacificis offerebantur libamina, scilicet simila, vinum, oleũ, sal, & thus. Et non cremabatur omnia ista, sed pars libaminum proueniebat sacerdoti, nisi de thure, quia totũ illud cremabatur, Leui. 2. c. Ideo pars vini debita sacerdotibus de libamine vini, & olei reseruabatur in aliquibus vasis; & ista

Cœremoniæ sacrificiorum.

Fuscinula & creagra vnde.



ista vasa vocabantur phialæ. Ista sunt vasa altaris holocaustorum, & istæ sunt ministrationes eorum: aliqñ ponuntur batilla inter vasa altaris holocaustorum, sed coincidunt cum forcipibus: quia batilla sunt ad mouendum carbones in igne. de hoc Num. 4.

*Quæ erat ista grandis basilica, quam Salomon fecit.*
*Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius, quia dicitur hic in litera, quòd fecit Salomon basilicam grandẽ, quæ erat ista basilica, Aliqui respondent, quòd ista basilica erat atrium sacerdotum. Nam basilica propriè est domus regis dicta à basileon, quod est rex, & inde omnia ædificia magna, & pulchra, quæ sunt sicut ædificia regalia possunt vocari basilicæ. Sic autem erat de atrio sacerdotum, quia illud erat pulchrum, cùm esset ædificatum ex tribus ordinibus lapidum politorum & vno ordine lignorum cedri. 3. Reg. 7. Sed dicendum quod nõ stat propter tria. Primò quia ponuntur hic duo tanquam distincta. s. atrium sacerdotum, & basilica, cùm dicatur: fecit atrium sacerdotum, & basilicã grandem. Secundò patet, quia dicitur, & ostia in basilica texit ære: & tamen in atrio sacerdotum nõ leguntur facta ostia, sed solùm vnus aditus, per quem introirent sacerdotes: ostia autem de ære in domo exteriori erant. Tertiò patet quia basilica dicit domum, vel ædificium altũ in modum domus: & tamen atriũ sacerdotum non erat huiusmodi, quia habebat solũ quatuor parietes paruæ altitudinis: Ita vt sacerdotes interius existentes possent videri à laicis extra manentibus, ideo non vocaretur basilica. Sed dicendum, quòd ista basilica fuit quoddam spatium magnum clausum muro intra quod erant omnia atria. Pro quo sciendum quòd extra templum in circuitu manebant magna spatia, quæ vallauit Salomon quodam muro altissimo. Et intra illum murum continebãtur omnia, quæ pertinebant ad sanctuarium. Nam in latere meridiano, & aquilonari, & occidentali templi per gyrum erant exedræ thesaurorum, & custodum, & in quibus manebant ianitores, & omnes Leuitæ & sacerdotes tempore, quo ministrabant in templo: vt colligitur præcedenti lib. 9. c. &. declaratum est. e. lib. 23. in quibusdam quæstionibus. Erant etiam ibi domus, in quibus congregabatur concilium seniorum. e. lib. 26. c. A latus autem orientis erant maiora spatia, & ibi erant quatuor atria ante portam templi: scilicet atriũ sacerdotum, in quo erant sacerdotes ministrantes Domino in sacrificijs, quia ibi erat altare holocaustorum, & vasa eius. Et istud atrium erat magis coniunctum portæ tẽpli quàm alia tria, quia inter illud & portam templi nihil mediabat nisi porticus templi, qui erat in latitudine cubitorum decem. 3. Reg. 6. Erat aliud atrium virorum mundorum, & aliud mulierum mũdarum. Et aliud virorum, & mulierum immũdorum, & gentilium, qui etiam reputabantur immundi. Omnia ista atria erant intra murum illum magnum clausum templum. Erat autem murus iste altissimus, & in eo erant quatuor portę positę per quatuor cardines coeli. s. ad Orientem, Occidentem, Meridiem, & Aquilonẽ: & per illas quatuor portas erant ianitores dispositi: totum istud spatium clausum muro vocabatur basilica. Et licèt esset atrium sacerdotum pars eius, tamen facta fuit specialis mentio de illo, eo quod erat pulchrius alijs partibus huius basilicæ. Etiã quia pars ista magis sacra erat, propter ministrationes sacras, quæ in ea fiebant, & non in alijs partibus basilicæ illius: & tunc non obstant tres rationes factæ in contrarij, scilicet quòd esset ista basilica atrium sacerdotũ, quia satis stat. Sicut quòd atrium sacerdotum, & basilica illa distincta sint tanquam totum & pars. Et tamen si esset basilica illa atrium sacerdotum, nullo modo posset stare distinctio, cùm dicatur: Quod fecit Salomon atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Secundum etiam non obstat, quia in ista basilica assignata supra erant ostia: licèt non essent in atrio sacerdotum. Et causa est, quia atrium sacerdotum erat intra basilicam istam. s. intra muros eius, & portæ muri sufficienter claudebant pro omnibus, quæ erant interius, & tamen in basilica ista necessariæ erant portæ. & ostia: quia murus istius basilicæ claudebat totum sanctuarium, & quę in circuitu illius erant. Et vltra illũ non erat alius murus exterior, qui clauderet, ideo in muro illa ostia, & portæ requirebantur: & sic erant ibi Leuitæ custodientes ad quatuor portas. Et patet hoc magis, quia præcedenti libro. c. 26. ponuntur sortes ianitorum, & ponitur qui custodiebant ad portam orientalem, & qui ad occidentalem, australem, & aquilonarem, et ad portã domus consilij, siue seniorũ. Et non ponuntur alij ianitores: ideo videtur, quòd non erant alia ostia in atrijs nisi in muro exteriori claudente omnia atria, et iste murus continebat basilicam magnam. Tertium sibi conuenit. scilicet quia erat magnum edificium. Nam erant parietes altissimi, ita vt aspicientes terrerentur, vt ait Iosephus. 8. Antiqui.

*An ostia istius basilicæ essent tecta auro, vel ere.*
*Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius circa ostia istius basilicæ, quia dicitur hic quòd texit ostia istius basilicæ ere: & tamen Iosephus, 8. Antiquit. dicit ostia basilicæ fuisse aurea. Dicendum quòd fuerunt ostia ista de lignis, fuerunt tamen operta laminis æneis. cùm dicatur hic quòd fuerunt operta ære. Nec oportet comparare aliam scripturam cum sacra scriptura in auctoritate & veritate, sed quæcunq; ab illa discordet falsa est: cùm ipsa contineat veritatem infallibilem. Et sic scriptura Iosephi non est comparanda sacræ scripturæ: quidquid Iosephus dicere voluerit. Quia tamẽ Iosephus vir magnæ auctoritatis fuit, dicendum quòd ipse dixit ostia ærea esse. & tamen scriptores propter similitudinem magnam nominis aurea transcripserant. Vel aliter dicendum, quòd Iosephus scripsit ostia aurea esse huius basilicæ quamquam ænea essent, & hoc propter fulgorem, quia illud ęs erat valde fulgẽs, quia erat æs Corinthium. Pro quo sciẽdum quod æs Corinthium est quædam species æris præciosioris inter omnia æra. Et vocantur æs Corinthium ab vrbe Corintho, quæ est in græcia. Nam cùm hostes semel cremarent quoddam templum in vrbe illa, in quo plura simulacra aurea, argentea, & ænea erant, calore ignis metalla soluta in vnum locum templi confluxerũt: vbi ex omnibus illis metallis liquefactis facta mixtione resultauit quidam modus metalli, quod ęs Corinthium appellatum est, quia maior pars massæ dicti ęris erat. Et quia de argento, & auro multum massæ illa tenebat, fulgens, & preciosum valde illud æs fuit: & de tali fiebant statuæ preciosę: & quia ostia basilicæ istius facta erant de tali ære, valde fulgebãt ita vt aurea viderentur, & sic vocauit Iosephus istud ęs aurum. De isto ęre declarat Paulus Orosius libro de Ormesta mundi. De ista basilica grandi, de atrio sacerdotum loquitur Iosephus. 8. Antiqui. Et primo de atrio, dicens: Circundedit autem templum per vniuersum ambitum, quod latinè cancellus nuncupatur tribus cubitis eius erigens altitudinem, vt ab ingressu templi, ceteros prohiberet, & solis sacerdotibus hoc licere significaret.

Universidad de Deusto
Biblioteca



De basilica grandi immediatè subdit. Extrinsecus huius templi aliam ædificauit aulam quadranguli schemate factam, erigēs maximas porticus, & latas, & portas excelsas, & amplas per quatuor mundi partes in eo constituens: quarum singulæ ad vnumquemque vētum quatuor angulis attendebant, vbi aureas ianuas collocauit. In hoc ergo sacrario omnis populus, quibus purgatio, & obseruatio legitimorū inerat introibat. Siquidē mirabilis, & omnino præcipua fuit hæc sessio: quia propter contemplationem visionis ipsius excedebat aula, quæ foris erat magnas effundens profunditates. Qui propter infinitam celsitudinem non poterat aliquis sine terrore conspicere, & erigens fabricas in quadringentis cubitis earum altitudini æquales eas vertici montis, in quo templum ædificabatur effecit: & propterea aula, quæ exterius erat sub diu facta erat æqualis cum templo. Circundedit autem porticibus hanc aulam duplicibus columnis eas ex lapide naturali portantibus.

Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo: & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos: omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiamateria quoque & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, idest in Sancta Sanctorum, & ostia templi forinsecus aurea. Sicque completum est omne opus, quod fecit Salomon in domo Domini.

*Fecitq; Salomon.* Hic ponitur vltimum huius cap. s. vasorum epilogatio. Et dicitur. *Fecitq; Salomon.* Idest, præcepit fieri: quia nihil ipse per se fecit, sed facere qs dicitur, quæ fieri iubet. *Omnia vasa domus Domini.* Istud intelligitur solùm de vasis aureis, & argenteis, q̄ erant intra templum. De vasis autem æneis, quæ erant extra templum in atrio, nihil loquitur hic, quod patet p totam literam, cùm omnia ista, quę exprimuntur sint argentea, vel aurea, & omnia sint locata intra tabernaculum, siue templum. Et causa huius est, quia de vasis æneis, q̄ erāt in atrio sacerdotum supra positū fuit, qūo fecit ea Hira. *Et altare aureum.* Duo altaria erant in sanctuario, scilicet, altare holocaustorum, & altare thymiamatum. Altare holocaustorum etat æneū, & erat extra templum in atrio eius: in quo sacrificia omnia offerebantur. Altare thymiamatum erat intra templum, in quo cremabatur quotidie bis thymiama, mane, & vespere: Exo. 30. & istud erat aureum. s. non factum totum de auro: sed quia tabulę eius erāt opertæ petalis aureis: ita vt totū aureū videret. De altari holocaustorum, q̄d erat ęneum non replicatur hic, quia supra positū fuit, & cōputatur inter vasa, q̄ erant in atrio templi. *Et mensas.* Erant decem mensę, sicut dr supra in litera, q̄ erant decem mensę, quarum quinq; erant posite ad sinistram templi, & istarum vnica erat aurea, & argenteę nouem, vt colligitur præced. lib. 28. ca. & declaratum est supra in quadam quęst. Et mensa aurea erat mensa ꝓpositionis, in qua ponebātur panes. Alię nouē solū erant ad reponendū vasa argentea, & aurea pro ministerio tēpli Dñi. *Et super eas panes propositionis.* Isti panes propositionis erant duodecim, qui ponebātur super mensam auream, & vocantur panes propositionis, quia proponebantur coram facie Domini, vt manerēt ibi semper de sabbatho vsq; ad Sabbathum, vt ablatis illis alij recentes ponerētur, Leuit. 24. de quo declaratum est supra in quadam quæstione. Aliqui autem assumunt occasionem errandi ex hoc loco, scilicet, quòd omnes istę decem mensæ essent mensę propositionis, quia dicitur hic, quòd fecit Salomon mensas, & posuit sup eas panes. Et sic vult Nicolaus, q̄ in qualibet mensa erant panes duodecim: & erant simul panes centum & viginti, cùm essent decē mensæ: sed istud non stat, quia vt probatum fuit supra in quadam quæstione, vnica fuit mensa propositionis. Et sic etiam dicendum, quòd panes super vnicam mēsam erant. Dicitur tamen hic, quòd erant panes super mensas, idest super vnam de mensis: quia sic ponitur sæpe plurale pro singulari in scriptura, & singulare pro plurali. De singulari, quòd ponatur pro plurali patet Psal. 77. scilicet. Misit in eos cynomiam. Et Exo. 8. dicitur, quòd venit musca grauissima. Manifestum est tamen, quòd multæ muscæ, siue cynomię fuerunt in terra Aegypti. De plurali, quòd ponatur pro singulari, patet hic, quia ponuntur multæ mensæ cùm deberet poni vnica. Simile patet de latronibus, qui erant crucifixi cum Christo: quorum vnus Christum subsanabat, & alius excusabat. Et tamen scriptura dicit, quòd latrones subsanabant eum. Nam Matth. 27. dicitur: Idipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: Mar. 15. dicitur: Et q cùm eo crucifixi erant conuiciabantur ei: & tamen non conuiciabantur ambo, sed vnus eorum, vt patet Luc. 23. s. vnus aūt ex latronibus, q̄ pendebant blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus saluū fac temetipsum, & nos. Respondens aūt alter increpabat eum, dicens: Nec tu times Deum, q̄ in eadē condēnatione es, & nos quidē iustè: nam digna factis recepimus: hic verò nihil mali gessit. Item patet hoc, quia vnus de latronibus dixit Christo: Domine memento mei, cū veneris in regnū tuū: & sic ille nō conuiciabatur Christo. Et tñ dicit, q̄ cōuiciabant ei q cū eo crucifixi erāt. Ita hic ponitur, q̄ erant panes sup mensas, & tñ vnica mensa erat, in qua erant panes, vt declaratū est supra. Dicendū tñ, q̄ non debemus talī mō expositionis vti, nisi cū necessitas cogit. s. q̄ aliunde patet veritas, sicut hic, quia supra probatum est, q̄ erat vnica mensa propositionis. In alijs aūt nō est sic exponendū, quia aliàs daretur locus ad corrumpendum sacram scripturam. *Candelabra quęlibet cum lucernis suis.* Ista erāt candelabra aurea, & argentea, q̄ posita erant in tęplo in prima parte eius. Erant aūt. x. candelabra aurea. v. ad dextrā, & v. ad sinistram, supra in litera, & pręter ista erant alia candelabra argentea, vt patet pręced. lib. 28. ca. & illorum non ponit numerus. Lucernę aūt erāt q̄dam vasa argentea, q̄ erant partes ipsorum cādelabrorū, & in illis tēpli, q;nq; in parte dextra, & quinque in parte sinistra. Et erant ante Sancta Sanctorū, q̄ erat domus interior. Et vocabāt oraculū, ga in ea erat ꝓpitiatorū, qđ vocāt oraculū Leui. 16. s. Quia corā illo orabāt, vel magis priè, qa ore suo loquebat Deus, siue angelus sup illud. Et sic vocāt viuę vocis oraculū responsio, q̄ fit p vocē. *Iuxta ritum.* i. f̄m consuetudinē, vel cęremoniam legis. Nam erat certa cęremonia de modo incendendi candelabrorum lucernas. s. quia p noctē candelabrorum lucernę incendebantur, vt patet infra 12. cùm dixit rex Abias ad regem Ioram: est apud nos candelabrum aureum, & lucerna eius, vt accendatur semp ad vesperā, &c



*Ex auro purissimo.* Scilicet, non erat aliud metallum admixtum candelabris istis, sed de auro purissimo erant. Sic etiam fuit de candelabro aureo, quod fecit Moyses in deserto. Nam de auro purissimo fuit continens tālentum auri. Exo. 25. c. fuerunt tamen aliqua candelabra argentea in templo, de quibus non fit hic mentio, sed dicitur de illis precedenti lib. 28. c. *Et florentia quędam.* Idest etiam erant quidam flores in candelabris, qui erant facti de auro. Non ponitur hic figura candelabrorum istorum. sed qualiscunque essent ipsa continerent aliquos flores ad pulchritudinem candelabrorum. Sic enim fuit in candelabro, quod fecit Moyses: nā erāt in eo sphęrulę, & lilia per singulos calamos Exo. 25. & tales fortè nunc essent isti flores. *Et lucernas.* Ista est repetitio, quia iam fuerunt positæ lucernæ supra, quæ erant aureæ: & erant in quibus continebatur oleum vt arderet. *Et forcipes aureos.* Isti forcipes differunt ab illis, de quibus supra in quadam quęstione declarauimus. Et de quibus dicitur Exo. 27. Quia illi erant ænei, & pertinebant ad altare holocaustorum ad mouendum carbones in altari. Isti erant forcipes aurei ad tollendum lychnum combustum, & emungendum lucernas, ne inquinaretur oleum. *Omnia de auro mundissimo facta sunt.* Scilicet omnia ista, quę nominata fuerunt hic ab illo loco, altare aureum &c. sunt de auro purissimo. Nam licèt in domo Domini multa vasa essent de argento, tamen hic non fuerunt nominata aliqua. Et si obijcias, quòd multa candelabra erant de argento, vt patet precedēti li. 28. capit. Dicendum quòd verum est, & tamen decem candelabra erant de auro, & pro illis saluabatur quòd essent candelabra de auro purissimo, quia hic non intelligitur nisi de illis. Obijcitur etiam, & fortius de mensis, quia vnica erat mensa aurea, in qua ponerentur panes propositionis: reliquæ nouē erant argenteæ, vt colligitur precedenti lib. 28. & declaratum est supra in quadam quęstione: & tamen hic dicitur, mensas, quod necesse est de pluribus intelligi: ideo plures erant mensæ aurę in templo, vel saltem intelligetur etiā hic de mēsis argenteis: dicitur tamen, quòd istæ mēsæ erant de auro purissimo. Dicendum, quòd vnica erat mensa propositionis, quæ de auro facta erat, & tamen ponuntur hic mensæ pluraliter pro vna: scilicet & mensas. i. vnā de mensis. Et patet hoc, quia dicitur ibi & super eas panes, & tamen manifestum est, quòd panes propositionis nō ponebantur nisi super vnicam mensam. Reliquæ autem erant ad locandum in illis vasa argentea, & aurea: & sic etiam accipitur sæpe in scriptura plura pro singulari, vt supra declaratum est. *Thymiamateria quoque, & thuribula.* Ista etiam sunt vasa aurea ad vsum altaris thymiamatum. Et vocantur thymiamateria vasa aurea, in quibus thymiama conseruabatur, vel cremabatur. Thuribula autem dicuntur vasa, in quibus thura, & aliæ species conseruantur ad faciendum compositionem thymiamatis, & hoc patet. Nam manifestum est, quòd quando sacerdotes accipiebant de altari holocaustorum ad cremandum in eis thymiama, in vasis æneis accipiebant illas, & vocantur illa vasa ignium receptacula, vt declaratū est supra in quadam quęstione: & habetur Exo. 27. Erant autem illa vasa altaris holocaustorum, & omnia talia ænea erant. e. c. & tamen postquam introducerent in vasis illis in templum poterat esse, quòd ponebant eas in aliquo vase aureo, & ibi superponerent thymiama, atque cremarent: & illa vasa vocarentur thymiamateria. Vel possunt vocari thymiamateria ad conseruandum thymiama. Nam thymiama erat confectum ex multis speciebus specierum aromaticarum Exo. 30. & seruabantur illi pulueres ad cremandum quotidie in altari bis de illis: & vasa in quibus seruabantur vocabantur thymiamateria. Thuribula aurea possunt accipi dupliciter. Vno modo pro aliquibus vasis aureis, in quibus interdū solum thus cremabatur. Nam sicut erat statutum quotidie bis cremari thymiama coram domino: ita cremaretur interdū solum thus, & vasa illa, in quibus cremaretur vocarentur thuribula. Vel vocantur thuribula vasa ad conseruandum thus: nam cum thymiama conficeretur ex aromatibus, & thure, & multis alijs speciebus, seruabantur omnia ista materialia in domo Domini ad conficiendū de eis thymiama cùm opus esset: & vasa illa, in quibus thus seruaretur vocarentur thuribula. *Et phialas.* Erant vasa aurea ad ponendum in eis vinum, & oleum, quæ fundēda erant in sacrificijs holocaustorum, & pacificis. Ponebantur etiam libamēta, quę erant vinum, oleum, & simila: sal, & thus Nu. 15. & Leui. 2. Et accipiebantur ista in quibusdam vasis ad fundendum super altare, vel super carnes sacrificiorum. Et vasa illa in quibus ponebatur vinū, & oleum, vocabantur phialæ, & cyathi. Vasa in quibus ponebatur similа, vocabantur acetabula ab accipiendo dicta. Vasa in quibus ponebatur thus, vocabantur thuribula, vel mortariola: & ponuntur omnia ista Exo. 25. & dicitur de eis quod erant ad fundenda liba. i. libamina, vt supra declaratū est. *Et mortariola ex auro purissimo.* Ista erant vasa in quibus conterebantur species ad conficiendum thymiama. Nam Exo. 30. ponitur, quòd ad cōficiendum thymiama requirebātur aromata, & thus lucidissimum, & multæ aliæ species, & omnes simul conterebantur in mortario vsque ad pulueres minutissimos, & illa mixtio sic pulueризata vocabatur thymiama. Et ad hoc requirebantur mortariola. Quod autem dicitur ex auro purissimo, ad omnia supradicta refertur. s. quod omnia ista vasa erant de auro purissimo, & sæpe hoc repetitur. *Et ostia cęlauit templi interioris.* i. in Sancto sanctorum. Non solùm fecit de auro Salomon vasa, quæ nominata sunt supra, sed etiam operuit portas sancti sanctorum auro affigens laminas aureas. Pro quo sciēdum, quòd Sanctum sanctorum erat domus interior templi ad partem occidentalem suam, vbi erat arca, & cherubim facti de lignis oliuarum: & habebat ostiola parua. Illa aut operta fuerunt aureis laminis, & quia illæ laminę habebāt fabricatas imagines, dicebantur cælatæ: quia celaræ est sculpere: sic patet per Ouid. 2. metamor. idest.

*Materiam superabat opus, quia Mulciber illic*
*Aequora celarat medias cingentia terras.* Idest.

Sculpserat æquora cingentia terras in medio. Et dicitur templi interioris. i. Sanctisanctorum. Nam templum Salomonis quantum ad illam partem, quæ erat operta tecto, & vocabatur proprie templum, erat diuisum in duas partes. Prima pars, & maior vocabatur domus exterior siue templum exterius, habens cubitos quadraginta longitudinis, & latitudinis viginti, & erant in isto templo omnia vasa ministrationis diuinæ aurea, & argētea, que ponuntur in litera. Secunda pars vocatur domus interior, siue templum interius, et erat domus minor cubitos viginti longitudine continens, et totidem latitudine. Et ista domus vocatur templum interius, quia erat intra templum primum, nec poterat intrari ad illud nisi per portam prę mi templi, et istud templum vocatur Sancta sanctorum. *Et ostia templi forinsecus aurea.* Idest etiam Salomon fecit de auro ostia templi exterioris, quòd erat prima domus templi: et ostia istius erant in pariete exteriori templi ad orientem, et ista populus videbat. Et ad ostendēdam pulchritudinem nimian deauraut ostia templi affigens in illis laminas auri: et non dicitur hic quòd factæ fuerint cælaturæ in illis.

Credendum tamen est q̃ sic, vt aurum non videretur rude, sed pulchra varietas distingueretur in opere. *Sic que completum est omne opus, quid fecit Salomon in domo domini.* Ideſt faciendo omnia, quę supra posita sunt, completum est omne opus, quod fecit Salomon in domo domini, quia nulla alia facta sunt saltem principaliter nisi ea, quæ habentur præcedenti. c. & hic.

*Cum dictum sit de vasis templi, quare non dicitur de vestibus sacerdotum & leuitarum.*
*Quæst. XXV.*

QVAERITVR circa ista vasa templi de quibus hic dicitur & cùm dicaẽ hic de vasis, an non dicitur etiam de vestibus sacerdotum, & leuitarum. Aliquis dicet, q̃ nunc fuit factum templũ, & vasa eius, vestes tamen nullæ factæ sunt, ideo nihil de vestibus dicitur. Dicendum quod hoc non stat, quia multas vestes fecit nunc Salomõ q̃ sacerdotibus, & leuitis, vt ait Iosephus 8. Antiquit. & infra declarabitur. Respondeti potest dupliciter. Vno modo quod licèt factę fuerunt nũc vestes sicut & vasa: tamen de vestibus nihil dictũ est, sicut de vasis: eo q̃ hic fit mẽtio de fabricatione illorum, que semel fabricata manebant in perpetuum: sic erat tẽplum, de cuius fabricatione patet precedenti. c. Sic etiam erãt vasa aurea, & argentea, & ænea, quę ad semper durabant: ideo de illis facta est mentio. Vestes autem non durabant semper, sed pauco tempore, & quotidie fiebant vestes nouæ ruptis vel inueteratis prioribus: ideo nõ debuit nunc fieri mẽtio spãlis de illis. Secũdò & melius dici debet, q̃ non facta est hic mentio de vestibus, sed solùm de templo & vasis, eo q̃ scriptura narrat hic illa, quæ noua erãt: quæ autẽ vetera erant non oportebat describi. Tẽplum autem Salomonis fuit quid nouum, quia nullum templum ante hoc factum fuerat inter Hebræos, nec deus illud fieri iusserat. vt patet 2 Re. 7. & precedẽti. li. 17. c. Etiã nõ fuit istud templum per omnia simile tabernaculo Moysi, sed in pluribus dissimile. De fabricatione ergo eius mentio fieri debuit. De vasis etiam idem dicendum. Nam vasa multa facta sunt nunc in templo Salomonis, qualia nunquam facta fuerunt in tabernaculo Moysi, & illa quę facta sunt sicut in tabernaculo Moysi erant alterius figuræ, vel pro maiori parte erant maioris quantitatis, sicut patet de altari holocaustorum, & de mari æneo. Ideo de fabricatione illorum dici debuit. Et hoc potissimè, quia deus dederat descriptionem omnium, quæ in templo fieri debebant siue partium templi, siue vasorum, vt patet precedenti lib. 28. c. De vestibus autem non fuit sic, qnia semper vestes sacerdotum tam maiorum quàm minorum factæ fuerũt sicut Deus Moysi p̃cepit a principio. Exo. 28. Ideo licèt Salomon nunc plurimas vestes fecisset pro sacerdotibus, & Leuitis: quia nihil inmutabat de ritu antiquo, nõ debuit, vel saltem non fuit necessarium scribi de illis vestibus: sed de vasis, in quibus facta est nunc aliqua nouitas facta est mentio. Nam sic etiam fiebãt vestes quotidie pro sacerdotibus, & Leuitis quando opus erat. Vasa quoque pro templo sæpe post ædificationem templi tempore aliorum regum facta sunt, & tamen de illis nõ curat facere scriptura mentionem, licèt innuat, quòd multa vasa fiebant continuè. Sic patet. 4. Reg. 12. cùm agitur de pecunia, quæ offerebatur pro sartatectis templi in Gazophilatium tempore regis Ioas. Nam dicitur, veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi, & omne vas aureum, & argẽteum. Apparet ergo quod vasa aurea, & argentea fiebãt etiam tempore illius regis Ioas pro templo domini, licèt non fierent de pecunia, quę colligebatur pro pretio animarũ ad faciẽdũ sartatecta: & sic fierẽt vasa aurea, & argẽtea pro eodem templo tempore aliorum regum: & tamẽ de hoc non curat facere scriptura mentionem expressam.

*An plura vasa fuerunt facta in templo quàm hic habeantur.*

*Quæst. XXVI.*

QVAERITVR vlterius, an plura vasa fuerunt facta in templo domini quã habeantur hic. Dicendum quod non habentẽ hic plenè omnia vasa quæ facta sunt in templo domini: nã. 3. Re. 7. ponuntur alia vasa aurea, quæ non ponuntur hic. s. hydriæ. Credendum tamen est, quod species omnium vasorum templi, & auri ponantur hic: & 3. Reg. 7. præter paucas, de quibus infra per Iosephum, eo quòd ista fabricatio templi Salomonis in nullo alio loco inuenitur nisi hic & ibi: & tamen numerus vasorum in quacunque spẽ nec ponitur hic, & ibi. Ponit autem numerum istum Iosephus 8. Antiquit. dicens: fecit omnia vasa ærea: insuper ollas, caldarias, & trullas, & arpagiones, & omnia operatus est ex ære: cuius pulchritudo, & splendor similis auro, obtulitque rex mensarum multitudinem: & vna quidem valde precipuã aureã super quam ponebant panes dei, & huic quoque proximas decem millia, alias mensas alio modo factas, super quas vasa iacebãt. i. pateræ, & phialę. Aurea quidem decem millia, et argentea de pateris, et phialis quadraginta millia. fecitque candelabra decem millia secundùm præceptum Moysi: ex quibus vnum recõdidit in templo, vt per diẽ luceret in templo secundùm legem, et mẽsam vnam super quam positi erãt panes ad aglonem respicientem è diuerso positam contra candelabrum quo. d erat ad austrũ: aureũ aut altare inter hæc mediũ erat: fecit rex vini infusoria octogĩta millia, et phialas aureas decẽ millia, argẽteas vero duplici numeo. Pateras autem aureas ad offerendum in eis similam conspersam ad altare octoginta millia. Et phialas aureas et argenteas duplici numero. Crateras autem, in quibus similam cum oleo fermentabant aureas quidẽ sexaginta millia: argenteas verò duplici numero. Mensuræ autem similes eis, quæ Mosaicè vocabatur Assarones quidem aureas viginti millia, et argẽteas duplici citer. Thuribula verò aurea, quibus offerunt incẽsum tabant à maiori altari ignem vsque ad minus altare, viginti millia. Similiter et alia thuribula, in quib⁹ porquod erat in tẽplo quinquaginta millia. Hęc de vesti bus Iosephus ait. Sed obijcietur, quia dicitur quod erãt decem millia cãdelabra secundùm Iosephum: et tamen supra in litera ponuntur decem candelabra, quorum erant quinque à dextris, et quinque à sinistris. Idem patet. 3. Regum 7. Dicendum quòd licèt ponantur decem cãdelabra fuisse in templo, tamen plura erant: quia scriptura non ponit numerum taxatiuè: ita quòd essent decem et non plura: et sic Iosephus supleuit, quod scriptura minus posuit. Et dicendum, q̃ adhuc ex scriptura patet quod essent plura, quàm decẽ cãdelabra: quia supra in litera et 3. Regum. 7. ponitur, quod essent decem candelabra aurea, et tamen præcedenti li. 28. c. dicitur, quod erant quædam candelabra aurea, et quædã argentea, ergo erant plura quàm decem cãdelabra. Sed manet dubium, quod licet essent plura quam decem candelabra, tamen non poterant esse decem millia, quia non caperentur tot candelabra in templo. Nam candelabra ponebantur in parte anteriori templi: eo quod intra sancta sanctorum non erat aliquod candelabrum: et tamen in illa parte templi exterioris non caperentur tot candelabra, ita, quod qđlibet illorũ essent in pauimẽto locatũ: ga lõgitudo istí⁹ dom⁹ erat quadragĩta cubitorũ, et latitudo vigĩti.

Potis-



Potissimè, quia erant multa alia vasa in templo isto, scilicet mensæ, & altare, & ipsa candelabra deberent a se inuicem distare, vt sacerdos posset inter illa discurrere ad disponendum lucernas candelabrorum. Dicendum q̃ dato, q̃ essent decem millia candelabrorum, non erant omnia in templo, sed aliqua eorum erant in templo, & aliqua reseruabantur in domibus thesaurorum: & hoc verum est, quia in circuitu templi erant exedræ, in quibus erant Leuitæ custodientes thesauros templi tam vasa quàm vestes, vt colligitur præcedenti lib. 9. & 26. ca. & ibi essent plurima de istis candelabris. Hoc etiam vult Iosephus vbi supra, dicens q̃ de istis decem millibus candelabris vnum recondidit Salomon in templo, vt per diem luceret. ibi fm legem: & hoc aliqualiter consonat verbis regis Abiæ ad regem Ieroboam dicentis: Est apud nos candelabrum, & lucerna eius, infra 13. Dicendum tamen, q̃ candelabra multa erant plusquam decem, & tamẽ an essent decem millia non apparet, nec aliunde constat nisi Iosepho crediderimus. De quibus erant quædam in exedris thesaurorum templi, & saltem decem oportet poni intra templum, quia supra in litera, & 3. Reg. dicitur, q̃ posuit Salomon decem candelabra in templo quinque ad dextram, & quinque ad sinistram: ideo necesse est, q̃ saltem ista decem essent in templo. An verò omnia lucerent, vel vnicum, vel quomodo fierent, dicetur magis infra 13. Obijcietur tamen adhuc de mensis: quia dicitur secundùm Iosephum, q̃ erant decem millia mensarum, & præter has vna præcipua, & tamen dicitur hic, q̃ erant decem mensę. Aliquis dicet, q̃ erant istę decem mensæ, de quibus hic dicitur aurea. Omnes autem aliæ, de quibus Iosephus, erant argenteæ: sicut diximus de decem candelabris. Dicendum, q̃ non stat, quia de decem mensis, quæ habentur hic erat vnica aurea, & nouem argenteæ, vt colligitur præcedenti lib. 28. c. & 3. Reg. 7. ipse etiam Iosephus dicit, q̃ erat vnica mensa aurea, super quam ponebantur panes Dei. Dicendum ergo, q̃ constat in scriptura sacra decem mensas fuisse in templo. Vnam quidem auream ad ponendum panes propositionis, & nouem argenteas ad ponendum in eis vasa aurea, & argentea, & istę decem in templo erant quinque a dextris, & quinque a sinistris, supra in litera. Si autem erant plures mensæ, sicut Iosephus dicit, illę essent in exedris thesaurorum templi cum alijs vasis. Cùm autem Iosephus dicit, q̃ vnica istarum mensarum aurea posita in templo Dei, non est intelligendum, q̃ vnica esset in templo, & omnes aliæ in domibus thesaurorum, quia necesse est saltem decem mensas fuisse in templo. Sed dicit vnicam fuisse præcipuam reconditam in templo, scilicet, quia vnica erat, quæ tenebat panes propositionis. Aliæ autem nouem, quæ ibi erant solùm erant ad reponendum in eis vasa aurea, & argentea. Obijcietur tamen adhuc de phialis, quia Iosephus dicit, quòd erant phialæ aureæ decem millia, argentea verò duplici numero, & tamen supra in litera dicitur, q̃ erant phialæ centum. Respondeti potest, quòd nobis non constat nisi de centum phialis, quæ ponuntur supra in litera, & tamen si volumus credere Iosepho, satis stabit. Nam dicemus, quòd omnes istæ phialæ factæ fuerunt a Salomone, & tamen centum solę erant intra templum super mensas, de quibus dicitur supra in litera. Reliquæ autem erant in exedris thesaurorum: & ita erant de mensis, & cæteris vasis aureis, & argenteis, quæ Iosephus posuit fuisse in valde magna multitudine, sicut supra diximus.

*Quæritur de sacerdotum ornamentis per Salomonem factis.*
*Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius de ornamentis sacerdotum, quæ fecit Salomon nunc in ædificatione templi. Dicendum, q̃ in nullo libro sacræ scripturę habetur, q̃ Salomon fecerit nunc aliquas vestes sacerdotibus, vel Pontifici: Iosephus tamen 8. Antiq. ponit hoc, vt infra dicetur. Pro quo sciendum, q̃ Deus iusserat fieri vestes quatuor sacerdotibus minoribus per Moysem, & Pontifici istas quatuor, & sex alias. Prima vestis, vel indumentum erat fœminalia linea magna, quæ pertingebat vsque ad renes, & istud erat primum, nec licebat alicui sacerdoti ministrare sine femoralibus, quia alioquin morereturus: Exo. 28. Secundum indumentum erat tunica linea stricta ad corpus pertingens vsque ad pedes. Tertium erat cingulum byssinum, quo stringebatur magis illa tunica. Quartum erat cydaris, ideſt cucufa, vel biretum rotundũ, & acutum supra in vertice factum de byſſo. De his Exo. 28. Omnia hæc indumenta erant linea, siue byssina: ista sola erant ornamenta sacerdotum minorum. Maiores autem sacerdotes habebant hęc quatuor ornamenta, & insuper alia. Quintum erat tunica tota hyacinthina, quæ ad oram inferiorem iuxta pedes sacerdotis habebat tintinabula, & malogranata mixta, vt audiretur sonitus eius, quando introiret ad ministrandum in templo. Sextum ornamentum erat cingulus factus de multiplicitate filorum, scilicet de purpureis, coccineis, & hyacinthinis, byssinis, & aureis quo stringebatur tunica hyacinthina, ne laxa flueret. Septimũ erat Ephod, quod erat de auro, & purpura, hyacintho, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, & pendebat a capite vsque ad zonam super dorsum, & super pectus, & stringebatur cum tunica hyacinthina. Octauum erat rationale factum de auro, & purpura, & hyacintho, coccoque bis tincto, & byſſo retorta ad magnitudinem palmi quadratam existens, & ponebatur in quodam foramine, quod erat in Ephod super pectus. Ideo secundùm q̃ apud Hebræos vocatur pectorale, sic apud nos vocatur rationale, & istud erat in quo iudicabantur dubia Israelitarum. Vnde dixit Deus: Portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo, ideſt portabit rationale in pectore, in quo erat Iudicium filiorum Israel: Exod. 28. de figura omnium istorum indumentorum patet eodem capitu. Nonum ornamentum erat thiara tota hyacinthina, quam portabat Pontifex in capite. Decimum erat lamina aurea quam portabat Pontifex in fronte pertingentem ab aure vsque ad aurem, vt operiret frontem totam eius; eratque scriptum in lamina Sanctum domini. De omnibus generibus istarum vestium fecit multas Salomon. Omnes autem istę faciebant vnam completam inuestituram. Solam autem coronam, siue laminam auream non fecit: quia tempore Salomonis manebat adhuc illa lamina, quam fecerat Moyses, & illa sufficiebat pro omnibus posteris: eo q̃ nunquã erant simul multi sacerdotes summi, sed vnicus. De qua Ioseph. 8. Antiq. ait. Stolas autem sacerdotales Pontificibus cum his, quæ pendebant ad pedes, & super humerales atq; rationales cum gemmis mille fecit. Corona verò, in qua Deum Moyses descripserat, vna fuit, & ad hunc diem vsque permansit. Sacerdotales autem stolas ex byſſo contextas, & zonas purpureas singulis decem millia, & tubas secundùm præceptum Moysi, ducenta millia. Item stolas Leuitarum dicentium Hymnos ex byſſo, ducenta millia, & instrumenta musica ad Hymnos dicendos adinuenta, quæ vocantur nabla, & cithara ex electro constituit

quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quinquaginta millia. De vestibus tamen dicendum, F
ꝙ quotidie secundùm maiorem numerum sacerdotum, vel propter vetustatē priorū oportebat aliàs fieri, & scriptura non curat de hoc aliquid dicere, quia manifestum erat, ꝙ aliquę vestes sacerdotales fieri debebant præter primas, quas fecit Moyses in deserto. Eo, ꝙ tunc erant solum quinque sacerdotes, s. Aaron, & quatuor filiis eius, scilicet Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar: Exo. 29. Et Leuit. 8. & die nono consecrationis duo eorum, s. Nadab, & Abiu mortui sunt. Leuit. 10. & Num. 3. & præcedenti lib. 23. cap. Postea autem erant multi sacerdotes, & necessariæ erāt multæ vestes. Item illę vestes primò factæ non poterant perpetuò durare, quia vetustate attererentur, cùm nō conseruarentur miraculosè.

## CAPITVLVM V:

INTVLIT igitur Salomon omnia, quæ vouerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei.

*Intulit.* Dicto in præcedentibus de templi ædificatione. Hic agitur de eius dedicatione. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ponitur arcæ in templum introductio. Secundò Salomonis oratio, sequenti c. Tertiò orationis exauditio, infra 7. cap. Prima in duas: quia primò ponitur arcæ, & vasorum in templum deductio. Secundò sacerdotum, & Leuitarum in cultu Dei ordinatio: ibi. *Egressus autem.* Prima in duas, quia primo ponitur sententia totius cap. sub Epilogo. Deinde ipsius fit ordinata enarratio, ibi. *Postquam congregauit.*

*An ea, quę hic habentur, fuerint post præcedentia ordine continuato, vel mutato facta, & an facta fuerint immediatè post illa, vel aliquanto tempore interiecto.*
*Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, fuerint facta post præcedentia ordine continuato, vel sit mutatus ordo, & an ea, quæ habentur hic fuerint primum: Dicēdum, ꝙ hic est ordo continuatus, nam præcedenti cap. actum est de vasorum templi fabricatione. Hic autem agitur de eorum in templum introductione. Manifestum est autem, ꝙ prior est fabricatio quàm introductio. Ideo hic est ordo continuatus. Ad secundum dicendum, ꝙ ista fuerunt facta immediatè post præcedentia. Nam præcedenti cap. actum est de vasorum templi fabricatione. Post fabricationem autem nihil restat, nisi eorum introductio in templum, quia manifestum est, ꝙ Salomon non teneret multo tempore vasa fabricata extra templum, quia intentio sua erat, vt ministraretur domino in templo, quod ipse fecerat, quia ad hunc finem Deus illud fieri iusserat. Quam cito ergo posset Salomon facere, ꝙ ministraretur domino in templo illo faceret: sed consumatis vasis, & templo, poterat ministrari in ipso si introducerentur vasa in templum, & ponerentur in locis suis, ideo credendū est, ꝙ illico post fabricationem vasorum & templi, Salomon faceret introduci vasa in templum, & sic nulla mora intercideret inter hæc, & præcedentia. Circa primum dicitur. *Intulit igitur Salomon.* Ideſt introduxit in templum omnia, quæ vouerat Dauid pater suꝰ. Vouerat Dauid aurum, & argentum pro templo domini, & quia tempore eius nō erat factum templum, non potuit Dauid complere votum suum, sed Salomon compleuit illud. Quid autem sit istud, quod vouerit Dauid, infra declarabitur in quadam quæstione. *Argentum, & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Domini.* Tangitur hic, quid Dauid vouerit, vel quid Salomon pro eo compleuerit. Et dicitur, ꝙ argentum, & aurum, & etiam vasa, & hæc omnia posuit in thesauris domus Domini. Possunt vocari thesauri domus Domini loca, in quibus seruabantur diuitiæ templi. Nam extra templum in circuitu eius ad latus G Meridianum, Occidentale, & Aquilonare erant conjunctæ templo mansiunculæ, quæ vocantur exedræ, & in his thesauri tēpli reponebantur, & ibi manebāt Leuitę thesaurarij custodientes thesauros templi tam in auro, & argento rudi, quàm in vasis, & vestibus. Vel possunt vocari thesauri templi omnia loca, in quibus ponebantur aurum, & argentum, & aliæ res pretiosæ templi. Et quia in ipso templo fuerunt multa vasa aurea, & argentea, scilicet candelabra, mensæ, phialæ, & paterę, & alia vasa ante Sancta sanctorum, vocarētur illa pars templi thesaurus domini.

*Quomodo stat, quòd Salomon intulit omnia vasa in thesauros domus Domini, cùm arca, quę præcipuum vas Sanctorum omnium esset, nondum fuisset in templo deducta.*
*Quæst. II.*

QVAERITVR circa primum, quomodo ista litera potest stare, vel quid intendit: quia hic dicitur, ꝙ Salomon intulit omnia vasa in thesauros domus Domini. Et tamen infra in litera dicitur, ꝙ congregatus fuit totus populus ad portandum arcam in templum. Arca tamen erat præcipuum vas omnium sacrorum: ideo ipsa nondum deducta in templum nō diceretur, ꝙ intulisset Salomon omnia vasa in thesauros domus Domini. Aliquis poterit respondere, ꝙ I Salomon deduxit omnia vasa sanctuarij ad loca sua ne solennitate aliqua. Postea autem ad deducendū arcam, quia erat res sanctissima templi, congregatus est populus, & tunc videtur satis stare litera, scilicet, ꝙ omnia vasa, aurum, & argentum in templum Domini deducta sint per Salomonem sine solennitate populi ad qua, & postea fit mentio de congregatione populi ad portandum arcam. Nec est inconuenienter dictum, ꝙ vniuersa vasa sanctuarij deducta essent in templū, & arca non esset deducta, quia nomine vasorum non intelligitur propriè arca, eo ꝙ vasa dicuntur illa, in quibus ministrabatur, sed solùm erat in Sancta Sanctorū, ideo ipsa non vocaretur vas. Sed adhuc dicendum, ꝙ non stat: quia non solùm congregatus fuit populus K ad portandum arcam in templum, sed etiam ad portandum alia vasa. Nam infra in litera dicitur, ꝙ postquam congregatus fuit populus ad istam portationē Leuitę portauerunt arcam de domo Dauid vsque ad templum. Sacerdotes autem, & Leuitę portauerunt vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, ideſt vasa illa, quę esse debebant in tabernaculo, ideſt in prima parte tabernaculi, siue templi Salomonis. Et ista erāt candelabra mensæ phialæ, & alia vasa aurea, & argentea, quæ ponebantur super mensas nouem argenteas in templo. Non ergo fuerunt deducta ista vasa ad thesauros templi, antequam deduceretur arca: & sic non stabit: quòd aurum, & argentum, & vasa fuit deducta in thesauros templi antequam congregaretur populus



lus ad portandum arcam in templum. Dicendum ergo, ꝙ ista litera potest stare dupliciter. Vno modo, ꝙ vasa, quæ reponi debuerunt in thesauris templi, portata fuerint mox templo facto non conuocato populo ad hoc, nec facta aliqua solennitate. Deinde arca, & vasa, quæ reponi debuerunt in thesauris Domini portata sunt a sacerdotibus, & Leuitis cum magna solennitate conuocato populo ad hoc. Pro quo sciendum, ꝙ multa vasa aurea, & argentea fecit Salomon in fabricatione templi, quarum aliqua erant necessaria ad ministrationem quotidianam, & vt essent in templo. Alia autem non erant necessaria nisi rarò. Prima erant in templo, sicut candelabra decem, & totidem mensæ, & aliquæ phialæ, & alia vasa aurea, & argentea, quę erant posita super nouem mensas argenteas in templo. Alia autem erant recondita in exedris Leuitarū extra templum, vbi custodiebantur a Leuitis thesaurarijs templi, & tunc potest dici, ꝙ illa vasa, quæ non debuerunt poni in templo, sed recondi in thesauris, portata sunt sine solennitate, non vocato populo, & posita fuerunt in exedris Leuitarum: quæ vocantur thesauri templi. Alia vasa, quæ reponi debuerunt in templo non fuerunt deducta quousque congregatus est populus, & portata fuit tunc arca a Leuitis, & alia vasa a sacerdotibus, & Leuitis simul, & istud satis consonat literæ. Secundò potest dici, ꝙ non fuerunt portata aliqua vasa ad thesauros domus Domini antequā portaretur arca, & congregaretur populus, sed finita fabricatione vasorum vocatus est ad portationem arcæ, & tunc portata fuerunt omnia vasa argentea, & aurea a sacerdotibus, & Leuitis, & posita fuerunt in locis suis, & etiam cum his vasa ænea. Posita fuerunt autem vasa quædam tunc in templo, scilicet candelabra, mensæ, & alia vasa minuta. Aurea, & argentea recondita fuerunt in thesauris, s. in exedris Leuitarū. Vasa verò ænea, quæ pertinebant ad ministerium altaris holocaustorum, reposita fuerunt in atrio sacerdotum, vbi fiebant omnes ministrationes in eis. Et licet vterq; sensus possit stare, iste secundus tamen magis stat: sed ponitur istud hic per modum Epilogi, & postea latè enarratur infra, sicut sæpe in scriptura fieri consueuit.

*Quid est istud quod vouit Dauid inferre in domum domini, & illud Salomon pro eo.*
*Quæstio III.*

QVAERITVR vlterius, quid est istud, quod vouit Dauid inferre in domum Domini, & intulit illud Salomon pro eo. Circa hoc considerandā sunt duo. Primum est, quomodo Salomon voluit inferre, quod Dauid vouerat in templum: s. m est, quod Dauid vouit pro templo Domini. De primo dicendū, ꝙ Salomon obligabatur ad votum Dauid patris sui. Nam Dauid reliquit Salomonē hæredem regni sui, & rerum suarum, & fecerat votum, ideo tenebatur Salomon implere illud: alioquin priuaretur commodo hæreditatis nisi quantum ad illam partem, quæ proueniebat sibi iure naturæ. Nam iuxta leges humanas si testator hæredi iussit in testamento aliquid facere, & requisitus a iudice infra annum non compleuerit, qđ testator iussit, priuatur omni iure, & commodo hæreditatis nisi quantum ad partem illam, quæ debebatur ei iure naturæ: & illud ius successionis, quo iste priuatur, transit ad alios secundùm ordinem maioris attinentiæ ad testatorem, & trāsit cum onere suo, s. ꝙ iste, qui susceperit id, quo alius priuatur, tenebitur ad id, quod testator fieri iussit, & præstabit cautionem de faciendo illud, & si ille non fecerit, veniet ad alium, & sic per ordinem. Salomon autem erat filius Dauid, & hæres, & tenebatur implere voluntatem patris sui: alioquin priuatus esset regno, & magna parte aliorū bonorum paternorum. Nam regnum non peruenit Salomoni iure naturę, cùm potius prouenire deberet aliis fratribus: quia Salomon erat minimus fratrum, sed habuit regnum ex voluntate Dauid, quia sic erat voluntas Dei, præcedenti lib. 28. & 29. cap. Præter hæc autem, dato ꝙ non fuisset Salomon obligatus complere voluntatem Dauid patris sui, compleret illam attenta sanctitate, & auctoritate Dauid, cui in omnib' deferendum erat. Attenta ergo beniuolentia præcipua erga eum, quia cùm ipse minimus fratrum esset eum regem effecit. Attento etiam, ꝙ votum istud B erat ad Deū, ad cuius subministrationem promptos nos exhibere debemus. Etiam Salomon ipse a primordio ætatis bonę indolis fuit, & cuilibet bono deditus atque obediens: quousque eum fęminæ peruerterunt circa senium, vt colligitur 3. Regum 3. & 11. Faceret ergo hoc, quod Dauid vouerat. Sic etiam de alijs regibus bonis dicitur, ꝙ intulerunt ea, quæ patres eorum vouerūt in templum Domini: vt patet de Rege Asa. 3. Regum 15. & de quibusdam alijs in ipso libro, & 4. libro Regum. Circa secundum inducunt quidam, quòd Dauid vouerat aliqua specialiter dona pro templo Dei, & illa post mortem eius intulit Salomon. Dicendum tamen est, quòd ista, quæ Dauid, & Salomon intulit, non fuerunt nisi vasa, quæ fabricata C fuerunt pro templo Domini, & aliquod aurum, & argentum si quod superfuit fabricatis vasis. Et hoc patet, quia dicitur hic, quòd Salomō intulit omnia, quæ vouerat Dauid pater suus: argentum, & aurum vniuersa vasa in thesauris Domini. Etiam patet hoc, 3. Regum 7. vbi ponitur hoc, & dicitur: intulit, quæ sanctificauerat Dauid pater suus: argentum, & aurum, & vasa reposuit in thesauris domus Domini. Non ergo erant alia ista vasa nisi illa, quæ facta fuerant, quando fabricatum est templum, in quibus ministraretur in templo. Sed dicetur, quomodo stat, quòd Dauid vouerit argentum, & aurum, & vniuersa vasa, quæ in templo posita sunt. Dicendum, quòd hoc fuit: quia Dauid dedit Salomoni aurum, & argentum pro omnibus D vasis sanctuarij. Modus autem fuit, quia Dauid quasi a principio regni sui desiderauit ædificare domino templum, in quo coleretur, & ad hoc congregauit aurum multum, & argentum. Nam totum argentum, & aurum, & æs, quod acquisiuit in bellis habitis cum diuersis gentibus, consecrauit pro vasis, & expensis tēpli domini, vt patet 3. Regum 8. & præcedenti lib. 18. capit. s. Sed, & omnia vasa ænea, & aurea, & argentea consecrauit rex Dauid Domino cum argento, & auro, quod tolerat ex vniuersis Gentibus tam de Idumea, & Moab, & filijs Ammon q̄ de Philisthijm, & Amalec. Dauid autem circa mortem suam accepit à Domino celitus descriptionem omnium, quę fieri debebant etiam in templo, & etiam vasorum, scilicet E numerum eorum, & figuram, & pondus: vt patet præcedenti lib. 28. cap. scilicet. Omnia, inquit, venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Et tunc Dauid sciens numerum vasorum aureorum, & argenteorum, quæ fieri debebant pro templo domini, segregauit pro quolibet argentum, & aurum in mensura sibi debita: sic patet præcedenti lib. 28. cap. vbi dicitur, quòd Salomoni dedit Dauid argentum pro vasis argenteis, & aurum pro vasis aureis secundùm mensuram, & pondus eorum. Et ponitur ibi de candelabris, & mensis, & alijs vasis, & sic pro omnibus dedit: ideo vniuersa vasa auri, & argenti, & æris, quę facta sunt pro templo, facta fuerunt de expensis Dauid. Nunc autem cùm Salomon illa intu-

intulit in domum domini, dicitur intulisse, quę vouerat Dauid pater eius. Causa est, quia licèt Dauid dedisset realiter Salomoni aurum, & argentum pro omnibus vasis templi, precedenti lib.29.cap. Tamen ista vasa donabat Dauid Deo pro templo suo, eo. lib. 29. cap. scilicet: Quæ tua sunt, & quæ de manu tua accepimus tibi dedimus. Et quia tempore Dauid non fuit templum, cui Dauid posset illa vasa donare, nec erant vasa adhuc facta, quæ donarentur. Sed postea per Salomonem tam templum quàm vasa facta sunt: dicitur potius illa donatio Dauid votum, vel promissio q̃ realis donatio, & translatio rei donatæ: tunc autem verè completum est votum Dauid quando Salomon intulit omnia vasa in thesauros domus domini: vt ibi manerent in æternum dicata cultui diuino. Dicitur tamen hic, quòd intulit Salomon aurum, & argentum, & vasa, quæ vouerat Dauid: In quo innuitur, q̃ non solùm vasa vouit Dauid, sed etiam præter vasa aurum, & argentum dedit in massa. Hoc autem stat dupliciter. Primò, quia Dauid consecrauerat totum aurum, & argentum, quod acquisierat in bellis de diuersis gentibus pro templo domini, vt inde vasa fierent. 3. Regum 8. & precedenti lib. 18. cap. Fortè autem factis vniuersis vasis aureis, & argenteis pro templo domini. Superfuit aliquid de auro, & argento, quod non est expensum in vasa. Et quia Dauid consecrauerat totum illud aurum, & argentum domino, reliquum positum est in thesauris Domini, vt ibi proficeret ad expensas templi faciendo de illo vasa alia ad ministrandũ cũ opus esset, vel emendo aliqua pro tẽplo necessaria. Alio modo poterat argentum, & aurũ dari super vasa, s. quia aurum, & argentum, quod Dauid acquisiuit de bellis expensum est faciendo de illo vasa pro templo domini, & tamen insuper Dauid dedit aurum, & argentum de eo, quod ipse habebat de peculio suo, & illud reponeretur in thesauris domini in massa. Et patet hoc, quia precedenti lib. 28. cap. fit mentio qualiter Dauid dedit aurum, & argentum pro omnibus vasis, & postea 29. cap. dicitur: Ego autem totis viribus meis præparaui impẽsas domus Dei mei, aurum ad vasa aurea; argentum ad vasa argentea, & super hæc obtuli in domum Dei mei de peculio meo aurum, & argentum exceptis his, quæ præparaui in ædem sanctam tria millia talẽta auri de auro de Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi. Aurum ergo, & argentum, quod acquisitum fuerat de bellis Dauid, fuit sufficiens pro omnibus vasis. Et tria millia talenta auri, & septem millia argenti fuerũt ad laminas argenteas, & aureas pro templi parietibus, & q̃ superfuit tam de auro, & argento isto quàm de auro, & argento acquisito de bellis repositum est in thesauris domini. Aliqui autem volunt, q̃ ista vasa aurea, & argentea, quæ vouerat Dauid fuerint præter illa, quæ fabricauit Salomon pro templo domini. Sed non est conuenienter dictum, quia omnia vasa aurea, & argentea, & ænea, quæ Salomõ fecit in templo domini fuerunt à Dauid data, quia ipse dedit aurum, & argentum, & æs pro istis, vt patet precedenti lib. 22. & 28. & 29. cap. Ideo dato, q̃ adhuc alia vasa præter ista dedisset, tamen ista adhuc diceretur vouisse. Et sic cùm Salomon intulit in templum vasa ista aurum, & argentum, dicitur intulisse, quæ Dauid vouit, cùm ipse omnia hæc dederit.

Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel, in Ierusalem: vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quæ est in Sion. Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi.

*Post quæ congregauit.* Hic ponitur secundum, s. historiæ epilogatæ enarratio, quia supra sub epilogo posita fuerant, quæ infra continentur explicitè, & dicitur. *Post quæ congregauit.* Scilicet, factis præcedentibus congregauit Salomon maiores natu Israel, & alios, de quibus dicitur infra in litera ad portationem arcæ. Ista litera potest dupliciter intelligi, secundùm q̃ præcedens litera dupliciter intelligebatur, vt declaratum est supra penultima quæstione. Vno modo intelligi poterat, quòd Salomon non conuocato populo, nec cum aliqua solennitate portauit in thesauros domus domini, s. ad exedras Leuitarum thesaurariorum omnia illa vasa, quæ non erant ponenda in templo. Postea autem congregauit populum, & portauit arcam in templum, & cum ea omnia vasa sanctuarij, quæ ponenda erant in templo. Et intelligendo hoc modo, ista litera refertur ad immediatam, s. postquam congregauit Salomon maiores natu, scilicet, Postquam intulit Salomon in thesauros domus domini omnia, quæ pater suus vouerat, congregauit maiores natu ad introducendum arcam in templum. Secundo modo potest intelligi, quòd non fuerint aliqua vasa prius deducta in thesauros domus domini quàm arca, sed omnia simul portata fuerint, quòd tamen ponatur litera superior per modum epilogi in breui dicendo id totum, quod infra continetur extensè, & tamen refertur hoc ad finem præcedentis ca. scilicet, Postquam congregauit Salomon, &c. ideſt postquã completa est fabricatio omnium vasorum templi, de quibus dicitur in fine præcedentis capi. congregauit Salomõ maiores natu Israel ad portandum arcam, & omnia vasa in templum.

*Cùm duobus modis possit litera exponi, quis est congruentior.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR circa hoc, cùm istis duobus modis possit litera exponi, quis sit tenendus. Dicendum, quòd tenendus est secundus, scilicet, quòd Salomon non portauerit in templum aliqua vasa ad pomendum in thesauris eius antequam portaretur arca, sed omnia simul portata sunt. Et patet hoc. Primo, quia litera intendit hic dicere, quòd Salomon intulit in templum domini omnia, quæ vouerat Dauid pater eius, & tamen Dauid vouerat omnia vasa quæcunq; in templo facta sunt, etiam argẽtum, & aurum, quod superfuit, & postea reseruatum est in thesauris domini. Et tamen manifestum est, quòd cùm portata est arca, portata fuerunt multa vasa aurea, & argentea cũ illa: vt patet infra in litera, ergo non fuit aliqua portatio vasorum per se facta antequam deduceretur arca in templum, sed omnia simul deducta sunt, & hoc signatur supra, cùm dicitur: Intulit, quæ vouerat Dauid pater eius, ergo illa portatio non distinguitur ab illa, quæ infra habetur. Sed ponitur supra per modum epilogi, & infra ponitur magis explicitè. Secundò patet, quia in ista portatione vasorum, quæ facta est cum arca, videtur quòd portata fuerint omnia vasa in sanctuarium, quia infra dicitur, quòd Leuitæ portauerũt arcam in sanctuarium, & sequitur: Porro vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Et sic dicitur absolutè de vasis sanctuarij, quòd portauerunt ea sacerdotes cum Leuitis, ideo intelligendum est, de omnibus vasis sanctuarij, & sic non distinguetur ista portatio vasorũ à præcedente. Tertiò confirmatur hoc ex litera, quę habetur. 3. Reg. 7. ubi dicitur. Et intulit, quæ sanctificauerat Dauid pater eius argentum, aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini, & dicitur absolutè quòd intulit quæ sanctificauerat. Constat tamen, quod Dauid consecrauit omnia vasa, & aurum, & argentum templi, ideo in illa illatione non sunt illata vasa, quæ posita sunt in thesauris, sed etiam omnia vasa quęcunque fuerunt facta per Salomonem, & sic erit vnica portatio vasorum omnium, & arcæ. Item patet hoc magis, quia 3. Reg. 8. dicitur, quòd sacerdotes, & Leuitæ ferebant omnia vasa sanctuarij. Sed constat quòd omnia vasa quæcunque Salomon fecit nunc erant vasa sanctuarij, ideo omnia portata fuerunt cum arca, & non erant duæ portationes. Ponitur tamen istud primùm per modum epilogi, & postea idem latius enarratur. & sæpe hoc fit in sacra scriptura. *Congregauit maiores natu ex Israel.* Vocãtur maiores natu seniores quia maiori tempore vixerunt, siue maius tempus transiit à natiuitate eorum quàm aliorum. Quidam dicunt maiores natu generosiores: quia de maioribus parentibus vel maiori genere nati sunt. Sed non est verum, quia in Hebræo ponuntur seniores, vbi nos maiores natu dicimus. Vocati fuerunt autẽ seniores, quia illi solẽt esse maioris auctoritatis, & honorabiliores. Et non est sensus q̃ omnes senes de toto israel vocati fuerint ad istam portationem arcæ: sed illi, qui erant maioris auctoritatis inter cæteros propter prudentiam, & alias probitates. *Et cunctos principes tribuum.* Principes tribuum erant duodecim viri, sicut erant duodecim tribus: quia in qualibet tribu erat vnus princeps. *Et capita familiarum.* Ideſt principes familiarum. Isti erant distincti a principibus tribuum. Nam in qualibet familia erat vnus princeps sicut in qualibet tribu erat vnus princeps, de quibus infra declarabitur in qua dam questione. Isti vocantur duces familiarum. 3. Re. 8. sed idem est. *De filijs Iscael.* Refertur ad tribus & familias. scilicet cõgregauit Salomon omnes principes tribuum de filijs Israel, & omnes principes familiarum de filiis Israel. *In Ierusalem.* Scilicet de omnibus locis israel conuenerunt in Ierusalem: quia ibi erat arca, & templum, in quo ponenda erat, *Vt adducerent arcã fœderis domini.* Ideſt, vt interessent solennitati deductionis. Nam laici non debebant portare arcam, nec tangere eam, quia morerentur: sed soli Leuitæ portabant eam: vt patet in litera. Laici autem intererant solennitati illi offerentes sacrificia, & canentes voce, & organis musicis, vt patet in litera. *De ciuitate Dauid quæ est Sion.* Ideſt de castro montis Syon de domo Dauid. Ad euidentiam huius cõsiderandum est, quòd templum Salomonis factum est intra Ierusalem, & factum est in castro montis Sion: & ibi erat nunc arca, & sic tota portatio arcæ nunc fuit intra castrum montis Sion. Erat nanquam in Ierusalem castrum quoddam in monte, quod vocabatur Sion. Et quando Dauid pugnauit contra Iebuseos habitantes in castro isto, & obtinuit castrum, quod nullus de israelitis prius potuerat obtinere, ad gloriam victoriæ illius vocauit castrum illud ciuitatem Dauid. 2. Reg. 5. Et precedẽti li. xi. c. In illo autem castro Dauid habitauit, & tenebat arcam in domo sua ibi, quando transtulit eam de domo Obededom Gethei. 2. Reg. 6. & precedenti lib. 15. & 16. mansitque ibi quousque fabricato templo per Salomonẽ translata est in illud arca: vt patet infra in litera. Templum autem Salomonis factum est in ipso castro montis Sion in parte suprema eius, quæ vocatur alio nomine mons Moria, & erat ibi area Ornã Iebusei. supra c. 3. Ideo cùm portata fuit nunc arca paruo spacio portata est, quia parum distabat domus Dauid in qua erat arca a templo in quod translata est. *Venerunt ergo ad regem omnes viri Israel.* Scilicet multi de Israelitis de omnibus partibus israel: nam non est verisimile, quòd omnes Israelitę venirent, nec etiam Salomon vocaret omnes. Sed de hoc infra dicetur in quandam quęstione. *In die solenni mensis septimi.* Ideſt venerunt tempore solennitatis magnę quę est mense septimo. Et vocatur mensis iste Bathani. 3. Regum 8. de quo magis infra dicetur.

*Quare ad arcam portandam vocati fuerunt maiores natu.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR quare vocati fuerunt nunc maiores natu ad portationem arcę. Respondendũ quòd in omnibus cõgregationibus, quę fiebant Israelitarum maiores natu erant qui potissimè vocabantur: vt patet Iosue. 23. & 24. in exhortationibus, quas fecit Iosue ad populum, & vt communiter in alijs congregationibus Israelitarum, quas deus iubebat fieri, vel quas ipsi Israelitę faciebant: vocabantur precipuè ipsi maiores natu. Et cã huius est, quia maiores natu habebant aliquid, propter quod potius deberent cõuenire in oĩbus cõgregationibus quàm cęteris, s. q̃ erãt cęteris honorabiliores & erant prudentiores. Cõgregationes tũ Israelitarum aut fiebãt ad solẽnizandũ aliquid vel faciendum magnum honorem, sicut si fierent solennia festa: aut ad opera deliberatiua, quibus opus erat consilio solùm, vel consilio, & viribus. Sed ad solennizandum aliquod festum seniores debebant maxime conuocari, eo quòd ipsi magis solennizabant festa quàm alij, cùm essent personę honorabiliores. Nam senibus quidam honor debetur propter ętatem etiam si nihil aliud interueniret, dum tamen ipsi non demereantur propter aliqua vitia. Sic patet Leui. 19. scilicet: Corã capite cano surge, & honora personam senis: & Aristo. 9. distinguens honores, qui debentur dicit, quòd alius honor debetur patri, alius seni, alius duci belli, & sic de alijs. Si autem senes propter vitia demereantur honorem sibi exhiberi, perdunt honorem, qui aliàs est sibi debitus propter ętatem. Et de his intelligitur Isai. 65. scilicet, Maledictus puer centum annorum: & Sapi. 4. dicitur: Senectus veneranda non diuturna, nec annorum numero cõputata. Cani sunt sensus hominum, & ętas senectutis vita immaculata. Si autem congregatio fiat ad aliquod deliberatiuum, in quo solo consilio opus sit, soli senes requirũtur, quia opera consilij ad prudentiam pertinent. Prudentia autem in senibus est. Difficile enim est iuuenes prudentes esse. Nam teste Aristo. Ethi. 6. facile est iuuenes esse mathematicos, prudentes aũt, & sapiẽtes eos esse non contingit, cùm prudentia experientijs quęratur. Experientia aũt tempore indiget. Etiam Aristo. Ethi. primo dicit iuuenes non esse conuenientes auditores moralis philosophię: quia sequutores sunt paucum, & quia propter tempus paucum sunt inexperti. Soli ergo senes, vel precipue ad talia necessarii sunt. Si autem sit opus quod simul viribus, & cõsilio egeat, sicut opera bellica, senes necessarii valde sunt, quia bella potius consilio quàm viribus aguntur: nec est aliquid qđ potius defectu consilii corruat, q̃ multitudo bellica consilio egens. Nullum autem opus est in quo consilio opus non sit: istud autem seniorum est, ideo nulla est congregatio, in qua senioribus opus non sit. Nunc autem seniores conuocari debuerunt, quia ista congregatio fiebat ad solennizandum portationem arcę. vt patet in litera. Nulli tamen erãt, qui magis posſent solennizare illam, & honorare quàm senes, cum ipsi cęteris honorabiliores sint, vt. supra dictum est.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Qui erant isti principes tribuum ad arcam portandam vocati. Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, qui erant isti principes tribuum de quibus hic dicitur, quòd conuocati fuerunt ad portationem arcę. Dicendum ꝙ principes tribuum erant duodecim viri in Israel, qui erant maiores in duodecim tribubus. Nam erant duodecim tribus siue duodecim progenies in toto Israel, qui descendebant à duodecim filiis Iacob, qui vocatus est Israel, & in illis duodecim tribubus continebatur tota progenies Israelitarum. In qualibet aũt istarum tribuum erat semper vnus princeps. Et isti principes non accipiebantur per electionem, nec sorte: sed per natiuitatem, scilicet quòd ille, qui descẽdebat à capite tribꝰ p lineam primogenitorũ erat princeps tribus totius, & sic fiebat semper. Nam si ille, qui erat princeps alicius tribus, vt Iudas, vel Zabulon haberent multos filios, primogenitus eorum erat princeps tribus. Deinde si quilibet illorum filiorum multos alios filios gigneret, nemo esset princeps tribus, nisi filius primogeniti, qui fuerat princeps, & si iste multos filios gigneret, nemo illorum erat princeps, nisi primogenitus: & sic deriuabatur tota progenies, s. ꝙ non esset princeps tribus nisi primogenitus: & descendens per lineam primogenitorum: & de istis vnicus erat in tota vna tribu. Nam sicut erat impossibile eundem hominem multos filios primogenitos habere: ita erat impossibile in eadem tribu multos esse primogenitos descendentes semper per lineam primogenitorum: ideo vnicus erat semper princeps in qualibet tribu. Isti autem duodecim principes tribuum erãt viri valde honorati in populo, quia quilibet præerat duodecimæ parti populi, & isti erant generosiores cæteris: ideo in congregationibus isti erant de præcipuis. Et ob hoc quando describitur status populi tempore Dauid, & omnes principes eiꝰ ponuntur duodecim tribuum præcedenti li. 27. cap. Et forte illi duodecim principes, qui ponuntur ibi, erant qui conuenerunt nunc ad istam portationem arcæ, quia fortè omnes illi viuebant tunc. Nam oẽs illi erant principes viuente Dauid, præcedenti lib. 27. cap. Apud antiquos autem in Israel tempore, quo nõ eãrt reges, maximus honor dabatur istis principibus tribuum. Nam in progressu Israelitarum per desertum diuidebatur populus in duodecim partes, & cuilibet illarũ præerat vnus de istis principibꝰ tribuũ. Etiã distinctus erat populus per quatuor vexilla ad procedendum, & castrametandum: & illis quatuor vexillis præerant quatuor de principibus tribuum. Etiam in regimine populi istud erat. Nam licèt Deus commisisset regimẽ populi Moysi, & postea dedisset ei septuaginta seniores in coadiutores, Nu. 11. tamen præcipui, qui veniebant ad disponendum de rebus populi erant principes tribuum. Ideo Moyses interdum faciebat consilium cũ solis principibus tribuum, interdum autem conuocabat totum populum: & Deꝰ dederat ei certum modum clangendi tubis argenteis, quando conuocandi essent soli principes tribuum, & alium modum, quando conuocandi erant omnes de populo. Nume. vndecimo. In honoribus autem, qui erant præter regimen populi, isti prę ferebantur omnibus. Vnde in dedicatione tabernaculi facta in deserto, cùm esset magnum festum, & iucunditas inter Hebræos, & offerrẽt munera singuli pro sanctuario, ponit scriptura solas oblationes principum tribuum, non curans de alijs, scilicet quomodo princeps tribus Iuda obtulit prima die, & quid obtulerit. Et sic de omnibus principibus tribuum vsque ad vltimum, Nu. 7. Nunc autem tempore regum, & iudicũ, qui fuerãt ante reges, ipsi reges, & iudices fuerant maiores quàm principes tribuum, eo quòd vnꝰ rex, vel vnus iudex præerat omnibus duodecim tribubus Israel, & principibus ipsarũ tribuum: & tamen adhuc erant de præcipuis in toto populo: ideo ipsi debuerunt vocari ad hanc portationem arcæ præcipuè.

*Qui erant principes siue duces familiarum. Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius de principibus siue ducibus familiarum, qui erant: nam etiam isti vocati fuerunt ad hanc portationem arcæ. Respondendum est, quòd principes familiarum erant quidã principes minores principibus tribuum, & sub illis existentes, cùm sint minores familiæ quàm tribus. Et sicut in qualibet tribu erat vnicus princeps, ita in qualiber familia vnicus princeps. Ad huius euidentiã considerandum est, quòd tribus, familię, & domus sunt nomina congregationum, et tamen differunt inter se, quia quidam sunt maiores, & quidam minores, & quidam alias inter se, & quidam ab alijs contenentur. Et adhuc intelligendum, quòd tota congregatio Israelitarũ prima diuisione sua diuiditur in duodecim partes, quæ vocantur duodecim tribus, eo ꝙ descendit tota illa congregatio a duodedim filiis Iacob. Deinde quælibet istarum tribuum diuiditur inter alias minores congregationes, & quælibet illarũ vocatur familia: & in qualibet familia erat vnus princeps. Deinde quęlibet familia rursus diuiditur in alias minores congregationes, quæ vocantur domus, & in qualibet domo erat vnus princeps. Postea quelibet domus diuiditur in partes minores, siue œconomarum: & ibi stat resolutio. Istum modum diuisionis progenierum posuit Deus: & habetur Iosue 7. quando factum est furtũ de anathemate Iericho: & Deus voluit quòd sorte consultoria inuenirerur quis furtũ fecerat. Et ad hoc fecit, quòd primò poneretur sors inter duodecim tribus diuiso toto Israel p duodecim tribus, & tunc caperetur vna tribus sorte, qua inuenta, erant absolutę reliquę tribus: & illa diuidebatur per familias suas, inter quas posita sorte capiebatur vna, & reliquæ absoluebantur. Quo facto illa familia diuidebaẽ in domos: & capiebaẽ vna domus sorte, & illa rursus diuidebaẽ per capita, siue per singulos viros, & cõprehẽdebatur sorte, qui reus erat, & sic fuit: quia posita sorte inter tribus inuenta est tribus Iudę præuaricata: & illa diuisa per familias inuẽta est familia Zaram: & rursus illa diuisa in domos inuenta est domus Rabdi in crimine: qua diuisa sorte in viros repertus est Achor in furto. De tribubus autem, & familiis, quas erant magnæ cognationes fit magna mentio in scriptura: de domibus autem parum curatur. Considerandum autem, quòd familię erãt determinatę in Israel. Nam quęlibet tribus habebat certas cognationes siue familias: tribus enim Iuda habebat familias quinque, scilicet, Pharesitarum, Zareitarum, Selaitarum, Amulitarum, Esromitarum, & sic de omnibus duodecim tribus ponitur Num. 26. in qualibet tribu quot essent familiæ, & qualiter nominarentur, s. à quibus principibus: & ibi potest videri numerus omnium. Nã sunt familiæ omnes Israelitarũ quinquaginta, & quinque, s. in tribu Ruben quatuor, in tribu Simeon quinque, in tribu Gad septem, in tribu Iuda quinque, in tribu Issachar quatuor, ĩ tribu Zabulon tres, in tribu Manasse octo: in tribu Ephraim quatuor, in tribu Beniamin quinque, in tribu Dan vnica, in tribu Aser quinque, in tribu Nephtali quatuor. In qualibet autem istarũ familiarũ erat vnus princeps, & erat iste princeps per natiuitatem, sicut princeps tribus, vt declaratum est



est præcedenti quæstione, scilicet quòd illi, qui descendebant à capitibus familiarum per lineam primogenitorum, & ipsi erant primogeniti, erant principes familiarum sub principibus tribuum. Nam sicut familiæ erant sub tribubus: ita & principes familiarũ sub principibus tribuum, & quot familiæ erant in qualibet tribu tot principes familiarum habebat sub se princeps illius tribus. Isti etiam conuocati debuerunt ad istam portationem arcæ: quia erant viri valde honorabiles. Etiam vocabantur ad alias cõgregationes: nam quilibet istorũ præerat magnæ parti populi, ideo necesse erat, quòd multos honore prę cederet, & sic fit sæpe mentio in istis congregationibꝰ populi de principibus familiarum cum principibus tribuum.

*Ad quid conuocari fecit Salomon omnes Israelitas ad arcam portandam: cùm ibi nihil efficere debeant. Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid Salomon conuocari fecit omnes Israelitas pro ista congregatione, & portatione arcæ: quia ibi nihil in hoc efficere debebant. Aliquis forte dicet, quòd conuocari fuerunt ad hoc, quòd viri honoratissimi in populo portarent arcam, vel sequerentur eam coniuncti, sicut factum est, quando reducta fuit arca de terra Philisthiim, soli secuti sunt arcam, quæ plaustro imposita erat. primo Regũ 6. & tamen satrapæ erant principes Philisthinorum, quia tota terra Philisthinorum diuisa erat in quinque partes per quinque ciuitates metropoles terræ illius, & cuilibet præerat vnus vir, & illi vocabantur quinque reges Philisthinorum, vel quinque satrapæ: vt patet Iosue 13. & primo Reg. 6. Sicut ergo illi honorando arcam soli exierunt de terra Philisthinorum cum illa imposita super plaustrum, eo. cap. Ita nunc fortè honoratissimi in toto populo portare deberent arcam, & ad hoc conuocati sunt. Dicendum, quòd non stat, quia Israelitæ non debebant portare arcam, sed soli Sacerdotes, & Leuitæ. Nam Deus vetuerat quenquam accedere ad vasa sacra, & ad ministrationes sacras præter Sacerdotes, & Leuitas: & siquis accederet, moreretur: Num. 3. & 16. & 18. & sic nõ debebat popularibus accedere ad portãdum arcam, vel tangendum eam, quomodocunque. Cùm aũt obijciatur de satrapis Philisthinorum: non tenet argumentum, quia isti satrapæ non portabant arcam, nec tangebant eam: sed portabatur in plaustro nouo à bobus, primo Regum 6. Sed obiicietur magis, quia ipsi satrapæ, vel Philisthini alij posuerũt arcam super plaustrum, & ipsi portabant eam per terram suam de vrbe in vrbem: & introducebant in templa Deorum, cùm non essent ibi aliqui Sacerdotes nec Leuitæ: ita ergo licebat Israelitis laicis portare eam de loco in locum. Dicendum, quòd non stat simile, quia lex ista de portatione arcæ, quòd portaretur à Leuitis, & non tangeretur à laicis, fuit data Israelitis, & eos solos obligat: ideo licèt alij non seruarent istam cæremoniam: non peccabant, nec pœna digni erant. Et sic Philisthinis, quibus lex ista non erat data non obligabantur, & quicunque illorum arcam tangerent, & portarent, nõ peccabant: etiam si aperirent eam, quod nulli hominum inter Iudæos licebat, nec etiam summo sacerdoti. Item erat hoc, quia dato quod ista lex facta esset ad obligandum omnes gentes: tamen Philisthini nõ scibant legem istam, quia nunquam eis fuerat publicata, & sic non obligabantur. Item dato, quòd obligatio aliqua esset: necessitas tollebat obligationem. Nam inter Philisthinos nulli sacerdotes Iudæorum: nec Leuitæ erant, & tamen arca mouenda erat de loco ad locum: vt reduceretur de terra sua in terram Israel: ideo licebat quibuscunque tangere eam, & portare. Inter Israelitas autem non erat sic, quia lex data fuerat eis, & obligabat eos: etiam ipsi non ignorabant legem: etiã erãt Sacerdotes, & Leuitæ inter ipsos, qui possent portare arcam non tangentibus eam laicis. Dicendum ergo quòd Salomon non cõuocauit Israelitas ad hoc, quòd proceres eorum portarent arcam in templum, sed ad honorandum solennitatem portationis. Nam Leuitæ, & Sacerdotes portaturi erãt eam: laici autem interesse debebant laudantes dominum, & offerentes sacrificia: sic patet in litera. Nam dicitur quòd rex, & totus populus, qui congregatus fuerat, immolabant oues, & boues absquè vllo numero. Sic etiam factum est in aliis portationibus arcæ, quas fecit Dauid. Nam primò portauit eam de Chariathiarim in domũ Obededom, & tunc conuocatus fuit totus populus, & oẽs psallebãt coram domino cum ipso Dauid in organis, & omnibus vasis musicorum. 3. Reg. 6. & præcedenti lib. cap. 13. Secũda portatio fuit de domo Obededom in domum Dauid, & tunc etiam congregauit Dauid totum populum, & totus populus erat cum Dauid canens, & saltans coram arca, & immolabant animalia. Nam cùm transissent sex passus, qui portabant arcam, immolabatur aries, & vitulus. 2. Reg. 6. & præced. lib. cap. 15. Ita ergo nunc ad faciendam istam solennitatẽ debuit populus à Salomone congregari.

*An ad arcam portandam conuenerunt omnes Israelitę, vel aliqui eorum. Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, an in ista portatione conuenerunt omnes Israelitę, vel solũ aliqui eorum. Aliquis dicet, quòd non conuenerunt omnes: quia nõ videbatur aliqua necessitas quare omnes Israelitæ ascenderent, sed satis erat, quòd ascenderẽt aliqui eorum, potissimè, qui erant inter eos honoratissimi. Sed obijcietur, quia hic dicitur, quòd Salomon, & vniuersus cętus Israel, quòd omnes, qui fuerant congregati &c. In quo innuitur, quòd omnes de Israel fuerant congregati ad hanc solennitatẽ. Etiam patet hoc. 3. Reg. 8. cũ dicitur: Conuenitque ad regẽ Salomonem vniuersus Israel. Dicet aliquis, quòd licèt dicatur de omnibus, quòd non conuenerunt oẽs: quia sæpe ponitur in scriptura omnis pro multis: vt patet Gen. 11. scilicet omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas: & tamen manifestum est, quòd nõ veniebant in Aegyptum omnes prouinciæ, quia non poterant de omnibus partibus orbis venire gentes ad emendum cibaria in Aegyptum. Sed accipitur omnes prouincię, i. multę: ita poterit esse hic. Itẽ non videtur esse veresimile, quòd omnes Israelitæ veniissent ad istam portationem arcę: quia tunc manebant loca Israel siue custode, & possent hostes, qui in circuitu erant inuadere loca, & omnes possessiones Israelitarum, & pecora, & quecunque animalia, quod non est conuenienter dictum. Dicendum quòd oẽs Israelitæ conuenerunt ad hanc portationem arcæ, scilicet omnes masculi, qui erant ætatis perfectę, in quibus lex habebat locum ad obligandum eos: & patet hoc, quia litera dicit, quòd conuenerunt omnes Israelitę. Item patet hoc magis, quia quando conuenerũt nunc Israelitę ad arcam portandam, erat festum mensis septimi, scilicet festum Tabernaculorum, siue Scenophegiæ: & in illo festo obligabantur omnes Israelitæ masculi conuenire in locum sanctuarii. Exo. 23. & 34. & Deut. 16. Et dato quòd non esset aliqua solennitas portationis arcæ solùm propter istam festiuitatem conuenirent. A fortiori ergo cpm portatio arcæ, & festum Scenophegiæ eodem tempore concurrerent,

Determinatio.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et hoc patet in littera, quia dicitur quòd erat festum
siue solennitas mensis septimi, quando populus con-
uenit nunc ad regem. Etiam patet 3. Reg. 8. cap. Cū
autem obijcitur, quòd licèt dicitur omnes conueniſſe
quòd intelligatur de multis, & non de omuibus. Di-
cendum quòd non ſtat, quia ſi ſolùm fuiſſet nunc ſo
lemnitas portationis arcæ, & non festum Scenophe-
giç, fortè non conueniſſent omnes, ſed multi: & ta-
men propter Scenophegiam obligabantur omnes
maſculi Iſraelitarum conuenire, cùm lex dixiſſet q̃
tribus temporibus anni aſcendere deberet omne ma-
ſculinum Iſrael in ſanctuarium Domini. Exo. 23. Et
erat vna de feſtiuitatibus iſtis dies Scenophegiæ. Cū
autem obijcitur, quòd non erat veriſimile omnes Iſ
raelitas ſimul aſcendere, eo quòd relinquerentur lo-
ca deſerta: & occuparentur ab hoſtibus. Dicendum
quòd non ſtat, quia licèt loca deſererentur ab eis, ſecu
ri erant quòd non inuaderentur ab hoſtibus, quia De⁹
præſtiterat ſecuritatem de hoc, ſcilicet quòd nulli ho
ſtium in mentem veniret occupare loca licèt ab Iſrae-
litis deſererentur, vel timerent inuadere ea. Exo. 34.
ſcilicet cùm tulero gẽtes à facie tua, & dilataquero ter
minos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente
te, & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in
anno. Et ſic nunc cùm aſcenderent ad feſtiuitatem
Scenophegiæ, & ad portationem arcæ, non timerent
quòd hoſtes inuaderent terra eorum, & aſcenderent
confidenter omnes Iſraelitæ.

*Ad quid Salomon conuocauit omnes populos ad arcam portandam, cùm venturi erant ad feſtiuitatem.*
*Queſt. X.*

QVEARITVR vlterius, ad quid Salomon con
uocauit nunc populares, vt venirent ad portatio
nem arcæ: quia ipſi venturi erant ad feſtiuitatem iſtã,
ad quam nunc conuenerunt, etiam ſi Salomon non
conuocaret eos. Dicendum, quòd Salomon conuo
cauit eos propter multa. Primò quia dato, quòd vẽ-
turi eſſent ad iſtam feſtiuitatem: tamen non venturi
erant in Ieruſalem ad locum, vbi arca portanda erat
de domo Dauid ad templum Salomonis. Pro quo
ſciendum quòd quolibet anno Iſraelitę debebant
ter venire ad templum Domini in tribus feſtiuitati-
bus, ſcilicet in ſolemnitate tabernaculorum, & Pha-
ſe, & Pentecoſtes. Exod. 23. & 24. & Deuterono.
26. Et anteqam templum Salomonis fabricaretur,
fiebant omnes cęremonię legis in tabernaculo quod
fecerat Moyſes, vt probatum eſt præcedenti lib. 16. in
quadam quæſtione. Et dato quòd arca eſſet in Ieruſa
lem in domo Dauid in quodam tabernaculo, non fie
bant ibi cęremoniæ legales, quę de neceſſitate fieri de
bebant, ſed In ſanctuario, vt ibidem probatum eſt.
Et quia hoc tempore erat tabernaculum illud in Ga-
baon debebant ibi celebrari feſtiuitates iſtę. Nam ta
bernaculum fuit in Gabaon ſemper quandiu Dauid
regnauit, quia Saul tranſtulerat illlud illuc, quãdo de
ſtruxit vrbem Nobe, & occidit ſacerdotes, vt patet
10. Reg. 22. & ibi declaratum eſt, & præcedenti lib. 6.
Et erat ibi in principio regni Salomonis. Nam Salo-
mon iuit in Gabaon ad offerẽdum ſacrificia in altari
Domino: & erat ibi tunc altare, quod fecit Moyſes,
& tabernaculum eius: vt patet 3. Reg. 3. & ſupra pri-
mo. Etiam in principio regni Dauid ſuper totum Iſ-
rael, quando Dauid tranſtulit arcam de domo Obe-
dedom in domum ſuam, erat tabernaculum Domini
in Gabaon. Vnde Dauid diuiſit ſacerdotes, & Leui-
tas, & iuſſit, quòd quidam eorum manerent in Ieru
ſalem miniſtrantes coram arca, & alij omnes irent
ad tabernaculum Domini in Gabaon: Vnde ſacer-

dotem magnum Sadoc miſit illuc: vt patet præceden-
ti lib. 16. cap. Et ſic ad feſtiuitatem iſtam Scenophe-
giæ conuenire debebat populus in Gabaon ad taber-
naculum Moyſi: & non in Ieruſalem, & quia vole-
bat Salomon, quòd in illa feſtiuitate conuenirent
ad portandam arcam in templum in Ieruſalem, opor-
tuit, quòd vocaret eos. Secunda cauſa fuit, quia Sa-
lomon vocauit populum ad portandum arcam mox,
vt conſumatum fuit templum, & quia populus ne-
ſciebat quando conſumabatur templum, & vaſa, da
to quòd omnes intenderent illo tempore venire ad
portationem illam, quia tamen neſciebant, quando
eſſet tempus, Salomon debebat conuocare totum po
pulum. Tertia cauſa fuit, quia Salomon fecit iſtam
congregationem ante feſtum Scenophegiæ. Nam
dato quòd conuenire deberent Iſraelitę iam in Ieru-
ſalem ad feſtiuitates, tamen non conuenirẽt hoc tem
pore, niſi conuocarentur. Nam conuenerunt nunc
ante feſtum Scenophægię: & tamen ante illum diẽ
non tenebantur conuenire ſecundùm legem. Et ſi
obiiciatur, quia dicitur hic, quòd venerunt in die ſo-
lemni menſis ſeptimi, & iſte eſt dies Scenophegiæ.
Dicendum quòd non erat iſte dies, ſed aliud feſtum,
vt declarabitur ſequenti quæſtione: & ſic Salomon
debuit conuocare iſtos Iſraelitas ad portationẽ arcæ,
quia aliàs non conuenirent.

*Quæ erat iſta feſtiuitas, quando conuocati ſunt Iſraelitę in menſe ſeptimo ad portandum arcam.* *Queſt. XI.*

QVAERITVR Vlterius de feſtiuitate iſta, quæ
erat, quando conuocati ſunt Iſraelitæ in men-
ſe ſeptimo ad portationem arcę. Dicendum quòd
inter Hæbręos erant feſta ſeptem, ſcilicet Sabbathũ,
Kalendæ, Phaſe, Pentecoſtes, dies Clangoris, dies
Propitiationis, feſtum Tabernaculorum ſiue Scено-
phegiæ, & iſtorum feſtorum duo replicabantur ſæpe
in anno & alia erant ſemel tantùm in anno: Sabbathũ
nanque, & Kalendę replicabantur, quia Sabba-
thum erat in qualibet hebdomada, & Kalendæ erãt
ſemel quolibet mẽſe prima die menſis: Nu. 28. & 29.
Et iſta duo vocabantur propriè feſta. Alia quinq; vo-
cabantur ſolemnitates, quæ accidebant ſemel tantũ
in anno. Et prima erat Phaſe, ſiue feſtum Azymo-
rum: & erat die quartadecima menſis primi ad veſ-
perum. Leu. 23. Feſtum Pentecoctes erat deinde poſt
ſeptem hebdomadas. eo. ca. & vocabatur feſtum Heb
domadarum. Alia tria feſta erant in menſe ſeptimo,
ſcilicet Septembri; nam prima die menſis erat dies
Clangoris. Et decima die erat feſtum Expiationis.
Die autem quintadecima vſque ad viceſimam ſecun
dam erat feſtum Tabernaculorũ, ſiue Scenophegię,
Leu 23. Cũ autem dicitur hic quòd die ſolemni mẽ-
ſis ſeptimi conuenerunt in Ieruſalem, intelligunt
plurimi de die Scenophegiæ: & hoc propter multa.
Primò, quia dicitur, quòd conuenerunt in die ſolẽ-
ni menſis ſeptimi, & cùm in iſto menſe eſſent tres
feſtiuitates, neceſſarium erat vt intelligeretur de ſo-
lẽni, quia cùm per excellentiam dicitur, conuenit vni:
& tamen feſtum Scenophegiæ ſolemnius erat aliis
tribus: nam per ſeptem dies celebrabatur: alia aũt
per vnicum: Leui. 23. Etiam quia in iſto fiebant plures
cęremoniæ iucunditatis quàm in alijs. Secundò patet,
quia in alijs duobus præcedentibus feſtis non tenebã-
tur Iſraelitæ conuenire ad locum ſanctuarii: ſed tene
bantur in feſto Scenophegię: cùm iſtud eſſet vnũ de
tribus feſtis, in quibus Iſraelitę aſcendebant in ſanctua
rium: Exo. 23. & 24. cap. & ſic Iſrelitæ facerent ſimul
duo, ſcilicet portarẽt arcam honorabiliter in tẽplum,
& ſatisfacerẽt legi aſcendentes in ſanctuarium in iſto



feſto, quod non facerent aſcendentes in alijs feſtiuita-
tibus præcedentibus. Tertiò patet, quia in litera mani-
feſtè apparet, q̃ ſteterunt in Ieruſalem in die Sceno-
phegiæ, ſiue tabernaculorum. Nam dicitur infra, q̃
celebrauit feſtiuitatem ſeptem diebus, & die octauo
fecit collectam, & receſſerunt ſinguli die vigeſimo ter
tio menſis ſeptimi: ſed iſta omnia conueniunt feſto
tabernaculorum: quia illud feſtum durabat ſeptem
diebus octaua die fiebat cętus, & collecta, & recede-
bat populus ſequenti die, quæ erat dies vigeſimus ter-
tius menſis ſeptimi: vt patet Leuit. 23. & Deut. 16. Di-
cendum tamen eſt, q̃ non fuit dies iſta ſolennis, qua
conuenerunt Iſraelitæ ad Salomonem dies Scenophe
giæ, ſed prius per aliquot dies conuenerunt. Nam ce-
lebrauerunt Iſraelitæ cum Salomone feſtiuitatem die
bus quatuordecim: vt patet 3. Reg. 8. f. Fecit ſolennita-
tem multitudo magna cum Salomone ſeptẽ diebus,
alijs ſeptem diebus, ideſt quatuordecim diebus, & die
octauo dimiſit populos: conſtat tamen q̃ populus re-
ceſſit à Salomone de Ieruſalem die vigeſima tertia
menſis ſeptimi infra 7. Ergo neceſſe eſt, q̃ incepiſſet
iſta feſtiuitas die ſeptimo, vel octauo menſis ſeptimi.
Et tamen feſtum Scenophegiæ incipit die quintade-
cima menſis ſeptimi, Leuit. 23. ergo ante feſtum iſtud
per dies ſeptem ad minus conuenerat populus ad Sa-
lomonem. Poteſt ergo dici, q̃ conuenerunt Iſraelitæ
in Ieruſalem ad Salomonem die primo menſis ſepti-
mi, qui eſt dies clangoris: & etiam eſt dies Kalendarũ,
& ille eſt dies ſolennis menſis ſeptimi, & per ſex dies
quieuerunt, vel diſpoſuerunt ſe ad faciendum ſolen-
nitatem, & die ſeptima menſis eiuſdem cæperunt ſo-
lennizare portationem arcæ. Vel melius poteſt dici, q̃
iſte dies ſolennis erat dies decimus mẽſis ſeptimi, qui
eſt dies Propitiationis, & incepit feſtiuitas ante ipſum
diẽ tribus diebus, & dicunt veniſſe in die ſolenni: non
q̃ die illo venerunt, ſed quia ad celebrandum diẽ illũ
venerunt, & inceperunt feſtiuitatem die ſeptimo, ne
eſſent aliquot diebus ocioſi. Et fortè ſatis fuiſſet Iſrae-
litis, q̃ celebrarent ſeptem diebus pro lætitia portatio-
nis arcæ, & tamen quia finitus illis ſeptem diebus ince-
pit feſtum tabernaculorum, in quo omnes Iſraelitæ
conuenire debebant ad ſanctuarium, manſerunt in Ie-
ruſalem in feſto ipſo. Et quia illud durabat diebus ſe-
ptem, fecerunt alios ſeptem dies feſtiuos, & die vige-
ſimo tertio menſis ſeptimi receſſerunt de Ieruſalem
infra 8. c. 3. Reg. 8. Ad rationem primam in contrariũ
dicendum, q̃ quamuis in menſe ſeptimo eſſent tres
ſolemnitates, poterat quælibet illarum vocari dies ſo-
lennis, & licèt dies tabernaculorum eſſet ſolennior, &
abſolutè vocando ſolennitatem menſis ſeptimi debe-
ret potius intelligi feſtum tabernaculorũ, quàm alius,
quia cùm non conſtet ex litera, q̃ debet de alio intel-
ligi, neceſſe eſt, q̃ de illo intelligatur. Ad ſecundum
dicendum eſt, q̃ verum eſt, q̃ in alijs ſolennitatibus
præcedentibus nõ tenebantur Iſraelitæ conuenire ad
ſanctuarium, ſed in feſto tabernaculorum: quia tamẽ
ante feſtum illud conſumatum eſt ſanctuarium, & va-
ſa eius, conuocauit Salomon prius Iſraelitas: & ſic cõ-
uenerunt ad feſtum Expiationis, & ante illud diebus
tribus, ſ. die ſeptimo menſis ſeptimi. Ad tertium cùm
dr, q̃ celebrauit populus ſolennitatem tabernaculorũ
in Ieruſalem nunc quando conuenerunt ad portandũ
arcam. Dicendum q̃ verum eſt, & tñ non fuit illud fe-
ſtum primum ad quod ipſi venerũt in Ieruſalem, ſed
venerunt ad feſtum Expiationis per tres dies prius, &
celebrauerunt ſolennitatem tribus diebus: quibus ex-
pletis, quia venit feſtum tabernaculorum, & durabat
ſeptem diebus alijs celebrauerunt Iſraelitę etiam iſtos
ſeptem dies, & iſti fuerunt ſeptem dies ſecundi ſeptẽ.
3. Regum 8.

A *Quare ad celebrandum iſtam portationem arcę de domo Dauid, quę prope templum erat, vocauit Salomon Iſraelitas.*
*Queſt. XII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid vocauit Salo-
mon Iſraelitas ad honorandum iſtam portatio-
nem arcæ, quæ facta eſt de domo Dauid in templum:
nam dom⁹, de qua portabatur arca erat iuxta templũ,
& non oportebat, q̃ pro tam parua tranſlatione voca-
retur totus populus ad ſolẽnizandum tranſlationem.
Nam ſi fuiſſet iſta, ſicut tranſlatio, quam fecit Dauid,
fuiſſet conueniens vocare totum populum ad hono-
randum eam. Ipſe namque tranſtulit arcam de Cha-
riathiarim in Ieruſalem in domum Obededom Ge-
B thæi, & hic erat diſtantia magna, quia Chariathiarim
erat ciuitas vna, & Ieruſalem alia, & ad hoc, q̃ populus
comitaretur arcam in via de vno loco ad alterum, erat
conueniens illum vocari. 2. Reg. 6. & præced. lib. c. 13.
Et tamen nunc portatio arcæ erat de domo Dauid ad
templum, & erat domus apud templum: ideo nõ erat
opus conuocari iſtam multitudinem ad portationem
hanc. Aliquis dicet q̃ locus, in quo erat arca diſtabat à
templo, & opus erat conuocari populum ad portatio-
nem iſtam. Dicendum, q̃ inter templum, & locum,
in quo erat arca quando portanda fuit parua diſtantia
erat ad quod præſupponendum, q̃ vtrumque erat in-
tra vrbem Ieruſalem. Nam templum factum eſt in
Ieruſalem, quia De⁹ dixit, q̃ elegerat Ieruſalem, vt eſ-
C ſet nomen ſuum in ea, ſ. in templo. 3. Reg. 11. & ſeq. c.
præced. li. c. 28 Arca autem erat in domo Dauid intra
Ieruſalem: nam erat arca in caſtro montis Sion, quod
vocatur ciuitas Dauid, vt patet in litera, & tamen illud
caſtrum erat in Ieruſalem, quia erat fortalicium vrbis
illius. Et non ſolùm templum, & arca portanda erant
intra Ieruſalem, ſed etiam ambo erant in caſtro mon-
tis Sion, & erat fortalicium. Quod patet, cùm dr hic, q̃
arca portata eſt de ciuitate Dauid in templum, & tn
vocatur ciuitas Dauid caſtrum montis Sion. Nam ca-
pta vrbe Ieruſalem ab Iſraelitis pauco tempore poſt
mortem Ioſue manſit multo tempore caſtrum eius
in poteſtate Iebuſæorum, qui intus morabantur. Et
cùm Dauid factus eſt rex ſuper totum Iſrael iuit in Ie-
D ruſalem ad pugnandum contra Iebuſæos, vt caperet
illud caſtrum, & cępit, & ad gloriã nominis ſui ex hac
victoria vocauit illud caſtrum ciuitatẽ Dauid. 3. Reg. 5
& præced. lib. c. 11. Templum etiam erat intra fortali-
cium illud, quia erat in parte altiſſima caſtri illius in a-
rea Ornam Iebuſæi, vt patet ſupra 3. & tamen Iebuſæi
habitabant in caſtro montis Sion. Nam illud caſtrum
cępit Dauid de manu eorum. 2. Reg. 5. & præced. lib. c.
11. Ergo in caſtro montis Sion habitabat Ornam Ie-
buſæus, qui permiſſione Dauid manſerat cum poſſeſ-
ſione ſua. Et tamen in area Ornam Iebuſei factum eſt
templum ſupra 3. Ideo tam domus Dauid, de qua
portabatur arca quàm templum ad quod portabatur
erant intra caſtrum montis Sion. Vnde parua diſtan-
tia erat loci, per quam arca transferrenda erat. Dicen-
dum tamen, q̃ ad hanc paruam tranſlationem Salo-
mon conuocare debuit populum. Primò, quia Da-
uid iam conuocauerat populum ad aliam tam par- Determi-
E uam tranſlationem. Nam Dauid tranſtulit bis ar- natio.
cam: primo de Chariathiarim in domũ Obededom,
& ſecundò de domo Obededom in domum ſuam. 2.
Reg. 6. & præced. lib. c. 13. & 15. Et fuit tranſlatio pri-
ma magna de vna vrbe in alteram. Secunda fuit parua
de domo Obededom in domum Dauid: quia domus
Obededom, & domus Dauid erant in Ieruſalem, vt
probatum eſt. 2. Regum 6. & præcedenti libro capi-
pit. 13. & 15. Et tamen in iſta ſecunda tranſlatione fe-
cit Dauid maiorem feſtiuitatem quàm in prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam in secunda fuit maior lętitia quàm in prima, vt patet comparando, quę habentur prędecedenti lib. c. 13. ad ea quæ habentur ibidem, c. 15. Etiam quia in prima translatione non fit mentio, ꝙ Dauid populo conuiuium fecerit, & tamē de secunda dicitur, ꝙ Dauid dederit cibos toti populo, præced. li. c. 15. Etiam quia in prima non legitur, ꝙ corā arca in redeundo de Chariathiarim in domum Obededom fuerint immolata aliqua sacrificia coram arca. 2. Reg. 6. & præced. lib. 13. Et tamen transferrendo eam de domo Obededom in domum Dauid fuerunt oblata multa sacrificia: quia cùm illi qui portabant arcam trāsiuissent singulos sex passus, immolabātur septem tauri, & septem arietes. Ita ergo licèt ista portatio esset parua quam fecit nunc Salomon de domo Dauid in templum, voluit cōuocare totum populum, & decuit hoc fieri. Secundum fuit, quia potius Salomon nunc conuocare debuit populum ad portationem arcæ quàm Dauid cōuocauerit. Nam nunc arca portabatur tanquam reponēda in loco, in quo in æternum manere debebat, & iste erat vltimus honor, quem populus ei præstiturus erat comitādo eam, ideo debebat esse magnus. In alijs autem portationibus non fiebat sic, quia non portabatur arca ad locum, in quo in æternum manere debebat, sed vt maneret aliquanto tempore in locis illis, quoſq; de illa aliter disponeretur: sicut quādo portata fuit in domum Obededom, posita fuit ibi, nō vt ibi semper maneret, sed vt esset ibi quousq; videret Dauid, quid de ea disponendum foret. Etiam qñ translata fuit de domo Obededom in domum Dauid, posita fuit ibi, vt maneret ibi solùm quousq; ędificaretur templum domino, quia Dauid intentionem habebat ædificandi templū. 2. Reg. 7. & præced. lib. c. 17. Et licèt prohiberetur ædificare ipse, tñ filius suus non fuit prohibitus, & expectabat Dauid, vt maneret arca in domo sua quousq; Salomon filius suus ędificaret templum, & quia iam cōpleuerat illud Salomon, translaturus erat arcam in illud, vt maneret ibi in sempiternum: ideo cum maiori honore nunc transferenda erat, & potius nunc populus conuocandus erat quàm in prima vice, & secunda, cùm transtulit eam Dauid. Tertium est, quia qñ alijs vicibus Dauid cōuocauit populum ad portandū arcā, solùm veniebant ad portandum eam, & aliàs nō erāt venturi, & tñ nunc qñ cōuocauit Salomon populum, etiam venturi erant ex alia causa, ſ. quia erat festum tabernaculorum nunc, in quo omnes Israelitæ masculi conuenturi erant ad locum sanctuarij: Exod. 23. & 34. Et quia locus sanctuarij erat nunc in Ierusalem cùm completum esset templum, conuenturi erant illuc ēt si nunc non portaretur arca in templum.

*An conuocato populo per Salomonem ad portanda arcam ipse dederit cibos, sicut Dauid toto populo congregato.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Salomon nunc populum conuocauerit ad portationem arcę, an dederit cibos populo congregato in ista festiuitate, sicut dedit Dauid iterum, cùm conuocauit populum. Respondendum, ꝙ licèt non apparet ex litera, an Salomon dederit cibos, vel non populo: tamen credendum est, ꝙ dedit. Primò, quia consuetudo erat, ꝙ qñ rex conuocaret populum ad aliquam festiuitatem, vel honorem, ꝙ ministraret eis epulas. Patet hoc de Dauid: nam quando populus congregatus est ad dedicationē eius in regem super totum Israel, ipse præbuit populo escas, præced. lib. cap. 12. Item quando Dauid conuocauit populum ad portandum arcam de domo Obededom in domum suam, dedit cibos toti populo tam fęminis quàm viris. 2. Reg. 6. & præced. lib. ca. 16.

Cùm ergo conuocaret nunc Salomon populum ad portandum arcā, non minus faceret quàm pater suus dando cibos. Secundò patet, quia Salomon fuit rex ditissimus super omnes reges. 3. Reg. 3. & supra primo, & fuit magnificus expendens liberalissimè diuitias, vt patet 3. Reg. 4. ſ. Dedit Deus Salomoni latitudinem cordis, sicut arenam, quę est in litore maris, & ista latitudo cordis est quædam inclinatio, vel habitus ad expendendum magnificè, & non dolendum tenaciter de eo, quod expenditur: ideo magnificentius adhuc ministraret populo escas in conuocatione ista, quàm fecerat Dauid pater eius. Tertiò patet, quia in festiuitate ista Salomon fecit sacrificia pacifica multa, quorū carnes pertinebant ad ipsum pro maiori parte, & poterat dare illas, quibus vellet, dum tamen essent mundi. Nam occidit vigintiduo millia boum, & centum & vigintimillia arietum. 3. Reg. 8. & infra 7. & istę carnes sufficiebant populo conuocato ad comedendum propter suam multitudinem: nec est credendum, ꝙ Salomon tot animalia occideret nisi intenderet inde conuiuare populum, quia aliàs perirent tantæ carnes: ideo credendum est, ꝙ toto illo tempore, quo celebrauerunt festiuitatem portationis arcæ in Ierusalem dedit Salomon populo cibos.

Cumque venissent cuncti seniorum Israel, portauerunt Leuitæ arcam, & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Porro vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex autem Salomon, & vniuersus cœtus Israel, & omnes, qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes, & boues absque vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum.

*Cumque venissent cuncti seniorum Israel.* Ad portationem arcæ non solùm venerunt seniores Israel, sed etiam totus populus, ſ. principes tribuum, & familiarum, & alij: vt patet supra in litera. Hic tamen repetitur de solis senioribus, quia illi erant honorabiliores: vel quia de illis mentio facta fuit primò quàm de alijs. *Portauerunt Leuitæ arcam.* Scilicet portauerunt eam de domo Dauid in templum Salomonis. Et dicitur de Leuitis, ꝙ portauerunt arcam, quia officium suum erat portare vasa sanctuarij. Erat autem arca præcipua inter omnia vasa, vel suppellectilia sanctuarij, & illam portabant Chaathitæ: Num. 3. & 4. aliquando tamen sacerdotes portabant arcam: sicut fuit quando lustrari debuit ciuitas Iericho: sacerdotes enim portauerunt illam septem diebus quousque corruerunt muri vrbis Iericho, Iosue 6. Sed hoc non erat contra legem, quia sacerdotes erant maiores dignitate, & ministratione Leuitis, & poterant ministrare in omnibus, quæ pertinebant ad Leuitas, licèt Leuitę non possent ad sacerdotes, licèt raro sacerdotes ministrarent è conuerso ministrare in omnibus, quæ pertinebant in his, quæ pertinebant ad Leuitas. *Et intulerunt eam, & omnem apparatum tabernaculi.* Ideſt introduxerunt eam in templum, cùm toto apparatu tabernaculi, ideſt sanctuarij, scilicet cum omnibus vasis, quæ pertinebant ad ministrationem sanctam. Et non est intelligendum, ꝙ soli Leuitæ introduxerint in templum totum apparatum illius: quia sacerdotes simul & Leuitæ portauerunt omnia vasa sanctuarij: vt patet in litera. *Porro vasa sanctuarij, quę erant in tabernaculo.* Vasa



Vasa sanctuarij vocantur omnia vasa pertinentia ad ministrationem sacram, & ista erant ante hoc in tabernaculo, ideſt in tabernaculo Dauid, vbi ipse posuerat arcam, de quo infra dicetur magis in quadam quęstione. *Portauerunt sacerdotes cum Leuitis.* Quædam vasa portabant sacerdotes, & quædam Leuitæ. Non quidem, ꝙ portare quædā vasa pertineret ad sacerdotes, & portare alia pertineret ad Leuitas: quia omniū portatio pertinebat ad Leuitas Chaathitas: Nu. 4. sed quia multa erant, quædam portabant sacerdotes, & quædā Leuitæ: vel fortè factum est propter maiorem honorem, vt portarentur vasa à sacerdotibus. *Rex autē Salomon, & vniuersus cętus Israel, & omnes qui fuerant congregati.* Scilicet, omnes isti coram arca faciebant sacrificia. Et dicitur vniuersus cętus, quia totus Israel fuerat conuocatus. Nam sicut probatum fuit supra in quadam quęstione, omnes masculi de Israel conuenerunt, qui obligabantur fm ętatem ad legem. Nam erat nunc festū tabernaculorum ad quod de necessitate legis omnes masculi conuenire debebant. Et dī, & omnes, qui fuerant congregati: ponitur ibi, &, expositiuè pro ideſt: quia non potest stare copulatiuè nam tunc distingueretur totus cętus Israel ab alijs, qui congregati fuerāt: & tamen illi, qui congregati fuerant erant cętus Israel. Et ista expositio patet 3. Reg. 8. ex verbis, quæ ponunt ibi. Nam ibi ponitur ista historia, & dicitur: Rex autē Salomon, & omnis multitudo Israel, qui conuenerat ad eum, &c. *Ante arcam immolabat arietes, & boues.* Ad honorem arcæ fiebat istud, ſ. ꝙ dum portabatur arca coram ea immolarentur animalia multa boues, ſ. & arietes. *Absque vllo numero.* Modus exagerandi est ad significandam multitudinem: nam oues istæ, & boues innumerabiles erant, & tamen quælibet magna multitudo dicitur absque vllo numero, potissimè quando non agitur fm aliquem ordinem tertium, & ita fiebat nunc, quia non immolabantur certa animalia, & à certis personis: sed quilibet quot volebat, offerebat, cùm dicatur hic, ꝙ rex, & vniuersus cętus offerebāt animalia absq; vllo numero, & cùm inordinata esset ista immolatio, dicebatur innumerabilis multitudo offerri. *Tanta enim erat multitudo victimarum.* Redditur causa dicti præcedentis, ſ. ꝙ offerebant boues, & oues absque vllo numero, & innuitur, quomodo erant absque numero, ſ. quia tanta erat multitudo victimarum, ſ. ꝙ vicebatur innumerabilis. Victima vocatur quodlibet sacrificium cuiuscunque generis, siue holocaustum, siue hostia pacifica, siue hostia pro peccato. Et vocatur victima, quia ferro cæditur, sicut dicit Hebrardus.

*Victima quæ cecidit ferro victrice vocatur.*
*Hostibus à domitis hostia nomen habet.*

*Conuocatis Israelitis ad arcam portandam, quid faciebant in ipsa portatione.*
*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR circa dicta, cùm Israelitæ congregati fuissent ad solennizandum istam portationem arcę, quid faciebant in portatione. Dicendum ꝙ Israelitę faciebant multa pertinentia ad solennitatē. Primum comitari, nam solennitas est in multitudine plebis, & quia cum ipsa arca, quæ portabatur, totus Israel in habitu iucunditatis veniebat, dicebatur solennizare portationem. Secundum erat, quia Israelitæ offerebant sacrificia coram arca: nam dī, ꝙ rex, & omnis cœtus Israel offerebant ante arcam boues, & oues absq; vllo numero, & ista erat magna solennitas: quia offerre sacrificium erat cæremonia magni honoris. Nam nulla erat maioris honoris, cùm sacrificiū Deo offerebatur. Et ista sacrificia multa erant, ideo multū solennizabant in hoc portationem arc tertiò solennizabant portationem istam cantando, & psallendo coram arca. Nam licèt non ponatur hic, credendum est, ꝙ populus ad iucunditatem portationis psallebat, & canebat coram arca: sic enim factum est tempore Dauid, quando portabatur arca. Nam prima vice qñ Dauid transtulit arcam de Chariathiarim in Ierusalē in domum Obededom: Dauid & totus Israel ludebāt coram domino in citharis, & psalterijs, & omnibus lignis fabrefactis. 2. Reg. 6. & præced. li. c. 13. Et secunda vice quando portata est arca de domo Obededom in domum Dauid, saltabat Dauid coram arca indutus stola byssina: & etiam populus canebat, eo. lib. 15. c. Ita ergo intelligendum erat nunc, quia Salomon faceret in translatione ista omnia illa, quę Dauid cōsueuerat facere in alijs translationibus. Potissimè, quia Salomō nolebat videri minor in honorando Deum patre suo: sed maior, cùm in omnibus esset magnificus, & deuotus circa Dei cultum, antequam in senectute mulieres deprauarent cor eius: quia tunc cępit esse malus. 3. Reg. 11. nec prius de eo aliquod malum legitur: sed Deus dicebat, ꝙ si perseueraret sicut cęperat, benefaceret ei, & semini suo. 3. Reg. 6. & 9.

*Quod erat istud tabernaculum, cum sacerdotes portauerunt vasa, quæ in eo erant.* *Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur: Porro vasa sanctuarij, quę erant in tabernaculo portauerunt sacerdotes, quod erat istud tabernaculum. Potest dupliciter intelligi, vno modo de tabernaculo Moysi: alio modo de tabernaculo Dauid, in quo erat arca. Accipiendo primo modo est sensus, ꝙ non solùm sacerdotes, & Leuitæ portauerunt nunc arcam fœderis, sed etiam omnia vasa sacra, quæ fuerant in tabernaculo, quod fecit Moyses, & in quibus ministratum fuit toto tempore prędecedenti. Pro quo considerandum, ꝙ Moyses fecit in deserto tabernaculum, in quo Deus coleretur, & vasa aurea, & argentea, & ænea pro eo fabricauit: Exo. 25. & 26. & vsque ad finem libri, & istud tabernaculum portabatur de loco ad locum, & ministrabatur Deo in illo quousque templum Salomonis constructum est. Et quando construebatur templum illud, & quando consumatum est, erat tabernaculum Moysi cùm vasis suis in Gabaon: ideo Salomon illuc semel ad offerendum victimas ascendit, quando obtulit in eo mille hostias, & petijt à Deo sapientiam. 3. Reg. 3. & sup. 1. Nunc autem consumato templo fecit Salomon portari tabernaculum cum omnibus vasis suis, quę erant in Gabaon, & posita fuerunt in templo facto nouiter, & ista vasa portauerunt nunc sacerdotes, & Leuitæ. Secūdo modo potest intelligi de tabernaculo Dauid, quod erat in Ierusalem, in quo erat arca. Pro quo sciendum, ꝙ quando Dauid voluit transferre arcam de Chariathiarim in Ierusalem, parauit ei locum in domum suam, ſ. tabernaculum quoddā in quo maneret, & posuit ibi tentorium quoddā de pellibus lacynthinis, sub quo esset arca: præced. lib. c. 16. Et ibi posita fuit arca, quando portata est de domo Obededom in domū Dauid, & fecit ipse, ꝙ manerent multi de sacerdotibus, & Leuitis in Ierusalem: vt quotidie in tabernaculo illo coram arca ministrarent, eo. c. Fuit autem ibi arca quousque Salomon transtulit eam inde in templū, & sic fortè omnia vasa aurea, & argētea, quæ fecerat nunc Salomon ad ministrādum in tēplo, posita fuerunt in illo tabernaculo, in quo erat arca, qa erat locus sacer, & inde portata fuerunt in templum à sacerdotibus, & Leuitis. Istud autem signat litera hic, cùm dī: Porro vasa, quę erant in tabernaculo portauerunt sacerdotes, ſ. quæ reposita fuerūt in tabernaculo Dauid, vt inde portarētur simul cū arca. Vterq; sensus istorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



Determinatio.

istorũ potest satis stare. Primus magis tñ ꝓpriè literę, quæ hĩ 3. Reg. 8. quia dr ibi, & portauerunt arcam fœderis Domini, & tabernaculum fœderis, & oĩa vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, & ferebant ea sacerdotes, & Leuitæ: quia manifestè intelligitur de tabernaculo Moysi. Primò, quia dr, tabernaculum fœderis Domini, & tamen tabernaculum fœderis non vocabatur nisi illud, quod fecit Moyses, in quo posuit arcam cõtinentem fœdus. Secundò patet, quia dicitur, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & tamen manifestum est, ꝙ tabernaculum, quod fecerat Dauid, in quo erat arca, antequam portaretur in templum, non fuit portatum in templum, quia illud fuit domus quędam, quæ moueri nõ poterat, sed portari potuit tabernaculum Moysi, quod erat de tabulis, & pellibus portatile de loco ad locum. Tertiò patet, quia dr ꝙ sacerdotes, & Leuitæ portabant omnia vasa sanctuarij, quę erant in tabernaculo: & tamen non vocabãtur vasa sanctuarij illa, quę fabricauerat Salomõ, cùm nondum consecrata essent, nec vnquã ministratum esset in eis: sed vasa sanctuarij vocabantur propriè vasa, quæ erant in tabernaculo Moysi, in quibus solebat ministrari, & ministratum fuerat semper vsque ad tempus, quo consumatum est templum Salomonis. Quartò patet, quia istud ponitur ad tollendum dubiũ, & tamen si intelligatur de vasis, quę Salomon fabricauerat nouiter, & posuerat in tabernaculo Dauid, vt isti asserunt, non erat aliquod dubium, quin ista portata fuerint in templum Salomonis, quia ad hoc facta fuerant: sed de vasis, quæ erant in tabernaculo Moysi, erat dubium, an portata fuerint in templum Salomonis: quia illud templum erat vetus, & dubium erat cùm nunc templum nouum inciperet, an omnia, quæ fuerant in templo veteri cessare debebant: ideo dr hic, ꝙ tabernaculũ Moysi, & vasa sanctuarij, quæ in eo erant portata fuerunt in templum. Quintò patet, quia manifestum est, ꝙ tabernaculum, de quo hic accipitur, erat tabernaculum Moysi, cùm vocetur tabernaculum fœderis, vt supra dictum est, & illud portatum est in templum. Manifestum est, ergo ꝙ vasa eius portarentur in templum: nam tabernaculũ Moysi per se inutile erat, nec vllo modo expediebat portari illud in templũ Salomonis, nisi portarentur vasa illius, quia illa poterant esse vtilia ad ministrãdum, & tabernaculum per se nõ poterat esse vtile, & tamen portatum fuit illuc tabernaculum: ideo vasa ista, quæ erant in tabernaculo, quę dicuntur portata illuc, erunt vasa tabernaculi Moysi, & istud tenendum est.

*Quid factum est de isto tabernaculo Moysi, quod portatum est in templo Salomonis. Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, de isto tabernaculo Moysi, quod portatum est in templum Salomonis, & de vasis eius quid factum fuerit. Aliquis dicet, ꝙ istud tabernaculum, & vasa fuerunt ad aliquam ministrationem in templo Salomonis, ideo portata fuerũt illuc. Dicendum, ꝙ hoc non est simpliciter verum, nã de tabernaculo certum est, ꝙ nõ poterat proficere ad aliquam ministrationem sacram. Nam istud tabernaculum solùm erat ad custodiẽdum in eo vasa sacra, & ad faciendum intra illud ministrationes sacras quãdiu non erat alia domus aptior ad hoc, & tñ facto templo Salomonis iam erat domus, quę haberet vicem tabernaculi: ideo non possent intra illud fieri aliquæ ministrationes sacrę sicut prius: nam tabernaculum Moysi diuisum erat in duas partes: in prima erant cãdelabrũ, mensa, & altare thymiamatum, in quibus ministrabatur: in secunda, quę vocabatur Sancta Sanctorum erat arca posita: Sic erat templum Salomonis diuisum in duas partes: in prima parte erant vasa omnia, vt candelabrum, & mensæ, & altare thymiamatum, vt colligit præced. c. & in secundâ domo erat Sancta Sanctorum, in qua erat arca inter Cherubim, & sic ad nihil horũ poterat seruire tabernaculum Moysi. Dicẽdum ergo est, ꝙ illud tabernaculum, s. tabulata illius, & cortinæ atq; cætera velamenta reseruata fuerunt in thesauris templi in aliqua exedrarũ, vel in palatijs superioribus, quæ erant supra tectum templi, & hoc in memoriam Dei, qui iusserat illud tabernaculũ fieri, & propter honorem Moysi, qui fuerat minister in fabricando illud, & ꝓpter auctoritatem totiꝰ populi Hebraici, qui toto tempore præterito nullum aliud sanctuarium habuerat. Etiam quia fuerat consecratum tabernaculum cũ vnctum fuisset oleo vnctionis: Exo. 31. & 40, & Nu. 7. Etiam quia facta fuerant ministeria sacra ibi toto tpe præterito, & rẽ sacram non decebat ad vsus humanos iam transferri. Et sic mansit tabernaculum Moysi in templo Salomonis semper reconditum in thesauris, nec vllus postea fuit vsus eius. De vasis autem dicendum, ꝙ erant duplicia vasa in tabernaculo Moysi, s. quædam aurea, & argentea, & alia ænea. Erant n. ænea altare holocaustorum, & labrum æneum, & vasa altaris, s. ignium receptacula, lebetes, fuscinulæ, & forcipes, vt declaratum est præced. c. in quadam quæst. Et de his dicendum, ꝙ postea non ministratum fuit in eis. Patet de altari holocaustorum. Nam Salomon fecit aliud altare æneum valde maius, s. viginti cubitorum longitudine, & latitudine, & totidem altitudine, præced. c. & in illo postea oblata fuerunt sacrificia omnia, & cessauit vsus altaris, quod fecit Moyses. Aliquis fortè dicet, ꝙ licèt Salomon fecit postea aliud altare magnũ, ꝙ non cessauit vsus prioris, quia poterant in ambobus sacrificia fieri. Dicendum, ꝙ non stat, quia vnicum altare erat, in quo deberet sacrificium fieri. Et si quis in alio immolaret: etiam si Deo vellet offerre sacrificiũ peccabat. Quod patet de duabus tribubus, & dimidia, quę construxerũt altare magnum apud Iordanem, & duæ tribus, & dimidia putantes, ꝙ construxissent altare ad sacrificia, parauerunt se ad bellum contra illas quousque ille purgauerunt se de hoc apposito crimine, dicentes, ꝙ nõ fecissent ad offerendum sacrificia, sed ad faciendam vnionem populi. Et dixerunt, ꝙ nefas erat immolari in alio altari, nisi in illo, quod erat ad ostium tabernaculi: Ios. 22. c. ideo non immolata fuerunt aliqua sacrificia in altari Moysi consumato templo Salomonis. De labro æneo idem patet, quia in labro æneo lauabantur sacerdotes, quando ministrare debebant in sanctuario: Exo. 30. & tñ in templo Salomonis factũ fuit mare æneum, in quo lauarent sacerdotes, & factæ fuerunt decem luteres, in quibus lauarentur carnes sacrificiorũ, præced. c. Ideo iam non fuit aliquis vsus labri ænei. Et sic dicendum de altari, & de labro æneo factis in tabernaculo Moysi, ꝙ nõ fuerunt ad aliquam ministrationẽ in templo Salomonis, quia tñ erant vasa sacra facta mandato Dei sub Moyse, in quibus tanto tpe ministratũ fuerat, recondita fuerunt in thesauris domus Dñi, vt ibi semper manerent, nec transirent in vsus prophanos. De vasis æneis altaris, s. ignium receptaculis, forficibꝰ, fuscinulis, & lebetibus est dubium, quia potest dici, ꝙ cum alijs vasis æneis altaris holocaustorũ, quæ facta fuerunt per Salomonẽ ista quoq; manserunt ad ministrandum interdũ. Vel potest dici, ꝙ simul cũ altari cuius vasa fuerant, manserunt recondita in thesauris templi nullo vsui sacro, vel ꝓphano accõmodato. De vasis aureis, & argenteis. Dicendum, ꝙ erant duplicia, quędam erãt lignea, sed operta laminis aureis sicut altare thymiamatum. Alia autem de auro purissimo, vel argento sicut Phialæ, cyathi, mortariola, acetabula, & similia vasa. De



De primis dicendum, quòd non fuerunt ad aliquem vsum iam in templo, s. ipsum altare thymiamatum. Nam altare thymiamatum in templo vnicum erat, in quo in mane, & vespere quotidie cremabatur thymiama, & tamen Salomon fecit vnum altare thymiamatum in templo suo, vt patet 3. Reg. 6. vbi dicitur, ꝙ fecit altare de cedro, siue vestiuit illud cedro. Altare autem thymiamatum, quod fecit Moyses erat de lignis setim. Exo. 30. Ideo non erat idem altare. Secundò patet, quia altare quod fecit Moyses erat opertum auro. Etsi tamen Dauid dedit Salomoni aurum ad operiendum altare thymiamatum, præcedenti lib. c. 28. Ideo non erat illud altare, quod fecerat Moyses. Tertiò patet, quia altare illud, quod fecerat Moyses erat paruę magnitudinis, & communiter omnia vasa, quæ erant in tabernaculo Moysi fuerunt minora vasis, quę erant in templo Salomonis, licèt essent similia in figura: sicut patet de altari holocaustorũ in tabernaculo Moysi, quod erat cubitorum quinque longitudine, & totidem latitudine, & tamen altare holocaustorum in templo Salomonis erat cubitorum viginti latitudine, & totidem longitudine: Exo. 27 & precedenti c. ideo dicendum, ꝙ altare thymiamatum, quod fuit in tabernaculo Moysi, non mansit in templo Salomonis quãtum ad aliquem vsum, sed solùm fuit reconditum in thesauris templi, quia fuerat vas consecratum ne applicaretur alicui vsui prophano. De alijs autem vasis aureis, & argenteis purè: sicut erant phialæ, mortariola, cyathi, & aceptabula dici potest, ꝙ fuerunt oĩa seruata ad vsus pristinos: quia licèt fuerũt alia multa eiusdem figurę maiora in quantitate facta per Salomonẽ: tñ ista manerent cum eis ad similes vsus, & sic manet candelabrum, & alia vasa minora. Vnde voluit Nicolaus, ꝙ in templo Salomonis essent vndecim candelabra, s. decem, quæ fecit Salomon, & vnum quod Moyses fecerat, & ꝙ illud esset in medio decẽ, s. quinque ad dextram illius, & quinq; ad sinistram: præced. c. Mensa propositionis, quam fecit Moyses manet dubium quid factum fuerit. Quidam dicunt, ꝙ illa fuit postea inter alias mensas, quæ fuerunt in templo. Sed non fuit sic de mensa, sicut de altari thymiamatum. Nam altare thymiamatis vnicum fuit in toto tẽplo, & tñ Salomon fecit vnum, vt probatum est supra: & patet 3. Reg. 6. Ideo non poterat manere altare thymiamatum, quod fecit Moyses ad aliquem vsum, & de mensa propositionis est aliud, quod manserunt in templo saltem decem mensę: quia dr præced. ca. ꝙ fuerunt decem mensę in templo, quinq; ad dextram, & quinq; ad sinistrã. Et poterat vna de illis esse mensa, quam fecit Moyses. Vel sicut dicit Nicolaus, ꝙ fuerint decem mensę vndecim, s. vna quam fecit Moyses, quæ erat in medio, & ad duo latera illius decem mensę. Dicendũ, ꝙ non potest mensa quam fecit Moyses esse vna de illis decem, vel vndecim mensis: quod patet, quia Salomon fecit decem mensas: vnam auream, & nouem argenteas, vt colligitur præced. c. & præced. lib. c. 28. Iunctis 2. Reg. 7. Et istarum mẽsarum vnica erat ad panes propositionis, reliquæ autem ad reponendum vasa, vt dicit Ioseph. 8. Antiq. & declaratum est præced. c. in quadam quæst. tunc ergo aut dicetur, ꝙ mensa, quã fecit Moyses erat tanꝫ mensa propositionis, aut tanꝫ repositorium vasorũ. Non tanꝫ mensa propositionis, quia mensa propositionis erat vnica, & aurea, vt colligitur præced. lib. c. 28. & 3. Reg. 7. & probatum est præced. c. in quadam quæst. Et tñ illa mensa aurea propositionis facta est per Salomonẽ, quia præced. li. c. 28. dr, ꝙ dedit Salomon aurum ad mẽsam auream propositionis, & argentum ad mensas argẽteas. Etiam dr. 3. Reg. 7. ꝙ Salomon fecit omnia vasa aurea domus domini, & altare aureũ, & mensam, super qꝫ ponerentur panes



A propositionis aureã. Non ergo fuit mensa Moysi, mẽsa ꝓpositionis in templo Salomonis. Etiã non potest dici, ꝙ esset vna de mensis, quę erant repositoria vasorum: quia mensæ illæ erant argenteæ, cùm vnica mensa de illis decem, quæ esset aurea quæ facta est mensa propositionis, & tñ mensa, qꝫ fecit Moyses erat aurea: Exo. 25. c. Ideo non potest dici, ꝙ si solùm erant vndecim mensę in templo, ꝙ aliqua de illis erat mensa, qꝫ fecerat Moyses. Si autem dicamus, ꝙ erant plures, quã vndecim, poterat vna de illis esse mẽsa, qꝫ fecit Moyses, quia tñ litera dicit præced. c. ꝙ in templo erant decem mensæ quinq; ad dextram, & quinq; ad sinistram: potius credendum est, ꝙ non erant plures: & tunc diceꝫ, ꝙ mensa, quã fecit Moyses mansit in thesauris domꝰ
B dñi recondita, & non ꝓfuit postea ad aliquẽ vsum: sed mansit custodita: quia erat res sacra ne transiret ad vsꝰ prophanos. Istud de vasis sanctuarij creditur esse factũ.

*Quis erat iste apparatus tabernaculi, vel quod erat istud tabernaculum, quod Leuitæ intulerunt. Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, qũo dr hic, ꝙ Leuitæ portauerunt arcam, & intulerunt eã, & omnem apparatũ tabernaculi: quis apparatus tabernaculi erat iste, vel quod tabernaculũ erat. Dicendũ, ꝙ tabernaculũ potest accipi multipliciter. Primò modo pro tabernaculo Moysi, quod propriè vocatur tabernaculũ, & intulerunt omnem apparatum eius in templum, s. oĩa
C vasa, quæ erant in tabernaculo Moysi transtulerunt in templum: sicut probatum est præced. quæst. & tunc sententia ista erit repetita: quia dr hic, ꝙ Leuitæ intulerunt arcam, & omnem apparatum tabernaculi, & sequitur postea, porro vasa, quę erãt in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Secundo modo põt accipi tabernaculum pro tabernaculo Dauid, in quo posuit arcam, qñ transtulit eam de domo Obededom in domum suam. Nam tunc parauit ei locũ in domo sua: in quo esset arca, & illud vocatum est tabernaculũ arcæ. 2. Reg. 6. & præced. lib. 16. & in illo posita fuerũt ſm quosdam omnia vasa aurea, & argentea, quæ fecit Salomon anteqꝫ portarentur in templum, & inde portata sunt cum arca, & illa vasa vocantur apparatus illius
D tabernaculi. Tertiò modo potest accipi tabernaculũ ꝓ ipso templo Salomonis, & vocabitur apparatus tabernaculi omnia vasa, quæ nunc Salomon fecerat, quia illa erant in templo ad ministerium eius, & pulchritudinem, & hoc satis potest stare, s. quia licèt templũ Salomonis vocetur propriè templum, & nõ tabernaculum: tñ aliqñ vocatur tabernaculum. Et licèt tabernaculum Moysi propriè vocetur tabernaculum, & non templũ, tñ aliqñ vocatur templum: sic patet Exo. 30. de pecunia, quæ dabatur à trãseuntibus ad numerũ ꝓ precio animarum: nã dr de illa, ꝙ susciperetur à sacerdotibus, & quilibet daret dimidium sicli iuxta mẽsurã tẽpli: & tñ tunc nõ erat templũ Salomonis, sed solùm tabernaculũ Moysi: nec pronosticabatur futurũ esse,
E ideo accipiebatur templum pro tabernaculo. Et dicebatur esse siclus iuxta mensuram templi, i. iuxta mensurã tabernaculi, sicut sæpe dr in libris Moysis. De tẽplo, ꝙ vocetur tabernaculum patet hic, quia iste apparatus erat tẽpli, & tñ vocabatur apparatus tabernaculi. Dicendum, ꝙ quilibet istorum modorũ potest stare: sed secundus modus minus qꝫ alij duo, eo ꝙ dato ꝙ vasa facta à Salomone ponerentur in tabernaculo facto à Dauid, & inde portarentur cum arca, non vocarentꝫ apparatus tabernaculi illius, quia nec erant ad pulchritudinem illius tabernaculi, nec ad aliquã ministrationem in eo faciendam, sed solùm ad portandũ illa inde cum arca. Alij duo modi rationabilius stant. Et tñ primus modus magis stat, qꝫ tertius, quia accipitur taber-

Universidad de Deusto
Biblioteca



naculũ, ppriè, p tabernaculo Moysi, & est sensus, quia F
vasa, q̃ fuerũt semper in tabernaculo Moysi, & erãt eis
apparatus: quia in eis ministrabatur ibi portata fuerũt
nunc cũ arca, & intulerunt ea Leuitæ cũ arca in tẽplũ.

*An licitum erat, p̃ boues sine numero immolarentur coram arca, & quomodo erat licitum. Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd rex, & totus Israel coram arca immolabant boues, & arietes absq; vllo numero, an licitum erat hoc, & quomodo erat licitum. Videbitur namque, quòd non erat licitum, quia sacrifica fieri debebant solùm in altari holocaustorum, & ad ostium tabernaculi, & tamen nunc non offerebantur sacrificia in altari holo- G
caustorum, cùm illud esset in Gabaon: supra primo, & 3. Regum 3. nec erat ad ostium tabernaculi cùm esset in via, qua ibatur de domo Dauid in templum Salomonis. Qui tamen offerebat sacrificium, & non apud ostium tabernaculi in altari holocaustorum, erat reus sanguinis, sicut si sanguinem effudisset, Leuit. 17. Item Iosue 22. dixerunt duæ tribus, & dimidia excusando peccatum, quod in eis apponebatur, quòd nefas erat offerre sacrificia in alio altari: nisi in illo, quod erat ad ostium tabernaculi: nunc autem non erat sic: ideo nefas erat. Dicendum, quòd licitum fuit, quòd nunc Salomon, & totus populus offerrent sacrificia coram arca quando portabatur de domo Dauid in templum. Primò, quia Dauid fecerat simile bis: ipse enim portauerat bis, scilicet primò de domo Aminadab, quæ erat in Chariathiarim vsque in Ierusalem in domum Obededom. Secundò de domo Obededom in domum suam: & in portatione offerebat sacrificia coram illa. 2. Regum 6. & præcedenti lib. c. 13. & 15. Ille autem fuit vir sanctus, cuius gesta fuerunt nobis imitabilia, ideo Salomon potuit licitè sicut ille offerre sacrificia. Secundò, quia Salomon non fuit de hoc culpatus, sed potius laudatus. Nam postea introducta arca cum ista solennitate in templum, orauit ad Dominum, & Deus exaudiuit orationem eius, sequenti cap. & infra 7. & promisit, quòd ei, & posteris suis bona faceret, si perseueraret, sicut nunc ceperat. Sic etiam patet. 3. Regum 8. & 9. Si tamen in hoc peccasset Salo I
mon, non exaudisset Deus orationem eius: sed potius increpuisset illum: ideo non peccauit in hoc, sed potius meruit volendo sic Deum honorare. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd Deus statuerat solùm offerri sacrificia ad ostium tabernaculi super altare holocaustorum, eo quòd ibi erat locus sacer, & arca erat interius, & non erat alibi locus sacer, vbi offerri posset. Et tamen accidit, quòd arca educta fuit de tabernaculo, quando pugnauerunt Israelitæ contra Philisthinos, & capta est in bello à Philisthinis: primo Regum quarto. Mansitque postea quasi per octoginta annos, vel plures arca extra tabernaculum, & sic erat iam per accidens alius locus sacer quàm
prius, scilicet locus, vbi esset arca: ideo possent co- K
ram illa iam fieri sacrificia: sicut coram tabernaculo, quia ipsa arca erat res sanctissima totius sanctuarij. Ad secundum dicendum, quòd duæ tribus, & dimidia putauerunt nefas esse, quòd offerrent sacrificia in alio loco quàm in altari holocaustorum, quod erat coram ostio tabernaculi: eo quòd non erat tempore suo alius locus sacer, cùm arca esset intra tabernaculum, & sic ipsi non poterant licitè in altari, quod fecerant apud tumulos Iordanis offerre sacrificia. Nunc tamen erat alius locus sacer, quàm tabernaculum, scilicet locus in quo erat arca, quia ipsa erat vas sacratissimum, ideo vbicunque illa maneret, licitum erat offerri sacrificium.

*Quomodo poterant offerri sacrificia coram arca cum portaretur de domo Dauid in templum, & quod genus sacrificij erat. Quæst. XIX.*

QVEARITVR vlterius, quomodo poterant offerri sacrificia ista coram arca cùm portaretur de domo Dauid in templum, & quod genus sacrificij erat. Ad secundum dicendum, quòd genera sacrificiorum tria sunt, scilicet holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, quæ differunt per cæremonias diuersas, de quibus Leuit. primo, & 3. & 4. & 5. & 6. capitulo. Nunc autem credendum est, quòd hic non offerrerentur aliqua sacrificia pro peccato, quia illa erant sacrificia necessitatis determinata à legibus in certis casibus, & erant sacrificia tristitiæ. Nunc autem erant omnia ista sacrificia spontanea, & erant ad faciendum solennitatem magnam: ideo non essent sacrificia pro peccato. Sed dicendum, quòd essent sacrificia pacifica, vel holocausta, & ratio est de holocaustis, quia in holocausto totæ carnes animalis cremabantur, & non erat aliquod sacrificium, quòd ita directè esset ad cultum Dei, sicut holocaustum: quia alia erant ad alios fines: scilicet hostia pro peccato ad remissionem peccatorum largè sumptorum, & hostia pacifica ad dandum actionem gratiarum, & ad placandum Deum iratum, vt concederet nobis, quæ petebamus. Et quia ista solennitas tota erat ad hono- H
rem Dei, credendum est, quòd aliqua de istis sacrificijs essent holocausta. Alia autem essent sacrificia pacifica, & de istis plurima essent, vel quasi omnia, & hoc propter tria. Primò propter temporis breuitatem in portando arcam, scilicet ne morarentur longo tempore. Nam holocaustum requirebat moram aliquantam ad hoc, quòd fieret: eo quòd debebat animal immolari, & decoriari: intestina pedes, & caput lauari, & tunc totas carnes super altare cremari, & cùm offerrentur animalia absque numero, vt patet in litera, si in quolibet eorum fierent omnia hæc, nimis morandum esset in portatione arcæ: si autem fierent hostiæ pacificæ, parum tardaretur in eis, quia non oportebat decoriari animal, nec lauari intestina, caput, & pedes, & cremari totas carnes: quia nihil de carnibus cremabatur: sed solùm iugulabatur animal, & tollebatur pingendo circa vitalia existens, & adipes, qui operiunt renes: Leuit. 3. Et isti adipes cremabantur, & sic citius fortè fierent triginta animalia in hostias pacificas quàm vnum in holocaustum. Patet ergo quomodo tot animalia offerentur. Secunda causa erat, quia de holocaustis non proueniebat aliqua pars sacerdotibus, nec laicis offerentibus, sed totæ carnes cremabantur: Leuit. primo. Nunc tamen cùm conueniissent Israelitę in Ierusalem tam laici, quàm sacerdotes, & Leuitæ de toto regno, indigebant multis cibis, ideo credendum est, quòd offerrent ista animalia, vel plurima in hostias pacificas, & tunc totus populus posset comedere de carnibus istis. Et faciebant in hoc duo bona. Primum, quòd honorabant Deum faciendo tot sacrificia: secundum, vel quasi: nam de bobus totas carnes sacrificiorum, vel quasi: nam de bobus immolatis in hostias pacificas nullæ carnes cremabantur, sed soli adipes: de arietibus autem cremabantur adipes, & cauda cum renibus. Cętera autem offerentibus, & sacerdotibus proueniebant: Leuit. 3. & sic quasi tantùm pascebantur sacerdotes, & populus de carnibus istorum animalium offerendo illa in sacrificium pacificum: sicut si nõ offerrent in sacrificiũ, sed simpliciter pro se animalia illa offerrent. Tertia rõ est, quia si ista animalia offerrentur in holocaustũ, vel p̃ peccato, non erat verisimile, p̃ tot alia occiderentur:



tur: nam si pro peccato essent, vel cremarentur totæ A
carnes eorum, sicut in sacrificijs, de quibus Leuit. 4. vel darentur totæ carnes sacerdotibus: Leuit. 5. & 6. Nam de carnibus pro peccato nihil percipiebant offerentes. Si dicas, p̃ cedebant totę carnes sacerdotibus, non est conueniens, quia non poterant ipsi tot animalia comedere, scilicet viginti duo millia boum, & centum, & viginti millia arietum, infra 7. & 3. Reg. 8. Potissimè quia eadem die, qua oblata sunt in sacrificium comedenda erant tota, cùm non possent reseruari carnes alicuius sacrificij vsque in crastinum, nisi hostiæ pacificæ: Leuit. 7. & 9. Si dicas, p̃ cremabantur carnes istorum totæ in sacrificio pro peccato, non stat: quia non fiebat tale sacrificium pro peccato de quocunque genere animalis, sed solùm de bobus, & non B
fiebat pro quolibet peccato, sed solùm pro peccato populi totius, & pro peccato summi sacerdotis: Leuit. 4. Hic tamen oblati sunt Arietes, & Boues, s. viginti duo millia boum, & centum, & vigintimillia arietum infra 7. & 3. Regum 8. Ideo non poterant omnia ista animalia cremari pro peccato. Etiam quia non erant omnia ista sacrificia pro peccato sacerdotis summi, & totius populi: imò nulla istorum sacrificiorum erant pro hoc, quia dicitur hic in litera, p̃ rex, & illi, qui congregati erant, offerebant animalia absque ullo numero. Ideo si omnia essent sacrificia pro peccato regis, & personarum C
regis, & pro peccato personarum priuatarum: sic non cremarentur tota animalia. Item adhuc non offerebantur ista animalia pro peccato regis, & personarum priuatarum: quia pro peccato regis offerebatur hircus: pro peccato autem personarum priuatarum offerebatur capra: Leuit. 4. Si autem dicatur, p̃ offerebantur omnia ista animalia in holocaustum, vt omnia cremarentur: non erat hoc satis verisimile, scilicet, p̃ tot animalia cremarentur, quia erat superuacuum, si nulla alia vtilitas esset nisi honorare Deum in sacrificijs: sed p̃ Deus honoraretur, & populus pasceretur de carnibus sacrificiorum, & euitaretur sumptus, qui fieri debebat in pastu populi, erat rationabile. Si autem animalia offerri deberent solùm ad cremandum in holocaustum, fuisset minor summa animalium cremata. Fuit ergo quasi tota ista multitudo animalium oblata in hostias pacificas: nam aliqua pauca in D
holocaustum offerrentur.

*Quomodo sacrificari poterant animalia coram arca, cum portaretur. Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo poterant animalia sacrificari coram arca cùm portaretur. Nam non videretur modus quo fieret, ad faciendũ cum sacrificia, oportebat, p̃ arca maneret in aliquo loco fixa, & coram ea offerrentur sacrificia, & crematentur carnes animalium, vel saltem adipes, & tamen arca portabatur, & sic erat in motu: ideo non videtur quomodo possent coram arca offerri sacrificia. Dicendum, p̃ oblata fuerunt multa sacrificia cum por- E
taretur, non tamen fuerunt oblata omnia animalia, quæ habentur infra 7. & 3. Regum 8. scilicet, viginti duomillia boum, & centum, & vigintimillia arietum. Nam ista oblata sunt quandiu durauit tota ista festiuitas portationis arcæ, quæ quatuordecim diebus celebrata est. 3. Regum 8. Coram arca autem quando portaretur, pauciora istorum oblata sunt, licèt dicat hic litera, p̃ offerebantur animalia absque vllo numero. Modus autem offerendi erat, p̃ arca mouebatur per aliquod paruum spacium, & postea sistebatur: & tunc coram ea sacerdotes & Leuitæ canebant, & populus quoque plaudebat in omnibus generibus vasorum sanctorum, & interim offerebãtur sacrificia coram



arca, scilicet factis magnis ignibus iugulabantur animalia, & cremabantur adipes eorum, & interdum aliquæ partes carnium. Et hoc cito fiebat propter magnitudinem ignis cito consumentis, & propter paucitatem, vel paruitatem rerum cremandarum. Et quandiu cremabantur hæc, canebant Leuitæ, & sacerdotes & populus in circuitu arcæ. Expletis autem sacrificijs mouebatur rursus arca per aliud paruum spacium, & iterum sistebatur, & denuo fiebant sacrificia coram ea, & sic sæpe factum est quousq; perducta est in templum. Simile factum est, quando Dauid transtulit arcam de domo Obededom in domum suam. Nam mouebatur arca per sex passus, & sistebatur, & tunc offerebantur coram ea septem arietes, & septem vituli, & sic fiebat quotiens portantes arcam transissent per sex passus. 2. Regum 6. & præcedenti libro cap. 15. Similiter ergo fieret hic, p̃ post determinatum spacium offerrẽtur animalia aliqua, & iterum post aliud spacium offerrentur alia. Dum autem arca mouebatur, nullum animal offerebatur, sed sequebantur sacerdotes, & Leuitæ, & populus canẽtes coram arca, & sic portata est in locum suum.

Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, idest ad oraculum templi in Sancta Sanctorum, subter C
alas Cherubim: ita vt Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: Si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. Nihilque erat aliud in arca nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filijs Israel egredientibus ex Aegypto.

*Et intulerunt sacerdotes arcam in locum suum.* Scilicet, postquam arca deducta est in templum, sacerdotes intulerunt eam, idest introduxerunt in locum suum, scilicet in Sancta Sanctorum. Et dicitur hoc, quia prius non portabant eam sacerdotes, sed Leuitæ portabant illam: vt patet in litera: Postquam autem deducta est in templum, Leuitæ dimiserunt illam, & sacerdotes illam introduxerunt in Sancta Sanctorum. Causa huius fuit, quia Leuitis non licebat introire in Sancta Sanctorum: sed solis sacerdotibus, & non omnibus, nec omni tempore. Ipsi ergo eam nunc introduxerunt, de quo magis dicetur infra in quadam quæstione. *Idest ad oraculum templi in Sancta Sanctorum.* Expositio præcedentis dicti est: nam locus arcæ erat Sancta Sanctorum, & illuc nunc introducta est. Et vocatur locus iste oraculum. Accipitur oraculum multipliciter: vno modo pro responso vocaliter dato, & dicitur oraculum ab ore, & sic dicimus, viuæ vocis oraculo aliquid fuisse responsum. Secundò modo vocatur oraculum in sacra scriptura pro ipso propitiatorio arcæ, quod erat opertorium eius: & sic dicitur Leuit. decimosexto, quòd non introeat summus sacerdos omni tempore in Sancta Sanctorum:

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia Deus apparebat in nube super oraculum, ideſt, F
ſuper propitiatorium. Et vocatur iſto modo oraculum à primo modo, ſcilicet, quia ſuper illud opertorium arcæ audiebatur diuinum reſponſum vocaliter: vt patet Num.7.ſ.ꝙ cùm Moyſes vellet conſulere dominũ, introibat tabernaculum fœderis coram arca, & audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio de medio Cherubim, vnde & loquebatur ei. Tertiò modo accipitur oraculum pro tota domo Sancti Sanctorum. Et poteſt vocari oraculum à primo modo oraculi, ſcilicet, quia intra domum Sancti Sanctorum audiebantur oracula, ideſt diuina reſponſa in voce, vel à ſecundo modo oraculi, ſcilicet, quia intra domum illã erat oraculum, ideſt propitiatorium, quod erat oraculum. Vel poteſt tertio modo vocari oraculum iſta domus ab orando, quia Iſraelitę contra iſtam partem orabant. Nam nos oramus contra orientem, quia communiter capita Eccleſiarum noſtrarum ſunt verſus Orientem. Iudæi autem contra Occidentem orabãt, & orant, quia arca ſuper quam Deus eſſe putabatur, erat in parte occidentali tabernaculi, & poſtea in parte Occidentali templi: vt patet de tabernaculo Moyſi: Exod.26. de templo Salomonis.3.Reg.6.& ſupra 3.& precedenti cap. *Subtus Cherubim*. Scilicet, arca erat poſita ſubtus Cherubim duobus: nõ intelligitur iſtud de duobus Cherubim aureis, qui erant ſuper arcam: quia iſti erant productiles de ipſa arca, & ſemper erant ſuper eam. Alioquin neceſſe erat tolli propitiatorium de arca, vt declaratum eſt Exod.25.& 37. ſed intelligi- H
tur de duobus Cherubim ligneis de lignis oliuarum, quæ fecit Salomon in Sancta Sanctorum. 3.Reg.6.& ſup. 3. quomodo autem poſſent iſti habere arcam ſub alis, declarabitur infra in quadam queſtione. *Ita, vt Cherubim expanderent alas ſuper locum in quo erat arca*. Erat arca in medio domus Sancti Sãctorum, & Cherubim extendebant ſuper locum illum alas ſuas. *Et ipſam arcam tegerent cum vectibus ſuis*. Scilicet, extendendo alas ſuper arcam extendebant etiam ſuper vectes, & tegebant vectes, & arcam. Erant vectes arcæ, quædam ligna longa poſita in duobus lateribus arcę infixa in circulis aureis procedentia ex parte anteriori, & poſteriori arcæ, vt poſſet arca ſuper humeros hominum portari in illis vectibus. Exo.25.& 36. ſed de modo tegen- I
di infra dicetur. *Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant capita, apparebant ante oraculum*. Scilicet, quia capita vectium erant longiora quã arca aliquantulum apparebant ante Sancta Sanctorũ. In iſta litera eſt difficultas nec poteſt ſatis explicari: quia nemo noſtrum ſcire poteſt quanta fuerit longitudo vectium: etiam neſcimus quantũ appropinquabat arca portæ Sancti Sanctorum in templo: nec qualiter ſe habebat porta illius atrij, vel domus ad domũ exteriorem, vt poſſemus iudicare qualiter poſſent videri vectes, & non arca, & qualiter ex pauco ſpacio ante oraculum, & non procedendo vlterius. Poteſt autem intelligi vno modo ſic, ſcilicet, ꝙ domus Sancti Sanctorum habebat portam, vt patet 3.Reg.6. & ſup. K
3.& precedenti c. & cùm clauderetur oſtium domus illius per aliquas rimulas ante oſtium poterat videri extremitas vectium arcæ, & ſiquis aliquantulum ſe elongaſſet ab oſtio domus illius, non poterat iam videre vectes. Et ſic iſti, qui erant apud portam Sancti Sanctorum nõ poterant videre iam vectes aliquid de arca: quia erat ſemota ab oſtio: quia tamen erant vectes longiores, & magis accedebant ad oſtia poterant videri capita vectium, per rimulas illas non patebat quicquam viſui. Alio modo poteſt intelligi hoc ſupponendo, ꝙ porta Sancti Sanctorum eſſet patens, ſ. ꝙ quando eſſet clauſa porta illa, non poſſet videri arca, nec aliquid de vectibus, ſed quãdo eſſet aperta poſſent videri capita vectium ab exiſtentibus apud portam, & à procul exiſtentibus non poterat aliquid videri de arca nec de vectibus. Iſte modus exponendi videtur eſſe conuenientior. Primò, quia non eſt ſatis veriſimile, ꝙ in porta Sancti Sanctorum relinquerentur aliquæ rimulæ per quas poſſent videri, quæ intus erant: ſed omnia fierẽt diligentiſſimè: ita vt nihil patere poſſet. Secundò patet, quia iſta occultatio, vel reuelatio vectium debet attribui Cherubim tegentibus arcam, & vectes: quia aliàs litera non eſſet ad propoſitum præcedentis. Nam ſupra dictum eſt immediatè, ꝙ Cherubim operiebant arcam, & vectes. Et ſequitur: vectium capita, quia parum longiores erant, &c. quaſi dicat, Cherubim extẽdebãt alas ſuper arcam, & vectes, & tegebant vtrumque: quia tamen vectes arcæ erant paululum longiores quàm arca non poterant plenè operiri alis Cherubim, ideo apparebãt ſummitates eorum. Et ſic erit ſenſus, ꝙ alæ Cherubim ita artificiosè tegebant arcam, & vectes, ꝙ etiam ſi eſſet porta Sancti Sanctorum aperta, & eſſet quis extra domum ipſam ad oſtium eius non poterat videre niſi capita vectium: quia alæ Cherubim non omnino tegebant eos, & tamen ſi quis modicum ſe elongaſſet ab oſtio Sancti Sanctorum, non poterat videre capita vectiũ: quia alę Cherubim tegebant eos, & tunc eſt litera iſta ſatis conſona præcedenti. Et iſte vꝝ verior ſenſus, licèt præcedens teneatur à multis, & ille eſt, quem tenuimus.3.Reg.8. Aliter autem exponit Rabbi Salomon, ſ. ꝙ arca erat intra Sancta Sanctorum apud portam, & pendebat ad portam Sancti Sanctorum ex parte interiori, quoddam velum, & cum capita vectiũ longa eſſent, impellebãt modicum ipſum velum, contra partem exteriorem domus, & videbantur duo ſigna rotunda in velo vbi tangebant illud capita vectiũ: erantque ſicut vbera rotunda, & de hoc exponit Rabbi Sal. quod hr̃.Canti.c.1.2. Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, ſ. ꝙ arca in qua Deus videbatur eſſe, qui erat dilectus Sinagogæ commorabatur inter vbera ſua, ideſt inter illa duo ligna rotunda, qui videbantur vbera: quia inter illa erat arca. Sed iſtud non ſtat, quia non facit ad propoſitum dictũ illud Canti. Canticorum, cùm nõ ſit conueniens metaphora, nec valebit quis eam coaptare. Item non eſt verũ, ꝙ penderet velum aliquod, quod impelleretur à capitibus vectium: ita vt viderẽtur vbera: quia domus Sancti Sanctorum portas habebat, & non velum pendens, quod patet: quia fecit Salomon oſtiola in Sancta Sanctorum.3.Reg.6.c.& præced.c. Ideo tenendus eſt ſenſus præcedens. *Si verò quis paululum fuiſſet extrinſecus*. Ideſt ſiquis modicum elongaretur à porta Sancti Sanctorũ. *Eos videre non poterat*. Scilicet, quia tunc alæ Cherubim videbantur tegere totos vectes. *Fuit itaq; arca ibi vſq; in præſentem diem*. Scilicet, manſit arca inter duos Cherubim vſque ad illum diem, in quo loquitur hic Eſdras. *Nihilq; erat aliud in arca, niſi duæ tabulę*. Quia dictũ eſt de arca, quomodo in Sancto Sanctorum poſita, & circa hoc multa dicta ſunt: quia aliquis putaret aliquid magnum eſſe in arca: ponitur hic quid erat in ea, ſ. ꝙ nihil aliud erat in ea, niſi duæ tabulæ legis, in quibus ſcripta erant præcepta decem, quas poſuerat Moyſes in Chareb, ſ. poſuerat Moyſes iſtas duas tabulas in arca, quando erat in Chareb, ſiue in monte Horeb: qui aliàs vocatur mons Sinai. *Quando legem dedit dominus filijs Iſrael egredientibus de Aegypto*. Scilicet, iſtę tabulę fuerunt poſitæ in arca, quando data eſt lex. Nam in monte Sinai data eſt lex: Exo.19.& 20.& Deut.5.& tunc poſitę ſunt tabulæ in arca: qa data lege aſcendit Moyſes in monte ad Deum, & manſit cum eo quadraginta diebus, & totidem noctibus, & accepit tabulas illas, & poſtea fregit illas in deſcenſu montis, quia populus peccauerat Exo.32. Rurſus aſcendit ad dominum, & ſtetit cũ eo aliis quadraginta diebus, & totidẽ noctibus, & accepit tabulas ſecundas, quas tulit ſecum deſcendens cornuta facie: Exo.34. Iſtas tabulas poſuit in arca, quia Deus hoc iuſſit: Exo.25. nam qñ fecit Moyſes arcam, dixit Deus, ꝙ poneret in ea teſtimonium, quod daret ſibi, ſcilicet tabulas, quæ in teſtimonium datæ erant. Et dicitur egredientibus de Aegypto, ſcilicet, quòd data eſt iſta lex in exitu de Aegypto. Nam vix completi fuerant quinquaginta dies ab exitu de Aegypto, quando data eſt lex. Exierunt enim Iſraelitæ de Aegypto die quintadecima menſis proximi: Exod.12. quia die quartadecima ad veſperum fecerunt Phaſe in Aegypto, & die ſequẽti receſſerũt inde. Exo.4.c.& B
Nu.33.& venerunt in montem Sinai prima die menſis tertij: Exo.14.& ſunt dies quadragintaquatuor. Nam manebant quindecim dies de menſe primo. Menſis autem ſequens erat dierum vigintinouem: quia cùm Hebræi habeant menſes lunares faciunt vnum menſem dierum triginta, & alium vigintinouem: & ſic erant dies quadraginta quatuor ab exitu de Aegypto vſque ad diem, quo introierunt, & caſtrametati ſunt in monte Sinai, non computando diem quintumdecimum menſis, quo de Aegypto exierunt Iſraelitæ: & cum illo ſunt quandraginta quinque dies. Tranſierunt autem tres dies de mẽſe tertio vſquequo data eſt lex, vt colligitur Exo.19.& ibi declaratum eſt: & ſic erunt quadragintaocto dies vſque ad dationem C
legis computãdo ipſum, & diem exitus de Aegypto. Vel ſecundùm alios, vt tenent Hebræi, data fuit lex die ſexto menſis tertij, & tũc data fuit lex quinquageſimo die ab exitu de Aegypto excludendo diem exitus de Aegypto, vel diem dationis legis.

*Quare Leuitæ non introduxerunt arcam in Sancta Sanctorum: vt dimitterent eam in loco ſuo, ſicut eam per viam portauerant.*
*Queſtio XXI.*

QVAERITVR Circa prædicta, quare Leuitæ non introduxerũt arcam in Sancta Sanctorum, vt dimitterent eam in loco ſuo, ſicut ipſi portauerunt D
eam per viam, ſi ſacerdotes eam introduxerunt illuc. Nam cùm ducta eſt in templum, dimiſerunt eam Leuitæ, & introduxerunt eam ſacerdotes. Dicent quidam, quòd hoc fuit propter ſanctitatem loci. Nam erat ſanctum ſanctorum locus ſacer, & non licebat illuc cuiquam introire, niſi ſacerdotibus. Dicendum, ꝙ verum eſt, ꝙ ſanctum ſanctorum erat locus ſanctior totius ſanctuarij: & tamen nõ prohibbeantur introire illuc Leuitæ propter ſanctitatem loci: quia ſi arca nõ eſſet in ſanctuario poterant introire Leuitæ in ſancta ſanctorum, ſicut erat quandocunque mouebatur ſanctuarium de loco ſuo motis caſtris. Nam ſacerdotes ingredientes in ſancta ſanctorum velabant arcam operimentis ſuis, & deponebant velum, quod pendebat E
ante eam: & tunc introibant Leuitæ ad locum, vbi erat Sancta Sanctorum: & deponebant cortinas, & tabulas eius, & tollebant inde arcam. Potiſſimè autem erat hoc in præſenti: quia domus Sancti Sanctorum nondum erat ſanctificata: quia nunquam introierat in eam arca: & ſic erat, ſicut quælibet alia pars templi, ita vt non prohiberentur Leuitæ intrare in illam propter hoc. Sed dicendum eſt, quòd prohibiti fuerunt intrare in illam domum propter arcam. Nam arca dimittenda erat nunc in ſancta ſanctorum nuda. Quando Leuitæ portabant eam per viam de domo Dauid in templum erat velata operimentis ſuis: vt Leuitæ non morerentur videntes eam nudam, & tangentes. Vnde iubebat Deus, quòd quando portanda eſſet arca de loco ad locũ, & alia vaſa ſanctuarij, quod ſacerdotes intrarent in ſanctuarium: & illam operirent: & etiam vaſa, & traderent Leuitis portanda: quia aliàs morerentur: ſi viderent arcam, vel alia vaſa nuda: Num.4.& ſi nunc introducerent arcam in ſancta ſanctorum, debebant eam ibi nudam relinquere: & ſic viderent eam nudam, quod eſſet illis mortis occaſio: ideo ſacerdotes debuerunt introducere arcam, vt eam nudarent, & relinquerent. Sic etiam de omnibus vaſis aureis, & argenteis erat, quæ in templo erant. Nam velata erant quando portabantur in via: Num.4.& nunc cùm relinquenda eſſent in templo, nudarentur: & ſic illa ẽt non deberent videre Leuitæ: ideo ſacerdotes illa introducebant in templum, & ordinabant in lòcis ſuis, & ſic factum eſt.

*Quando licuit ſacerdotibus introire in Sancta Sanctorum, & qui ſacerdotes erant iſti, qui introierunt ad ponendum ibi arcam.*
*Quæſt. XXII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo ſacerdotibus licuit introire in Sancta Sanctorum: & qui ſacerdotes erant iſti, qui introierunt ad ponendum ibi arcam. Nam videtur, quòd non poterant illuc intrare plures ſacerdotes, ſed vnicus, ſcilicet ſummus ſacerdos. Sic dicitur ad Hebr.9. quòd in primam partem templi introibant quotidie ſacerdotes, & tamen in ſancta ſanctorum introibat ſolus ſummus ſacerdos. Idem patet Leuit.16. non ergo intrarent alij cum eo, & non ſolùm non licebat aliis ſacerdotibus introire cum ſummo ſacerdote in ſancta ſanctorum, ſed etiã non licebat eis ſtare in prima parte templi, quando ſummus ſacerdos ingrederetur in ſancta ſanctorum: Leuit.16. ſcilicet, nullus hominum erit in tabernaculo, quando ſacerdos introibit in ſancta ſanctorum. Dicunt quidam, quòd non introiuit nunc in ſancta ſanctorum aliquis, niſi ſummus ſacerdos: quia ipſi ſoli licebat illuc introire. Sed obijcietur: quia dicitur hic, quòd ſacerdotes intulerũt arcam in locum ſuum in ſancta ſanctorum. Dicetur, quòd accipitur plurale pro ſingulari, ſicut accipitur in alijs locis, ſcilicet: Matth.27.& Mar.15. dicitur de duobus latronibus, qui crucifixi erant cum Chriſto, quòd conuitiabantur ei: & tamen manifeſtum eſt, quòd vnus tantùm conuitiabatur ei: & alius conuitiantem increpabat, & à Chriſto miſericordiam implorabat: Luc.23.cap. Sic etiam præcedenti capitulo dicitur, quòd poſuit panes ſuper menſas. Manifeſtum eſt tamen, quòd vnica erat menſa propoſitionis, ſicut ibi probatum eſt in quadã quæſtione. Dicendum eſt tamen, quòd hoc non ſtat, quia certum eſt, quòd vnicus ſacerdos quantumcũq; eſſet robuſtus: non poſſet introducere arcam ad locum ſuum: quia arca erat magna, & non poterat portari, niſi à quatuor hominibus ad minus: vnde portabatur per vectes duos poſitos in lateribus. Secundo patet, quia dictum iſtorum procedit ex falſa extimatione, ſcilicet, quòd non liceret vnquam ſacerdotibus minoribus introire in Sancta Sanctorum. Nam licebat eis ſępe, vt patet Numeri 4. Nam quandocunque mouenda eſſent caſtra de loco ad locum, introibat ſummus ſacerdos cum minoribus in ſancta ſanctorũ, & velabant arcam, & ſic tradebant eam portandã Leuitis: & quando figebantur caſtra, figebatur etiam tabernaculum, & introibant ſacerdotes in ſancta ſanctorum, & tollebant velamenta arcæ: & ſuſpendebãt ante eam velum: à fortiori ergo nunc liceret ſacerdotibus minoribus illuc intrare, quia in caſibus, qui habentur Num. 4. ſolùm velabatur arca, vel auferrebantur

Universidad de Deusto
Biblioteca



bantur velamenta, & non mouebatur de loco ad lo- F
cum: & ad illud poterat sufficere solus sacerdos magnus, & tamen nunc introducenda erat arca in sancta sanctorum, ad quod non sufficiebat vnus homo: ideo introirent sacerdotes minores cum sacerdote magno. Sed tunc dicetur, quomodo ergo dicitur ad Hebræo. 9. quòd solus summus sacerdos introibat in sancta sanctorum? Dicendum, quòd illud intelligitur quando arca stabiliter manebat in loco sanctuarij: & non introducebatur, vel educebatur: quia tunc solus summus sacerdos introibat illuc, & non omni tempore, sed solùm semel in anno in die propitiationis. Et illa die non sine sanguine, & thuribulo cum aromatibus: Leuit. 16. & ad Hebr. 9. Quando autem
arca educenda erat de Sancto Sanctorum, vel illuc in- G
troducenda introibat illuc summus sacerdos, & minores ad velandum, & ducendam eam: & quando introducenda erat introibant illuc isti sacerdotes ad intromittendum eam, & ad tollendum velamenta, vt maneret nuda, quia quando arca manebat in loco suo, nuda esse debebat. Si autem quæratur quare licebat soli summo sacerdoti introire in sancta sanctorum, quando arca manebat immobiliter in locó suo. Et cùm educenda, vel introducenda erat, licebat omnibus sacerdotibus introire. Dicendum, quòd causa est, quòd quando arca immobiliter manebat, apparebat super eam gloria Domini super illam. Et quia Deus non iudicabat dignos omnes sacerdotes videndi illam maiestatem Domini, vel audiendi ali- H
quid de illa, nolebat, quod introiret quis, nisi summus sacerdos. Pro quo sciendum, quòd super arcam erat propitiatorium, siue opertorium arcæ, & in illo erant duo Cherubim aurei extendentes alas suas alter cõtra alterum: ita vt inter alas eorum maneret quoddam spacium occultum, in quo erat quoddam corpus aereum grossum formatum assumptum à quodam angelo ad formandum voces humanas. Et inde formabantur voces, in quibus dabatur responsum ad dubia quæcunque. Patet hoc Numeri septimo, quia quandocunque Moyses volebat consulere oraculum, introibat in sancta sanctorum: & audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, vnde loquebatur ei. Non poterat tamen formari vox sine cor- I
pore, ideo necesse erat, quòd esset ibi aliquod corpus aereum, in quo formarentur illæ voces. Deus autem volebat quibusdam ostendere totam istam gloriam suam, & alijs non. Nam quòd quis videret corpus illud, in quo formabantur voces, erat magna dignitas. Quòd autem audiret voces eius, & non videret illud erat dignitas quædam licèt non æqualis. Quòd autem non concederetur audire voces, nec videre corpus erat nulla dignitas. Deus autem voluit concedere summo sacerdoti dignitatem vnam istarum, scilicet, quòd audiret voces, quæ formabantur in illo corpore, licèt non videret illud. Et patet hoc, quia iussit Deus, quòd quando introiret summus sacerdos in Sancta Sanctorum: ferret ante se thuribulum ple- K
num prunis, & thymiamate, vt fumus grossus inde consurgens obfuscaret oculos eius, & impediret ne posset videre quod erat super propitiatorium: Leuiti. 16. Quòd autem ista esset causa, patet: quia eodem capitulo dixit Deus, quòd Aaron summus sacerdos non intraret omni tempore in sanctuarium, quod est contra velum, nisi hoc prius faceret. Et ponuntur ibi ea, quæ facere deberet, & inter illa ponitur istud, scilicet assumpto thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & ponens manu compositum thymiama incensum vltra velum intrabit sancta sanctorum, vt positis super ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiat oraculum quod est supra testimonium, & non moriatur: quasi dicat: si illius incensi vapor grossus non operiret oraculum: ita vt non posset illud videre summus sacerdos morereturs. Ergo ex hoc, quod videbat illud quod erat super propitiatorium moriebatur: Deus ergo volebat, quòd non videret istud. Item patet, quia dicitur ibi in principio capituli, quòd non ingrediatur summus sacerdos omni tempore in sanctuarium, quod est vltra velum, & subditur causa, vt non moriatur: quia in nube apparebo super oraculum. Et sic erat ibi corpus intra oraculum formatum de illa nube quod erat organum vocum formatarum. Vel fortè illa nubes erat ad operiendum corpus illud formatum de aere, quia illud corpus haberet lineamenta fortè sicut homo, vel sicut aliquod animal: & vt non videretur erat nubes grossa in circuitu eius. Sacerdos ergo magnus introiens in sancta sanctorum in die propitiationis, audiebat voces, quæ formabantur super propitiatorium: & tamen non videbat corpus, in quo formabantur. Quòd autem audiret summus sacerdos aliquid quando illuc introibat, patet: quia iubebat Deus, quòd nullus hominum esset in tabernaculo, quando Pontifex ingrediebatur in Sancta Sanctorũ: Leuit. 16. Hoc autem non erat, nisi vt nullus posset audire voces, quæ dicebantur ad sacerdotem de propitiatorio: poterat autem illas audire, qui esset in sanctuario, scilicet, in prima parte templi: & licebat alijs sacerdotibus introire in partem illam tabernaculi, vel templi introire, vt patet ad Hebræ. 9. ergo nunc solùm excludebantur, nè audirent voces, quæ intus formabantur. Aliquibus autem concedebatur, quòd viderent corpus illud in quo formabantur voces, & audirent voces: & fuit vnicus homo, scilicet, Moyses. Nam ipse introibat in sancta sanctorum quandocũque volebat, summus sacerdos solùm semel in anno. Etiam Moyses introiens in sancta sanctorum non ferebat secum thymiama ardens, vt fumus inde procedens obfuscaret oculos eius: sed nullo facto apparatu, introibat quandocunque volebat, vt colligitur Numeri septimo, scilicet, Cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis: vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio: vnde loquebatur ei. Istam autem excellentiam Moysi super summum sacerdotem, & super omnes alios homines temporis sui ostendit Deus Numeri 12. quando Maria, & Aaron murmurauerunt contra Moysem, quasi arbitrantes se ei æquales, cùm ait. Siquis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum: at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei: & palam non per ænigmata, & figuras Deum videt. Et sic alij non videbant Deum, sed audiebant: Moyses autem videbat Deum facie ad faciem, scilicet, quia videbat corpus illud in quo formabantur voces respondentis, & ille respondens tenebatur, quasi Deus esset. Sacerdotes autem minores neutram dignitatum istarum habebant, quia nec videbant corpus illud, cùm non introirent in sancta sanctorum, quando erat ibi gloria Domini: nec etiam audiebant voces cùm non introirent cum summo sacerdote, qui audiebat, & non videbat. Et ob hoc etiam iubebatur, & quando sacerdos magnus introiret in Sancta Sanctorum, nullus hominum esset in tabernaculo, scilicet, nullus de sacerdotibus minoribus. Nam alijs non licebat illuc introire, & istis licebat. Sed nunc excludebantur, & non videbatur esse alia causa, nisi vt non audirent sacerdotes existentes in tabernaculo ea, quæ dicebantur ad sacerdotem magnum de propitiatorio. Ecce



Ecce ergo quid erat gloria Domini, quæ erat super A
propitiatorium: & quando ista erat super illud, non licebat sacerdotibus minoribus introire illuc: quando verò non erat super arcam licebat introire. Sed quandocunque arca manebat stabiliter in aliquo loco, erat gloria Domini super illam: ideo non licebat introire minoribus sacerdotibus. Cùm autem arca introducenda erat in templum, vel educenda de sancta sanctorum, non erat gloria Domini super illam: ideo tunc licebat sacerdotibus minoribus introire in sancta sanctorum. Nam quando introducebatur arca in sancta sanctorum, erat velata operimentis suis. Et non erat super illam nubes, nec corpus illud, in quo formabantur voces respondentis: & cùm tollerentur operimenta, etiam non erat gloria Do- B
mini super illam: sed cum dimitteretur à sacerdotibus intra Sancta Sanctorum, sedebat super eam gloria Domini, & cùm educenda erat arca de Sancto Sanctorum recesserat iam gloria Domini desuper illam. Et sic licitè poterant sacerdotes minores accedere ad eam. Licuit ergo nunc sacerdotibus minoribus introire cum sacerdote magno in sancta sanctorum ad ponendum ibi arcam, & tollendum velamenta eius: sed postea nunquam sacerdotes minores introierunt in Sancta Sanctorum: quia nunquam mutata fuit arca de templo Salomonis ad alium locum.

*Quomodo fuit posita arca inter Cherubim, vt velarent eam,* C
*& qui erant isti Cherubim.*

*Quæstio XXIII.*

QVAERITVR Vlterius circa Cherubim, qualiter fuit posita arca inter Cherubim, vt velarent eam, & qui erant isti Cherubim. Quidam dicunt, quòd isti erant duo Cherubim aurei positi super propitiatorium arcæ: Exod. 25. & 37. capitulo. Dicendum tamen, quòd hoc non stat, quia dicitur hic, quòd posuerunt nunc arcam subtus Cherubim, sed manifestum est, quòd non poterat poni sub illis Cherubim, qui erant aurei in arca: quia illi Cherubim erant semper super arcam: imò erant partes D
propitiatorij, siue coopertorij arcæ, quia de eo erant productiles: Exod. 25. & 37. & arca semper habebat illos: ideo non poterat nunc poni sub illis: sacerdotes tamen dicuntur nunc posuisse arcam subtus Cherubim. Item non poterat dici arca nunc posita sub illis Cherubim, nec aliquando fuisse posita, quia cum illi Cherubim essent partes arcæ, & pars, non sic supra totum, nec infra totum, quia est in toto, non erat arca sub Cherubim. Secundò patet, quia dicitur, quòd Cherubim expandebant alas super locum, in quo posita erat arca, & tamen non potest intelligi de Cherubim aureis, quia illi non expandebant alas super locum, in quo erat arca, cùm ipsi essent in arca. Tertiò patet: quia dicitur, quòd isti Cherubim ex- E
tendentes alas velabant arcam & vectes eius in capita, quæ aliqualiter longa erant: & tamen non potest hoc intelligi de Cherubim, qui erant super arcam, quia illi non operiebant vectes arcæ, sed solùm propitiatorium arcæ: nam extendebat vnus alas suas contra alterum, ita vt extremitas alæ vnius tangeret extremitatem alæ alterius: Exod. 25. & 37. & sic non operiebant, nisi arcam, vectes autem permanebant ex parte anteriori, & posteriori, & non poterant alæ Cherubim dirigi ad tegendum illos, quia tunc oportebat, quòd extenderentur vltra propitiatorium. Sed dicendum est, quòd isti Cherubim, sub quorum alis posita fuit arca, fuerunt Cherubim ligenei de lignis oliuarum, & erant magni valde, scilicet ala cuiuslibet eorum extendebatur cubitis quinque à meridie in Septentrionem, & erant duo Cherubim, quos fecit Salomon, & posuit in Sancta Sanctorum. Et longitudo alarum cuiuslibet erat cubitorum decem computata grossitie corporis. Ita quòd alæ amborum tenebant cubitos viginti quanta erat latitudo domus Sancti Sanctorum ab Aquilone in Meridiem. De istis Cherubim patet supra 3. & 3. Reg. 6. Isti Cherubim, quia erant magni, poterant sub se tenere arcam, & operire eam, atque vectes eius, & sic fuit.

*Quomodo isti duo Cherubim de lignis oliuarum erant operientes totam arcam, & vectes eius cùm non videatur modus ad operiendum.*

*Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo isti duo Cherubim de lignis oliuarum erant operientes totam arcam, & vectes eius, quia non videtur modus, quo operirent eam. Quidam dicunt, quòd isti duo Cherubim velabant arcam: ita quòd haberent vultus contra se versos, & alas extensas ex opposito: ita vt alæ vnius tangerent alas alterius, & clauderent intra se arcam. Sic enim, quòd vnus Cherub haberet vultum contra orientem, & dirigeret vtram que alam directè contra orientem. Alius autem Cherub esset ex parte orientis, & conuerteret vultum contra occidentem: & sic duæ alæ vnius tangerent duas alas alterius: & in medio clauderent arcam. Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primò, quia ambo isti Cherubim habebant vultus versos contra domum exteriorem, scilicet ad Orientem: & tamen secundùm hoc vnus Cherub habebat vultum contra Orientem, & alius contra Occidentem: quòd amborum vultus essent contra Orientem patet supra tertio. Secundò patet, quia alæ istorum erant dispositæ sic, quòd ala vna vnius tangebat vnam alam alterius solùm, supra tertio. Et tamen hoc modo duæ alæ se tangebant mutuo. Tertiò patet, quia erant isti Cherubim, ita positi, quòd ala vna vnius tangebat parietem Aquilonarem, & altera ala alterius tangebat parietem Australem, supra tertio. Et tamen hoc modo nullius eorum ala tangebat parietem aliquem, sed duæ alæ vnius tangebant duas alas alterius in medio domus: ideo non stat ista positio. Alij dicunt, quòd isti Cherubim erant sic dispositi, quòd vnus esset ex vna parte habens vultum contra Aquilonem, & extenderet alas suas vnam contra Occidentem, & aliam ad Orientem. Alius esset ex alia parte arcæ habens vultum contra austrum cuius vna ala extenderetur contra Orientem, & alia contra Occidentem. Et inter istos esset arca, & sic operirent eam. Sed istud non stat: primò, quia duo Cherubim, quos fecit Salomon, tangebant se in ala vna, scilicet, quòd ala vna vnius tangebat alam vnam alterius, supra tertio. Et tamen Cherubim positi isto modo non tangebant se in aliqua parte, sed quilibet eorum dirigebat vnam alam contra Orientem, & vnam contra occidentem. Secundò patet, quia vultus Cherubim erant ambo contra Orientem, scilicet ad domum exteriorem, & tamen vultus istorum erant oppositi vnus contra Meridiem, & alius contra Aquilonem. Tertiò patet, quia alæ illorum Cherubim tangebant parietes duos domus, scilicet ala vnius parietem Aquilonarem, & ala alterius parietem meridianum. Alæ autem Cherubim isto modo non poterant tangere parietem aliquem, quia à

pariete

Universidad de Deusto
Biblioteca



pariete in parietem erat distantia cubitorum viginti, F & tamen longitudo duarum alarum cuiuslibet Cherub erat cubitorum decem: ideo nullum parietem attingerent. Et si aliquem tangerent, ille esset orientalis, vel Occidentalis: quia contra illos dirigebant alas suas: ideo non poterant esse sic dispositi. Alij dicunt, quòd isti Cherubim erant sic dispositi, quòd vnus erat ex parte Orientis conuerso vultu contra occidentem dirigens alas suas in latum, scilicet, vnam contra Aquilonem, & alteram contra Austrum. Et alius esset ex parte Oecidentis dirigens faciem contra Orientem, alas autem extendens in latum, scilicet, vnam contra Meridiem, & aliam contra Aquilonem: & sic vnus velaret arcam ex parte Orientis, & alius ex parte Occidentis. Sed dicendum, quòd G hoc non stat. Primò, quia hoc modo ala vnius non tangeret alam aliquam alterius, cùm non dirigeret vnus alam aliquam contra alteram: & tamen vnus Cherubim istorum tangebat alam alterius, supra 3. & & 3. Reg. 6. Secundò non stat: quia illi Cherubim habebant vultus conuersos contra domum exteriorem: supra tertio: & tamen sic vnus eorum haberet vultum conuersum ad orientem, siue ad exteriorem domum: & alius vultum conuersum haberet ad Occidentem. Tertiò non stat, quia ala vnius istorum Cherubim tangebat parietem Aquilonarem, & ala alterius parietem Australem: & tamen isti nullum parietem tangere poterant, quia erant positi in medio domus: & latitudo eius erat cubitorum viginti: & tamē H alarum magnitudo cuiuslibet Cherubim erat cubitorum decem tantum. Quartò patet, quia isto modo non satis videbatur quomodo esset arca sub alis Cherubim: ita vt operirent eam, & vectes. Nam sic viderentur eam tenere inter se, tamen non operirent eam: quia alæ eorum non se tangerent. Quintò patet, quia litera innuit, sicut supra declaratum est, quòd Cherubim alis suis velabant arcam & vectes præter capita vectium, quæ non poterant velare propter eorum longitudinem aliquantam. Et tamen cum vnus Cherub esset ex parte orientali ante arcam, & alius ex parte occidentali post arcam potius velarent capita vectium, & non medium arcæ: cùm magis appropinquarent Cherubim capitibus vectium, quàm arcæ. I Alij dicunt, quòd hoc erat sic, scilicet, quòd duo Cherubim erant super pedes suos habentes vultus contra Orientem, siue exteriorem domum extendentes alas contra se inuicem, scilicet, quòd ala vnius dextra tangeret parietem meridianum domus in angulo: & ala sinistra alterius tangeret parietem Aquilonarem in angulo, & duæ alæ eorum se contingerent in medio domus, scilicet ala dextra vnius tangeret alam sinistram alterius, & dorsa eorum essent coniuncta parieti occidentali domus, ita vt paries teneret eos, nè caderent. Dicendum, quòd non stat, quia non est modus quomodo sic possent isti duo Cherubim operire arcam: nam sic transirent alæ eorum super partem postremam vectium apud parietem occidentalem: K tamen arcam ipsam non tangerent, & à fortiori, nec vectes ex parte orientali: cùm arca esset extenta ab oriente in occidentem, & quædam pars vectium pertingebat propè portam Sancti Sanctorum, quæ erat ad Orientem, ideo dicitur in litera, quòd siquis esset extra sancta sanctorum modicum distans poterat videre capita vectium. Si autem modicū vltra se elongasset, iam illos videre non poterat. Alij dicunt, quòd Cherubim isti erant in sancta sanctorum in medio domus: & sic velabant arcam. Modus erat, quòd Cherubim starent super terram ambo respicientes contra Orientem ad exteriorem partem domus: & non essent iuxta parietem Occidentalem, nec iuxta Orientalem, sed æqualiter distarent ab illis, nec dissent alas contra illos, scilicet, quod à pariete orientali sancti sanctorum vsque ad occidentalem erat longitudo cubitorum viginti, vt patet 3. Reg. 6. & supra 3. & quilibet istorum Cherubim distaret decem cubitis ab Oriente, & totidem ab Occidente: & tamen accederet vnus magis ad parietem Aquilonarem, quã ad Australem, & alius è conuerso, scilicet, quod locus vnius distaret quinque cubitis à pariete Aquilonari, & quindecim à pariete australi, & iste tangeret parietem Aquilonarem ala sinistra: eo quòd longitudo alæ cuiuslibet erat cubitorum quinque, supra 3. Locus autem alterius Cherubim distaret quinque cubitis à pariete australi: & quindecim ab Aquilonari, & tangeret parietem Australem ala dextra: tunc necesse erat, quòd duæ alæ istorum se contingerent in medio domus, scilicet, inter Austrum, & Aquilonem, quia latitudo domus erat cubitorum viginti, & tanta erat longitudo alarum, & contactus iste alarum esset super arcam: quia arca erat in medio domus inter Aquilonem & Austrum, directa parte anteriori eius contra Orientem, & posteriori contra Occidentem: & tunc benè datur, quòd arca esset sub alis Cherubim, eo quòd contactus alarum erat super eam, & tamen non operirent eam. Litera tamen dicit, quòd operiebant Cherubim arcam, & vectes eius expandentes alas suas, nisi quòd capita vectium, eo quòd modicum longiora erant, non poterant benè velari. Ideo necesse est, quòd aliter detur modus tegendi, licèt alii qui istum teneant, qui proximior est veritati omnibus præcedentibus, & quem tenuimus tertio Reg. 6. & 8. & tamen non sufficit cùm debeat tegi tota arca. Sic etiam ponit Iosephus 8. Antiquit. scilicet, facerdotes arcam collocauerunt inter duos Cherubim, qui eam suis alis complexi. Sic enim erant ab artifice facti, vt arcam velut quoddam tabernaculum, aut cameram protegerent. Dicendum ergo, quòd modus Determinatio. istę præcedens verus est, & tamen ei addendum est aliquid. Nam necesse est, quòd isti duo Cherubim extenderent alas suas à Meridie in Aquilonem, & ala vnius tangeret alam alterius, & haberent vultus conuersos ad orientem contra exteriorem domum, nec poterat totum hoc esse, nisi ponendo, vt supra positum est. Sed dicendum est, quòd quilibet istorum Cherubim habebat alas multas ex omni parte. Nam sic habent omnes Cherubim: sic enim Ezechiel vidit animalia quatuor, Ezechiel. primo, & illa erãt Cherubim: Ezechielis decimo. Et quodlibet eorum habebat alas sex: Ezechiel. primo, & decimo, & velabant anteriora, & posteriora, & volabant duobus si opus esset. Ita isti duo Cherubim habuerunt multas alas, & duæ, quæ erant ad latera extendebantur in latum, ita vt extremitas vnius tangeret alam alterius: & alia ala tangeret parietem Australem, vel Aquilonarem. Aliæ autem quatuor extendebantur ante, & retro, & flectebantur: ita vt efficerent quandam occultationem, siue camerationem inter se, sub qua quasi sub quodam tabernaculo, siue arcu esset arca recondita: vt dixit Iosephus: & iterum in eodem 8. Antiquitatum, ait: duæ alæ vnius Cherubim quinis erant cubitis extensę: quapropter procul à semetipsis aberant, ita vt ala vna tangeret parietem Australem, alia verò posita ad Aquilonem: aliæ verò semetipsis contingentes arcam, quæ in medio posita erat, operiebant. Hos verò Cherubim quales fuerint, nullus dicere, aut conijcere potest. Isto modo facile erat intelligi quomodo Cherubim duodecim alis velarent arcam, & vectes eius operirent. Sic etiam extenderent alas duas contra parietes duos domus, scilicet, contra Aquilonem, & contra Austrum: & tangerent illos



illos extendendo alas viginti cubitis iuxta latitudinem domus Sancti Sanctorum. Et sic intelligitur quod dicitur in litera, scilicet, quòd capita vectium apparebant, quia erant vectes aliquantulum longiores, scilicet alæ duodecim duorum Cherubim extendebantur, complicabantur, & curuabantur super arcam, & vectes, & operiebant illos: quia tamen vectes erant longiores, quàm ista curuatura alarum Cherubim, apparebant capita vectium existentibus apud portam Sancti Sanctorum: & cùm aliqualiter elongaretur quis à porta, non apparebant capita vectium: quia eadem curuatura alarum Cherubim obumbrabat capitalla tunc, quia sic disposita erat.

*Ad quid fuerunt isti Cherubim de lignis oliuarum in templo Salomonis, & cur non fuerunt in tabernaculo Moysi.*

*Quæstio XXV.*

QVAERITVR Vlterius, ad quid fuerunt isti Cherubim facti de lignis oliuarum in templo Salomonis, & cur non fuerunt in tabernaculo Moysi alij. Ad primum dicet aliquis, quòd istud erat ad repræsentandum imaginem gloriæ. Nam in cęlis Deus habet astantes sibi multos angelicos spiritus iuxta illud Danielis septimo, scilicet millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant illi. Istorum autem spirituum superiores sunt Seraphim, & Cherubim, ideo ad repræsentandam imaginem illius gloriæ, debebat arca Domini, in qua Deus specialiter esse putabatur, circundari à Cherubim. Sed dicetur, quòd ad hoc satis erat, quòd haberet arca duos Cherubim aureos productiles super se, qui fuerunt à principio, quando arca facta est per Moysen, & tamen nunc facti fuerunt Cherubim duo de lignis oliuarum, ideo ad alium finem erant. Dicendum, quòd isti Cherubim facti fuerunt propter duo. Primum fuit ad repræsentandam similitudinem gloriæ, in qua Deo vndique assistunt angelici spiritus tam Cherubim, quàm Seraphim, & ad hoc satis proficiebant isti Cherubim cùm velarent arcam. Secundum erat ad tegendum totam arcam, & propitiatorium ex omni parte: nè aliquid posset videri de arca tanquam nihil ibi esset: & istud erat conueniens ad apparitionem Dei in gloria sua: nam quando apparuit gloria Domini Isaiæ in templo, apparuit Dominus sedens in solio excelso, & in circuitu eius Seraphim, vt patet Isaiæ sexto. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & Seraphim erant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Ita erat de istis Cherubim, quòd quilibet habebat alas sex, & duæ alæ cuiuslibet erant extentæ quasi ad volandū, & istæ erant, quæ pertingebant ab vtrumque paries tem, scilicet Aquilonarem, & Meridianum. Aliæ quatuor alæ cuiuslibet eorum velabant superiora, & inferiora arcæ, & sic erat arca occultata quasi sub tabernaculo, vel fornice: & istud non poterant facere E Cherubim duo, qui erant super arcam: quia solùm tegebant superiora eius. Cùm ergo dicitur ad quid erant isti Cherubim duo de oliuis, cùm iam essent alij facti. Dicendum, quòd ad aliud proficiebant illi, & ad aliud isti. Nam illi, qui erant super arcam erant ad ostendendum quandam imaginem gloriæ, licet imperfectam, & ad tegendum propitiatorium: nam erant productiles de extremitatibus propitiatorij, & erant vultus eorum oppositi, extendebantque alas suas ex opposito super propitiatorium, scilicet, quòd summitates alarum vnius tangerent summitates alarum alterius, & clauderent inter se quoddam spacium quadrangulum super propitiatorium.

A In illo autem concauo spacio erat corpus formatum de aere denso, in quo formabantur voces, quæ audiebantur: & illud corpus velabatur ab illis duobus Cherubim. Non tamen poterant illi Cherubim velare arcam, sed solùm extendebant alas super propitiatorium. Fuerunt ergo necessarij alij Cherubim, vt velarent totam arcam: quia similitudo perfectæ gloriæ erat, quòd tota arca velaretur. Sic enim fuit in visione Isaiæ. Nam Seraphim, qui apparuerant super solium velabant solium Dei: & ipsum Deum totum: cùm dicatur, quòd duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabant pedes, & duabus volabant. Et quia arca repræsentabat Deum in gloria existentem, debuit tota velari: & ad hoc præter B Cherubim aureos erant necessarij alij Cherubim, qui velarent totam arcam: & isti fuerunt duo Cherubim lignei, qui alis suis totam arcam quasi tabernaculum quoddam tegebant. Alia etiam causa fuit ad perfectè occultandum corpus, quod latebat in propitiatorio, in quo formabantur voces. Nam licèt positi essent duo Cherubim aurei super arcam, & clauderent inter se quoddam spacium occultum: tamen non perfectè occultabant, quia adhuc aliquid poterat apparere aliquo casu. Ideo ponebantur duo remedia ad hoc. Primum erat, quòd quando sacerdos summus introiret in sancta sanctorum ferret coram se thuribulum plenum prunis, & thymiamate, vt vapor grossus inde consurgens offuscaret oculos C eius, nè videret aliquid de eo, quod erat in propitiatorio: Leuitici decimosexto. Secundum remedium erat, quòd Deus poneret nubem quandam grossam super propitiatorium, in qua inuolueretur corpus illud, in quo formabantur voces, & non videretur, qualiter erat corpus organizatum, vel lineatum: vt patet eodem capitulo, scilicet, non intret Aaron omni tempore in sanctuarium, quod est vltra velum, nè moriatur: quia in nube apparebo super oraculum. Ad hoc ergo, quòd non esset opus his remedijs. debuit perfectè occultari arca ponendo alios duos Cherubim ligneos, qui totam operirent cum propitiatorio, & cum alis aureis Cherubim. Alia ratio fuit ad perfectam expressionem gloriæ diuinæ. D Nam quando Ezechiel vidit gloriam Domini, vidit quatuor animalia in circuitu throni: & quodlibet illorum habebat alas sex: Ezechiel. primo. Ad perfectam ergo imitationem debuerunt hic esse quatuor Cherubim: nam illa quatuor animalia erant Cherubim: Ezechiel. decimo. Sic etiam Beato Ioanni ostensa est semel gloria Domini, & in circuitu throni Dei vidit quatuor animalia, & vigintiquatuor seniores. Et illa quatuor animalia erant Cherubim, quia erant talia qualia illa, quæ vidit Ezechielem, vt patet Apoc. 4. Ideo hic debuerunt in circuitu arcæ esse quatuor Cherubim, scilicet, duo, qui erant super arcam, & duo ad latera, & velabant arcam.

*Quare Cherubim lignei non fuerunt in Tabernaculo Moysi.*

*Quæstio XXVI.*

QVAERITVR Vlterius, quare isti duo Cherubim lignei, qui fuerunt in templo Salomonis, non fuerunt in tabernaculo Moysi, cùm pertinerent ad ostendendam gloriam Domini. Respondendum, quòd multa fuerunt in templo Salomonis, quorum similia non fuerunt in tabernaculo Moysi, sicut patet de mari æneo, de luteribus, de columnis duabus, de vasorum multitudine: & eadem causa, quæ fuit de alijs, fuit de istis duobus Cherubim ligneis: & est duplex causa: prima fuit

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca



propter difficultatem portationis: nam omnia, quæ in tabernaculo Moysi erant, portabantur de loco ad locum moto tabernaculo: & si essent multa, vel magnæ quantitatis portari non possent: vel cum magna difficultate portarentur, potissimè quia vasa, & supellectilia sanctuarij non portabantur in plaustro, nec super animalia: sed humeris hominum portabantur: Numeri septimo, quia omnia illa portabantur à Chaatitis: Numeri septimo, quibus non dabantur plaustra ad portandum onera sua, sicut alijs Leuitis; Numeri septimo. Et ob hoc non fuerunt luteres in tabernaculo quamquam fuerunt in templo, quia erant magnæ quantitatis, & portari non poterant. Etiam non erat ibi mare æneum: quia illud erat valde magnæ quantitatis cùm caperet duo millia batos, tertio Regum septimo. Et nullo modo portari posset cum bobus suis. Etiam columnæ duę, de quibus præcedenti capitulo, & tertio Regum septimo portari non possent in plaustris, nec in aliquo artificio de loco ad locum magna distantia propter difficultatem nimiam: de Cherubim istis ita dicendum est, quòd quilibet illorum habebat alas sex: & extendebantur duæ illarum decem cubitis: & sic totus ipse Cherub magnæ quantitatis esset: ita, vt humeris hominum portari non posset: & tamen ab hominibus portandi erant Cherubim, cùm essent partes tabernaculi, scilicet tabulata, vel operimenta: sed supellectilia, quæ à Chaathitis portabantur super humeros. Secunda causa fuit, quia tabernaculum Moysi non fuit domus, in qua Deus deberet habitare, vel coli in æternum, sed factum est ad tempus, scilicet quamdiu Israelitæ essent in motu. Cessante autem motu, cessaret tabernaculum illud: vt efficeretur aliqua habitatio, in qua honorabiliter maneret arca Dei: & vasa ministrationis eius. Et ob hoc non oportuit, quòd laboraretur ad hoc, quòd omnia, quæ pertinebant ad perfectionem cultus diuini, & eius pulchritudinem essent in tabernaculo Moysi: quia tunc poneretur tabernaculum illud tanquam id, in quo debebat cultus Dei vltimatè manere tanquam in sua maiori perfectione. Et sic solùm posita fuerunt in tabernaculo ea, quæ erant ad necessitatem ministrationis. Quæ verò ad solam pulchritudinem pertinebant: sicut duæ columnæ æneæ: non posita fuerunt ibi, vel illa, quæ pertinebant ad maiorem perfectionem ministrationis, sicut mare æneum, & luteres: & duo Cherubim lignei: & multiplicitas candelabrorum: ita, vt essent decem, & multiplicitas mensarum decem, præcedenti capitulo. Cùm tamen in tabernaculo fuisset vnicum candelabrum, & vnica mensa. Exo. 25. & 26. Sic enim fuit de istis Cherubim, quia pertinebant ad perfectam repræsentationem gloriæ Diuinæ, vel ad perfectè occultandum corpus latens de aere inter alas Cherubim aureorum. Ideo non fuerunt in tabernaculo Moysi, sed facti sunt in templo Salomonis.

*An fuerit ibi arca vsque nunc.*

*Quæst. XXVII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo dicitur hic, quòd fuit ibi arca vsque in præsentem diem. Nam non videtur, quòd fuerit ibi arca: quia tempore, quo scriptus est liber iste, scilicet, quòd tunc adhuc manebat arca in templo Salomonis. Sed dicetur, quòd hoc non stat, quia iste liber scriptus est per Esdram, sicut tenent Hebræi, & Nicolaus, & ferè omnes. Fuit tamen Esdras reparator legis post reditum de Babylone: nam ipse redijt in Ierusalem de Babylone cum Iudæis iam liberatis: vt patet ex primo libro suo toto. Et tamen tunc non manebat arca in templo: quia nullum templum erat, cùm iam destructum esset, & arca inde translata: ideo non poterat hoc scribere Esdras: sed scripsit aliquis de prophetis, qui fuit ante captiuitatem Babylonicam, & templi desolationem: & ille potuit dicere, quòd arca manebat in templo vsque ad dies ipsum. Dicendum, quòd hoc non stat, quia necesse est, quòd Esdras scripserit istum librum, vel saltem aliquis, qui fuerit post captiuitatem Babylonicam, & reditum de Babylone. Nam infra vltimo capitulo, dicitur: quomodo translati fuerunt Iudæi in Babylonem, & manserunt ibi septuaginta annis quousque terra celebraret sabbata sua: & tunc Deus suscitauit spiritum regis Cyri, & iussit prædicari in toto regno suo, quòd quicunque de Israelitis vellet redire in Ierusalem ad construendum templum, & manendum ibi, quòd ascenderet. Fuit ergo scriptus liber iste post reditum de Babylone per Esdram. Item patet hoc, quia finis libri istius, & principium libri primi Esdræ continent eadem verba, vt patet intuenti: & sic videtur, quòd idem fuerit vtriusque scriptor; de quo magis declaratum est in quadam quæstione in prologo libri huius. Non potuit ergo manere arca in templo vsque ad diem, in quo liber iste scriptus est, cùm per Esdram scriptus fuerit. Aliquis dicet, quòd verum est, quòd per Esdram fuit liber iste scriptus: & tamen manebat illo tempore arca in templo, scilicet, quia post reditum de Babylone fuit constructum rursus templum, & posita fuit arca in Sancto Sanctorum: & sic tempore Esdræ quando scribebatur iste liber, manebat ibi arca. Dicendum, quòd hoc non stat, quia arca non fuit in secundo templo facto post reditum de Babylone. Nam ante captiuitatem Babylonicam aliquanto tempore præsciens Ieremias spiritu Dei templum desolandum, & calamitatem affuturam genti. Accepit arcam de templo, & tabernaculum Moysi, & cortinas: & tulit in sepulchrum Moysi in monte Phasga, & intra caueam eius sepeliuit. Quidam autem secuti sunt eum, vt notarent locum: & Deus excœcauit eos, vt non viderent. Secundo Machabęorum secundo, & postea non manifestata est illa arca, nec dicitur manifestanda vsquequo Deus congreget omnes Israelitas, eodem capitulo. Ideo non fuit in secundo templo. Etiam patet hoc, quia postea in toto tempore, quo fuit post captiuitatem Babylonicam vsque ad Christi natiuitatem, & destructionem vrbis per Romanos non fit mentio aliqua de arca, sicut fiebat præcedenti tempore ante Babylonicam captiuitatem. Item patet, quia dato, quòd post Babylonis captiuitatem arca esset in templo secundo facto tempore, quo Esdras scribebat librum istum: tamen non conueniret literæ huic, quæ necessariò debet intelligi de templo Salomonis. Nam dicitur hic, quomodo in templo Salomonis fuerunt duo Cherubim de lignis oliuarum, & quòd sub illis arca posita est, & sequitur, fuitque ibi vsque in præsentem diem. Ergo necessariò intelligitur de illo templo Salomonis, & sub illis duobus Cherubim extitisse arcam vsque ad diem, de quo hic dicitur. Et tamen manifestum est, quòd non potuit stare in illo templo, nec sub illis duobus Cherubim vsque ad tempus, quo Esdras scripsit librum istum, cùm templum desolatum fuerit, & non manserit ibi nec lapis super lapidem: & dato quod postea poneretur arca in templo secundo reædificato, non erat verum, quòd manserit, vel fuit ibi vsque ad diem, quo scriptus est liber: sed solùm diceretur: & est ibi in præsenti die: ideo non potest hoc stare. Sed dicendum est, quòd verum est, quòd Esdras scripsit hunc librum post reditum de captiuitate Babylonis: quia non possumus hoc euitare, & cùm dicitur, quòd manserit ibi arca vsque in præsentem diem, dicendum quòd non loquitur de tempore suo, quo scriptus est iste liber, sed de tempore, quo scripta est alia historia, quàm ipse sequitur in scribendo librum istum. Pro quo considerandum, quòd licèt liber Regum, & iste liber Paralipomenon, sint scripti à Prophetis, non procedunt vt Prophetales velut scripti à Prophetis: qui à nullo auctoritatem dictorum accipiunt, nisi à Deo inspirante eis, sed vt libri scripti à sapientibus. Nam sapientes dicta sua ratione inuincibili, vel maiorum auctoritate fulciunt: ita in libris istis, qui sunt historia scriptores librorum vtuntur testimonijs aliorum: vnde in libris Regum sæpe allegantur verba dierum regum Israel, idest quidam liber de hoc factus, & liber verborum dierum regũ Iuda: vt patet tertio Regum decimoquarto, & decimoquinto, & in multis alijs locis, ita etiam in isto libro sæpe allegantur auctoritates aliorum, sicut infra nono allegatur liber Nathan Prophetæ: & liber Abdo videntis: & liber Ahiæ Silonitis, & infra decimosecundo allegatur auctoritas libri Semeiæ Prophetæ, & Abdo videntis: & sic est in multis alijs locis huius libri. Pro quo sciendum, quòd Esdras scripsit librum istum post captiuitatem Babylonicam, vt supra probatum est. Collegit tamẽ in eo omnia gesta populi Israelitici, quàm principio: & potissimè tempore regũ Iuda, & Israel. Et quia temporibus illis fuerunt multæ historiæ scriptæ de gestis illorum temporum per viros probatissimos, tenet Esdras hunc modum, quòd allegat dicta illorum, & remittit ad libros ipsorum: & facit hoc in qualibet historia, scilicet, cùm enarret historiam regis Dauid: in tota illa nihil allegabit: sed in fine illius remittet ad libros, de quibus transtulit historiam. Nam in toto præcedenti libro ferè descripta est historia Dauid, & temporis sui: in fine libri, scilicet capitulo vltimo, remittitur ad librum Samuelis Prophetæ, & ad librum Nathan Prophetæ, & ad librum Gad videntis: deinde in principio libri huius secundi incipit historia de Salomone: & durat vsque ad finem noni capituli, & ibi remittitur ad libros, de quibus historia sumpta est, scilicet ad librum Nathã Prophetæ, & ad librum Abdo, & ad librum Ahiæ Silonitis, deinde narratur historia Roboan filij Salomonis vsque ad decimum secũdum cap. & ibi remittitur ad librum Semeiæ Prophetæ, & Abdo videntis. Etiam in historia Abiæ regis remittitur ad librũ Abdo infra decimotertio. Et in historia Iosaphat remittitur ad libros Iheu filij Anani, qui digessit in libris regum Israel infra decimosecundo capitulo. Et de alijs regibus vsque ad finem libri. In fine autem vltimi libri, vbi agitur de destructione Ierusalẽ, & de captiuitate Babylonis, & reditu, quæ fuerunt vltima, cùm nullæ historiæ de his essent, non allegat libros aliquorum, sed auctoritate sua locutus est, & tamen istud est contra consuetudinem Esdræ in libro illo. Nam quandocunque finitur historia alicuius regis remittit ad libros aliquos, in quibus erat illa historia: & tamen in capitulo vltimo, cùm compleatur totaliter historia licèt ibi multa dicantur non remittit ad librum alicuius, sed ipse Esdras auctoriate sua loquitur, scilicet, quia nullius historiam reperit. In historijs autem, quas transcripsit ex libris aliorum, vsus est verbis illorum quasi tempore illorum scriptus esset liber iste: & quia tota ista historia Salomonis, & ædificationis atque apparatus templi erat scripta in libris Nathan Prophetæ, & Abdo videntis, & Ahiæ Silonitis: vt patet infra nono, & quilibet illorum cùm scriberet de apparatu templi, & de positione arcæ sub alis Cherubim dixit, fuitque ibi arca vsque ad præsentem diem, & verum fuit, quia tempore, quo illi scribebant historias suas post mortem Salomonis manebat adhuc arca in loco illo sub alis Cherubim, ideo Esdras scribens historiam istam vsus est verbis illorum, & dixit: fuitque ibi arca vsque in præsentem diem. Poterat autem alio modo solui hoc, dicendo quòd liber iste non fuit scriptus per Esdram: sed per aliquem, qui fuit ante captiuitatem Babylonicam: & tamen tunc dicendum esset, quòd magnam partem libri huius scripsit Esdras ponens saltem ea, quæ acciderunt in destructione Ierusalem, & prædicationem regis Cyri, scilicet, quòd post septuaginta annos captiuitatis prædicauit, quòd qui vellet ascendere in Ierusalem ascenderet, vt habetur infra vltimo capitulo. Sed istud non est tam conuenienter dictum, sicut primum, potissimè cùm communiter teneatur, quòd Esdras librum istum scripserit. Aliter autem posset dici secundùm Rabbi Dauid Kimhi, scilicet, quòd mansit arca semper in loco suo, & quòd Esdras scripserit totum hoc, & quòd verum sit, quòd vsque ad tempus suum manserit arca in loco, in quo posita erat: dicit enim, quòd in Sancta Sanctorum erat quædam specus subterranea, in qua posita fuit arca: & nullus homo sciebat descendere in eam, & sic quando Chaldęi destruxerunt templum incendio, & ferro nescientes descendere in specum illam, reliquerunt ibi arcam, & sic mansit ibi vsque ad tempus Esdræ. Istud autem asserit ipse occasione huius dicti, scilicet. Fuitque ibi vsque in præsentem diem, quia non videt alium modum, per quem possit saluare literam istam nisi sic. Et tamen hoc non stat, quia arca non fuit posita sub terra, sed super terram in pauimento Sancti Sanctorum, & Cherubim lignei operiebant eam, vt colligitur hic in litera, & tertio Regum octauo. Item, quia si in specu poneretur, non fuissent necessarij Cherubim ad tegendum eam alis suis: & tamen positi fuerunt ad hoc, & tegebant eam sub alis in modum tabernaculi, vel camerationis, vt colligitur in litera: & ponit illud Iosephus octauo Antiquitatum. Item patet efficatius, quia dicitur hic in litera: & tertio Regum octauo, quòd alę Cherubim velabant arcam, & vectes eius præter modicum: quia vectes paulo longiores erant, & capita vectium apparebant foris existentibus apud ostium Sancti Sanctorum. Ergo non erat arca in specu occulta, quia tunc non videretur de ea quidquam: vel si aliquid videri posset viderent eam Chaldæi quando destruxerunt illam, & caperent ipsam, quia erat operta laminis aureis: & quia opertorium eius, & duo Cherubim productiles erant de auro purissimo. Item dato, quòd esset in specu occulta, & non viderent eam Chaldæi: tamen exureretur quando totum templũ fuit combustũ, potissimè quia magna pars eius erat de auro, & liquefieret ad calorem ignis. Item dato, quòd aliqua occasione posset euadere arca in loco illo, non videtur quomodo posset manere ibi per septuaginta annos captiuitatis Babylonicæ quousque rursus templum ædificatum est, & tunc fundamenta etiam templi mota sunt: quia non fuit factum opus super propria fundamenta, sed noua facta sunt à cementarijs, vt patet primo Esdræ 3. c. & sic non maneret arca in loco suo: ideo nullo modo potest stare positio ista Rabbi Dauid Kimhi: sed tenendum est quod supra determinauimus.

An

*An in arca aliquid esset præter tabulas.*
*Quæstio XXVIII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo dicitur hic, quòd in arca nihil erat, nisi duæ tabulæ lapideę, quas posuerat ibi Moyses in Horeb. Nam videtur, quòd alia etiam erant, scilicet, vrna aurea, & manna in vrna, & virga Aaron, quæ fronduerat. Ad Hebræos nono. Et de ijs aliqualiter tangitur in libris veteris testamenti. Nam de vrna aurea continente manna dicitur Exodi decimosexto, quòd Deus dixit Moysi. Sume vas vnum: & mitte ibi manna quantum potest capere Gomor, & repone coram Domino ad reseruandum in generationes vestras: posuitque illud Aaron in tabernaculo ad reseruandum: & licèt ibi non totaliter declaretur, Apostolus dixit, quòd positum fuerat in arca. De virga Aaron, quæ fronduit, patet Numeri decimoseptimo, cùm dixit Deus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum filiorum Israel rebellium; fecitque Moyses, sicut præceperat Dominus. Et non dicitur in quo loco erat coram Domino. Apostolus autem declarauit, quòd erat in arca. Erat etiam ibi liber Deuteronomij: nam iusserat Moyses, quòd ponerent Leuitæ Deuteronomium in latere arcæ: & ibi fuit positus, Deuteron. trigesimoprimo. Dicendum est, quòd omnia hęc posita fuerunt in arca, sicut testatur Apostolus, & tamen litera dicit, quòd non erant, nisi tabulæ legis, scilicet, quia tabulæ positæ fuerant in principali sinu arcæ. Cœtera autem erant in latera arcæ. Sicut dicitur de Deuteronom. quòd erat in latere arcæ: Deuteronomij trigesimoprimo. Ideo solæ tabulæ dicentur esse in arca: quia ipsę erant solæ in sinu, quæ vocabatur arca. Locus autem, in quo cœtera erant non vocabatur in scriptura arca, sed latus arcę. Apostolus tamen voluit nominare arcam, quia erant interius in aliqua parte eius. Aliqui volunt dicere, quòd erant solæ tabulæ intra arcam: & tamen dicuntur omnia hæc esse in arca, quia erant coniuncta arcæ, scilicet, in latere eius, sicut dixit Moyses de Deuteronom. quòd poneretur in latere arcæ. Apostolus autem accepit largè esse in arca, ideſt, intra Sancta Sanctorum coniuncta arcæ. Scriptura autem hic, & tertio Regum octauo, accepit esse in arca propriè pro esse intra eam, & sic dixit, quòd solæ tabulæ erant in arca. De hoc tamen quid verum sit, magis declarabitur ad Hebræos nono.

Egressis autem sacerdotibus de sanctuario: (omnes enim sacerdotes, qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt, nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) tam Leuitę, quàm cantores, ideſt, & qui sub Asaph erant, & qui sub Hemam, & qui sub Idithum, filij & fratres eorum vestiti bissinis, cimbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis cantores centum viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis. & voce, & cimbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe



sonitus audiebatur: ita vt cùm Dominum laudare cœpissent, & dicere; Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: impleretur domus Dei nube, nè possent sacerdotes stare, & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

*Egressis autem*. Hic ponitur secundum principale huius capituli, scilicet, sacerdotum, & Leuitarum ordinatio. Nam facto hoc incepetunt tam sacerdotes, quàm Leuitæ cantare in atrio templi, & ministrare in sacrificijs, & dicitur. *Egressis autem sacerdotibus de sanctuario*. Istud dicitur de sacerdotibus, qui posuerunt arcam in Sancto Sanctorum: nam Leuitæ portauerant arcam vsque ad templum, & ibi reliquerũt eam, assumpseruntque sacerdotes, & introduxerunt eam in Sancta Sanctorum, & locauerunt eam sub alis Cherubim. Deinde clauso ostio Sancti Sanctorum exierunt, & etiam de prima parte templi exierunt locatis ibi vasis. Nam postquam arcam locauerunt, etiam dispoſuerunt candelabra, & mensas, & altare thymiamatum, & alia vasa sanctuarij in locis suis in prima parte templi, & de illa etiam exierunt claudentes ianuas, vel appendentes velum: & venerunt ad atrium sacerdotum, quod erat extra templum ad portam eius. *Omnes enim sacerdotes, qui inueniri potuerunt sanctificati sunt*. Scilicet, omnes sacerdotes, qui inueniri potuerunt in Ierusalem tempore huius festiuitatis sanctificati sunt: ideſt mundauerunt se, vt possent ministrare: quia ministrare, vel accedere ad rem sacram non conuenit, nisi mundis. Sic enim dicitur: sancti estote, quia ego sanctus sum, ideſt mundi estote. Non ergo licebat immundis immunditia legali accedere ad sanctuarium, quia morerentur: Leuitici decimoquinto. Et ista munditia fuit antequam portarent arcam, & introirent in sanctuarium: vt possent accedere ad res sacras, & ministrare. Sciendum autem, quòd ista litera est suspensiua: quia ponitur hic iste ablatiuus absolutè, scilicet. Egressis autem sacerdotibus, deuotans actum consequentiæ, vel concommitantiæ: & tamen non ponitur illico iste actus: quia istud quod sequitur hic interpositio est, & refertur ad inferiora, scilicet, quòd egressis sacerdotibus de sanctuario, incęperunt Leuitæ, & sacerdotes simul canere, & nubes gloria Domini apparuit, quia tamen deberet sequi quomodo omnes sacerdotes canebant, & quia non poterant canere, & ministrare, nisi qui erant sanctificati ad faciendum hoc, interponitur quomodo omnes sacerdotes erant sanctificati, ideſt mundificati ad ministrandum. De mundificatione autem ista qualiter fiebat, infra declarabitur in quadam quæstione. *Nec adhuc illo tempore*. Scilicet, quando portata fuit arca in templum. *Vices & ministeriorum ordo inter eos diuisus fuerat*. Quasi dicat: ministrauerunt, cùm non essent distinctę vices, & ordo ministeriorum. Nam si facta esset ista distinctio, non ministrarent nisi illi, quibus euenisset sors ministrare: sed quia non erat facta diuisio ministrabant omnes, qui tunc inueniri potuerunt in Ierusalem. Pro quo sciendum, quòd sacerdotes, & Leuitæ multi erant, nec conuenienter poterant ministrare omnes Leuitæ, nec omnes sacerdotes simul: diuisi fuerunt ergo sacerdotes in vigintiquatuor partes, vt quælibet pars illarum ministraret vna hebdomada: & sequens pars alia hebdomada vsq; ad vicesimam quartam sortem: & tunc denuo redibat prima ad ministrandum. Sic

Sic ẽt factũ est de Leuitis cantoribus, q diuisi fuerunt per alias vigintiquatuor sortes: & ministrabãt eodem modo, vt patet prędecedenti libro 24. & 25. capitu. Hoc autem tempore nondum cæperant ministrare sortes istę distinctæ. Ideo ministrauerunt omnes simul non obseruato aliquo ordine, de quo magis declarabitur infra in quibusdam quæstionibus. *Tam Leuitæ, quàm cantores*. Scilicet, cæperunt simul cantare. Iste modus loquendi videtur improprius. Nam cantores, & Leuitæ non possunt inter se distingui, eo quòd omnes cãtores sunt Leuitę, licèt non omnes Leuitæ sint cantores: Erant namque distincti ipsi cantores, & Leuitæ in multa officia, scilicet quidã erant cantores, quidam ianitores, alii thesaurarii, alii prępositi, & iudices, de quo præcedenti libro vigesimo tertio, & vigesimo quinto, et vigesimo sexto capitul. Dicitur tamen tãm Leuitæ quàm cantores, quia cantores vocãtur illi soli, qui habebant officium canendi dũ fiebant sacrificia. Leuitæ vocantur oẽs alij, qui habebant, quę cinque alia officia in sanctuario: & tunc omnes cantabant, quia nondum cæperat distinctio ministeriorũ, & sortiũ: ideo thesaurarij, ianitores, prępositi, iudices, & cęteri Leuitarum nunc simul canebant: & hoc innuitur litera supra. s. nec adhuc illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat. Nam aliud vocatur ordo ministeriorum, & aliud vices ministerio rum. Vocãtur vices ministeriorum respectu illorum, qui erant in eadem ministratione. Ordo vocatur respectu illorum, qui erant in diuersis ministrationibus: vtpote oĩum sacerdotum erat eadem ministratio, qa oĩbus competebat facere sacrificium, & cremare thymiama, & ponere panes propositionis, & disponere lucernas in candelabro. Differebant tñ per vices, quia erãt distincti in vigintiquatuor partes, vel sortes, & vna sors ministrabat vna hebdomada, & alia sors alia hebdomada, & istud erat ministrare per vices. Nunc autem confusę erant vices ministrationum pertineret ad vnam de illis vigintiquatuor sortibus ministrabant omnes simul. Ordo ministrationum erat, quòd quidam ministrarent in quibusdam officiis, & alij in aliis, sicut ministrabãt sacerdotes, & in alio Leuitæ. Etiam inter Leuitas erant distinctę ministrationes, quia quidam erant cantores, alij thesaurarii, alii ianitores, alij iudices, & præpositi, & qui cantores erant inter se distinguebantur in vigintiquatuor sortes. præcedenti ca. 25. Sic etiam ianitores erant distincti sortibus suis inter se, & alij Leuitæ. Nunc autem confusa erant omnia, quia non solùm, qui erant de sortibus eiusdẽ ministrationis simul ministrabãt cantãdo, sed etiam, qui erat in diuersis ministrationibus, sicut ianitores, & thesaurarij cantabant nunc: licèt nunquam hoc posset pertinere ad eorum ministrationem. Oẽs aũt ministratio nũ ordines cõfusi sunt, nisi q̃ ministratio Leuitica nõ accessit ad sacerdotalẽ: quia hoc erat oĩovetitũ de quo magis declarabitur in quadam quæstione. *Ideſt qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithum*. Expositio est præcedentis dicti. s. quòd tam Leuitæ, quã cantores cęperunt cantare. Declaratur hic, qui erant isti. s. qui erãt sub Heman, & sub Hetan, & sub Idithum. Non refertur hoc simul ad Leuitas, & cantores, qui erant sub istis simul cantant: & tunc innuitur, q̃ oẽs cantores, & leuitæ simul erant sub Idithũ, Heman, & Asaph: sed falsum est, quia soli cantores erant sub istis, cùm essent isti tres principes cantorũ, de quibus magis infra dicetur in quadam quæstione. Refertur ad cantores ergo, & est sensus. s. q̃ Leuitę. i. thesaurarij ianitores, & præpositi atque iudices cantabant, & etiam cantores. s. qui erant sub Heman, Ethã, siue Asaph, & Idithum. Et hoc ponitur ad notandũ, q̃ non erant nisi isti cantores, vel q̃ oẽs cantores cantarent, cùm dicatur, quòd, qui erant sub istis cantabant: & tamen constat q̃ non erant aliqui alij cantores, nisi isti. *Filij, & fratres eorum*. Scilicet, filij Asaph, Heman, & Iditum, & fratres eorum, ideſt oẽs de cognatione ipsorum, quia illi erant in eisdem officiis, in quibus principales. s. Heman, Asaph, & Iditum. *Vestiti byssinis*. Ideſt vestibus de byssо, quæ sunt vestes lineę, quales sunt vestes omnium ministrorũ Ecclesiasticorũ, ẽt si non sint in aliquo ordine sacro: quia non debet quis ministrare sine veste alia siue superpelicio: de vestib⁹ Leuitarum quales essent, & an essent sacrę, inf. dicetur in quadam quæstione. *Cimbalis, & Psalteriis, & cytharis concrepabant*. Scilicet Leuitę cantores psallebant in istis instrumentis musicis, quia tamen nõ solũ vult laudari corde, & ore, sed etiam in vasis musicis. sic hortatur nos Dauid Psal. vl. s. Laudate dominum in sono tubę, laudate eum in Psalterio, & cythara, laudate eum in tympano, & choro, laudate eum in cordis, & organo, laudate eum in cimbalis bene sonantibus. Et irerũ Psal. 97. s. Psallite dño in cythara, in cythara & in voce psalmi, in tubis ductilibus, in voce tubę corneæ. Vocantur cimbala quædam instrumenta ænea lata, q̃ percussa inuicem vtraque manu tinnitum reddunt consonum voci, & pertinent ad concinendum melodiam. Psalterium instrm cognitum est, qđ decem cordis constat. Iõ dicebat Dauid in Psalterio decachordo psallam tibi. Psal. 143. Cythara instrm antiquum est, cuius iam rarus vsus est: & tamen solemus vocare cytharam generali noĩe multa instrumenta cordata, q̃ tinnitum reddunt super corium, vel lignum fabrefactum. Isti dicebant cõcrepare. i. canere, vel cõcrepare. i. cõsonare. *Stantes ad Orientalem plagam altaris*. Scilicet, isti Leuitæ, qui canebant stabant ad Orientalem partem altaris holocaustorum. Nam non põt hic intelligi de altari thymiamatum. Erant quippe duo altaria in templo. s. altare holocaustorum, & thymiamatum. Altare thymiamatum erat in templo interius ad quod nõ accedebant Leuitę, nec videbant illud, & de isto non loquitur hic litera. Altare holocaustorum erat extra templũ in atrio sacerdotum: nam atrium sacerdotum erat quoddam spatium quadratum velatum qbusdã cancellis paruæ altitudinis solũ ad distinguendum, ita tñ q̃ sacerdotes existentes extra cancellos possent videri ab existentibus extra: & in illo atrio fiebant sacrificia. In isto atrio erant nunc sacerdotes: & etiã Leuitæ canentes, vt qbusdã placet, & est rõnabile: vt inf. dicet: et erant ad orientem altaris, qa altare holocaustorum erat ad partem occidentalem illius atrii versus templi portã. Sacerdotes ãt, et Leuitæ erant in illo atrio apud introitum eius magis distantes à porta templi. *Cumque eis sacerdotes centum & viginti canentes tubis*. Scilicet omnes isti, qui canebant Psalteriis cimbalis, et cytharis erant Leuitę: et tñ cùm eis erant centum et viginti sacerdotes canentes tubis. Quæ aũt tubę essent istæ, vel eur canerent sacerdotes tubis, et non Leuitæ declarabitur inf. in quadam quæstione. *Igitur cunctis*. Scilicet, sacerdotibus, et Leuitis supra nominatis. *Tubis, & voce, & cymbalis, & organis & diuersi generis musicorum cõcinentibus*. Ponuntur instrumenta quibus isti concinebãt, s. quidam canebant tubis, et isti erant sacerdotes centum et viginti. Alij voce, quia inter canentes organis musicis, canebant etiam quidam voce, vt pulchra fieret armonia: et non est credendum q̃ simul canerent quidã voce, et alii musicis instrumentis: quia confunderetur sonitus voce canentium, sed canebant semel quidã voce, et postea psallebant alij organis musicis, sicut fit nunc in Ecclesia: quia ĩ organis psallit vnus versus, et chorus canit alium, et sic commutatur cãtus, vt pulcher fiat. Etiam non est credendũ q̃ in omnibus organis musicis psalleretur simul, quia cùm

quidam haberent grauem,& magnum ſonitum,con ſonantiã aliorũ minus ſonantium cõfunderent: ſicut ſi centum &viginti ſacerdotes tubis clangentes ſimul clangerẽt cum aliis organis,nullius vox audiri poſſet: nec eſſet cantus,ſed cõfuſus murmur,ſicut ſonitus tumultuantis populi. Organa ſunt inſtrumenta muſica generaliter loquendo,quia organũ nihil ſignificat niſi inſtrumentum in Græco,licèt quidã noſtrũ accipiãt pro muſicis vaſis ſolũ. Et patet hoc, quia inſtrumenta ſentiendi vocant organa,et generaliter oĩa inſtrumẽta manualia dicuntur organa, & ſic ſeruus vocatur organum aĩatum,vt patet 1.Parali.Dicitur etiã diuerſi generis muſicorum,ad cõprehendendum oĩa alia vaſa: quia oĩa genera inſtrumentorũ muſicorum,quę habe ri poterant,fuerunt ibi ad ſolẽnizandum feſtiuitatem iſtã,ſicut q̃ Dauid traſtulit arcam de Cariathiarim in domum Obededom,ipſe & totus Iſrael pſallebant in oĩbus lignis fabrefactis.2.Reg.6. *Et vocem in ſublime tollentibus.* Ideſt ſacerdotes, & Leuitæ vocẽ in altum eleuabant,quia multi erant canentes. *Longe ſonitus audiebatur.* Scilicet,longe à tẽplo:quia cũ tot canentes eſſent, & tot muſica organa,neceſſe erat audiri longe à templo. *Ita vt cùm dominum laudare cæpiſſent.* Primi cantus, quos nunc ſacerdotes,& Leuitæ faciebant erãt ad laudandum dñm pro oĩbus ſuſceptis beneficiis. *Et dicere confitemini dño quoniam bonus.* Ideſt laudate Deum, quia nimis eſt bonus. *Quoniam in ſecula miſericordia eius.* Ideſt ſemper miſerẽt, nã non eſt manus ſua abbreuiata,ita vt aliquo tẽpore miſereatur:&alio nõ miſereat:nec ẽt licèt nobis interdũ iraſcatur,ſicut pater pro filiis peſtilentibus,non continebit in ira ſua miſericordias ſuas. Iſtud canticum ſępe cantabant Leuitę ad landẽ Dei.ſ. Confitemini dño, & ob hoc in libro pſalmorũ multi pſalmi ſunt,qui incipiunt:confitemini dño,quia oẽs illi ſunt de laudibus,& confeſſionib⁹ Dei: & pertinebat nunc ſpecialiter iſtud canticum ad introductionem arcę in templum.Nam propter lętitiam introductionis cantabant,confitemini dño q̃m bonus. Sic ẽt q̃n arca introducta fuit ĩ domũ Dauid de domo Obededom cantauerunt Leuitę,confitemini dño.vt patet pręced. lib.16.c.& ibi ponitur totus pſalmus,etiam alii pſalmi laudum diuinarum. *Impleretur domus Dei nube.* Scilicet, cæpit impleri nube cùm cantarent ſacerdotes totum templum,& atrium ſacerdotum,oĩaque atria exterio ra. *Nec poſſent ſacerdotes ſtare, & miniſtrare propter caliginem.* Tanta erat nubes iſta,quæ operuerat totum templũ interius,& atria eius,vt ſacerdotes, & Leuitæ non poſſent ſtare in atrio ad miniſtrãdum. Vocatur nubes iſta caligo non quidem quòd obſcura eſſet, ſed quia erat nubes dẽſa,& denſum caliginoſum eſt cũ in profundo nihil de re videatur,ſed ſolũ in ſuperficie. *Compleuerat enim gloria dñi domum dñi.* Redditur cauſa prædentis dicti.ſ.q̃ non poterãt ſacerdotes miniſtrare,nec ſtare in domo Domini: qa gloria domini.i.nubes gloria repleuerat domum domini.i.templum. Vocatur gloria domini nubes illa glorioſa:quia manifeſtabatur in ea maieſtas quædam Dei.

Gloria domini, quæ vocetur.

*Qualiter fuerunt ſanctificati ſacerdotes.*

*Queſt. XXIX.*

QVAERITVR circa dicta,cũ dicatur hic, q̃ oẽs ſacerdotes, qui inueniri potuerunt ſanctificati ſunt: quæ fuit iſta ſanctificatio,& qualiter fiebat. Dicendum q̃ ſanctificatio erat quædam purificatio facta ſ̃m cæremonias legis ab immunditiis,quæ erant ſ̃m legem. Pro quo ſciendũ,q̃ Deus voluit ponere ſanctuarium ſuũ in magna auctoritate,vt ſic Iſraelitæ illud vale honorarent,& magni penderẽt oĩa quæ ad ſanctuarium pertinerent. Ad hoc aũt iuſſit, q̃ non liceret accedere ad ſanctuarium aliquibus niſi mundis: vt ſic illud valde mundum arbitraretur. Munditia autem eſt duplex, ſicut eſt duplex pollutio,vel ſordes: quædã eſt naturalis ſordes,vel cõtaminatio,ſicut leproſum eſſe, & fluentem ſemine, & tangere ſtercora vel alia,in quibus homo polluitur. Alia eſt immunditia legalis,quæ ſ̃m rem non eſt immunditia, ſed ſolùm ſ̃m opinionem legis,ſicut ſiquis tetigerit mortuum, dato quòd lauet ſe,quòd maneat immundus per ſeptem dies, & ſiquis comederit de carnibus quorũdam animalium vetitorum,quòd ſit immundus,& ſiquis pollutus fuerit ſomnio nocturno,licèt layerit totam carnẽ ſuam illico, q̃ maneat immundus vſque ad ſequentem ſolis occaſum. Nulli ẽt polluto aliqua iſtarũ q̃taminationũ ſiue naturaliũ, ſiue legalium licebat accedere ad ſanctuarium:quia aliàs moreretur.Leu.15.Sciendum tñ, quòd aliter fiebat purificatio in munditia naturali, & aliter ĩ legali. Nã in legali immũditia erat poſitus certus terminus dierum,in quo purificaretur: & vltra illum terminum facta cęremonia impoſita à lege non cenſebatur immundus. In naturali aũt immunditia non erat certus terminus præfixus: eo q̃ immunditia iſta pendebat à natura,& quia operatio naturæ non pẽ det ex lege, nõ poterat ei lex imponere certum terminum ad hoc,q̃ eſſet homo mundus:ſed dicebat lex q̃ maneret hõ tandiu priuatus cõicatione ſacrorum, & ingreſſu ſanctuarij quandiu maneret in eo immunditia naturalis, & ceſſante illa adhuc lex iudicabat eum immundum per aliquot dies quouſque fierẽt aliquę cæremoniæ purificationis ſuper ipſum, & tunc licebat ipſi,qui fuerat pollutus,accedere ad ſanctuariũ, & patet de immunditiis naturalibus communibus. ſ. de viro leproſo,de viro fluente ſemine exægritudine, de muliere patiente fluxum ſanguinis extra tempora mẽſtruorum. Nam lepra eſt morbus,& naturalis inquinatio,vel immunditia: ideo erat lex quòd quandiu quis leproſus eſſet,nec accederet ad ſanctuariũ,nec introiret in caſtra ad cõicãdum cum aliis ſanis:ſed manebat in locis extra vrbes, & ibi adhuc ſigna quædam habebat,quibus cognoſceretur q̃n leproſus eſſet.ſ.quòd haberet veſtimenta rupta,ſiue diſſuta ex parte anteriori: & quòd haberet os contectum panno, vel manu eo q̃ caput nudum haberet.Leu.13. Si autem contingeret leproſum aliquem diuinitus,vel naturaliter curari:aut ope medicorũ non audebat ingredi in caſtra, ſed mittebat aliquem virum ſanum ad ſacerdotẽ, vt veniret, & contemplaretur eum an ſanus eſſet,& ſi eum reperiret immundum mandabat ei manere extra caſtra. Si autem mundatum,nõ introducebat eum in caſtra: ſed faciebat ſuper eum cæremonias quaſdam per octo dies,& die octauo introducebat eum in ſanctuarium: & ſic immunditia, quã iſte à principio patiebatur,erat immunditia naturalis. Illa verò,quam poſtea ſeptem diebus patiebatur,erat ſolùm ſeccundùm opinionem legis. De cæremoniis leproſorum,& modo purificandi eos,patet Leui.13.& 14.& Nu.5. Sic etiam erat naturalis immunditia. Siquis vir ſemine flueret, & iſta erat magna immunditia, ita vt patientes excluderentur de caſtris,ſicut leproſi,ne contaminarent alios.Nam.quinto, & quandiu quis hoc pateretur erat naturaliter immundus,nec recipiebatur in caſtris, & ſi duraret hoc tota vita,erat tota vita excluſus à communicatione hominum,& à ſacris: imò & in morte excludebatur à cõmunione aliorum, quia nõ ſepeliebatur cum eis:ſicut patet de rege Azaria,q̃ fuit valde bonus rex atq; glorioſus:quia tamen lepra percuſſus eſt,fuit ab hominibus ſeparatus,& gubernauit regnum filius eius Ioatham,ipſe verò manſit in domo libera ſeorſũ 4.Reg.15.& infra 26, & cùm mortuus eſt non fuit ſe

pulrus



pultus in ſepulchris regalibus:ſed in horto ſepulchro regaliũ, & q̃ leproſus extitiſſet patet infra 16.Si mile de fluente ſemine intelligendum eſt: licèt de hoc non reperiatur tam expreſſum. Si autem contingerit mundari fluentem ſemine, adhuc manebat immundus per ſeptem dies: & factis quibuſdam cæremoniis die octauo introibat in ſanctuarium, & faciebat oblationem Leui.15.ſic etiam erat de muliere, quę patiebatur fluxum ſanguinis extra tempora menſtruorum: nam quamdiu pateretur illum immunda erat: nec licebat ei accederet ad ſanctuariũ. Etiam ſi hoc duraret magno tempore, vel tota vita, ſicut patet de muliere, quæ paſſa eſt menſtrua annis duodecim, ſcilicet fluxum ſanguinis non naturalem, & poſtea à Chriſto curata eſt. Luc. 8. capi. Cùm autem contingerit talem mundari,nõ illico licebat ei accedere ad ſanctuarium, ſed manebat ſeptem diebus & faciebant quędam cęremoniæ, & die octauo introibat in tẽplũ offerebatque duos turtures aut duos pullos columbarum. Leui.15. De immundiciis autem legalibus, dicendum quòd erant multę, & erant vt cõiter omnes p̃tactum, & ſic vocabãtur cõtaminationes. Quędam aũt iſtarum erant per guſtum, vt ſigs guſtatis decibis vetitis immund⁹ erat: & ad hoc lex diſtinxerat, quę animalia, & aues & piſces non licebat edi. Leui.xi.& Deute.14.& cùm qs comediſſet de aliquo illorum erat immundus,& debebat lauare ſemetipſũ & veſtimenta ſua, & immundus erat vſque ad veſpertum. Erat etiam immunditia, ſiquis tangeret reptilia,vt colubros,vel animalia morticina: nam ſi comederet de morticino cuiuſcunque animalis erat immunditia, vel ſi tangeret morticina illorum animalium, quæ non licebat comedere: quia in iſtis lauanda erat caro, & veſtis. Leui.xj. & 17. Etiam erat immunditia cùm qs polluebatur ſomnio nocturno ſine tactu fæminę: nam exire debebat caſtra, manebatque vſque ad ſolis occaſum ſequentem, & lauabat carnem ſuã: ſeque reuertebatur in caſtra. Deut.23. cap. ſiquis verò extraliter cognoſceret fæminam ſuam, vel alienam immundus erat: lauabatq; carnem ſuam,& manebat ſic vſque ad ſolis occaſum. Et idem erat de fæmina ſua, quam cognoſceret: & hoc ſi ambo nudi eſſent, & nõ cognoſcerent: ſi autem veſtiti, lauabat vtrique carnem, & veſtes. Leu.15. Erat etiam immundi tia ſi mulier pateretur menſtrua: nam ſeptem diebus polluta erat, & die ſeptimo mundabatur, & tamen tẽ pore medio immundum erat quidquid tangeret. Si autem pateretur fluxum ſanguinis extra tempora mẽſtruorum, erat naturalis immunditia, & paſſio indeterminata, ideo toto tpe,quo manebat illa paſſio erat immunda. Si autem ceſſaret,computabantur poſtea ſeptem dies, quibus manebat immũda legaliter,& lauabatur atque offerebat,p ſe duos turtures. Leu.15.ſiquis coiret cùm muliere menſtruata,ſeptem diebus erat immundus, & die ſeptimo lauabatur aqua, & in ſo la carne, ſi nudus eam tetigiſſet. Si aũt veſtitus lauabat ẽt veſtimenta ſua. Leui.15. Erat ẽt immunditia, ſi quis tangeret cadauer viri mortui, vel ſepulchum aut oſſa in agro, vel intraret in domum,in qua erat mortuus, aut iret ad plangendũ eum, & durabat iſta immunditia ſeptem diebus,& luſtrabatur immũdus bis, die tertio & ſeptimo. Et ad hoc erat facta q̃dã aqua, quæ vocabatur aqua luſtrationis de cineribus vitulæ iuſſæ. De hac purgatione & multis cęremoniis eius, Nu.19. cap. Multi erãt modi immunditiarum, & purificationum. Sacerdotes aũt Leuitæ cùm deberẽt nũc miniſtrare, & introire in ſanctuarium purificauerunt ſe ab omnibus generibus immunditiarum, quas p̃tra ſe habuiſſent ſecũdum q̃ varię requirebãtur purificationes, & ſic miniſtrauerunt.

Alph. Tolt. ſuper Paralip. Pars 2.

*An ordo. & vices miniſteriorum eſſent diſtincti. Queſt. XXX.*

QVAERITVVR vlteri⁹ circa hoc, q̃ dĩ, q̃ miniſteriorum ordo, & vices nondum diſtincti fuerant,quid hoc ſit. Dicendum quòd inter Iſraelitas erant Leuitæ, & ſacerdotes,q miniſtrare debebant in officiis determinatis à lege Moyſi: erat tñ confuſio in miniſtratione, qa poterãt miniſtrare interdũ multi,et interdũ pauci, & grauarenẽ quidã, & alii releuarẽtur. Iõ tempore Dauid diuiſi fuerũt ſacerdotes per vices. Erant enim inter ſacerdotes duæ domus ſiue progenies,vna Eleazar,& alia Ithamar: pgenies Eleazar erat maior, & iſta diuiſa fuit in decem & ſex partes, dom⁹ Ithamar, quæ minor erat, diuiſa eſt in octo partes: & ſic erant vigintiquatuor partes,vel congregationes ſacerdotum equales inter ſe,poſitæ fuerant ſortes inter partes iſtas,ſ.q̃ illarũ prius miniſtrare dẽret:& q̃ ſecundo loco,& q̃ tertio loco, & ſic vſq; ad vigeſimã quartã partẽ. Et ſic manſit iſte ordo inter eas: & miniſtrabat quælibet iſtarum ſortium,vel partium vna hebdomada, & ſequenti hebdomada miniſtrabat ſecunda ſors, & ſic per ordinem: & cùm miniſtraſſet vigeſimaquarta,incipiebat rurſus prima miniſtrare. De iſtis ſortibus, & nominibus earum patet præce.li.24. cap. Differebant aũt iſtæ ſortes ſacerdotum ſolùm in tpe, & ordine miniſtrandi: tñ miniſtratione ipſa non differebant, quia in eo, in quo miniſtrabat vna pars,miniſtrabat alia. Erant enim omnes miniſtrationes ſacerdotum eis cões, niſi q̃tũ ad diem propriationis: quia illa dies ſummus ſacerdos introibat in ſancta ſãctorum. Leui.16.& illud non licebat facere alicui ſacerdoti minori.nec etiam licebat ſacerdoti magno facere illud, niſi illa die. 4. cap. Cauſa autem huius diuiſionis ſacerdotum in miniſtratione fuit multiplex. Prima multitudo ipſorum:nã erant multi ſacerdotes, & nõ poterant oẽs ſimul miniſtrare. Cùm ãt diuiderẽtur in tot ſortes,& quęlibet illarũ ſuo tẽpore miniſtraret,poſſent cõueniẽter miniſtrare. Scda cã fuit ad tollendam confuſionẽ. Nam cùm non erant ſortes diſtinctæ confundebatur miniſtratio: quidam veniebãt ad miniſtrandũ, & alii non: & cùm miniſtrabant nõ erat ordo. Cùm aũt diſtinctæ eſſent ſortes, manifeſtum eſſet, qui deberent miniſtrare qualiber hebdomada, & non eſſet confuſio, nec grauarentur quidã, & releuarentur alij in veniendo. Tertia cauſa fuit, & potiſſima ad releuandum laborem ſacerdotum. Nam ſi non fierent iſtę diuiſiones,neceſſe erat, quòd miniſtrarent ſemper oẽs ſacerdotes ſimul: & iſtud erat difficile, quia cogerentur ſemp manere in loco ſanctuarii, & nunquam poſſent redire in loca ſua,vbi hẽbant poſſeſſiões ſuas: & ſic fruſtra erat eis hr̃e ciuitates diſperſas per terras Iſrael: cùm in eis nunq̃ habituri eſſent. Cùm aũt diuiderentur per ſortes,vna ſors miniſtrabat vno tempore, & aliæ oẽs quieſcebant in locis ſuis,& cũ eſſent vigintiquatuor ſortes miniſtrantes, quieſcebat quelibet ſors hebdomadis viginti tribus, ſcilicet medio ann⁹,& tunc manebat in terra ſua, & diſponebat ea, quæ neceſſaria erant rei familiari:vnde releuabatur ſic labor omnium. Quarta cauſa fuit, vt ſacerdotes miniſtrantes haberẽt vnde ſuſtentarentur: nam illi ſacerdotes ſoli, qui miniſtrabant actualiter,habebant prouentus quotidianos ſanctuarij. Si ãt omnes ſacerdotes ſimul miniſtrarent, nõ ſufficerent eis prouentus illi. Cùm aũt miniſtrarent diuiſi per vigintiquatuor partes,ſufficerent cuilibet parti prouentus illi. Aliæ ãt partes ſacerdotũ manentes in locis ſuę originis vitã aliter procurabãt p negocia rei familiaris: & ſic prouidebat oĩb⁹:quia aliàs cueniẽter nõ fieret.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Debuerunt ergo sacerdotes diuidi in istas vigintiquatuor sortes. Quare aũt diuisi fuerunt potius in vigintiquatuor sortes quã in pauciores vel plures, & cur potius ministrabat quelibet sors vna hebdomada quàm maiori tempore, vel minori, & alia multa dubia: circa hoc declarata sunt prece. lib. 24. cap.

*Quomodo facta est diuisio Leuitarum.*
*Quæst. XXXI.*

QVAERITVR vlterius circa Leuitas, cùm dicatur hic, q̃ ministeriorum ordo, & vices nondũ erant diuisi, sed tam sacerdotes quã Leuitæ ministrabant, qũo facta est diuisio Leuitarum. Respondendũ, q̃ inter sacerdotes, & Leuitas erat differentia, qa oẽs sacerdotes habebant eandem ministrationem. Leuitę tñ oẽs non habebant eandem ministrationem. Nam ministratio sacerdotum erat in faciendo cæremonias sacrificiorum, & cremando quotidie bis thymiama in altari thymiamatum, & disponendo lucernas in candelabro, & ponendo panes propositionis in mensa: & ista omnibus sacerdotibus erant communia. Ideo inter eos non erat distinctio officiorum, sed solùm sortium, & temporum ministrandi. Inter Leuitas autẽ erat duplex distinctio. s. vna officiorum alia sortium: officiorum quidem, quia non ministrabant oẽs Leuitæ in eadẽ re, sed quida erãt thesaurarii, alii ianitores, alii iudices, & præpositi: alii cantores: deinde in quolibet officio istorum erant sortes multę positę ad ministrandum f̃m diuersa tempora. Vnde cũ inter Leuitas essent multæ progenies fuerunt primò distincta officia per progenies. s. quibusdã progenieb⁹ datũ est vnũ officium, & aliis alterũ, & sic de oĩbus: & in illa progenie, cui semel datum est vnũ officium mansit semper: deinde diuidebatur illa progenies in multas partes, & diuersis temporibus ministrarent. Fuit aũt primum, et potissimum officiũ Leuitarum Ipsorum cantorũ, & facti sunt cantores de oĩbus tribus familiis Leuitarũ. s. de Chaathitis Gersonitis Meraritis. Nam Heman, Asaph, Idithum, qui erant principes istorum cantorũ, erãt de istis tribus familiis: vt patet præce. lib. 6. cap. Fuerũt aũt diuisi Leuitæ cantores in partes vigintiquatuor, & fuerunt totidem sortes, vt ministrarent canẽdo per vigintiquatuor vices. s. singula sors hebdomada sua. Numerus autem & ordo istarum sortium habetur prece denti lib. 25. cap. Ianitores aũt templi, qui Leuitæ erãt, ẽt fuerunt diuisi per sortes, s. q̃ quidam custodirent in porta oriẽtali, & quidã in occidẽtali, alii in aquilonari, alij in meridiana, alii ãt in exedris, præc. li. 26. vbi noãntur progenies illę, quibus portę singulæ sorte euenieb̃t: sed an postea singuli custodes portarũ inter se sortes ponerent. s. q̃ qui custodiebant portam orientalẽ ponerent inter se sortes: vt quidam eorũ custodirent vno tẽpore, & alii alio, sicut erat de cantoribus, non determinat manifestè scriptura: & tñ dicendũ q̃ ẽt sortes positæ erant inter illos, vt declaratum est prece. li. 26. ca. in quadam quæstione. De Leuitis thesaurariis, & p̃positis atque iudicibus an posuerint inter se sortes, vel qũo posuerint nõ legitur: sed idem credendum est, q̃ de aliis factum est. Cã aũt quare Leuitæ distincti fuerunt per officia, & ministrationes, & nõ sacerdotes est, quia licèt sacerdotes multa quotidie facerent: oẽs tñ ministrationes eorum compatibiles erant. Ministrationes aũt Leuitarum multæ erant, & incompatibiles. Ideo per multos diuisæ sunt. Primum patet, nam sacerdotes multa faciebant quotidie. s. matutinum, & vesperę. Exod. 30. Etiam cremabant thymiama mane, & vespere. Exod. 30. Etiam quotidie disponebant lucernas in candelabro. Exo. 37. & 30. Panes quoque propositionis conficiebant, & per singula sabbatha ponebant super mensam ꝓpositionis 24. Ista aũt poterant fieri per eundem: nam sacrificia fiebant diuersis temporibus diei, & dum implicabatur sacerdos in vno non implicabatur in altero. Ponere aũt thymiama in altari thymiamatum non erat tempore sacrificii: & simul cremabat sacerdos thymiama: & disponebat lucernas in candelabro. Exo. 30. Ideo non se impediebant istæ ministrationes, vnde poterant competere eidẽ. Secus aũt de Leuitarum ministrationibus: nam erant multæ, & compatibiles, cũ oẽs fierent eodem tempore. Illi nãque, qui cantores erant, assistebant semper sacerdotibus canendo quandiu illi ministrarent in sacrificiis. Ianitores verò omni tempore nocte, dieq; custodiebãt portas. Thesaurarii aũt assiduè erãt in exedris suis custodientes thesauros sibi commissos, vt quandocunq; aliquid ab eis peteretur pro ministratione sacerdotũ, vel Leuitarum illud illico exhiberent. Præpositi aũt, & iudices habebant officium magis incompatibilem cum officiis aliorum Leuitarum, eo q̃ isti ministrabãt extra templum discurrentes per totam terram Israel, vt patet præced. lib. 26. cap. Non poterant ergo ista officia omnia concurrere in eundem, & sic necesse, fuit distingui per multos Leuitas, cùm quodlibet istorum officiorũ requireret totum hominẽ, quia quotidiana, & cõtinua erat eius ministratio. Causa autẽ quare postea distributis officiis Leuitarum per multos Leuitas fuit facta alia distributio eiusdem officii per vices Leuitarum, sicut in cantoribus, q̃ distribuerent per sortes vigintiquatuor, fuit eadem, quæ in sacerdotibus q̃ diuiderentur per vigintiquatuor sortes: licèt oẽs eandem ministrationem haberent: vt declaratum est præced. quæstione. Cur tñ cantores Leuitæ fuerint potius distincti per vigintiquatuor partes quã per plures, vel pauciores causa fuit vt correspondерent Leuitæ sacerdotibus, s. vna sors sacerdotum ministrabat qualibet hebdomada. vt ergo vna sors cantorum correspонderet vni sorti sacerdotum, & esset hoc iam cognitum. s. prima sors sacerdotum primæ sorti Leuitarum, sed alii quando prima sors sacerdotum ministraret cum prima sorte Leuitarum, & interdum ministraret cum tertia. Cùm autem essent numero æquales correspонderent semper eædem sortes sibi inuicem.

*Qui fuerunt illi tres viri nominati.*
*Quæst. XXXII.*

QVAERITVR Vlterius, cùm dicatur hic de cantoribus, qui erant sub Heman, Asaph, & Idithum, q̃ oẽs isti cantabant: qui erant isti tres viri, qui nominantur hic. Dicendum q̃ cantores habebãt officium maius inter oẽs Leuitas, & q̃ maiori sapiẽtia egebãt: ideo cùm à principio cantores assumpti sunt, electi fuerunt sapientiores de omnibus familiis Leuitarum. Erant enim tres primæ, & maximę familiæ Leuitarum, quę sub se includebant multas alias subdiuisiones. s. Chaathitarum, Gersonitarum, Meraritarum nominatę à tribus filiis Leui. Num. 3. & 4. et præced. li. 23. c. Et de qualibet fuerunt assumpti cantores aliqui cum vno principe. Et erat princeps cantorum de familia Chaathitarum Heman: princeps cãtorum Gersonitarum Asaph: princeps cantorum Meraritarum Ethan: præcedenti. lib. 6. capitu. Et Ethan communiter creditur vocatus alio nomine Idithum. Isti tres nuntur tanquam principes omnium cantorum, & omnes de cognatione ipsorum fuerunt cantores, et cognationes eorum diuisæ fuerunt in partes vigintiquatuor per 24. sortes. Fuerunt autẽ quatuordecim istarũ sortiũ de filiis Hemã, et quatuor de filiis Asaph. Sex verò de filiis Iditũ: præced. li. 25. c. Et ibi ponuntur nomina sortium, et ordo earum. Isti aũt tres viri fuerunt sapientes nimis in cantico, scilicet faciendo cantica diuersa, et introducendo diuersas melodias. Vnde vnus istorum comparatur Salomoni in sapientia 3. Reg. 4. & vocantur oẽs doctores cantici præcedẽ li. 25. cap. Reperiuntur autem multi Psalmi ab eis facti. Nam quidã vocant̃ Psalmi Asaph. Alij Heman, alij Idithum: vt patet inuestigando titulos eorum in Psalterio, & declaratum est hoc prece. lib. 16. cap. in quadam quæstione, in qua positi fuerunt Psalmi, qui facti sunt à singulis istorum. Omnes autem cantores, qui erant sub istis, fuerunt nunc præsentes in porta tone arcæ, vel plurimi eorum, & omnes simul cantauerunt non obseruato aliquo ordine.

*An diuisa fuerint ministeria, & vices quando fuits portata arca.* *Quæst. XXXIII.*

QVEARITVR vlterius circa istud, qđ dr̃ hic. s. q̃ non erat diuisus ordo ministeriorum, & vices, q̃ portata fuit arca in templum, nam vr̃ q̃ prius diuisi fuerint oĩa hęc patet hoc, quia Dauid fecit hoc. Ipse ia in senectute sua cœpit ordinare ministeria Leuitarum, & sacerdotum cum toto exercitu: vt patet præced. lib. 23 cap. & diuisit sortes sacerdotum: eo. lib. 24. Sortes ãt Leuitarum cantorũ diuisit eo. li. 25. c. Sortes ãt ianitorum thesauriorum, iudicum, & prępositorũ distinxit. eo. lib. 26. ca. Ideo ex eo tpe distincta erant oĩa hæc. & postea vixit Dauid aliquãto tẽpore: deinde successit Salomon, qui anno 4 regni sui cępit construere templũ dñi: & cõpleuit post septem annos. s. anno vndecimo regni sui. 3. Reg. 6. cap. Et sic quasi duodecim anni fluxerũt à tẽpore, quo fuit diuisus totus ordo Leuitarum: & sacerdotum vsq; ad istam portationem arcę. Non ergo vr̃ stare litera ista. s. q̃ nondũ diuisus fuerat ordo ministeriorum inter sacerdotes, & Leuitas. Dicendũ q̃ Dauid diuiserat ordinem, & sortes sacerdotum, & Leuitarũ: vt supra probatũ est, tñ tẽpore suo non cepit executio. s. vt sacerdotes, & Leuitæ ministrarent per vices suas, sed tenebant semper modum antiquum. Cepit aũt ista ministeriorum distinctio postea tempore Salomonis, & sic q̃n portata fuit arca in templum, licèt diuisus esset ordo sacerdotum, & vices eorum, & Leuitarum, nondum tñ ceperant exequi ordinationem illam: & sic cantauerunt, & ministrauerũt oẽs sacerdotes, & Leuitæ simul, tanq̃ si nulla facta fuisset diuisio. Salomon autem post hoc fecit, q̃ sacerdotes, & Leuitę ministrarent per sortes suas, & vices loca arcæ in templo: vt patet inf. 8. s. & constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum ĩ ministeriis suis, & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei, & ianitores in diuisionibus suis per portã & portam, sicut præceperat Dauid homo Dei. Causa autem quare tempore Dauid non fuit tradita executioni ordinatio ista, nec tempore Salomonis vsque ad portationem arcę fuit: quia ista ordinatio erat facta so lum pro vno loco. s. q̃n tota ministratio sanctuarij in vno loco fieri deberet: quod patet, quia vna hebdomada ministrabat solùm vna sors cantorum, & vna sors sacerdotum, & sequenti hebdomada alia. Ideo necesse erat, q̃ in vnico loco ministraretur: aliàs ministrantes quotidie coram arca. Et alij erant in Gabaon, vbi erat tabernaculum Domini ministrantes, prced. lib. 16. c. Ideo non poterat tempore Dauid tradi executioni ordinatio ista. Item non fuit tradita executioni tempore Salomonis vsque post constructionem templi: quia illo tempore etiam mansit arca in domo Dauid in Ierusalem, & tabernaculum dñi erat in Gabaon, manebantque quidam de sacerdotibus in Ierusalem, & alij in Gabaon, & sic nõ poterat tunc tradi executioni. Hoc patet, nam manifestum est, q̃ tempore Salomonis manebat arca in Ierusalem in domo Dauid: nam nunc q̃n portata fuit in templum, portata est de domo Dauid: vt patet supra in litera: & ibi posuit eam Dauid, quando portauit illam de domo Obededõ, 2. Reg. 6. & præced. lib. 15. & 16. cap. De tabernaculo q̃ esset tunc in Gabaon, patet, quia Salomon post quã erat rex ascendit semel in Gabaõ, quia erat ibi tabernaculũ dñi, & altare, & obtulit sacrificia multa, supra 1. & 3. Reg. 3. Item patet hoc, quia ista ordinatio sacerdotum, & Leuitarum, q̃n facta est non fuit facta ea intentione, vel illico executioni traderetur, sed vt traderetur executioni postquam templum per Salomonem esset consumatum: patet enim, quia Dauid constituit de Leuitis ianitores, distinxitq; eos per quatuor portas atrij: etiam constituit quosdam ianitores pro domo cõsilii, & alios pro exedris, & pro singulis locis, vt patet præced. lib. 16. cap. Manifestum est tñ, q̃ ista loca non erant quousq; templum Salomonis constructum esset: ideo vr̃ q̃ facta est ista ordinatio ad hoc, q̃ seruaretur cõsummato templo, q̃n ministraret in eo, & non prius. Nunc autem in portatione arcæ, licèt in templo ministrarẽt, & potuissent f̃m vices sacerdotũ, & Leuitarum ministrari: tamen non factũ est, quia non dum Salomon concordauerat inter Leuitas, & sacerdotes, q deberent incipere ad ministrandum, sed postquam arca portata est incepit seruari ordinatio illa iubente Salomone, vt patet infra 8.

*An confusa fuit ministratio sacerdotum, & Leuitarum.*
*Quæstio. XXXIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dr̃ hic, q̃ sacerdotes, & Leuitæ ministrauerunt simul, eo q̃ nõ distinctus fuerat adhuc ordo ministeriorum, & vices sacerdotum, & Leuitarum: in quo innuitur, q̃ confusa fuit ministratio, scilicet quibusdam ministrantibus in eo, in quo alij ministrabant, qualiter cõfusa fuit ista ministratio: & an Leuitæ ministrauerunt in officio sacerdotum, & è conuerso. Dicendum est, q̃ in ministratione facta fuit nunc quędam confusio: non tamen omnimoda, & fuit confusio quantum ad duo. s. quantum ad vices ministrantium, & quantum ad differentiã vel ordinẽ ministeriorum. Pro quo sciendum sicut supra declaratum est, q̃ sacerdotum multitudo diuisa fuit in vigintiquatuor partes, siue sortes, vt illę ministrarent per vigintiquatuor hebdomadas succesiuè, & istę vocabantur vigintiquatuor vices. Etiam inter Leuitas erant vices, quia cantores Leuitæ, qui omnes habebãt idem officium, diuisi fuerunt per vigintiquatuor partes siue sortes, vt cantarent per viginti quatuor hebdomadas succesiuè. Nunc autem confusæ fuerunt oẽs istæ vices: quia cùm deberet ministratio ista vni parti sacerdotum oẽs ministrauerũt: et cùm dẽrent cantare soli Leuitę, qui essent de vna parte istarum, cantauerunt omnes simul: fuit alia confusio. s. ministeriorum, quia illi, qui habebant diuersa ministeria, ministrabãt nunc in eodem ministerio, scilicet inter Leuitas erant diuersa ministeria, cùm quidam essent cantores, alij ianitores, alij thesaurarij, alii iudices, et p̃positi. lib. 23. et 25. et 26. Omnes ministrauerunt nunc in cantando, quòd erat officium cantorum solùm. Et patet hoc, quia dicit̃ in litera, q̃ Leuitæ, et cantores, qui erant sub Hemã, Asaph, et Idithum cantabãt nũc voce, et organis. Alia erant ministeria, q̃ nõ confusa fuerunt, scilicet sacerdotes ministrabant nunc in officiis suis faciendo sacrificia,

crificia,& in illis nō ministrauerunt Leuitæ sacrifican F
do, imò in canendo tubis, quòd erat minimum de
ministeriis sacerdotalibus,non fuit facta cōfusio, quia
soli sacerdotes cecinerunt tubis, scilicet centum & vi
ginti Sacerdotes, vt patet in litera. Ministeria ergo Le
uitica in se confusa fuerunt. Ministeria autem sacer-
dotalia non: & causa huius est,quia inter ministerium
Leuiticum, & sacerdotale erat magnus gradus,& nō
licebat vllo modò Leuitis accedere ad ministerium
sacerdotale,quia Deꝰ vetuerat hoc Nu.3.& 18.scilicet.
Quòd siquis de Leuitis, vel quibuscunque non sacer-
dos vellet vsurpare ministerium sacerdotale, more-
retur. Et hoc executioni tradebatur: nam Chore, &
socij sui erant Leuitæ, & cùm voluissent vsurpare sa-
cerdotium Aaron, igne consumpti sunt, & quidam G
à terra absorpti sunt. Nu. 16. Vnde ēt in necessitate
non audebant Leuitæ immiscere se ministeriis sacer-
dotum. Sic patet quando rex Ezechias fecit festiui-
tatem magnam purificans templum, quòd pater suꝰ
Achaz polluerat replens idolatria, & clauserat portas
eius. Nam tunc pp tpa præterita idolatrię erant pauci
sacerdotes Dei, & cū festiuitas esset magna, & sacrifi
cia multa fierent prę deuotione populi, qui conuer-
tebatur ad Deū, non sufficiebant sacerdotes ad facien
dum cęremonias sacrificiorum, & tamen nō ausi sūt
Leuitæ facere sacrificia vel adiuuare sacerdotes in ali-
quibus sacrificiis, nisi ꝙ pelles animaliū aliquorum
detrahebant,infra 29.scilicet. Sacerdotes autem pauci
erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorū H
detraherent. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuue-
runt eos donec impleretur opus, & sanctificaretur
antistes. Nunc autem non erat necessitas, quia mul-
ti sacerdotes aderant: ideo Leuitæ non se intromitte
rent de officiis sacerdotum, & sic in istis non est facta
confusio: sed fuit solū confusio in officiis Leuitarum,
quia quidam Leuitę ministrarent in officiis aliorum,
& istud fuit tolerabile. Primò quia vnum officium
Leuiticum nō excedit aliud in dignitate notabiliter,
ita ꝙ videatur esse vnum magis sacrum q̄ alterum,si-
cut officium sacerdotale excedit Leuiticum: ideo po
test vnus Leuita de alterius Leuitæ officio se intro-
mittere sine culpa. Secundum erat, quia ista distin-
ctio officiorum, quæ nunc habebant Leuitæ, nō erat I
introducta à Deo, sed per Dauid. Nam Deus aliter
distinxerat officium Leuitarum in tres partes, sicut
erant tres familiæ dando cuilibet familiæ conuenien-
tia onera, Num.3.& 4. Distingui autem per cantores,
ianitores, thesaurarios, iudices, & præpositos, fuit
alia distinctio inuenta a Dauid: ideo non erat tam illi-
citum mutare illā, sicut mutare ordinationem & di-
stinctionem officiorum Leuiticorum à Deo traditā.
Tertia rō fuit:quia licèt data fuisset ista distinctio offi-
ciorum Leuiticorū, nōdum fuerat tradita executioni,
sed tenebatur alia distinctio officiorum prius data, &
debebat ista tradi executioni fabricato templo: vt su-
pra declaratum est:ideo quousque illud fabricaretur,
nō erat iniustum manere primam ordinationem mi- K
nistratonis Leuiticæ.

*Quæ stolę erant Leuiticę, & an essent vestimenta Leuitis ad ministrandum. Quæst. XXXV.*

QVAERITVR Vlterius cùm dicatur hic, ꝙ Hemanasaph, & Idithum,'& filii ac fratres eo-
rum erāt vestiti stolis byssinis,quæ stolæ erant istę Le
uiticæ, & an haberent Leuitæ secundùm legē aliqua
vestimenta, in quibus ministrarent. Respondendū
ꝙ Deus dederat vestes sacerdotibꝰ tam sacerdoti ma-
gno, q̄ minoribus, s. sacerdoti magno vestes decem,
sacerdotibus autē minoribꝰ,vestes quatuor. Exo. 18.

De Lèuitis aut nulla fit mentio, ꝙ haberent vestes ali
quas à deo sibi datas in toto veteri testamento, potis-
simè in lege Moysi. Postea autem reperitur ꝙ Leui-
tæ induerentur aliquibus vestibus ad ministrandum,
Nam de Samuele propheta, qui erat Leuita hētur pri
mo Reg.3.ꝙ ministrabat accinctus ephod coram He
li sacerdote. Etiam nunc quando Salomon fabricauit
templum,& fecit vestes sacerdotales, fecit etiā vestes
Leuiticas, scilicet stolas albas octoginta millia, vt ait
Iosephus.8. Antiqui.& de istis erant stolæ,quibus nūc
induti erant Leuitę isti cantantes. Sed adhuc est du-
bium de istis stolis:an essent vestes propię Leuitarum
& sacrę: vel etiam essent vestes laicorum. Aliquis di-
cet, quòd erant vestes communes Leuitis, & laicis.
Nam Dauid etiam vtebatur ista tunica byssina sicut
Leuitę: quia quando portata fuit arca de domo Obe
dedom in domum Dauid, canebat Dauid coram ar-
ca atque saltabat totis viribus, indutus Ephod lineo,
2.Regū 6. siue tunica byssina, quòd idem est præce-
denti lib.15. Et tamen Dauid erat laicus, & non au-
deret vsurpare sibi vestem illam si sacra esset: erat er-
go vestis cōis laicis, & Leuitis: Dici potest vno mo-
do ꝙ erat ista vestis communis Leuitis, & laicis;quia
tamen honestius erat Leuitas indutos vestibus lineis
albis ministrare,quā vestitos aliis vestibus qbus cōiter
vtebantur, vsi fuerāt istis vestibus, Dauid aūt vsus fuit
ista veste cùm esset communis: & tamen non legitur
vsus illa nisi quando cultui diuino se applicuit,i. can-
tando,& saltando coram arca. Aliter potest dici quòd
licèt Leuitę vterentur stolis byssinis, & etiam laici, tri
non erant similes in figura:& in hoc apparebat dfia ve
stis sacræ & non sacrę: & istud forte est rationabilius:
nam aliquam differentiam facerent ministri sanctua-
rii inter vestes suas, & vestes laicorum ad ministrandū
coram Domino. Si autem quæratur, quare Deus nō
dedit in lege Moysi vestes aliquas Leuitis ad ministrā
dum, & tamen habuerūt illas postea tempore Salo-
monis. Dicendum ꝙ rō est, quia tempore Moysi Le
uitę non habebant aliquam ministrationem insi in
portando onera per viam & excubando in circuitu ta
bernaculi quamdiu manebat tabernaculum in eodē
loco, vt patet Nu.3.& 4. Et tamen ad istas ministra-
tiones non erat necessaria vestis aliqua distincta, quia
ministerium portationis onerum per viam non erat
ministerium alicuius auctoritatis,sed potius infimum
cùm esset laboriosum, sicut ministerium pecorum:
etiā non fiebat illud ministerium in loco Sancto,quia
portabantur ista onera per viam, & sic nō erat cōue-
niens vestis sacra & delicata ad tales ministrationes,cū
essent difficiles, & laboriosæ. Tępore aūt Salomonis
fuit queniēs Leuitas hēre vestes sacras, in quibus mi-
nistrarēt:eo ꝙ ministratio illorū difficilis,& laboriosa
mutata erat,quia iā non erat futurū in officio eorū,ꝙ
portarēt arcā Domini,& alia vasa de loco ad locū:sed
ꝙ ministrarent in templo,prędcedenti lib. 23. cap. Mi-
nistraturi aūt erāt cantando in tēplo,& in aliis officiis
& ibi rationabile erat, quòd induerentur vestibus sa-
cris. Primò propter ministrationem,quæ erat sacra,et
excellens non laboriosa,nec difficilis,sed honesta, &
facilis. s.laudes diuinas decantare. Secūdò quia erat mi
nistratio ista in loco sacro: nam cantores in atrio sacer-
dotū erant simul cum sacerdotibus canendo qñ illi fa
ciebant sacrificia. Et ob hoc non induebant oēs Leui
tæ talibus vestibus, sed soli canrores. Quod patet pri-
mò ex litera ista,quia cū ponat Leuitas habuisse stolas
byssinas:solū ponit de Leuitis cantoribus, de aliis ni-
hil dicens. Tertiò quia Ioseph.8. Antiq. vbi posuit nu
merum vestium sacerdotalium, & Leuiticarū, quas
fecit Salomō qñ cōstruxit tēplū, dicit, ꝙ fecit Salomō
octoginta millia stolas byssinas ad cātandū hymnos.

Istæ



Istæ autem sunt solū cantorum, quia isti soli dicebant A
hymnos:& sic alij Leuitæ non induebantur aliquibus
vestibus sacris. Et ratio est, quia ministeria aliorū Le-
uitarū non erant tam sacra sicut cantorum, s.quia qui
dā erant ianitores,alij thesaurarij existentes in exedris
custodiendo vasa,& alias res sacras sanctuarij. Alij aūt
erant iudices, & propositi, qui negocia faciebant ex-
tra templum per varia loca terræ Israel præceden. lib.
26.cap. Isti non induebātur vestibus sacris ad ministra
tiones istas explendas,quia non accedebāt tantum ad
res sacras, sicut cantores,imò videbantur ministratio
nes suæ quasi prophanę,& sic scriptura nō ponit alios
indutos stolis byssinis nisi cantores.

*De loco Leuitarum in templo. Quæst. XXXVI.*

QVAERITVR vlterius,quis erat locus,in quo Leuitæ canebant in templo. Pro quo præsuppo
nendum,quòd erant extra templum quatuor atria, in
quibus erant omnes viri, & mulieres conuenientes
ad orandum siue ad ministeria sacra,siue essent sacer-
dotes & Leuitæ,siue nō: cùm in templo non intraret
quisquam nisi ille sacerdos, qui cremabat thymiama
in altari thymiamatum,& qui lucernas disponebat in
candelabro. Vnum erat atrium sacerdotum,aliud vi-
rorum laicorum mundorum,vbi orabāt, aliud mulie
rum mundarum, aliud virorum immundorū &,mu-
lierum immundarum,& gentilium: de quo declara- C
tum est.3.Reg.6. Non ponitur autem locus vbi starēt
Leuitæ: ideo est dubium an erant cum sacerdotibus
in atrio eorum,vel vbi erant. De Leuitis autem non
dubitatur generaliter: sed de solis cantoribus: nam ia-
nitores erant apud Ianuas atriorum,& exedrarum ob-
seruantes iuxta exigentiam officij sui. Thesaurarij aūt
erant in exedris custodiendo thesauros. Iudices aūt,&
præpositi erant per diuersa loca terræ Israel exercen-
do officium suū,præced.lib.26.ca. Ideo manifesta erāt
loca istorum,& tñ non apparet locus,vbi essent canto
res. Dicendū videtur,ꝙ essent in atrio sacerdotum ca-
nentes simul cum sacerdotibus ministrātibus. Et hoc
patet primò, quia non poterant isti Leuitæ esse inter
sacerdotes, vel cum laicis cùm non ponatur atriū Le- D
uitarum,sed solùm laicorum, & sacerdotū: & tñ Le-
uitę cantores magis concordabant cū sacerdotibus q̄
cū laicis, cū ēt Leuitæ essent ministrantes dño: iō cre-
dēdum est,ꝙ essent in atrio sacerdotum. Secundò pa-
tet,& efficatius,quia dr̄ hic, ꝙ Leuitæ erant canentes
ad Orientalem partem altaris,ergo videtur ꝙ erant in
atrio sacerdotum,quia aliàs superfluè hoc diceretur:
nā vbicunq; essent Leuitæ canēdo manifestum est,ꝙ
essent ad partem Orientalem altaris:quia non poterāt
esse,nisi in aliquo atriorum, & tñ oīa atria erant orien- E
talia respectu altaris holocaustorum,de quo hic dicit:
nam altare erat in atrio sacerdotum,& illud magis cō
templo quā alia atria, & sic alia erant orien-
talia,cū ipsum atrium sacerdotum esset ēt orientale re
spectu templi. s.ad portam eius,& in atrio sacerdotum
nihil erat magis ad occidētem quā altare, & sic nimis
appropinquabat templo: iō in quocunq; atrio essent
Leuitæ,etiam si essent in ipso atrio sacerdotum,erant
ad partem orientalem altaris. Esset ergo frustra dictū
nisi poneretur ad signandum ꝙ etiam Leuitę erant in
atrio sacerdotum, scilicet quòd Leuitæ erant in atrio
sacerdotum,& altare erat ibi: & tamen ad orientalem
partem altaris in ipso atrio erant Leuitæ. Si aūt de aliis
intelligatur,manifestum erit,ꝙ erant ad partem orien
talem,& non etat in hoc vllo modo dubitandum:iō
intelligitur de atrio sacerdotū, in quo poterat esse du-
bium: quia licèt altare in atrio sacerdotum sit nimis
Occidentale, adhuc post illud magis ad Occidentem
poterant esse Leuitæ, licèt nihil aliud esset magis
occidentale: ideo rectè dictum est,ꝙ erant Leuitę ad
orientem altaris vt intelligatur altare, & Leuitę esse
in atrio sacerdotum. Erant ergo Leuitæ in isto atrio
cum sacerdotibus,& tamen non miscebātur minis-
trationibus eorum,quia sacerdotes ministrabant in sacri
ficiis,Leuitæ autem canebant qñ fiebant sacrificia.

*Quare sacerdotes canebant tabis, & non Leuitæ. Quæst. XXXVII.*

QVAERITVR Vlterius, cū Leuitæ canerent
hic in omni genere musicorum instrumento-
rum,quare dicitur de sacerdotibus, ꝙ centū & viginti
sacerdotes canebant tubis, quia potius debuissent ca-
nere Leuitæ, vt ad eos pertineret canere in omnibus
musicis instrumentis. Dicendum,ꝙ hoc fuit,quia Le
uitis non licebat canere tubis. Erant nanq; quædā tu-
bæ argenteæ sacræ,quarū ministratio ad multa prode-
rat,& non licebat alicui clangere illis tubis nisi sacer-
dotibus. Istę erant tubæ,quas fecit in deserto fieri Do-
minus per Moysen,Num.10.& debebant Israelitæ clā
gere in eis,quandocunq; essent in bello,vt Deus exau
diret eos. Etiam quandocunq; facerent festiuitates,&
sacrificia,& epulas de carnibus sacrificiorū,& dies Ka-
lendarū,clangebant tubis super sacrificiis,vt Deus ac-
ceptaret illa,eo.c. Et dr̄ ibi: Filij Aaron sacerdotis clā-
gent tubis,legitimum sempiternum erit in generatio
nibus vestris. Non ergo licebat Leuitis clangere tu-
bis. Sic etiam seruatum est,quādo Dauid reliquit in
Ierusalem sacerdotes, & Leuitas ministrantes coram
arca in tabernaculo,quod illic parauerat: nā in oībus
vasis musicis psallebant Asaph,& alij Leuitæ, qui erāt
sub eo.Solùm autem datum est sacerdotibus quòd tu
bis clangerent,præced.lib.16.ca. Si autem obiiciatur,
ꝙ interdum Leuitæ canebant tubis in ministerio do-
mini,sicut fuit in portatione arcæ de domo Obededō
in domum Dauid,præcedenti lib. 15. Dicēdum quòd
erant duplices tubę,quædam erant tubæ sacræ argen-
teę,quibus soli sacerdotes vtebantur: aliæ erant tubæ
non sacræ æneæ,vel corneæ,vel de aliis metallis: & iis
poterant clangere Leuitæ,& quicunque populares:&
quia istæ tubæ,quibus nunc clangebant centum & vi-
ginti sacerdotes erant sacrę, non licuit aliquibus nisi
eis clangere tubis. Sed obiicietur,ꝙ istæ tubæ nō erāt
sacræ: quia tubæ sacræ quibus clangebant soli sacer-
dotes erant duæ solùm: vt patet Num.10. Istæ autem
erant centū & viginti,quibus totidem sacerdotes clan
gebant,ideo non erant sacrę. Dicendū,ꝙ erāt istæ tubę
sacræ, & fortè plures erant in templo Salomonis: &
cùm obijcitur, quòd erant solùm duæ tubę sacræ pōt
dupliciter responderi. Vno modo, ꝙ Deus iusserat
Moysi istas duas tubas facere ad necessitatē, & tamen
Salomon fabricans templum fecit multo plura vasa q̄
erant in tabernaculo Moysi. Sicut patet de candela-
bris: nam vnicum erat in templo Salomonis, & Sa-
lomon fecit decem. Etiam in tabernaculo Moysi
erat vnica mensa,& in templo Salomonis fuerunt de
cem, vt patet præcedenti capit. Sic poterit esse de tu-
bis sacris, quòd licèt tempore Moysi essent duæ solū,
essent tempore Salomonis plures quā centum, & vi-
ginti. Aliter potest dici,ꝙ licèt Deus iusserit fieri duas
tubas,Moyses fecerit plures, quia Deus non iubebat
duas fieri, ita quòd prohiberet plures fieri, sed iussit
duas, scilicet, quia illę saltem erant necessarię, & no-
lebat grauare Hebræos plus ad dandum multum ar-
gentum pro tubis cogendo illos, illi tamen gratis vo-
luerunt plures facere, & fecerunt illas tempore Moy-
si. Quod patet in introitu in terram Chanaan,quando

Universidad de Deusto
Biblioteca



Israelitis lustrauerunt septem diebus vrbem Ierico: F iussit Deus quod septem Sacerdotes acciperent septē buccinas, quarum erat vsus in iubileis, & clangerent precedentes arcam, Iosue 6. Et tamē manifestum est, quòd illę erāt tubę sacrę: quia hic clangebatur ad bellum: & non poterat clangi ad bellum nisi tubis sacris, & per sacerdotes, Num. 10. Ideo illę septem erant tubę argenteæ sacrę: & sic licèt Deus iusserit duas fieri tubas sacras, tamen multę factę sunt tempore Moysi, à fortiori autem nunc poterant esse plures tubę sacræ quibus clangerent isti centum & viginti sacerdotes.

*An nubes venit naturaliter, & cur, & qualis.*
*Quæstio XXXVIII.*

QVEARITVR Vlterius de ista nube, quę dicitur hic operuisse domum Domini, qualis erat, & an venit supernaturaliter, vel naturaliter, & cur venit. Ad primum dicendum quòd ista nubes non fuit naturaliter veniens. Primò quia ista nubes apparebat solùm in sanctuario Domini, ita vt sacerdotes nō possent ministrare prę nebula, & tamen si naturaliter euenisset, non solùm esset nebula in sanctuario, sed magis per omnia loca in circuitu. Secundò patet, qa ista nubes non ostendit aliam mutationem naturalē, vt tempus pluuiosum, vel similia, sed tempore sereno existente subito repleta est dom' Domini nube. Tertiò quia istud tempus in quo descendit nubes nō erat aptum ad creationē talis nebulę, & caliginis: qa H ista competunt magnę hyemi in terra illa, quę est valde calida respectu istius, cùm illa sit partim in tertio, & partim ī quarto clymate: & ista nostra sit in quinto clymate circa sextum, & non erat tunc hyems: sed mensis Septembris, in quo non consueuerunt esse tales nebulę. Quartò patet, quia illa nebula non venit ita obscura sicut alię nebulę, sed potius lucens. Vt ait Iosephus 8. Antiquita. Et repente quidem non metuēda nec qualis hyemali tempore imbre plena solet nubes affistere: sed diffusa, & temperata effulsit, & templum omne compleuit, & facies quidem sacerdotum obumbrauit: ita vt se inuicem videre non possent & talem quidem nebulam supernaturaliter venien: tem decuit nunc esse ad id quod efficiebatur: nā I si naturaliter eueniret, nihil probaret de eo quòd opus erat.

*Quate nunc venit nebula. Quæst. XXXIX.*

QVAERITVR vlterius circa nebulā istam quomodo nunc venit, & quare. Dicendum quod fuit conueniens istam nebulam nunc venire ad confirmationem eorum, quę volebat Deus ostendere. Salomon namque fecerat nunc templum Ierusalem, vt ibi coleretur Deus in æternum, & propitiaretur Israelitis colentibus ibi eum, sicut Salomon orauit. Et patet c. seq. & quia Iudæi erant tardi ad credēdū, cùm essent duro corde, non crederent quòd Deus ac- K ceptaret templum istud ad cultum, nisi ostenderet aliqua signa acceptationis: nam in omnibus signa petebant, vt patet prima Corin. primò, scilicet Iudæi signa petunt, Græci autem sapientiam quęrunt. Ad ostendendum ergo, quòd Deus acceptabat templū istud, & cæremonias, quæ in eo fierent, debebat ostendere aliquod signum, & istud fuit quòd impleret totum templum nube, & inpleuit quidem illud interius & exterius: & fuit hoc quādo cęperunt sacerdotes ministrare, & Leuitæ cantare, quia non erat conueniens, q̄ prius veniret. Causa. n. vt veniret tūc signabatur, quòd Deus acceptabat illas ministrationes, quę ibi fiebant, & fuit in prima ministratione ibi facta: vt per hoc putaretur, q̄ omnes ministrationes, quę sequerentur acceprarentur à Deo. Ita etiam fiebat in multis alijs rebus magnis pertinentibus ad cultum diuinum, de quibus dubitabant Israelitę an à Deo acceptarentur: nam sic fuit quando Moyses fecit sanctuarium in deserto: quia mox vt erectum est in deserto, nubes repleuit illud interius, ita vt non possent ibi manere sacerdotes, & mansit postea semper super tabernaculum, & pendens illa nubes gloriæ per diem quidem in figura, & calore nubis: per noctem autem in calore, & fulgore ignis. Exo. 40. & Num. 9. Et illud fuit ad signandum, q̄ omnia, quæ fierent in sanctuario acceptarentur à Deo. Sic etiam fuit quando nouiter fuerunt consecrati sacerdotes. Nam per septem G dies durauit consecratio eorum, & tunc non ministrauerunt: die autem octauo ministrare cæperunt: & venit ignis de cælo supra sacrificia eorum. Leui. 9, Sic etiam fuit post hoc in sacrificijs oblatis in festiuitate ista infra 7. & in multis aliis: Quia ergo nunquam magis fuerat factum aliquid nec futurum erat in veteri testamento, in quo magis Deus coleretur quàm templum Salomonis, debuit potius ibi apparere aliquod signum diuinæ acceptationis, scilicet ista nebula, quā in aliquo alio opere.

*Quare potius Deus ostendit in nebula acceptationem.*
*Quæst. XL.*

QVAERITVR vlterius, cù Deus vellet ostendere signum aliquod acceptationis suæ templo edificato, cur potius illud fuit in nebula, vel nube q̄ in aliquod alio. Dicendum quòd licèt in multis Dei poterat ostendere acceptationem suam: tamē in nullo fuit magis conueniens ostendi quàm in nube. Ratio huius fuit ad signandum cōditionem veteris testamenti, quo durauit templum istud: nam vetus testamentū fuit totum sub figuris, & enigmatibus continens significationem eorum, quæ facta erant in nouua lege. Iuxta illud ad Hebr. x. Si vmbram futurorum bonorum lex continet, ideſt bonorum futurorum in veteri testamento. Nubes autem, vel nebula aut caligo competit ad signandum hoc, quia obscura est. Etiam competit hoc ex conditione eorum, qui in veteri testamento erant. Nam habebant corda sua obnubilata cortice literæ veteris: & vsque hodie manet in cordibus eorum obscuritas ista: vt patet secunda Cori. 3. Et sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum: id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum: sed vsque in hodiernum diem cùm legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cùm autem cōuersi fuerint ad dominum, auferetur velamen. Et ob hoc communiter illę repręsentationes diuinæ, quę fibant in veteri testamento fiebant in nebula, vel in nube, quia sic conueniebat illi statui. Sic patet de apparitione Domini, quando tabernaculum Moysi fuit cōpletū, qa gloria Domini in nube operuit totam domum Exo. 40. Sic etiam fuit in datione legis. Nam angeli loquentes apparuerunt in caligine, & fumo: vt patet Exo 19. & 20. & Deut. 5. Sic etiā fuit quando Moyses ascendit ad dominum in montem, & cum eo Aaron, & seniores, nam apparuit gloria Domini in modum nubis & iridis: & quasi opus lapidis saphiri: in Exo. 24. Ita ergo nunc in nube magis quàm in alia re apparere debuit. In nouo autem testamē to fuit facta apperitio in linguis igneis ad signandum inflamationem charitatis in orbis mirabilibus. istam differentiam noui, & veteris testamenti tangit Apo-



sto. ad Hebræ. 12. Sed obiicietur, quòd Deus in veteri A
testamento sępe in igne ostendebant gloriam suam sicut in nube: nam qualibet nocte apparebat super tabernaculum Moysi in deserto colūna ignis, Exo. 4. & Nu. 9. Itē in die qua sacerdotes nouiter cōsecrati cępe runt ministrare in deserto, descendit ignis super altare Leu. 9. Item in deserto bis legitur venisse ignis in quo manifestabat Deus, Nu. xi. & 16. Itē nūc q̄ facta sunt nouiter sacrificia in tēplo Salomonis descēdit ignis de cælo infra 7. Item quando Elias voluit probare veram deitatem Dei Israel disputans contra prophetas Baal, fecit descendere ignem de cælo 3. Reg. 18. & iterū super duos quinquagenarios Ocho. 4. Reg. Tobiens ergo vel pluries apparuit Deus in igne in veteri testamento quàm in nebula. Dicendum est quod B nebula erat conueniens statui veteris testamenti. Ignis autem non. Ideo q̄cunque Deus volebat solum ostendere præsentiam suam, vel acceptationē suam, & nihil aliud facturus erat apparebat in nebula. Si autem aliquid facturus erat, quod igne perfici posset, & nō nebula, apparebat in igne: & sic quando Deꝰ volebat solùm acceptationem suam ostendere, licèt equaliter posset illam ostendere in nube vel igne: tñ non ostendebat in igne, sed in nebula: sicut nūc, qa ita poterat venire ignis super tēplū, sicut nebula, cū nihil futurū esset, nisi quòd ostenderetur gloria Domini Cùm autem dicitur, quòd qualibet nocte apparebat gloria Domini in igne super taber naculum. Dicendum quòd hoc fiebat ex necessitate: nam Deus volebat illuminare omnia castra Israelitarum per noctem: sed non poterant illuminari per nubem cùm potius obscurarentur: ideo debuit apparere ignis. Ad secundum dicendum, quòd non solùm Deus voluit ostendere aceptationem suam in nouis sacerdotibus, sed etiam voluit specialiter hoc ostendere cremādo cęlitus sacrificia eorum: sed sacrificia non poterāt cremari per nubem missam: quia non putaretur vecombustio sed potius phantasia quædam, ideo debuit apparere ignis: & in illo Deus ostendit acceptationem suam, & cremauit sacrificia. Per nubem aūt si missa fuisset, potuisset ostendi acceptatio diuina, sed non potuissent cremari sacrificia: ideo non missa est nubes. Ad tertium dicendum, quòd illis duabus vi- D cibus venit ignis ex necessitate: quia tunc Deus non volebat principaliter ostendere gloriam suam: sed potius punire delinquentes. Nam Nume. 11. peccauerunt quidam murmurando propter laborem iti neris, & desiderio carnium: & Deus succendit ignē qui consumpsit extrema castrorum. Et Num. 16. populus murmurauit contra Moysem, & Aaron: volebantque eos lapidare: & Deus susciauit tunc incēdium, perieruntque plurimi. Et iterum. e. cap. cùm centum, & quinquaginta proceres vellent vsurpare sacerdotium, insurgens ignis deuorauit eos. Hoc autē non poterat facere nubes, ideo non apparuit tunc. Ad quartum dicendum sicut ad secundum, quòd fuit ex necessitate operis, scilicet quia Deus voluit cre E mare sacrificia sacerdotum. Ad quintum dicendum quòd quando Elias voluit ostendere veram deitatem Dei Israel, descendit ignis, & non nebula: quia sic cō uenerat inter eum, & prophetas Baal, quòd ille, cui exaudiret cultores suos dando ignem de cælo esset verus Deus: & cùm non exaudiret Baal cultores suos, clamauit Elias, & venit ignis de cęlo. Etiam erat tunc necessarius ignis, quia agebatur de crematione sacrificiorum, quæ non poterant cremari nisi igne. Ad sextum dicendum quòd ibi erat necessarius ignis, quia volebat Elias, quòd morerentur illi quinquagenarii, qui veniebant ad eum: & quia ad hoc nō proficiebat nebula, inuocauit ignem, qui eos exu reret. In aliis autem casibus, in quibus solùm agitur de ostendendo gloriam Domini: vel acceptationem eius: licèt posset ostendi equaliter per ignem, & per nebulam, magis tamen ostenditur per nebulā: & sic fuit hic, vbi solùm intendebat Deus ostendere acceptationem suam, & ostendit eam in nube, & non in igne, vel alio signo.

*Quomodo repleta fut domus Dei gloria.*
*Quæstio. XLI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo repleta fuerit domus Dei gloria. Dicendum quòd nebula à Deo causata impleuit templum interius, scilicet domum sancti sanctorū: & templum exterius, vbi erant vasa: deinde atria exteriora, vbi erant Israelitæ siue sacerdotes, siue laici. Et dicunt quidā, q̄ hoc fuit in testimoniū, q̄ Deus veniebat ad hītādum in tēplo in Sancta sanctorū: nam apud Hebræos videbatur, quòd Deꝰ habiteret in sanctuario, scilicet, quòd prius habitasset in tabernaculo Moysi, nunc vero habitaret in templo Salomonis. In tabernaculo Moysi credebatur habitare in sancta sanctorum super arcam, eo quòd ibi audiebant vocem respondentis: nam cùm Moyses vellet quærere de aliquo dubio, introibat in sancta sanctorum: & audiebat vocem respondentis sibi de medio duorum Cherubim super propitiatoriū, Num. 7. & ille loquens putabatur Deus. Fuerat autē C ista habitatio Dei ex tempote, quo completum est sanctuarium, & impleuit illud nubes. Exo. 40. Ita cū nunc cōsumatum esset templum Salomōis, & Deus deberet iam habitare in eo, voluit ostendere signum aduentus sui in aliquo signo sensibili, scilicet in nebula ista: ideo vocatur nebula hæc gloria Domini, ideſt maiestas vel apparatus circunstans eum aduenientē, & conueniebat hoc fieri per nubem, vel nebulam, quia Deus morabatur in propitiatorio super Arcam in nebula quadam. Sic patet Leu. 16. scilicet: Non introeat Aaron omni tempore in sanctuarium, quod est vltra velum, quoniā in nube apparebo super oraculum. etiam sequenti capit. dixit Salamon: Dominus dixit vt habitaret in caligine, et misit nubē istam in templum, vt in ea habitaret: & videbatur proficere ista nubes, qa si ipsa vel aliud signū miraculosum nō pcederet non cognosceretur q̄ Deus veniebat in sanctuariū: sicut aduentus regis cognoscitur per magnū apparatum, qui eum prędcedit. Secundò proficiebat quasi ad tegendum deum, velut si Deus esset alicuius figuræ, vel substantiæ admirabilis, quā nobis ostendere nollet. Ideo vt cùm veniret non videremus eū, circundabat se caligine siue nube obscura, vt sic non videretur. Et ista erat causa quare super arcam in propitiatorio apparebat nubes. Leuitici 16. scilicet vt non videret sacerdos intrans, quid erat ibi: & sic cùm nunc Deus introierit ad habitandum in Sancta Sanctorum, repleuit domum nebula abscondens præsentiam suam: & necesse est, quòd tā domus interior q̄ exterior essent plenæ nebula: nam Deus præcipuè veniebat in partem interiorem templi, scilicet Sancta sanctorum, ideo domus illa, & partes coniunctę magis plenę nebula esse deberēt quàm parte exteriores. Dicendum etiam est quòd atria templi, quæ erant exterius, plena erant nebula: quia dicitur hic quòd sacerdotes, & Leuitę non poterant ministrare propter caliginem: & tamen sacerdotes, & Leuitæ erant extra tē plum in atrio Sacerdotum: cùm dicatur supra quòd erant ad orientalem plagam altaris. Ergo etiam atria illa repleuerat nebula.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca



*An poterant sacerdotes propter nebulam ministrare. Quæst. XLII.*

QVAERITVR vlterius,qũo dicitur hic q̃ non poterant sacerdotes propter nebulam ministrare. Respondent quidam, quòd hoc fuit propter magnam tenebram,tanta enim fuit obscuritas in aere inducta adueniente Deo, quòd sacerdotes non se poterant adinuicem videre,nec videbant id, in quo ministrabant: ideo non potuerunt ministrare. Alij dicunt, quòd hoc fuit propter candorem nebulę illius, scilicet, quòd fulgor,& candor illius tantus erat, q̃ oculi sacerdotum tolerare non poterant illum, sicut est de fulgore solis: nam non possumus eum apertis oculis aliquando intueri. Sic etiam est de candore niuis:nam non possumus multitudinem niuis presentem nobis fixo intuitu respicere,quia lęditur visus propter excessum luminis disproportionati sibi. Alij dicunt, quòd hoc fuit propter solam reuerentiam diuinæ p̃tiæ: nam potuissent sacerdotes ministrare, licèt nebula repleuisset domum,& tamẽ quòd illa erat gloria Domini, ideſt apparatus aduentus eius signans eũ præsentem,propter reuerentiam præsentię eius resilientes sacerdotes in suam paruitatem cesserunt ei nolentes stare in loco nebulę: quia signum paruæ reuerentiæ est, quòd quis appropriet loco, in quo Dominus suus est,vel aliqs vir maximę venerationis.Primus modus satis consonat literæ: quia dicitur hic nec poterãt sacerdotes stare,nec ministrare propter caliginẽ. Caligo autem importat tenebram. Sic etiam dicitur sequenti capitulo: Dominus dixit, ut habitet in caligine.Itẽ hoc cõpetit intentioni Dei,scilicet quòd ista nubes, vel nebula veniret ad impediendum visum,vt Deus, qui putabatur venire, corporaliter non posset videri opinione Hebræorum propter caliginem magnam. Si tamen esset fulgor appareret Deus veniens in maiestate illa. Sic etiam apparuit in datione legis: nam caligo & fumus apparuerunt in monte Sinai. Exo.19. & 20.& Deute.5.Secunda positio est Iosephi 8. Antiqui. Et est satis rationabilis. Nam magnus fulgor magis indicat præsentiam Dei quàm magna tenebra, quia tenebra vel caligo non dicit aliquam magnam perfectionem, sicut dicit fulgor, vel candor. Ideo id quod perfectius est,verisimili⁹ est fuisse signũ aduenientis Dei, quàm id quod est imperfectum: & dicit Ioseph⁹ quòd nebula illa fulgens obumbrauit facies sacerdotum, & Leuitarum. Sed obiicietur: qa dicitur hic, quòd non poterant sacerdotes ministrare nec stare propter caliginem. Dicendum quòd istud quod apparuit non erat caligo, vel tenebra,sed fulgor magnus,& tamẽ per accidens faciebat opus caliginis: nam fulgor per se habebat manifestare cùm sit lux, vel à luce causatus, & tamen per accidens habet occultare inquantum oculus non proportionatur tãtæ luci, nec põt sustinere illã,iõ non põt illã intueri. Sicut sol directè magis hẽbat manifestare q̃ aliqd̃ aliud lumẽ: quia nullum tantum est sicut lumen solis, & tamen per accidens habet obumbrare sicut tenebra, vel abscondere: quia prę magnitudine lucis suę non possumus videre ea, quæ sibi coniuncta sunt,vel ipsum: nam considerare non possumus corpus solis intentis oculis in illud: habet etiam obscurare sol alio modo, scilicet per comparationem minoris luminis ad maius. Sicut apparet quotidie in cælo:nam astra, quæ coniuncta sunt soli per tredecim gradus, non videntur, quia dicuntur esse sub radiis eius.Cũ vero transierint gradũ tertiũdecimum poterunt videri occidente sole: & dicuntur tũc habere ortum heliacum, quia effugiunt radios solis. Etiã in die super terram est emispherium plenum stellis: sicut per noctẽ; & tamen nulla stel la videtur,quòd maius lumen occultat alia, cũ illa potius manifestare deberet: ita potest dici,q̃ ista nubes fuit tãti fulgoris,quòd omni alia præsentia offuscabat: & sic non possent sacerdotes videre altare,in quo ministrabant: & vnus non poterat alium videre,ideo oportuit,quòd cessarent à ministratione, et quòd non possent esse præsentes in atrio templi,quia tantum fulgorem oculi eorum pati non poterant. Istud autem est satis verisimile,s.quòd ad ostensionẽ glorię Dñi appareret magis nubes fulgens quàm tenebrosa,quia sic fuit in transfiguratione Christi in monte Thabor: nam apparuit nubes lucida,quę obumbrauit discipulos,& non potuerunt videre, sed coacti sunt inclinare se ad terram: & non viderunt cũ Christus locutus est cum Elia,& Moyse. Sed cùm illi recesserunt, leuauerunt discipuli capita sua, & viderũt solum Iesum, Mat.17. ita poterat nunc nubes lucida obumbrare totum templum, & atria: & non posset præ fulgore ministrare sacerdotes. Tertia positio erat etiam aliqualiter rationabilis, s.q̃ propter reuerẽtiam sacerdotes recederent de loco,in quo erant ministrantes:licèt ibi possent esse. Simile fuit de Moyse, quando apparuit gloria Domini in rubo, qui ardebat, & non cremabatur: nam cùm vellet Moyses applicare se rubo,vt hanc mirabilem visionem aspiceret, dictũ est ei de rubo: Ne appropries,inquit,huc:locus enim, in quo stas,terra sancta est. Exo.3.& ibi Moyses non videbat Deum,sed gloriam Domini apparentẽ in igne, & prohibitus est accedere propter reuerentiam glorię apparentis in rubo. Ita ergo sacerdotes isti, licet possent aliàs stare in atrio,cederent propter reuerentiam gloriæ Domini. Dicendum tamen quòd ista positio tertia non stat,quia non cessauerunt sacerdotes à ministratione propter reuerentiam, sed quia non poterant esse præsentes,sicut dr̃ in litera,s.& non poterant sacerdotes ministrare, nec stare propter caliginem. Si autem propter solam reuerentiam potẽtię Dei fieret,licèt non starent,possent tamen stare,& tamen nõ poterant stare,ergo impediebat caligo,vel fulgor.Prima autem.& secunda positio satis stant, & tamen prima est verior,& quam intendit litera,quia ponitur caligo in litera bis,& non ponitur fulgor. Et licèt fulgor possit per accidens efficere opus caliginis,nunquã tamen sunt termini extra sua signa prima, cùm in illis possit saluari veritas literę: quia aliàs daret locus multis expositionibus valde distortis,& corruptionibus sacrarum scripturarum. Cùm autem confirmatur,quòd fuerit fulgor,vel nubes lucida, quia ita fuit in Transfiguratione Domini. Dicendum quòd non bene arguitur, quia transfiguratio fuit in nouo testamento, & ista apparitio nebulæ in veteri, & fiebant apparitiones istæ secundùm conditionem testamentorum, & temporũ: & quia tempus veteris testamenti fuit obscurum,scilicet ænigmatibus plenum in spe, & vmbra bonorum reuelandorum tempore Christi: debuit quidquid ibi manifestabatur in nube,& caligine manifestari. Tempus noui testamenti fuit in quo tota veritas reuelata est,ideo omnia,quæ in illo fiebant luci, & fulgori conueniebant: ideo licèt maximum quod factum est in veteri testamento, & in quo debuisset Deus apparere in maiori gloria fuerit datio legis, tamen in illa non ostendit Deus presentiam suam sub aliqua nube lucida,vel fulgore: sed in fumo,& caligine,& igne fumoso atque obscuro apparuit.Exo.19. & 20. & Deuter.5. Ita ergo nunc magis credendum est,quòd in caligine sa nube,quàm quod in fulgenti apparuerit potissime: quia in litera dicit, quòd in caligine apparuerit Deus, vel quod caligo repleuit domum, & Deus habitabat in caligine. Cùm autem dicitur de nube lucida, quæ apparuit in transfiguratione, Dicendum est, q̃ sicut omnia,



omnia,quę in veteri testamento erant obscura,ita omnia,quæ in nouo erant, manifesta erant,ideo in transfiguratione ista omnia per lucem facta sunt. Nam primò immutatio Christi fuit lucida, quia resplẽduit facies eius sicut sol,& vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Matt.17.Postea vero loquente Christo cum Elia, & Moyse nubes lucida obumbrauit eos,& audita est vox patris in nube. Sic etiam in aduentu spiritus sancti, licèt apparuerit ignis in linguis ex necessitate significationis, tamen ille ignis non fuit fumosus, & caliginosus,sicut ignis, qui apparuit in datione legis in monte Sinai: quia magis ibi apparebat caligo,& fumus quàm ignis. Tangit autem differentiam istam vtriusque testamenti Apost. ad Hebr.12. Ratio autẽ, & principium huius differentiæ fuit,quia in veteri testamento omnia erant velata cortinis,& operimentis in templo,ita vt nihil videretur. In principio autẽ nouitestamenti illa velamenta rupta sunt: Nam in templo erant omnia sacra,& illa non poterant videri à populo, nec à Leuitis,aut sacerdotibus foris manentib⁹ propter quoddam velum manens, & pendens ad portam templi. In passione autem Domini scissum est istud velum à summo vsque deorsum. Matth. 27. Et sic apparuerunt tunc omnia,quæ erant in sacrario, & penetralibus templi, vt signaretur, quòd tunc in Christi morte consumabatur vetus testamentum, q̃d velatum fuerat ænigmatibus,& incohabatur nouum, in quo omnia ænigmata aperienda erant. Et rectè tũc factũ est, q̃a mors Christi dedit exordiũ nouo testamẽto,& vigorem omnibus sacramentis eius, quia aliàs ea,quæ erant in nouo testamento non accepissent firmitatem conferendi gratiam,& aperiendi vitam ęternam,sicut faciunt. Apparet ergo,quòd sacerdotes impediti fuerunt nuucaliqualiter ministrare propter nubem caliginosam,quę apparuit, & repleuit templum. Non est tamen intelligendum, quòd sacerdotes coacti fuerint exire de atrio, & cessare à ministratione: sed solum prębebat eis aliquod impedimentum: quia non videbant ita bene sicut prius: Et tamen complerunt ministrationem suam. Patet etiam, quia Salomon videns nebulã istam dixit: Deus dixit, vt habitaret in caligine,sequenti capi. Et tamen non recessit ob hoc de templo, sed incepit loqui ad populum. Et deinde longam orationem fecit ad Deum: vt patet ibi dem. Dicitur tamẽ aliquis non posse facere quod non potest ita bene facere,sicut prius,vel sicut solebat. Et quia prius non impediebantur sacerdotes ministrare, nec stare in templo. Nunc autem propter caliginem non bene videbant, nec ministrabant sicut prius.Ideo dicebantur non posse ministrare,nec stare in atrio tẽplipropter caliginem. Steterunt tamen ibi quousque compleuit Salomon orationem suam, & illi omnes ministrationes suas.

## CAPITVLVM VI.



VNC Salomon ait: Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine: ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta, & ait: Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: A die, qua eduxi populum meum de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quẽquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel: sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel.

*Tunc Salomon.* Dicto in pręcedentibus de arcę in templum introductione,hic agitur de Salomonis oratione. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur Salomonis cum populo collatio,vel rationatio. Secundò ponitur ipsius Salomonis ad Deum porrecta oratio, ibi. *Stetit ergo coram altari.* Prima in duas,quia primò agitur de Ierusalem ad hoc,quòd esset templum Domini in ea electione; secundò de Dauid ab ędificando templum prohibitione, ibi. *Cunque fuisset voluntas Dauid.*

*An ea,quæ habentur hic sint continuata,& immediata. Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum,an ea, quæ habẽtur hic,sint continuata ad præcedentia, vel sit anticipatio aliqua,vel recapitulatio inter illa. Et dato quòd sit ordo continuus,an fuerint ista facta post præcedentia, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primũ dicendũ, q̃ hic est ordo ꝙtinuus·nã præc.c.actum est de arcę introductione in tẽplum et de introductione reliquorum vasorum.Hic ãt agitur de oratione Salomonis in ipso templo visa gloria Domini: & necesse est,quòd istud fuerit post illud,quia introducta fuit arca in templum, & posita in Sancto sanctorum: & tunc sacerdotes cęperunt ministrare in atrio in honore portationis arcę: & cùm cępissent ministrare nebula à Deo missa operuit templum, vt patet præcedenti cap. Salomon autem videns gloriam Domini locutus est ad populum, & fudit orationem ad Dominũ, ideo necesse est,quòd ista fuerint post illa. Ad secundum dicendum, quòd non fuit aliquod tempus medium inter hęc & præcedentia, sed continuata facta sunt, scilicet quia mox vt Salomon vidit sanctuariũ plenum nebula cæpit loqui, quæ habentur hic: patet hic in litera,cũ dicitur: Tunc Salomon ait, scilicet q̃ sequuntur. Et tamen istud tunc refert pręcedentia, scilicet quando venit nebula à Dòmino: ita vt sacerdotes non possent ministrare locutus est Salomõ ista. Circa primum dicitur. *Tunc Salomon ait.* Scilicet.Visa gloria Domini, quæ ostendebatur per nubem, vel nebulam. *Dominus polliticus est vt habitaret in caligine.* Istud verbum Salomonis est respõsiuum ad dubium, quod totus popul⁹ posset tunc formare, & verisimile est,quòd formaret,quia cùm apparet aliqua res magna, & insolita,turbantur homines, & dubitant. Et dixit Salomon:Dominus pollicitus est &c. Ideſt non turbemini propter nebulam istam apparentem, quia Deus mittit illam,quia proprie pollicitus est,ideſt promisit quòd habitaret in caligine, ideo nunc mittit istam caliginem ad habitandum in ea. Et est rationabiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca



nabiliter dictum, quia præsupponebatur, quòd cùm ista domus facta esset ad colendum Deum in ea, ꝙ Deus habitaret in ea, & quia nunc incipiebat coli in ipsa, nunc debebat incipere habitare in ea, & quia in caligine promiserat habitare, premisit nunc istam caliginem, vt in ea habitaret. Sed de hoc magis dicetur infra in quæstionibus. *Ego autem ędificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum.* Quasi dicat. Aduẽtus istius caliginis non est aliquid mali, sed potius aliquid boni concordans intentioni meæ, quia ego ędificaui domum, vt Deus habitaret in ea in perpetuũ, & Deus promisit, quòd habitaret in caligine: ideo misit nunc istam caliginem, vt incipiat morari in domo ista, quam ędificaui ei vsque in ęternum. Non accipitur ęternum propriè pro eo quòd nunquam haberet finem, quia templum istud aliquando finem habuit, sed quomodo accipiatur declarabitur infra in quadam quæstione. *Et conuertit faciem suam.* Scilicet conuertit illam ad populum. Nã Salomon erat nunc in atrio templi, in quo erant viri mundi, & tenebat vultum suum contra templum, & contra atrium sacerdotũ, vbi erat altare holocaustorum, in quo nunc fiebant ministeria, & sic erat populus post eum. Cùm verò loqui voluit conuertit vultum suum ad partem orientalem atrii ipsius versus quam circunfusa erat tota plebs. *Et benedixit vniuersę multitudini Israel.* Scilicet omnibus Israelitis, qui nunc congregati erant. Nam oẽs masculi de Israel conuenerant ad istam solennitatẽ, vt declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione. Benedictio autem fuit, quæ sequitur: nam non dixit alia verba Salomon nisi quæ explicantur hic, & dicitur benedixisse multitudini, quia locutus est bona pro multitudine, & ait. *Benedictus Dominus Deus Israel.* Præcatio est, scilicet nomen suum semper benedicatur, & laudetur ab omnibus, vel potest intelligi per modum affirmationis, scilicet Deus Israel est benedictus, quia bonus est, & nullum bonũ ei deest: & accipitur tunc benedictus, idest felix. *Quidquid locutus est Dauid patri meo, opere compleuit.* Idest benedicatur, & laudetur Deus, quia compleuit quod promisit patri meo. Laus enim de bono opere danda est, & quia obseruatio promissorum, quę pertinet ad veritatem est magnę virtutis opus, laudabilis est, qui talia agit: & quia Deus seruauerat ea, quę promiserat Dauid, laudabat eum nunc Salomon. Id autem quod Deus promisit Dauid est id quòd sequitur. s. *A die, qua eduxi populum meum de Aegypto non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ędificaretur in ea domus nomini meo.* Scilicet licèt multum tempus transierit ab exitu de Aegypto vsque hodie, in quo poteram eligere vrbem aliquam de cunctis tribubus Israel, idest de aliqua de cũctis tribubus: vt in ea dom⁹ ędificaretur nomini meo, tamen non elegi aliquam nisi Ierusalem. Ista non sũt verba promissionis factę ad Dauid, sed est sententia suspensiua, quę continuatur. Et postea in fine ponitur promissio, scilicet quòd Deus dixit ad Dauid: non ędificabis tu mihi templum, sed filius, qui nascetur tibi, sedebit super solium tuum, et ipse ædificabit tẽplum. Patet hoc infra in litera, & dicitur à die, qua eduxi populum meum de Aegypto, quia ante hoc non poterat eligi ciuitas aliqua, in qua ædificaretur domus nomini Dñi, eo ꝙ ante hoc Deus nõ hẽbat populũ. Nam Israelitæ non fuerunt populus Dei quouſque de Aegypto educti sunt per ipsum. Etiam non fuerunt illico populus eius, sed in datione legis. Nam tunc quæsiuit Deus ab Israelitis, an vellẽt accipere legem suam, & si acciperent eam, quòd ipse acciperet eos in populum peculiarem de cunctis populis terræ. Exod. 19. Et quia ipsi acceperunt legẽ eius, tunc Deus accepit eos in populum ex die illa. Fuit aũt istud dieb⁹ quasi quadraginta octo, vel quinquaginta post exitũ de Aegypto, vt declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione: ex illo ergo tempore solùm poterat Deus eligere ciuitatem aliquam, in qua coleretur ab Israelitis: quia ante hoc non erat opus, ꝙ eligeret ciuitatem istam, in qua coleretur: cùm nondum haberet populum, qui eũ colere vellet. Verum est autem, quòd in Deo nihil tale est. s. quòd ipse elegerit ciuitatem, in qua coleretur ante exitum de Aegypto, vel post: quia in actionibus Dei non consideratur, nec reperitur differentia temporum, cũ sit tota duratio Dei in instanti æternitatis: sed ista introducuntur ex nostro modo loquendi, quia non possumus loqui nisi sic, quia locutio nostra est per verba, & non est verbũ aliquod sine tempore, cùm significet rem suam per modum fluxus etiam fieri. Ideo quidquid sic importatur, significabitur per modum temporis, vel subali quo tempore Et dicitur de cunctis tribubus Israel, qa Israelitæ diuisi erant per duodecim tribus, quæ erant duodecim cõgregationes descendentes à duodecim capitibus progeniei. Erat autem sic diuisa in duodecim sortes, & in qualibet sorte erãt multæ vrbes, iõ in qualibet tribu poterat Deus eligere vnam vrbem, in qua ædificaretur domus nomini suo, sed nondum elegerat vsque ad illam diem, qua locutus fuit ista Deus cum Dauid, vt patet in litera. Fuit autem facta ista locutio ad Dauid, quando ipse in principio regni sui per totum Israel voluit ædificare domino templum, & Deus apparuit prophetæ Nathan, & impediuit illud 2. Reg. 7. & præcedenti lib. 17. ca. *Sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea.* Scilicet, elegit eã ad hoc, vt ædificaretur sibi ibi templum: & non ædificatum fuit in aliqua de aliis vrbibus totius terræ Israel. Et dicitur, vt fit nomẽ meum in ea, ideſt inuocaretur ibi: quia ad hoc proficiebat templum, vt inuocaretur nomen Domini ibi in oratione: & non ad hoc, vt Deus habitaret ibi, quia non poterat Deus habitare in manufacta domo, vt patet in litera: & 3. Reg. 8. *Nec elegi quemquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel.* Idest nullum elegi nisi Dauid. Nam istum elegi, & progeniem suam ad semper regnandum. *Sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea.* Scilicet, de ciuitatibus nullã elegi nisi Ierusalem, vt esset nomen meum in ea ædificando templũ ibi. *Et elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meũ Israel.* Scilicet, elegi Dauid, & semen suum: vt essent reges super totum Israel. Quomodo autem non fuerit electus alius vir nisi Dauid, nec alius locus nisi Ierusalem, declarabitur infra in quibusdam quæstionibus.

*Quare locutus est Salomon hic.*
*Quæstio II.*

QVAERITVVR circa primum, quare Salomon locutus fuit nunc hic. Nam mox, vt visa fuit nebula apparuit que in sanctuario, locut⁹ est Salomon. Dicendum quòd hoc fuit propter multa: primò ad tollendum dubium. Nam cùm cæpissent sacerdotes ministrare, apparuit nebula operiẽs sãctuarium. Erat autem istud insolitum, ideo admirabantur omnes Israelitæ, & dubitarent ad quid erat, vel qd significabat. Item debuit aliquis toti populo respondere quid hoc esset. Nullus tamen debuit potius respondere quàm Salomon. Primò, quia ipse sapientior erat omnibus hominibus non solùm habitantibus in regno suo: sed etiam in omnib⁹ regnis terræ, & istud cognitum erat iam. Nam de omnibus regnis terræ veniebant multi audire sapientiam Salomonis. 3. Regum 4. & 10. & infra 9. Ad sapientem autem pertinet dissoluere dubia. Ipse ideo potius debebat loqui quã alius. Secundò quia ipse erat maximę auctoritatis, cùm



cùm esset rex, & cęteris paribus omnes ex sententia eius pendere debebant. Tertiò quia nullus in toto populo auderet loqui in præsentia eius eo non iubente propter magnam reuerentiam: ideo necesse erat quòd ipse loqueretur soluendo dubium istud: vel quòd iuberet alicui illud soluere. Aliàs autem nemo loqueretur. Secundum principale quare locutus fuit, erat gratiarum actio. Nam pro bonis susceptis debetur gratiarũ actio, potissimè Deo, cui nihil aliud boni rependere possumus pro susceptis, nisi laudes & gratiarum actiones, & quia susceperat Salomon tanta bona, scilicet quòd Deus compleuisset, quę promiserat Dauid patri suo, scilicet quòd constitueret Salomonem in regem, & quòd daret ei, quòd ædificaret templum: Ideo his completis Salomon incipit gratiarum actiones prorumpere debebat: nunquam tamen conuenientius tempus fuit ad hoc quàm nũc, eo quòd nunc astabat totus populus Israel deuotus & attentus: & tanto maior esset ista Dei laus, quanto coram pluribus fieret. Etiam quia per hoc plures incitarentur ad Deum landandum pro beneficiis, quæ susceperat ipse Salomon: sicut visa ista solennitate tot⁹ populus ibat guadens, & benedicens Deum super bonis, quæ fecerat Dauid, & Salomoni filio eius, sequẽti. cap. & 3. Reg. 8. Etiam quilibet benediceret Deo pro beneficiis, quæ ipsimet susscepissent sicut Salomõ Deum laudabat. Tertium principaliter erat ad orandum. Nam Salomon volebat orare ad dominum super templo isto multa, cùm templum esset nouiter constructum, quòd Deus faceret in eo aliqua, quę perfectiret ad laudem nominis eius. Ideo oportebat ad hoc quòd loqueretur.

*Quando dixit Deus quòd habitaret in caligine.*
*Quæst. III.*

QVAERITVR Vlterius, cùm dixerit hic Salomon, quòd Deus dixit quòd habitaret in caligine, quando dixit istud: quia non apparet. Respondendum quòd ista litera potest intelligi vno modo, scilicet quòd Deus dixit quòd habitaret in caligine, ideſt in loco obscuro, ideſt abscondito: & ad hoc vult habitare in sancto sanctorum: quia ibi erat locus absconditus, ad quem nullus ingrediebatur: & quia nunc nouiter veniebat ad habitandum in sancta sanctorum, nolebatque videri qualiter ingrederetur, operuit totum templum nebula, vt sic absconditè ingrederetur. Iste modus loquendi conuenit modis loquẽdi geoffis f̃m quos Deus reputatur habere corp⁹, & isti modi tenentur in veteri testamento: & sæpe cùm debebat apparere Deus, appparebat aliqua nubes grossa, in qua videretur latere, ne populus crederet, quòd videbat eum: Sic factum est in datione legis Exo. 19. & 20. & Deute. 15. Alio modo potest inrelligi de caligine, ideſt nebula ista obscura, quæ nunc apparuit, scilicet ꝙ Deus habitaret in ea: & quòd Deus promiserat habitare in ipsa: & tunc potest dici, quòd De⁹ promiserat Dauid, vel habitaret in caligine, ideſt quòd esset Dauid, vel Salomoni, quòd quando templũ esset consumatum & fierẽt ibi primę ministrationes, Deus mitteret caligine, in qua habitaret. Et nũc ista caligine recordatus Salomon verbi Domini sui: Deus pollicitus est, vt habitaret in caligine. Aliter potest dici, quòd Salomon dixerit hoc propter verba Domini quæ ipse dixit ad Moysen Leui. 16. scilicet quòd Aarõ summus sacerdos non ingrederetur omni tempore in tabernaculum, quod erat vltra velũ ne moreretur. Et sequitur quia in nube apparebo super oraculum, ideſt super propitiatorium. Deus apparet in nube; & in propitiatorio Deus dicebatur morari: quia ibi audiebatur vox eius respondentis: & ibi erat nubes caliginosa, ne videretur illud corpus, in quo formabantur voces: ideo dicendo illud Deus promiserat quòd habitaret in caligine: quia nubes, quę erat in propitiatorio erat caliginosa, & quia Salomon nunc videbat nubem venientem ad operiendũ templum, sicut erat nubes, q̃ operiebat propitiatoriũ, in qua Deus dicebat se habitaturũ, putauit quòd Deus incipiebat habitare iam in sanctuario, quia premiserat nubem.

*An nubes illa manserit semper.*
*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius circa istam nubẽ, quæ repleuit nunc templum Domini, an manserit semper sic operiens, vel si recesserit ad horam solùm manens. Dicendum quòd non apparet ex litera hic, nec 3. Reg. 8. vbi ponitur eadem historia, an ista nubes mãserit replens templum pauco tempore vel magno. Sed videtur dicendum, quòd non manserit nisi nunc quandiu facta est ista ministratio. Nam De⁹ premisit istam nebulam in signum acceptationis suę, scilicet quòd acceptaret templum istud, & omnia ministeria, quæ sibi in eo fierent, & ad hoc sufficiebat, quòd in prima ministratione nubes repleret templũ, quia per hoc ostenderetur aceptatio quantum ad oẽs alias ministrationes. Nam si in toto tempore sequẽti manssisset nubes, esset miraculum continuum: & fieret de hoc mentio in scriptura, quia non omitteretur res tamadmiranda sine stilo. Item quia Deus non facit mirarula frustra, sed ad aliquem finem qui nimis expediẽsest, & tñ ꝙ semper maneret templum plenũ caligine illa, non videbatur expediens ad aliquid, ideo non est credẽdum quòd manserit nisi tempore primę ministrationis. Sed obiicietur de apparitione nebule in tabernaculo Moysi: quia quando consummatum est tabernaculum, & erectum, repleuit illud nebula, in qua repręsentabatur maiestas Dei, Exo. 40. & tamẽ postea mansit ibi semper. Nam semper per diem pendebat columna nubis super tabernaculum fæderis, & visum est hoc toto tempore quadraginta annorũ, qui fuerunt in deserto in datione legis. Nam tunc quæsiuit Deus ab Israelitis, an vellẽt accipere legem suam, & si acciperent eam, quòd ipse acciperet eos in populum peculiarem de cunctis populis terræ. Exod. 19. Et quia ipsi acceperunt legẽ eius, tunc Deus accepit eos in populum ex die illa. Fuit aũt istud dieb⁹ quasi quadraginta octo, vel quinquaginta post exitũ de Aegypto, vt declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione: ex illo ergo tempore solùm poterat Deus eligere ciuitatem aliquam, in qua coleretur ab Israelitis: quia ante hoc non erat opus, ꝙ eligeret ciuitatem istam, in qua coleretur: cùm nondum haberet populum, qui eũ colere vellet. Verum est autem, quòd in Deo nihil tale est. s. quòd ipse elegerit ciuitatem, in qua coleretur ante exitum de Aegypto, vel post: quia in actionibus Dei non consideratur, nec reperitur differentia temporum, cũ sit tota duratio Dei in instanti æternitatis: sed ista introducuntur ex nostro modo loquendi, quia non possumus loqui nisi sic, quia locutio nostra est per verba, & non est verbũ aliquod sine tempore, cùm significet rem suam per modum fluxus etiam fieri. Ideo quidquid sic importatur, significabitur per modum temporis, vel subali quo tempore Et dicitur de cunctis tribubus Israel, qa Israelitæ diuisi erant per duodecim tribus, quæ erant duodecim cõgregationes descendentes à duodecim capitibus progeniei. Erat autem sic diuisa in duodecim sortes, & in qualibet sorte erãt multæ vrbes, iõ in qualibet tribu poterat Deus eligere vnam vrbem, in qua ædificaretur domus nomini suo, sed nondum elegerat vsque ad illam diem, qua locutus fuit ista Deus cum Dauid, vt patet in litera. Fuit autem facta ista locutio ad Dauid, quando ipse in principio regni sui per totum Israel voluit ædificare domino templum, & Deus apparuit prophetæ Nathan, & impediuit illud 2. Reg. 7. & præcedenti lib. 17. ca. *Sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea.* Scilicet, elegit eã ad hoc, vt ædificaretur sibi ibi templum: & non ædificatum fuit in aliqua de aliis vrbibus totius terræ Israel. Et dicitur, vt fit nomẽ meum in ea, ideſt inuocaretur ibi: quia ad hoc proficiebat templum, vt inuocaretur nomen Domini ibi in oratione: & non ad hoc, vt Deus habitaret ibi, quia non poterat Deus habitare in manufacta domo, vt patet in litera: & 3. Reg. 8. *Nec elegi quemquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel.* Idest nullum elegi nisi Dauid. Nam istum elegi, & progeniem suam ad semper regnandum. *Sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea.* Scilicet, de ciuitatibus nullã elegi nisi Ierusalem, vt esset nomen meum in ea ædificando templũ ibi. *Et elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meũ Israel.* Scilicet, elegi Dauid, & semen suum: vt essent reges super totum Israel. Quomodo autem non fuerit electus alius vir nisi Dauid, nec alius locus nisi Ierusalem, declarabitur infra in quibusdam quæstionibus.

*Quare locutus est Salomon hic.*
*Quæstio II.*

QVAERITVVR circa primum, quare Salomon locutus fuit nunc hic. Nam mox, vt visa fuit nebula apparuit que in sanctuario, locut⁹ est Salomon. Dicendum quòd hoc fuit propter multa: primò ad tollendum dubium. Nam cùm cæpissent sacerdotes ministrare, apparuit nebula operiẽs sãctuarium. Erat autem istud insolitum, ideo admirabantur omnes Israelitæ, & dubitarent ad quid erat, vel qd significabat. Item debuit aliquis toti populo respondere quid hoc esset. Nullus tamen debuit potius respondere quàm Salomon. Primò, quia ipse sapientior erat omnibus hominibus non solùm habitantibus in regno suo: sed etiam in omnib⁹ regnis terræ, & istud cognitum erat iam. Nam de omnibus regnis terræ veniebant multi audire sapientiam Salomonis. 3. Regum 4. & 10. & infra 9. Ad sapientem autem pertinet dissoluere dubia. Ipse ideo potius debebat loqui quã alius. Secundò quia ipse erat maximę auctoritatis, cùm



cùm esset rex, & cęteris paribus omnes ex sententia eius pendere debebant. Tertiò quia nullus in toto populo auderet loqui in præsentia eius eo non iubente propter magnam reuerentiam: ideo necesse erat quòd ipse loqueretur soluendo dubium istud: vel quòd iuberet alicui illud soluere. Aliàs autem nemo loqueretur. Secundum principale quare locutus fuit, erat gratiarum actio. Nam pro bonis susceptis debetur gratiarũ actio, potissimè Deo, cui nihil aliud boni rependere possumus pro susceptis, nisi laudes & gratiarum actiones, & quia susceperat Salomon tanta bona, scilicet quòd Deus compleuisset, quę promiserat Dauid patri suo, scilicet quòd constitueret Salomonem in regem, & quòd daret ei, quòd ædificaret templum: Ideo his completis Salomon incipit gratiarum actiones prorumpere debebat: nunquam tamen conuenientius tempus fuit ad hoc quàm nũc, eo quòd nunc astabat totus populus Israel deuotus & attentus: & tanto maior esset ista Dei laus, quanto coram pluribus fieret. Etiam quia per hoc plures incitarentur ad Deum landandum pro beneficiis, quæ susceperat ipse Salomon: sicut visa ista solennitate tot⁹ populus ibat guadens, & benedicens Deum super bonis, quæ fecerat Dauid, & Salomoni filio eius, sequẽti. cap. & 3. Reg. 8. Etiam quilibet benediceret Deo pro beneficiis, quæ ipsimet susscepissent sicut Salomõ Deum laudabat. Tertium principaliter erat ad orandum. Nam Salomon volebat orare ad dominum super templo isto multa, cùm templum esset nouiter constructum, quòd Deus faceret in eo aliqua, quę perfectiret ad laudem nominis eius. Ideo oportebat ad hoc quòd loqueretur.

*Quando dixit Deus quòd habitaret in caligine.*
*Quæst. III.*

QVAERITVR Vlterius, cùm dixerit hic Salomon, quòd Deus dixit quòd habitaret in caligine, quando dixit istud: quia non apparet. Respondendum quòd ista litera potest intelligi vno modo, scilicet quòd Deus dixit quòd habitaret in caligine, ideſt in loco obscuro, ideſt abscondito: & ad hoc vult habitare in sancto sanctorum: quia ibi erat locus absconditus, ad quem nullus ingrediebatur: & quia nunc nouiter veniebat ad habitandum in sancta sanctorum, nolebatque videri qualiter ingrederetur, operuit totum templum nebula, vt sic absconditè ingrederetur. Iste modus loquendi conuenit modis loquẽdi geoffis f̃m quos Deus reputatur habere corp⁹, & isti modi tenentur in veteri testamento: & sæpe cùm debebat apparere Deus, appparebat aliqua nubes grossa, in qua videretur latere, ne populus crederet, quòd videbat eum: Sic factum est in datione legis Exo. 19. & 20. & Deute. 15. Alio modo potest inrelligi de caligine, ideſt nebula ista obscura, quæ nunc apparuit, scilicet ꝙ Deus habitaret in ea: & quòd Deus promiserat habitare in ipsa: & tunc potest dici, quòd De⁹ promiserat Dauid, vel habitaret in caligine, ideſt quòd esset Dauid, vel Salomoni, quòd quando templũ esset consumatum & fierẽt ibi primę ministrationes, Deus mitteret caligine, in qua habitaret. Et nũc ista caligine recordatus Salomon verbi Domini sui: Deus pollicitus est, vt habitaret in caligine. Aliter potest dici, quòd Salomon dixerit hoc propter verba Domini quæ ipse dixit ad Moysen Leui. 16. scilicet quòd Aarõ summus sacerdos non ingrederetur omni tempore in tabernaculum, quod erat vltra velũ ne moreretur. Et sequitur quia in nube apparebo super oraculum, ideſt super propitiatorium. Deus apparet in nube; & in propitiatorio Deus dicebatur morari: quia ibi audiebatur vox eius respondentis: & ibi erat nubes caliginosa, ne videretur illud corpus, in quo formabantur voces: ideo dicendo illud Deus promiserat quòd habitaret in caligine: quia nubes, quę erat in propitiatorio erat caliginosa, & quia Salomon nunc videbat nubem venientem ad operiendũ templum, sicut erat nubes, q̃ operiebat propitiatoriũ, in qua Deus dicebat se habitaturũ, putauit quòd Deus incipiebat habitare iam in sanctuario, quia premiserat nubem.

*An nubes illa manserit semper.*
*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius circa istam nubẽ, quæ repleuit nunc templum Domini, an manserit semper sic operiens, vel si recesserit ad horam solùm manens. Dicendum quòd non apparet ex litera hic, nec 3. Reg. 8. vbi ponitur eadem historia, an ista nubes mãserit replens templum pauco tempore vel magno. Sed videtur dicendum, quòd non manserit nisi nunc quandiu facta est ista ministratio. Nam De⁹ premisit istam nebulam in signum acceptationis suę, scilicet quòd acceptaret templum istud, & omnia ministeria, quæ sibi in eo fierent, & ad hoc sufficiebat, quòd in prima ministratione nubes repleret templũ, quia per hoc ostenderetur aceptatio quantum ad oẽs alias ministrationes. Nam si in toto tempore sequẽti mansisset nubes, esset miraculum continuum: & fieret de hoc mentio in scriptura, quia non omitteretur res tamadmiranda sine stilo. Item quia Deus non facit mirarula frustra, sed ad aliquem finem qui nimis expediẽsest, & tñ ꝙ semper maneret templum plenũ caligine illa, non videbatur expediens ad aliquid, ideo non est credẽdum quòd manserit nisi tempore primę ministrationis. Sed obiicietur de apparitione nebule in tabernaculo Moysi: quia quando consummatum est tabernaculum, & erectum, repleuit illud nebula, in qua repręsentabatur maiestas Dei, Exo. 40. & tamẽ postea mansit ibi semper. Nam semper per diem pendebat columna nubis super tabernaculum fæderis, & visum est hoc toto tempore quadraginta annorũ, qui fuerunt in deserto in datione legis. Nam tunc quæsiuit Deus ab Israelitis, an vellẽt accipere legem suam, & si acciperent eam, quòd ipse acciperet eos in populum peculiarem de cunctis populis terræ. Exod. 19. Et quia ipsi acceperunt legẽ eius, tunc Deus accepit eos in populum ex die illa. Fuit aũt istud dieb⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca



totum templum Moysi intus, et exterius, ita vt Moyses nō posset introire in illud nebula replente omnia. Exo.40. Ista nebula erat distincta à columna nubis: qa columna solū erat super tabernaculum pēdens, & nō erat intra illud. Nebula autem circunfundebatur, & replebat tabernaculum, non apparuit ad significādum diuinam acceptationem, sed ad signandum tēpus mouendi castra, & manendi. Nebula aūt replens tabernaculum fuit signū acceptationis diuinæ, & ista nō mansit semper: sed in prima ministratione solū. Columna aūt nubis, quæ non erat signum diuinę acceptationis mansit semper pendēs sup tabernaculū. Patet hoc. Nā columna nubis nō pōt dici, ꝙ fuerit sup tabernaculū ad signādā acceptationē diuinā semp maneret eadē columna nubis, & tñ mutabatur, quia per diem apparebat columna nubis. Per noctem verò apparebat columna ignis. Nu.9. Ex quo apparet, quòd istud erat ad exhibendū actus aliorū officiorū. s. ꝙ colūna dirigeret in via Israelitas, & daret signū manendi vel standi. Columna aūt ignis illuminaret castra per noctem. Tertiò, & efficacius patet, quia Num. 9. vbi fit sermo de columna ignis & nubis, & ponitur officium eius, non dr aliud, nisi ꝙ columna nubis dabat signum mouendi castra, vel locandi per diem. Columna ār ignis per noctem, & etiā illuminabat castra. Si tñ fuit introducta principaliter columna nubis ad signandam diuinā acceptationem, poneret hoc officium eius, & non tactū fuit ibi: ergo nō erat ad signandū istam acceptationem. Quartò patet, & magis, quia si colūna nubis præcipuè fuisset introducta primò cùm templum cōsumatum est: sicut nebula, quæ nunc repleuit templum nō fuit ante templi cōsumationem visa: & tñ columna nubis multo tempore apparuit ante cōsumationē, & erectionem tabernaculi: ideo non fuit introducta ad hoc principaliter. Patet hoc, quia columna nubis apparuit in exitu de Aegypto prima die exitus ad dirigēdum eos per quam viam irēt, & ipsa interposuit se iter Israelitas, & Aegyptios nocte illa, qua mare rubrū transierunt. Exo.14. Et tñ inter illud tēpus, & erectionem sanctuarij Moysi interciderunt multi dies. s. quasi vn⁹ annus, quia exitus de Aegypto fuit die quintadecima mensis primi. Exo.12. & Num,33. Consumatum fuit tñ tabernaculum, & erectum prima die anni secundi ab exitu de Aegypto, Exo.40. Et sic fuit vn⁹ ann⁹ inter medius dēptis quindecim dieb⁹, & die illa qua erectū est tabernaculum sedit columna nubis super illud, iō nō fuit columna nubis ad hoc principaliter, vt ostenderet acceptationē diuinā super tabernaculum Moysi, sed fuit ad dirigēdum Israelitas in via: & ad dādum signum manendi, & mouendi castra. Fuerunt tñ ibi duo, s. columna nubis pēdens super tabernaculum, & nebula implens tabernaculum intus, & foris. Columna nubis nō sedit super tabernaculum ad signandam aliquam acceptationē, sed ad dirigendum in via: & antequam esset ꝓsumatum tabernaculū, sedebat nubes illa super castra Israelitarum super tentoriū Moysi. Exo. 33. Et dabat signum mouendi, & standi. Cū aūt consumatum est tabernaculum, pependit super illud: quia illud erat domus nobilior in totis castris: & erat in medio castrorū, vbi cōuenientius poterat videri ab oībus existentibus in castris, qñ moueretur, vel qñ staret. Et quia necessitas dirigēdorum castrorum fuit totis quadraginta annis, qbus māserunt Israelitæ in deserto, mā sit semp colūna nubis sup tabernaculū Moysi p diē, & colūna ignis per noctē. Nebula āt, quæ perfudit, & repleuit totum tabernaculum cōsumatum non fuerat ante consumationem illam, sed subito vt erectum est tabernaculum, repleuit illud: & ista non apparuit postea. Ista autem fuit ad monstandam acceptationem diuinam solū: & sic solū mansit in prima ministratione, & nunquam ante fuerat. Ita fuit de caligine ista, quæ repleuit templum nunc. s. quę fuit ad ostendendam diuinam acceptationem. Ideo solùm mansit ibi in prima ministratione, postea autem disparuit.

*An Deus habitauerit in domo manufacta. Quæstio V.*

QVAERITVR vlterius, quō dixit hic Salomō, ꝙ Deus promiserat habitare in caligine, quō ēt dixit ꝙ ipse ædificauerat domum, vt De⁹ hitaret ibi in æternum, quia Deus nō pōt habitare in domo manufacta, cū maiestas sua nullo loco includatur, & erat infania, ꝙ quis crederet Deum habitare in domo aliqua, quæ ei cōstrueretur: vt dixit Salomon infra in litera. & supra 2. & 3. Reg. 8. scilicet. Ergo ne credibile est, ꝙ habitet Deus cū hominibus super terram si cælum, & cæli cælorum te nō capiunt, quāto magis domus ista, quam ædificaui? sed ad hoc tantū facta est vt respicias orationem serui tui, & obsecrationes eius. Dicendū est, quod verum est, quòd Deus non potest habitare in aliquo loco propter duo. Primò quia id quod habitat in loco, habebat habitudinem ad domum, in qua habitat, ita ꝙ tegat illa, & ab illa circūscribatur. Deus aūt indiuisibilis est quantitate, nec pōt circūscribi, nec aliquid occupare, ideo ī nullo loco erit, nec habitabit. Sed ò quia quod habitat in aliqua domo clauditur in ea penitus. s. ꝙ ita est intra illam, quod nō est exterius, & tñ Deus in nullo loco sic est, quin etiā exterius sit, iō in nullo loco habitat, & istā ām rōnem tangit scriptura dicens, ꝙ cęlum, & cęli cęlorum Deum capere non possunt, quāto magis domus illa, quæ ædificatur? Ideo in ea non habitat, & sic verum est, ꝙ propriè accipiendo Deus in nullo loco habitat. Cū autem obiicit ꝙ Deus promisit habitare in caligine. Dicendum, ꝙ non accipitur ibi habitare proprie, ita quòd sic sit in caligine, quod non sit alibi, sed quòd habitaret in caligine. i. quòd ibi specialiter ostēderet signum suę præsentię. Pro quo cōsiderandum, ꝙ cū Deus sit in substantiā nullo loco esse possit: quia est indiuisibilis, erit in loco sm operationem, sicut oēs substantiæ spirituales dicuntur esse in loco per virtutē, sed Deus in oī loco operatur, quia oīa cōseruat. Etiam est cā prima naturalis, cui subordinantur cętęrę causæ, & necesse est ꝙ vbicūq; aliqua actio sit, ibi Deus concurrit agendo. In omni ergo loco erit, qa nihil est ī toto vniuerso, in quo non sit aliqua actio vel causalitas, quia tñ Deus specialius ostendit virtutem suam in vno loco, q̄ in alio, eo quòd in vno loco operatur pure naturaliter, in quibusdam aliis interdum naturaliter, et interdum miraculosè, dr esse vel habitare in locis illis, in quibus miraculosè, & specialiter operatur, & sic promisit Deus quòd habitaret in caligine, s. ꝙ ostenderet specialia signa maiestatis suę in caligine, in illa. s. caligine, quæ erat super ꝙ pitiatorium in sancto sanctorum: & ēt in caligine ista quæ nunc apparuit ministrantibus sacerdotibus & Leuitis. Nam ibi ostendit se speciaIiter venisse. Ad aliam cū dixit Salomon quòd ędificauerat domum, vt habitaret in ea Deus. Dicendum ꝙ non fecit domum, vt Deus in ea habitaret proprie loquendo, cùm in nullo contineatur: sed vt in ea habitaret per aliquē modum specialem. s. per inuocationem eius ibi. Nam licèt in omnibus aliis locis esset, fiebat, ista domus, vt omnes inuocare eum volentes ibi inuocarēr, & quod ipse potius exaudiret inuocantes eum ibi quàm alibi, sic patet in litera, s. sed ad hoc tantùm facta est vt tu respicias orationem serui tui, & deprecationes eius. Etiam ad hunc finem Deus dixit, quòd domus ista ędificaretur, scilicet nō elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, sed elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, & non dixit ad habitandum, sed ad ponendum ibi nomen suum.



*An habitauerit Deus ibi in ęternum. Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, quō dixit Solomon, ꝙ ædificauerat domum Domino, vt habitaret ibi in perpetuum, & tñ ñ habitauit in perpetuum: qa domus illa postea exusta fuit per Chaldęos, & ñ fuit iam inuocatum ibi nomen Dñi in oīonibus, & cærimoniis legis obſuandis. Respondebit aliquis. ꝙ Salomō faciebat domum, vt Deus in illa habitaret in æternū: & tñ non accidit sic, quia solùm habitauit quodam tpe. Aliter potest dici, & melius ꝙ Salomō fecit domum hanc vt Deus habitaret in ea in æternum: & ēt ꝙ Deus promiserat habitare in ea in ęternum: cùm postea Iudęi fecerunt aliquid, vt Deus non habitaret in ea. Nam pctā Israelitarum demeruerunt, ꝙ Deus nō habitaret in æternum in domo illa, sed quòd abiceret illam. Et patet hoc 3. Reg. 9. & infra sequenti cap. vbi Deus dixit, ꝙ si Salomon ambularet in lege sua, & filij sui, sicut ambulauerat Dauid pr suus, firma ret Deus regnū eius, & domū, q̄ ædificauerat. Et subdr. Si aūt adorauerit is deos alienos, euellā vos de terra, q̄ dedi vobis: & domū hāc q̄ ædificaui noī meo, piiciā a facie mea, & tradā eā in parabolā, & in exēplū cūctis populis: & erit domus ista in prouerbium vniuersis transeuntibus. Et dicent stupentes, quare sic fecit Dominus terræ huic? & domui huic? rndebunt, quia dereliquerunt Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti. Et quia si factum est, ꝙ omnes Israelitæ dereliquerunt legem Dei: ita vt peccatum eorum esset iam insanabile, Deus tradidit eos in manus hostium, & domum illam incendio dedit per Chaldęos: alias aūt manasset nomen Domini in domo illa in ęternum, dato ꝙ Israelitæ non peccarent contra Deum. Nam necesse erat, ꝙ Christus veniret, & daret nouū testamentum, ēt si non peccassent Hebræi, & tunc mutarentur cæremonię aliæ, nec fierent sacrificia, quæ post fiebant, nec alia cęrimonialia, sed multo diuersa, sicut nunc fiunt. Et sic non maneret templum illud, sicut prius manebat: sed esset multitudo Ecclesiarum, sicut nunc. Et non esset in æternum tē plum illud. Dicendum ꝙ si Hebręi non peccauissent contra Deum, ita vt demererentur templum suum perire, dato ꝙ veniret nouum testamentum, nō mutaretur templum illud: sed mutarētur cęremonię veteres in nouas, esset que multitudo Ecclesiarum sicut nunc: & illud templum esset caput Ecclesiatum, sicut est Ecclesia Romana: & fortè esset ibi sedes Apostolica, quæ Romæ, & etiam Deus specialiter acceptaret illam Ecclesiam inter oēs, ita vt orantes ibi cæteris paribus magis exaudirentur à Deo quàm in aliis locis: & hoc aliqualiter adhuc tetigit Paulus cum Barnaba, cum loquerentur Iudæis dicentes: vobis quidem primū loqui oportebat de regno Dei, sed quia indignos vos fecistis verbo vitæ, et repulistis illud, ecce quertimur ad gentes: Act. 13. Si ergo primū oportebat eis loqui aliqua dignitas considerabatur in eis: & sic ipsi viderentur futuri principes inter oēs Christianos: & cōsequēter tēplū, qđ apud eos erat esset, caput Ecclesia, & non cessaret: quia tñ peccauerunt deletū est scilicet per Romanos. Alio modo pt dici, quòd verum fuit ꝙ istud templum durauit in æternum, si ꝙ Deus habitauit in eo in æternum, quia habitauit eo multis annis, scilicet plusquam trecentis: istud tempus vocatur in ęternum, secundùm consuetudinē vetęris testamenti. Nam tempus quinquaginta anno rum & min⁹ faciebat æternitatem: qa ille q manebat a fuitute vsq; ad iobeleū dicebatur fu⁹ in ęternū Ex. 21. et Deu. 15. et tñ de iobeleo ad iobeleū erāt anni 50. solum tunc liberabantur a fuitute omnes, qui erant semi de Israelitis: a fortiori ergo dicetur durasse templum in æternum cū durasset plusquā trecentis annis.

*An Deus elegerit sibi aliquam vrbem. Quę. VII.*

QVEARITVR vlterius, quō dicitur hic, quòd Deus ñ elegit de oīb⁹ tribubus Israel ciutatem aliquam à die quo populus eductus fuit de Aęgypto vsque ad tempus, quo elegit Ierusalem. Nam videtur ꝙ alias vrbes elegit ad habitandum, & patet primò de vrbe Sylo, in qua primo locatū est tabernaculum Domini. Nam cùm Israelitę ingressi sunt in terram Chanaan, aliquanto tpe arca Domini, & tabernaculū māserunt ī castris, et potissimè in castris Galgalæ, quousque Israelitę occupauerunt multum de terra Chanaan, in qua possent morari, & tunc conuenerunt oēs in vrbe Silo, et ibi fixerunt tabernaculū Domini, & posuerunt arcam, & omnia vasa sanctuari, mansitque tabernaculum fixum ibi multo tempore, scilicet vsq; ad tempora Samuelis, tpe Iosue, & oīum iudicum. Nam Samuel fuit vltimus iudicum, & sic fuit temp⁹ quo durauit ibi arca, & tabernaculum quasi trecentorum annorum, & videbatur ibi semper mansura nisi propter pctā sacerdotum ibi ministrantium: nam ob hoc Deus iratus tradidit arcam in manus Philisthinorum, & translata est in terrā eorum: mansitque ibi septem mensibus, primo Re. 6. Et nunquam postea reducta est in Silo, & tabernaculum etiam inde trāslatū est, & Deus dr repulisse tabernaculum quod ibi habebat. Ideo videtur, quòd prius elegerat, sed propter peccata repulit. Psal. 77. Audiuit Dominus, & non distulit, & ad nihlium redegit valde Israel: & reliquit tabernaculum Silo, tentorium, quod collocauit inter homines. Item Deus elegit post hoc vrbem Nobe, in qua mansit tabernaculum suum aliquanto tempore Samuelis, & Saulis. Illico enim vt arca rediit de terra Philisthinorum, translatum est tabernaculum de Silo in Nobe: quia non legitur mansisse in Silo postea. Et tamen legitur mansisse in Nobe, quia ibi erat tpe Saulis, primo Re. 21. & 22. Et illā vrbem Deus vr elegisse. Et postea repulit. Nam Saul occidit omnes sacerdotes, qui erāt in vrbe, & omnia animalia vsque ad pecora, deleuitque vrbem, ita vt postea non habitaret, primo Re. 22. et tunc ablatum est inde sanctuarium translatumque est in Gabaon, & ibi erat tempore Dauid. prece. lib 16. cap. Etiam ibi fuit tempore Salomonis aliquāto tēpore. 3. Reg. 3. et supra 1. c. Et sic elegit Ce⁹ vrbē illam. Postea tñ mutatum est inde tabernaculum in Ierusalem ad templū qđ ædificauerat Salomō: iō repulit de⁹ vrbē Gabaō, q̄ elegerat. Respondendum sicut hic dr, quòd Deus non elegerat aliquā vrbem de toto Israel, vt esset ibi sanctuarium nisi Ierusalem, q̄ elegerat tempore Dauid. Et cū obiicit de aliis vrbibus, quòd elegit eas, dici pōt vno mō quòd elegit eas ad manendum ad tempus: ad manēdum tñ in æternum solā vrbem Ierusalem elegit. Et satis colligitur hoc, quia in qualibet priorum pauco tpe mansit sanctuarium. In Ierusalem autem magno tēpore māsit. Etiam quia in alijs vrbibus non cessauit esse sanctuarium propter aliqua bella hostilia: ī Ierusalem autem semper mansit vsquequo bello hostili exciſa est, et sāctuarium cōbustum. Patet hoc, qa qñ mutatum est sanctuarium de Silo, nō fuit destructa ciuitas, nec factū est aliquod bellum contra eā: sed quia capta est arca in bello, translatum est inde tabernaculum in Nobe. Etiā qñ translatum est sanctuarium de Nobe, non periit ciuitas hostiliter, sed Saul, qui erat rex Israel, eā deleuit, 1. Reg. 22. Qñ autem mutatum est tabernaculum de Gabaon nullū bellum hostile, nec ciuile nec aliàs fuit in vrbe, sed quia factum erat templum in Ierusalem, cessauit sanctuarium in Gabaon, & inde mutatum est. Etiam quia sanctuarium mutatum est semel de qualibet istarum vrbiū, et nunq̄ ad eas redijt: et tñ cū mutatum

tum fuit de Ierusalem, iterum rediit ad eā. De aliis patet, quia ad Silo nūquā rediit, nec in Nobe, nec in Gabaō; & tñ rediit in Ierusalem: quia fuit magno tēpore sanctuariū ī Ierusalē, ſ. quousque destructa est p Chaldæos, & tēplū exustum. Et post septuaginta annos cū redierūt Hebrei de captiuitate Babylonica rursus fcm est sanctuarium in eadē vrbe, & loco, & māsit ibi quousq; cessauit stat⁹ populi Iudaici q̄ destruſtaq; est ciuitas, & templū p Romanos: ideo ista ciuitas electa est & non aliē: Alio modo p̄t rñderi, q̄ licèt aliæ ciuitates electę fuerint, vt maneret in eis tabernaculum Dñi ad tps: tñ nulla earum electa est ad ædificandū domū in qua maneret sanctuariū Dñi. Nam in Silo nō est ædificatum tēplū Dño, nec in Nobe, nec in Gabaon: sed solùm fuit positū tabernaculum in qualibet vrbe istarū, & manebat ibi ad tps, & postea mouebatur de vno loco in alterum. Secus aūt fuit ī Ierusalem, quia ibi ædicatū est templū Dño, & cessauit vsus tabernaculi Salomonis, vt declaratum fuit supra 4. Et hoc dr̄ in litera, ſ. q̄ à die, qua educti sunt Israelitæ de Aegypto, nō elegit Deus aliquam vrbē de tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini Dñi, sed elegit Ierusalem vt esset nomen suum in ea.

*An Deus elegerit solum Dauid vt esset dux Israel. Quę. VIII.*

QVAERITVR vlteri⁹, cū dicarur hic, q̄ ēt à die qua Deus eduxit Israelitas de Aegypto, nō elegit quemquam virum, vt essēt dux Israel nisi Dauid. Quō possit hoc stare, ga multi alii fuerūt electi, vt cēnt duces vl̄ principes populi. Nā Moyses fuit primus dux populi Israel, quia ipse gubernauit populum quadraginta annis ī deserto. Iosue fuit ēt dux Israel post Moysen, & fuit à Deo electus. Nu. 27. & Deu. 3. & 31. 32. & 34. Deinde fuerūt iudices multi Israel, qui fuerunt duces populi, & à Deo electi sunt. Nam dr̄ sæpe in lib. Iudicum, q̄ Deus suscitabat Israelitis saluatorem, idest iudicem: vt patet Iud. 3. & 4. Postea fuerunt reges, quorum primus fuit Saul & iste à Deo constitutus fuit: ga cùm populus petiuisset regem, Deus designauit Saulem, iubens Samuel, quòd vngeret eum: & post illū fuit Dauid: qui ēt a Deo est electus. Non solū ergo Dauid fuit a Deo electus vt, esset dux sup Israel, sed etiam multi alij añ ipsum. Dicendum q̄ solus Dauid electus⁹ est in ducē à Deo, idest in regem super Israel, ſ. vt ipse, & posteri sui regnarent: & nō fuit aliquis alius electus in regem ad semper regnandum: sed si aliquis assumebatur in principem, illud erat temporale, scilicet quanto tpe ille viueret, sed non p̄ sua posteritate. Sic enim dictum est de vrbibus, quòd nulla electa est nisi Ierusalem, quia licèt prius tabernaculum Domini esset in aliquibus aliis locis, nō erat in aliquo eorum ad manendum semp, sed solùm ad tēpus: in Ierusalem aūt fuit ad sēp manēdum: ita Dauid fuit principatus ad semper manendum in posteritate sua. Cū aūt obiicitur de Moyse: dicendū q̄ à Deo electus est vt esset legislator, & princeps super totū Israel, non p modū principantis, sed magis p modū iudicantis. Etiā dato q̄ Deus illum elegisset in principem, non erat ad semp manēdū, ga non erat daturus Deus principatū illum filiis eius, nec ipse relicturus erat eum posteris suis iure hæreditario, sed cùm viueret Moyses, orauit Dñm vt cōmendaret principatū illum alicui viro, qui posset illum sustinere. Nu. 27. Et iussit Deus q̄ fieret Iosue princeps. e. c. Ideo nō fuit Moyses electus in principem. De Iosue ēt dicendū, q̄ non fuit electus à Deo eo modo quo Dauid; quia licèt Deus noīatim iusserit illum constitui in principem totius Israel, tñ non fuit constitutus, vt maneret ipse, & posteri sui post illum in principatu, sed vt ipse solus regeret, & nullus ei de posteris suis succederet. Sic enim factum est q̄ post mortem eius vacauit aliquanto tpe principatus Israelitarum quousq; iudices facti sunt, gnō erant de stirpe Iosue, vt colligitur Iudi. primo & 2. 3. Deinde iudices p̄fuerunt populo, & non succedebat filius p̄ri, sed de⁹ suscitabat quem volebat mortuo, & terra aliquanto tpe manebat siue iudice, et postea voluntate Dei vel electione populi alius instituebatur, nunq̄ tñ inter eos filius successit patri: imò cùm semel Gedeon iudex Israel liberasset Israelitas de manu Madianitarum, dixerunt ei Israelitæ: dñare tu nobis, et filius tuus, & filij tui: qa liberasti nos de manu Madian: & dixit Gedeon, non dominabor ego vr̄i, nec dñabitur in vos filius meus: sed dñabitur Dñs Deus. Iudi. 8. Ecce noluit iste accipere principatū, vt iure hæreditario filiis suis relinqueret. Si aūt obiiciatur q̄ filius isti⁹ Abimelech fuit iudex Israel. Iudi. 9. Dicendum q̄ non fuit iudex electione populi, nec voluntate Dei, sed p tyrānidem & fraudem factus est iudex in vrbe Sichem. e. ca. Alij aūt nullum habuerunt iudicem de filiis suis in iudicatura successorem. Post iudices Saul fact⁹ est rex Israel, & hic mutata est spēs principatus, & tñ iste non constitutus est a Deo princeps sup populum ad hoc q̄ sp maneret: & sic fuit, quia dum regnaret reprobauit eū Deus, & semen suū, ne posteri sui regnarent post illū. Nā Samuel dixit ei qñ peccauit reseruando pecora Amalecitarum, ſ. Scidit Deus hodie regnum Israel à te, & tradidit iliud p̄ximo tuo meliori te. 1. Reg. 15. & 28. In Dauid aūt fcm est aliter, quia datum est ei regnum, et promisit De⁹, q̄ succederent ei posteri sui vque in æternum. Et patet differentia inter eum et Saulem. Nam dixit ei Deus q̄ licèt peccarent filij eius, nō auferret misericordiam suam ab eis, sicut abstulerat à Saule, qui fuerat ante eum: vt patet 2. Regum 7. Et p̄ræce. lib. 17. cap. solus. Ergo Dauid vsque hodie constitutus fuerat à Deo in principem, vel ducem super Israel: quia nullus eo mō cōstitut⁹ fuerat, quo Dauid licèt multi constituti fuissent.

Cunq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ędificaret domū nomini dñi Dei Israel, dixit Dñs ad eū. Quia hęc fuit voluntas tua, vt ędificares domū nomini meo, bene quidē fecisti huiusęemodi habere voluntatē: sed nō tu ædificabis domū: veruntamē filius tuus, qui egredietur de lūbis tuis, ipse ædificabit domū nomini meo. Cōpleuit ergo dñs sermonem suū, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi sup thronum Israel sicut locutus est Dominus: & ædificaui domū nomini domini Dei Israel: & posui in ea arcā, in qua est pactū Domini, quod pepigit cū filijs Israel.

*Cumque fuisset.* Hic ponit ſm huius partis. ſ. de Dauid ab ędificādo templū prohibitione: et dr̄. *Cumque fuisset voluntas Dauid patris mei, vt ędificaret domum noi Dñi Dei Israel.* Ponit Salomō voluntatem Dauid ad templū ędificandum, vt declarādo quō, phibitus est, inducat quō Deus iussit ei ædificare illud. Fuit aūt ista voluntas ad ędificandum templum dñi à principio regni sui: et sic ōīa, quę in bellis acquirebat seruabat ad ꝑstruendum templum, et fabricandum vasa: vt patet 2. Re. 8. et p̄ce. lib. 18. et tñ nō curauit hoc incipere exequi quousque fuit



fuit in aliquali pace, scilicet, postquā factus est rex sup totum Israel: habuit aliqua bella cum Philisthinis, quibus finitis cùm putaret, quòd habebat omnimodam pacem, dixit ad Nathan Propheta, quòd volebat ędificare templum domino, quia turpe erat, quòd ipse habitaret in domo cedrina, & arca Dei esset sub pellibus, & tunc responsum est ei à Deo, quòd non ędificaret ipse templum Domino, sed filius, qui ei nasciturus erat. 2. Reg. 7. Et præced. lib. 17. cap. *Dixit dominus ad eum.* Scilicet. Respondit ei per Prophetam Nathan, quia nō loquebatur Deus per se ipsi Dauid, licèt esset Propheta: quia nō erat Propheta de illis, quibus Deus loquebatur: sed de Prophetis facientibus cantica, vt declaratum est præced. lib. 17. cap. in quadā quęstione. *Quia hęc fuit voluntas tua, vt ędificares domum nomini meo.* Reddit Deus gratias Dauid, quia bonam voluntatem habuit approbando eam. *Benè quidem fecisti habere huiusemodi voluntatem.* Scilicet, non compleas quod intendebas, quia tamen habuisti bonam voluntatem, meruisti. Ecce qualiter Deus acceptat voluntatē hominis etiam sine opere: dum tamen non stet ex parte hominis habere opus. Nam operatio virtutis p̄cipuè consistit in opere interiori: operationes autem exteriores habent se per modum supplementi, vel additamenti, & addunt quandam perfectionem ad actū virtutis. Ideo dato, quòd nō sit aliquis actus exterior, existente actu voluntatis est virtutis operatio cōsumata: & si sit actus exterior non existente operatione interiori, non est actus virtutis, vt declarat Arist. 10. Ethic. *Sed non tu ædificabis domum.* Scilicet, non ædificabis tu illud templum, quod ædificare cupis. Ista non erat reprobatio Dauid propter aliqua mala, quæ fecisset, quia indignus esset ædificare templum, & Salomon dignus esset ædificare, sed solùm fuit quędam denunciatio, quòd non ædificaret, scilicet, quòd sic futurum erat, quòd non ædificaret, & hoc, quia non vacaret ei ædificare, & vacaret filio suo. Aliqui autem putant, quòd Dauid fuerit prohibitus ædificare, quia fuderat multum sanguinē, vt videtur innui præc. li. 22. & 28. c. Sed falsum est, quia effusio sanguinis non erat aliqua irregularitas tempore veteris testamenti: de quo latissimè declaratum est præced. lib. 22. & 3. Reg. 5. cap. *Verum filius tuus, q egredietur de lumbis tuis.* Scilicet: Salomon, qui natus est de Dauid; & iste nondū natus erat, quando ista dicta fuerunt Dauid, & sic verum erat. ſ. q egredietur de lumbis tuis. Et patet hoc, quia Dauid voluit ædificare templum, & habuit istam responsionem à Deo paruo tempore postquam cœpit regnare super totum Israel, & postea magno tempore genitus fuit Salomon à Dauid de Bethsabee. Nā Dauid mox vt factus est rex super totum Israel, habuit duo bella cum Philisthinis, & reduxit arcam Domini de Cariathiarim in Ierusalem. 2. Reg. 5. & 6. & præced. lib. 13. & 14. & 15. cap. Et tunc cùm putaret Dauid, quòd habet pacem ab omnibus gentibus, quæ erant per circuitum, voluit ædificare templum domino. 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. Post hoc transierunt multa tempora, & fecit Dauid bella multa cōtra Philisthinos, & Moabitas, & Ammonitas, & Idumæos, & Syros cū Adadezer regem Saba. 2. Reg. 8. & 10. & præced. lib. 18. & 19. Postea durante bello Dauid contra Ammonitas, cùm esset Ioab prīceps militiæ in castris, & maneret Dauid in Ierusalem, accidit, quòd videret Dauid Bethsabee lauantem se in solario domus suæ, & tunc concupiuit eam, & adulteratus est cum illa. 2. Reg. 11. & ex illa genitus est paruulus ex adulterio, qui mortuus est post octo dies, & post illum natus est Salomon, eo. lib. 12. c. Et sic nondum erat natus Salomon, neque natus fuit vsque post multa tempora, postquam Deus reuelauit Dauid, quòd non ædificaret ipse templum, sed filius, qui nasceretur ei. *Ipse ædificabit domū nomini meo.* In hoc certificauit Deus ipsum Dauid, q̄ Salomon filius eius ædificaret domum domini. Et quòd nihil accideret quod impediret istam ædificationem. *Compleuit ergo dominus sermonem suum.* Hic ostendit Salomon, ad quē finem omnia ista dixerat, & cōdidit. ſ. q̄ omnia suprapositā Deus promisit, & nunc completa erant tam de ædificatione templi, q̄ de regno Salomonis. *Quem locutus fuerat.* Scilicet, per Nathan Prophetam. 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. & 22. & 28. *Et ego surrexi pro Dauid patre meo.* Scilicet, surrexi, vt regnarem pro eo. *Et sedi super thronum Israel.* Scilicet. Factus sum rex super totum regnum Israel. Iste. n. fuit vltim⁹ rex super totū Israel. Nam tempore filij eius Roboam, cùm constituēdus erat in regem, diuisum est regnū, infra 10. & 3. Re. 12. Pro quo sciendum, quòd tres soli fuerunt reges super totum Israel. ſ. Saul primus, deinde Dauid, postea Salomon, post Salomonem fuit Roboam: sed iste non fuit rex super totum Israel, sed solùm super regnum Iuda, & omnes posteri sic fuerunt, quia quidam erant reges solùm super Iudam, et Beniamin, et alij erant reges super decem reliquas tribus Israel. Sciendum tamen, q̄ Israel accipitur dupliciter. Vno modo pro congregatione omnium Iudæorum de quacūque tribu essent: quia omnes erant filij Iacob, qui vocatur Israel. Gen. 32. et 35. Alio modo accipitur Israel pro quadam congregatione Iudæorum de decem tribubus condistincta contra congregationem duarum tribuum: vnde et Beniamin primo modo accipitur hic. ſ. q̄ erat Salomon rex Israel, siue sedebat super thronum Israel. Secundo modo dicitur, quòd erant quidā reges Israel, et quidam reges Iuda. *Sicut locutus est Dominus.* Scilicet: Deus dixit, quòd ego regnarem p̄ patre meo, et quòd ædificarem ei templum, et ita factum est. *Et ędificaui domum nomini Dei Israel.* Scilicet: Templum in quo semper habitet. *Et posui in ea arcam.* Scilicet: In templo domini posui arcam, scilicet, in Sancto Sanctorū: multa alia erant in tēplo domini vasa ministrationis, tamē facta est mentio de sola arca, quia ista erat principale vas totius templi, et propter ipsam factum est templū. Nam quando Dauid motus fuit ad ædificandum templum domino, nihil aliud mouit eum, nisi arca, vt patet 2. Re. 7. et præced. lib. 17. Ecce ego habito in domo cedrina, et arca domini sub pellibus est: quasi dicat. Iniustum est, quòd arca maneat sub pellib⁹, et ego habitem in domo cedrina. Alia autem vasa sanctuarij etiam manebant sub pellibus, etiam in tabernaculo Moysi, q̄ erat de pellibus, et tñ de illis non fecit mentionem Dauid, quasi non esset valde indignum, quòd manerent sub pellibus, et tamen non erat indignum, quòd arca maneret sub pellib⁹. *In qua est pactum Domini.* Scilicet: Tabulę legis, propter hoc vocatur ista arca fęderis, quia in ea erat inclusum fędus, quod Deus pepigerat cum Israelitis. Nam licèt super obseruatione totius legis factū esset pactum Dei cum Hebręis, vt patet Exo. 24. tñ manifestius est super decem p̄ceptis, q̄ sup alijs p̄ceptis legis. Hoc autem fuit, quia Israelitæ dixerunt: cuncta q̄ mādauerit dominus faciemus: Exo. 19. et tamē Deus locutus est in voce alta decem præcepta Exo. 20. et Deut. Reliqua autem præcepta data sunt in secreto ipsi Moysi stāte cum domino in monte. Ideo magis videbātur pertinere ad pactum initum cū Deo ista decem præcepta, quàm alia præcepta legis: et sic istud pactum, idest, tabulæ continentes istud pactum erat in arca. Nam præced. cap. dicitur, quòd non erat aliquid in arca, nisi duæ tabulæ legis: sic etiam 3. Re. 8. Et tamen alia ibi erant: licèt alio modo. ſ. vrna aurea, & manna, & deutoronomium legis, & virga Aaron, quæ fronduerat, vt patet ad Hebr. 9. et de hoc declaratum est præcedenti cap. in quadam quæstione.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Stetit ergo coram altare Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetitque super eam, & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cœlum leuatis, ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cœlo, & in terra: qui custodis pactum, & misericordiam cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. Nunc ergo Domine Deus Israel imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc domine Deus Israel firmetur sermo tuus, quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergo ne credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum, & cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tantùm facta est, vt respicias orationẽ serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus, & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te, vt aperias oculos tuos super domum istam diebus, ac noctibus super locum, in quo pollicitus es, vt inuocetur nomen tuum; & exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo, & exaudias pces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunq; orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, idest, de cœlis, & propitiare.

*Stetit ergo.* Hic ponitur Salomonis oratio, & diuiditur in duo, quia primò ponitur oratio in generali, deinde petitiones quædam in particulari, ibi. *Si peccauerit quispiam.* Circa primum dicitur. *Stetit ergo coram altare Domini.* Istud est altare holocaustorum, quia duo erãt altaria in templo. s. vnum altare holocaustorum, & aliud altare thymiamatum. Altare thymiamatum erat intra templum coram Sancto Sanctorum, in quo quotidie bis cremabatur thymiama. s. mane, & vespe: Exo. 30. & de isto nõ loquitur hic scriptura: quia istud non poterat videre Salomõ, cùm esset ipse extra templum in atrio, & altare esset intra templum, sed intelligitur de altare holocaustorum. Et istud erat extra tẽplum in atrio sacerdotum, vbi fiebãt quotidie omnia sacrificia à lege: statuta, & omnia spõtanea, & istud poterat videre Salomon, & totus populus, eo quòd erat intra atrium sacerdotũ, quod distinguebatur ab atriis popularium solis paruis cancellis interpositis. Coram isto altari Salomon erat, & tota multitudo Israelitarum. Et dicitur, stetit, scilicet, non pedibus rectis, sed flexis genibus, vt infra litera significat. *Ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel.* Scilicet. Conuertit faciem suam contra multitudinem, quia dirigebat verba sua ad multitudinem: ideo conuertebat vultum ad illam. *Et extendit manus suas.* Scilicet, orando: iste est vnus de modis orandi, scilicet, quòd extendamus manus nostras leuando eas contra cœlum, quia istud est signum inuocationis Dei, & sic docet nos Apostolus orare: prima ad Timo. 2. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione. *Si quidem fecerat Salomon basim æneam.* Istud introducitur hic, quia dictum fuerat, quod Salomon orabat ad Dominum: hic ponitur modus, & habitudo eius in orando, scilicet, quòd flexerat genua super basim æneam: & dicitur, quòd fecerat Salomon basim æneam, quia istud sedile de ære erat factum in modum basis columnæ: quia basis est semp latior, quàm altior, & ita erat hic, quia latitudo eius erat cubitorum quinque, & altitudo trium. Etiam vocabatur basis, quia nullum aliud nomen ei magis conueniebat. Nam non poterat vocari sedes, quia non erat ad sedendum, cùm esset tota plana, & non erat facta ad sedendum in ea, sed solũ ad flectendum genua super illam: & fecerat eam Salomon ad honorem regalem ostendendum, scilicet, vt licèt ipse oraret flexis genibus: tamen cuncto populo celsior esset, velut si esset in cathedra. Etiam hoc cõueniebat ad proponendum coram toto populo. Nam oportebat, quòd videretur, quia aliàs non audiretur conuenienter. *Et posuerat eam in medio basilicę.* In atrio virorum mundorum: Nicolaus dicit, quòd ista basilica erat atrium sacerdotũ, sed istud non stat. Primò, quia non est dicendum, quòd Salomon intraret in atrium sacerdotum, quia ibi deberent stare soli sacerdotes, & Leuitæ ad ministrandum Domino in sacrificiis, & ad canendum laudes eius. Salomon autem erat laicus, ideo non intraret ad locum sacerdotum, nè per hoc crederet sibi licere ministrare Deo, sicut ministrabant sacerdotes, quia ex hoc incideret in pœnam: sicut fuit de rege Ozia, qui eleuatus in quandam præsumptionem voluit offerre Domino thus, quòd solis sacerdotibus licebat, & cùm prohiberetur à sacerdotibus non destitit, sed comminabatur eis, & percussus est illico lepra in fronte à Domino 4. Reg. 15. & infra 26. cap. Secundò, quia hic dicitur, quòd posuit istam basim in medio basilicæ, & tamen basilica, & atrium sacerdotum distincta erant, vt patet supra secundo, scilicet. Fecit etiam Salomon atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Ecce posuit ista duo tanquam distincta. Tertiò patet, quia dicitur, quòd ostia basilicæ texit ære, supra quarto. Et tamen non potest intelligi de atrio sacerdotum, quia illud atrium non habebat ostia. Nam atrium sacerdotum erat minus aliis atriis, & erat intra illa magis iuxta portam templi, ideo non habebat murum altum circundantem, sed solùm quendam cãcellum parum ad distinguendum: sed non occultabat sacerdotes, nec altare à conspectu eorum, qui foris erant: ideo pro tali atrio non erant necessaria ostia, eo quòd erat paruus paries. Etiam, quia claudebatur illud atrium alio exteriori atrio habente murum altissimæ magnitudinis; sed ostia ænea erant in atrio exteriori: quia custodiri ingressum illum exterioris fortè satis erat, & ad illa ostia erant ianitores Leuitæ custodientes. Ideo



Ideo dicendum, quòd Salomon erat nunc in basilica, scilicet in atrio virorum mundorum, quod erat magnum apud atrium sacerdotum, sed distinguebatur abillo. *Habente quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis.* Erat area sua quadrata, & continebat viginti cubitos quadratos quod patet iuxta regulam Geometricam ducendo costam quadrati in aliam costam. *Et tres cubitos altitudinis.* In hoc deficiebat à conditione corporis regularis, scilicet, quia non erat tantę altitudinis, sicut longitudinis, & latitudinis, & ista erat magnitudo altaris holocaustorum, quod fecerat Moyses, scilicet cubitorum quinque latitudine, & totidem longitudine, & trium cubitorum altitudine. Exo. 27. cap. *Stetitq; super eam.* Scilicet, eleuato corpore. Et postea flexit genua, vt dicit litera. *Et deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel.* Flexit genua, quia oraturus erat, & in reuerentiam Dei genua flectimus cùm oramus: potissimè quando inuocamus nomẽ Christi, in nomine cuius omne genu flectitur Cęlestium, Terrestrium, & Infernorum. Ad Phili. 2. Et hoc Christo donatum est, quia fuit obediens patri vsque ad mortem. Etiam quia non est aliud nomen sub cœlo hominibus datum, in quo oporteat nos saluos fieri. Actu. 4. Cur autem potius flectamus genua ad nomen Iesu, quàm ad nomen Dei, cùm videatur esse excellentius nomen Dei, fortè dicetur super Epistolam ad Phili. cap. 2. *Et palmis in cœlum leuatis.* Iste est modus vnus orandi, quem Apostolus tradidit Christianis ad Timo. 1. cap. 2. Volo viros orare in omni loco puras leuantes manus sine ira, & disceptatione. Et mansit iste modus orandi ex antiquis Iudæis vsque ad tempus Apostoli, & istum ipse approbauit, & tradidit gentibus. *Ait, domine Deus Israel.* Incipiunt hic petitiones, & ponitur hic quędam generalis primò de regni stabilitate, deinde ponuntur aliæ magis particulares, ibi. *Si peccauerit quispiam.* Et dicitur circa primum; Domine Deus Israel, scilicet, qui es Deus omnium gentium: & tamen est Deus specialiter Israel, & hoc in multis. Primò, quia ipse Israelitis legem dederat & cœremonias, quas non dederat alijs gentibus. Psal. 147. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Secundò, quia Israelitæ colebant Deum specialius, quàm aliæ gentes. Nam Gentilium quidam errabãt circa Deorum pluralitatem, & alij non: qui errabant nullo modo colebant Deum Israel saltem dignè: & dico saltem dicęque, quia aliquæ gentes colebant eum: quia tamen simul cum idolis eum colebant, non erat acceptus ei ille cultus, sicut patet de Samaritanis, qui Deum cœli timebãt: & nihilominus Deos suos colebãt. 4. Re. 17. Sic etiam fuit de Athenienſibus, qui singulis dijs aras posuerant, & offerebant eis cultum aliquem, & inter illos erat ara quædam, cuius titulus erat, ara Deo ignoto: Act. 17. & illum Deum ignotum dixit Paulus esse Deum illum verum, quem ipse prædicabat: & sic colebant Athenienses eum, sed indignè, quia solus colẽdus erat, sicut solus Deus erat, & ita ipse coluit, & detestatur nimis alios, qui vocantur dij, vt patet Exo. 20. Non habebis Deos alienos coram me. Et dat causam, quia dicit: Ego sum dominus Deus tuus zelotes, scilicet. Sum valde zelans, nè alius mecum colatur, nec mecum ametur, sicut zelus est inter virũ, & vxorem, amor priuatus nolens habere consortium in amato. Gentiles autem, qui non errauerunt colẽdo Deum verum solum, qui est Deus Israel: & tamẽ adhuc isti non colebant eum, sicut Israelitæ: quia non habebant aliquam legem secundùm quã ei offerrent cultum, sed offerebant, quod volebant, scilicet, in oratione, in humiliatione, & in cordis attentione, & paucis cęremonijs. Iudæi autem colebant Deũ secundùm cœremonias determinatas, quas eis dederat in lege. Ideo in hoc specialiter erat Deus eorum, & in hoc ipsi gloriabantur: quia nulla gens haberet talem legẽ, & cęremonias, vt patet Deut. 4. s. Quæ est alia gens tam inclyta, vt habeat cęremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quã ego proponã hodie ante oculos vestros? Tertiò erat Deus specialiter, Deus Israelitarũ, quia eis specialia beneficia ꝓferebat. Nam licèt beneficeret alijs gentibus, cùm Deus generaliter benefaciat omnibus ex sua magnificẽtissima misericordia. s. tam iustis, quàm peccatoribus, vt patet Mat. 5. s. Estote misericordes, sicut pater vester cęlestis misericors est, q facit solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores: tamẽ specialiter benefaciebat Israelitis, & tenebat eos velut familiares suos: Exo. 14. s. Si ergo audieritis vocem meã, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis: mea est. n. omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. *Non est similis tui Deus in cœlo, & in terra.* Potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd nullus est Deus, nisi tu, ideo nullus est similis tui: quia nullus est eiusdem naturæ, cuius tu es. Alio modo, quòd licèt ponantur multi dij errore gentilium, nullus illorum erat talis, sicut Deus Israel, quia iste poterat benefacere, & malefacere. Illi autem non poterant: & tales compactiones sępe sunt in Sacra Scriptura, vt patet Psal. 95. s. oẽs dij gentium dęmonia: Dominus autem cęlos fecit: & sic etiam ponitur Iere. 10. s. Sic dicetis eis, dii, qui cęlos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub cęlo sunt: qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbẽ in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. Et multis interpositis sequitur postea: Qui. n. formauit omnia, ipse est Deus Israel. Et dicitur in cęlo, & in terra, quia sequitur in hoc modum gentilium. Nam putabant gentiles esse quosdã Deos cęlestes. s. q ad astra translati fuerant, sicut erant omnia astra, & specialiter septem planetæ: & quædam constellationes famosæ, & corona Ariadnæ, Andromeda, Perseus, Athlantides, Hyades, & sic de alijs plurimis, de quibus latissimè dictum est Deut. 17. cap. Alij erant dii in terra, qui nõdum peruenerant ad tantam dignitatem, vt mererentur inter astra locari. s. Fauni, & Satyri, & Semidei, & Nymphæ, atque Syluani: de quibus latissimè loquitur Martianus, Mineus, Fœlix, Capella. lib. 2. de Nuptiis Mercurii & Physiologiæ. De istis diis introducit Ouidius primo Metamorphosis loquentem Iouem, scilicet, cùm propter delictum Lycaonis Archadis, vellet Iuppiter omnipotens diluuio terras perdere, compescuit iram suam, nè effuso Cathachismo, cùm terra perderet Deos minores quibus terras habitandas tradiderat: vnde ait.

*Nunc mihi qua totum Nereus circumsonat orbem.*
*Perdendum est mortale genus: per flumina iuro*
*Infera, sub terras Stygio labentia luco.*
*Cuncta prius tentanda; sed immedicabile vulnus.*
*Ense recidendum, nè pars sincera trahatur.*
*Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Fauni*
*Et nymphæ Satyriq;, & monticulæ Syluani,*
*Quos quoniam cœli nondum dignamur honore.*
*Quas dedimus certè terras habitare sinamus.*

De omnibus istis dicit hic Salomõ, quòd siue inter Deos, qui ponebantur à Gentilibus in Cęlo, siue inter illos, qui ponebantur in terra, non erat aliquis similis Deo Israel, qui posset facere mirabilia. Ideo de eo dixit Psalmista: Qui facis mirabilia magna solus. Ps. 135. *Qui custodis pactum, & misericordiam cum seruis tuis.* Laudat hic Deus de fidelitate, & veritate, scilicet, qui custodit

Universidad de Deusto
Biblioteca



veritatem verborum suorum: & hoc apparebat in pactis, quæ faciebat, sic fuit in pacto quod fecit cum Dauid de filio ei nasciturο, quòd regnaret ꝓ eo, & quòd ædificaret ei templum, & ista completa erãt iam, sicut Salomon supra dixerat. Ponitur pactum, & misericordia, quia pactum est quantum ad ea, quæ promittuntur, vel conueniuntur. Misericordia est quantum ad illa, quæ nec promittuntur, nec in conuentionem veniunt. Deus tñ obseruat illa, & ista est magna laus: quia non solùm Deus obseruabat in fauorem Israelitarum ea, quæ promittebat eis obseruare: sed etiam ex sola misericordia sæpissimè benefaciebat Israelitis in eis, quæ non promiserat. *Qui ambulabant coram te in toto corde*. Istis enim Deus benefacit. Nam Deus ad peccatores non aduertit, quia non diligunt eum, iuxta illud Io.9. scilicet, Scimus, quia peccatores Deus non exaudit: si quis cultor est eius hunc exaudit. Sciendum, quòd Deus obseruat pactum omnibus: & tamẽ specialiter diligentibus eum in toto corde, de quo dicetur magis infra in quadam quæstione. Et dicitur in toto corde, quia licèt aliquis dirigat cor suum in Deũ volendo eum colere, si non dirigit totaliter cor suum in eum, non exaudit Deus illum. Sicut erat de Samaritanis, qui cor suum dirigebant in Deum colendo illũ: & tamen non totum cor, quia etiam idola colebant. 4. Reg. 17. Et hoc nõ est acceptum Deo, sicut testatus est Elias Propheta coram Israelitis, qui partim inclinabantur ad colendum Deum Israel, & partim ad Baal. Vnde dixit: quousq; claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus sequimini eum: si autem Baal sequimini illum. 3. Reg. 18. Ad diligendum autem Deum in toto corde oportet auferri omnia offendicula, quæ impediunt dilectionem eius, & potissimè cultũ aliorum Deorum, vt patet 1. Reg. 7. cùm dixit Samuel ad totum Israel: si reuertimini ad Deum in toto corde vestro, auferte de medio vestri Deos alienos Baalim, & Astaroth, & preparate corda vestra, & seruite Deo soli. *Qui præstitisti Dauid patri meo seruo tuo quæcunque locutus fueras.* Laudat Deum de veritate promissorum, & specialiter circa ea, quæ promiserat Dauid, quia ista tangebant Salomonem, cùm in eo completa essent, & vocat Dauid seruum Dei: quia in toto corde suo diligebat Deum, & scriptura attestatur ei, vocans eum virum Dei, vt patet infra 8. scilicet. Sicut præceperat Dauid homo Dei: & dicit quæcũq; locutus fueras, scilicet, quia duo promiserat Deus ipsi Dauid. s. ꝙ filius suus regnaret post eum, & quòd ædificaret templum, & ista completa erant. *Et quę ore promiseras, opere complesti.* Potest intelligi, quòd promisit ore Prophetæ. Nam Deus non fuit locutus ad Dauid per se, sed per Nathan Prophetam, vt patet 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. Et Prophetę vocantur os Dei, vel labia Dei. Vel potest intelligi de ipso Deo, quod ore promiserit, & ẽ metaphora: quia Deus non habet os, cùm nõ habeat membra aliqua, sed est purus spiritus. Reg. 4. & tamen scriptura apponit Deo membra propter rudes, vt intelligant quomodo Deus potest habere operationes istas organicas, scilicet, audire, videre, odorare, quæ seruiũt intellectui. *Sed & præsens tempus probat.* Scilicet, dies iste demõstrat, quòd omnia compleuisti, quæ dixisti. Sed dicetur, quomodo poterat dici, ꝙ Deus compleuerat omnia, quia non poterant omnia completa esse, quia Deus promiserat Dauid, quòd posteri sui regnarent in æternum, & veritas huius nõ poterat apparere adhuc, quia nullus de posteris Dauid adhuc regnauerat, nisi Salomon, qui nunc cęperat regnare, & poterat esse, ꝙ interrumperetur regnum, & cessaret in aliquo posterorum, sicut in Roboam filio Salomonis diuisum est regnum, & mansit cum eo minor pars regni. 3. Reg. 13. & infra 11. Dicendum, quòd Salomon dicebat oĩa completa, quia inceperãt omnia compleri, & erant alia ex parte completa: alia verò credebantur certissimè complenda. Nam completum erat, quòd Salomõ regnaret pro Dauid, & quòd ipse ædificasset templũ. Et sicut ista euenerant, ita credebat certissimè, quòd continuaretur in posteris eius regnum. Aliter & melius potest intelligi, quòd solùm loquatur hic Salomõ de illis duabus rebus, quas promiserat Deus, scilicet, ꝙ Salomon regnaret pro Dauid, quòd ædificaret templum, & ista duo completa erant. Et patet hoc, quia immediatè in litera ponitur oratio, vt cõpleantur ista, scilicet, ꝙ continuetur regnum in posteritate Dauid. *Nunc ergo domine Deus Israel imple seruo tuo Dauid patri meo quęcunque locutus es.* Promiserat tria Deus ipsi Dauid, scilicet, quòd Salomon regnaret post eum, & ꝙ ædificaret templũ, & quòd posteritas Dauid haberet semper regnum. Duo autem cõpleuerat, & restabat tertium. Ideo hic orat pro illo, scilicet, quòd non deficiat vir de stirpe Salomonis, qui sit rex super Israel. *Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel.* Idest, non deficient reges de stirpe tua, sed semper erunt aliqui, qui regnent de tua progenie. *Ita tamen si custodierint filij tui vias suas.* Idest, cum conditione hoc promittitur: si filij tui, scilicet, posteri omnes custodierint vias suas, idest, custodierint modos suos viuendi à malis ne implicentur malis, quia istud est custodire viam, vel dirigere eam. *Et ambulauerint in lege mea.* Non pertermittendo aliquid, nec corrumpendo. Nam maximum periculum erat idolatriæ, quia plurimi Israelitarum inclinabantur ad idolatriam, & Deus hoc zelabat nimis, & lex hoc valde cauebat. Cùm autem quis perfectè abstineret ab idolatria, & ab omnibus appenditijs eius, etiam si in alijs erraret, Deus non exercebat magnã seueritatẽ, sed peccatũ Israelitarũ oĩum fuit idolatria. *Sicut tu ambulasti coram me.* Verba Dei sũt ad Dauid, q̃ nunc recitat Salomõ. Nam Dauid in toto corde suo Deum diligebat, & conabatur eum colere, ita vt seipsũ iustificaret aliàs vilificaret desiderans Deũ colere, sicut fuit qñ portauit arcã de domo Obededõ in domum suã. Nam nudatus vestibus regijs, & indutꝰ stola byssima saltabat coram arca totis viribus. Ita vt Micol vxor sua filia Saulis videns eum despiceret eũ, & diceret: Quantum glorificatus fuit hodie rex Israel discooperiẽs se ante oculos seruorum: & nudatus est quasi si nudetur vnꝰ de scurris. Et Dauid ait: viuit dñs, quòd ludam ante dñm, qui elegit me potius, q̃ patrem tuum, & omnem domum eius, & pcepit mihi, vt esse dux super populum Israel: ludam, & vilior fiam plus q̃ factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. 2. Re. 6. c. Et custodiuit se Dauid in omnibꝰ, nè offenderet Deũ aliquando. Nam 3. Reg. 15. dicitur: Fecit Dauid rectũ in oculis Domini, nec declinauit à dextris, nec à sinistris ab omnibus, quæ pceperat ei cunctis diebus vitæ suæ excepto sermone Vrię Hethęi. Tales volebat Deus esse posteros Dauid, scilicet, vt Deum toto corde diligerent sic, & tunc confirmaret eis regnum. *Et nunc domine Deus Israel sermo tuus firmetur, quem locutus es seruo tuo Dauid.* Scilicet, fac, quòd maneat firmum, quòd omnes posteri Dauid succedãt in regno. Non est intelligendum, ꝙ Salomon petiuerit hic confirmationẽ sermonis Domini cõditionaliter, sicut ipse loquebatur: quia de hoc nõ erat dubium, quia Deus dixerat, quòd regnum cõseruaretur in stirpe Dauid si filij Dauid custodirent legẽ Dei, & tñ certum est, ꝙ cùm semel filij Dauid possiderent regnum, ꝙ si non peccarent nunq̃ eis auferret regnum. Nam interdum Deus malis non infert mala, quanto magis bonis, quia valde videbatur iniustum, ꝙ filijs Dauid possidentibus regnum, & nũquam peccantibus auferret eis regnum: sed petebat Salomon, quòd Deus faceret, quòd filij Dauid firmiter tenerent regnum: & hoc siue tollendo illam conditionem, quam apposuerat, siue faciendo, quòd certissimè filij Dauid complerent illam, ita quòd nõ maneret aliquis scrupulus, quo ejicerentur de regno. Et hoc petebat Salomon à Deo, quia sciebat, quòd in potestate eius erat inclinare corda posterorum Dauid ad seruandam legem Dei, vt sic implerent cõditionem. Sic patet 3. Re. 8. in fine orationis Salomonis cùm ait: Sit dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cũ patribus nostris, non derelinquens nos, nec proijciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & cęremonias, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris. *Ergo ne credibile est.* Finita oratione pro regni stabilitate hic conuertitur Salomon ad orandum pro domus ædificatæ nobilitate, scilicet, vt exaudiantur orationes in ea factę, & per hoc domus illa sit famosa. Et primò tollit quandam opinionem quorũdam. Nam aliqui putarent, quòd Salomõ fecisset domum istam ad hoc, quòd dominus in ea habitaret: dicit Salomon, quòd id non fecit: quia stultum esset hoc, cùm Deus non possit habitare super terram in aliqua domo manu facta, & dicit. *Ergo ne credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram?* Quasi dicat: Non est credibile, quòd Deus habitet super terram, quia non potest capi in tota terra. *Si cœlum, & cœli cœlorum te non capiunt.* Quasi dicat: maioris capacitatis est cœlum, quàm terra, sed cœlum non potest capere Deum, ergo nec terra capiet illum, & à fortiori, nec ista domus. Quomodo autem istud sit, declarabitur infra in quadam quæstione. Dicitur cœlum, scilicet, primum cęlum, cęli cęlorum vocantur alij cęli superiores, & vocatur cœlum absolutę, quòd non continet aliud cęlum, vocantur cęli cęlorum illi, qui continent in se alios. Ita est, quòd sint decem cęli, & primum quod est cęlum lunæ est minimę capacitatis, & non continet aliquod aliud cę lum: sed sola elementa, & vocabitur cęlum. Alij superiores sic se habent, quòd quilibet superior cõtinet omnes inferiores, & cœlum supremum quod est empyreum est maximę capacitatis, & illud est cęlũ beatorum: & non capit Deum cęlum lunæ quod vocatur cęlum absolute, nec etiam capiunt eum alij cęli superiores, qui vocantur cęli cęlorum. *Quanto magis domus ista quam ædificaui?* Scilicet, iste minor est, quàm cęlũ, & quàm terra. Ideo non capiet Deum: ita quòd in ea habitare possit. *Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui.* Modus loquendi improprius est, quia non fecit Salomõ domum istam ad hoc solùm, quod exaudiretur oratio sua, sed magis ad hoc, quòd exaudirentur orationes omnium posterorum orantium super his, quæ infra continentur, sed est sensus, quod domus ista fiebat ad hoc, quòd Deus respiceret orationem Salomonis serui sui, scilicet, vt compleret omnia, quæ ipse nunc orabat. Ipse autẽ orabat, quòd exaudirentur orationes omnes, quæ fierent in illo templo, exaudiretur: & verum est, quòd ad nihil aliud erat factum. *Et obsecrationem eius.* Oratio, & obsecratio differunt, quia oratio est simplex petitio, obsecratio est, quando fit petitio per inuocationem alicuius, qui ponitur tanquam medius in orando, scilicet, quòd meritis illius debeat concedi quod petitur, sicut cùm petimus per Passionem Christi aliquid nobis concedi, vel per merita Beatæ Virginis, vel per aliud simile: & ita nũc Salomon orabat Dominum per amorem, & promissionem Dei ad Dauid, quòd compleret hoc, quod petebat, & erat obsecratio. *Domine Deus meus audias preces, quas fundit famulus tuus coram te.* Istę sunt preces, quæ infra continentur, scilicet, quòd Deus exaudiat orantes in templo. *Vt aperias oculos tuos super domum tuam diebus, & noctibus.* Deus non habet oculos, nec aures, nec aliqua membra talia, qualia nos habemus, cùm non sit animal, nec corporeus: sed ponuntur ista per metaphoram ad signandum, quòd Deus haberet specialem curam de isto templo: quia sicut ille, qui diligenter aliquid vult custodire, apertos habet oculos semper super illud: ita cùm Deus omni tempore deberet custodire templum istud, dicitur quòd aperiret oculos, idest apertos haberet die ac nocte super templum istud. *Super locum, in quo pollicitus es, vt inuocaretur nomen tuum.* Scilicet, Deus promisit, vt inuocaretur nomen suum super vrbem Ierusalem in templo: vt patet supra in litera, scilicet. Elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea. *Et exaudires orationem, quam seruus tuus orat in eo.* Etiam hoc promisisti: sed istud non apparet vnde promissum fuerit: quia tamen Salomon dicit hic, quòd Deus promisit illud, credendum est, quòd Deus illud promisit. Sic enim est de multis alijs, quæ memorantur dicta, & non reperitur locus, in quo dicta fuerint. *Exaudi preces famuli tui, & populi tui Israel.* Potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ accipiebatur de precibus, quas fundebat hic Salomon, scilicet, vt Deus exaudiret orationes, quas in illo loco facerent omnes, qui orarent, & tũc intelligitur, & populi tui Israel, scilicet, quòd totus Israel, qui erat congregatus orabat hoc, vt orationes, quæ ibi funderentur exaudirentur. Secundo modo potest intelligi, quòd Salomon intelligeret de precibus, quas ipse funderet postea. Nam cùm domus ista facta esset ad orandum, intendebat ibi sæpe orare Salomon, & petebant nũc, quòd orationes, quas ibi postea funderet, à Deo exaudirentur: etiam populus orabat, quòd orationes eorum, quæ postea funderentur exaudirentur. *Quicunque orauerit in loco isto.* Hic ponitur clausula generalis. Nam supra petebat Salomon, quòd exaudirentur orationes cuiusque: quia etiam alij præter Israelitas oraturi erant in loco illo, scilicet, Gentiles, qui venirent de multis regionibus audita fama Dei Israel, vt patet infra in litera. *Exaudi de habitaculo tuo, idest, de cœlis.* Scilicet, quamquam non sis tu habitans in domo ista, sed in cœlis: tamen de cœlis rogo, vt audias orationes, quæ hic fiunt. Modus loquendi est humanus: quia Deus non audit in cœlo, nec in terra: cùm non habeat organum auditus, nec potentiam auditiuam. Fingitur tamen Deus tanquam, qui dicitur homo reuerendus sedens in regali solio in cęlo, & inde audiens omnia, quæ à nobis dicuntur, & videns, quæ apud nos fiunt: quia aliàs non possent concipere homines rudes quomodo Deus curaret de operationibus nostris, & regeret eas. *Et propitiare.* Scilicet, miserere pœnitentibus, & da illis spiritum tuũ, & concede, quæ petunt.

*An solis ambulantibus coram eo Deus seruet pactum, & misericordiam. Quæst. IX.*

QVAERITVR Circa prædicta, quomodo dixit Salomon, quòd Deus seruabat pactum, & misericordiam diligentibus eum, & ambulantibus coram eo toto corde, quomodo sit hoc verum, & an solis ambulantibus coram eo seruet pactum, vel omnibus hominibus etiam malis. Respondent quidam, quòd etiam Deus seruat pactum suum omnibus, siue bonis, siue malis. Misericordiam tamen solis bonis, & ambulantibus coram eo seruat. Causa huius est, quia pactum pertinet ad promissionem, & quando aliquid est promissum efficitur debitum, sed debitum cuilibet reddendum est, sicut inter nos fit. Namdato, quòd quis malus efficiatur, non tollitur, nec denegatur, quòd ei debitum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Misericordia autem ex libertate est, quia misereꝫtur F quibus volumus: ideo Deus seruabit pactum suum omnibus tam bonis, quàm malis. Misericordiam solis bonis, & ambulantibus coram eo in toto corde seruabit: & tunc litera ista intelligetur quãtum ad illam particulam. s. misericordiam, quòd seruat illam ambulantibus coram eo in toto corde: & istud patet in multis locis scripturæ. Sed obijcietur, quòd non stat ista determinatio quantũ ad aliquam de duabus particulis suis. s. quòd Deus nõ solùm seruet misericordiam bonis, sed etiam malis, vt patet Matth. 15. s. Estote misericordes, sicut & pater vester cęlestis misericors est. Qui facit solem suum oriri super bonos, & malos; & pluit super iustos, & peccatores. Item patet hoc Sap. 11. s. Misereris oĩum, quia omnia potes, & dissimulas G peccata hominum propter pœnitentiam. Secunda particula. s. quod pactum obseruetur oĩbus videtur, quòd non stet: quia Ier. dicitur subito loquar de gente, & regno, vt ædificem, & plantem, si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agã ego super bono quod locutus sum, vt facerem ei. Item patet hoc 1. Reg. 2. cùm dicitur ex verbo Domini ad Heli summũ sacerdotẽ. s. Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret coram me: nunc autem absit à me dicit dominus: sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contẽnunt me erunt ignobiles. Ad veritatem huius sciendam considerandum est, quòd aut pactum initum inter Deum & aliquẽm est conditionale, aut non: si est H conditionale, aut cõditio completur, aut non: si completur cõditio, Deus seruat pactum, siue ille, cui fit pactum sit bonus, siue non. Dum tamen conditio illa sit componibilis malitiæ, quia aliquæ conditiones pacti diuini sunt incomponibiles malitiæ; & tunc non potest pactum conditionale seruari, quia nõ potest in eis conditio impleri. Si autem conditio non impleatur, Deus non custodit pactum: & tunc non dicitur violare pactum: quia obligatio nulla est ad seruandum, cùm non eueniat conditio. Si autem pactum sit sine cõditione expressa, vel subintellecta, necesse est, quòd compleatur, siue ille, cui promittitur sit malꝰ, siue bonus: & dico expressa, vel subintellecta, quia vt cõmuniter quando Deus promittit bona alicui, vel comminatur mala, licèt nulla cõditio apponatur, intelligitur I si pmanserit in illo statu: vnde si alicui existẽti in bono statu promittantur bona, euenient si mãserit in bono. Et si alicui existenti in peccato cõmineturDeus mala, euenient illa mala si mãserit in peccato illo. Sic patet Iere. 18. s. Subito loquar aduersus gentẽ, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruã, & disperdã illud. Si pœnitentiã egerit gẽs illa à malo suo, qđ locutus sum aduersus eam, pœnitentiã & ego agam de malo, quod cogitaui. vt facerẽ ei: subito loquar de gente, & regno, vt ædificẽ, & plantẽ illud. Si fecerit malũ in oculis meis, vt nõ audiat vocem meam; pœnitentiã ego agã super bono quod cogitaui, vt facerem ei. Et sic etiam intelliguntur oĩa ferè pmissa, & pminationes Dei. Nã Deꝰ K per Ioelem pminatus est Israelitis, q mitteret brucũ, & locustã, & eruginẽ, & psumerent oẽs fructus terrę: Ioelis 1. & 2. & tamẽ cùm Ioel pnuntiasset hoc, nescivit an certissimè eueniret, sed putauit, quòd posset flecti in pcrarium si Israelitę reuerterentur à malis suis, & plangerent, & scinderẽt corda sua. s. scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, pvertimini ad dominũ: quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordię. Quis scit si pvertatur, & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionẽ? Sic ẽt cũ Ionas Propheta pdicasset Niniuitis vrbẽ subuertẽdam post quadraginta dies, putauerunt, q potera illud impediri, si ipsi de malis suis dolerent: vnde dixerunt quis scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & reuertatur à furore irę suę: & non pibimus? Ita ẽt cũ Deus pmitteret bona, licèt sine conditione pmitteret, intelligebantur cum conditione. s. si maneret ille, cui pmittebatur in statu illo, sicut dicitur 1. Reg. 2. de Heli: cui Deus promiserat, quòd maneret sacerdotiũ in domo eius in sempiternum: & non mansit propter peccata filiorũ eius, scilicet, Loquens locutus sum, vt domus patris tui ministraret in conspectu meo in ęternum. Nunc autem absit à me dicit dominus, sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autẽ contemnunt me, erunt ignobiles. Et tamẽ si nõ intelligeretur cum conditione, nõ reuocasset dominus pactum, licèt peccarent filij Heli. De misericordia autem Dei dicendũ, quòd non potest dari tam certa regula, sicut de pacto: quia magis cadit sub libertate. Sed dicendum, q quædam misericordia est generalis, & quædam specialis: generalis misericordia est illa, qua Deus benefaciẽdo vni benefacit multis. Et non potest vnus bonum suscipere, quin multi bonum suscipiant, sicut in pluuia, & salubritate aeris, & abundantia terrę nascentiũ, & similibus accidẽtibus cõibus: misericordia specialis est illa, qua beneficiũ pfertur vni tm̃, sicut in exaltatione, & lucro circa rem familiarem. De prima dicendum, quòd Deꝰ seruat misericordiam tam bonis, q̃ malis, vt pater Mat 5. s. Estote misericordes, sicut pater vr cęlestis misericors est, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores. Sic etiam accipitur Sap. 11. s. Misereris omnium, quia omnia potes: diligis omnia, q̃ sunt, & nihil odisti eorum, quę fecisti. Si autem loquamur de misericordia speciali dicendũ, quòd semper Deꝰ illam seruat bonis. Nam semper eis benefacit ẽt in temporalibus, nisi forte illa bona exteriora talia sint, quę eos ad bene viuendũ impedire possint, quia tunc dare illa eis nõ esset benefacere, sed nocere. Malis aũt interdum benefacit, & interdũ nocet: benefacit quidem, vt forte sic experti diuinã benignitatem conuertantur, vel vt aliquorum bonorum, quę fecerunt mercedem recipiant. Nocet autẽ in pœnam malorum, vel vt emendentur: & tamẽ regularius est, quòd malis noceat, q̃ benefaciat, quia & si ad tempus psperentur, non manet illa prosperitas, sed incidũt in graues calamitates. De litera aũt ista dicendum, quòd intelligatur de solis bonis, quòd Deus custodiat eis pactum, & misericordiã: & verum est, quòd eo mõ, quo hic accipitur solis bonis Deus custodit pactum sempiuiolabiliter sine dist. Nam siue pactum cum conditione expressa, vel subintellecta detur, vel cùm nulla conditione, semper seruatur. De pacto quod sine conditione datur, manifestum est, quia illud seruatur tam bonis, q̃ malis. De pacto qđ cum conditione expressa, vel subintellecta datur; dicendum, quòd illud etiam semper seruatur bonis, qui manent in statu illo, in quo eis bona promissa sunt. Malis autem non seruatur talia pacta, quia conditio non manet in eis. De misericordia etiam dicendum, quòd semper seruatur in bonis, quia Deus benefacit eis in omnibus, quę petunt nisi sciat illa esse contraria eorum saluti. Quòd autem intelligatur litera sic, apparet ex ea, quia dicitur, qui custodis pactum, & misericordiam cùm seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo, & sic pactum, & misericordia ad solos bonos referuntur hic. Patet etiam, quia eadem sententia ponitur Deut. 7. s. Dominus Dus tuus fortis, & fidelis custodiens pactũ, & misericordiã diligentibus se: & his, qui custodiunt mandata eius in mille generationes, & reddens odiẽtibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non diferat pro eis restituens quod merentur. Non ergo intelligitur litera ista, nisi de bonis: licèt verum sit, q aliquo modo Deus seruet pactum, & misericordiã ẽt malis.

*Quare*



*Quare orauit Salomon, vt impleretur pactum Dei.*
*Quæstio X.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo orabat Salomon, vt compleretur pactum Dei, cùm sciret, quòd necesse erat illud impleri, nec poterat aliquo modo euitari. Nam Deus promiserat, q regnum maneret in posteris Dauid semp si custodirent legẽ Dei. Cùm esset hic conditio expressa, necesse erat, quòd si conditio maneret, quòd impleretur promissio: ideo non oportebat pro hoc orari. Dicendũ, quòd oratio Salomonis potest dupliciter quãtum ad hoc intelligi. Vno modo, q Salomon peteret cõditionem auferri. Nam Deus promiserat conditionaliter, & fortè nunc precibus Salomonis incitatus vellet tollere conditionem, & tunc certissimè impleretur quod petebatur. Alio modo potest intelligi, quòd Salomõ peteret impleri manente. Nõ quidẽ, quòd oraret, quòd si posteri Dauid custodirent conditionẽ, q Deus cõseruaret eis pactũ, qa istud certissimũ erat. Sed quòd oraret, quòd Deꝰ faceret, quòd certissimè impleretur pactum ac si non staret cõditio, & hoc erat, quòd taliter custodiret Israelitas, quòd inclinaret eos ad custodiendam conditionem. Nam conditio erat, quòd custodirent legem Dei. Homo autem non potest aliquid boni agere, nec etiam inclinari ad agẽdum illud, nisi Deus hominem moueat. Iuxta illud Io. 15. Sine me nihil potestis facere. s. nullum opus meritorium, & tamẽ bonum velle est meritoriũ: & in hoc est tota radix merẽdi. Ideo etiam C nõ possumus benè velle, nisi Deus moueat nos ad volendum. Sic signauit Deus Deut. 5. cùm Israelitę dicũt cuncta, q̃ mandauit dominus faciemus: & Deus dixit benè oĩa locuti sunt: quis dedit eos talem habere mẽtem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? vt omni tpe benè sit eis, & filijs eorum. Ex quo tenuit, q illã voluntatẽ timendi semp dñm non habebant Israelitę à se: sed aliqs eis dare illã debebat. s. Deꝰ. Et sic orauit Salomon. 3. Reg. 8. s. sit Deus nr̃ nobiscũ non derelinquens nos, sed inclinet corda nr̃a ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius: & sic orabat Salomon custodiri pactum, quia sciebat, quòd si Deus inclinaret voluntatem posterorum Dauid ad custodiendam legem Dei, quòd certissimè custodiretur pactũ, D & maneret regnum in posteris Dauid in æternum.

*Qualis fuerit promissio Dei facta Dauid de regno filiorum.*
*Quæstio XI.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo Salomon dixit hic, quòd Deus promiserat, q filij Dauid in æternum sederent super thronum Israel: si tamen custodirent legem eius. Nam Deus sine conditione pro B merito regnum istud posteris Dauid: imò etiam dixerat, quòd dato, quòd peccarent, non auferret eis regnum, vt patet 2. Reg. 7. & precedenti lib. 17. s. Stabiliã thronum regni eiꝰ vlq; in sempiternum, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, qui si iniq; aliquid E gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorũ hoĩum. Misericordiam aũt meã nõ auferã ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea. Ergo nõ erat auferendum regnum posteris Dauid, licèt peccatum: & sic semp impleretur pactũ, & sine conditione. Dicendum, quòd promisit Deus regnum Israel cum conditione posteris Dauid, & quia non seruauerunt qđi-tionem illam, Deus non seruauit pactum. Nam regnũ non mãsit apud eos, quia Dauid, cui facta fuit ista promissio tenebat totum regnum Israel, & sic etiã tenuit Salomon: sed postea cum filius eius Roboam regnaret, pter peccata eius, & Salomonis patris sui, diuisum est regnum, & mãsit ei minima pars regni. s. A sexta pars eius qđ tenuerat pater suꝰ, & anus 3. Re. 12. Et sic Salomon orabat nunc, q impleret pactũ illud, sed nõ impletũ est. Nam filius eius Roboam nõ sedit super thronũ Israel, & verè intercidit ibi cõditio, quæ nõ seruata est. Cùm aũt objicit̃, q Deus sine ꝺditione pmisit, & ẽt, q si peccarent posteri Dauid nõ auferret eis regnũ, dicendũ, q non pmisit Deus non auferre regnum, ẽt si peccarẽt, sed dixit, quòd nõ auferret ab eis misericordiam suam. Et hoc verum est, quia licèt regnum non permiserit eis tenere, tamen misericordiã suam ab eis non abstulit: & sic stat vtraque litera. Nam verum est, quòd Deus sub conditione promisit, quòd posteri Dauid in æternum sederẽt super thronum Israel: erat autem thronus Israel solium regni sup omnes duodecim tribus Israel, & hoc perdiderunt posteri Dauid, quia solus Salomon filius eius tenuit hoc. Roboam autem nepos Dauid nõ fuit rex super totum Israel, sed super duas tribus: & sic opus erat, quòd Salomon oraret, vt compleretur hoc. Non abstulit Deus tamen misericordiã suam à posteris Dauid: quia mansit eis regnum super tribum Iuda, & Beniamin, & hoc fuit quousque Israelitæ trãslati sunt de terra sua in Babylonem: imò vsque ad Christi natiuitatem, iuxta illud: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: Gen. 49. Et patet, quòd iste sit sensus, quia dicitur ibi: Misericordiam autem meam non auferam ab eo: sicut abstuli à Saul, quẽ amoui à facie mea. Nam filijs Saulis totaliter abstulit regnũ, quia nulla pars regni eis mansit. Ideo dicuntur à facie Domini amoti. Filij autem Dauid non fuerũt ablati à facie Domini, quia semper eis mansit: licèt non totum illud, quod eis Deus promiserat si custodirent legem eius. Aliter potest dici, quòd promiserat Deus sub conditione regnum Israel posteris Dauid, scilicet, si legem eius custodirent: & quia non custodierunt, non mansit eis regnum. Et qñ dicitur, quòd Deus dixerat, quòd non auferret misericordiam à posteris Dauid. Dicendum, quòd non intelligitur hoc de omnibus posteris Dauid, sed de solo Salomone: & verum est, quòd huic nõ fuit ablatum regnum. Et patet hoc, quia dicitur: ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi ĩ filium, quòd iniquè aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum. Ecce de vno loquitur, & ille erat Salomõ, quia nõ intelligitur de aliquo alio, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et dr̃, misericordiam autẽ meam nõ auferã ab eo. Et verum est, quòd nõ ablata fuit misericordia Dei à Salomone: licèt peccauerit grauissimè colens idola, & constituẽs templa idolis. 3. Reg. 11. & 4. Reg. 23. cap. Mansit tamẽ ei regnum integrum tota vita, sed Deus puniuit eum leuiter in virga virorum, ideſt, sicut vir solet filium suũ punire castigando, & non mortificando, & hoc fuit, quia in senectute sua suscitauit ei Deus duos hostes, scilicet, vnum Idumæum, & vnum Syrum, qui terram eius inquietabãt: & tamen nõ abstulerunt Salomoni regnum, nec partem regni. 3. Reg. 11. De alijs autem nihil promittebatur, ideo alij posteri Dauid perdiderunt regnum Israel, quia non custodierunt legem Domini. Primus tamen modus soluendi est aliqualiter conuenientior modo cõi nostro loquẽdi, & aliorum.

*An Deus posset capi à domo Salomonis.*
*Quæstio XII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo dixit hic Salomon, quòd nõ faciebat domum, vt Deus habitaret in ea, quia non poterat ibi capi: & etiam cęli cęlorum non poterant eum capere. Quomodo potest stare hoc, quia Deus capi potest in cœlo, & etiam in domo illa, quam Salomon fecit. Nam in quacunque

Universidad de Deusto
Biblioteca



re quamtumcumq; parua Deus capi potest, eo quòd Deus indiuisibilis est secundùm quantitatem cùm sit purus spiritus, & non potest aliquid minus eo esse in quantitate, ideo nihil erit quantũ, in quo nõ capiatur. Dicendũ, quòd nihil est in vniuerso, in quo Deus non sit, & capiatur, & tamẽ nihil est, in quo Deus comprehendatur. Prima pars patet. Nam nullum corpus est, in quo Deus non capiatur, quia omne corpus est diuisibile: quodlibet autem diuisibile est maius quocũq; indiuisibili: ideo quodlibet indiuisibile capietur in corpore quocunque. Deus autem indiuisibilis est, quia spiritus est: Io. 4o. ideo in quocunque corpore capietur: & sic caperetur in templo Salomonis. Item dicendum, quòd Deus capietur in puncto. Est enim punctus non habens quantitatem, tamen positionem habens in linea, quæ est quantitas, ideo cùm Deus nõ sit quantus, nec habens positionem in quantitate, simplicior est, & consequenter poterit esse in puncto: quia ista est regula, quòd simplicius potest esse in eo quod minus simplex est. Potest etiam Deus esse in omnibus rebus simplicibus, non quantis, nec habentibus positionem in quantitate, sicut est anima, & angelus. Nam anima est minus simplex, quàm Deus, cùm anima licèt non sit habens positionem in quantitate, est tamen vnibilis materiæ ad formandum eam. Deus autem non est vnibilis alicui materiæ, sicut forma: ideo simplicior est, & poterit esse intra animam. Et sic dicunt doctores nostri Deum illabi posse, vt ait Ambrosius libro primo de Spiritu Sancto. Et magister recitat illud libro primo Sent. dist. 14. Etiam Deus potest esse in angelo, quia est simplicior illo. Nam angelus licèt non sit quantus, nec positionem habens in quantitate, nec materiæ vnibilis tanquam forma, est tamen compositus ex actu, & potentia, & esse, & essentia. Deus autem nullam positionem habet: quia est purus actus, & esse, & essentia in eo idem sunt: ideo in angelo capitur: & sic nihil est, in quo Deus non sit, aut capiatur: quia vltra ista nulla entia sunt. s. corpora, aut conditiones corporum, aut spiritus existentes in corporibus, vel ab eis abstractos. Secunda particula patet. s. q̃ nihil sit, in quo Deus comprehendatur: quia comprehendi ab aliqua re est, quòd ita teneatur, vel sit intra illam rem, vt nullo modo secundùm se totũ, vel secundùm partem sit in aliqua alia re: sicut homo in loco suo est, quia ita est in loco illo, quòd extra illũ non est secundùm se totum, nec secundùm aliquam partem suam. Deus autem isto modo non potest cõprehendi in aliqua re, quia Deus in omnibus est: & tñ si ab aliqua earum cõprehenderetur, non esset in alijs: & non solùm Deus non comprehẽditur in aliqua re, sed etiam nec in omnibus quasi comprehenderetur ab omnibus simul: ita esset in illis, quòd nõ posset esse in aliqua alia re si nouiter à Deo crearetur: & tñ manifestum est, q̃ Deus potest facere multa plura, quàm fecit, & sunt nunc, & in qualibet illarum rerum erit Deus necessariò: quia aliàs esset limitatus, & non conseruaret omnia. Ideo non cõprehenditur Deus ab aliqua re, nec ab omnibus simul sumptis, & istud signat litera ista dicens, q̃ cælum, & cæli cælorum Deũ capere non possunt. Et ponitur capere pro comprehendere: quia benè Deus capitur in qualibet re, quia nihil aliud est capi, nisi totũ esse in re. Nulla tamen est res, in qua Deus totus non sit. Ideo in qualibet re capitur. Et secundùm hoc dicendum, q̃ domus Salomonis nõ fuit facta, vt Deus habitaret in ea, quia nõ poterat habitare ibi. Nam scriptura accipit habitare eo modo, quo nos accipimus. s. dicim⁹ aliquem habitare in domo si intra illam totus est, & nihil eius máneret foris. Deus tamẽ non poterat manere sic in templo Salomonis, nec in alio loco. Ideo in nullo loco habitat: istũ sensum tenet



litera, dicens: quòd si cælum, & cæli cælorum Deum capere nequeunt: quanto magis domus illa q̃ ædificauit Salomon. Alio modo dici potest, quòd Deus non poterat habitare in templo Salomonis, eo q̃ habitare est manere in aliquo loco ad operiendum nuditatem, & verenda nostra, & ad defensionẽ ab importunitate tẽporum: ad istud .n. domus facta est, vt patet Eccl. 29. s. Initium vitę hominis aqua, & panis, & domus protegens turpitudinem. Deus autem, nec operire põt aliq̃ nuditatem cùm incorporeus sit, et inuisibilis, nec eũ eget defensione ab impottunitate temporum cùm sit impassibilis, et incorporeus. Ideo in nullo loco potest habitare. Ista ratio conueniens est: et tamen scriptura solùm sequitur rationem præcedentem.

*An Cœlum sit habitaculum Dei.* *Quæst. XIII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo Salomon dicit hic, quòd Deus exaudiat de cælo. s. de habitaculo suo orationes omniũ, qui orauerint in loco isto templi. Nam vocat cælum habitaculum Dei: & tamẽ supra dixit, q̃ cælum, nec cæli cælorum capere Deum possent. Ideo non videtur conuenienter dictum. Dicendum, q̃ habitare sumitur aliquando pro manere totaliter intra locum aliquẽ. Aliquando aũt, p esse in loco qũocunq; in ipso loco sit: ẽt si ibi non cõprehendat manens. Accipiendo primo mõ dicendũ, q̃ Deus non habitat in cælo, qa nec cælũ, nec cæli cælorũ eũ capere sufficiunt, vt patet in lra. Itẽ patet, qa si Deus diceretur habitare in cælo: cũ tamẽ ibi non cõprehẽdatur dicereẽ ibi habitare, quia ibi est: & tamẽ ẽt est in terra. Sic patet Mat. 15. s. Cælum sedes Dei est, & terra scabellum pedũ eius, & tamẽ non dr̃ habitare in terra: ergo nec in cælo hĩtare dicet. Et sic accepit supra scriptura, q̃ Deus non poterat hĩtare in tẽplo Salomonis, eo q̃ cælum, & cæli cælorum eum capere nõ poterãt. Accipiendo aũt secundo mõ habitare prout Deus est in aliquo loco. Dicendũ, quòd Deus in quolibet loco dicebatur habitare, quia vbiq; est: sed quia non videbat̃ quereniens, quòd diceremus Deũ vbiq; habitare, dixit scriptura illic Deũ hĩtare, vbi erat specialiter. Et quia Deus specialius est in cælo, q̃ in alijs partibus vniuersi, dicitur habitare in cælo. Hoc aũt, q̃ pars est nobilior vniuersi, & Deo attribuendũ est, qđ̃ pfectius est. Secundò, quia cùm cælum sit à nobis seperatũ, et Deus non videat à nobis, conuenientius videtur, quòd ipse habitet in cælo, vbi videri non possit propter separationẽ, quàm quòd dicamus eum habitare in terra inter nos, quia tũc magis mouerentur simplices ad dubitandum, quomodo Deus inter nos sit, et quomodo non videatur. Tertiò, quia Deus est in cælo p specialem operationem, et nobiliorem, quàm sit in alio loco. Nam Deus dat gloriã beatis spiritibus in cælo, et non in alio loco: et ibi le manifestat illis. Ista autem est perfectissima operationũ Dei, quæ nobis apparent, vel apparere possunt. Ideo dicetur Deus potius habitare in cælo, quàm in alio loco, et sic accipitur hic: et ob hoc scriptura quando dicit Deum omnia replere, nobili⁹ quod ad Deum pertinet, ponit in cælo, scilicet, quòd throthings Dei est in cælo, et in terra est scabellum pedum eius: Matth. 15.

Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista; tu audies de cælo, & facies iudicium seruorum tuorũ, ita vt reddas impio viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustũ, retribuẽs ei secundũ iustitiã suã.

*Si peccauerit.* Hic ponuntur petitiones Salomonis in speciali, & ponuntur septem petitiones. Prima est circa hominum infidelitatem, s. si vnus alteri veritatem non custodit. Secunda est de hostili aduersitate, ibi. *Si superatus fuerit.* Tertia est de defectu pluuiarum, & temporum siccitate, ibi. *Si clauso cælo.* Quarta est de bruco, & locusta, & ærugine terræ nascentia vastante: ibi. *Fames si oborta.* Quinta de peregrinorum exauditione in templo facienda ex diuina pietate: ibi. *Externum quoque.* Sexta de exauditione Iudæorum existentium in terra aliena in hostilitate, ibi. *Si egressus fuerit.* Septima de exauditione super cuiuslibet peccato, & iniquitate, ibi. *Si autem peccauerit tibi.* Circa primum dicitur. *Si peccauerit quispiam.* Casus est, q̃ quis mutuauit alteri quidquam, vel commodauit, vel apud eum res suas deposuerit, & petente commodatore, siue depositore, vel mutuatore, negat depositarius, commodatarius, vel qui mutuum accepit, & petit commodator, vel depositor super hoc deferri iramentum commodatario, siue depositorio, tunc iurare debebant in templo: & petit Salomon, q̃ Deus ostenderet ibi miraculum super iniquum, s. si commodatarius, vel depositarius iniustus est, negando commodatum, vel depositum: vel super commodatorem siue depositorem si iniustus est: vtpote siquis dicit se deposuisse aliquid penes alium, vel accommodasse, vel mutuasse, & non est verum. Dicit tamen hoc ad verandum eum, & vt aliquid extorqueat ab ipso: si coegerit eum iurare in templo tuo super hoc, q̃ tu ostendas miraculum super illum, qui iniustè alterum compulit ad iurandum. Et dicitur. *Si peccauerit quispiam in proximum suum.* Scilicet si commodatarius, depositarius, vel qui mutuum acceperit, peccauerit contra proximum suum: s. contra commodatorem, depositorem negando commodatum, vel depositum, aut mutũ. Si fortè depositor, siue mutuator, deposito peccauit contra proximum suum dicens, q̃ aliquid muuauit: vel commodauit, aut deposuit penes alterum. Cùm tamen falsum sit, & vexat illum cogendo iurare illum, vel volendo iurare, q̃ deposuit aliquid penes illum, vel commodauit ei aliquid. *Et iurare contra eum paratus venerit.* Scilicet ille, qui fouet iniquam causam, venerit contra alium paratus iurare: s. qui debet mutuum, commodatum, vel depositum, & negat se aliquid accepisse, & venit paratus iurare, q̃ non accepit: & istud iuramentum est contra commodatorem, vel depositorem: s. est in præiudicium illius, vel venit paratus iurare depositor, siue commodator, qui nihil deposuit, nec commodauit, fingit tamen se commodasse aliquid, & in casu, in quo defertur ei iuramẽtum venit paratus iurare, q̃ commodauit aliquid, vel deposuit. *Seque maledicto constrinxerit.* Inuocauerit super se maledictionem dicens: oro Deum, q̃ si falsum dico, q̃ non finiam annum hunc, vel subito moriar, vel talis mihi plaga eueniat. *Coram altari in domo ista.* Non introibant litigantes ad altare, vt iurans tangeret illud manu, & sic iuraret sicut nunc tanguntur à iuentibus. sacrosancta Dei Euangelia, vel sepulchra Sanctorum, vel altaria, aut aliquæ reliquię Sanctorũ: qa non licebat laicis introire ad altare in atriũ sacerdotum, quia ibi soli sacerdotes erant: sed coram altari iurabatur, s. in conspectu eius in atrio virorum in quo vtriq; mundi conueniebant ad orationem, & orabant. *Tu exaudies de cælo.* Scilicet, causam istorum litigantiũ reddendo eis, quod merentur. Et dicitur exaudies de cælo, quia Deꝰ fingitur esse in cælo, & habitare ibi modo speciali, vt patet supra in litera. Et ex ipso loco audiebat causas, & orationes, quę fiebant in templo. *Et facies iudicium seruorum.* Idest iudicabis sententiando inter illos seruos tuos. Et sententia est, q̃ pœnam inferat iniquo, & foueat fouenti iustam litem, & vocantur isti duo serui Dei per subiectionẽ, & non per imitationem, quia necesse est, q̃ vnus istorum foueat litẽ iniquam, & iste non est seruus Dei per imitationem, sed per subiectionem: quia ambo isti litigantes erant Iudæi, & subiecti erant cæremonijs legis: Ita vt reddas iniquo viam suam: idest iuxta viam suam: siue sicut meretur in caput proprium: idest super ipsum, s. non veniret pœna istiꝰ delicti super filios, vel nepotes: sicut aliquando transferuntur peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem. Exo. 34. & Numeri 14. Nec etiam pœna ista veniret super bona possessa, sicut Deus sæpe facit. Nam flagellat hominem in bonis exterioribus tenens ordinem puniẽdo, vt postea grauius puniat, cùm personam tetigerit. Hic autem orat Salomon, q̃ reddatur peccatum in caput proprium, s. super ipsum peccantem, vt sic manifestè appareat, q̃ propter peccatum periurij in templo commissi euenerit ista punitio. Et debebat esse ista punitio talis, qualem imprecabatur iurans, vt non dubitaretur propter quam causam eueniret hoc. *Et vlciscaris iustum retribuens ei secundum iustitiam suam.* Retributio erat, q̃ qui iustam causam foueret, nullum malum pateretur, sed potius videret mala, quæ pateretur ille, qui foverat iniquam causam, & in hoc erat sibi vltio, s. q̃ videret hostem suum mala pati p malo, quod voluerat ei inferre, s. si depositarius, vel commodatarius negauit depositum, vel commodatum, & iurauit coram altari. In hoc enim vexabat depositorem, vel commodatorem auferendo ei rem suam per negationem: vel si depositor, & commodator vel mutuator falsus fingeret se aliquid mutuasse, deposuisse, vel cõmodasse, & peteret, & deferretur ei iuramentum, & iuraret, fouebat iniquam causam, & Deus reddebat ei in caput suum vltionem faciens ipsi reo, qui iniustè vexabatur super debito falso. Vel si depositor falsus, aut commodator petebat, qđ̃ non commodauerat, & cogeret reum innocentem iurare, puniendus erat petẽs, quia iniustè astrinxerat proximũ suum huic iuramento. Et erat tunc vindicta iuranti, cùm videret à Deo percussum calumniatorem suum.

*In quo casu fiebat iuramentum in templo.*
*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR in quo casu iuramentum fiebat in templo coram altari, cùm esset periculosum propter mortem falsè iurantis, vel iurare compellentis. Dicendum, q̃ hoc fiebat ex communi consensu partium, s. cùm commodator, & commodatarius nõ conuenirent super commodato, vel deposito, & depositarius super deposito, & in hoc conuenirent, q̃ vnus alteri deferret iuramẽtum, & iuraret coram altari domini, & tunc securus erat ille contra quem iurabatur, q̃ si iurans falsè iuraret, moreretur, aut eueniret illa maledictio, quam super se inuocaret. De iuramento autem facto iudicialiter dubitabit aliquis, an tale esset, vt fieret coram altari illo. Dicendum, q̃ non apparet, & fortè quibusdam videbitur, quòd iudicialiter non deferrebatur tale iuramentum, eo quòd istud pertinebat ad purgationem vulgarem: sicut cùm quis probat innocentiam suam in ferro candenti, aut aqua frigida, vel calida, & tales purgationes vetitæ sunt. Dicendum quòd licèt non constet, an iudicialiter deferretur tale iuramentum reo, vel actori: tamen satis credendum est, q̃ iudicialiter etiam deferretur. Nec obstat, quòd hic esset purgatio vulgaris, quia multa talia in veteri testamento permittebantur: de quo dicetur infra in quadam quæst. Ideo satis videtur dicendum, quòd iudicialiter

dicialiter tale iuramentum deferretur. Et ratio huius F
est, quia sic cõsuetum videmus in multis regionibus,
quòd vbi est defectus legum habent locum purgatio-
nes vulgares, eo quòd nullum alium modum proban
di habent, & tamen inter Iudæos etiam in foralibus
erat paucitas legum. Ideo non erat inconueniens, q
deferretur tale iuramentum iudicialiter.

*An iurans in templo puniretur iudicialiter.*

*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, siquis iuraret in tem-
plo, & reperiretur per hoc quis fouebat causam
iniquam: an puniendus esset postea iudicialiter, vtpo- G
tè, voluit depositarius retinere depositum, & coactus
iure punitus est à Deo: & per hoc manifestum est pec-
catum suum, an vltra pœnam, quam Deus ei intulit,
cogetur soluere depositum, & sic de commodato, &
mutuo. Respondendum, q iuramentum aliquando
deferrebatur reo, & aliquando actori. Etiam aliquan-
do peccabat iurans, & aliquando cogens eum iurare,
si cogens iurare peccaret. Dicendum, quòd non pu-
niebatur vltra pœnam, quam Deus ei infligebat, s. ali-
quis petebat depositum, vel mutuum aut commoda-
tum, quod non dederat, vt extorqueret aliquid à pro-
ximo suo, & compulit illum iurare, cùm negaret, an
teneretur ad aliquid, & ille verũ iurauit, peccauit tunc
ille, qui eum sciẽter compulit iurare iniustè: & à Deo H
puniretur. Et de isto dicendum, q constito per istam
pœnam Dei, q fouebat iniquam causam non puniè-
tur amplius. Causa est, quia iste non peccauit auferen-
do aliquid proximo suo, vel detinẽdo illud: sed solùm
calumniando contra illum cogendo iurare. Cùm
ergo iam Deus reddiderit in caput eius pœnam calum
niatoris non tenebatur vltra alicui, vt vlteriores pœnas
susciperet. Si autem peccaret ille, qui iuraret, poterat
dupliciter contingere. Vno modo, q deferretur iu-
ramentum actori, vel quòd ipse illud subire eligeret,
& sentiret reus: vel deferrebatur iuramentum reo, &
iurabat. Si deferretur actori, & ille iuraret se aliquid
depositisse penes reum, vel accommodauisse: cùm ta-
men nihil deposuisset, vel accommodauisset, puniebā- I
tur iste iurans à Deo. Et dicendum, q constito per il-
lam pœnam de periurio eius, non erat vltra puniendus,
etiam si non moreretur: quia iste non tenebatur reo
ad aliquid: sed solùm calumniando volebat eum obli-
gare, & pro hoc puniendus erat, & quia Deus pœnam
ei inflixerat, non audiebatur teneri iam alicui propter
quem puniretur. Si autem reus iuraret se nihil susce-
pisse depositum commodatum, nec mutuum, & fal-
sum diceret: puniebatur à Deo, & tunc erat dubium,
an insuper cogendus esset ad soluendum debitum, cõ-
modatum, mutuum, vel depositum: vtpotè, si occide-
retur iste, an tenerentur successores sui de facultatibus
eius soluere, quod iste mentiendo negauerat: vel ipse
non moreretur, sed aliàs puniretur à Deo: an postea K
teneretur soluere, quod negauerat. Et in hoc est ratio
dubitandi magis quàm in præcedentibus, quia dato
q simile iurans puniretur hic à Deo, adhuc nihilomi-
nus manebat obligatus ad debitum, quod negauerat:
& manebat proximus suus in damno, si non restitue-
retur ei depositum, vel commodatum, aut mutuum.
Et aliqui putant, q tenebatur insuper restituere, quod
conuincebatur debere per hanc pœnam. Dicendum
est, quòd non constat de hoc, an teneretur postea ad
aliam pœnam falsum iurans. Ratio prima est, quia per
talem modum puniendi nõ manifestabatur sufficien-
ter debitum. Nam aliquis fortè peteret tanta, quæ
deposuit, mutuauit, vel accommodauit, & fortè non
erant tanta, vel tot, & reus dixit se nihil recepisse, & iu-
rauit, punietur à Deo, quia falsum iurauit. Et per hoc
constat, quòd falsum iurauit, & tamen non constat, an
petitio actoris esset vera, quia fortè non tenebatur in
tot, nec in dimidio, & actor fortassis bona fide tantum
petiuit, quia credidit tanta sibi deberi. Si autem con-
demnaretur ex hoc in petitis, iniustè punietur, quia
non debebat tot, nec tanta: ideo non esset aliqua con-
demnatio vltra pœnam, quam Deus infligebat. Secun-
da ratio est, quia istud iudicium erat distinctum à iu-
dicio humano. Nam si contenderetur in iudicio hu-
mano, & probatur contra reum, infligeretur ei pœna
iuris humani, s. quòd condemnaretur in eo, in quo q-
uinceretur. Et tamen cùm quis duceretur ad iuran-
dum coram altari Dei, causa deuolueb atur ad iudiciũ
Dei. Ideo super eadem causa non erat iam aliquid
agendum humano iudicio, sed totum Deo relinquẽ-
dum: quia aliàs videretur esse confusio iudiciorum, &
tamen cùm Deus puniret falsè iurantem, explebat in
eo totam pœnam, quam volebat: ergo non erat ei im-
ponẽda alia pœna ab homine, s. quòd solueret mutuũ,
depositum, vel commodatum. Cùm autem obijci-
tur, quòd licèt Deus puniret falsè iurantem: tamen ad
huc manebat damnum actori factum, nisi restitue-
retur ei debitum. Dicendum, quòd ipse sibi imputare
debebat hoc damnum, qui tali iudicio voluit experi-
ri, per quod non poterat probari determinatè, quid si-
bi deberetur. Etiam non consueuisset reus condem-
nari in petitis, sed semper corporali pœna. Et hoc vi-
detur rationabilius quàm q finita ista pœna Dei tene-
retur ad aliam pœnam iudicialem.

*Ad quid fuit introductum, vt fierent talia iuramenta.*

*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, ad quid fuit introdu-
ctum in veteri testamento, quòd fierent talia iu-
ramenta coram altari, & Deus puniret in illis peccan-
tes, quia sine ijs poterant plenè ventilari causæ per le-
ges forales, quas Deus dederat, & per leges municipa-
les, quas Iudæi introducerent, & per consuetudinem,
quæ introduceretur inter eos, qui pro legibus habent
deficiente iure scripto. Dicendum, quòd hic petun-
tur duo. Primum est quare iuramenta fiebant inter-
dum inter litigantes. Secundum est, dato quòd fieri
oporteret, cur fiebant in templo, & cum tali solenni-
tate, & cur talis pœna sequebatur falsè iuranti. Ad pri-
mum dicendum, quòd planum est iuramenta in Ec-
clesia esse tam in iudicijs quàm extra iudicia inter cõ-
trahentes, vel de contractu iam inito contendentes.
Nam multi casus erant in iudicio, in quibus non po-
terat veritas sciri, nec erat copia aliqua probationum,
& iuramento partis stabatur: sicut patet Exo. 22. de de-
positario, & depositore. Nam siquis deponeret pe-
cuniam pẽnes alium, & furto subtraheretur: ita tamẽ
quòd non posset depositarius probare furtum, vel ra-
pinam intercidisse, tenebatur iurare, quòd non exten-
derat manum suam ad rem illam, & tunc absolueba-
tur. Idem erat si alicui darentur in custodiam boues,
vel asini, & similia. Nam eodem modo iurabatur.
Multi quoque alij casus sunt, in quibus dubium con-
tingit de iure, & etiam secundùm iura humana defer-
tur iuramentum parti à parte, vel parti à iudice. Si-
militer quoque extra iudicium intra contrahentes, q
de contractu dubitatur, & de consensu communi ali-
ter contrahentium iurabat: & sic dirimebatur conten
tio. Ad secundum dicendum, quòd fuit conueniens
iuramenta fieri cum tali solennitate, vel quòd iurans
falsum puniretur à Deo manifestè. Et istud conuenie-
bat propter multa. Primò propter incredulitatem
Iudæo-



Iudæorum. Nam erant valde duri ad credendum, & A
semper in omnibus signa petebant: vt patet prima ad
Cor. primo, s. Iudæi signa petunt, Græci autem sapien-
tiam quærunt. Et sic dicebat eis Christus: Generatio
peruersa signum quærit, & non dabitur ei signum nisi
Ionæ Prophetæ. & quia quando probationes reduce-
bantur ad sola iuramenta, non confidebat quis de cõ-
stantia proximi sui, vt appareret manifesta veritas, con
ueniens erat, quòd Deus ostenderet punitionem suã
super falsè iurantem. Sic enim erat in multis alijs, in
quibus non credebant Iudæi sine manifesto signo.
Nam siquis conciperet dubium, volebat de illo certi-
ficari auctoritate Dei. Idem erat in die propitiationis:
quando vnus caper ferre debebat peccata totius po-
puli super se: ita vt populus videretur liber ab illis, & B
quia si Deus non ostenderet, quem caprum volebat,
non putarent Iudæi sibi esse ablata peccata: iubebat
Deus q sortes ponerentur super duos hircos, & quòd
vni exiret sors pro Domino, & alteri in caprum emis-
sarium, & ille, cui eueniret sors, vt esset pro Domino,
immolabatur. Cui autem eueniebat sors in caprum
emissarium, mittebatur in desertum portans peccata
omnium Israelitarum super caput suum: Leuit. 16. Et
illæ sortes ponebantur, quia per istas sortes putabant
habere determinationem diuinam: quia Deus illas
iubebat poni, quasi per illas voluntatem suam esset o-
stensurus: iuxta illud Prouerb. 16. s. Sortes in sinum
mittuntur, sed à Domino temperantur. Secundum
erat propter duritiem cordis Iudæorum. Nam siquis C
haberet causam cum alio, & non existente alia proba-
tione reduceretur causa ad iuramentum, & ille iuraret
falsum in præiudicium, si inde nulla punitio sequere-
tur, doleret nimis ille in cuius damnum iuramentum
falsè factum erat, & contenderet armis cum aduersa-
rio propter impatientiam cordis. Et ad tollendum
scandala ista debuit permitti: vel potius assignari talis
modus iurandi, in quo falsè iurans illico puniretur à
Deo. Sic enim erat in libello repudij. Nam propter
duritiem cordis Iudæorum permissus est: licet in se
absolutè bonus non esset: Matth. 19. Sic etiam fuit de
purgatione zelotypiæ: Num. 5. de qua infra dicetur.
Tertia erat ad honorem Dei: nam Hebræi erãt rudes,
& non colebant Deum propter amorẽ bonitatis suæ, D
sed propter timorem. Vnde lex data est in timore, si-
cut dicit Apostolus ad Galat. 3. Lex pedagogis data est
in timore. Et istud magis declarat ad Hebr. 12. vbi po-
nit differentiam legis nouæ, & veteris: sicut amoris, &
timoris. Debuit ergo se Deus talem ostendere, vt eũ
Iudæi timerent. Istud autem erat si quando coram
eo peccarent, puniret eos. Ideo dicebat, vt falsum iu-
rantes in templo puniret: quia sic crederetur esse De'
verus, qui poterat punire delinquentes, & cognosce-
bat veritates occultas dans vnicuique iuxta cor suum.
Quarum erat ad honorem, & dignitatem magnam
templi. Nam magna dignitas eius erat, si in eo de-
linquentes illico punirentur. Nam si in eo impunè
quis peccare posset, non crederetur aliqua virtus diui- E
na latere, vel esse in templo illo, & contemneretur,
vel non multum appreciaretur. Cùm autem peccan-
ter punirentur, crederetur templum diuinæ virtutis
esse: ideo hoc esset nimis honorabile. Istud autem
Deus nimis curauit facere in omnibus vasis ministra-
tionis suæ, vt crederetur virtus diuina in eis. Nam si-
quis videret arcam Domini nudam, vel vasa sacra, mo
riebatur illico, si non esset sacerdos: Num. 4. Etiam
cum Bethsamitæ vidissent semel arcam Domini nu-
dam, perierunt. Nam mortui sunt quinquaginta mil-
lia de eis: primo Regum 6. Et tunc habuerunt arcam,
& Deum in magna veneratione, dicẽtes: quis poterit
stare in conspectu Domini Dei sancti istius? Fecit etiã
tabernaculum, quod ante hoc fuerat valde terribile,
& venerabile. Nam siquis immundus accederet
ad illud, moriebatur. Ideo Deus valde admonuit Is-
raelitas, ne immundi existentes accederent ad sanctua
rium: quia morerentur in sordibus suis: Leuit. 15. Etiã
siquis accederet ad ministrandum in aliquo officio
Leuitico, vel sacerdotali non pertinente ad eum, mo-
riebatur. Laici si accederent ad officia Leuitarum
moriebantur: Num. primo. Et laici, & Leuitæ si ac-
cederent ad officia sacerdotalia, moriebantur: Num.
3. & 18. Sic factum est, quando ducenti & quinqua-
ginta viri proceres Synagogæ voluerunt vsurpare sa-
cerdotium. Nam combusti sunt coram altari: Num.
16. Etiam Datan, & Abiron, & tota eorum familia,
filij, & vxores, & pecora, vniuersaque substantia simul
perierunt descendentes viui in infernum: quia terra
aperuit os suum super eos, & deglutiuit ipsos, cùm cõ-
iurassent contra Moysem, & Aaron propter summũ
sacerdotium, eodem capit. Rex quoque Ozias cùm
voluisset offerre thymiama coram Domino, & non
esset sacerdos, percussus est à Domino lepra in frõte.
infra 26. & 4. Regum 15. Et non solùm extranei ac-
cedentes ad ministrationes sibi non debitas morie-
bantur, sed etiam quando sacerdotes ministrarent in
officijs suis, si essent immundi, vel errarent in aliquo,
moriebantur: vt patet de Nadab & Abiu filijs Aaron,
quos prima die ministrationis ignis egressus a domi-
no combussit, quia errauerant ministrando cum ap-
posuissent ignem alienum coram domino. Leuit. 10.
Et sic sanctuarium domini, & omnes ministrationes
eius in magna veneratione, & terrore erant Iudeis: sic
dixit Deus Israelitis Leuit. 26. Custodite Sabbatha
mea, & pauete à sanctuario meo. Motiuum autem
ad faciendum, quòd iurantes falsum in templo puni-
rentur, fuit: quia cùm esset contentio inter contrahen
tes super aliquo, & non posset aliàs probari, deferrent
sibi inuicem iuramenta, & qui deferret alteri cogeret
eum iurare in templo, quasi quòd in reuerentiam tẽ-
pli, & Dei specialiter ibi existentis falsum non dice-
ret. Et tunc si viderent Iudæi, quod aliqui falsum iu-
rabant in templo, & tamen non puniebantur potius
quàm iurantes extra sanctuarium, putarent templum
contemptibile, & nullius venerationis, sicut quemli-
bet alium locum prophanum. Deus autem volebat
hoc tollere, ideo pœnam ostendebat super quemlibet
iurantem falsum in sanctuario. Istud etiam fuit mo-
tiuum Salomonis ad petendum hoc, quia sciebat, q
propter reuerentiam loci multi inducerent debitores
suos ad iurandum ibi super debito: & si non infligere-
tur pœna falsum iuranti, contemneretur locus, quem
ipse fecerat magnis sumptibus, & laboribus, vt esset
magnæ sanctificationis semper: ideo debuit puniri à
Deo falsum iurans in templo.

*An Iudæus inducens Hebræum ad iurandũ in templo peccaret.*

*Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, an Iudæus inducens,
vel cogens Hebræum ad iurandum in templo,
in quo poterat mori si falsum iuraret, peccaret. Ali-
quis dicet, quòd peccaret, quia inducebat alium ad
occasionem periculi, ideo videbatur ac si ipse poneret
eum in periculo, & sic peccaret. Item patet efficatius,
quia non solùm inferebat talis alteri occasionem pe-
riculi: imò etiam veram mortem ei inferebat, quia
manifestum erat, quòd siquis ibi falsum iuraret, quòd
Deus eum occideret, vel infligeret aliam pœnam
grauissimam, & tamen siquis sciebat aliquem obliga-
tum sibi, & velle iurare in sanctuario, quòd nihil de-
bebat,

bebat, sciebat, quòd moriturus erat, & tamen volebat quòd iuraret: ideo volebat, quòd moreretur, & hoc peccatum erat. Respondendum, quòd non erat peccatum, quòd quis induceret alterum, vel cogeret iurare in templo Salomonis in casu, in quo veritas aliter non poterat probari. Primò patet, quia Salomon petiit hoc à Deo ad honorem templi sui, & Deus concessit illud: ergo non erat illicitum illud experiri, quia non orauerat Salomon istud, nec concesserat Deus, nisi ad hoc, quòd aliquando veniret in experientiam: ideo non peccaret, qui deduceret hoc in experientiã. Secundò patet, quòd alia similia concedebantur in veteri testamento. Nam siquis concepisset spiritum zelotypiæ contra vxorem suam, & tamen non potest probare ad hoc, ꝙ ei infligatur pœna adulteræ, concedebat Deus experientiam in aquis amarissimis per maledictionem sacerdotalẽ, & si mulier peccauisset, in tumescebat vterus eius, & rumpebantur femora atque moriebatur. Si autem non peccasset, manebat immunis, & gignebat multos filios: Num. 5. Et tamen vir in hoc non peccabat, sed ipsa si peccabat, moriebatur. Si autem non peccauerat, manebat illæsa, & etiã vir suus, & suscipiebat de illo multam prolem. Ita qui compelleret alium iurare, licèt ille moreretur, non peccaret. Sed dicet aliquis, quòd ista est probatio insufficiens: quia licèt Deus aliquid permittat, non propter hoc est licitum. Nam multa peccata nunc impunita deserit, & tamen non ob hoc peccatum erit aliquando licitum: etiam iura humana sic faciunt, quia permittit ius canonicum meretrices in ciuitate, & tamen meretrix peccat. Dicendum, quòd non stat, quia ista differunt nimis, præceptum, concessio, & permissio: nam præceptum est, quod iubet, & istud obligat ad faciendum, vel ad cauendum: Concessio est cùm aliquid non iubetur, & tamen conceditur nobis, quòd liberè vtamur illo: non incidentes in culpam, nec in pœnam, & istud est de rebus indifferentibus, vel de habentibus colorem alicuius mali, & tamen ex aliqua causa non sunt malæ. Permissio est cùm ius de re nihil loquitur vetando, nec iubendo: & licèt fiat, & mala sit nõ puniet illam, sed sub silentio pertransibit, & hoc propter ineuitabilitatẽ operis. In præcepti viu est virtus, concessionis non est virtus, nec vitium, in vsu permissionis est semper peccatum: licèt sit temporaliter impunitum. De præcepto exempla sunt manifesta in tota scriptura: de concessione patet, vt quòd Iudæo viro accipienti captiuam mulierem in bello liceret accipere illam in vxorẽ factis quibusdam cæremonijs: Deut. 21. Et tamen istud non erat præceptum, quia laudabilius erat nullam talem cõiugem accipere, nec in concubinam: ne tamen acciperentur in cõcubinas, & esset deterius, Deus concessit eis, quòd possent eas in coniuges accipere. Sic etiam erat de libello repudij: nam non erat sub præcepto, sed sub cõcessione, & hoc vt Hebræi propter duritiem cordis non inclinarentur ad deteriora: Matth. 29. Sic etiam erat de vsura, quam accipiebant Iudæi à conuersis ad Iudaismum: nam melius erat nullam accipere: & tamen propter duritiem cordis eorum concessum est, vt vsuras à Gẽtilibus, & à conuersis de Gentilibus acciperent: Deut. 24. Non est tamen dicendum, quòd in istis peccarent Iudæi, quia istud esset valde absurdum: nam tunc nulla differentia esset in concessis in lege, & non concessis; quia in vtrisque peccarent. Item sic non solùm diceretur concessa, vel permissa in veteri testamento vsura contra alienigenas, sed etiam contra Hebræos ex genere: sed in vtroque peccatum erat. Etiam non solùm esset permissus libellus repudij, sed etiam adulterium, si in libello repudij peccatum erat dando illum, sicut fornicando, siue adulterãdo: & ista sunt absurda.

F Item tunc specialiter concessisset aliqua mala, s. libellum repudij, & vsuram: sed omnia mala dicerentur esse permissa, & omnia concederentur in lege: vel nullũ concederetur, sed prohiberentur omnia, & tamen Deus concessit in lege ista, s. vsuram contra extraneos, & libellum repudij, ergo licèt viderentur aliàs mala, tamen ex concessione legis ablata est culpa, quæ aliàs poterat esse in eis, & in talibus propriè est concessio. Permissio est in illis, quæ mala sunt, & nulla ratione excusantur, nec excusari possunt, & tamen Deus non punit illa in lege, sicut est de meretricibus, & de multis alijs, quæ mala sunt, & tamen lex nõ prohibet illa, nec punit vtentes tali crimine. Ista distinctio procedit accipiendo propriè, & strictè permissionem. Accipitur G tamen largè sæpe concessio, & permissio pro eodem: sed non est rectè dictum, quia in concessione interuenit aliqua auctoritas, quæ facit actum licitum, s. auctoritas concedentis. In permissione autem nullius auctoritas intercidit, sed solùm negatur punitio, vel prohibitio: quia nullus tale factum punit, nec prohibet. Et tunc quando arguitur, quòd licèt Deus aliquid permittat non est licitum. Dicendum, quòd verum est, quia permissa non efficiuntur licita: imò accipiendo propriè omnia permissa sunt illicita, & tamen concessa licita efficiuntur, licèt aliàs fortè essent illicita. Sic autem dicitur hic, quòd Deus non permisit istam iurationem in templo, nec libellum repudij, nec vsuram, nec experientiam circa zelotypiam: sed cõcessit, H ideo sunt licita: sic etiam de iure humano dicendum est, quòd multa conceduntur, quæ aliàs essent illicita, & sunt licita. Alia autem nec conceduntur, nec negantur, sed subticentur, & ista sunt permissa, sicut meretrices esse in ciuitate. Sed adhuc obijcietur, quòd non erat licita ista iuratio, nec experientia zelotypiæ, quia isti erant purgationes vulgaris modi, & tamẽ purgatio vulgaris prohibita est, sicut fit in ferro candenti, & in aqua calida, & nimis frigida: vt patet in Decretis 25. 5. cap. consuluit, & cap. menam, & cap. Monomachiam, & extra de purga. vulga. per totum. Dicendum, quòd verum est, quòd ista purgatio esset vulgaris, & in se aliquantulum erat illicita: Deus tamen concessit illam Israelitis ex causa, s. quia aliàs concepta I spitione contra vxores occiderent illas. Sic etiam Deus multa alia concessit ex causa in veteri testamento, s. vsuram contra Gentiles, & conuersos de Gentilitate, & libellum repudij, & similia, quæ nobis Christo vetuit: sed inter Hebræos propter infirmitatẽ populi illius adhuc rudis, & indocti, voluit Deus concedere, quòd fierent hæc. Item redundabat iste modus orandi in honorem Dei: quia Israelitæ magis timebant Deum quàm amabant, cùm essent valde rudes, & carnales, & iuramenta fiunt in nomine Domini, cùm quis iuraret vanum, vel falsè in nomine Domini coram aliquo tari suo, si non puniret Deus iurantem, putarent Hebrei rudes, quòd ille Deus non sciebat iniuriam suam, vel si sciebat nesciebat illam vindicare, aut non poteK rat: vt ergo putarent eum scientem, & potentem decebat, ꝙ Deus puniret falsè iurantes in templo suo. Item erat hoc ad honorem templi Dei: quia cùm Israelitę viderent, quòd in templo puniebantur falsè iurantes, & extra iurantes falsè non punirentur, crederẽt & manifestè viderent virtutem diuinam latere in loco, & venerarentur illum. Si autem iurantes ibi falsè non punirentur, non videretur excedere templum Domini ad alia loca in sanctitate, & sic contemneretur, sicut loca prophana. Item conueniebat hoc ad concordiam Hebræorum inter se: nam erant Iudæi inter se valde increduli semper signa quærentes, & nõ credebant proximis suis per simplicia iuramenta, quia suspicarentur illos falsa locutos. Dato autem tali



tali modo iurandi illico crederent: quia appareret veritas ex hoc. Nam si iurans falsum dixisset moriebatur, vel apparebat in eo aliqua pœna manifesta. Si autem nulla pœna appareret manifestum erat, quòd verum loquebatur, & sic tollerentur multa litigia inter Hebræos, quæ aliàs efficerentur immortalia, & esset modus, vt inter se concordarentur. Ad primam rationem in contrarium in principio quæstionis, Dicendum, quòd non erat Iudæo illicitum alium Iudeũ cogere iurare in templo coram altari, & per hoc deducere ad occasionem periculi: Et hoc propter tria. Primò, quia licèt per hoc deduceretur quis ad occasionem periculi: tamen intentio cogentis eum iurare non erat directè deducendi eum ad periculum: sed vt veritatem sciret, vel vt non pateretur damnum in cõ- B modato, mutuato, vel depositò. Si autem quis vellet quòd alius iuraret solùm, vt per hoc moreretur, non intendens inde consequi aliam vtilitatem peccabat, sicut desiderans occidere alium. Secundum erat, quia dato quòd quis deduceret alium ad occasionem periculi nõ peccabat: quia ex culpa sua quis deducebatur, scilicet, quia nolebat verum fateri. Nam si verum iuraturus erat ille, qui compellebatur iurare, nihil periculi erat, & sic compellens eum iurare non inducebat ipsum ad aliquam occasionem. Si autem falsum iuraturꝰ esset, incidebat in mortem, vel aliam pœnam, & tamen hoc culpa sua fiebat, quia falsum iurare volendo, & non culpa inducentis eum, quia ille potius vellet, quòd verum iuraret: vt sic ipse consequeretur, C quod intendebat. Tertium erat, quia dato quòd esset hic aliquid illicitum, aliquo modo tamen concessio Dei fecit licitum, quod aliàs esset illicitum. Ad secundam rationem dicendum, quòd verum est, quòd siquis sciret, quòd alius volebat iurare falsum, & moreretur iurando, velle quòd iuraret erat manifestè velle, quòd iste moreretur, & tamen non est concedendum sic, quia cùm manifestum esset, quòd iurantes falsum coram altari, punirentur à Deo, nullus vellet scienter falsum iurare. Et dato, ꝙ quis diceret se iuraturum, id quod falsum erat, tamen non erat certum, quòd illud iuraret, sed magis verisimile est, quòd mutaret propositum, & non iuraret, vel si iuraret, quòd diceret verum: potissimè quia modus D erat, quòd iret quis ad iurandum coram altari de templo de dicẽda veritate in causa, in qua interrogaretur, & postea poterat deliberare quid responderet ad articulum, de quo quæreretur, & fortè tunc timore mortis responderet, quod verum erat, aut conueniret cũ aduersario suo nihil respondendo sub præstito iuramento. Potest etiam dici, quòd dato quòd quis sciret certissimè, quòd aduersarius suus falsum iuraturus esset, quòd poterat eum compellere ad iurandum de desiderio consequendi ius suum, & in hoc non peccaret, quia lex istud permittebat, vel potius concedebat propter Iudæorum imperfectionem.

### *An sit nobis licitum talia iuramenta facere.*
### *Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, an licitum sit nobis aliqua talia iuramenta petere, vel præstare, aut cogere aliquem ad præstandum qualia præstantur in templo Salomonis. Pro quo sciendum, quòd sicut in templo Salomonis, siquis iuraret falsum coram altari, moriebatur vel infligebatur ei alia pœna manifesta à Deo: ita sunt apud nos aliquæ Ecclesiæ, in quibus sunt corpora sanctorum, super quorum sepulchra si quis falsum iurauerit, manifestam punitionẽ in breui sentit. Sic etiam sunt apud nos aliqui libri sacri Euan- E geliorum, super quos falsè iurans annum non excedit, vt communis opinio est. Aliquis dicet, ꝙ illicitum sit compellere quemquam ad iurandum in talibus locis: eo quòd illi, qui falsum iurant, moriuntur, & talis est purgatio vulgaris. In contrarium dicẽt plurimi, quòd licitum sit: quia Salomon obtinuit à Deo talem modum iurandi, vt patet hic in litera: & 3. Regum 8. Respondendum, quòd quando quis purgat se de aliquo crimine, de quo est infamatus per iuramentum suum, licitum est, quòd compellatur iurare super aliquod altare, vel super sepulchra Sanctorum, ad hoc quòd maior reuerentia habeatur in iuramento: idem etiam quando iuramenta præstantur non ad purgationem, licitum est sic illa præstari ad satisfacien dum parti. Nam sicut iurantes compelluntur iurare super Sancta Dei Euangelia, vt propter reuerentiam eorum verum dicant, ita licet adhiberi omnes alias cæremonias, per quas tradantur cum maiori reuerentia iurare. Sic enim est, quòd iurent in Ecclesia super altare, vel super sepulchra Sanctorum. Vnde Papa compulit quosdam iurare purgando se super sepulchrum beati Petri 2. quæst. 5. cap. menam. Quædam Ecclesia alium compulit iurare super sepulchrum beati Apollinaris: vt patet ibidem, cap. quanto, & cap. quæ de causa. Quòd tamen aliquis iuret coram illo, vel super sepulchrum alicuius sancti, in quo creditur, ꝙ falsum iurans morietur certissimè, vel à Deo manifestè punietur, illicitum est, quia pertinet ad purgatio nem vulgarem. Sed aliquis dicet, ꝙ licitum sit præstari iuramenta super talia altaria, cùm Papa compulerit quosdam iurare super corpus beati Petri, & super corpus beati Apollinaris. Dicendum, quòd non est simile, quia ibi compulsi sunt ad iurandum super corpora illorum sanctorum ex reuerentia sola, & non credebantur morituri dato, ꝙ falsum iurarent. Et hoc modo compelluntur homines iurare communiter super Euangelia ad reuerentiam ipsorum: & tamen non creditur, quòd falsum iurantes punientur certissimè cum contrarium expertum sit. Secus autem erit ibi, vbi creditur falsè iurantes cetissimè puniendos à Deo, quia ibi est purgatio vulgaris. Sed aliquis dicet, ꝙ non sit purgatio vulgaris, quia illa vocatur vulgaris, in qua non potest illam subiens euadere, nisi miraculum fiat, sicut apparet in ferro candenti, & aqua frigidissima, aut calidissima, quia tam nocentes quàm innocentes lęduntur ibi nisi miraculosè liberentur. Istud autem est propriè accipiendo purgationem vulgarem: quia largius sumendo, etiam monomachia, siue singulare certamen est purgatio, in qua nocens potest euadere sine miraculo. Hic autem non est sic, quia iurando non lædunturinnocentes, sed solùm periuri, ideo non erit vulgaris. Dicendum semper, ꝙ purgatio ista vulgaris est, quia simile fiebat ad purgationem de adulterio in muliere suspecta, quæ cùm biberet aquas amarissimas, s. maledictas, si innocens erat, non nocebant ei aquæ, & erant de se tales, quæ ei nocere non poterant, nisi Deus ex miraculo faceret, ꝙ nocerent. Si autem mulier rea esset, nocebant ei aquæ rumpentes femur: Num. 5. Ista tamen erat probatio vulgaris: vt patet 2. quæst. 5. cap. in libro Numerorum, & habetur ibi pro palea: nam in tota illa quęstione agitur de purgatione canonica, vel vulgari. Et ponitur iste, sed ad declarandum, ꝙ esset illa purgatio vulgaris, quę fiebat per aquas amarissimas: & tamen omnino est similis purgatio, quæ fit super corpora sanctorum in casu dato, ergo est vulgaris. Pro quo sciendum, ꝙ purgatio vulgaris habet tres gradus. Primus est quando sumitur talis modus probandi, in quo necesse est periclitari tam nocentem quàm innocentem, nisi à Deo miraculosè liberentur, & ista est purgatio, quæ

fit

Universidad de Deusto
Biblioteca



fit in ferro candenti, & aqua calidissima, & frigidissima, & ista est valde illicita inter alias: de hac 2. quæst. 5. cap. menam: & c. consuluit, & extra de purga. vulgari, cap. dilecti filij. Secundus gradus est, quando probatio est talis, per quam non potest cognosci quis reus, aut innocens sit. Et tamen est talis à qua potest tam nocens, quàm innocens, sine miraculo liberari: quia tamen nō constat ex ea quis nocens, aut innocens sit, & insuper contingit interdum innocentes mori, & nocentes superare, reprobata est. Et sic est probatio per duellum, vel per similem modum pugnandi: sic patet 2. quæst. 5. cap. monomachiam, & extra de purga. vul. cap. cùm suscepti, & cap. significantibus, & ista licèt sit mala, tamen non est tam mala sicut prima. Tertius gradus est in purgatione illa, per quam inuenitur delictū sufficienter, & tamen ad inueniendum illud tentatur Deus, vel saltem fit aliquid ad tentandū Deum, vt inueniatur delinquens, & sic est purgatio per aquas amarissimas: Num. 5. Nam ibi mulieres innocentes non poterant lædi. Etiam probatio erat manifestè probans, in qua nunquam erraretur, cùm esset à Deo introducta. Aliquo modo tamen tentabatur Deus: quia volebant homines per huiusmodi purgationem cognoscere voluntatem Dei. Sic etiam in iurantibus in templo Salomonis, vt patet hic, quia sufficienter veritas manifestabatur per hoc iuramentū, cùm esset iste modus introductus à Deo, & non poterat in eo periclitari, nisi nocens, & etiam erat ista probatio talis, quæ secundum se non poterat malum inferre, nisi Deus vellet supernaturaliter nocere. Sic etiam est in iurantibus super altaria, vel corpora sanctorum super quæ falsè iurantes creduntur à Deo certissimè puniendi, quia in ijs attenditur quid Deus facere velit de illis. Ecclesia tamen vetuit omnem purgationem in qua tentatur Deus: vt patet extra de purg. vul. cap. dilecti filij: ideo non sunt aliqua istarum toleranda, & non solùm istæ, sed etiam aliæ minores, in quibus Deus minus tentari videtur non permittuntur, sicut antiquitus constitutum erat: quia si in monasterijs furta fierent, omnes fratres communicarēt: & quando abbas daret eius Eucharistiam diceret, corpus Domini sit tibi ad probandum hodie, vt patet in Decretis 2. quæst. 5. cap. sæpe contingit. sed ipsa purgatio, licèt olim ab Ecclesia introducta esset, postea auctoritate Ecclesiæ reprobata est, vt dicit ibidem gloss. Et patet hoc, quia homini suspecto nunquam danda est Eucharistia, quanto magis non debet dari ad inuestigandam veritatem suspitionis: vt patet de consecra. distinct. 2. cap. tribus. Dicendum ergo, quòd illicitum est, quod quis compellat alium ad iurandum super talia altaria, vel sepulchra sanctorum, vel libros sacros, vel quod quis subeat talem purgationem, licèt sibi offeratur. Nam peccabit, qui sponte subierit talem purgationem sibi oblatam: non quidem quòd illicitum sit reo, sic iurare: sed vt non consentiat malitiæ petentis talem purgationem. Isti modi purgationis vulgaris, & alij qualescunque sint in tantum sunt reprobati, quòd sententia lata prætextu talium probationum non tenet, sed restituitur læsus: extra de purg. vulg. cap. significantibus. Dicendum ergo generaliter, quòd omnes illæ probationes, quæ vel incertæ sunt, vel periculosæ, vel expectant aliquid à Deo pertinent ad purgationem vulgarem: quia Deus tentatur in talibus. Et licèt Deus dederit quibusdam sanctis suis ad singularem honorem, quòd iurantes in Ecclesijs eorum, vel in altaribus, vel super sepulchra ipsorum falsè habeant aliquam punitionem: homines tamen non debēt subire experimenta diuinæ virtutis. Cùm autem obijcitur, quòd Salomon impetrauit istud à Deo: ergo non est illicitum. Dicendum, quòd impetratum fuit ad duritiem cordis Iudæorum, qui in omnibus volebant miracula, & tunc conueniens fuit, sicut multa alia fuerunt concessa. Nobis tamen nihil illicitum conceditur in nouo testamento, nec cōcedit Ecclesia in suis Decretis: ideo omnia talia aboleri debent.

Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum. Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cùm eos afflixeris, exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata seruis tuis, & populi tui Israel, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo, & aurugo, & locusta, & brucus, & hostes vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnisque plaga, & infirmitas presserit: siquis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuiq; secundum vias suas, quas nosti cum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus, quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto: tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta, pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel: & cognoscant, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui.



*Si superatus.* Hic ponitur secunda petitio pluralis, scilicet de hostilitate. *Et dicitur: si superatus fuerit populus tuus Israel.* Casus est, q̄ Israelitæ peccarent contra dominum, & Deus iratus traderet eos in manus hostium, s. quòd mitteret hostes in terram Israel, & pugnarent contra Israelitas, & ipsi fugerent à facie eorum, caperentque hostes aliquam terram de manu Israelitarum, tunc si orarent in templo, quòd Deus confortaret eos contra hostes, & faceret, quòd recuperarent terram quam perdiderant. *Et dicitur si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis.* Præsupponitur, quòd isti inimici Israelitarum venirent in terram Israel ad pugnandum, & non valerent ibi Israelitæ resistere eis, sed fugerent. *Peccabunt enim tibi.* Istud est assumptiuum, vel redditiuum causæ superioris dicti: ne quis diffideret aliquis, quomodo hostes venient contra Israelitas, cùm Deus illos specialiter custodiat. Respondetur, quòd peccarent Israelitæ, & ex hoc euenirent eis mala, & dixit hic Salomon, peccabunt, non tamquam Propheta futura prædicens, sed considerans conditionem humanam, quia difficilè est, quòd sit aliquis homo, qui non peccet, sicut dicitur infra: Nec enim est homo, qui non peccet. & si hoc in quolibet homine est, potissimè erit in vno populo. Nam difficilius est non peccare populum, quàm non peccare vnum hominem, quia in populo multi sunt, & difficile est quemlibet tenere ne peccet. *Et conuersi egerint pœnitentiam.* Scilicet, postquam ab hostibus fuerint vastati, si cognouerint, quòd Deus illos tradidit in manibus hostium propter peccata sua, & doluerint de illis, & tunc conuersi fuerint ad dominum petentes misericordiam, & auxilium. *Et obsecrauerint nomen tuum.* Obsecrare est per inuocationem alicuius meritorate, sicut cùm dicitur: oro per Passionem tuam domine Iesu, & per Resurrectionem tuam, & per Ascentionem tuam, miserere mihi peccatori: & ita Hebrei implorabant misericordiam diuinam per merita Abrahæ, Isaac, & Iacob, & per pacta, quæ cum eis fuerat, & istud erat obsecrare. *Et fuerint deprecati in loco isto.* Scilicet, quando fugati fuerint ab hostibus, venerint ad locum templi, & ibi orauerint ad te: sic faciebant quando pugnabant vndecim tribus Israel contra vnam, scilicet contra Beniamin: nam veniebant quaslibet vice ad tabernaculum domini in Silo, & ibi orabant, & petebant an rursus in bellum ascendere debeant, & Deus respondebat eis quousque dixit, quòd ascenderent, & traderet in manus eorum filios Beniamin: Iudic. 20. capitu. *Tu exaudi de cœlo.* Fingitur Deus esse in cœlo tanquam rex venerandus sedens in solio excellenti, & inde audiens, & videns gemitus eorum, illis prouidens, & dicitur hoc: quia cœlum est pars excellentior orbis, & cùm Deus in orbe sit diffusus, & honestius collocari videbitur in cœlo quàm alibi. Etiam quia Deus specialiter in cœlo est: nam ibi glorificat spiritus beatos visione sua, & se eis manifestat. In alia autem parte orbis hoc non facit: proprius ergo ibi quàm alibi est. *Et propitiare peccato populi tui.* Id est miserere populo tuo peccanti, & erit Hypallage: nam peccato non debetur misericordia cùm illud non sit, nec susceptiuum sit, nec egeat misericordia: sed homo peccans eget misericordia. Et dicitur propitiare peccato populi tui, id est miserere populo tuo propter peccatum illud eū deleas. *Et reduc eos in terram, quam dedisti patribus eorum.* Scilicet, aliqui eorum nonducti erant captiui, qui capti erant in bello, & alij remanentes orant in templo pro se, & pro ijs, qui capti erant ab hostibus, & ducti in terram alienam, vt reducantur in terram suam. Aliter potest intelligi, quòd Israelitæ superati erant ab hostibus, & nonducti fuerant captiui, sed perdiderant aliqua loca terræ suæ, quæ iam occupauerant hostes, & confugerant ad alias vrbes, & ad locum templi, & ibi orant, quòd reducantur in terram, quam Deus dedit patribus eorum, scilicet in loca, in quibus prius habitabant exclusis inde hostibus. *Si clauso cœlo.* Hic ponitur tertia petitio de defectu pluuiarum, & temporum siccitate. Casus est, quòd Israelitæ peccarent contra dominum sicut assueti erant, & Deus iratus subtraheret pluuiam, & terra periret siccitate, & tunc venirent Israelitæ ad orandum in templo pro pluuia, quòd Deus exaudiret eos dando pluuiam: Ponitur ista pœna, & remedium orationis: quia terra Chanaan, in qua habitabant Iudæi erat terra sicca, & egens pluuia de cœlo. Nam fuerant Israelitæ prius in terra Aegypti, in qua ad terræ nascentia non opus est pluuia, sed Nilus diffusus per planitiem terræ Aegypti terram inebriat, & fecundat, & germinare facit. Terra autem Chanaan non est sic plana, vt per illam possit deriuari aqua fluminum ad fecundandam eam, ideo eget pluuia de cœlo: Sic patet Deut. 11. s. Terra, ad quam egredieris possidendam, non est sicut terra Aegypti, de qua existi, in qua iacto semine in hortorum morē aquę ducuntur irriguæ: sed montuosa est, & campestris de cœlo expectans pluuiam, quam Dominus Deus tuus semper immisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. Et dicitur. *Si clauso cœlo pluuia non flueret.* Est metaphora tracta ex modo intelligendi vulgari: putant enim vulgares, quòd aquę pluuiales sint intra cœlum, & teneantur ibi dum clausum est, & cùm aperitur fluunt, & sic putant, quòd quandocunque pluit cœlum aperitur. Istum modum loquendi vulgarem sequitur scriptura, vt patet Gene. septimo, cùm ageretur de diluuio, quod fuit ex abūdantia pluuiarum, dicitur: rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt: quasi quòd in cœlo esset tota illa multitudo aquarum, quæ fluxit in diluuio, quia tamen cataractæ cœli clausæ erant prius, non fluebat. Cùm autem Deus aperuit cataractas cœli fluxit pluuia immensa. Sic accipitur Deutero. vigesimo octauo, scilicet, aperiat Dominus thesaurum suum optimum cœlum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ tempore suo. & ibi è conuerso ponitur, quòd clauditur terræ cœlum propter peccata, vt inde non fluant pluuiæ. Non est tamen sic secundùm veritatem: quia in cœlo nulla pluuia est: nam pluuia est ens metheoricum de natura elementali, & tamen corpora cœlestia sunt de quinta essentia, quæ nullo modo est in ista essentia elementorum, quia alias fieret alteratio, generatio, & corruptio in corporibus cœlestibus, quod falsum est: Etiam videretur contra naturam, quòd cùm corpora cœlestia sint supra omnem leuitatem elementalem, quòd aliqua natura elementalis grauis esset supra cœlum. Etiam dato, quòd essent aquæ elementales supra cœlum, non posset cœlum aperiri, & claudi, & aliquando fiuerēt pluuiæ, & aliquando non: quia cœlum non suscipit scissionem, nec corruptionem, nec aperitionem, nec alias peregrinas impressiones. Nec obstat, quòd dicantur aquæ esse super cœlum, quia non sunt veræ aquæ super cœlum, sed est substantia cœlestis, quæ est velut aqua gelida, & vocatur cœlum christallinum: de quo magis declarabitur Dani. 3. in cantico Angelorum: sed pluuia secundùm veritatem in aere gignitur: quia est ens metheoricum causatum ex vaporibus eleuatis de terra calore solis, & cùm in regione aeris condensantur, quia ipsi natura sua humidi sunt, efficiuntur pluuiæ, & pondere suo fluunt, & sic fiunt pluuiæ, quia tamen vulgares Hebræi putabant cœlum esse totum, quod est super nos, vocabant etiam

regio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



regionem aeris cœlum, & sic dicitur Psal. octauo. Volucres cœli, & pisces maris: sic etiam Christus accepit Matth. decimotertio, scilicet. Aues cœli comederunt illud, ideſt aues aereis, quia aues non volant per cœlum, sed per aerem: & ideo putabant, quòd in cœlo pluuia esset, & quando aer erat siccus, & quasi durus, & indispositus ad generationem, & fluxum pluuiarum, dicebant cœlum esse clausum, & cùm erat aer mollis, humidus, & dispositus ad generationem, & fluxum pluuiarum dicebatur aperiri cœlum, & influere pluuia. Et quia quando aer est desiccatus, & quasi durus, nunquam pluit, dicit scriptura cœlum esse durum, & ferreum, quando non pluit: vt patet Deuteron. vigesimo octauo, scilicet: Sit cœlum, quod supra te est æneum, & terra quam calcas ferrea: det dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cœlo descendat super te cinis donec conteraris: & sic dicit scriptura clausum esse cœlum, quando est tempus magnæ siccitatis, ita vt nullæ pluuiæ fluant. *Propter peccato populi.* Considerandum circa istud, quòd Salomon orat hic pro pluuia, pro bona habitudine terræ nascentium. Sunt autem terræ nascentia ex duobus, scilicet ex humore terram fœcundante, & ingrassante, & ex calore digerente: pro calore autem nunquam oratur, quia cùm calor causetur principaliter ex motu solis super terram, & sol tenet motum suum vniformiter omni tempore, non deficit calor nisi per accidens: ideo licèt calor digerens sit causa præcipua terræ nascentium, nunquam oratur pro illo. Aqua autem pluuialis interdum est multa, ita vt omnia alluuione pereant. Interdum autem est nulla, ita vt omnia marcescant: ideo pro hac principaliter oratur. Ista autem solet tolli propter peccata populi. Nam licèt naturaliter eueniat defectus pluuiarum: ista tamè dispositione diuina eueniunt propter peccata nostra: & ipsa corpora cœlestia sunt instrumenta diuinæ iustitiæ contra nos: iuxta illud Sapien. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Et impossibile est ordine naturali, vel per quemcunque alium ordinem aliqua mala, vel incommoda nobis euenire quin illa propter peccata nostra eueniant, & à Deo iudicata sint: alioquin esset aliquid, quod non caderet sub prouidentia Dei: vt ait Boetius quarto de Consolatio. prosa 6. Ideo Deus in pœnam peccatorum tollit pluuias: Deuteron. vndecimo, scilicet. Cauete, ne recedatis à domino, iratusque claudat cœlum, & pluuiæ non descendant: & Deuteron. vigesimo octauo: dicitur: Sit cœlum, quod supra te est æneum: & terra, quam calcas ferrea: det Deus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cœlo descendat cinis, donec conteraris. Et non solùm Deus propter peccata solet auferre pluuias, sed etiam omnino flumina aufert, & reddit terram salsuginosam: ita vt non habitetur: Psal. 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea. *Et deprecati fuerint te in loco isto.* Scilicet orando, quòd des eis pluuias. *Et confessi.* Confessio est laus diuina, vel est professio peccatorum: & istud erat, quòd quando Israelitæ propter peccata sua priuarentur pluuia, dicerent, quòd Deus fuerat iustus auferendo eis pluuiam, quia ipsi facerent multa enormia, pro quo hoc merebantur: & in hoc erat confessio, ideſt laus Dei, scilicet, quia laudabant Deum, dicentes, quòd iustè puniuisset eos. Etiam erat confessio, siue manifestatio peccati, quia dicebant se peccasse, & ideo cueniſſe sibi ista mala: istum modum orandi pro peccatis tenebant omnes sancti antiqui, vt patet Daniel septimo, cùm orabat pro populo, dicens: Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei; ideſt tu domine iustè fecisti punien-

do nos, & nobis est confusio faciei, ideſt verecundia: quia tot peccata egimus, per quæ malum hoc promeruimus, quòd erubescimus illa confiteri. *Et conuersi à peccatis suis cùm eos afflixeris.* Ideſt si conuersi fuerint à peccatis suis agentes pœnitentiam de eis, cùm afflixeris eos: quasi dicat, si in ista afflictione positi conuersi fuerint cessantes à peccatis suis, exaudi eos: nam si non cessarent à peccatis suis, etiam si essent constituti in magnis periculis, non erat rectum, quòd Deus exaudiret eos, nec orabat Salomon, quòd sic existentes exaudirentur. Et dixit hoc Salomon, quia iste erat modus Dei, scilicet, quòd si Israelitæ peccarent contra eum, affligebat eos: & si non conuerterentur inducebat aliam maiorem afflictionem, & sic per ordinem, & postea cùm conuerterentur ad dominum, etiam si essent in vltima pœnarum, Deus miserebatur eorum: vt colligitur Leuit. vigesimo sexto capitulo: vbi ponitur ordo puniendi, quem Deus haberet contra Iudæos, quando peccarent, scilicet, quòd si non conuerterentur semper punitiones earum augeret, & cùm ponitur vltima pœnarum, quæ erat, quòd ducerentur in terram hostilem subditur: peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet: quòd si de ijs aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata sua, & patrum suorum affligentur donec confiteantur iniquitates suas, & malorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me, & tunc Deus reducebat Israelitas in terram suam expleta pœna peccatorum suorum: sic patet Deuteron. trigesimo, scilicet: Miserebitur tui, & rursùm congregabit te de cunctis populis ad quos te prius dispersit: si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde detrahet te dominus Deus tuus, & assumet, & introducet in terram quam possederunt patres tui. *Exaudi de cœlo domine.* Quia Deus fingitur esse in cœlo, vt habitans, petitur, quòd inde exaudiat. *Et dimitte peccata seruis tuis, & populo tuo Israel.* Scilicet, parce illis ne vltra illos punias propter peccata illa, propter quæ pluuias abstuleras, sed incipe dare pluuias populo tuo. *Et dirige eos viam bonam, per quam ingrediantur.* Scilicet, Israelitæ inciderant in defectum pluuiarum, quia ambulabant in via mala recedentes à præceptis tuis, sed nunc da eis cor deuotum, vt conuertantur ad te, & sequantur præcepta tua. Et istud est docere eos viam bonam, scilicet, ne postquam conuersi fuerint ad dominum, & Deus dederit eis pluuias, redeant ad alias peiores iniquitates, propter quas Deus maiores pœnas inferat: nam incipientibus iniquitatibus Deus auferebat pluuias: si autem peccata crescerent, reddet Deus terram inhabitabilẽ per siccitatem: vt patet Psal. 106. scilicet: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea. *Et da pluuiam terræ.* Scilicet, ne terra pereat propter iniquitates habitatorum, quam dedisti populo tuo ad possidendum. Scilicet, etiam si tu non dares pluuiam terræ propter merita habitatorum eius, saltem deberes dare pluuiam propter terram: quia tu dedisti terram istam habitandam patribus istorum: & ob hoc debes curare ne terra pereat. *Fames si orta.* Ista est quarta petitio de bruco, ærugine, & locusta terræ nascentia vastante, & est casus, quòd si propter peccata Israelitarum Deus mitteret super eos brucum, locustam, æruginem, & insuper hostes, & sic vastaretur terra, siquis de populo oraret in templo, quòd auferret ista plaga, quod Deus illam auferret: & dicitur. *Fames si orta fuerit in terra.* Ponuntur hic diuersa mala, quæ possent accidere Israelitis, & ponitur primò fames non determinando aliquẽ modum causę eius: sed intelligitur, quòd ex quacunque



cunq; causa eueniret Deus auferret illã. Erat n. fames malum grauissimũ, q̃ interdũ tantũ grauabat Hebræos, vt cogerentur ad cibos infames, s. ad comedendũ carnes filiorũ suorũ, & ad comedendũ sanguinẽ fluentem de vtero, & pelles secundinarum: & istud accidebat Israelitis q̃n propter aliqua peccata grauissima tradebant in aliquã obsidionẽ: nã tunc grauissima fames eos opprimebat, vt patet Deute. 28. s. obsideberis intra portas tuas, & comedes fructũ vteri tui: & carnes filiorum, & filiarũ tuarum in angustia, & vastitate qua opprimet te hostis tuus: hõ delicatę vitæ, & luxuriosus valde inuidebit fratri tuo: & vxori, quæ cubat in sinu suo, ne det ei de carnib⁹ filiorum suorum quas comedet: eo q̃ nihil aliud habeat in obsidione, & penuria, qua vastauerint te inimici tui intra portas tuas: tenera mulier, & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis figere vestigium propter mollitiẽ, & tenuitudinem nimiã inuidebit viro suo, quæ cubat in sinu suo super filij, & filiæ carnibus: & super illuuie sę cundinarũ, quæ egrediuntur de medio seminum ei⁹, & super liberis, qui eadem hora nati sunt. Simile autẽ accidit i obsidione Samariç, q̃n Benadad rex Syriç obsidebat Ioram regem Israel in Samaria: nam duæ mulieres præ magnitudine famis conuenerunt inter se, quòd comederent filios suos, scilicet quòd vna die comederent filium vnius, & alia die comederent filium alterius, & comederunt filium vnius: vt patet quarto Regum septimo. Erat autem tanta fames eo tempore in Samaria, q̃ vẽdebatur caput asini octo genta argenteis: & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. *Et pestilentia.* Ista est ægritudo, q̃n hoies infecti faciliter moriuntur: & est morb⁹ cõgriosus, & ista non est pars famis, nec aliquid sequens ex fame: sed malũ per se: nã potius pestilentia prouenit ex abundantia terræ nascentiũ quã ex fame: ideo vocatur pestilentia à pastu, quia propter saturitatẽ facili⁹ corrumpuntur corpora quã propter famẽ. *Aerugo.* Vocatur ærugo quidã vermis, qui nascitur in foliis arborum, & oia desiccat, & consumit: & vocatur ærugo quasi vrugo ab vrendo dicta, quia est calidæ naturę, & oia deficcat, & incinerat. *Et aurugo.* Est quædam passio vel nocumentũ prouenies terræ nascentibus ex corruptione aeris: & vocatur aurugo, quasi ante rubigo, & est nocumentũ istud, quo terræ nascentia marcescunt, vel patrefiunt degenerãdo à naturali virore, & declinando in pallorẽ, & vocat istud nocumentũ pestis Amos 3. Reg. 8. i. quia segetes vel terræ nascentia depantur. i. destruit: sicut aer corrupt⁹ est quo corpora humana infecta corrũpuntur, & vocamus pestẽ: sed alius modus corruptionis est. *Et locusta.* Aial cognitum est, quod à principio nõ habet alas, & postea successiu tẽporis, & deuorat terræ nascentia. *Et brucus.* Aial est nigrum quod vinearũ flores depascitur, & est paruulũ alati: & tñ. 3. Reg. 8. ponitur rubigo, & est infectio q̃dam, quæ ere prouenies qua segetes marcescunt, vel pudefiunt, vel saltem exuruntur, & istud est verius. s. q̃ aliqñ propter nebulã, vel ventum pessimũ flantẽ ipsis segetum à principio exuruntur, & grana proferre non possunt, & vocatur ista pestis vredo, i. exustio, quia ex calore venti prouenit: sic accipitur Gen. 41. c. cùm dicit Pharao septẽ spicas tenues, & percussas vredine: & sic differt rubigo ab ęrugine, & aurugine. Aliquãdo sit oia ista mala simul veniunt Dei mãdato super segetes: vt patet Ioel. primo, cùm Deus comminatus est mala regno Iuda. s. residuum ærucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit brucus, & residuum brucí comedit rubigo. Vocatur enim eruca, quæ vocatur hic ęrugo. s. vermis, qui nascitur in foliis arborum, & exurit illa. *Et hostes vastatis regionibus portas obsedebunt.* Istud etiam est aliud malum. s. hostilitas, & similia



tur præcedentibus, quantum ad aliquid, quia sicut per ęruginem, brucum, & locustam destruuntur terrenascentia, ita per hostium incursum: ipsi n. plus vastant quàm omnia alia nocumenta: ideo dicitur hic, & hostes vastatis regionibus portas obsederint. s. portas vrbium. Quia iste erat processus hostium, vt primò destruerẽt terrænascentia, ne obsessi pro sequenti anno ibi spem victualium haberent: deinde obsidebant vrbes, vt bello, & fame per diuturnam obsedionem ad deditionem obsessos cogerent. Et ponitur istud inter alia mala, quia per orationem factam in templo liberabantur Israelitæ ab omnibus malis, & plagis, vt patet ex litera sequenti, scilicet. *Omnisque plaga, & infirmitas præcesserit.* Ponitur hic clausula generalis, scilicet non solũ liberarẽtur Israelitę à malis supra positis per orationem factã in templo. Et ponitur plaga, & infirmitas: quia plaga est malum ab extrinseco veniens: infirmitas est malum prouenies ab intrinseco: & vocantur plagę omnia mala à Deo exterius inflicta: vt pestis, & quæcunque alia: infirmitas vocatur malum naturaliter eueniens ab intrinseco, sicut quæcunque ægritudines. *Siquis de populo tuo Israel fuerit deprecatus.* Scilicet, quicunque deprecatus fuerit, exaudiatur pro seipso, si in recto corde deprecatur: & ponuntur alia mala 3. Reg. 8. scilicet deuoratio, & increpatio. Vocatur deuoratio malum quod infligitur à bestiis, et quibuscunque in terra nascentibus quãdo illa deuorant, & deuastant. Increpatio pęna est quæcunque: & est modus loquendi frequentatus in scriptura, vt pat. Psal. 105. s. & nõ permisi quemquam nocere eis: & increpuit pro eis reges, ideſt puniuit: sic ẽt dicitur quòd increpuit Deus mare rubrum, ideſt puniuit illud, vel percussit. Alio modo vocatur increpatio quædam pęna, quæ est à Deo nobis inflicta, & est in sola aĩa nostra. s. qñ displicet nobis de operibus nostris: & hoc non est præcipuè quasi illa male se habeant: sed quia Deus vult, q̃ angustiemur in nobis: & immittit nobis istam displicentiam: Sic patet Deu. 28. scilicet: Mittat dñs increpationem in oĩa opera tua, donec cõterat te, & perdat velociter. *Cognoscens plagam, & infirmitatem suam.* Scilicet cognoscens, q̃ illa plaga vel infirmitas à Deo erat, vel cognoscens plagam illam et infirmitatem eueniſſe propter peccata sua: nam non potest accipi cognitio aliter pro sola cognitione: quia tunc necesse esset, quòd omnes de Israel cognoscerẽt plagas suas nisi essent amentes: sed dicitur hoc, quia licèt aliqui scirent se plagatos, et infirmos, si non cognoscerẽt propter peccata sua eueniſſe hæc, et à Deo fuisse inflicta, non exaudiret Deus illos, quia Deus nõ exaudit nisi ad se conuersos, sicut supra dicebatur: si deprecati fuerint in loco isto, et confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis. *Expanderit manus suas in domo hac.* Scilicet, expanderit manus orando pro plaga, et infirmitate, vt sanetur, quia iste est modus orãdi per eleuationem, vel expansionem manuum. *Tu exaudi de cœlo.* Scilicet, quia Deus in cœlo specialiter est, inde exaudire dicitur specialiter cùm ibi specialiter sit. *De sublimi, scilicet habitaculo tuo.* Expositio est, scilicet, quòd cœlum est habitaculum Dei sublime, quia super nos est, et licèt ibi sublimis sit iustè nos exaudiet. *Et propitiare.* Ideſt miserere deprecanti. *Et redde vnicuique secundum vias suas.* Ideſt bonis bona, et malis mala. *Quas nosti cum habere in corde suo.* Scilicet, in corde est vera bonitas, et vera malitia. Ea autem, quæ foris sunt, magis sunt signa bonitatis, et malitiæ interioris, quàm sint vera malitia, et bonitas: et quia Deus cognoscit cor, potest dare vnicuique iuxta cor suum, non considerando quod exterius apparet, quia possunt exteriora esse falsa signa: et non est intelligendum, quòd Salomon oret, q̃ malis dentur

Universidad de Deusto
Biblioteca



mala & bonis bona, quia hoc Deus etiã à nullo oratus faciet, sed intelligitur de illis, qui cognouerũt propter peccata sua inflicta fuisse eis mala à Deo: quia isti iam boni effecti sunt, ꝙ Deus eis misereatur: Mali vero sũt, qui à Deo puniti indurantur, & nolunt ad Deum conuerti, quia istis mala danda sunt: non.n.est orandũ pro talibus, qui nolunt conuerti quòd Deu misereat eis: quia non sunt dispositi ad suscipiẽdum misericordiã. *Tu enim solus nosti corda hominum.* Est declaratiuum præcedentis dicti. s.quòd Deus redderet vnicuique iuxta opera sua, & iuxta cor suũ. Aliquis aũt quæreret qũo hoc fieri posset. Respondetur ꝙ faciliter, quia Deꝰ scit solus corda hominum. *Vt timeant te.* Iste fructus erat ex punitione Dei super malos, et ex prẽmio iustorum, quia cũ quilibet videret, quòd Deus retribuebat ei ſm merita cordis sui, videret, ꝙ Deus cognoscit cor eius: & sic timeret eũ valde. s.quia non solũ cognoscebat, quæ foris erant, & puniebat pro illis, sed etiã puniebat pro illis, quæ erãt in corde illa puniens: & dicitur hic de corde, quia vera bonitas, & vera malitia præmio, & pœna dignæ sunt: ista autem in solo corde sunt: nã aliqui sunt verè mali, qui foris ostendũt se religiosos nimis, iuxta illud Salomonis: Est ꝙ nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et illud Matt.7.scilicet: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Ideo Christus omnia bona, & mala in corde esse dixit inquiens, quòd id, quod per os intrat non coinquinat aĩam: sed id quod exit per os: Matt. 15. Et ob hoc Deus, qui est iudex certus non iudicat per exteriora, sed solùm per cor: vt patet 1.Re.16.s.Nec enim iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea, quæ extra apparent: Deus aũt intuetur cor: ita etiã si homines possent cognoscere plenè corda aliorum, nõ iudicarent p exteriora, sed ex corde: quia tñ nõ cognoscũt corda, iudicãt p exteriora, q̃ sunt argumẽta interiorum, iuxta illud primo Perihermenias. Sunt ea quæ sunt in voce, eorum, quæ sunt in anima passionũ notæ. Et ob hoc inducunt hoĩes testes in iudiciis suis, & alias probationes, quia non corda cognoscunt, quæ si cognoscerent, nec testibus, nec aliis probationibus vterentur: nam non est deueniẽdum ad probationes peregrinas, & exordinarias, & debiles, qñ possunt probationes necessariæ haberi: sicut non est standum præsumptioni probabili, qñ possunt testes de visu haberi. Defectus tñ cognitionis huius facit, quòd nos vtemur multis generibus probationum. Et istud est quare Deus in iudicio suo non vtitur testibus. s.quia testes sunt minor probatio quàm cognitio cordis. Nam testes possunt deierare vel errare in dictis, vel quomodocunque peruerti. Cognitio autem, quæ fit per cor', nõ potest peruerti. Ideo illa sola Deus vtitur. 1. Reg. 16.s. Nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt, quæ extra apparent, Deus autem intuetur cor. *Cunctis diebus, quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.* Dicitur hoc ad ſignandum esse tempus. s.quòd omni tempore timerent Israelitæ dominum videntes, quòd iudicabat ex corde potiusquã ex opere exteriori, Et dicitur cunctis diebus &c.nõ ad intelligendum, quòd solùm timerent Deum qñ manerent in terra Chanaan, quam Deus dederat eis, ꝙa etiam si essent extra terram illã timerent dñm, & fortè ibi timerent eum magis quã in terra sua: nam Israelitæ semper erant in terra sua, nisi cùm peccarent grauissimè dño venientes ad extremum malorum: quia tunc non sufficientibus pœnis, quas Deus infligebat eis in terra sua, tradebat eos in manus hostium, & ducebantur captiui extra terram suam: Leu.26. Et cũ nõ ꝙuerterentur manentes in terra sua, ꝙuertebãtur manentes in terra aliena: & tunc Deus miserebatur eorũ, & reducebat eos in terram suam. eo.ca. & Deu.3. Ideo vbicunque essent, timerent dominum videntes, ꝙ iudicabat ſm cor: sed dicitur hoc ad ſignandum omne tempus, quasi præsupponatur, quòd mansuri erant Israelitæ in terra illa omni tempore, quo viuerent, & dñs, quam dedisti patribus eorum: quia terra Chanaã, non data fuerat Iudæis, qui nunc erant in ea, sed patribus eorum. s. primis, qui sub Iosue ceperunt possidere terram illam. *Externum quoque.* Ista est petio quinta, qua oratur pro aduenis, & Gentilibus. Casus est, quòd rem plum Salomonis efficeretur famosus in toto orbe: & sic non solũ Iudęi, sed etiam Gentiles venirent ad orãdum in illo. Rogat autem Salomon, vt Deus ẽt exaudiat eorum orationes, quas in hoc templo fuderint: vt sic magis nomen eius magnificetur. Et dicitur. *Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel.* Idest etiam exaudi extraneum orantem in templo isto. Vocantur extranei, qui non erant de genere Israelitarum: & ẽt non erant conuersi ad Iudaismum: nam conuersi de Gentilitate ad Iudaismum, computabantur de populo Israel, saltem quantum ad omnia legalia: quia ita illi tenebantur obseruare totam legem sicut Iudæi ex genere, ex quo semel circuncisi erant: sicut nunc postquam aliquis Iudæus baptizatur, tantum obligatur ad totam legem noui testamẽti, sicut Christianus natus de genere Christanorum: & patet etiam hoc, quia dicitur hic, si veniret de terra longinqua: & tñ conuersi ad Iudaismũ non veniebant de terra lõginqua ad orandum, quia postquam conuersi erant ad Iudaismũ morabãtur in terra Israel inter Iudæos. *Si veniret de terra longinqua.* Tota terra Gentilium vocat terra longinqua respectu templi Salomonis, eo quòd erat templũ extra terram Gentilium. Est tñ verum, ꝙ maior deuotio videbatur illorum, qui veniebant de terra magis longinqua, & iustius erat illos quàm cęteros exaudiri, quia sic commendauit Christus reginam Sabba, quia venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis: Mat. 12. *Propter nomẽ tuum magnum.* Idest propter magnam famam tuam: nam erat fama in multis partibus orbis, quòd Deus Israel erat potentior aliis diis, ideo multi de omnibus regionibus veniebant ad orandum in templo Dei. *Et propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum.* Repetitur eadem sententia ad magis declarandum, quia dicebatur propter nomen Dei magnum, idest propter famam eius, & erat ista fama de potentia Dei magna, & ista signatur per manum robustam, & brachium extentum. Deus autem nihil habet, cũ non sit animal: sed ponitur ad intelligendum potẽtiam suam. Nam Deus tantæ potentię erat, quòd quidquid volebat faciebat, iuxta illud Psal. 148. Quoniã ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Ista potentia signatur per manũ robustam, & brachium extentum, quia in nobis organum operatiuũ est manus & brachium: manus quidem tanquam opus tangens, & dirigens: brachium autem tanquam manũ mouens, quia per brachiũ deriuatur virtus ima nũ: & potissimè cõuenit hoc operationi bellicę, quæ fit p manũ robustam, & brachium extentũ. Deus aĩc fingitur tanq̃ vir pugnator: vt patet Exo.15.s. dñs quasi vir pugnator: iõ sæpe de eo dr ꝙ habet manũ robustã & brachiũ excelsum. *Et adorauerit in loco isto.* Scilicet, orando & adorando te tanq̃ Deum. *Tu exaudies de cœlo.* Scilicet, non solũ exaudias orones Iudæorũ, sed etiam istorũ Gẽtilium. Qũo autem possent exaudiri orationes istorũ, qui erant in peccato mortali, declarabit infra in quadam qõne. *Firmissimo habitaculo tuo.* Vocat cęlũ habitaculum Dei, quia ibi specialiter hãt cũ sit locus spirituũ beatorũ, & vocat firmissimũ, q̃ nõ pot dissolui, nec tpe perire, sicut humanæ domꝰ luteę tabernacula, quorum non solũ Deus tales exaudit, sed etiã



hostis illuc peruenire valet propter suam celsitudinẽ: *Et facies cuncta, pro quibus inuocauerit te ille peregrinus.* Scilicet, omnia iusta, quę petiuerit: nam non orabat Salomon, ꝙ exaudirentur orationes iniustæ Gẽtilium, vel Iudæorum, quia sciebat, ꝙ Deus nunquam exaudiret illas. Si.n. Deus peccatores non exaudit: Ioan.9. à fortiori orationes iniustas non exaudiret. Nã oratio peccatoris interdũ est iusta, vel saltẽ potest esse iusta. Oratio aũt iniusta nunquã põt esse iusta, ergo minus exaudietur oõ iniusta quã homo iniustus orans: & tñ iniustus orans non exauditur, ergo nec iniusta petitio: sed de hoc magis dicetur infra in quadam quæstione. *Vt sciant omnes populi terræ nomen tuum.* Scilicet, vtile erit, q̃ exaudias orationes ẽt Gentilium, quia per hoc cognoscerent omnes populi terrarum nomen Dei. Si.n. Gentiles orantes in templo exaudirentur in suis oõnibus, cũ redirẽt in terram suam, denunciaretur illud alis, & quilibet existens in aliqua angustia, vel desiderans aliquid cõsequi à Deo, recurreret ad templum dñi, sicut ad medicum ægrotus: & sic necesse erat, ꝙ cognosceretur in toto orbe Deus Israel, & istud erat vtile, & valde pertinens ad honorem Dei, quia sic multi de Gentilitate cõuerterentur ad dñm. *Et timeãt te sicut populus Israel.* Si enim Gentiles exaudirentur in tẽpio, & viderent, ꝙ Deus Israel implebat vota eorum, timerẽt eum scientes ꝙ poterat benefacere, & nocere. Etiam timerent eum, vt sibi gratum haberent: nã cũ viderent, ꝙ placatus eis exaudiebat orationes eorũ: sciebant ꝙ si iraſceretur eis non exaudiret eos, ideo cauebant nimis ne offenderent Deum, vt non cessaret orationes eorum exaudiri, & istud erat timere Deum. *Et cognoscant quoniam nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui.* Idest si viderint Gentiles, ꝙ orationes eorum exaudiuntur, & cognoscẽt, ꝙ in domo ista inuocatum est nomẽ tuum, idest tu voluisti, quòd specialiter inuocaretur nomen tuum in ista domo, vt sic exaudires orantes: nam poterant exaudiri sic orantes omnes in domo ista potiusquam alibi nisi Deꝰ magis domum istam acceptaret quã alias quascunque.

*An orationes iniustorum exaudiantur.*
*Quæst. XVIII.*

QVAERITVR circa prædicta, cũ supra dictũ fuerit de orationibus iniustis, an exaudiantur, & responsum est quòd non: an verum sit ꝙ exaudiãtur: quia videmus interdum ꝙ exaudiuntur, quia Deus interaliqua mala quibusdam hominibus, quæ alij orãt. Respondẽdum ꝙ oratio vocatur iniusta multipliciter. Vno modo ex parte orationis, qũ ille, qui orat, iniustꝰ est, & ob hoc videtur iniustum esse, quòd cõcedatur ei quod petit cũ non mereatur illud. Secundò modo est iniusta, quia in oratione aliqua res mala petitur: sicut si petam, quòd aliquis moriatur, vel quòd Deꝰ infligat ei aliqua mala alia. Tertiò mõ est iniusta ex parte eius, pro quo petitur, quia licèt bona sint, quæ petuntur, quia tñ illi, pro quibus petuntur nõ merentur illa bona, videtur iniusta petitio. Accipiendo primo mõ iniustam orationem, dicendum ꝙ aut talis petit aliqd per quod iustus efficiatur, aut nõ: sed aliquid mali, vel indifferentis. Si primo mõ, dicendum ꝙ exauditur existens in peccato mortali, si petat à Deo ꝙ ei donet charitatem, vel det modũ exeũdi de peccato mortali: exaudiet illum Deus, quia per hoc ad iustitiam pducitur: & nõ solũ in talibus Deus exaudit orationes, sed ẽt dicẽdum est ꝙ necesse est, quòd Deus exaudiat orationes omnium sic petentium, si toto conatu, & in corde petant, quia aliàs daretur ꝙ aliquis homo vellet exire de peccato mortali, & nõ posset, quod est falsum: ergo non solũ Deus tales exaudit, sed etiã necesse est, quòd exaudiat. Si aũt peccator petit aliqd quod nõ est ad salutem aĩæ suæ, poterit esse malũ, vel indifferens, vel bonum. De malo dicendum, ꝙ non exauditur, quia malũ petit. De indifferenti dicẽdum quòd non exauditur, quia non meretur exaudiri. De bono est dicendum, ꝙ licèt sit ad honorem Dei vel vtilitatem alicuius, Deus non exaudiet peccatorem, quia non meretur peccator exaudiri, nec Deus vult per tales tanquam per ministros honorari. Nã si Deus nõ vult p iniustos viros enarrari miracula, & laudes suas, quia illi indigni sunt, iuxta illud Psal.49.s. Peccatori ãt dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? à fortiori nollet miracula, vel alia pertinentia ad laudẽ Dei fieri per manꝰ impiorum, licèt ex illis Deus laudaretur. De hoc intelligitur Io. 9. cùm Christus sanasset cęcũ à natiuitate, dixerunt Pharisæi, quòd Christus erat homo peccator: respõdit qui sanatus fuerat: Scimus quia Deus peccatores nõ exaudit, sed siquis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exeaudit. Et tñ sanare cæcũ erat aliquid pertinens ad laudem Dei. Ideo ẽt alia, quæ bona sunt, si petantur ab iniustis, non cõceduntur, ne per hoc habeant fomentum manendi in malitia sua, cùm Deus illos exaudiat, & honoret. Si autẽ aliquid Deus iniustum circa talia exaudiat, rarum est, & hoc prouenit ex causa aliqua speciali. s.propter fidem assistentiũ, vel quia ab oĩbus creditur esse bonus, & Deo acceptus, vel quia fortè si interdũ Deus non exaudiret tales, poterit sequi per accidens diminutio cultus diuini. Secũdo modo oratio est iniusta, quia petitur in ea aliquid quod in se malũ est. s.q̃ aliquis occidatur, vel mala ei inferantur: & tunc dicendũ quòd Deꝰ nũquam exaudit talem orõnem, eo quòd cũ petatur quod malũ est, si Deus assentiret petenti, vellet malum, & tñ Deus nõ vult mala, sed potius oderit mala volentes, iuxta illud Psal.5. Quoniam Deus non volens iniquitatem tu es, odisti oẽs, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ. Secundò quia petens iniustum peccator est. Nam qui mala petit scienter, aut ante hoc erat peccator, aut nõ: si prius erat peccator, non exaudietur, quia meretur nõ exaudiri propter indignitatem suã: si aũt prius nõ erat peccator, per hoc, quòd scienter mala petit, peccator efficitur, & sic meretur non exaudiri. Sed obiicietur, quòd orantes mala interdum exaudiantur. Nam in confirmatione legis in introitu in terram Chanaã sex tribus steterunt sup montem Ebal, & sex super montẽ Garizim, & sex imprecabantur mala super fractores legis, & oĩa illa mala eueniebant non obseruantibus legem: Deut.27. & 31. & Iosue 8. item Moyses qñ dedit legẽ Israelitis, imprecatus est multas maledictiones super eos, si non custodirent legem. s.quòd comederent carnes filiorũ et filiarũ suarum, præ angustia obsidionis hostilis, & alia multa mala: Deu.28. & venerunt ista mala super Israelitas, qñ non custodierunt legẽ. Nam etiã illud quod erat pessimum. s.comedere carnes filiorum, & filiarum venit super Hebræos, quia cũ Benadad rex Syriæ obsideret Samariã, duæ mulieres comederunt filium vnius præ fame. 4.Re.6. Et valebat tunc caput asini octoginta argẽteis: & quarta pars cabi stercoris columbarum valebat quinque argenteis. Item Dauid imprecatus est mala mõtibus Gelboe. s.quòd nõ plueret in eis: vt patet 2.Re.1.scilicet: Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniat super vos: & sic factum fuit, quia vsque hodie in vertice montis illius nõ pluit, vt declaratum est, eo.ca. Item matres orant mala super filios, & veniunt: vt patet Eccl.3.ca. scilicet: Benedictio patris firmat domos filiorũ: maledictio matris eradicat fundamenta. Itẽ prælati Ecclesiæ orant mala super aliquos inobedientes eis, sicut est quando aliquos anathemtizant,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& veniunt illa mala. Item Apostolus Paulus orauit super Corinthium virum, quòd dæmon arriperet eū & torqueret vsque ad interitum: & sic factum est: vt patet prima Cor.5.cap. Item Petrus orauit super Ananiam, & Saphiram, & mortui sunt Actu.5. Et sic de multis aliis, qui mala orant & implentur. Respondē dum, quòd cùm aliquis mala orat super alterum, aut ille, super quem orantur ista euenire, meretur illa mala, aut non: si non meretur illa mala, Deus nunquam exaudiet orantes mala, & ipsi orantes peccant: Et patet hoc, quia si Deus exaudiret talium orationes. puniret aliquos iniustè, quod non est concedendū de Deo, qui iustissimus est. Si autem ille, contra quē orantur ista mala, meretur ea, aut meretur ex parte orantis aut non; ex parte orantis poterat mereri mala, vtpote si ille, contra quem oratur, mala iniuste intulit alicui, & ille orat Deum, vt infligat ei mala: aut nō meruit aliqua mala ei qui orat contra ipsum, & tamē in conspectu Dei meretur mala illa, quę petuntur ex aliis causis. Si autem primo modo, dicendum, quòd licèt orantes talia non mereantur exaudiri, quia male faciunt petēdo mala, cùm potius deberent remittere iniurias, vel orare pro persequentibus eos: vt patet Matth.5.cap. tamen ille, contra quem oratur, cùm mala ista mereatur, Deus interdum exaudit pręces taliter orantium, non quidem per modum orationis, sed per modum querelę. Et tunc non est inconueniēs, quòd exaudiatur à Deo orans mala, quia non exauditur tanquam orans sed tanquam querelam proponens. Et est magna differentia inter hæc, quia orans debet exaudiri propter dispositionem suam, scilicet quia meretur exaudiri. Proponens autem querelam non acceptatur propter suiipsius dispositionem, sed propter iustitiam eorum, quæ petit, & quia iustū petit contra eum, contra quem aliàs iudicialiter agere posset, Deus frequenter exaudit talium orationes. Et hoc potissimum cùm orantes sunt tales, qui non possunt cōsequi vindictam, nec satisfactionem de nocentibus sibi, nisi petendo illam à Deo. Et ita est de viduis, & orphanis, atque pupillis, & pauperibus, quando opprimuntur à potentioribus, quia si clamēt tūc ad Deum exaudiuntur: sicut patet Exo.22. cap. scilicet. Viduæ, & pupillo non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: indignabiturque furor meus: percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli: sic ēt si filius matrē molestat, & non pōt mater p̄sequi ius contra eum, & imprecatur ex amaritudine cordis mala contra ipsum, Deus exaudit eam, & incutit mala ei. Et sic intelligitur, quòd maledictio matris eradicat fundamenta. Si autem ille, qui orat mala contra alterum, nullam causam orandi habeat, licèt ille mala mereatur, Deus non exaudit orationē illius, sed iste orans peccat: verum est tamen q̄ interdū Deꝰ infert mala, quę petunt isti. Et tamen tūc dicendum, q̄ non infert illa tanquam exaudiens orationes istorum, quia isti peccant orando, nec merētur exaudiri, nec exaudit tanquam iustam querelam, cùm isti de illis, contra quos orant, nullam querelam proponere possint, vt ponitur in casu: sed Deus infert illis mala, q̄ petuntur, q̄a ipse est iudex oīum, & pœnā infert malis: & dato q̄ nō oraretur p̄ illis malis: aliàs cuētura erāt, sicut videmus q̄ multa mala eueniunt malis, quæ nullus contra eos petiuit. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd illi sex, qui imprecabantur mala super violatores legis, non erant tanquam orantes: sed tanquā diuinas maledictiones pronunciantes. Nam Deus volens inducere Israelitas ad custodiendā legem posuit benedictiones multas p̄ obseruatorib⁹: et posuit multas maledictiones pro violatoribus & vt totus populus illas audiret cū solennitate, & timeret, iussit Deus q̄ in introitu in terra Chanaā sex tribus starent in mōte Garizin ad pronūciandū benedictiones, et sex in monte Ebal ad pronunciandum maledictiones, & sic obligabatur populus facere hoc, & fecit illud: Deut. 27. & Iosue 8. Et tunc verum est, quod maledictiones istę venerunt violatoribus legis, & tamen non venerunt tanquam Israelitæ orauissent hoc: quia Deꝰ statuerat quòd sic fieret, & iussit publicari per totum populum. Ad secundam rationem dicendū, q̄ Moyses posuit multas benedictiones super seruatores legis, & multas maledict-ones super violatores: & tamen illas non posuit orando mala hæc super Israelitas: sed Deus qui dedit legem ipsi Moysi, vt eam p̄ferret Israelitis: dedit etiam ei maledictiones illas tāquam patrem voluminis legis: vt sic inducerentur per timorem Israelitę ad custodiendam legem: & ille maledictiones eueniebant violatoribꝰ legis: & tñ euenie bāt vt positæ à deo: & nō vt positę à Moyse: qa ipse nō orabat talia mala euenire. Ad tertiā rōnem dicēdū, q̄ Dauid orauit malum super rem inaīatam, scilicet super montes Gelboe: & Deus exaudiuit eum, quia credendum est, quod Deus mouerit cor eius ad orandū illud: quia forte Deus intendebat illud facere: vt videretur quòd fecisset propter memoriam malorum quæ passi fuerant Israelitæ in montibus illis, mouit ipsum Dauid ad orandum hoc, vt sic concederet Deus, & videretur q̄ propter illud non plueret super mōtes Gelboe. Ad quartam rationem dicēdum, quòd interdū Deus inducit super filios mala illa, q̄ orat mīs, quia est aliquid valde inhonestum, q̄ filius sit durus cōtra patrem, & matrem immemor tantorū bñficiorū, quę ab illis suscepit, et quòd non esset nisi illi fuissent. Quod ergo pro tantis bonis iniustā retributionem faciat affligendo matrem suam abhominabile est apud Deum: ideo si mater dolore cordis tacta maledixerit filio, Deus interdum solet talia mala orata infligere. Et potius est hoc in maledictione patris, & matris quā aliorum: quia solius patris, & matris honor in lege positus fuit sub p̄cepto in decalogo. Et in hoc solo promissa est vitæ diuturnitas, s. Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris longęuus super terram: Exo. 20. & Deut.5.ca. Ideo è conuerso iustum est, q̄ patris & matris dehonoratione tollatur vita, vel abbreuietur: & sic rectè dictum est Eccl.3. s. maledictio matris eradicat fundamenta. Et fuit istud speciale, quia nō solū apud Deum magna pœna est non honorātibus patrē, & matrem, sed ēt in iudicio humano hoc fiebat: quia in veteri testamento si quis esset inobediens patri & matri, & accusarent eum de ista inobedientia, lapidabatur à toto populo: Deut. 21. cap. Dicendum tamen quòd licèt mater iustè irascatur filio proteruo, tamen peccat maledicendo ei, & orando contra ipsum mala, iō cauendum est matribus & patribus, ne maledicant filijs: quia maledictiones eorum læpe solet Deus exaudire. Ad quintā rōnem de p̄latis dicendū, q̄ orare mala nō est in eis ex desiderio, sed ex officio: nā sicut officiū eorum est benedicere bonis subditis inuocando Deū super illos: ità est officium eorum contra malos, cùm alias fuerint incorrigibiles, maledicere eis & anathematizare. Nam non habet temporalem gladium, quo feriat: ideo vtitur isto spirituali maledicendo, cū aliud non habet quòd faciat. Et sic exaudiuntur orationes istæ, quia non sunt verè, vt maledictiones imprecatæ, sed magis est exercitium iurisdictionis. Ad sextum, quando dicitur de Apostolo Paulo, quòd tradidit Corinthium dæmoni. Dicendum q̄ Apostolus erat iudex inter Corinthios, eo quòd erat ei tradita cura p̄dicandi per omnes gentes, & vocat se doctorem gentium. prima ad Thimo. ca. secundo. Et



Etob hoc non solùm competebat ei prædicare, & instruere, sed etiam exercere opera iurisdictionis puniēdo delinquentes: & quia inter Corinthios erat quidā grauiter peccans, & publicè, scilicet quòd habebat nouercā suam in vxorem, & volebat defendere peccatum suum, Apostolus tanquam iudex ad terrorem aliorum condēnauit eum tradendo illum Satanę, vt eum vexaret & occideret. Et non fuit hoc orando aliqua mala contra eum, sed condemnando eum sententialiter, vt ex forma verborum suorum patet prima Cor.6. scilicet. Ego quidem absens corpore, præsens autem spū iudicaui prius eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis cū spiritu meo tradere huiusmodi Satanę ad ĩteritū carnis, vt saluus sit spiritus eius in die Domini nostri Iesu Christi. Et sic non orauit hic Apostolus mala alicui euenire, sed fecit auctoritate iudiciaria id, quod poterat. Ad contrarium cùm dicitur de beato Petro quòd morerentur Ananias, & Saphira. Dicendum q̄ non orauit Petrus pro morte illorum, sed solùm p̄nunciauit illam. Nam ipsi peccauerant, quia mentiti fuerant Spiritui sancto. Cū enim vendidissent agrū, & posituri essent precium eius ad pedes Apostolorū, vt distribueretur per omnes Christianos tenentes tūc vitam cōem, absconderūt partem eius, & mentiti sūt beato Petro: & Petrus dixit Ananiæ, quòd mentitus fuerant Spiritui sancto, & grauiter increpuit eum: qui audiens verba Petri cecidit ad pedes eius, & illico mortuus est: Saphira autem vxor sua etiam mentita est, & huic prænunciauit Petrus, quòd moreretur sicut vir suus, dicens. Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium sunt, & efferent te, & confestim cecidit ad pedes eius, & expirauit: Actu.5. Non ergo orauit Petrus pro morte istorum, sed propheticè mortem Saphiræ prædixit, Tertius modus orandi iniustū est, quando oratur pro aliquò, q̄d iniustū est ex parte eius, pro quo petit, s. q̄ illud, q̄d non sit malum, ēt orās sit dispositus, ita vt exaudiri mereatur, scilicet quòd in charitate est, & tamen illud bonum, quod petit pro aliquo non meretur ille, pro quo petitur. Et tūc dicendum quòd est dupliciter: quia aut agitur de malo vitando aut de bono acquirendo: si de malo vitādo, solet Deus sæpe tales orationes exaudire, & indignitas eius, pro quo oratur, suppletur per dignitatem eius, qui orat: sicut siquis mereatur mortem, vel alia mala, & sit positus in periculo, ita vt passurus sit necessariò, nisi Deus succurrat, & oret aliquis vir sanctus, vt talis eripiatur de illo periculo: tamē Deus forte liberauit eum meritis viri sancti orātis, tales orationes solent sæpissimè exaudiri. Si autem agatur de acquirendo aliquod bonum dupliciter: quia aut est tale bonum quod licèt quis non mereatur antequam habebat, tamen si habuerit iustè tenebit illud, nec requiritur alia in eo maior idoneitas: aut est tale bonū quod non poterit iustè tenere, nisi in eo adueniat potea aliqua idoneitas. De primo, vt siquis oret Deum, q̄ alicui pauperi det diuitias ad hoc, vt honorabiliter viuere possit. Nam licèt fortè ille pauper non est virtuosus: tamen bona illa diuitiarum, si semel possideret iustè, teneret: quia ad possidendum diuitias non requiritur aliqua virtus specialis, cùm nō sit aliqua administratio vel officium eis coniunctum. Et dicendum, quòd in talibus petere diuitias vsque ad sufficientiam sustentationis licitum est, quia petitur necessarium. Et hoc Deus interdum exaudit, licèt non tam proprie sicut liberationem à malo: quia magis necessaria, & honestior est liberatio à malo, quàm petitio bonorum, petitio bonorum. Petere diuitias non solùm ad sustentationem, sed etiā ad honorabilem vitam, non est necessarium. Et ista non solùm est iniusta petitio ex parte eius, pro quo petitur: vt prę supponitur, q̄ hoc non mereatur: sed etiā iniusta est ex parte petentis: quia talia absolutè petēda non sunt, sed sub conditione, scilicet si ille, qui talia assequitur, colet Deum per hæc, aliàs non eueniant. Et quia diuitiæ supereminentes sunt potius causa malorum quàm bonorum, vt patet prima ad Timothæū sexto. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli: potius cessandum est à talibus petitionibus. Et si quando talia petierimus, cum conditione petenda sunt. Hoc autem minus Deus exaudit q̄ p̄cedentia, in quantum minus necessaria sunt, vel nullo modo necessaria. Exaudit tñ interdū: quia ēt nemine petente, Deus interdum quosdam diuites facit. Sine conditione autem petenda sūt illa bona, quæ absolutè bona sunt, & nullo modo possunt esse mala, sicut vita æterna, & virtutes, & remissio peccatorū. Si autem sunt bona, quæ non solùm non meretur ille, pro quo petuntur, sed etiam requirunt in eo quandam idoneitatem, quam prę supponitur non habere: & aliàs nō potest licitè talia tenere, non sunt petenda talia bona: sicut siquis petat Episcopatum, vel aliquam dignitatem ecclesiasticam pro aliquo: nam nemo digne Episcopus esse poterit, nisi magna virtutum copia poleat, & peritia literarum. Si aliter autem tenuerit Episcopatum, quasi violentus est. Si autem pro aliquo indigno petatur aliquid tale, non sol ū est in iusta petitio ex parte eius, pro quo petitur, sed etiam ex parte petentis, & peccabit talia petens si absolutè petat: sed poterit peti cum duabus conditionibus. Prima vt Deꝰ illum dignum efficiat, vt Episcopatum promereatur. Secunda, vt postquam illum assecutꝰ fuerit, rectè prę sit: quia tamen in hoc sunt multæ difficultates, non videtur quòd quis debeat talia petere, quia ista cùm venerint toleranda sunt vt onera, & non vt honores desideranda: ideo potius quis debet expectare Deum vt eum vocet ad dignitatem quàm ipse Deum inuocare, vt ei conferat dignitatem: quia istud est quodāmodo se ingerere aut ingerere velle: quod faciendū non est, iuxta illud ad Hebræ.5. scilicet: Nemo sibi indifferentur assumat honorem: sed qui vocatus est à Deo tanquam Aarō. Tales ergo petitiones raro exaudiuntur: sed fortè interdum exaudiuntur. Nam aliqñ Deus concedit quosdam Episcopos fieri, vel assequi alias Ecclesiasticas dignitates, qui ad illas indigni sūt, & susceptа administratione, quæ sunt episcoporū nō exerceant: ita vt de istis potius dicatur quòd facti sunt Episcopi cōtra Deum quàm Deo iubente: sic dicitur Oseę 8. s. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes fuerunt, & non cognoui: & tamen in hoc aliquo modo Deus operatur permittēdo talia fieri in tantum, quòd ipse dicatur illa facere: quia aliàs non fierent iuxta illud Iob 34. s. Qui regnare facit hominem hypocritā propter peccata populi. Si ergo Deus ista concedit à nemine oratus, non est mirandum, si ea permittat frequenter petitus, licèt qui petit iniustè agit.

*Quomodo potest stare, quòd aliqui Gentiles venirent in templum ad orandum. Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, cū dicatur hic de Gentilibus veniētibus ad orādū Deū in templo Salomonis, quō potest stare, q̄ aliqui Gentiles venirent ad orandū in tēplo illo cū essent idolatræ. Respondendum, q̄ Gentiles errabant circa inuentionē veræ deitatis. Oēs enim putabant Deum aliquem esse, & tñ errabant: qa putabant multos Deos esse, & nesciebāt quis illorum esset verꝰ Deus: & ob hoc quælibet gens colebat varios deos secundùm quòd diuersę prouin-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ciæ diuersa opinabantur, & quia omnes homines cõ- F
cipiunt Deum esse id, quo nihil melius est, oportebat
q; quando viderent, quòd vnus qui putabatur Deus
operabatur fortiora quàm alius estimatus Deum, cre-
derent istum magis accedere ad naturam verę deita-
tis. Et quia Deus Hebræorum cùm esset verus
Deus, faciebat mirabilia, quæ nullus de diis gentium
faciebat, credebant eum esse potentiorem. Siue ergo
crederent eum solũ esse Deum, sicut aliqui vigentes
nimis ratione, qui probabant naturaliter vnicum esse
Deum, sicut Arist. 12. Meta. siue saltem crederent eũ
potentiorem omnibus diis, accedebant ad eum, vt ora-
rent. Et hoc satis apparet, quia Gentiles timebant val-
de Deum Israel: sicut erat de Philisthinis, quando ve-
nit arca Dei in castra pugnantibus Philisthinis contra G
Israelitas, doluerunt nimis Philisthini timentes, & di-
xerunt: væ nobis, non enim fuit tanta exultatio heri,
& nudius tertius, væ nobis: quis non seruabit de ma-
nu deorum sublimium istorum? Hi sunt dii, qui per-
cusserunt Aegyptum omni plaga. primo Reg. 4. Et ob
hoc ergo omnes gentiles audientes magnalia Dei Is-
rael, timebant eum. Vnde Nabuchodonor dedit le-
gem, ne quis malediceret Deo Israel sub pœna mortis
Dan. 3. scilicet, qa vidit quomodo liberasset tres pue-
ros de camino ignis: & cõbussit ministros ignis, quòd
nullus de diis gentium poterat facere. Aliqui quoq;
de regibus Gentilium honorabant Deum Israel, & tẽ
plum eius, sicut fuit de rege Cyro, qui iussit vel permi
sit volentibus venire de captiuitate Babylonica veni- H
re, & ædificare templum domino: & tradidit eis om
nia vasa aurea, & argentea, quæ erant in Babylone, &
ablata fuerant de templo Salomonis: primo Esdræ pri
mo cap. Et ibi dixit, quòd Deus dederat sibi omnia re-
gna terrę: ideo volebat mittere ad ædificandum tem
plum eius in Ierusalem: in quo innuebat, quòd Deus
Hebræorum erat ille verus Deus, qui dederat ei om-
nia regna terræ. Rex quoque Arthaxerses iussit dari
in templo domini omnes impensas necessarias ad cæ
remonias sacrificiorum, vt patet primo Esdræ 7. Et cõ
muniter omnes reges conuicini tenebant templum il
lud in magno honore, & dabant ei de redditibus suis,
vt patet secundo Maca. 3. scilicet: Fiebat vt ipsi reges, &
principes locum summo honore dignum ducerent, I
& templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Se
leucus Asię rex de redditibus suis præstaret omnes
sumptus ad ministeria sacrificiorum pertinentes. Ob
hoc autem multi de Gentilibus veniebant ad templũ
Domini, vt orarent ibi: vt patet de eunucho Candacis
reginę Aethyopum Actu. 8. capi. Sic etiam dicitur Io.
12. quòd erant multi Gentiles, qui ascenderant ad
ad diem festum: & audita fama Iesu, desiderauerunt
eum videre, & loqui illi, & rogauerunt Philipppũ, vt
daret eis ad hoc opportunitatem. Ipse autem & An-
dreas fratres eius locuti sunt hoc Iesu. Ecce ergo, q
sicut veniebant Iudæi in templum ad diem festum: ita
& multi de Gentilibns veniebant: Volebant etiam re-
ges gentium, quòd oraretur pro eis in templo Salo- K
monis: sicut erat de rege Arthaxerse, qui iussit, vt ora
retur pro eo, & filiis suis in templo, & quòd darentur
omnia necessaria in templo Domini, pro arca eius, ne
Deus irasceretur contra regnum eius, & filiorum suo-
rum, primo Esdræ. 7. capit. Salomon autem prævidit
istã adorationem futuram in templo Domini à Gen-
tilibus: non quidem vt propheta, sed vt rationabiliter
judicans, quòd Gentiles audientes famam Dei Israel,
venirent ad templum eius.

## Cap. VI.

*Quomodo Salomon petiuit Gentiles exaudiri, & an peccauerit. Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlteriꝰ, qũo Salomon petiuit, q Gentiles orantes in templo exaudirentur, & an peccauit orando hoc. Aliquis dicet, quòd peccabat Sa lomon petendo hoc, quia Deus volebat cæremonias istas templi solùm pertinere ad Iudæos, & pro eis tem plum factum erat. Quod autem Gentiles exaudirẽtur in templo, & orarent ibi, erat communicare Gentiles Iudęis in hoc, quod volebat Deus proprium esse Iu- dęis: ergo peccabat Salomon talia petendo. Et patet hoc, quia ea, quę erant in veteri testamento, erant propria Iudæis, & non communicabantur gen- tilibus: sicut ea, quę in nouo testamẽto erant commu- nicabantur omnibus gentibus: vt patet de Christo, qui quando cępit prædicare manente adhuc statu veteris testamenti iussit discipulis suis, quòd non prædicarent nisi Iudæis, & in viam gentium ne abieritis, & in ciuita tes Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quę perierunt domus Israel. Mat. 10. Et quando mulier Chananęa petiuit à Christo quòd sanaret filiã eius, ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Matt. 15. Post resurrectionem suam in- cohante statu noui testamenti iussit Christus, quòd prædicaretur Euangelium omni creaturę per totum orbem, & cùm prius negaret prædicandum esse Sa- maritanis: Luc. 12. dixit postea illis prędicandum es- se. Actu. primo. Eritis mihi testes in Ierusalem, & Sa maria, & vsque ad vltimum terræ: sed templum Salo monis erat tempore veteris testamenti, ideo omnia, quę ad illud pertinebant debebant esse propria Iudęis, & non communicarentur Gentilibus. Et tamen vel- le, q in templo illo orarent Gentiles, & exaudirentur à Deo, erat facere cæremonias veteris testamenti com munes Iudæis, & Gentilibus: ergo peccabat orando istud Salomon. Respondendum, quòd non pecca- uit Salomon petendo istud, sed potius meruit: primò patet, quia Salomon non legitur peccasse in tota iuuẽ tute sua vsque ad senectutem, quãdo deprauatum fuit cor eius per mulieres. 3. Reg. 11. Et tamen istud fuit multo tempore ante illud: ergo non peccauit in hoc. Secundò patet, & efficatius, quia Deus exaudiuit oẽs petitiones istas Salomonis, vt patet seq. ca. & 3. Reg. 8, Si tamen peccasset in hoc petendo iniustum, Deus nõ voluit in hoc, q erat rationabile, nã licèt Deus Israeli- tarum esset specialiter Deus ipsorum: Exo. 19. & tamẽ etiam erat Deus omnium gentium, & quia ad Deum ptinet disponere de negotiis oĩum hoĩum, & ad hoc pertinet oĩones iustas acceptare, & iniustas repudiare, recte petebat Salomon, q Deus exaudiret orationes Gentilium sicut Israelitarum. Quartò patet, quia Salo mon procurabat hic gloriam nois dñi: nam q Gẽtiles venirent in templũ dñi, & exaudirentur ibi orationes eorum, erat motiuum ad hoc quòd ipsi laudarent no- men Dñi, & prædicarent illud per terras suas: & sic oẽs Gentiles audientes hoc timerẽt Deũ Israel, & colerẽt eũ. Et q ista esset intentio, patet in litera, cũ dr: Et vni- uersi populi terrarum nomen tuũ timeant, sicut popu lus tuus Israel: & ꝓbent, q nomen tuũ inuocatũ sit su per domum hanc. Quintò patet, qa cura erat Iudæis q uertere Gentiles ad Iudaismũ sicut dixit Christus Mat. 23. de scribis, & Pharisæis: Væ vobis scribę, & Phari- sæi, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum pro selytum: & cùm fuerit factus, facitis eum filium Ge- hennæ duplo quã vos. Ecce ergo quantus labor erat Iudæorum vt conuerterent Gentiles: quod nõ faceret si nõ reputaretur valde laudabile, & modus valde pue



niens ad conuertendum Gentiles ad Iudaismum erat A
q permitterẽtur orare in templo: & quòd Deus exau-
diret præces eorum: ergo conuenienter orabat Salo-
mon, q gentiles orantes in templo exaudirentur.
Sextò patet, qa Salomon voluit in hoc id, quòd De⁹
vult. Deus enim vult omnes homines saluos fieri, &
neminem perire: vt patet prima ad Ti. ca. 2. Et hoc vo
luit Salomon, scilicet vt tam gentiles, quàm Iudęi sal-
uarentur. Salus aũt non poterat esse gentilibus, nisi
per abrenunciationem idolorum & cognitionem ve
ri Dei. Ad istud autem erat modus conuenientissimꝰ
& facilis, si gentiles orarent in templo Salomonis, &
exaudirentur: quia per hoc inducerentur ad cogno-
scendum Deum Israel tanquam verum Deum, & re-
linquerent idola, in quibus nulla virtus erat: ideo B
benefaciebat petendo hoc. Septimò patet, qa, Deus
nõ est acceptor personarum, sed in oĩ gente, qui facit
iustitiam acceptus est illi. Actu. 10. Non solùm ergo à
Deo exaudiendi erant Iudæi, si orarent in tẽplo, sed
etiam gentiles de quacunque regione. Non ergo pec
cauit Salomon istud petendo. Ad rationem in con-
trarium dicendum, quòd cæremonię veteris testamẽ-
ti nõ erãt cõmunicandę gentilibus quandiu manebãt
in gentilitate: sed solis Iudæis, & conuersis propriè
erant: & sic concedenda est tota illa probatio: cùm tñ
dicitur, quòd communicabãt gentilibus cæremonię
veteris testamenti: Dicendum quòd falsum est, nã
non admittebantur ad aliquas cęremonias legales, ni-
si prius circumciderẽtur, quia tunc poterant comede-
re Phasę, & cęteras cæremonias exercere: Exo. 12.
Vnde nec permittebantur isti gentiles venientes ad tẽ
plum offerre sacrificia aliqua, ideſt dare animalia ad
offerendum, quia si darent non acciperentur de ma-
nibus eorum. Leui. 24. Etiam non permittebantur in- C
troire in locum atrii, in quem introibant laici Israeli
tæ, vel fęminæ eorum: sed ad quendam alium locũ
fęmorum accedebant: de quo magis declarabitur in-
fra in quæstione, qua agetur qualiter gentiles se habe
bant ad Iudęos veniendo ad orandum in templo.

*Quomodo Deus uolebat exaudire Gentiles orantes, cum eum non colerent sed idola.* D

*Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Deus vo- E
lebat exaudire Gentiles orantes in templo suo, cũ
non colerent eum, sed idola. Aliquis dicet, quòd nõ
exaudiebantur, necetiam constat ex litera ista quòd
exaudirentur. Dicendum quòd exaudiebantur, quia
Salomon petiuit quòd Gentiles orantes hic exaudirẽ
tur, vt patet in litera: & tamen Deus dixit quòd exau
diret erant petitiones eius, sequenti cap. & 3. Reg. 8.
Item patet, quia Gentiles frequentabant venire in tẽ
plum Domini, & orare, vt declaratum est prędeden-
ti quæstione, & tamen si non exaudirentur petitiões
eorum, nec sentirent aliquam vtilitatem in aduentu
ĩlo, nõ venirent, potissimè de longissimis, regionibꝰ,
& tamen veniebant: ergo dicendum quòd exaudie-
bantur. Dcendum quòd exaudiebantur, quia apud
Deum non erat distinctio Iudęi, & Gentilis, cum
non sit Deus acceptor personarum: sed in omni gẽ-
te qui facit iustitiam acceptus est illi. Ideo quicunque
faciens iustitiam exaudietur. Sed tunc obiicietur, q
nunc non exaudiuntur orationes Iudęorum, & Sara-
cenorum, & tamen tunc erant Gentiles sicut nunc
Iudæi, & saraceni: ergo non exaudiebantur. Item-
ꝓnes pecatorum non exaudit Dominus, sed eorũ
qui colunt ipsum. Ioan. 9. Et tamen Gentiles peccato-
res erant colentes idola, ergo non merebantur exau-
diri. Respondendum quòd nunc Iudæi, & Sarace-
ni, & quicunque pagani orantes non exaudiuntur,
quia necesse est illos esse in peccato mortali, cũ lex
Euangelica obliget oẽm hominem ad obseruantiã
suam. Mat. 28. & Mar. 16. Ite per vniuersum mundũ,
et prædicate Euangeliũ omni creaturę: qui crediderit
et baptizatus fuerit, saluus erit: qui autẽ non credide
rit, condemnabitur. Cùm ergo sint in peccato mor
tali, non possunt exaudiri. De gentilibus autem non
erat sic tempore Salomonis, quia non obligabantur
Gentiles ad obseruantiam legis Moysi, sed soli Iudęi
de genere, vel iam conuersi ad iudaismum: ideo dato
quòd non seruarent legem Moysi, non erant in pctõ
mortali. Et patet hoc, quia quando Deus dedit legẽ
Israelitis, accepit eos in populum peculiarem, & dixit
quòd essent sibi in pęculium, & in populum sacerdo
talem. Aliis autem Gentilibus non dabatur lex. Lex
autem noua secus erat, quia ab omnibus hominbus
sub necessitate seruanda erat, Marci vltimo: Ideo nõ
obseruantes erant in peccato mortali, & non exau-
direntur à Deo, sicut nunc sunt Iudæi, & Saraceni, &
quicunque pagani. In veteri testamento cùm non ob
ligarentur Gentiles seruare legem, poterant esse sine
peccato mortali, & accepti Deo, dato q non seruarẽt
legẽ, & sic exaudirent oĩones eorũ, sicut oĩones Iudeo
rũ. Erat aũt differentia, quia Iudæi specialiori modo
erant Deo accepti: Gentiles autem generaliter: & be-
nefaciebat Deus Israelitis specialiter, aliis gentibus be
neficiis communibus: vt patet Exo. 19. scilicet. Si er-
go audieritis vocem meam, & custodieritis pactum
meum, eritis mihi in peculium: mea est enim omnis
terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens
Sancta. Exaudiebat ergo Deus Gentiles rectè, & de-
uotè orantes: quia tamen Israelitę magis colebant
Deum quàm Gentiles, scilicet per plures cęremonias
legis, conferebat Deus plura beneficia Iudæis quàm
Gentilibus. Cùm autem obiicitur, quòd Gentiles
erant peccatores, & non exaudirentur, dicendum, q
istud fuit semper generale tam apud Iudæos quam
apud nos, quòd existens in peccato mortali non
exaudiatur: cùm tamen dicitur, quòd Gentiles
erant tunc peccatores, dicendum quòd non erant
omnes Gentiles peccatores, vel non erant necessa-
riò in peccato ex conditione status. Nam ex hoc, q
non obseruabant legem Moysi, non peccabant, vt pro
batum est: sed peccatum suum erat si colerent idola,
vel facerent alia, quæ erant ꝓtra ius naturale, et sine ali
qua lege data erant mala, vt patet ad Roma. 2. f. Gen-
tes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis
sunt, faciunt: sed inter Gentiles multi erant, qui non
colebant idola, licèt non seruarent cæremonias legis
Moysi, ideo poterant isti exaudiri. Qui autem cole-
bant idola, non veniebant ad orandum in templo Sa-
lomonis, & si venirent, & orarẽt, non exaudiebantur,
quia claudicabant in duas partes. Qui autem Deo ad-
hærere debet, oportet quòd adhæreat toto corde, alio
quin non liberabit eum a periculis: vt patet primo
Regum 7. f. Si in toto corde vestro cõuertimini ad do
minum, abiicite de medio vestri Deos alienos, Baalim,
& Astaroth, & præparate corda vestra, & seruite Deo
soli, & liberabit vos de hostibus. Et sic dicendum, q
quando gentiles aliqui veniebant in templum, & orã
tes assequebantur à Deo aliqua beneficia, non redibãt
denuo ad idola: sicut patet de Naaman Syro, qui sana
tus est de lepra sua à Deo per Eliseum, & orauit, vt cõ
cederet ei ferre onus duorũ mulorũ de terra regni Is-
rael, vt poneret in templo Dei Syrorum, vt qñ introi
ret cum rege suo ex necessitate in templo non adora
ret idolũ, nec sederet in tellure tẽpli eius, & petiuit ab

Eliſæo, vt oraret dominum, ne imputaret ei ad peccatum, quòd in templum illud intrabat. Tales autē gentiles, non erant peccatores, ideo poterant exaudiri orationes eorum.

*Quomodo ſe habebant cum Iudęis, & in quibus communicabāt Gentiles. Quęſt. XXI.*

QVAERITVR vlterius, cū venirent Gentiles ad orandum in templum Salomonis, quomodo ſe habebant cum Iudæis: & in quibus communicabāt cum eis: & in quibus non. Reſpondendum, q̄ Iudæi poterant communicare cum gentilibus ſic venientibus in verbo, & non peccabant: ſed potius merebantur dulciter tractando eos, vt conuerterentur ad Deū Iſrael. In cibo etiam poterant communicare Iudæi cum gentilibus, niſi forte comederent Gentiles aliqd immundum, quod non liceret comedere Iudæis: multa namque apud Iudæos reputabantur immunda ex lege, quæ non reputabantur immunda apud alias gētes: vt patet Leuit. 11. & Deute. 14. Et ob hoc generaliter abſtinebant Iudæi a manducando cum Gentilibus: ſic patet ad Gala. 2. Nam beatus Petrus manducabat cū Gentilibus, & cùm veniſſent ad eum quidam Iudęi ad Chriſtum conuerſi, abſtraxit ſe à Gentilibus, ne manducaret cum eis, & hoc vt non ſcandalizarentur Iudęi videntes iſtud. Et ſic videtur quòd Iudæi generaliter non manducabant cum Gentilibus: quia aliàs conuerſi de Iudaiſmo non ſcandalizarentur, quòd manducaret beatus Petrus cum conuerſis de Gentilitate. Alia cauſa erat quare vetabatur communicatio Iudæorum cū gentilibus in cibis. ſ.ne Gentiles inuitantes Iudæos apponerent eis aliquos cibos conſecratos dæmonibus. Exod. 24. Iſta tamen cauſa ſublata erat in illis, qui veniebant ad orandum in templum, quia illi non colebant idola, vt ſupra dictum eſt: & dato quòd colerent, non poterant ipſi aliquos cibos conſecrare dæmonib⁹ in terra Iſrael, cùm ibi non eſſent idola, nec templa eorum, nec altari. a Et ſi ipſi vellent ſacrificia aliqua facere dęmonibus in terra Iſrae, l non permitterent Iudæi: quia iſtud erat in eorum iniuriam, & contemptū Dei ſui, cuius erat illa terra ſpāliter, & dedicata cultui eius: & tamen propter primam cauſam ſaltem non manducabant Iudæi cum gentilibus veniētibus ad orandum in templo. Secundum in quo non communicabant Iudæi cum Gentilibus erat, q̄ licèt venirent iſti Gentiles ad orandum, non permitebātur intrare in templū, non ſolùm in templum interius: quia hoc non ſolùm erat eis ſpeciale, ſed etiam Iudæis, quia illis non licębat intrare interius, niſi ſacerdotibus: Leuitæ autem, & laici non intrabant illuc: ſed non licebat intrare Gentilibus in atrium templi ad quod intrabant Iſraelitæ laici, vt orarent ibi, & ſiquis vellet de eis intrare, arcebāt ab ingreſſu. Et ſi quis Iudæus vellet introducere illuc aliquem Gentilem, peccabat, & puniebatur. Ideo De⁹ increpabat valde Iſraelitas, quòd cupiditate ducti introducebant aliquos Gentiles in templum, ſcilicet in locum, in quo erant laici Iſraelitæ: vt patet Ezechi. 44. ſcilicet. Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael: eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde, & circunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & poluant domum meam. Siquis autem de Iſraelitis introduceret aliquem Gentilem ad caſum Iſraelitarum, occidendus erat, ſicut patet de Paulo, qui purificatus ſecundùm legem, & introiuit in atrium virorum mundorum ſicut cęteri Iſraelitæ introibant, & quia ibant cum eo quidam viri, quos Iſraelitæ putauerunt eſſe Gentiles, voluerunt lapidare Paulum dicendo, quòd introduxiſſet Gentiles in templum. Actu. 21.

F Sciendum autem quòd Gentiles orabant in templo, ſcilicet quia orabāt in quodam atrio ſeparato a reliqs, quod vocabatur atrium immundorum, & erat quartum inter atria templi. Nam non eſt omnino negandum eos eſſe in templo, cùm litera dicat quòd veniebant ad orandum in templo: de iſtis atriis quomodo diſtincta eſſent declaratum eſt. 3. Regum 6. circa finē. Tertium in quo non communicabant Iſraelitæ cum iſtis Gentilibus venientibus ad orandum in ſanctuario erat in oblationibus. Nam ſi vellent iſti Gentiles offerre aliqua animalia in ſacrificium, quæ ducerent de terra ſua, vel panes, vinum, oleum, thus, & ſimila, quæ in altari cremabantur: ſiue vellent emere illa in terra Iſrael ad offerendum, non ſuſcipiebātur de manu eorum etiam ſi nimis deuotè darent, vt patet Leu. 22. l. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata ſunt omnia non ſuſcipietis ea. Iſtud autē quantum ad illa, quæ per ſe offerebantur, & cremabantur in altari ſecundùm totum, vel partem, vt carnes animalium, panes, ſimila, vinum, ſal, thus. Poterant tamen dare pecunias ſacerdotibus, vt inde emerent animalia, & omnia neceſſaria ad ſacrificia, ſicut rex Athaxerſes dabat de redditibus ſuis expēſas neceſſarias pro ſacrificiis ſanctuarij. primo Eſdræ. 7. Et Seleuchus rex Aſiæ dabat omnia neceſſaria ad ſumptus ſacrificiorum de redditibus ſuis: & ſic etiam alij reges, & principes templum magnis muneribus honorabant, ſecūdo Macha. tertio cap. Hoc tamen non habebant Gentiles aliud moleſtum: quia ſciebant quòd Iudæi non faciebant hæc in contemptum ipſorum, ſed quia obligabantur ex lege ad faciendum illud. Si autem aliquis de iſtis gentilibus, qui ſic veniebant ad orandum in templum, conuerterentur ad Iudaiſmum, deſiderans colere Deum integrè, circuncidebatur, & cogebatur habitare in terra Iſrael: ne ſi maneret inter Gentiles rediret ad idola: & tunc incipiebat obſeruare omnes cæremonias legis, & erant ſibi communia omnia cum Indæis.

Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra aduerſarios ſuos per viam, in qua miſeris eos, adorabunt te contra viam, in qua ciuitas hæc eſt, quam elegiſti, & domus, quàm ædificaui nomini tuo, tu exaudias de cęlo pręces eorum, & obſecrationem, & vlciſcaris. Si autem peccauerint tibi (neque enim eſt homo, qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hoſtibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certe, quæ iuxta eſt, & conuerſi in corde ſuo in terra, ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis ſuæ, dicentes: peccauimus, inique fecimus, iniuſtè egimus: & reuerſi fuerint ad te in toto corde ſuo, & in tota anima ſua in terra captiuitatis ſuę, ad quam ducti ſunt, adorabunt te contra viam terrę ſuę, quàm dediſti patribus eorum, & vrbis, quàm elegiſti, & domus



mus quam ędificaui nomini tuo: tu exaudias de cęlo, hoc eſt, de firmo habitaculo tuo pręces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo quamuis peccatori. Tu es enim Deus meus: aperiantur, quęſo, oculi tui, & aures tuę intentę ſint ad orationem, quę fit in loco iſto. Nunc igitur conſurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuę. Sacerdotes tui Domine Deus induantur ſalutem, & ſancti tui lętentur in bonis. Domine Deus meus ne auerteris faciem Chriſti tui: memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.

*Si egreſſus fuerit.* Iſta eſt ſexta petitio de exauditione Iudęorū exĩtium in terra aliena in hoſtilitate. Caſus eſt, quia aliquando Iſraelitæ ibant ad pugnandum contra aliquas regiones gentilium extra terram ſuam, & egē res diuino auxilio implorabant, & quia non poterant venire ad orandum in templo, orabant in regione illa, in qua erant cōuertentes vultum ſuum ad templū: & petit Salomon, q̄ quando ſic orauerint conuertendo vultum ad templum exaudiantur, ac ſi venirent in templum: & dicitur. *Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum.* Scilicet, aliquando Iſraelitæ egrediebantur extra terram ſuam ad pugnandum cùm hoſtibus ſuis: nam interdū aliqua gens offendebat Iſraelitas, & ipſi egrediebantur ad pugnandum contra illam: & hoc ſiue eſſet illa gens de Chananæis, ſiue non: licèt verum eſt, quòd aliam conditionem pugnandi, & captiuandi habebant Iſraelitę contra Chananæos quàm contra alias gentes: vt patet Deut. 20. tamen quantum ad hoc quod haberent hic cōe erat, ſcilicet quòd Iſraelitæ euntes extra terram ſuam ad pugnandum contra quamcunque gentem orarēt contra templum. *Per viam, qua miſeris eos.* Hic differt petitio iſta a præcedentibus, quia in omnibus ſuprapoſitis orabatur in tēplo. Nunc autem quia Iſraelitæ eſſent extra terram ſuam, non poterant venire ad templum, & ſic orarēt extra templum per viam, qua irent. Et dicitur per viam, qua miſeris eos, quòd præſupponitur, quòd Deus mittebat Iſraelitas nunc ad pugnandum, ſcilicet conſilio eius ibant. Nam antequam exirent ad pugnandum conſulebant eum per ſacerdotem magnū in tōnali, & Ephod, ſicut fecit Dauid per Abiatar primo Reg. 23. & 30. vel per prophetas conſulebant ſicut rex Achab. 4. Reg. 20. & 22. & infra 18. Nam tres modi ſciendi occulta erant apud Iudæos, ſcilicet per ſacerdotes, per prophetas, per ſomnia, primo Reg. 28. vbi dicitur quòd Deus noluit reſpondere Sauli per ſacerdotes, nec per prophetas, nec per ſōnia: & ſic dicebatur Deus mittere iſtos, in quantū conſilio eius ibāt. *Adorabunt te contra viam in qua ciuitas hęc eſt.* Scilicet cō uertent vultus ſuos contra regionē, in qua eſt ciuitas iſta Ieruſalem, & dicitur contra viam in qua hæc ciuitas eſt, ideſt contra viam, per quam venitur de terra illa, in qua fuerint tunc Iſraelitæ ad regionem iſtius ciuitatis, & hoc vt viderentur orare in loco iſto. *Quam elegiſti.* Dicitur hoc quia ciuitatem iſtā ſolam Deus elegerat de omnibus ciuitatibus terræ Iſrael ad ponendū in ea nomē ſuū, vt patet ſupra in litera à die, qua eduxi populum meū Iſrael de Aegypto, nō elegi ciuitatē de cūctis tribubus Iſrael, vt ædificaretur in ea domus noi meo, ſed elegi Ieruſalem, vt ſit nomen meum in ea. *Et domus, quam ędificaui nomini tuo.* Eadem ſententia eſt, quia in eodem loco erat ciuitas, quam De⁹ elegerat, & domus ędificata nomini ſuo, ſcilicet templum, q̄ templum erat in Ieruſalem, & illa eſt ciuitas ſanctificata, nec orabitur propter aliud contra Ieruſalem, niſi quia ibi erat templum, & iſta erat conſuetudo Iudęorum, quòd quando eſſent in terra aliena, orarent conuertentes vultum contra Ieruſalem: ſic faciebat Daniel cùm eſſet in Babylone, nam ter quotidie flectens genua apertis feneſtris domus ſuæ conuerrebat vultum ſuum contra Ieruſalem, & orabat, vt patet Dan. 6. *Exaudias de cælo pręces eorū.* Quia Deus in cęlo ſpecialiter eſſe videbatur, tāquam ibi moraretur, inde exaudireputabatur, vel repellere petitiones veſtras. *Et obſecrationem.* Ad idē pertinēt præces, et obſecrationes: vocantur tamen præces, quando aliquid ſimpliter petitur: vocatur obſecratio quando interponitur aliquod medium orando, in cuius virtute aliquid petitur: ſicut cùm dicimus, per paſſionem tuam, & per ſāctā reſurectionem tuam exaudi nos Domine: ſic Iudæi orabant Deum per Abraham, Iſaac, & Iacob ſeruos eius, & erant obſecrationes. *Et vlciſcaris.* Scilicet, iniuriam, quàm ſuſceperunt Iſraelitæ, & pro qua pugnant contra tales gentes. Sed 3. Reg. 8. dicitur, facies iudicium eorum. Idem tamen eſt, quia accipitur iudicium pro vindicta, & ſic vocabātur iudices Iſrael, ideſt vindicantes populum illi, qui pręerant populo, & pugnabant contra hoſtes pro populo. *Si autem peccauerit.* Hic ponitur petitio ſeptima de exauditione Iſraelitarū ſuper cuiuslibet peccato, & iniquitate, & eſt quando captiuarentur Iſraelitæ pro peccatis ſuis. Caſus eſt, Iſraelitæ peccarent aliquando, & Deus iratus traderet eos in manus hoſtium, & ducerentur captiui in terrā longinquam, vel propinquam: ſi agentes pœnitentiā de peccatis ſuis in terra captiuitatis ſuæ cōuerterentur ad dominum, quòd Deus exaudiret eos, & reducerētur de captiuitate: & dicitur. *Si autem peccauerint tibi.* Scilicet, totus populus, vel magna pars, quia pro peccato paucorum non traderet Deus populum in captiuitatem, ſed ipſos peccantes puniret, ſicut decebat. *Nec enim eſt homo, qui non peccet.* Eſt confirmatiuum præcedentis, vel redditiuum cauſę, quia dixerat ſi peccauerint tibi, & quia videbatur hoc eſſe dubium, aſſerit, q̄ certiſſimè hoc accideret, eo quòd nō erat aliquis, qui non peccaret, cùm ſit difficillimum hominem abſtinere à peccato, ita vt nunquam peccet. Vel ponitur hoc ad extenuandum culpam, vt Deus facilius exaudiret orationem populi, quia dixerat Salomon: ſi peccauerint tibi. Dicitur aliquis, quòd homo peccet contra Deum grauiſſimum eſt, quia eſt magna ingratitudo, ideo non eſt iuſtum quòd remittatur. Reſpondet Salomon, quòd remiſſibile eſt: quia eſt valde difficile nō peccare, cùm non ſit homo, qui non peccet. Iſtud dictum ſumendum eſt ciuiliter vel moderatè: nā falſum eſt, quòd non ſit homo, qui non peccet: quia aliàs ſequeretur, quòd Chriſtus peccauiſſet, & Domina noſtra: & non ſolùm peccato originali, ſed etiā actuali, & non ſolùm veniali, ſed etiam mortali: quia litera loquitur hic de peccato mortali. Nam dicitur hic: non eſt homo, qui non peccet: & ſubditur quòd propter hoc traderet eos Iſraelitas in manus hoſtium captiuos: & tamen pro veniali peccato, vel pro originali non traderentur captiui: ergo intelligitur de mortali actuali. Certum eſt tamen quòd Chriſtus peccatū nullū fecit, nec contraxit: Domina etiam noſtra nullum peccatum fecit, quia dato quòd aliqui dubitent, ſolùm eſt dubitatio de peccato originali: de mortali tamen actuali, vel veniali nullus dubitat, q̄ non fuit in Domina noſtra. Intelligenda eſt ergo iſta auctoritas

Universidad de Deusto
Biblioteca



non vniuersaliter,sed vt communiter: nam ista propo F
sitio est vniuersalis per equipolentiam subalternarū. s.
non est homo,qui non peccet,ideo homo omnis pec
cat: sed intelligitur,quòd est communis,q̄ omnes ho
mines peccant aliquando, vel quòd rari homines sūt,
qui non peccent aliquando mortaliter. Sic intelligū
tur multæ aliæ propositiones vniuersales sacræ scriptu
ræ, scilicet. Omnis homo mendax: Psal.15. ideſt ra
ri homines sunt,qui non mētiantur: licèt illa litera p
modum stuporis legenda est, vt patet considerato ti
tulo psalmi. *Et iratus fueris*. Quia Deus propter pec
catum irascitur hominibus,accipiendo iram pro puni
tione: nam ira prout motus animi concitati, scilicet
appetitus vindictæ,non est in Deo: quia ira est passio
quędam facta ex accensione sanguinis circa cor: Deus G
tamen non habet sanguinem, nec cor,cū non sit ani
mal,ideo non habet iram, sed scriptura sic consueuit
accipere pro punitione. *Et tradideris eos hostibus*. Scili
cet faciendo taliter,quòd hostes possent capere Israe
litas: multi autem modi sunt quibus Deus potest tra
dere aliquem in manus alterius, & tradebat Israelitas
in manus hostium suorum,& hostes in manus Israe
litarum: vnus modus est subtrahendo adiutorium. s.
Iudæi erant fortiores hostibus suis adiuti à Deo. Si au
tem priuarentur isto adiutorio, essent minores hosti
bus. Vel fiebat aliter, scilicet incutiendo timorem Is
raelitis,& sic dato quòd essent æquales viribus hosti
bus suis,prævalerent contra eos hostes:& istum modū
consueuerat Deus facere contra Israelitas, quādo pec H
cabant: vt patet Leu.26. s. Et qui de vobis remanserint,
dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus ho
stium,terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient
quasi gladium,cadent nullo sequente,& corruent sin
guli super fratres suos,quasi bella fugientes,nullus ve
strum audebit inimicis resistere. Simile ponitur de
magno timore Israelitarum propter peccatum à Deo
eis incussum Deu.28.cap,Multi alij modi sunt,de qui
bus latè dictum est,4.Reg.7. in quadam questione, &
præced.lib.14.cap. *Et captiuos eos duxerint in terram longin*
*quam, vel certe quę iuxta est*. Quando totaliter prævale
bant hostes contra Israelitas, captiuos ducebant eos,
quia non confidebant, quòd seruarent pactum subie
ctionis: sic fecerunt Assyrii decē tribub⁹ Israel 4. Reg. I
17.& Caldęi duabus tribubus regni Iuda.4 Reg.25. &
non differt,quia ducerent eos captiuos in terram lon
ginquam,vel propinquam, quia de quacunque illarū
precarent alias orarent ad dominum exaudiēdi erāt;
cùm Deus præsens sit omnibus terris, & vbique audit
& videt quæ geruntur. Etiam quia non erat Deo dif
ficilius Israelitas reducere in terram suam de terra p
pinqua quàm de longinqua: sicut dicitur Deute. 30.
Si ad cardines cęli fueris dissipatus,inde retrahet te do
min⁹. *Et conuersi corde suo*. Istud requirebatur ad hoc,
quòd Deus reduceret Israelitas de captiuitate: nam
dato quòd orarent, si non conuerterentur ad Deum
in corde suo,non reduceret eos de captiuitate. *In terra*
*ad quam captiui ducti fuerint egerint, pœnitentiam*. Scilicet,
tunc non possent venire in templum ad orandum pro
liberatione sua,sed existētes ī terra captiuitatis suæ ora
rent contra Ierusalem, & sic agentes pœnitentiam de
peccatis suis,exaudiendi erant. *Et deprecati te fuerint in*
*terra captiuitatis suæ*. Postquam pœnitentiam agerent in
corde suo, & affligerentur sponte pro peccatis, per
quæ meruerant istam captiuationem,deprecarentur
dominum pro liberatione, & tunc essent sufficienter
dispositi ad hoc quòd exaudirentur. *Dicentes pecca*
*uimus: inique fecimus; iniuste gessimus*. Non est sensus,
quòd ista verba deberent necessariò dicere in oratio
ne, quia poterant dicere quæcunque alia, in quibus
significaretur inflictio mentis, & confessio peccati:

posuit tamen ista Salomon gratia exempli ista tria id&
signant: est tū repetitio sententiæ per alia, & alia ver
ba: talis āt exaggeratio sermonis conuenit hoībus pas
sionatis ad exprimendum affectum suum,& conuenit
cuique passioni: & sic est in proposito de passionatis
orantibus pro remissione peccatorum: quia ex con
tritione cordis verba multiplicabant. Vel potest dici,
quòd ponūtur hæc ista tria ad designādū tres modos
peccati: nam peccat aliquis in se,peccat in proximum,
peccat etiam in Deū. Pro primo dicitur peccauimus,
scilicet in nosipsos. De secūdo dicitur,inique egimus,
scilicet in proximos,quia iniquitas dicit inæqualitatē:
inæqualitas autem est in iustitia, quæ attenditur in cō
municatione hominis ad hominem. De tertiō dici
tur, iniuste gessimus: & melius ponitur hoc 3. Reg.8.
vbi dicitur, impiè gessimus, scilicet in Deum. Impie
tas enim est irreligiositas, vel indeuotio: quia pietas ē
id,quod cultus Dei, vel latria,ideo qui circa cultū Dei
malè se habent, vocantur propriè impii, & pro omni
bus his peccati modis petebant remissionem. *Et con*
*uersi fuerint ad te in toto corde suo,& in tota anima sua*. Pro
eodem accipitur cor, & anima: ponitur tamen ista du
plicatio verbi, quia talis est modus loquendi vulgaris:
nam cor propriè dictum non pertinet ad hoc, quia est
quædā pars carnis, & pertinet ad operationes vitales,
& naturales, sed non ad spirituales, qualis est displiçē
tia de peccato, & conuersio ad dominum: sed consue
uimus accipere cor pro voluntate, & animam pro in
tellectu, quia cor ponitur ad desiderandum in modo
nostro loquendi: & iste est actus voluntatis: anima au
tem, quia est aliquid spirituale etiam ex modo nostro
intelligendi ponitur pro intellectu, quæ putatur à vul
garibus magis aliquid spirituale, quàm voluntas: & po
nuntur istæ duæ positiones: quia in istis sunt omnes
actus humani, qui vocantur propriè humani, vt patet
6. Ethi. & cùm secundùm istas duas vires ad Deū con
uertimur, totaliter ad eum conuertimur, & tūc ab eo
exaudimur. *Adorabunt te contra viam terræ suæ*. Scili
cet, existentes in terra captiuitatis conuerterent vul
tus contra viam, per quam venerunt de vrbe Ierusa
lem, & sic orarent, & isto modo orabat Dan. vt patet
Dan.6. *Quam dedisti patribus eorum*. Scilicet, non fuit
data terra ista illis, qui ducerentur captiui, sed patrib⁹
eorum, scilicet p rogenitoribus, qui introierunt in ter
ram Chanaan sub principe Iosue, & abstulerunt terrā
de manu hostium, & inceperunt eam possidere: & per
hoc illis data est: istis autem non data fuit, sed succesſe
runt in iure antiquo patrum suorum. *Et vrbis quam ele*
*gisti*. Scilicet, Ierusalem, quæ à Deo electa est, vt ibi
ędificaretur templum nomini Domini. *Et domus quam*
*ędificaui nomini tuo*. Scilicet, templi. Idem sunt om
nia, quia conuertendo vultum contra vrbem conuer
tebant contra domum, cùm Ierusalem esset, in qua
erat templum, & non cōuertebant vultus contra Ieru
salem, nisi pp tēplū qđ ibi erat. *Vt exaudias de cęlo*. Con
sueta est ista locutio, quia ibi specialiter solū putatur
Deus habitare, & patet ex litera sequenti. *Scilicet, hoc est* K
*de firmo habitaculo tuo*. Vocatur cęlum habitaculum
Dei, quia ibi specialius quàm in aliis locis habitat: vo
catur firmum, quia est substantia indissolubilis, cùm
non sit mixta nec elementata, q̄ possit alterari aut cor
rumpi, vel firmum, id est fortissimum, s. quia nullⁱ pōt
illuc pertingere ad nocendum propter suam celsitu
dinem. *Preces eorum*. Scilicet, quibus petunt, vt re
ducas eos in terrā suam. *Et facies iudicium*. i. iuste iudica.
pro illis condescendendo præcibus eorū, quia iustum
est, quòd illi, q̄ humiliantur, exaudiant̄, & subditur in
tentus. *Et dimittas populo tuo quamuis peccatori*. Ideſt
dimittas iniquitatem eorum, & pœnam, quā p iniqui
tate patiuntur: & dicitur, quamuis peccatori, scilicet
licèt



licèt peccatores sint, & non mereantur miserationes A
tuas, tamē tu ex magnitudine clementię ignosce illis,
& dicitur, quāuis pctōri, ideſt quāuis ante hoc fuerit
peccator: nam postquā conuertebantur ad dominum
iam non manebant in peccato. *Tu es enim Deus meus*.
Istud est tedditiuum causæ præcedentium dictorum
nomina ista ego peto à te confidenter, quia tu es De⁹
meus, scilicet ex hoc quòd es Deus meus: scio quòd
potes ista facere etiam habeo causam à te orandi pro
pter specialem familiaritatem, quam ego, & omnes
Israelitę ad te habemus: cùm tu dixeris: eritis mihi in
peculium de cunctis gentibus: mea est enim omnis
terra, & vos eritis mihi regnū sacerdotale, & gens sca.
Exo.19. *Aperiant̄ queso oculi tui, & aures tuę intentę sint ad* B
*ōnē, quę fit in loco isto*. Hic ponitur clausula generalis in
tenta: nam supra ponebat Salomon speciales petitio
nes de exauditione orationis, quæ fieri debebat in tē
plo, nunc ponitur clausula generalis, scilicet quòd ad
omnes orationes, quæ fierēt in templo Deus attende
ret. Et dicitur, aperiantur oculi tui, & aures tuę in
tentæ sint ad signandam magnā attentionem eius ad
omnes ōones: nam Deus, nec aures habet nec ocu
los cùm non sit animal: quia tamen sicut ille, qui ocu
los apertos habet, & aures intentas circa aliquid, est
attētus, & diligēs circa illud: ita petebat Salomō q̄ de⁹
attentus esset circa omnes orationes, quę fierent in tē
plo. *Nunc ergo Domine*. Hic ponitur conclusio præce
dentium, licèt aliqui dicant ad aliud pertinere, sicut
declarabitur infra in quadam questione, & dicitur. C
*Nunc ergo consurge Deus in requiem tuam*. Ideſt surge ad
habitandum in loco quietis tuæ: Deus enim in cælo
præsupponitur habitare specialissimè, sicut sæpe tangi
tur hic in litera: & tamen in terra habebat adhuc quē
dam modum manendi specialiter, scilicet in sancta
sanctorum: vbi super arcam inter alas duorum Che
rubim manebat, & inde responsa dabat sacerdoti quę
renti, & Moysi quando introibat in Sancta sanctorū.
Num.7. & dicebatur Deus sedere super Cherubim
quæ sunt in arca.2. Reg.6.& Psal.79. scilicet. Domi
ne Deus oro, quòd surgas nunc ad manendum in sā
cta sanctorum, vt ibi sis semper, & sic te nobis propin
quum habeamus orationibus nostris: nam de hoc lau
dabat Moyses Israelitas super omnes gentes, scilicet: D
Quę est alia natio tam grandis, quæ habeat deos alie
nos apropinqantes sibi sicut adest Deus cunctis ob
secrationibus nostris? Deut. 4. *Tu & arca sanctificatio*
*nis tuæ*. Scilicet, ambo manete simul in requie vestra:
nam in Sancta sanctorum manebat arca, & ibi etiam
Deus manere dicebatur cum ipsa arca inter alas Che
rubim. *Sacerdotes tui Domine induantur salutem*. Ideſt
fac quòd, sacerdotes tui, qui tibi ministrant, sani sint
ab omni nocumento corporis, vt promptè, & deuo
tè tibi ministrare valeāt. *Et sancti tui lętentur in bonis*. Pōt
intelligi dupliciter: vno modo quòd sit repetitio sen
tentiæ, scilicet sacerdotes, qui sunt sancti tui, ideſt tra
dātes opera sancta, vel sancti tui, ideſt sanctificati vel
dedicati ad cultū tuū, lętentur in bonis. i. lętēturin bo E
nis, quæ pcipiunt de iuribus sanctuarii, s. da tu multos
fructus terræ & multas oblationes, & inde cōsequant̄
multa iura sacerdotes, in quib⁹ lætentur comedendo,
& bibendo. Aliter potest intelligi de Leuitis, qui erāt
sancti, scilicet sanctificati ad ministrandū Domino:
nam licèt non esset ministerium Leuitarū tam scūm,
sicut ministerium sacerdotum, tamen sanctum erat,
qa nulli laico licebat accedere ad illud sub pœna mor
tis, Num. primo & 18. Et isti lætari debebant in bo
nis, scilicet in iuribus, quæ perciperent de sanctuario:
nam Leuitæ percipiebant omnes decimas Israelitarū
præterquam q̄ de eis dabant partem decimam sacer
doti magno: & illa erat centesima omnium fructuū
totius Israel: omnes alios prouentus sanctuarii perci
piebant sacerdotes. Quæ aūt essent iura sacerdotum,
& q̄ Leuitarū, & q̄ sacerdotis magni, satis latè Nu.18.
*Domine ne aduerseris faciē Christi tui*. i. non confundas faciē
meam repudiando petitiones meas: Salomon loque
batur de seipso, & ipse erat Christus, ideſt re x vnct⁹
oleo sancto mandato Domini, & omnes tales vocan
tur Christi in greco: aduersari faciē est contēnere eā,
vel repudiare: & istud est quando quis non vult con
sentire præcibus alterius: quia tunc cogit eum eru
bescere, & aduersat̄ ei: & faceret Deus si non assenti
ret petitionibus Salomonis: quia cū publicè petiuisset
Salomon ista confidens de bonitate dei propter fami
liaritatem, quā habebat ad Israelitas, & precipuè ad pa
trem suū Dauid cōfunderetur nimis Salomon, & ap
pareret quòd nihil habebat fauoris in Deo, qui nollet
assentire petitionibus eius iustis, cùm ædificasset ei tē
plum tam magnificum. *Memento misericordiarum Dauid*
*serui tui*. Ideſt licèt propter me non facias, saltem fac
propter Dauid, memor existens misericordiarum Da
uid serui tui. i. misericordiarum quas ei promisisti fa
cere cū semine suo: nam dixerat Deus de filio Dauid
q̄ regnaret iugiter, & q̄ acciperet eum in filiū, & ipse
esset ei in patrē 2. Re.7. & præc. li.17. & 22. capi. Ad pa
trem autem pertinet condescendere iustis petitioni
bus filij: ideo cū essent istæ iustæ petitiones Salomo
nis, debebat Deus condescendere illis saltem propter
Dauid.

*Quomodo continuentur cum præcedentibus, & circa*
*intelligentiam. Quæst. XXII.*

QVAERITVR circa intelligentiā istⁱ⁹ literæ:
& qūo cōtinuetur cū præc. Respōdēt quidā He
bræi, q̄ non est cōclusio ōnis Salomonis, sed est qui
dā articul⁹ omissus in narratione præcedenti de intro
ductione arcæ in tēplū, & dicunt q̄ supra 5. vbi agit
de ista intrductione, omissum est istud, s. q̄ cùm sacer
dotes cū Leuitis tulissent arcam fœderis de domo Da
uid vsq; ad templum, clausæ sunt portæ templi subie
cto nullo faciente iussu Dei, & non poterant sacerdo
tes in illud introducere arcā: & tunc Salomon orauit
dominum, vt aperiret portas ad hoc, qa arca intro
duceretur in sancta sanctorum, dicens: nunc ergo dñe
consurge in requiem tuam. i. consurge ad intrandū in
requiē tuā. i. in sancta sanctorū, vbi requiescere debes
aperiendo nobis portas, vt illuc introire possimus: tu
& arca sanctificationis tuæ. i. tu ingredere illuc, & etiā
illuc introeat arca: & cū orasset Salomon orabāt quo
que sacerdotes, vt Deus portas aperiret, & cantabant
psalmum centesimum tricesimū primum. s. Memen
to Domine Dauid, & cùm peruenissent ad illum ver
sum: Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciē
Christi tui, subiecto apertæ sunt portæ tēpli, & intro
ducta est arca: & in hoc apparuit gloria magna Da
uid: quia propter eum portæ apertę sunt. Sed dicen
dum q̄ hoc non stat, primò quia non est verisimile,
q̄ aliquid tale accidisset, scilicet q̄ clauderentur portę
templi volentibus ingredi, & quòd postea aperirent,
quia istud erat aliquid magnum pertinens ad accepta
tionem Dei circa templum istud, vel ad signandum
iram q̄tra populum suum: ideo si accidisset nullo mō
tantam rem scriptura subticuisset. Secundò modo
patet, non est ad propositum nec satis verisimile, q̄
istam particulam historiæ scriptura supra omiserit:
& hic inseruerit, cùm non faceret hic ad propositum.
Tertiò patet, quia litera non seruat istud,
sed nimis extortus est sensus iste ad literā hanc. Quar
tò patet: quia ipsi mouentur ad dicendum q̄ sacerdo
tes decantauerint Psal.131. scilicet surge Domine in

requiem

Universidad de Deusto
Biblioteca



requiem tuam: tu & arca ſantificationis tuæ: ſacerdotes tui induantur ſalutem, & cætera. Et tamen iſtud non eſt ſatis ad propoſitū: quia ſi ſacerdotes decantaſſent pſalmum illum, poneretur ibi totus ille pſalmus vſq; ad locū, quē decantauerunt Sacerdotes, vel ſaltē poneretur principium Pſalmi: & intelligeretur quòd reliqua eius continuata ſunt: & non ponitur hoc, ſed quędam eius verba de medio Pſalmi: ideo non colligitur bene nec veriſimiliter, ꝙ ſacerdotes cātauerint Pſalmum illū quinq;, quia iſti putant ꝙ Salomon oraverit Dominum pro apertione portarum dicēs: ſurge Domine in requiē tuā: tu & arca ſanctificationis tuæ. Et poſtea, ꝙ ſacerdptes cantauerint Pſalmum illum, & hoc putant, quia illa verba. ſ. ſurge dñe in requiem tuam: ponuntur depēdentia ſupra ex verbis Salomonis: & poſtea dr̄, ſacerdotes tui &c. & ſic putant, ꝙ ſacerdotes inceperint ibi cantare. Sed non ſtat, quia illa litera. ſ. ſacerdotes tui &c. non ſignat, quòd ſacerdotes cātauerunt: ſed eſt litera pſalmi. ſ. ſacerdotes tui induantur ſalutē vel iuſtitiam &c. & ſic neceſſe eſt, ꝙ ille, qui dixit verba præcedentia. ſ. ſurge dñe in requiē tuā: dixerit ēt iſta verba. ſ. ſacerdotes tui &c. ſol⁹ ergo Salomō locutus eſt hoc, & non cātauerunt aliquid ſacerdotes. Sextò, quia ipſi dicunt, ꝙ qñ ſacerdotes peruenerunt ad illū verſum, ꝓp Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem Chriſti tui, apertæ ſunt portæ: & hoc dicunt, ga ponuntur hic aliqua verba illius Pſal. 131. & finiūtur in illo verbo: dñe Deus ne aduerſeris faciem Chriſti tui. Memēto miſericordiarū Dauid ſerui tui. Sed iſtud nihil eſt, quia nō ponitur hic aliquid de portarū apertione nec clauſione: nā ſi poneretur fuiſſe facta portatū apertio, vel clauſio: dato ꝙ non diceretur in quo verſu pſalmi ſuiſſet facta apertio, & cōtinuarētur verba vſq; ad verſum illū, eſſet veriſimile, ꝙ dictis illis verbis apertæ ſunt portæ: & tñ nō ponitur aliquid de illo, ergo nō innuitur ꝙ dicto illoverbo fuerit facta aliqua apertio, vel clauſio portarū: ſed eſt quædā fictio iſta facta à Iudæis ſicut multæ aliæ fieri ſolent inuento aliquo paruo colore. Alij dicunt, ꝙ hiſtoria acciderit ſicut ſupra narratū eſt de clauſione portarū, & cantauerunt ſacerdotes Pſalmū prædictū: putabant aūt ꝙ propter facta Dauid, quæ cōmiſerat. ſ. occidi iubendo Vriā, & accipiendo vxorem eius Bethſabee Deus clauſiſſet portas: & ſic dixerunt, propter Dauid ſeruū tuū nō auertas faciē Chriſti tui. i. propter peccata ſua, non cōfundas faciem Chriſti. ſ. Salomonis: & dicto illo verbo apertę ſunt portæ. Er dicunt ꝙ tūc cognouit Salomon peccata Dauid remiſſa eſſe, quia ꝓpter illa Deus voluit tenere portas clauſas, & aperuit illico eas, vt nō putaretur, ꝙ propter peccata Dauid fieret hoc, & ſic in morte reputaretur Dauid adhuc reⁱ delictorū. Sed iſtud nō ſtat, ſicut & præcedens ſententia, quia præſupponitur ꝙ clauſæ fuerint portę, & ꝙ Salomon oraverit pro apertione, & etiā ſacerdotes: ſed iſta confutantur eiſdem rationibus, quibus ſupra confutata ſunt: ꝙ aūt dr̄, ꝙ putabant ſacerdotes, ꝙ propter peccata Dauid clauderetur porta, non eſt veriſimile, quia Dauid reputabatur vir ſanctiſſimus, & mortuus eſt in ſenectute bona, & licèt peccaſſet in facto Vrię, iam putabatur illud peccatum ab oībus remiſſum, quia multū tēpus tranſierat inter peccatū illud & mortē Dauid. Etiam Dauid fecerat poſtea alia peccata, quæ poſtea remiſſa fuerant, ſicut fuit peccatum numerationis populi: pro quo Deus miſit peſtilentiam ſuper terram tribus diebus, & poſtea ceſſauit plaga. 2. Regum 24. & præced. lib. 21. cap. Si ergo adhuc non remiſſum eſſet peccatum illud adhuc Deus puniuiſſet Dauid viuentē pro peccato hoc, & nō puniuit vlterius, ideo non erat hoc veriſimile. Secundò patet, quia pro iſto peccato Deus dederat pęnam ſufficientē, quæ iam erat conſumata in Dauid, ergo non maneret alia pęna. Patet, nā Deus per Nathā dixit Dauid, ꝙ propter peccatū iſtud adulterij cū Bethſabee moreretur puer, qui natus fuerat de adulterio: Etiā quia Dauid fecerat occidi Vriā, Deus faceret, ꝙ nō recederet gladius de domo Dauid 2. Reg. 12. & vtrunque cōpletum erat: nam puer illico mortuus eſt eo. c. & gladius verſatus fuerat in Domo Dauid, quia Abſalom filius Dauid occiderat Amnō primogenitum eius fratrem ſuum. eo. lib. ca. 13. & poſtea ſerui Dauid. ſ. Ioab princeps militiæ Dauid occidit ipſum Abſalom. eo. lib. 18. cap. non ergo manebat aliqua pęna toleranda pro peccato Dauid: nec poterāt ſacerdotes veriſimiliter præſumere ꝙ propter peccata Dauid clauderentur portæ. Tertiò patet, ga Pſal. 131. vbi ponuntur verba iſta dicitur: propter Dauid ſeruū tuum, non auertas faciē Chriſti tui: & hic dr̄: Memento miſericordiarum Dauid ſerui tui. Si ergo putabant manere peccata Dauid nondū remiſſa, nō vocarent eum ſeruum Dei: quia iſtud potius ſignat magnam familiaritatem: ideo neceſſe eſt magis intelligi per modū obſecrationis, per merita Dauid ſerui Dei. Quartò patet, quia iſta ſententia poſſet adhuc habere aliqualē colorē ſi ſtarent verba illa Pſal. 121. ſ. propter Dauid ſeruum tuū, non auertas faciē Chriſti tui: quia illa verba poterāt eſſe ambigua. ſ. ꝓp Dauid ſeruū tuū, i. ꝓpter merita eius nō auertas, vel propter Dauid, ideſt propter peccata eius non iraſcaris, & auertas faciem Salomonis, & tamen hic ponitur alia litera, quæ non ſuſtinet iſtā ambiguitatem. ſ. dñe ne aduerſeris faciem Chriſti tui: memēto miſericordiarū Dauid ſerui tui. Et neceſſe eſt ꝙ intelligatur in bonū. ſ. memēto miārū Dauid, i. ꝓp miſericordias illi ꝓmiſſas nō aduerſeris faciē Chriſti tui. Quintò patet, ga dato ꝙ ſacerdotes putarent peccatū Dauid non eſſe remiſſum, adhuc non dicerent, propter peccata Dauid, non auertas faciē Chriſti tui, quia ex hoc infamaretur Dauid mortuus, cùm peccata eius publicè à ſacerdotibus cantantibus remorarentur: nō ergo ſtat iſta ſententia. Sed dicēdum, ꝙ iſta litera tota ex illo loco: tu es Deus meus: vel ex illo loco, nunc igitur cōſurge, eſt cōcluſio præcedentium: quia ſupra Salomon poſuerat petitiones in particulari, quæ oēs tendebant ad hoc, quòd Deus exaudiret oīones, quæ fierent in templo illo. Nunc ponit in cōſtitutione, ꝙ Deus attentus ſit ad faciendum prę dicta: ne aliàs cōfunderetur facies Salomonis orantis, & dr̄, nunc cōſurge dñe Deus in requiem tuam. ſ. conſurge ad manendum in ſancta ſanctorum, vbi erat requies Dei: quia ibi manſurus erat in requie, eo ꝙ dicebatur eſſe Deus ſuper arcā, & in ſancta ſanctorū manere debebat inter alas Cherubim ad dandū rñſa. Et dr̄ tu & arca ſanctificationis. ſ. non ſolū tu manebis hic in requie, ſed ēt, manebit arca ī requie ſua, quia ante hoc mutabatur arca de loco ad locum cū ſanctuario, qñ erat in illo: cū verò fuit per ſe, etiam mutata eſt per varia, quia primò ſtetit in terra Philiſthinorum ſeptem menſibus, 1. Reg. 6. deinde venit in agrū Bethſames, & ſtetit ibi aliquot diebus, & tranſlata eſt in Cariathiārim in domum Abinadab ſacerdotis, 1. Reg. 6. & 7. deinde manſit ibi tēpore multo, & tranſlata eſt poſt in Ieruſalem in domum Obededō Gethæi. 2. Reg. 6. & præced. lib. 13. cap. Poſtea manſit ibi tribus menſibus, & translata eſt inde in domū Dauid, manſitq; ibi multo tempore. 2. Reg. 6. & præced. lib. 15. cap. Et inde trā ſlata eſt inde in domum, quā ædificauit Salomon, & ibi manſura erat in ęternum. Ideo dicebatur ibi eſſe requies ſua, quia non erat inde mutanda de loco ad locum ſicut prius. Vocatur arca ſanctificationis. i. ſanctitatis, quia in ea continebatur res ſanctiſſima totius ſanctuarij. ſ. bulęta legis decem præceptorum, & virga Aaron, quæ fronduerat, & vrna aurea cōtinens mā



nā ad Hebrę. 9. vel quia ſuper ipſam erat Deus vt putabatur rñdens oībus cōſultationibus, & dubiis inductis per ſummum ſacerdotem introeuntem in ſancta ſanctorum, & non poterat eſſe maior ſanctitas quam vbi ſic Deus apparebat, & loquebatur. Alia litera habet: tu, & arca fortitudinis tuæ: & vocatur arca fortitudinis, quia per eā apparuit fortitudo Dei in multis locis, apparuit primò in deſiccatione, & diuiſione Iordanis: quia mox vt pedes ſacerdotum tenentium arcam ſteterunt in Iordane, ſtetit aqua ſuperior in modum muri, & aqua inferior receſſit. Et ſic apparuit alueus arens, vt tranſirent Iſraelitæ ſicco pede, Ioſue tertio. Deinde apparuit fortitudo arcæ in murorum Iericho deſtructione, quia vt luſtrata eſt ciuitas ſeptē diebus per arcam, corruerunt muri vltima vice. Ioſue ſexto. Deinde apparuit fortitudo arcæ in Philiſthinorū pcuſſione, quia corruit Dagō Deus Philiſthinorum coram arca, & confractæ ſunt manus eius, & caput: & in quamcunque ciuitatē introiret arca, ſequebatur plaga magna quouſque tolleretur inde arca primo Reg. 15. & dicitur: Sacerdotes tui induantur ſalutē, ideſt veſtes ſalutares, in quibus miniſtrare debent: & ſic applicabitur tota litera, ſicut ſupra applicauimus.

## CAPITVLVM VII.



VMQVE compleſſet Salomon fundēs pręces, ignis deſcēdit de cęlo, & deuorauit holocauſta, & victimas: & maieſtas Domini adimpleuit domum: Nec poterant ſacerdotes ingredi templum Domini, eo quòd impleſſet maieſtas Domini templum Domini. Sed & omnes filij Iſrael videbant deſcendentem ignem, & gloriam Domini ſuper domum: & corruentes proni in terram ſuper pauimentū ſtratum lapide, adorauerunt, & laudauerunt Dominum: quoniam bonus, quoniā in ſęculum miſericordia eius.

*Cumque compleßet.* Deſcripta in præcedentibus oratione Salomonis, hic ponitur ſignum acceptationis, ſcilicet quòd per ſignā data hic apparuit, quòd Deus acceptabat orationem Salomonis, & dedicationem templi, & diuiditur in duas. Primò ponitur dedicationis acceptatio: ſecundò Salomonis admonitio, ibi. *Apparuit autem Dominus.* Prima in duas, quia primò ponitur prædictæ acceptationis oſtenſio. Secundò dedicationis inceptæ completio, ibi. *Rex autem.*

*An ea, quę habentur hic, habeant ordinem continuatum.*
*Quęſt. I.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, habeant continuatum ordinem ad præcedentia, vel ſit ordo mutatus, & an fuerint iſta immediatē poſt illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic eſt ordo continuus: quia præcedenti cap. agebatur de feſtiuitatis inchoatione, vel perſecutione, hic agitur de eiuſdem conſummatione, cùm totus Iſrael fuerit remiſſus nūc per regem in tabernacula ſua: ideo neceſſe eſt, quòd iſta fuerint poſt illa. Secundò, quia præced. cap. ponitur Salomonis oratio, hic ponitur diuina reſponſio, vt patet in litera, neceſſe eſt autem, quòd fuerint illa ante iſta. Ad ſecundum dicendum, quòd nō fuit hic aliquod tempus intermediū inter præcedentia & iſta, ſed eſt continuata hiſtoria: nam Salomon aſtante toto populo orauit ad dominū, & dixit omnia, quæ habentur præced. capi. & illico vt compleuit orationem deſcendit ignis de cęlo, & combuſſit holocauſta, quę poſita erant in altari, ſicut dicitur in litera, ſcilicet: Cūque compleſſet Salomon fundens pręces, ignis deſcendit de cęlo, & deuorauit holocauſta. ideo dicendum quòd nullum fuit medium inter iſta & præcedentia. Circa primum dicitur. *Cumque compleſſet Salomon fundens pręces.* Quando compleuit Salomon facere orationem ſuprapoſitam præced. cap. nam illam orationem fecit coram toto populo attento ad verba eius, & completa oratione miſſus eſt ignis, ſicut habēt hic. *Ignis deſcendit de cęlo.* Scilicet deſcendit ſuper holocauſtum: deſcendit enim de loco alto: & ob hoc videbatur deſcendere de cęlo, ſed an verè deſcenderit de cęlo, vel de aere, & de qua parte deſcenderet declarabit infra in quadā quæſtione: *Et deuorauit holocauſta & victimas.* Scilicet, erant poſita holocauſta ſuper altare, & etiam hoſtiæ pacificæ, & oīa conſumpſit ignis ille deſcendens de cęlo. Ex hoc apparet quòd Salomon nūc faciebat duo genera ſacrificiorum, ſcilicet holocauſta, & hoſtias pacificas: nam holocauſta clare noīantur: hoſtiæ pacificæ intelliguntur per victimas: erant enim tria genera ſacrificiorum in lege. ſ. holocauſta, hoſtiæ pacificę, & hoſtiæ pro peccato. Holocauſtum erat, quādo totum aīal Deo cremabatnt in altari. ſ. carnes, caput, & pedes, & inteſtina: ſolo fimo, & pelle, & cornibus demptis, Leu. 1. & vocatur holocauſtū, quia totum cremabatur ab Olon, quod eſt totum, & Cauma, quod eſt incendium, quaſi totum incenſum: & talia ſacrificia offerebantur ſolū vel ſaltem principaliter ad honorem Dei. Secundum genus erat hoſtiarū pacificarum, de quibus offerebantur ſoli adipes coīter. Carnes aūt diuidebantur inter ſacerdotes, & offerentes. ſ. ſacerdotibus dabatur pectuſculum & armus dexter, & cæteræ carnes proueniebant offerentibus: vt colligitur Leu. 7. & 3. Sacrificium pro peccato erat duplex, quoddam vocabatur pro peccato, & aliud pro delicto: de quorū cæremoniis magis declaratum eſt ſupra 2. in quadam qōne. Hic autem ponuntur duo genera ſacrificiorum ſolū. ſ. holocauſta, & victimæ. i. hoſtię pacificæ: holocauſta quidem ad laudem Dei, & honorem: hoſtiæ pacificæ ad reddendū gratias de ſuſceptis beneficiis, & vt populus poſſet paſci de carnibus ſacrificij. Nam hoſtię pacificę ſunt ad duo. ſ. ad gratiarum actiones, & ad obſecrationes, vt patet Leuit. 7. & hoc pro gaudio cōſumato templo reddendo Deo gratias, quòd conceſſiſſet Hebręis conſumare illud templū, iuſtum fuit offerri hoſtias pacificas: hoſtiæ āt pro peccato non fuerunt nunc neceſſariæ, quia talia ſacrificia nō fiebant niſi pro ſpecialibus peccatis ſm impoſitionem legis, vt coīter, & quia nūc nihil tale erat, non oblata ſunt ſacrificia pro peccato. *Et maieſtas Domini impleuit domum.* Vocatur maieſtas quidam apparatus excellens alicuius ad notandam magnitudinem ſtatus: & dr̄ maieſtas quaſi maior ſtatus: & talis apparatus conuenit regibus: vnde dicimus imperatoriam maieſtatem, vel regiam maieſtatem: minoribus aūt non ſolemus attribuere maieſtatem: Deus aūt videri non poteſt: quia tñ oſtendebat quendam apparatum

Maieſtas quid ſit.

pęni-

Universidad de Deusto
Biblioteca



pœnitẽtię ſuę, per quem pateret eum eſſe preſentem ipetialiter in loco illo dicebatur habere maieſtatem, vel apparere maieſtatem eius. Iſta maieſtas erat aliquod ſignum viſibile glorioſum: vnde vocatur gloria Domini, vt patet infra: quid tamen eſſet, declarabitur infra in quadam quæſtione: Et poteſt hic accipi domus dupliciter: vno modo pro tota domo templi cum atriis ſuis: & tunc eſſet ſenſus quòd templum in circuitu, & atria omnia repleta ſunt maieſtate illa, quęcunque illa eſſet. Alio modo accipitur domus pro ſolo templo habente parietes, & tectum in quod intrabant ſoli ſacerdotes: & tunc dicetur, q̃ ſolum templũ impletum eſt maieſtate & in atriis nihil erat. Sed exiſtentes in atrijs videbant maieſtatem Dei quæ implebat templum: & iſte ſenſus videtur ſatis conſonare literæ, cùm dicatur infra, quòd ſacerdotes non poterãt ingredi templum: eo quòd impleſſet maieſtas Dei tẽplum Domini: & tamen dicitur quòd erant Iſraelitę in atrio templi, & videntes maieſtatem Dei corruerũt ſuper facies ſuas in pauimento ſtrato lapide: ſi tamen repletũ eſſet etiam atrium gloria Domini, non poſſent ibi ſtare Iſraelitæ: ideo vr̃ q̃ nõ erat atriũ repletũ, ſed ſolũ tẽplũ. Et in circuitu tẽpli erat aliquid de maieſtate illa: quia aliàs ſi tota Dei maieſtas appareret intra tẽplũ, non viderent aliquid Iſraelitæ, qui erãt in atrio, eo quòd porta tẽpli clauſa erat, vel ſaltem pendebat ſemper velum ad portã, vt nihil poſſent videre de his q̃ intus erant: & tamen videbant iſti maieſtatẽ Dei exiſtentes in atrio templi: ergo neceſſe erat, quòd aliquid de maieſtate Dei appareret extra templum.

*Nec poterant ſacerdotes ingredi templum Domini.* Scilicet, quia erat maieſtas Dei replens templum, non poterãt ſacerdotes ingredi templum: quia illa impediebat, vel fortè propter eius reuerentiam accedere nõ audebãt: quòd autem erat templum iſtud in qđ non poterãt nunc ingredi ſacerdotes propter gloriam Domini, dicetur infra in quadam quæſtione. *Eo quòd impleſſet maieſtas Domini templum Domini.* Scilicet, illud ſignum viſibile, quod oſtendebat potentiam eius, & vocabatur eius maieſtas, replebat templum, & etiam in circuitu templi circunfuſum erat, ita vt videri poſſet ab exiſtentibus foris. *Sed, & omnes filii Iſrael videbant deſcendentem ignem.* Silicet, deſcendebat ignis de cęlo ad cremãdum ſacrificiorum carnes, & omnes Iſraelitę, qui conuenerant ad iſtam ſolennitatem, & erant tunc in atrio templi, videbant deſcedentem ignem de cælo. *Et gloriã Domini ſuper domum.* Iſta gloria Domini erat maieſtas: quia gloria ſignat aliquid famoſum, & pertinet ad maieſtatem, quia maieſtas eſt aliquid valde excellens, per quod cognoſcitur tanquam famoſus ille cuius eſt maieſtas, & deſcendebat ſuper domum, ideſt ſuper templum: quia etiam tectum templi erat opertum gloria Domini, ita vt omnes exiſtentes per vrbem à longe poſſent videre gloriam Domini ſuper templum. *Et corruentes proni in terram.* Scilicet, omnes Iſraelitę, vt viderunt deſcendentem ignem ſuper domum & gloriam Domini, corruerent in terram. Sed tunc eſt dubium an corruerũt prę timore viſa magnitudine rei, vel corruerunt præ reuerentia, ſcilicet laudantes Dominum propter illa q̃ oſtendebat. Et dicẽdum videtur quòd corruerunt in terram prę reuerentia: nam maieſtas Dei & ignis deſcendens de cælo nõ erat aliquid terribile, ita vt Iſraelitæ caderent præ timore in terram: & ſi dicas quòd timuerunt ignem venientem. Dicendum quòd non ſtat, quia non veniebat ſup eos, ſed ſuper ſacrificia, quæ ab eis ſemota erãt aliquantulum in atrio ſacerdotum. Item patet, quia dicitur in litera corruentes proni in terram adorauerunt & laudauerunt dominum: ideo non corruerunt timentes, ſed ad adorandum: & iuſtum erat, quia illa ſigna teſtabantur Deum quo dã ſpeciali modo præſentem eſſe, & debebant reuereri propter præſentiam illam, & adorare Deum tanquam viderent eum præſentem ſibi: quia videbant eum eo modo, quo poterant videre: nam cùm Deus inuiſibilis ſit, iuxta illud Io. primo. ſ. Deũ nemo vidit vnquam, ſolùm eum videm⁹ per aliqua ſigna præſentiæ ſuę, ſicut videmus hominẽ armatum contemplando arma, quæ ſunt ſigna exteriora. *Super pauimentum ſtratum lapide.* Hoc dicitur, quia ipſi erãt in hoc pauimento ſtrato lapide, iõ oportebat, quòd ſuper illud corruerent, niſi fortè inde fugere vellent, & iſtud erat in atrio: nã oĩa quatuor atria tẽpli, in quib⁹ Iſraelitę, & cæteri orabãt, erãt ſtrata lapide ſ. q̃ pauimentũ de lapide erat pulchrũ ad oſtendendã operis excellentiam. Et dicitur ſtratum lapide, ideſt factum de lapide, quia ſternere eſt locare ſub pedibus. Et ſic vocantur ſtramenta veſtes, vel panni, qui ponuntur ſuper pauimentum ſub pedib⁹, vel in lecto ſub nobis, templum, etiam ſtratum erat lapide: quia tamen ſuper lapides erant ligna abiegna, vel cedrina, vt patet 3. Reg. 6. & ſupra 3. & ligna erãt operta laminis aureis: non dicitur de templo quod erat lapide ſtratum, quia non apparebat lapis aliquis in toto opere: ſed quicqđ erat intra templum, aureum videbatur, patet 3. Reg. 6. *Adorauerunt, & laudauerunt Dominum.* Adorare eſt incuruare ſe ad terram: laudare eſt magnitudinem alicuius ſermonibus explicare, & hoc fecerunt iſti: nam incuruauerunt ſe ad terram, & dixerunt de Deo aliquã magnitudinem, quæ ſequitur. *Silicet, quoniam bonus, & quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Ideſt laudauerũt Deum dicentes: quod bonus eſt, & quòd miſericordia eius durat in ſæculum, ideſt ſemper: & iſta miſericordia & bonitas demonſtrabatur nunc, inquantum voluit nunc oſtendere gloriam ſuam, & ignem dare ſuper ſacrificia ad cremandum illa. Et dicitur quòd in ſæculum durat iſta miſericordia, ſ. quod nõ perit tempore, ſed ſemper manet. Nam ab antiqno Deus oſtẽderat bonitatem ſuam, & miſericordiam Iſraelitis, de quibus patet per proceſſum totius Exod. & lib. Num. & fuerat hoc quaſi per quingentos annos ante iſtud. Nam ab exitu de Aegypto vſque ad fundationem tẽpli fuerunt anni quadringenti & octoginta. 3. Regum 6. & nunc iterum oſtendebat Deus miſericordiam ſuam, ideo videtur, quòd non peribat tempore, ſed durabat ſemper. Et ſicut vſque nunc durauerat, ita videbatur duratura in æternum: quia id quod non deficit in quingentis annis, non deficiet in æternum: potiſſimè, quia miſericordia Dei fuerat à ſęculo, ſcilicet à primordio rerum creatarum, & tranſierant pluſquã tres mille anni.

*Ad quid ignis deſcendit de cęlo, ideſt quę neceſſitas.*

*Queſt. II.*

QVAERITVR Circa prædicta de iſto igne deſcendente de cęlo ad quid dẽſcendit, & non quęritur ad quid deſcendit. i. ad quid faciendum: quia certum eſt, quòd deſcendit ad cremandum holocauſta, & victimas vt patet in litera. Sed quæritur ad quid venit, quæ neceſitas fuit, quòd veniret ad cremandũ victimas, cùm poſſent holocauſta, & victimę cremari alio igne, & lignis. Aliqui dicunt, quod deſcendit iſte ignis ad ſignandum acceptationem orationis Salomonis: nam orauerat Salomon pro multis: vt patet prece. cap. & vt ſciret, quòd Deus exaudiuerat orationes eius, miſit igitur ignem de cęlo, & maieſtatem ſuam. Sed obiicietur, quòd non fuerit ad hoc: quia Deus dedit aliam certificationem Salomoni de hoc: nam



nam apparuit ei, & dixit quòd acceptauerat orationẽ eius, infra in litera, ſcilicet: audiui orationem tuam, & elegi locum iſtum. Alii dicunt, quòd venit iſte ignis ad oſtendendum quòd acceptarentur ſacrificia, quę offerebantur nunc in tẽplo. Et patet hoc, quia cremauit ignis iſte ſacrificia, ideo ſatis apparet, quòd oſtendebat illa eſſe Deo accepta. Sed obiicietur, quòd nõ venit ad hoc, quòd iam præceſſerat aliud ſignum, in quo oſtendebatur ſufficienter omnes miniſtrationes, quæ fierent in ſanctuario iſto acceptas eſſe, ſilicet quando deſcendit nebula, quæ repleuit domum: vt patet ſupra 5. & fuerat in ipſa die, vt infra declaratur in quadam queſtione: ideo nõ oportebat, quòd oſtenderetur acceptatio in igne. Reſpondendum q̃ iſte ignis venit ad oſtendendum duo, ſcilicet ad oſtendendum exauditionem orationis Salomonis, & ad oſtendendum ſacrificia, quę nunc fiebant accepta fore. De primo patet ex circunſtantia operationis: nã erant animalia decoriata & carnes eorum ordinatæ ſuper altare ad cremandum, & dum Salomon orabat alta voce, totus populus erat attentus verbis eius, & nõ cremabant interim ſacerdotes ſacrificia. Finita autẽ oratione cùm peteret Salomon ſe exaudiri, miſit De⁹ ſubito ignem de cęlo & cremauit holocauſta & victimas, vt patet in litera, ſcilicet. Cumque compleſſet Salomon fundens præces, ignis deſcendit de cęlo, & deuorauit holocauſta. Quia ergo ſcriptura dicit hic, quòd cõpleta oratione deſcendit ignis, ſignat habitudinem aliquam eſſe ignis deſcendentis ad orationem Salomonis: & nulla alia eſt niſi, quòd eſſet ſignum exauditionis: Patet hoc, quia iterũ fuit miſſus ignis de cælo ad oſtendendam orarionem exauditam fore, ſcilicet quando Dauid fecit ſacrificium in area Hornam Iebuſæi, & orauit pro ceſſatione peſtis: dicitur quòd exaudiuit eum Deus in igne de cælo ſuper altare holocauſti. prece. lib. 21. c. Erat aũt ſignum conueniens, quia cùm nũc Salomon oraſſet dominum, & ille vellet oſtendere quod acceptauerat orationẽ eius in aliquo ſigno ſenſibili, forte non occurrebat aliquod ſignum, in quo promptius demonſtraretur, quàm in iſta deſcenſione ignis ſuper ſacrificia: ideo data eſt iſta deſcenſio ignis ad hoc ſignandum. Cùm autem obiicitur, quod Deus oſtendit iſtam acceptationem orationis, in quadam reuelatione. Dicendum quòd per hoc nõ tollitur quòd deſcenſio ignis ad hoc fuerit, & tamen quomodo iſta duo ſigna concurrerent ad idẽ, declarabitur infra in quadam quæſtione. Secundum erat, quia iſta deſcenſio fuit ad ſignandum acceptationem ſacrificiorum, & iſtud eſt valde rationabile, quia ante hoc nulla ſacrificia facta fuerant in templo Salomonis: vt ergo intelligeretur, quòd iſta erant accepta Deo, conueniens fuit dari aliquod ſignum, non poterat autem aliquod ſignum conuenientius eſſe quàm quòd deſcenderet ignis de cœlo ſuper ſacrificia, quia cùm ignis deſcendens de cœlo à Deo mitteretur, & cremaret ſacrificia, apparebat quòd Deus volebat illa pro ſe, quia aliàs non cremaret illa. Cùm autem obiicitur, quòd iam Deus dederat aliquod ſignum huius acceptationis, ſcilicet nebulam replentem templum. Dicendum quòd illa nebula fuit ad ſignandum templum eſſe acceptum. Etiam ad acceptandum primum miniſterium, quod ibi factum eſt: non tamen determinatè erat ad ſignãdum acceptationem iſtorum ſacrificiorũ: ideo q̃uenius fuit nunc mitti ignem de cęlo ſuper iſta ſacrificia. Pro quo ſciendum, quòd nebula, quę venit ſuper tẽplum primò, magis fuit ad ſignandum templum Deo acceptum fore, quàm miniſtrationes eſſe acceptas: nam illico vt poſita fuit arca in ſancta ſanctorum, & egreſſi fuerunt inde ſacerdotes, nebula operuit domum: vt colligitur ſupra 5. cap. ideo decebat, vt aliquod ſignum eſſet, quod ſolùm oſtenderet acceptãtionem miniſtrationum ſanctuarij, & iſtud fuit ignis deſcendens ſuper ſacrificia: Dato etiam quòd nebula deſcendens fuiſſet ſignum acceptationis miniſtrationum ſanctuarii, non erat decens, quòd daretur aliud ſignum adhuc. Pro quo ſciendum, quòd in ſanctuario erant duplicia miniſteria in generali, Leuitica, & Sacerdotalia. Leuitica erant in canendo, & cuſtodiendo portas templi, & theſauros, & indicando, & ſimilibus: miniſtrationes ſacerdotales erant in offerendo ſacrificia, & thymiama cremando, & diſponendo lucernas in candelabro: & ponendo panes in menſa propoſitionis, & ſimilibus, de quibus declaratum eſt ſupra prece. lib. 23. ca. Et quia quando venit nebula operiens templum, non fuerat factum aliquod miniſterium in templo niſi Leuiticum, ſcilicet quia Leuitę canebãt tunc coram Domino, videbatur illud ſolũ acceptari, vel illud, & alia miniſteria Leuitica, quæ erant eiuſdem generis. De miniſteriis aũt ſacerdotalibus non videbatur, an extenderetur ad illa: ideo decuit, quòd fieret aliud ſignum ad acceptãdum miniſteria ſacerdotalia. Fuit autem primum miniſterium ſacerdotale, quod factũ eſt in templo, oblatio ſacrificiorum, ideo decuit, quòd oſtenderetur aliquod ſignum acceptationis illorum: & iſtud fuit, q̃ veniret ignis de cælo ſuper illa, & per hoc innuebatur, quòd omnia alia miniſteria ſacerdotalia, quæ poſtea fierent acceptabantur.

*Quare potius miſit ignem quàm aliquid aliud.*

*Queſt. III.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd vellet Deus mittere aliquod ſignum acceptationis ſuę ſuper ſacrificia iſta, quare potius miſit ignem quàm aliquid aliud. Dicendum, quòd hoc fuit propter duo, primò ex conditione operis: nam volebat Deus conſumere ſacrificia, vt videretur illa acceptare, ſed non poterat conſumere illa niſi mittendo ignem ſuper ea: ideo debuit mitti ignis potius, quàm aliquid aliud. Si autem dicas, quòd Deus poterat conſumere ſacrificia illa non mittendo ignem, cùm per ſeipſum poſſet illa conſumere, ſcilicet ſolùm iubendo: quia ita fuit de creatione, quòd ipſe mandauit, & facta ſunt: ipſe dixit, & creata ſunt Pſal. 148. Dicendum eſt, quod verum eſt, quòd poterat hoc fieri, & tamen quia populus non videret, quomodo ſacrificia conſumerentur potiſſimè, quia multi putarent, quòd fiebat hoc aliqua deluſione, cùm nõ videretur conſumptio ſacrificiorum, & in hoc non incitaretur populus ad laudem Dei, cùm non eſſet ſignum ſenſibile, ſed magis ad dubitandum, an diuinitus, vel magicè iſtud op⁹ fieret: potius ergo debuit fieri miſſo igne cœlitus, quã alio modo. Secundum fuit, quia acceptatio diuina ſignatur in miſſione ignis de cœlo, quia iſtud opus videtur Deo proprium: vnde per miſſionem ignis de cœlo conati ſunt Iſraelitæ inueſtigare veram deitatẽ, ſcilicet, cùm diſceptatio eſſet inter Eliam, & Prophetas Baal, an eſſet Deus ipſe Deus Iſrael, vel Baal, conuentum eſt, quòd experirentur hoc modo, ſcilicet, qui exaudiret cultores ſuos mittendo ignem de cęlo ſuper ſacrificium, haberetur in Deum: & cũ clamaſſẽt prophetę Baal à mane vſq; ad meridiẽ, non erat exauditio, nec ignem conſecuti ſunt. Cùm autem oraſſet Elias, venit ignis, & deuorauit ſacrificium, & altare. 3. Regum 18. Si tamen non videretur ſignum conueniens ad inueniẽdam veram deitatem miſſio ignis de

Universidad de Deusto
Biblioteca



de cęlo, non conuenissent omnes in hoc. Patet hoc, quòd signet hoc diuinam virtutem: nam quando quinquagenarij Ochozię ibant ad Eliam, & dicebant, vir Dei rex mandat, vt descendas de monte: dicebat ipse, si homo Dei sum descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos 4. Re. primo, & sic per descensionem ignis de cælo putabat se probare esse hominem Dei: & hoc non esset nisi descensio ignis de cælo specialiter esset à Deo. Etiam conueniebat ista descensio ignis super sacrificium ad signādum accepta esse sacrificia. Quia cùm Aaron consecratus esset in sūmum sacerdotē, & filij eius in minores sacerdotes die octaua, qua primò ipsi ministrare cæperunt, descendit ignis de cælo super carnes sacrificij, & deuorauit illas: Leui. 9. quòd videntes Israelitę laudauerunt dñm videntes esse acceptas oblationes. Itē qñ Dauid pro cessatione pestis immolauit hostias in area Hornam Iebusæi, & posuit carnes sacrificiorū super altare: misit Deus ignem de cælo & consumpsit victimas. Fuit autem illa descensio ignis, vt sciret Dauid se exauditum in oratione sua de cessatione pestis: nam dicitur quòd exaudiuit Deus Dauid in igne de cælo super altare holocausti precedenti libro vigesimo primo capit. Fuit etiam ad ostendendum quòd locus ille in quo offerebantur illa sacrificia, erat à Deo acceptus ad semper ibi offerendum. Ideo post quam Dauid vidit descendisse ignem de cælo super locum illum, dixit hæc est domus Dei, & altare holocaustorum Israel. eo. lib. 22. cap. Sicut ergo à principio locus ille à Deo monstratus est sibi accept⁹, vt ibi templum ędificaretur: ita & ædificato templo cùm inciperent fieri ministrationes, debebat mitti ignis de cælo, vt per hoc cognoscerentur acceptæ ministrationes.

*An ille ignis fuerit verus ignis an non.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR Vlterius de isto igne, qui hic dicitur, an erat verus ignis, vel aliquid aliud. Aliquis dicet manifestum esse, quòd esset ignis, cùm scriptura vocet illum ignem. Dicendum, quòd hoc non probat: quia vocat scriptura ignem eū qui est verus ignis, vel habet colorem ignis: sic enim patet de columna ignis, quę apparebat super castra Israelitarum per noctem, & apparebat qualibet nocte. Exo. 4. Vocatur enim columna ignis: & tamen non erat verus ignis, sed color, vel figura ignis: nam Nu. 9. vocatur species ignis: sic etiam dicitur, quòd apparuit Deus in rubo ardenti in medio ignis, & nō cremabatur rubus. Exo. 3. & tamen non erat ille verus ignis, sed species ignis, vt declaratum est ibidem: ita ergo poterat esse iste verus ignis, vel solum figura ignis. Dicendum quòd iste erat verus ignis: nam ex effectu apparet, quia iste ignis consumpsit sacrificia: cremare autem est opus veri ignis: ideo verus ignis erat: secus autem erat de columna ignis, quę per noctem apparebat super castra Israelitarū, quia illa non habebat proprium actum ignis: non enim calefaciebat, sed solùm illuminabat, illuminare autem competit astris, licèt non crement. Ideo dicendum, quòd fuit aliquod corpus aereum densum cui Deus dedit colorem ignis, & fulgorem: & sic illuminabat, ac si esset verus ignis, & tamen non erat: imò si fuisset verus ignis, oportuisset poni aliud miraculum, scilicet quòd cùm ille ignis esset magnus globus, & esset super tabernaculū propinquus operimētis tabernaculis, quomō non cremabat illa, & tñ nihil cremabat. Item esset aliud miraculum: quia licèt ignis in sua sphæra sit sine fomento: tamen infra suam sphæram non potest esse sine fomento, cùm videamus quantumcunque magnum globum ignis subtracto fomēto illico extingui: & tamen ignis ille nullum habebat fomentum: quia semper erat illa columna ignis æqualis, & non cremabat aliquid circunstans: ideo si ignis verus esset, necesse esset, quòd semper esset miraculum in via mittendo ignem illum ne extingueretur. Ponendo autem, quòd erat aer densus, cuius erat lux communicata, solùm erat vnum miraculum, scilicet quòd fuerit talis mixtio facta in aliquo corpore à Deo: & tamen conseruationem suam, & ad hoc ne cremaret quęcunque propinqua, non requirebatur aliquod miraculum, cùm non esset ignis verus: sic etiam erat de igne, qui dicebatur esse in rubo. Et per hoc possumus distinguere, licèt scriptura dicat aliquando apparuisse ignem, quando est verus ignis, & quando non, sed species ignis.

*De quo loco venerit ille ignis.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR Vlterius, de isto igne, cùm esset verus, & dicatur descendisse de cœlo, de quo loco venerit. Aliqui dicunt, quòd de cœlo descendit: nam scriptura testatur eum descendisse de cœlo: ideo non est in hoc dubitandum. Item, quia dicitur in litera, quòd videbant Israelitæ descendentem ignem, & gloriā Domini super domum, vt patet hic. Dicendum est, quòd non descenderit de cœlo: nam nunquam est ponenda pluralitas, sine necessitate, vt colligitur octauo Topicorum: sed est regula, ꝙ quandocunque constat de aliqua actione, & non constat de modo eius, ponendus est ille modus, qui est leuior, quia aliàs poneretur pluralitas sine necessitate, & tamen ponendo descendisse ignem istum de cœlo ponerentur plura miracula, quàm aliàs, ideo non est dicendum quòd venerit de cœlo. Primum miraculum esset: quia in cęlo non est ignis aliquis, cùm cęlum sit de quinta essentia, & non sit ibi elementum aliquod, nec pars elementi: ignis autem est verum elementum, ideo non poterat esse in cęlo: si ergo de cœlo venire deberet, necesse erat, quòd crearetur ibi, & postea mitteretur. Secundum miraculum est, quia dato, quòd creatus foret ignis ille, non videretur modus, quo de cœlo descenderet non aperiendo partem aliquam cœli, quia cùm ignis esset verum corpus, necesse erat, quòd in transitu suo occuparet locum, & dari debebat vnus de istis modis, scilicet quòd diuideretur cęlum, vt cederet igni transeunti: vel esset penetratio dimensionum, vel reduceretur ignis ad indiuisibile, vt non poneremus ruptionem: quilibet tamen istorum modorum est cum miraculo: nam poni ruptionem in cęlo, vel cessionem est miraculum vel inconueniens, quia cędere pertinet ad rarum, & densum, quæ sunt conditiones elementorum, & rerum elementatarū: cędere nec rumpi sine miraculo. Secundus mod⁹, scilicet penetrationis dimensionis est miraculosus: non enim potest natura tale efficere, nec possunt intelligere philosophi qualiter fiat, & ponuntur pro impossibili. Tertius modus est etiam miraculosus, scilicet quòd reduceretur corpus ad indiuisibile: nam licèt reduci posset sine miraculo, non tamen fit.

Sed



Sed obijcietur, quòd ita fit in corporibus cœlestibus aliàs, scilicet quando Christus in cœlum ascendit, & quando nos ascendemus post diem iudicij: nam tunc cùm corpora vera habuerimus, necesse est, quòd fiat aliquid istorum: sic etiam in Christo concedimus, cùm est in hostia, quòd reducatur tota sua quantitas ad indiuisibile, quia aliàs non posset capi ibi in qualibet particula hostiæ. Dicendum, quòd verum est de corporibus nostris, quòd erunt in cœlo non reducta ad indiuisibile, nec rumpendo cœlum, ita vt cœlum cedat, sed solùm per penetrationem dimensionum: quia iste est modus conueniens, & hoc necesse est poni, cùm oportebat confiteri, quòd verè corpora nostra erunt in cœlo aliquando, scilicet post Resurrectionē. De corpore etiam Christi necesse est etiam dici, quòd sit in hostia, quia est fundamentum fidei, quòd Christus sit in hostia tota verè, & tamen non potest poni ibi per alium modum: nam penetratio dimensionum non potest ibi stare, quia dato quòd staret non caperet ibi Christus, cùm staret secundùm toram suam extensionem. Etiam non posset stare ruptio, vel cessio, quia non possent partes hostiæ tantū segregari, quòd inter illas caperetur corpus Christi manente hostia integra: Necesse fuit ergo ponere, quòd esset corpus Christi in hostia reductum ad indiuisibile: De igne descendente secus est: quia potest poni, quòd nō descenderet de cœlo, sed de aliquo alio loco: ita ꝙ non ponantur ista miracula: ideo non est ponendum, ꝙ descendere de cœlo. Tertium inconueniens erat, quia ponebatur iste ignis nimis descendere contra cōditionem suam: nam descenderet de summo, & quantę esset descensio maior tanto esset maior violentatio naturæ suæ. Si autem ponatur iste ignis descendisse de aliquo loco inferiori, non erit tantum inconueniens, ideo non debet poni descendisse de cœlo. Cùm autem obijcitur, quòd de cęlo descenderit, quia litera hoc dicit. Dicendum, quòd non sequitur, quia sacra scriptura accipit cœlum largè pro toto spatio, quod est supra nos, & sic aer vocatur cœlum: iuxta illud Psal. 8. scilicet. Volucres cœli, & pisces maris, & Matth. 13. Aues cœli comederunt illud. & vocatur cœlum, idest aer, quia aues non sunt in cœlo: ideo de quacunq; parte aeris descenderit iste ignis, diceretur descendere de cœlo. Alij ergo dicunt, quòd iste ignis descendit de sphęra ignis: nam illa est sub concauo orbis Lunę prima in regione elementali, & tunc non sequuntur miracula, quæ supra ponebantur: nam non erit primum, scilicet, quòd ille ignis creatus sit, quia cum ignis in sphęra præexistat à principio orbis, non oportebat de nouo creari istum ignem si de sphęra illicet. Secundum etiam miraculum tollebatur, scilicet, quod non oportebat fieri ruptionem cœli, nec dimensionum penetrationem, nec reductionem ad indiuisibile: cùm non fuerit iste ignis in cœlo aliquando. Tertium etiam tollitur, quia licèt isto modo deberet poni descensio ignis, tamen non ponitur de loco non summo, & sic minus fiet contra naturam ignis. Sed dicendum videtur, quòd non fuerit iste ignis descendens de regione ignis. Primò, quia si tantum de igne descenderet, oportebat tantum suppleri de alia materia, vt non maneret vacuum. Secundum erat, quia erat valde difficilè, quòd descenderet ignis per totam regionem mediam: nam non poterat naturaliter conseruari per totum medium descendens, cùm sit medium incestitium ibi, quòd est frigidissimum, & ibi perire ignis quilibet descendens nisi miraculose conseruaretur. Tertium erat, quia ponebatur descendere de loco altissimo, quod est contra conditionem ignis. Licèt ergo iste modus posset teneri, dicendum tamen, quòd conuenientius est dicere, quòd iste ignis non fuerit de regione ignis, sed de parte infima aeris, Deus istum ignem produxerit conuertendo aliquam partem aeris in ignem, & fecerit descendere illum ignem raptui super templum, & sic videbatur descendere de cœlo. Iste etiam modus videtur fuisse in descensione ignis super duos quinquagenarios, super quos fecit descendere ignem Elias: nam dicebat: Descendat ignis de cœlo: quarto Regum primo. non tamen descendebat de cœlo, sed de aliqua parte inferioris interstitij aeris, vt ibi declaratum est, & per istum modum ponerentur pauciores difficultates quàm aliàs, & erit modus conueniens.

*An ignis qui descendit ad sacrificium semper duraverit, vel quanto tempore.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius de isto igne, qui descendit nunc super sacrificia, an semper duraverit, vel quanto tempore durauit. Aliqui dicunt, quòd semper durauit, quia dabatur in signum diuinæ acceptationis, & sic factum fuit in deserto: nam consummato tabernaculo Moysi nubes repleuit illud, & columna ignis per noctem, & durauit semper illa columna ignis, quia qualibet nocte apparebat super tabernaculum: Exod. 40. & Num. 9. cap. Ita ergo cùm nunc consummato sanctuario veniset ignis ad acceptationem illius, debebat semper manere. Dicendum quòd iste ignis, qui nunc venit de cęlo, modicū durauit, scilicet solùm quandiu cremata sunt sacrificia, & hoc patet ex duobus, vel tribus. Primò quia iste ignis, cùm esset verus ignis, extra sphęram suā non poterat conseruari, nisi miraculosè: fuit autem materia in qua conseruari debebat iste ignis carnes sacrificiorū, quia ad illas cremandas venerat, & ideo quandiu durarent carnes illę in cremari, maneret ille ignis, combustis autem carnibus cùm non haberet ignis ille materiam, in qua conseruaretur, deficeret: sicut videmus de quolibet alio igne, qui apud nos est. Et si velis dicere, quòd postea manserit iste ignis, oportet ꝙ detur miraculum quomodo maneret sine materia, & tamen non est dandum tale miraculum, cùm non appareat aliqua necessitas ad punendum illud. Secundum est, quia finis, ad quem iste ignis descendit fuit, vt cremarentur carnes illorum sacrificiorum, completa ergo crematione illa, non videbatur ad quid esset ignis necessarius, & sic non maneret superuacuè. Tertium est, quia si ille ignis semper maneret, esset aliquod magnum miraculum de specialibus, quæ vnquam contigisset inter Hebręos propter durationem magnam, & non subticeret illud scriptura: sicut non subticuit de nubecula, & columna ignis quòd semper manebant quandiu erant Israelitę in deserto, & tamen nihil scribitur de hac duratione ignis, ergo videtur, quòd non mansit semper, sed solùm quandiu cremata fuerunt sacrificia. Cùm autē obiicitur de igne descendente in ꝓsumatione templi tabernaculi Moysi, quòd mansit semper. Dicendum, quòd non est simile de illa columna ignis, & de isto igne. Primò, quia illa columna non erat ad assignandum acceptationem sanctuarij, sed ad illuminandū Hebræos per noctem, ideo quandiu Hebræi egerent lumine illius, maneret: iste aūt ignis erat solùm ad consummendū sacrificia: ideo expletis illis, nō oportebat vt maneret. Secundò patet hoc, quia illa columna ignis, quæ apparebat, licèt duraverit magno tempore, non durauit semper: nam solùm durauit quandiu manserunt Israelitę in deserto, scilicet per quadraginta annos. Exo. 40. & Numeri 9. Et hoc, quia toto tempore illo manebant

N nebant

Universidad de Deusto
Biblioteca



nebant Israelitæ in castris, in deserto, & vt castra illuminarentur per noctem, dedit Deus illam columnam ignis. Finitis autem quadraginta annis, cùm Israelitę manerent iam in terra Chanaan, & habitarent dispersi per loca, non erat eis necessaria illuminatio illa per noctem, ideo post introitum in terra Chanaan, non legitur apparuisse quandiu fuerunt Israelitę in deserto, & non solùm non legitur apparuisse, sed veraciter dicendum, ꝙ nunquam postea apparuit columna ignis per noctem, nec columna nubis per diem. Et hoc per simile de manna, quia Deus dabat in deserto Israelitis manna, & dedit per quadraginta annos: quia non poterant ibi habere alium cibum: Exod. 16. & Deut. 8. & 29. Cùm autem introierunt in terra Chanaan, & cęperunt comedere de frugibus terræ, cessauit manna, vt patet Iosue 5. eo quòd iam sine manna poterant sustentari Israelitæ. Ita cùm necessitas columnæ nubis, & ignis cessasset introeuntibus Israelitis in terram Chanaan: non apparet vlterius, quia miracula diuina non fiunt nisi ad supplendum aliquam necessitatem, quam natura supplere non potest. Ita ergo dicendum de isto igne, qui nunc descendit, quòd non duraturus esset semper, dato quòd tempore duraret magno, & duratio ista esset quandiu esset vsus eius necessarius: & tamen non videbatur alius vsus istius ignis, nisi cremare illas carnes sacrificiorum, ideo videtur dicendum, quòd finita illa crematione cessauerit ignis ille. Secundò patet, quia si columna illa ignis esset ad signandam acceptationem diuinam super illud tabernaculum omni tempore maneret tam nocte quàm die, & tamen manebat solùm per noctem, per diem autem solùm manebat columna nubis, vt patet Exod. 40. & Numeri 9. ideo non erat ad notandam acceptationem, sed ad illuminandum, & quia per diem non erat necessaria columnę ignis illuminatio, solùm apparebat columna illa per noctem, ita ergo iste ignis solùm maneret quandiu esset necessarius. Quartò patet, quia si columna illa ignis fuisset ad signandam acceptationem diuinam, solùm fuisset ex tempore, quo fuit tabernaculum, & tamen fuit antequam tabernaculum fieret: nam tabernaculum consummatum est in fine primi anni ab exitu de Aegypto, & in principio secundi anni erectum est: Exod. 40. & tamen columnis nubis, & ignis apparuit in principio exitus de Aegypto, & dirigebat Israelitas per viam: vnde in transitu maris rubri illa columna ignis præcedebat, & dirigebat Israelitas: Exod. 14. ergo non fuit ad notandam acceptationem tabernaculi: ideo licèt illa multo tempore duraret, non est inde sumendum argumentum, quòd iste ignis, qui nunc à Deo missus est, deberet magno tempore durare. Quòd autem sederet ista columna ignis super tabernaculum non probat acceptationem aliquam, quia non sedit ibi ad probandam acceptationem, sed quia erat tabernaculum in medio castrorum, & vt æqualiter illuminarentur castra per illam columnam, sedit super tabernaculum: quia etiam aliàs ibi sederet etiam si non esset ibi tabernaculum. Dicendum ergo, quòd ignis iste, qui fuit ad signandum, quòd sacrificia illa acceptabantur à Deo consummendo illa, tamdiu durare debuit quandiu consummarentur sacrificia, & sic cessauit.

*Cum duo mirabilia apparuerint, an vnum ante aliud fuerit, & cur duo, & an vnum sufficiſſet.*
*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm apparuerint duo mirabilia in templo Salomonis in dedicatione ista, scilicet nebula, quæ operuit, & repleuit domum supra quinto, & ignis, qui descendit ad cremandum sacrificia, vt patet hic, quomodo se habuerunt ista duo, an vnum fuerit multo tempore ante aliud: & cur facta sunt duo, & an vnum sufficeret. Respondendum ad primum, quòd vnum pauco tempore fuit ante, scilicet, quia facta sunt eodem die, quòd enim vnum factum sit pauco tempore ante aliud, patet: quia primū de apparitione nebulæ fuit prima die, qua introducta fuit arca in templum, supra quinto: istud secundum factum est durante ista dedicatione templi: nam dicitur hic, quòd descendit ignis super sacrificia, & postea dicitur, quòd Salomon, & populus fecerunt solennitatem magnam, & die vigesima tertia mensis septimi, quo facta est ista dedicatio recessit populus in tabernacula sua: durauit autem ista solennitas quatuordecim diebus solùm, scilicet septem diebus ante festum tabernaculorum, & alijs septem diebus, quibus duravit festum tabernaculorum, vt patet infra in litera: & magis 3. Regum 8. ideo non poterat ad plus præcedere vnum miraculum ad alterum, nisi quòd vnum fieret die primo festiuitatis istius, & alterum fieret die quartodecimo. Sed dicendum, quòd eodem die fuerunt ista duo miracula, & non præcessit vnum ad alterum per vnam, aut duas horas: Quod patet, quia ordo gestorum fuit iste, scilicet, quòd sacerdotes, & Leuitæ attulerunt arcam domini ad portam templi, & tunc accipientes eam soli sacerdotes introduxerunt, & locauerunt in Sancta Sanctorum, quibus inde egressis cæperunt sacerdotes, & Leuitæ canere simul in atrio sacerdotum ante altare, quibus incohantibus nubes repleuit, & operuit domum, ita vt sacerdotes non possent intrare in templum, supra quinto capitu. Tunc Salomon cæpit orare, vt patet præcedenti cap. et dixit coram toto populo omnia verba, quæ habentur præcedenti cap. vbi nihil continetur nisi oratio sua, & finita oratione descendit ignis super carnes sacrificiorum: Nam dicitur hic: Cumque complesset preces fundens, descendit ignis de cęlo, & deuorauit holocausta: vt patet in litera, & sic inter primum miraculum, & secundum non fuit distantia temporis, nisi inquantum Salomon protulit verba orationis suæ, & non esset vna hora, & sic paruum tempus fuit inter ista duo miracula. Ad secundum dicendum, quòd ambo fuerunt necessaria, vel saltem valde conuenientia propter duo. Primò, quia miraculum primum de nebula descendente fuit ad signandum acceptationē templi, & secundum fuit ad signandum acceptionem ministeriorum, cùm venerit ignis super sacrificia, & ista erat ministratio vna de præcipuis sanctuarij. Secundò, quia dato quòd primum miraculum esset ad signandum aliquam acceptationem ministeriorum diuinorum, tamen erant ministeria ista duplicia: quædam erant Leuitica, & quædam Sacerdotalia: Leuitica erant, vt cantare, portas custodire in templo: Sacerdotalia erant, vt facere sacrificium, & similia: quando autem factum est primum miraculum de nebula descendente, canebāt sacerdotes & Leuitæ, & istud erat ministerium Leuiticum, ideo per illud miraculum videbantur approbata ministeria Leuitica. De ministerijs sacerdotalibus non apparebat clarè, an essent approbata, ideo conueniens fuit, quòd fieret aliud miraculum, quando inciperet præcipuum ministerium sacerdotale, & quia istud fuit oblatio sacrificiorum venit ignis super sacrificia, & deuorauit illa, & sic approbata fuerunt omnia ministeria sacerdotalia, & Leuitica.





*An illa holocausta cremabantur ab alio igne, & quomodo erant posita.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius circa istum ignem descendentem, cùm dicatur hic, ꝙ ignis descendens deuorauit holocausta, & victimas, quomodo fuit, an illa holocausta cremabantur ab alio igne, & quomodo erant posita. Quidam dicunt, ꝙ sacrificia ista, quæ nunc cremata sunt igne cœlesti, fuerunt illa, quæ erant super pauimentum, eo ꝙ illa nullum habebant ignem: sed cœlestis ignis superuenit, & cremauit carnes sacrificia autem, quæ in altari erant cremabantur igne altaris, & super illa non venit ignis cœlestis: quia illa habebant ignem alium comburentem ea. Pro quo sciendum, ꝙ in ista festiuitate magna oblata sunt multa animalia simul, & sic sacrificia, quæ eadem die fieri debebant non capiebantur in altari, & ad hoc in medio atrij in pauimento positæ fuerunt carnes sacrificiorum, vt ibi cremarentur, vt patet infra in litera: & sic dicunt, ꝙ super carnes, quæ erant in altari holocaustorum non venit ignis cęlestis, sed super carnes, quæ erant in pauimento atrij. Dicendum tamen, ꝙ hoc non stat, quia ignis de cœlo venit super sacrificia omnia tam super illa, quæ erant in altari, quàm super illa, quæ erant in pauimento: nam si solùm venisset super sacrificia, quæ erant in pauimento, innueretur ꝙ illa Deus acceptabat, & non illa, quæ erant super altare. Et ex hoc sequeretur vnum inconueniens magnum, scilicet, ꝙ Iudæi non vellent postea aliqua sacrificia cremari in altari holocaustorum: sed omnia cremarent in pauimento atrij, eo quòd Deus acceptasset sacrificia in pauimento atrij, & non acceptasset sacrificia in altari holocaustorum, & istud erat contra legem: quia Deus iusserat, ꝙ nulla sacrificia offerrentur, nisi super altare holocaustorum: Leuit. 16. & alibi offerri nefas erat Iosue 22. cap. Si autem Deus mitteret ignem super sacrificia, quæ erant in altari, & non super illa, quæ erant in pauimento, appareret, quòd solum acceptabat illa, quæ erant in altari: ideo nollent aliqua cremare in pauimento. s. carnes, quas posuerāt in pauimento, vel non cremarent aliquo modo, vel cremarent super altare holocaustorum, & tamen in vtroque loco crematæ sunt carnes sacrificiorum, vt patet in litera, ergo vtraque cęlesti igne cremata sunt. Cùm autem quæritur, an ista cremabantur alio igne, quando venit ignis cœlestis, vel non. Dicendum, ꝙ non cremabantur alio igne, sed erant positæ carnes super ligna. Sed tunc dicetur, quid ergo intendebant facere sacerdotes, cùm tenerent carnes super ligna, quomodo non cremabant illas, vel nunquid putabant venturum ignem de cœlo ad cremandum carnes. Dici posset, quòd sacerdotes orauerant, vt Deus mitteret ignem super sacrificia ad honorem templi sui, & ponerent carnes sacrificiorum super ligna, & non supponerent ignem expectantes ignem de cœlo, & completa oratione Salomonis venerit ignis, sic enim solebat fieri aliquando: nam quādo venerunt Prophetæ Baal, & Elias experiri veram deitatem, posuerunt Prophetæ Baal carnes super ligna, & non supposuerunt ignem clamantes venire ignem de cœlo, sed nō exauditi sunt: Elias posuit carnes super ligna, & non supposuit ignem, & inuocato Deo venit ignis de cœlo, & vorauit sacrificia. 3. Regum 18. cap. Sic etiam fuit quando redierunt Israelitæ de captiuitate, & quæsierunt ignem, quem in puteo absconderant, & non inuenerunt illum, sed aquam crassam, & posuerunt carnes sacrificij super altare, non supposito igne, & cùm superfusa fuisset aqua illa, accensæ sunt carnes sacrificiorum carnes non subijcientes ignem. Sic etiam fuit quando Aaron, & filij sui consecrati sunt in sacerdotes: nam prima die, qua ministrauerunt, posuerunt carnes in altari non subijcientes ignem, & venit ignis à domino, & combussit carnes. Leuit. 9. cap. vel fortè aliquis Propheta erat inter Israelitas nunc, qui prædixerat carnes sacrificiorum cremandas igne cœlesti, ideo posuerant sacerdotes carnes super ligna non supposito igne, & venit de cœlo ignis: nam sic fuit in prima die ministrationis Aaron, & filiorum suorum: nam Moyses prædixerat de isto igne, qui venturus erat die illa super sacrificia: Leuit. 9. scilicet, iste est sermo, quem præcepit dominus, facitè & apparebit vobis gloria eius. & illa gloria domini fuit, quia postquam posuerunt in altari carnes sacrificiorum non supposito igne, sicut dixerat Moyses, descendit ignis de cœlo: vt patet ibidem. Sed tunc dicetur, quomodo poterant poni sacrificia, & non supponeretur ignis? quia ignis necessariò erat semper in altari: vt patet Leuit. sexto. Dicendum, quòd potuit esse aliquid de supradictis: ad hoc quòd sacerdotes ponerent carnes sacrificiorum, & non subijcerent ignem, vel fortè non orabant, ꝙ veniret ignis de cœlo super sacrificia: nec sciebant eum venturum esse, sed ponebant sic carnes sacrificiorum igne non supposito, quia iste erat modus faciendi sacrificia. Pro quo considerandum, quia vt dictum, est supra, quędam carnes sacrificiorum crematæ fuerunt in pauimento atrij, & aliæ in altari holocaustorum. De carnibus, quæ in pauimento crematæ sunt, non est difficultas, quia ibi non solebat esse ignis, ideo super terram poneretur illico strues lignorum non subiecto igne, & super ligna ponerentur carnes, & manerent sic vsquequo Salomon orationem suam finiret: quia tunc intendebant fortè subijcere ignem, & superuenit ignis de cœlo, & cremauit carnes: de carnibus, quæ in altari positæ fuerunt, dicendum, quòd etiam illæ non habuerunt ignem suppositum: cùm autem dicitur, quòd in altari erat ignis semper. Dicendum, quòd verum est, & tamen poterant poni ibi sacrificia & ligna, non supposito igne: nam quotidie mundabatur altare, & tollebatur totus cinis. Cùm enim in aurora offerendum erat sacrificium, sacerdos tollebat totum cinerem, qui manserat super altare de sacrificijs diei præcedentis, & portabat illum extra castra, & tunc rediens ponebat ligna in altari, & faciebat sacrificium nouum illius diei, & sic quotidie fiebat: vt patet Leuiti. sexto, & quando tollebatur iste cinis, manebant ibi aliquæ prunæ, quæ ponebantur ad vnum latus altaris, dum mundabantur alia latera, & sic manebat semper ignis in altari, & tamen poterat tolli cinis: isto modo poterant ligna poni in altari, & carnes super ligna, & quòd non esset suppositus ignis: imò iste erat modus faciendi holocausta, vt patet Leuiti. primo, scilicet, quòd poneretur super altare strues lignorum, & super struem ponerentur omnia membra animalis concisa, & postea subijciebatur ignis, vt sic crematetur. Ita ergo nunc positæ fuerant carnes sacrificiorum in altari super struem lignorum non supposito igne, & non intendebant sacerdotes subijcere vsquequo cessaret oratio Salomonis, & cùm ille compleuit suppositurī erant ignem: sed Deus præuenit eos mittendo ignem de cœlo, & non posuerunt ipsi ignem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De maiestate Dei quid erat. Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicat hic de maiestate Dei, quòd impleuit domum quid erat ista maiestas. Dicendum, ꝙ maiestas est aliquis apparatus excellens signans magnitudinem status alicuius, & dicitur maiestas quasi maior status, & sic erat in Deo: nam non poterat Deus videri à quoquam: vt tamen putaretur Deus specialiter præsentem esse alicui, sicut Deus gloriosus est, ita debebat apparare aliquod signum excellens ostendens eum: Nam si Deus videret, & appareret nobis, appareret in aliquo habitu, vel apparatu valde excellenti, cùm ipse sit excellentior omnibus, ideo cùm non videatur, & tamen velit ostendere se esse præsentem, debebat ostendere in aliquo signo valde excellenti, & illud vocatur maiestas: quid tamen determinatè esset ista maiestas est dubium. Aliqui putant, ꝙ ista maiestas erat ignis, qui descenderat de cœlo ad cremandum sacrificia: nam per illum ignem apparebat præsentia Dei specialis, sicut per nebulam, quæ descendit sup. 5. & vocatur maiestas Dei. Sed dicendum est, ꝙ iste ignis non vocatur hic maiestas, primò quia ista ponuntur hic tanquam distincta, scilicet Dei maiestas, & ignis deuorans holocausta. Secundò, quia non potest conuenire ignis, quia dicitur hic, quòd Dei maiestas impleuit domum, & non poterant sacerdotes ingredi domum domini propter maiestatem eius: & tamen manifestum est, quòd ignis non repleuit domum domini, cùm non descenderit, nisi super holocausta. Descendit enim ignis ad cremandum aliquid: & tamen non erat ibi aliquid cremandum, nisi carnes sacrificiorum, ideo non descenderet nisi super carnes: quia aliàs non posset stare, ꝙ non cremarentur multa alia in templo, cùm maiestas Dei, ideſt ignis impleuisset templum. Et si dicas, ꝙ ille ignis miraculosè non cremabat, oportebit addi aliud miraculum per quod suspenderetur actio ignis, & istud poneretur ex superabundanti, quod est incõueniens. Alij autem dicunt, ꝙ ista maiestas erat nebula, quæ venerat prius super domum: nam cùm incepissent sacerdotes, & Leuitæ canere, descendit nebula, & caligo, repleuitque totam domum. sup. 5. Sed dicet aliquis, ꝙ non potest stare, quia illud factum fuerat alio tempore, & istud factum fuerat nunc quando descendit ignis, & sic erit alia maiestas. Dici potest, ꝙ illa maiestas Dei, quæ apparuit in nabula sup. 5. esset ista, de qua habetur hic, eo ꝙ illud factũ fuit ante ista, quæ habentur hic solùm per vnam horam, vel quasi: nam inter illud miraculum de nebula supra 5. & istud de igne descendente non fuit nisi spatium vnius horæ, vel quasi, scilicet in quantum Salomon protulit verba orationis suæ, vt colligitur ex litera continuando ex cap. 5. vsque huc, ideo poterant ista duo miracula vniri tanquam eodem tempore facta. Dicendum tamẽ verius est, ꝙ ista maiestas Dei non fuit illa, de qua habetur supra 5. sed nouiter venit, cùm dicatur hic in litera, ꝙ videbant Israelitæ descendentem ignem, & gloriam domini super domum: ergo tunc quando descendebat ignis, descendebat pariter gloria domini, siue maiestas cum illo. Ideo dicendum, ꝙ modus fuit in istis duobus miraculis iste, scilicet, quòd quando cœperunt Leuitæ, & sacerdotes canere in sanctuario, subito descendit nebula magna, & repleuit domum. Deinde Salomon hoc videns cæpit orare manente nebula. Nam ipse dixit in principio verborum suorum, Dominus pollicitus est, vt habitaret in caligine, præcedenti cap. & cùm continuaretur oratio Salomonis cessauit nebula illa: deinde finita oratione subito descendit de cœlo ignis super sacrificia, & cùm igne simul descendebat nebula alba, & ignis solùm descendebat super carnes sacrificiorum: nebula autem descendebat super totam domum, ita vt omnia repleret.

Opinio d' maiestate.

*Quid erat istud templum, & quomodo non poterant ingredi. Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd gloria domini, siue maiestas replebat domum, & non poterant sacerdotes ingredi templum domini: quod erat istud templum, & quomodo non poterant ingredi templum. Respondendum, quòd templum potest accipi tripliciter, vno modo pro tota aggregatione templi, & atriorum suorum. Alio modo, quòd accipiatur pro atrio sacerdotum, quia ille erat specialis locus. Tertio modo, quòd accipiatur pro domo, quæ vocatur templum, & erat operta tecto, & parietibus, in circuitu cuius erant atria. Aliqui accipiunt pro templo primo modo. Sed dicendum, quòd non stat, quia tunc sequeretur, quòd sacerdotes nondum ingressi fuissent in sanctuarium ad aliquam partem eius: sed falsum est, quia non solùm sacerdotes, sed etiam laici erant in atrijs templi, cùm Salomon oraret dominum in atrio templi: vt patet præcedenti cap. & ibi patet, quia totus Israel in circuitu eius erat. Aliqui dicunt, quòd accipiatur secundo modo templum. Sed dicendum, quòd non stat, quia sacerdotes, & Leuitæ erant iam in atrio sacerdotum: nam cùm arca portata fuit, & posita in Sancto Sanctorum, sacerdotes, & Leuitæ introierunt in atrium sacerdotum, & incipientibus eis cantare, descendit nebula super totum templum, supra 5. ca. sed postea non exierunt inde, cùm post illud nihil factum fuerit, nisi quòd Salomon protulit orationem suam coram toto populo, ideo non intelligitur de hoc. Secundò patet efficacius, quia nunc quando descendit ignis, & gloria domini, erant carnes sacrificiorum positæ super ligna, & deuorauit illas ignis, & tamen non poterant carnes esse ibi positæ, nisi sacerdotes introiuissent ad disponendum carnes illas, ergo ibi erant. Dicendum igitur, quòd intelligitur de templo tertio modo, scilicet pro templo propriè dicto, & tunc conuenienter stat, scilicet gloria domini, scilicet nebula operuerat templum superius, & in circuitu ad portam: in atrio tamen sacerdotum, & in alijs atrijs non erat illa nebula, vel forte non erat tam intensa, & ad hoc, quòd sacerdotes introissent in templum transire debebant per illam nebulam densam, & sic non poterant introire, licèt ad aliqua ministeria introire opus esset.

*Quomodo non poterant introire, & ad quid vellent introire. Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius de isto introitu sacerdotum, quomodo non poterant introire, & ad quid vellent introire. Ad primum dicendum, quòd dupliciter poterant sacerdotes impediri ne intrarent, scilicet propter impossibilitatem, vel timorem, vel propter reuerentiam. De primò patet, quia nebula illa fortè erat valde densa, & si intrarent sacerdotes intra illam, non possent videre aliquid, & ista erat impossibilitas. Vel fortè erat timor, quia cùm illa nebula repræsentaret diuinam præsentiam: si Israelitæ auderent intrare in illam nebulam viderentur audere tangere Deum, & ob hoc fortè timerent, quia Deus puniret eos propter ausum temerarium, & irreuerentiam. Secundum erat propter reuerentiam, quia dato quòd nebula illa non esset tam densa, quin intra illam sacerdotes, & Leuitæ constituti possent videre, & etiam non timerent aliquam punitionem à Deo, licet introirent: tamen volebant reuereri, quia repræsentabat Dei præsentiam nebula illa, quæ erat maiestas eius, & videbantur velle accedere ad Deum intrãdo in nebulam, ideo non accedebant ad eam ex reuerentia, quia ista est propriè reuerentia, scilicet considerata magnitudine resilire in propriam paruitatem. Ad secundum dicendum, quòd sacerdotibus opus erat introire in templum secundùm consuetudinem legis. Nam quotidie debebat vnus de sacerdotibus ingredi intra templum bis. Primò ante prandium tempore sacrificiorum, scilicet, cùm cremare deberet thymiama super altare thymiamatum, & disponere deberet lucernas in candelabro: Exod. 30. Iterum in occasu solis ingrediebatur ad cremãdum thymiama, & locandum lucernas in candelabro, eodem capit. & sic cùm esset nunc aurora, & inciperent prima sacrificia diei, thymiama cremari debebat semel, & disponi lucernæ, sed fortè dicetur, quòd non erat nunc aurora, siue ante prandium, ita vt thymiama cremari deberet. Dicendum, quòd siue esset ante meridiem, siue quæcunque hora diei, sacerdotes cremare deberẽt thymiama: nam bis in die fiebant sacrificia, scilicet ante meridiem, & post, & cùm vtrisque sacrificijs erat vna crematio thymiamatis: Exod. 30. Ideo, siue esset in aurora, siue in vespere, cum ista essent prima sacrificia, quæ fiebant in templo, necesse erat, quòd cum eis simul offerretur thymiama, & disponerentur lucernæ in candelabris, & ad hoc ingressuri erant nunc sacerdotes, vel aliquis de sacerdotibus in templum, & eum domus illa tota esset vallata nebula, quę erat maiestas Dei, non poterant intrare sacerdotes præ reuerentia, vel timore: vel quia non viderent præ caligine.

Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram Domino. Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex, & vniuersis populus. Sacerdotes autem stabant in officijs suis: & Leuitæ in organis carminum Domini, quę fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, quoniam bonus, quoniam in ęternum misericordia eius, Hymnos Dauid canentes per manus suas: porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorum: quia altare ęneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes. Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad torrentem Aegypti. Fecitque die octauo collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die vigesimo tertio mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lętantes atque gaudentes super bono, quod fecerat Dominus Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo. Compleuitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est.





*Rex autem.* Hic ponitur secundùm huius partis, scilicet dedicationis consummatio: nam postquã venit à Deo ignis, & apparuit maiestas eius, cõsummata fuit tota festiuitas, quæ incohata fuerat: & dicitur. *Rex autem, & omnis populus immolabant victimas.* Offerebant animalia ad immolandum victimas, quia non poterant laici immolare, cùm istud sit officium sacerdotum, & dicitur hoc: quia præ gaudio, & magnitudine solennitatis rex Salomon offerebat multa animalia, & populares assistentes etiam offerebant pecora, & sacerdotes illa immolabant, ideſt iugulabant: sed quia ipsi dabant ea ad immolandum, dicebantur ea immolare. *Coram domino.* Scilicet, coram altari holocaustorum. Nam oblatio fiebat ad introitum atrij sacerdotum, & ibi erat altare holocaustorum, in quo Deus specialiter esse dicebatur, inquantum ibi offerebantur, & cremabantur sacrificia in honorem suum, & non alibi. *Mactauit igitur Salomon hostias boum viginti duo millia, arietum centum, & viginti millia.* Ponitur hic multitudo animalium immolatorum ad signandum magnitudinem festiuitatis. An verò omnia ista animalia contulerit Salomon, vel quandam partem eorum obtulerit populus, & cur de alijs generibus animalium immolatum non sit, declarabitur infra in quæstionibus. *Et dedicauit domum Dei rex, & vniuersus populus.* Dedicatio est consecratio, vel assignatio: pro illo enim negotio, dicitur res aliqua dedicari, pro quo assignatur, & quia per primum actum, qui fit in aliqua domo assignatur illa cultui Dei, vel humano, dicitur tunc dedicari, & quia nunc fiebant sacrificia, & aliæ cæremoniæ cultus diuini in templo: per hoc assignabatur domus illa in ætẽrnum cultui Dei, & sic dicebatur dedicari. Est autem ista dedicatio tota illa continuario cæremoniarum, quę fuit in hac festiuitate magna, & fiebant istæ cæremoniæ per sacerdotes, quia tamen rex, & populus assistebant cæremonijs veneran do ad solennitatem istam, dicebantur dedicasse templum, vel quia offerebant animalia ad dedicationem. *Sacerdotes autem stabant in officijs suis.* Hic declaratur, quod supra dicebatur, scilicet, quòd populus dedicabat templum, & hoc non faciendo aliquas cæremonias, sed tolùm assistendo sacerdotibus, vel offerendo animalia ad sacrificandum: nam sacerdotes erant in officijs suis, ideſt faciebant ea, quæ pertinebant ad eos, s. animalia iugulare, decoriare, & in frusta dimidere, & super altari ligna ponere. Quæ autem sint officia sacerdotalia declarabitur magis infra in quadam quęst. *Et Leuitę in organis carminum.* Scilicet officium Leuitarum, & actus tunc erat stare in organis carminũ, i. cantare

Dedicatio

Quid dedicatio sit.

Officium Leuitarũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tare organis non solùm erant ista officia sua, sed multa alia: vt infra declarabitur in quadam quæstione. Sed istud potissimum faciebant, scilicet, quòd cantabant in organis, et non est putandum, quòd solùm canebant in organis, sed etiam in voce. Et vocantur hic organa omnia musica instrumenta, quia in multis generibus canebant, vt patet sup. 5. s. in cimbalis, psalterijs, citharis, et in omni alio genere musicorum. *Quæ fecit Dauid rex ad laudandum dominum.* Fuit Dauid valde Deo deuotus, & conatus est quantum potuit augere cultum diuinum, & quia habuit gratiam prophetalẽ fecit cantica multa, & psalmos, & quia erat magnus citharista, canebat aliquando in cithara, & aliquando in alijs generibus musicorum organorum, & ingenio suo adinuenit multa genera vasorum musicorum, & assignauit illa ad canẽdum domino in illis, & hortabatur omnes, ꝙ laudarent dominum in istis vasis musicis, vt patet Psal. 150. scilicet. Laudate dominum in sono tubæ: Laudate eum in Psalterio, & cithara. Laudate eum in tympano, & choro: Laudate eũ in chordis, & organo. Laudate eum in cimbalis bene sonantibus. & ista organa reseruata erant apud Leuitas, vt canerent in eis, & faciebant multa alia similia. De istis organis musicis, quę fecit Dauid loquitur Iosephus 7. Antiquit. circa finem. Et ponit ibi figuram quorundam ipsorum. *Quoniam in æternum misericordia eius.* Istud potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd ponatur hic tanquam redditiuum causæ, & est sensus, ꝙ facta sunt organa ad laudandum Deum, & laus ista danda erat ei, quia misericordia eius est in æternum. Alio modo potest intelligi, ꝙ ista sint verba cantici, scilicet, quòd cantores laudarent dominum in istis organis, & dicerent, in ęternum durat misericordia Dei: sed primus modus melior est. *Hymnos Dauid canentes per manus suas.* Scilicet, isti Leuitæ canebant per manus suas Hymnos Dauid, scilicet Psalmos factos à Dauid: nunquam enim fuit in Prophetis cantoribus aliquis tam copiosus sicut Dauid: ideo ei attribuitur totus liber Psalmorum, licèt aliqui Psalmi fuerint facti ab alijs: vt patet ex titulis eorum, & sic Dauid dedit Leuitis totam instructionem necessariam, scilicet cãtica, quæ canerent, & organa, in quibus canerent. *Porro sacerdotes canebant tubis ante eos.* Scilicet, Leuitæ canebant in organis musicis, solùm hoc habebant sacerdotes, ꝙ tubis canebant ante Leuitas. Cur erat hoc, infra dicetur in quadam quæstione. *Cunctusque Israel stabant.* Scilicet, stabant attenti ad cæremonias, quæ faciebant sacerdotes, & Leuitæ: & in hoc solennizabant dedicationem illam, quia assistebant, cum multitudo plebis facit solennitatem. *Sanctificauitque Salomon medium atrij ante templum domini.* Ista sanctificatio fuit, quia voluit Salomon non solùm cremare sacrificia super altare holocaustorum, sed etiam super pauimentum atrij, eo ꝙ hostię non capiebantur in altari, & quia pauimentum non erat locus assignatus ad cremandum ibi sacrificia, sanctificauit illud Salomon nunc per aliquas cæremonias faciendo ꝙ esset aptum ad talem crematiõnem. Et dicitur, ꝙ sanctificauit medium atrij, ideſt aliquam partem in medio atrij. Pro quo sciendum, ꝙ vt declaratum est 3. Regum 6. erant quatuor atria in templo, & vnum illorum erat atrium sacerdotum, quia in illo erant sacerdotes ad faciendum ministeria sua, & Leuitæ ad canendum. In isto erat altare holocaustorum, in quo cremabantur omnia sacrificia, & vocabatur istud atrium per excellentiam, quia erat sanctissimum propter altare, & sacerdotes: alia autem atria simul vocantur basilica grandis, vt patet supra 4. & rarò fit in scriptura mentio, nisi de isto atrio, & vocatur atrium absolutè sicut hic, licèt interdum vocetur atrium sacerdotum determinatè: sicut supra quarto. In isto atrio cremanda erant omnia sacrificia super altare, & tamen quia non capiebantur ibi, sanctificata est quædam pars atrij, in qua ponerentur carnes sacrificiorum super pauimẽtum, & illa pars erat in medio atrij: ideo dr̃, ꝙ sanctificauit rex mediũ atrij. Et dr̃ ante templum domini, quia templũ accipit hic propriè pro illa domo, quæ erat operta tecto, & parietibus clausa, intra quam erant vasa sacra, & ad partem orientalem istius templi erant omnia quatuor atria prædicta, sed atrium sacerdotum erat magis coniunctum portę templi, & sic dicitur esse ante templum. *Obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorum.* Hic redditur causa, quare medium atrij fuit sanctificatum ad cremandum carnes sacrificiorum, scilicet, quia Salomon obtulerat multa animalia in holocaustum, & etiam in hostias pacificas, & non poterant capi in altari holocaustorum, ideo oportuit sanctificari atrium. Et dicitur, quòd obtulit holocausta, & adipes pacificorum, & non dicitur hostias pacificas, quia de holocaustis omnia offeruntur, ideo vocantur holocausta absolutè: de hostijs pacificis soli adipes, vt communiter accipiuntur: ideo solùm nominantur adipes pacificorum. Pro quo considerandum, quòd holocaustum fiebat de animalibus, quando tota cremabantur, scilicet, quòd sanguis funderetur super parietes altaris, & ad basim eius, & deinde decoriato animali tollebantur intestina, & lauabantur, & pedes etiam, & caput purgabantur, & ablatis cornibus, & vnguibus pedum ponebantur omnia membra concisa in altari super struem lignorum: Leuit. primo. In hostijs pacificis fiebat aliter, scilicet, quòd si esset bos in pacificam hostiam oblatus, vel caper, aut capra: sanguis eius fundebatur ad basim altaris, & decoriato animali, tollebantur adipes, & tota pinguedo operiens vitalia, & cremabatur super altare: Leuiti. tertio. Carnes autem manebant pro sacerdotibus, & pro offerentibus: nam sacerdoti offerenti animal, & faciẽti cęremonias eius cedebat petusculum, & armus dexter. Cæterę autem carnes laicis offerentibus ipsa animalia cedebant: Leuit. septimo. Si autem essent hostiæ pacificæ de arietibus, & ouibus, tollebatur tota cauda cum renibus, & insuper adipes ad cremandum coram domino: Leuit. tertio. Cæteræ autem carnes cedebant sacerdotibus, & offerentibus, sicut supra dictum fuerat: & sic communiter de hostijs pacificis offerebantur soli adipes: ideo dicitur de adipibus, & non ponuntur hostiæ pacificæ quasi totæ offerrentur: sed ponuntur holocausta, quia tota Deo cremabantur. *Quia altare æneum, quod fecerat.* Istud erat altare magnum totum de ære, quod fecerat Salomon cubitorum viginti longitudine, & totidem latitudine, decem altitudine, supra quarto. *Non poterat sustinere holocausta, & adipes pacificorum.* Potest intelligi dupliciter: vno modo non poterat sustinere, scilicet, quia frangeretur præ magnitudine ponderis. Alio modo non poterat sustinere, ideſt non poterat capere tot sacrificia, quia requirebatur maius spatium. Primus sensus non stat, quia altare holocaustorum, quod fecerat Salomon posset sustinuere quantamcunque numerositatem sacrificiorum, eo quòd erat æneum concauum interius, & sub illa concauitate erat lapidibus plenum secundùm formam altaris quadratis: ita vt sederet conuenienter altare super lapides illos, vnde nullum pondus erat, quod esset insupportabile huic altari. Sed modus secundus est verus, scilicet, ꝙ tanta multitudo hostiarum non capiebatur in illo altari, & necesse erat, quòd cremarentur in alio loco. *Et fecit sacrificia.* Ideſt libamenta: quia cum quolibet animali ponebantur libamenta, quæ sunt similia, vinũ, oleum, sal, thus: Numeri 15. & Leuit. 2. & patet, quòd accipiatur sic Numer. 28. & 29. vbi dicitur de quolibet animali offerendo, & de diebus festorum, quot animalia offerenda erant, & dicitur, ꝙ illa erant offerenda cum sacrificijs suis, & non potest ibi accipi sacrificium nisi pro libamento, quod est aliquid accessoriũ ad carnes animalis oblati: etiam Leuit. 2. vocatur sacrificium coctum in clybano, & sacrificium de craticula, & tamen ista non erant nisi genera panum, & pertinent ad libamenta, quorum vna pars est panis. *Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo.* Ideſt in tempore, quo dedicauit templum, & transtulit illuc arcã, & reposuit in Sancta Sanctorum. *Septem diebus.* Fuerunt dies quatuordecim, scilicet septem dies, quibus celebrata est dedicatio per se ante festum Tabernaculorũ: vt patet 3. Regum 8. hic tamen solùm exprimitur de septem diebus istorum clarè: benè tamen intelligũtur quatuordecim, vt patet infra in litera. *Et omnis Israel cum eo.* Scilicet, totus Israel erat cum eo in ista congregatione solennitatis. *Ecclesia magna valde.* Ideſt erat valde magna congregatio eorum, qui solennizabant istam festiuitatem. Vocatur Ecclesia Congregatio, vel Concilium, sicut dicit Arist. 2. Polit. cap. de Politia Calcedoniorum, quia Calcedonij Ecclesiam non faciunt, ideſt non faciunt Concilium, siue Congregationem. *Ab introitu Emath vsque ad torrentem Aegypti.* Ideſt conuenit totus Israel ad istam solennitatem, qui est inter introitum Emath, & torrẽtem Aegypti, isti sunt duo termini terræ Israel, siue Chanaan a Septemtrione in Meridiem: nam Emath est in parte Septemtrionali terræ Israel, vt patet Num. 13. & 34. torrens Aegypti est ex parte Meridiana, & vocatur aliquando fluuius Aegypti, vt patet Gen. 15. Est autem Emath secundùm quosdam ciuitas, & secundùm quosdam prouincia, vt declaratum est 4. Regum 24. & putatur esse ciuitas Anthiochiæ, in qua sedes Apostolica fuit à principio per septem annos: deinde Romam translata est. Et tamen dato, ꝙ sit ciuitas, est caput prouinciæ, & incolæ illius terræ vocantur Amathæi secundùm Iosephum sæpe in libris Antiquitatum: De torrente Aegypti est dubium quid sit, & dicunt quidam, ꝙ sit quidam torrens, qui diuidit Aegyptum à terra Chananæorum in latere meridiano in terra Philisthinorum, & vocant eum Rinocorulam, vt dicit Historia scholastica. Sed dicendum, ꝙ non sit, quia iste torrens necessariò est Nilus fluuius magnus Aegypti. Et patet hoc, quia licèt hic vocetur torrens, tamen alibi vocatur fluuius magnus, vt patet Iosue 13. vbi ponuntur termini terræ Chanaan quantum ad illas gentes, quæ nondum subiectæ erant Iudæis, & dicitur à fluuio turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Accaron: Fluuius autem turbidus irrigans Aegyptum non est nisi Nilus, quod notificatur ex duobus: primò quia dicitur, quòd ille fluuius irrigat Aegyptum, & tamen non est aliquis fluuius irrigans Aegyptum nisi Nilus, quia ipse solus est, qui bis in anno intumescit, & supergressus ripas aluei sui diffundit se per totam Aegyptum, quæ est tota plana, & irrigat eam atque fęcundat: quia aliàs paucæ, vel nullæ pluuiæ sunt. Hoc colligitur Deut. 11. scilicet: Terram, ad quam ingredieris possidendam, non est sicut Aegyptus, de qua existi: vbi iacto semine in horto rum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa, & campestris de cœlo expectans pluuias. Secundò, quia dicitur iste fluuius turbidus, & hoc conuenit Nilo, nam Nilus crescit bis in anno, & effundit se super totam terram, arripitque fęces, & purgamenta terræ, & coinquinatur, efficitur aqua turbida, & quia fit bis quolibet anno in Nilo, est quasi semper fluuius ille turbidus. Tertiò potest hoc patere, quia Gen. 15. posuit Deus terminos terræ, quam daturus erat semini Abrahæ, & dicitur à flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem: ideo necesse est, ꝙ ibi in Aegypto sit vnicus fluuius, qui ponatur terminus inter Aegyptum & terram Chanaan: vel si multi sunt, necesse est, ꝙ ille sit excellentior oĩbus, ita ꝙ pere excellẽtiam ipse solus vocetur fluuius Aegypti: quocunq; dato istorũ, sequit̃, ꝙ sit Nilus iste fluuius: nã si vnicus fluui⁹ esset in terra Aegypti, necesse esset, ꝙ esset Nil⁹, qa ꝓstat Nilum transire per Aegyptum. Si autem sint multi fluuij, & tamen iste sit per excellẽtiam, necesse est, ꝙ sit Nilus, quia nullus maior fluuius est in Aegypto quàm Nilus, qui totam terram Aegypti implet alluuionibus suis, & sic necessariò intelligetur de flumine Nilo. Et si obijciatur, ꝙ vocatur hic torrens, dicendum, ꝙ ipsemet Nilus vocatur torrens: sed fit istud ex improprietate idiomatis Hebraici, in quo interdũ vocatur torrens magnus fluuius. Iste fluuius Nilus est terminus terrę Chanaan ex parte meridiana: quia Nilus fluit per Aegyptũ, & septem alueis diuisus intrat mare, & aliquis alueus illorum declinat versus terram Chanaan, & ibi est terminus terrę Chanaan, & Aegypti: dic ꝙ iste torrens Aegypti est Nilus fluuius Aegypti, quia aliàs non posset stare scriptura, sicut nunc ꝓbatum est: vocatur tamen torrens, quia nõ fluit totus Nilus per loca, in quibns diuiditur Aegyptus à terra Chanaan: sed quidam paruus alueus eius, qui vocatur Rinocorula: de quo magis declarabitur Matth. 2. vbi agitur de itinere Dominæ nostrę & Christi in Aegyptum: qui autem putant Rinocorulam esse alium fluuium, qui nõ sit Nilus, errant: nec possunt saluare scripturã. *Fecitque die octauo collectam.* Scilicet, die octauo non à principio festiuitatis, sed computando à principio secundæ solennitatis. Pro quo sciendum, ꝙ hic fuerunt in eadem continuata solennizatione duæ festiuitates, s. prima festiuitas dedicationis templi per septem dies, & secunda festiuitas Tabernaculorũ, quæ durauit alijs septem diebus, octauo die istorum fecit collectam: quia regulare erat, ꝙ in festo Tabernaculorum fieret collecta die octauo, quia erat primus post expletam festiuitatem Tabernaculorũ. *Eo, ꝙ dedicasset altare septem diebus.* Ideſt tractasset solennitatem dedicationis altaris per septem dies, & isti erant septẽ dies primi, quibus durauit solẽnitas ista, & vocantur isti septem dies dedicationis altaris, quia nõ fuerunt ex alia causa celebrati, nisi vt dedicaretur altare, cùm non occurreret tunc aliud festum, quod illis septem diebus celebrandum foret. *Et solennitatem celebrasset septem diebus.* Ista erat solennitas Tabernaculorum, quę eueniebat in isto mense septimo immediatè post septem dies dedicationis altaris: & illis etiam septẽ diebus celebrata est solennitas, quia ista solennitas tabernaculorũ à lege statuta erat, & ꝙ finita illa, die octauo fieret collecta: Leui. 13. c. *Igitur die vigesimotertio mensis septimi.* In isto die finita fuit tota festiuitas, & etiam collecta, & recessit popul⁹ in tabernacula sua. Ex quo apparet, ꝙ festiuitas ista tota incohata fuit die nono mensis Septembris, & fuerunt septem dies primi inclusiuè vsq; ad quartumdecimum pertinentes ad dedicationẽ altaris, & die quintodecimo mensis cepit festiuitas Tabernaculorum, & durauit vsque ad diem vigesimum primum inclusiuè, & dies 22. fuit cætus, & collecta, & die 23. recesserunt Israelitæ in tabernacula sua. *Dimisit populum in tabernacula sua.* Ideſt dedit Salomon licentiam populo, quòd recederent singuli ad tabernacula, quia iam sufficienter solennitas celebrata fuerat. *Lętantes atque gaudentes super bono, quod fecerat Deus Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo.* Ideſt omnes de populo ibant gaudentes, & lætantes, accipiuntur pro eodem gaudium, & lætitia. Sed vnum potest accipi pro spirituali motu, aliud pro exteriori manifestatione

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne ſicut lætari, & exultare. Et dicitur ſuper bono, quod fecerat Deus Dauid, & Salomoni, & populo ſuo Iſrael, quia viderant Iſraelitæ in iſta ſolennitate magnã probitatem Salomonis ędificando templum tam magnificè, & tam ſapienter, & quòd tam deuotè celebraſſet feſtiuitatem iſtam, & ad totum populum ſe haberet tam gratè, & prudenter. Et in hoc benefecerat Deus Dauid dando ei talem filium, quia gloria patris eſt filius ſapiens: & cùm Salomon ſapientior eſſet omnibus hominibus, & hoc cognouiſſet nunc totus populus, videbant, quòd Deus benefeciſſet valde Dauid. Etiam benefecerat Deus Salomoni: quia tantam ei probitatem contulerat, ita vt non æquaretur quiſquam ei: Benefecerat etiam populo ſuo Iſrael inquantum dederat eis talem regem, quia de maximis beneficijs, quæ alicui populo, vel communitati fieri poſſunt, eſt, quòd detur ei rector conueniens: quia in eo eſt, quòd proſperetur communitas, vel ꝙ pereat. Magis enim neceſſarius eſt rector, & iudex in politia, quàm panis: vt ait Ariſt. 3. Polit. cap. ſecundo. Aliqui putant intelligi hoc de apertione portarum, ſcilicet, quòd quãdo arca portabatur, ivt inferretur in templũ, ſubito clauſæ ſunt, Deo agente, portæ templi, & non potuit introduci arca, & tunc Salomon præcatus eſt pro apertione: ſacerdotes quoque cantauerunt Pſalmum illum Memento domine Dauid, & cùm perueniſſent ad illum verſum, ſcilicet. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui: apertæ ſunt portæ. Et iſta fuit magna gloria Dauid, quòd propter merita eius Deus fecit miraculum: Etiam fecit in hoc Deus bonum Salomoni, quia eo orante cõceſſa eſt apertio portarum: Etiam populo Iſrael magnum bonum factum eſt, quia Deus voluiſſet aperire portas: vt reciperetur arca: cùm prius clauſiſſet illas. Sed dicendum, quòd iſtud non ſtat, quia præcedenti cap. quæſtione vltima declaratum eſt, quod nihil tale fuiſſet, ſed iſtud bonum, quod Deus fecit Dauid, & Salomoni, & populo fuit, faciendo Salomonem regẽ excellentem: vt ſupra dictum eſt aliàs, concedendo, ꝙ compleretur per manus Salomonis templum tam venerabile, quale non erat in toto orbe, & quòd inſuper Deus illuſtraſſet illud magnis miraculis dando ignem de cœlo ſuper ſacrificia facta in eo ad probandum illud, & oſtendendo maieſtatem ibi in nebula bis deſcendente eodem die de cœlo, & operiente atque replente templum: vt patet in litera. Et cùm omnia hæc promiſſa fuiſſent Dauid, & executioni data per Salomonem filium eius, videbatur ſęlix Dauid, & Salomon, & populus ei ſubiectus. *Compleuitque Salomon domum Domini.* Hic ponitur epilogus præcedentium: & dicitur, ꝙ compleuit Salomon domum domini, ideſt templum non ſolùm ædificando, ſed etiam dedicando. *Et domum regis.* Ideſt domum ſuam, & iſtæ fuerunt tres domus, ſcilicet domus filię Pharaonis, & domus regis, & domus ſaltus Libani: & tamen vocatur tota domus regis, quia licèt tres domus eſſent, omnes pertinebant ad regem, quia non erat aliqua illarũ ad cultum Dei ſpecialiter, ſicut templum. Fuit iſta domus Salomonis ædificata annis tredecim: de diſtinctione iſtarum domorum, & opere earum habetur. 3. Regum 7. hic autem nihil tangitur determinatè. *Et omnia, quæ diſpoſuerat in corde ſuo, vt faceret in domo Domini.* Intelligitur de vaſis, quia non ſolùm fuit domus Domini per Salomonem ædificata, ſed etiam omnia vaſa ad miniſterium illius pertinentia ipſe fecit. Vel intelligitur de pulchritudine domus Domini, quia poſtquàm ædificata fuit domus illa, fecit Salomon multa ad ſolam pulchritudinem deaurando laminis aureis parietes, & pauimentum, & tectum templi, ita vt intra templum non appareret niſi aurum: primo

# Cap. VII.

F Regum 6. *Et in domo ſua.* Nam etiam domus Salomonis, fuit magnificè fundata, & multa facta ſunt ad excellentem pulchritudinem in ea, & potiſſimè in domo ſaltus Libani: vt patet 3. Regum 7. *Et proſperatus eſt.* Scilicet in omnibus, quę incohauit proſperatus eſt faciendo, ſicut volebat nullo impediente: vel proſperatus eſt, quia venit ad tantum honorem, & dignitatis magnitudinem, quòd nullus rex ei ſimilis foret.

*De multitudine pecorum oblatorũ, an obtulerint ſolus Salomon.*

*Quæſt. X.*

G QVAERITVR circa ea, quæ dicta ſunt hic, & primo de iſta multitudine ſacrificiorum, cùm dicatur hic, quòd fuerunt oblata viginti duo millia boum, & centum viginti millia arietum, an iſta multitudo pecorum per ſolum Salomonem oblata eſt, vel computentur hic pecora, quæ populus obtulit. Reſpondent quidam, quòd ſolus Salomon obtulit totam iſtam multitudinem pecorum, quia in litera dicitur: mactauit Salomon hoſtias boum viginti duo millia, &c. Dicendum eſt, quòd non ſolùm Salomon obtulit pecora, ſed etiam populus in iſta dedicatione templi: quia ſupra 5. dicitur, quòd rex Salomon, & omnis cætus Iſrael immolabant ante arcam arietes, & boues abſque vllo numero: Et ſupra in litera dicitur: H rex autem, & omnis populus immolabãt victimas coram domino. Poteſt ergo dupliciter dici, quòd ſolus Salomon obtuliſſet totam iſtam multitudinem pecorum, quæ hic nominatur, ſcilicet viginti duo millia boum, & centum viginti millia arietum, & populus obtuliſſet multa alia ſacrificia, & tamen de ſacrificijs populi non ponatur aliquis numerus: & hoc ſatis conuenit literæ, quia dicitur: mactauit Salomon, ſcilicet, ꝙ ipſe ſolus iſta ſacrificia nominata mactauerit, ideſt mactari iuſſerit: Simile eſt Numeri 7. vbi ponitur ſolennitas facta in dedicatione tabernaculi Moyſi in deſerto, & ponitur oblatio duodecim principum tribuum Iſrael, & non ponitur oblatio aliqua populorum. Et tamen non eſt credendum, quòd alij de populo nihil obtulerunt in tanta ſolennitate, cùm alijs I diebus profeſtis in litera offerrent, & ad fabricationẽ tabernaculi Moyſi omnes de populo multa offerrent. Exo. 35. Et ſic videtur, quòd licèt obtulerint populares multa, ſubticuerit hic ſcriptura oblationem populi, exprimendo ſolam principium oblationem. Ita hic non curaret ſcriptura ponere ſummam animalium oblatorum à populo, ſed ſolùm animalium oblatorum per regem, & hoc propter duo. Primò, quia Salomon obtulit plura animalia, quàm totus populus ſimul, cùm ipſe eſſet ditior, & vellet nunc oſtendere magnificentiam ſuam erga cultum Dei. Secundò propter honorem regis, quia potius mentio fieri debebat de rebus pertinentibus ad regem, quàm ad cæteros. K Aliter poteſt dici, quòd iſta multitudo animalium immolatorum, non fuit tota à Salomone oblata, ſed includuntur hic tota animalia immolata in feſtiuitate illa tam à Salomone, quàm a populo, quia tamen potiſſimam partem iſtorum rex obtulit, & quia ipſe excellentior erat, attribuuntur omnia, & quia conſuetum eſt in multis alijs, quòd à principaliori ſolo denominatio fiat: licèt multa alia ſimul concurrant vtrumq; teneri poteſt, ſed litera magis innuit, ꝙ omnia iſta fuerint oblata per Salomonem, & ꝙ de populi oblatione ſubticeatur.

An



*An omnia eodem die fuerunt immolata. Quæſt. XI.*

QVAERITVR Vlterius, circa iſtam multitudinem animalium immolatorum, an omnia fuerint eodem die immolata, vel quomodo. Aliquis dicet, quòd in eadem die fuerint immolata, & hoc patet dupliciter. Primò, quia ea, quæ dicuntur in principio, intelliguntur omnia de prima die, qua introducta fuit arca in templum: nam illa die deſcendit ignis de cœlo ſuper ſacrificia, & illa die deſcendit nebula bis ad operiendum templum, vt colligitur ſupra in litera, & ſupra quinto, & declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione, & omnibus iſtis poſitis ſubditur, quòd fecit Salomon die octauo collectã: eo quòd B dedicaſſet altare ſeptem diebus, & ſolennitatem celebraſſet ſeptem diebus: & ſic videtur, quòd omnia præcedentia ad primũ diem pertinebant. Et tamen ſupra ponitur de immolatione omnium illorum animalũ, ergo omnia illa fuerunt immolata die primo, & eodem. Secundò patet, quia dicitur hic, quòd Salomõ ſanctificauit medium atrij ad cremandum ibi ſacrificia, quia altare ęneum quod fecerat Salomõ, non poterat ſuſtinere holocauſta, & adipes pacificorum: & tamen ſi ſucceſſiuè per dies fieret oblatio iſtorum animalium, poſſent capi in altari, & ſuſtineri: ideo videtur, quòd in eodem die omnia immolata ſunt. Dicendum autem hoc falsũ eſſe, ſed iſta animalia oblata ſũt C multis diebus, ſcilicet, quamdiu durauit iſta ſolẽnitas dedicationis, q̃ durauit ſeptẽ diebus, & adiuncti ſunt alij ſeptem dies, qui pertinebant ad feſtum tabernaculorum, & in illis etiam dedicatum eſt templum. Manifeſtum eſt autem, quòd quolibet iſtorum dierum ſacrificia multa offerrentur: quia aliàs non diceretur durare ſolennitas dedicationis, niſi quolibet iſtorum ſeptem dierum fierent ceremoniæ aliquæ ad ſolennizandum dedicationem illam. Ideo dicendum, quòd quolibet die offerrentur multa. Secundò patet, quia non videtur ſatis facile, quomodo eadem die poſſent tot animalia immolari, & cremari in eodem templo: nam etiam ſi omnes Iſraelitæ occuparentur ſolùm in mugulando, & decoriando, & concidendo animalia in artus, & faciendo cęteras cęremonias, nõ videtur, quo modo fieri poſſet, cùm ſoli ſacerdotes hoc efficerent, nec liceret cuiquam accedere ad adiuuandum eos, ideo non videtur quomodo, etiam ſi nihil aliud faceret, omnes ſacerdotes eadem die poſſent ſufficere ad iugulandum, & decoriandum viginti duo millia boum, & centum viginti millia arietum: potiſſimè, quia non poterãt circa hoc tota die occupari, ſed certa hora diei. Nam ante meridiem occupabantur eo tẽpore, quo nos Miſſarum ſolennia celebramus, & iterũ ad ſolis occaſum. Quòd autem certum tempus aſſignatum eſſet ad faciendum ſacrificium patet, quia 4. Reg. 3. dicitur: Factum eſt igitur mane quando ſacrificium offerri ſolet: ecce aquæ veniebãt per viam Edõ. Sic etiam patet 3. Reg. 18. ſ. Poſtquam autem tranſijt meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo ſacrificium offerri ſolet. Et ſic non poſſent ſacerdotes in iſtis duabus horis diei aſſignatis offerre tot animalia in ſacrificium. Aliquis dicet, quòd fortaſſis ſacerdotes adiuti ſunt à leuitis, & laicis ad faciendũ miniſteria ſua propter neceſſitatem feſtiuitatis, ſicut factum eſt tempore Ezechiæ regis, infra 29. cap. Dicendum, quòd non ſtat, quia dato, quod eſſet neceſſitas magna, non permitteretur, quòd laici adiuuarent ſacerdotes: nam potius fieret, quòd non offerrentur ſacrificia, & ceſſaret, vel minueretur cultus diuinus, quã quòd laici ſe intromitterent de officijs ſacris ſacerdotalibus; eo quòd erat magna diſtantia: nam ſacerdo-

A tibus competebant miniſteria valde ſacra, & laicis nullum miniſterium ſacrum competebat. Benè autem poterat permitti ex magna neceſſitate, quòd leuitæ ſe intromitterẽt de aliquibus miniſterijs ſacerdotalibus: eo quòd Leuitæ erant ſacri miniſtri, & non differebãt à ſacerdotibus, quia ſacerdotes habebant gradum excellentiorem miniſtrationis, & in quibuſdam poterãt adiuuare Leuitæ ſacerdotes in neceſſitate, ſicut fuit infra 29. tempore Ezechiæ. Nec tamen putandũ eſt, quòd liceat Leuitis adiuuare ſacerdotes in omnibus miniſterijs ſuis in neceſſitate: ſed ſolùm in paruis, & banauſis. ſ. in decoriando animalia: nam iugulando, vel præſentando ſanguinem altari, vel concidendo membra in fruſta, vel ponendo in altari non conceditur Leuitis adiuuare ſacerdotes. Vnde tempore Ezechiæ ſolùm adiuuerunt Leuitæ ſacerdotes in decoriãdo pelles animalium. infra 29. & hoc, quia iſta pars miniſterij erat magis banauſa, & abiecta, cùm ſecundùm eam non eſſet acceſſus aliquis ad altare. Ideo non poterant nunc Leuitæ adiuuare ſacerdotes, niſi in decoriatione animalium: & ſic adhuc videbatur grauiſſimum quomodo alias miniſtrationes circa tot animalia offerenda, & cremanda in eodem die poſſent ſacerdotes complere. Sed adhuc videtur dicendum, quòd Leuitæ in nullo adiuuerint ſacerdotes circa miniſtrationem iſtam. Primò, quia quòd Leuitæ adiuuent ſacerdotes eſt valde extraordinarium: ideo ſi aliquando accideret, ſcriptura illud exprimeret, ſicut fuit infra 29. tempore Ezechiæ: & tamen nunc non ſcribitur, quòd Leuitæ aliquo modo adiuuerint ſacerdotes in miniſtratione: ergo non eſt credendum, quòd eos adiuuerint. Secundò, quia Leuitę erant occupati circa cauſatum, cùm dicatur ſupra quinto: & hic in litera, quòd omnes Leuitæ canebant in varijs organis muſicis, ideo non poterant ſacerdotibus ſubuenire. Tertiò patet, quia hic in litera dicitur, quòd ſacerdotes erant in officijs ſuis, & Leuitæ in officijs ſuis: ergo non erant permixta officia, ita quòd ſacerdotes adiuuarentur à Leuitis: & ſic manebant ſoli ſacerdotes ad tantum opus, quod ipſi nullo modo poterant cõplere in vna die. Item patet, quia ſi tot animalia eadem die cremanda eſſent in templo, non ſolùm non ſufficeret altare holocauſtorum ad capiendum carnes animalium, & adipes: ſed etiam totum atrium ſacerdotum. D Item, quia non videtur ad quid eſſet tanta effrenata multitudo victimarum eadem die, quia ſi tot die prima offerebantur, correſpondenter multa alia offerri debebant in alijs diebus: & ſic poneretur innumerabilis copia immolatorum pecorum, quę potius eſſet depopulatio pecorum, quàm oblatio victimarum. Item ſi iſta omnia pecora eodem die oblata fuiſſent, ſicut die hac multa offerebantur, ita & in aliis diebus fieret ſaltem proportionaliter ſecundùm magnitudinem feſtiuitatis: ideo ſicut oblatio illius diei poneretur ad oſtendendam copiam animalium immolatorum, ita poneretur numerus animalium oblatorum in alijs diebus: & tamen ſolùm ponitur iſte numerus: E ergo videtur, quòd iſte numerus fuerit animaliũ oblatorum in omnibus diebus, quibus durauit iſta ſolennitas, ſiue fuerit numerus animalium oblatorum à ſolo Salomone, vel à toto Iſrael ſimul. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd verum eſt, ꝙ deſcenſio ignis, & nebulæ fuit in primo die feſtiuitatis iſtius, tamen non ponitur hic diſtinctio aliqua operũ primi diei, & aliorum: ſed ſolùm dicitur, quòd fecit Salomon feſtiuitatem ſeptem diebus primis pertinentibus ad ſolam dedicationem templi, & in ſeptem diebus pertinentibus ad ſolennitatem tabernaculorum: & in die octauo, qui erat cętus, & collectæ: & in quolibet offerrebantur multa animalia: ſed indifferenter,

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca



quòd in die primo quo portata est arca, quia erat dies solennior, credendum est, quòd plura animalia oblata fuerint, quàm in quolibet aliorum dierum. Et sic secundùm differentiam aliorum dierum fieret oblatio sacrificiorum. Sciendum tamen, quòd in his animalibus non intelliguntur illa, quæ de necessitate legis oblata erant, scilicet, in die propitiationis, & solennitate tabernaculorum, quia istis festiuitatibus competunt determinata sacrificia: Num. 28. & 29. de quo dicetur magis infra in quadam quæstione. Ad secundum dicendum, quòd nihil probat: imò potius ex ipso fundamento probatur oppositum: nam dato quòd ista sacrificia diuiderentur per dies multos, scilicet, viginti, vel triginta, & quotidie offerrentẽ tot animalia, sicut alia die, non possent capi in altari holocaustorũ: nam si in viginti diebus offerrẽtur omnia ista, necesse erat, quòd quotidie ponerentur in altari holocaustorum mille, & centum boues diuidendo viginti duo millia per viginti, & cùm eis sex millia arietum, cùm in viginti diebus offerrentur centũ viginti millia arietum. Certum est autem, quòd non possent capi ista septem millia cadauerum, vel cadauerum adipes quotidie: quia altare holocaustorum solùm erat viginti cubitorum lõgitudine, & totidem latitudine supra 4. Et dato quod possent capi hæc cadauera, & adipes simul supponendo quædam alijs: tamen tunc non videtur modus aliquis quo cremarentur carnes istę suppositio eis igne: quia extingueretur totus ignis non habendo quomodo spiraret, nec possent à sacerdotibus tantę carnes versari in altari, & moueri carbones: ita vt conuenienter arderẽt: ideo necesse erat, dato quòd diuiderentur ista animalia per multos dies, scilicet, viginti, vel triginta offerenda, quòd carnes quorundam cremarentur super altare, & carnes aliorum cremarentur super pauimentum atrij templi. Si autem eodem die cremari debuisse dicantur, non solùm non caperentur in altari: sed etiam in atrio sacerdotũ, non videretur modus quomodo simul cremari potuissẽt, vt supra declaratum est.

*Cur solùm oblata fuerunt de duabus speciebus animalium. Quæstio XII.*

QVAERITVR Vltetius, cùm ista fuerit magna solennitas dedicationis templi, & nunquam legitur facta aliqua tam magnifica oblatio, cur solùm oblata fuerunt animalia de duabus speciebus, scilicet, boues, & arietes, cùm possent de alijs speciebus offerri. Aliquis dicet, quòd non erant aliqua animalia, de quibus communiter secundùm legem offerrentur nisi ista: ideo de his solùm obtulit Salomon. Considerandum ad euidẽtiam huius, quòd secundùm legem Moysi erant limitata animalia, quæ erant munda, & quæ immunda, & quantum ad alias gentes nõ erat aliqua determinatio, sed comedebant de quibus volebant. Etiam quando offerebant sacrificia dijs suis, offerebant de illis animalibus, quæ volebant. Hebræis erat data distinctio animalium mundorum, & immũdorum. Sciendum tamen, quòd erat animal mundum, vel immundum dupliciter, scilicet, quantum ad cibum, vel quantum ad sacrificium. Omnia, q̃ erant munda quantum ad sacrificium erant munda quantum ad cibum, sed non è conuerso: quia multa erant in cibo licita, de quibus nõ licebat offerri; sicut multi pisces erant mundi Iudæis in cibum, scilicet, omnes, qui habent squamas, & pinnulas: & tamen non licebat piscem aliquẽ offerri in sacrificium. Etiam multę aues mundæ erant Iudæis in cibum: & tamen in sacrificium solùm erant mundę columba, & turtur, & de animalibus mundis ad esum tã gressibilibus, volatilibus, quàm natatilibus, patet Leui. 11. & Deuter. 14. Animalia autem licita ad sacrificandum erant tria solùm de gressilibus, scilicet, bos, aries, caper tam in masculis, quàm in fœminis. Volatilia licita ad sacrificia solùm erant turtures, & columbæ, vt patet Gen. 15. quando Deus fecit fœdus cum Abraham de dando semini suo terram Chanaan, dixit ei, quòd faceret sacrificium sibi, & diuideret animalia per medium ad faciendum fędus istud, & iussit accipi vaccam trimã, arietem trimum, & capram trimam, & turturẽ, & columbam: & hoc erat ad signandum, quòd terra illa Chanaan, quam Deus daturus erat Israelitis, ab eis tenenda erat, quamdiu exercitarentur victimæ in cœremonijs istorum sacrificiorum, quę erant præcipuę cęremoniæ legis: & quia non erant in lege offerẽda animalia in sacrificium de pluribus speciebus, solùm iussit capi ista animalia. Item hoc patet efficatius Leuit. 1. vbi Deus incipiens dare legem de sacrificijs posuit sufficientem diuisionem de modo faciendi holocaustum. Et dixit, quòd aliquando fiebat holocaustum de bobus, & aliquando de arietibus, & aliquando de hircis, & interdum de turturibus, & columbis: & in quolibet istorum posuit regulã quomodo offerri deberet, & fieri cœremoniæ, & non in alijs animalibus: ideo innuebat, quòd de nullis animalibus alijs offerenda essent holocausta, & alia sacrificia. Confirmatur hoc, quia quantum ad cęremonias legis, & potissimè in cęremonijs sacrificiorum Deus dixit: Quod præcipio tibi hoc facito domino tuo, nec addas quidquam, nec minuas: Deut. 12. & tamen non erant posita plura animalia ad faciendum ibi sacrificium: ergo non faciendum erat de alijs. Item confirmatur hoc, quia in omnibus libris veteris testamenti si reqrantur quęcunque sacrificia, quę facta sunt, non reperientur facta sacrificia de aliis animalibus, nisi de istis. Vnde sciendum, quòd de istis animalibus solis fiebant sacrificia, & tamen non offerebantur in omnibus generibus sacrificiorum animalia de omnibus istis generibus. Pro quo sciendum, quòd erant tria genera sacrificiorũ. s. holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, vt supra in literæ expositione dictum est. In holocausto offerebantur animalia de omnibus istis generibus. s. bobus, arietibus, capris, columbis, & turturibus: Leui. 1. In sacrificio pacifico offerebantur solùm boues, & arietes, & capræ: Leui. 3. Turtures autem, & columbę non offerebantur, & ratio huius est duplex. Prima est, quia in hostia pacifica, vt communiter non offerũtur, nisi adipes, & pinguedo operiens vitalia: in turturibus autem, & columbis non sunt adipes, nec pinguedo aliqua notabilis operiens vitalia: ideo non offeruntur, vt pacifica sacrificia: Leuit. 3. Secunda causa est, quia animal, quod offertur in hostiam pacificam diuiditur, quia datur sacerdoti pectusculum, & armus dexter, & cœteræ carnes proueniebant ipsis offerentibus: Leui. 7. & interdum etiam dabatur Deo ad cremandum in altari tota cauda cum renibus. Leuit. 3. Volucres autẽ cùm offerebantur in sacrificium non erant diuidẽdæ, vt patet Gen. 15. & Leui. 1. ideo non poterant offeri in hostiam pacificam. Sed obijcietur, quòd etiam in sacrificio pacifico turtures, & columbæ offerri deberẽt, nec obstat indiuisio volucrum, quia manifestum est, quòd omnia quadrupedia, quę in holocaustum offebantur concidebantur in frusta, & ponebantur super altare: Leui. 1. & tamen seruabatur specialiter in auibus oblatis in holocaustum, quòd non dividebantur, eodem capitulo, ita ergo in hostia pacifica fieret: quia licèt esset regula in omnibus quadrupedibus collatis in hostiam pacificam, quòd diuideretur, seruaretur speciale in auibus, quòd non diuideretur. Sed dicendũ, quòd non stat propter duo. Primò, quia



quia non poterat conuenienter excusari diuisio volucrum in sacrificio pacifico, sicut in holocausto. Et causa est, quia cùm in holocausto diuiderentur corpora animalium in frusta, non diuidebantur quasi aliquæ partes dandę essent sacerdotibus, & aliæ offerentibus, & aliæ Deo: quia omnia frusta cadaueris cremabantur in altari cum capite, pedibus, & intestinis lotis, nec excludebatur quidquam de animali, nisi fimus, & vngulæ pedum, quia erant ossea, & purgamenta, vel sordes, & cornua, & pellis, cœtera verò cremabantur. Leui. 1. Diuisio ergo cadauerum erat solùm, vt cremarentur ordinatius ipsum holocaustum, cùm frusta essent separata, & ordinatim super struem lignorum ponenda erant, eodem capitulo: etiam interdum vnũ animal crematum in holocaustum durare debebat à solis occasu vsque ad solis ortum, sicut erat de sacrificio vespertino, vt patet Leui. 6. nam dicitur ibi, quòd tota nocte cremabitur. Si tñ poneretur vnus agnus anniculus in altari integer super ignem cito cremaretur, & non posset durare tota nocte, & tamen durabat tota nocte: ergo frustatim ponẽdus erat super altare. In turturibus autem, & columbis, q̃ erant paruæ quantitatis, etiam si non diuiderentur facile cremabantur, ideo non oportuit, quòd diuiderentur volucres in holocaustis, sed carnes pecorum. Secus autem erat in hostia pacifica, quia diuisio non fiebat principaliter, vt carnes melius cremarentur super altare, sed vt darentur singulis iura sua, scilicet, sacerdotibus pars sua, & Deo pars sua, & residuum offerentibus, quod suum erat. Si autem manerent aliqua animalia oblata in sacrificio pacifico indiuisa, de illis non daretur ius suum offerentibus, nec sacerdotibus, sed totum Deo cęderet: ideo in pacificis hostijs tam in volucribus, quàm in pecoribus diuisio facienda erat si offerrentur pacifice, & tamen volucres non erant diuidendæ, vt probatum est: ergo non erant offerendæ in sacrificio pacifico. Secunda ratio est adhuc præcipua, quia in sacrificio pacifico soli adipes offerebantur ad cremandum in altari, vel saltem ipsi principaliter, vt patet Leuit. 3. & tamen in turturibus, & columbis non erant adipes: ergo non erant in hostias pacificas offerendæ. In sacrificio autem holocausti offerebatur totum animal, siue ergo haberet adipes, siue non, satis conueniebat holocausto, sed non hostiæ pacificæ. In sacrificijs autem pro peccato offerebantur omnia genera animalium, scilicet, boues, arietes, & hirci. Leui. 4. & 5. Etiam offerebantur turtures, & columbæ pro peccato. Leui. 12. & 14. & 15. & hoc, quia in sacrificio pro peccato non fiebant diuisiones, quæ in hostia pacifica, quia vel totum animal Deo dabat, vt cremaretur extra castra, sicut Leui. 4. Vel cędebat totum in ius sacerdotum, vt colligitur Leuit. 10. de hirco oblato pro peccato, de quo dixit Moyses, quòd Aaron, & filij sui illum comederẽ debuissent, scilicet, totum, cùm de hirco dicatur absolutè, & non significetur alicubi dandam esse partem aliquam Deo, nisi adipes, qui de omni sacrificio Deo dabantur. Leui. 3. & 7. de offerentibus etiam non legitur alicubi in Leuitico, vbi ponitur tota doctrina de sacrificijs, quòd daretur aliqua pars offerentibus de sacrificio pro peccato. Patet ergo, quòd animalia offerri poterant in singulis sacrificijs, & sic dicẽdũ, quòd responsio quorundã data in principio quæstionis non stat, scilicet, quòd non obtulit Salomon plura animalia de diuersis speciebus, quia de nullis alijs solebant offerri secundùm legem. Respondendum ergo, quòd Salomon non obtulit hic de omnibus generibus animalium de quibus offerre poterat. Nam de volucribus non obtulit, eo quòd oblatio ista erat pauperum, scilicet, cùm quis nõ poterat offerre pecora, offerebat turturem, aut columbam, quæ erant pauci valoris, & poterant haberi à quamtumcumque paupere. Et patet hoc Leuit. 12. vbi dicitur de muliere postquã purificata erat post partum, quòd offerre deberet agnum anniculum in holocaustum, & turturem, vel pullum columbæ pro peccato. Et sequitur, quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbæ, & vnum faciet pro peccato, & alium in holocaustum: & sic erat in multis aliis oblatio volucrum in remedium paupertatis: & hoc sequitur, quòd quandocunque aliqua oblatio magnifica fieri debebat, non offerebantur turtures, nec columbæ, nè attestarentur paupertati, sed sola pecora offerebantur. Sic etiam patet in solenni oblatione, quam fecerunt duodecim principes duodecim tribuum Israel in dedicatione tabernaculi Moysi in deserto. Nam obtulerunt pecora de omnibus generibus, scilicet, boues, hircos, arietes, & etiam obtulerunt omnia genera sacrificiorum, scilicet, holocausta, hostias pacificas, & hostias pro peccato: Num. 7. & tamen non obtulerunt turtures, nec columbas, nè attestarentur paupertati. Et sic in quibuscunque sacrificijs rarò reperietur poni turtures, & columbæ, nisi interdum propter paupertatem, & interdum, quia lex iubebat offerri turtures pro peccato in quibusdam purificationibus, scilicet, in parientibus Leui. 12. & in leprosis Leui. 14. & in fluentibus semine, & mulieribus fluentibus sangnine extra tempora menstruorum: Leui. 15. & sic de quibusdam alijs. Manet autem nunc dubium de solis hircis cùm essent quadrupedia, quæ in sacrificijs sæpe solent venire, & secundùm legẽ venire possunt, quare Salomon non obtulit hircos, sicut arietes, & boues. Aliquis dicet, quòd licèt secundùm legem offerri possent, tamen non consuetum erat illa offerri spontaneè: ideo Salomon non obtulit nunc. Dicendum, quòd hoc non stat, & sciendum, quòd verum est, quòd hirci, vt communiter offerebantur in sacrificijs pro peccato, & non in aliis ita frequenter, & tamen aliquãdo offerebatur hircus in holocaustum. Nam lex posuit, quòd posset offerri Leui. 1. & etiam aliquando offerebatur in solennibus oblationibus, sicut fuit quando principes duodecim tribuum obtulerunt in dedicatione tabernaculi, nam hircos tũc obtulerunt in holocaustum: Num. 7. Responderi potest ergo dupliciter: vno modo, quòd Salomon, & populus obtulerit hircos, & tamen litera solùm facit mentionem de bobus, & arietibus, qa hirci fuerunt pauci. Aliter potest dici, quòd Salomon non obtulit hircos, quia fortè rarò consuetum erat offerri eos pro holocausto, & hostia pacifica, quæ duo genera sacrificiorũ solùm oblata sunt hic: & iste modus verisimilior est, quàm præcedens, eo quòd cùm litera tam diligenter annotasset hic numerum boum, et arietum oblatorũ à Salomone, dixisset etiam de hircis si aliquos obtulisset, et tamen non dicitur, ergo non creditur, quòd fuerunt aliqui oblati.

*In quo genere sacrificiorum obtulit ista animalia. Quæstio XIII.*

QVAERITVR Vlterius, cùm nunc Salomon obtulisset tot animalia, in quo genere sacrificiorum ista obtulit. Nam erant tria genera, scilicet, holocaustum, hostia pacifica, et hostia pro peccato. Aliquis dicet, quòd obtulit Salomon ista animalia in omnibus generibus sacrificiorum, scilicet, quædam in holocaustum, et quædam in hostias pacificas, et quędam pro peccato. Item hoc confirmatur, quia cùm esset oblatio ista solennis, ita esset de omnibus generibus sacrificiorum, nè aliquid videretur omissum, vel intactum. In contrarium dicet aliquis, quòd non fuerint

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnia oblata sacrificia, quia saltem sacrificia pro peccato nulla fuerunt hic, quia sacrificia pro peccato important necessitatem quandam, & nunc non erat aliqua necessitas à lege imposita, ideo non imposita fuerunt, sed solùm sacrificia pacifica, & holocausta. Et sic dicet, quòd in festiuitatibus magnis spontaneis non offeruntur, nisi holocausta, & hostiæ pacificæ. Dicendum tamen, quòd hoc non stat, quia interdum in solennitatibus magnis qualis erat ista, sine necessitate aliqua offerebantur sacrificia pro peccato, sicut fuit in dedicatione tabernaculi Moysi: nam duodecim principes duodecim tribuum obtulerunt tunc holocausta, & hostias pacificas, & hostias pro peccato Nu. 7. ita ergo poterat esse hic. Respondendum, q̃ Salomon nunc non obtulit, nisi sacrificia pacifica, & holocausta, & propter duo. Primum, quòd non est necessarium, nec conueniens poni, quòd Salomon obtulerit nunc, nisi ista duo genera sacrificiorum. Secundum est, quòd etiam si velimus ponere plura oblata esse, non poterimus. Primum patet, quia sacrificia p̃ peccato sunt sacrificia mẽroris, scilicet, pro aliquo, in quo nos errasse cognoscimus: nunc autem erat lætitia in festiuitate dedicationis, ideo non erat necessarium, nec valde conueniens offerri sacrificium pro peccato. Secundum est, quia sacrificia pro peccato, vt communiter sũt sacrificia necessitatis imposita pro certis peccatis, vel delictis, & tamen nunc nõ videbatur esse aliquid propter quod cogerentur Israelitæ offerre sacrificium pro peccato, ideo non oblatum fuit, vel non est necesse ponere illud oblatum. Secundum dictum est, quòd dato, quòd velimus ponere plura genera sacrificiorũ oblata, non poterimus, quia litera non consentit. Nam supra in litera dicitur, quòd ignis descendit de cælo, & deuorauit holocausta, & victimas. Ecce ergo solùm ponuntur duo genera sacrificiorum. Sed aliquis dicet, quòd hoc non stat, quia licèt holocaustũ sit aliqua species sacrificij, tamen victima non est species aliqua, sed genus, & comprehendit omnia sacrificia, & dato quòd non ponerentur, nisi victimæ poterant intelligi multæ, vel omnes species sacrificiorum. Sic patet in litera, cùm dicitur: rex & omnis populus immolabant victimas coram domino: & tamen manifestum est, quòd saltem holocausta, & hostiæ pacificæ offerebantur nunc à Salomone, & Israelitis, ideo benè poterant intelligi per victimas ipsæ hostiæ pacificæ, & hostiæ pro peccato. Dicendum, quòd hoc nõ stat propter duo. Primò, quia si propter victimas deberent intelligi duæ species, vel plures sacrificiorum, ponerentur victimæ per se, & esset tanquam genus, & sic rectè intelligi possent per victimas omnes species victimarum, vel quędam illarum. Et tamen nũc cùm dicitur, quòd descendit ignis, & deuorauit holocausta, & victimas, non potest intelligi per victimas, nisi vna species victimarum, eo quòd victima condistinguitur ibi contra holocausta, & est holocaustum vna species victimarum, ideo oportet, quòd accipiatur victima iam tanquam species, quia genus non contradistinguitur contra speciem, sed species contra speciem: non ergo intelligeretur ibi per victimas sacrificia pacifica, & pro peccato. Sed cùm dicitur in litera, rex autem, & totus populus immolabant victimas coram domino, quia ibi ponuntur victimæ solæ, non cõnumeratæ contra aliquam speciem victimarum, poterũt accipi victimæ pro duabus, vel pro omnibus speciebus victimarum, nisi aliquid aliud impediat. Secundum, & efficatius est: quia in litera ponuntur expresse ista duo genera sacrificiorum, scilicet, holocausta, & hostia pacifica in quantũ dicitur: obtulerat enim Salomon holocausta, & adipes pacificorum, & iterũ repetitur, scilicet, quia altare æneum, quod fecerat nõ poterat sustinere holocausta, & adipes pacificorum: ecce ponuntur solùm duo, scilicet, holocausta, & adipes pacificorum; ergo non erat ibi aliud sacrificium, scilicet, pro peccato. Sed obijcietur, quòd erat ibi sacrificium pro peccato, quia videtur poni tria genera cùm dicitur in litera: altare æneum, quod fecerat non poterat sustinere holocausta, & adipes pacificorum, & sacrificia. Ecce ibi holocausta ponuntur nomine suo. Ecce adipes pacificorum per quod intelligitur hostia pacifica, quia de illa, vt communiter non offertur, nisi adeps, & pinguedo operiens vitalia, quod totum nomine adipum intelligitur. Ponitur ibi tertiũ, scilicet, sacrificia, ideo necesse est intelligi alterum genus sacrificiorum: & tamen nullum aliud genus est, nisi sacrificium pro peccato: ergo etiam oblata sunt sacrificia pro peccato. Dicendum, quòd solùm oblata fuerũt holocausta, & hostiæ pacificæ, & non pro peccato: & quando dicitur, quòd ponuntur ibi sacrificia, dicendum, quòd per sacrificia nõ intelliguntur aliquod genus victimæ, sed solùm intelliguntur libamenta: nam victimæ fiebant de carnibus, & cum eis erant aliqua necessaria, quæ vocantur libamenta. Sunt enim ista accessoria in sacrificijs pacificis, & in holocaustis: & sunt quinq;, scilicet, simila, oleum, vinum, sal, thus, vt patet Num. 15. & Leui. 2. & ista vocantur sacrificia, vel saltem quædam pars istorum libamentorum, scilicet, simila, vt patet Num. 28. & 29. vbi de quolibet animali, quod offertur in festiuitatibus, de quibus ibi agitur, dicitur, quòd offertur cum sacrificio suo, & libamine. Ecce quòd sacrificium ibi non potest accipi pro aliqua victima, quæ de carnibus est, sed pro suo accessorio, scilicet, simila, vel libamine. Sic etiam patet Leui. 2. vbi dicitur, quòd aliquando fit sacrificium de craticula, & aliquando de clibano, & ponitur ibi modus, & tamẽ totum quod ibi ponitur est panis coctus, vel frixus, vel simila permixta: ideo istud oportet vocari sacrificium, & non carnes: & sic quando dicitur hic in litera, & sacrificia, non ponitur pro aliqua specie victimæ, sed pro libamentis, quæ offerebantur cum singulis animalibus oblatis in holocaustum, vel in hostias pacificas: & sic solùm erant duo genera. Et patet hoc in eadem litera ante hoc, cùm solùm ponuntur ista duo genera sacrificiorum, scilicet, obtulerat eum Salomon ibi holocausta, & adipes sacrificiorum, & nihil plus ponitur. Apparet ergo, quòd sola holocausta, & pacificæ hostiæ oblatæ sunt. Sacrificia autem pro peccato non fuerunt oblata: nam sicut Salomon non obtulit nunc omnia genera victimarum, quia omisit victimas pro peccato, ita & omisit aliqua de speciebus eius animalium immolabilium, quia omisit hircos.

*Quare potius ista duo genera sacrificiorum obtulit.*

*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR Vlterius, quare Salomon obtulit potius nunc ista duo sacrificiorum genera, scilicet, holocausta, & hostias pacificas potius, quàm alias species. Respondendum, quòd factum est hoc propter multa. Primò patet de holocausto: nam istud erat nunc necessarium, eo quòd holocausta sunt sacrificia directius facta ad honorem Dei, quàm alia: vnde non habet holocaustum aliquam causam specialem, quare fiat, nisi propter Deum. Alia autem sacrificia duo habent alias causas speciales tenentes se ex parte nostra. Ideo cùm fieret nunc ista festiuitas ad honorem Dei, nullum sacrificium ex hac parte conueniens erat, quàm holocaustũ, & omnia animalia oblata fuissent in holocaustum, nisi aliud obstaret, scilicet, quia non esset pars offerentibus, & sacerdotibus. De hostia pacifica, quòd offerretur, erat secunda causa, scilicet, quia ex conditione huius sacrificij competebat. Nam hostia pacifica distinguitur, quia quædam est ad gratiarum actiones, alia est ad obsecrationes, vt patet Leui. 7. Ad gratiarum actiones est illa, quæ offertur, quando volumus Deo regratiari, quòd aliquod beneficium nobis contulerit. Ad obsecrationes est illa, p̃ quam volumus Deum placare nobis, vt aliquid det quod intendimus: & quia nunc Salomon, & Israelitę receperant magnum beneficium à Deo concedendo eis, quòd potuissent consumare templum, & postea illud acceptauit dando ignem de cælo super sacrificia facta in illo, & mittendo maiestatem suam, scilicet, nebulam circundantem templum, supra quinto, & supra in litera, restabat, vt ei gratias agerẽt, & ad hoc pertinebat sacrificium pacificum. Tertium erat, quare offerretur sacrifcium pacificum, quia istud valde conueniebat intentioni Salomonis. Nam ipse volebat facere istam magnam solennitatem dedicando templum: & quia conuenerat magna multitudo Israelitarum ad dedicationem, decebat, quòd rex daret eis cibos: & ad hoc conueniens erat offerri hostias pacificas, quia de hostijs pacificis, vt communiter non cremantur, nisi adipes manentibus totis carnibus: & interdum ad plus cremantur adipes, & tota cauda animalis: & carnes cedunt partim in ius sacerdotum facientium cœremonias, & partim in ius offerentium: & sic partes ille, quæ prouenirent de istis sacrificijs ipsis sacerdotibus essent ad pastum ipsorum, quę autem prouenirent Salomoni offerenti poterant communicari quibuscunque ipse vellet: & sic darentur toti populo ad cibandum eum. Quartum erat quantum ad sacrificia pro peccato, & de istis dicendum, quòd nihil oblatum est, eo quòd ista sacrificia, vt communiter fiant ex necessitate, & determinatione legis pro certis peccatis, & rarò sunt sacrificia spontanea, sicut holocausta, & hostiæ pacificæ. Nunc autem non videbatur in populo esse aliquid, propter quod offerentur sacrificia pro peccato: ideo non oblata sunt. Quintũ est, quia sacrificia pro peccato sunt sacrificia meroris: alia autem sunt sacrificia exultationis: nunc autem exultandum erat in solẽnitate dedicationis, ideo non erat opus offerri sacrificia pro peccato. Sextum erat, quia si offerrentur sacrificia pro peccato, quæ essent spontanea non pro aliquo speciali peccato, vel delicto, sed solùm ad solennizandum magis solennitatem dedicationis, peruenirent carnes istorum animaliũ totę sacerdotibus, & non posset quis comedere de eis, nisi sacerdotes, & filij eorum masculi. Si ergo magna copia talium sacrificiorum fieret, necesse erat, quòd perirent multæ carnes sacrificiorum, quia nullus eas licitè comedere posset, nisi sacerdotes: & tamen ipsi sacerdotes nõ possent illas comedere præ multitudine: ideo nõ decebat de his sacrificijs offerri saltem multa. Fuerũt autem conuenientia nunc duo genera sacrificiorum, scilicet, holocausta, & hostiæ pacificæ: holocausta quidem ad directam laudem Dei: hostiæ pacificæ, vt redderentur Deo gratiæ, & populus inde pascerẽtur.

*Quid factum est de tot carnibus, & quomodo potuerunt comedi, vel cremari. Quæst. XV.*

QVAERITVR Vlterius, quid factum est de tot carnibus sacrificiorum, & quomodo potuerũt comedi, vel cremari. Respondendum, quòd, vt declaratum est supra, ista animalia oblata: licèt multa fierent, potuerunt competenter cremari in sacrificiũ à sacerdotibus: primò, quia non omnia eodem die immolata sunt in sacrificium, sed quindecim diebus: iam durauit festiuitas ista quindecim diebus, scilicet, septem pertinentibus ad dedicationem, & septem pertinentibus ad festum Tabernaculorum, & vno pertinente ad collectas. In quolibet istorũ dierum oblata fuerunt aliqua animalia, & sic facilius poterant sacerdotes hoc ministerium explere. Secundum erat, quia carnes istorum animalium, & adipes non cremabantur omnes in altari holocaustorum, sed quædam in altari, & aliæ in pauimento atrij sacerdotum. Nam sanctificauerat Salomon medium atrij sacerdotum ad cremandum in eo quasdam de carnibus, & adipibus sacrificiorum: eo quòd non poterant carnes, & adipes capi in altari. Et sic quidam sacerdotes iugulabant circa carnes, & adipes altaris cremando ibi posita, & alij assisterent cremandis carnibus, & adipibus in pauimento. Tertium, per quod maximè alleuiabatur opus istud, erat: quia paucæ carnes animalium in comparatione tantæ multitudinis crematæ sunt: nam licèt essent quędam animalia oblata in holocaustum, & quædam in hostias pacificas, pauca oblata fuerunt in holocaustum: sed ferè omnia in hostias pacificas. De hostijs autem pacificis non cremabantur nisi adipes, vt communiter, & rarò cremabantur caudæ: ideo dicebatur in litera, quòd holocausta posita sunt in altari, & adipes pacificorum quasi nihil aliud de hostijs pacificis cremateꝰ, nisi adipes. Et hoc conueniebat ad multa. Primò, quia esset minor difficultas ad istas ministrationes sacerdotales faciendas, quia cùm ferè omnia animalia offerrentur in hostias pacificas, non cremarentur aliquæ carnes, sed soli adipes, & sic facilius cremarentur. Secundò, quia daretur modus leuior ad hoc, quòd Salomon pasceret tantã multitudinem hominum, qui cùm veniissent ad portationem arcæ, & dedicationem templi, verisimile erat, quòd cibaret illos. Nam sic fecerat Dauid, quando conuocauit Israelitas ad portãdum arcam in domum suam. 2. Reg. 6. & præced. lib. 15. ideo non discreparet Salomon à moribus paternis. Potissimè, quia Salomon erat ditissimus, & volebat ostendere magnificentiam suam in omnibus: ideo cibaret populum, quem ad festiuitatem conuocauerat. Et tunc si animalia ista oblata essent in hostias pacificas, posset ex eis ciba re populum, ac si non obtulisset animalia in sacrificiũ: quia de hostijs pacificis proueniebat quædam pars sacerdotibus facientibus cœremonias, & quædam pars Salomoni offerenti animalia. Et quia Salomon daturus erat aliàs cibos tam sacerdotibus, quàm laicis, prouideret sacerdotibus de partibus illis, quæ prouenirent eis ex sacrificijs. Reliquas autem carnes poterat dare toti populo ad cibum, eo quòd prouenirent ei: & ad illas poterat inuitare quoscunque, dum tamen mũdi essent, vt colligitur Deut. 12. & 14. & 16. Tertiò, quia per hoc videretur ad quid tot animalia offerebantur in sacrificium. Nam si omnia ista animalia offerrentur in holocaustũ, & cremarentur in altari siue pauimẽto atrij, videretur inutiliter factum, quòd tot animalia cremarentur. Nunc autem cùm essent partim ad laudem Dei, & partim ad necessitatem cibi eorum, qui conuenerant ad solennitatem istam, videretur rationabiliter factum, quòd occiderentur tot animalia, quot sufficerent ad cibum multitudinem aduenientis ad festiuitatem, & quia totus Israel conuenerat, scilicet, ab introitu Emath vsque ad torrentẽ Aegypti, vt patet in litera, fuit necessaria, tanta multitudo pecorum, scilicet, viginti duo millia boum, & cẽtum viginti millia arietũ. Potissimè, quia aliqua istorum in holocaustum oblata sunt, & de istis nihil prouenit sacerdotibus, nec Salomoni, aut populariꝫ, sed totaliter cremata sunt, quia ista est conditio holocaustorum: Leui. 1. cap.

*An computentur omnia oblata tam ſponte, quàm neceſſitate.*
*Quæſtio XVI.*

QVAERITVR Vlterius, cùm dicatur hic de tot animalibus oblatis in ſacrificium, an computentur hic omnia, quæ oblata ſunt in iſtis feſtiuitatibus tam ſpontaneè, quàm ex neceſſitate. Reſpondendum eſt, quòd vt declarabitur infra in quadam q̃ſtione. Hic fuerunt tres feſtiuitates, vna ſpontanea, & duæ ex ordinatione legis. Spontanea erat dedicatio templi: ex neceſſitate erant duæ, ſcilicet, feſtum propitiationis, & feſtum tabernaculorum. In iſtis autem duabus feſtiuitatibus erant ſtatuta ſacrificia ſecundùm legẽ. Nam in die expiationis fiebant multę cœremoniæ ſacrificiorum pertinentium ad remiſſionem peccati. Leuit. 16. Alia fiebant ad iucunditatem, & ſolennitatem dei: de quibus Num. 29. cap. & omnia iſta fiebant ordinariè, & ex neceſſitate. Feſtum etiam Tabernaculorum cœlebratum fuit hoc tempore, in quo fiebant quædam cœremoniæ exultationis pertinentes ad totum populũ, de quibus Leui. 23. c. Aliæ pertinebant ad ſacrificia. Nam feſtiuitas iſta durabat diebus ſeptem, & in quolibet die offerebantur determinata ſacrificia, de quibus Num. 29. & iſta omnia offerebantur de ſumptibus ſanctuarij: & erat regula, quòd cùm iſta ſacrificia eſſent neceſſaria, & ordinaria non impedirentur per quæcunque alia ſacrificia ſpontanea ſimilia coincidentia cum illis in ſpecie, & numero: ſcilicet, quòd dato, quòd aliquis ſpontaneè in aliqua feſtiuitate ex deuotione offerret animalia tot, quot ſecundùm legem iuſſa erant offerri illa die, & in tali genere ſacrificiorum, non ceſſarent illa, quæ ſecundùm legem iuſſa erant offerri, eo quòd neceſſaria nunquam coincidebant cum ſpontaneis, vt colligitur Num. 29. & quia omnia ſacrificia, quæ nunc obtulit Salomon erant ſpontanea ad ſolennizandum feſtiuitatem dedicationis, non coincidebãt cum illis ſacrificijs, quæ iubentur offerri in die propitiationis, & in feſto Tabernaculorum Num. 29. & Leui. 16. & de illis nihil dari potuit populo, ſed proueniebant ſacerdotibus, ſecundùm quòd declaratum fuit eodem cap.

*Quæ eſſent officia ſacerdotum.* *Quæſt. XVII.*

QVAERITVR Vlterius, cùm dicatur hic, quòd ſacerdotes erant in officijs ſuis, quę erant iſta officia ſacerdotum. Reſpondendum, quòd officia ſanctuarij erant officia ſacra, & noluit Deus, quòd populares miniſtrarẽt, ſed quòd tribus Leui miniſtraret in omnibus: & ad hoc fecit Deus Aaron, & filios ſuos ſanctificari in ſacerdotes, & illis commiſit totum onꝰ miniſtrationis ſanctuarii, vt patet Num. 3. & 18. quia tamen erant multa miniſteria, & non poterant in omnibus prouidere ſacerdotes, tradidit illis Deus Leuitas, qui erant de genere ſuo in ſubſeruitores, vt miniſtrarent ad mandatum eorum in rebus minoribus ſanctuarij. Et ob hoc diſtincta fuerunt officia ſacerdotalia, & leuitica: vt Leuitæ, qui minores erant, non ſe intromitterent de officijs ſacerdotum, quia aliàs morerentur, ſicut factum eſt de Core, & ſocijs ſuis: nam iſti erant Leuitæ, vt patet Num. 16. cùm dixit Moyſes ad Core, & complices ſuos. Audite filij Leui. Et iterum: erigimini filij Leui. Et cùm vellent iſti Leuitæ vſurpare officium ſacerdotum, cõbuſti ſunt à Domino habẽtes thuribula in manibus: eodem capitulo.

Sacerdotum quinque erant officia.

Sunt autem officia ſacerdotum quinque, vel ſex, quæ ſequuntur. Primum erat offerre ſacrificium: iſtud enim erat de potiſſimis, & magis frequentatis officijs ſacerdotum. Et omnes cœremoniæ acceſſoriæ ad hoc erant ſacerdotales, ſcilicet, iugulare animalia, decoriare illa, abluere inteſtina, concidere carnes in fruſta, & offerre ſanguinem, & fundere illum ad baſim altaris, vel ſuper cornua eius, & ponere carnes in altari, & diſponere illas, ita vt cremarentur: & non licebat cuiquam hominum etiam Leuitæ ſub pœna mortis intromittere ſe in aliqua iſtarum miniſtrationum, nec aliarum purè ſacerdotalium ſub pœna mortis: Num. 3. & 16. & 18. & aliquando in neceſſitate magna cùm non eſſent ſacerdotes ſufficientes ad faciendum omnes miniſtrationes iſtas, adiuuabant eos Leuitæ in minimis, quæ minus habebant de dignitate, ſicut fuit tẽpore Ezechiæ regis, cùm eſſent pauci ſacerdotes propter præteritam idolatriam, & tunc nouiter conuerſo populo ad Deum fieret magna ſolennitas, & oblatio multorum animalium, nec ſufficerent ſacerdotes ad omnes cęremonias iſtas explendas, adiuuerunt eos Leuitæ in decoriatione animalium ſolũ, infra 29. In alijs autem miniſtrationibus, ſcilicet, quòd animalia immolarent, vel quòd carnes in altari ponerẽt non adiuuerunt Leuitæ ſacerdotes, quia iſtæ erant miniſtrationes multum ſacræ. Secundum officium ſacerdotale erat cremare thymiama in altari thymiamatum corã Domino: erat enim quoddam altare aureum, quod vocabatur thymiamatum, & erat intra tabernaculum Moyſi, & nunc intra templum Salomonis, & in illo vnus de ſacerdotibus cremabat quotidie bis thymiama, ſcilicet, in aurora tempore ſacrificij matutini, & in veſpere tempore ſacrificij veſpertini: Exo. 3. capit. Erat autem thymiama q̃dam confectio facta de multis aromatibus coniunctis, & ſimul contuſis vſque ad puluerem minutiſſimum, & tunc ſacerdos tollebat vnum vas, quod vocabatur thuribulum, & replebat illud prunis de altari holocauſtorum, & ingreſſus in tabernaculum fundebat thymiama ſuper prunas, ponebatq́ue ipſum thuribulum ſuper altare thymiamatum, quod erat ante velum Sancti Sanctorum. De cõfectione thymiamatis qualiter, & ex quibus fieret, patet Exo. 30 cap. iſtud miniſterium erat magis ſacrum, quàm oblatio ſacrificiorum, eo quòd facientes cęremonias ſacrificiorum non introibant in Tabernaculum, ſed erant foris in atrio apud altare holocauſtorũ, qui tamen cremabat thymiama introibat in Taberna culum ad ponendum thymiama ſuper altare thymiamatum: ideo dato, quòd aliquo modo diſpenſaretur, quòd aliquis Leuita poſſet miniſtrare faciendo ſacrificia, adhuc non concederetur, quòd miniſtraret cremando thymiama in altari thymiamatum, & ſiquis vellet ſe intromittere de hoc miniſterio, niſi eſſet ſacerdos, morereꝰ. Sic patet de ducentis quinquaginta proceribus Synagogæ, qui contendentes de ſacerdotio cum Aaron, ſumptis thuribulis ſuis prunas, & thymiama poſuerunt ingreſſuri ad altare thymiamatum intra Tabernaculum, cùm ſubitò egreſſus ignis à Domino cremauit illos. Num. 16. Sic etiam rex Ozias, cũ vellet introire ad ponendum thymiama ſuper altare, & hortantibus ſacerdotibus non deſiſteret, à Deo percuſſus eſt lepra in fronte, infra 26. & 4. Reg. 15. Tertũ officium erat diſponere panes propoſitionis in mẽſa. Pro quo ſciendum, quòd Deus iuſſerat fieri vnã menſam auream, & poni intra Tabernaculum, & ſuper illam iubebat eſſe continuè duodecim panes ad memoriam duodecim filiorum Iſrael. Iſti panes conficiebantur à ſacerdotibus, & coquebantur ab eiſdem, ita vt fœminæ non tangerent illos, nec laici: & ponebant quolibet ſabbatho duodecim de iſtis recentes ſuper menſam propoſitionis, & manebant ibi per ſeptem dies, & in ſequenti ſabbatho tollebantur illi ſeptem, & ponebantur alij ſeptem recentes. Iſtos panes tradabant ſacerdotes ſoli, quia ipſi ſoli conficiebant eos de paſta, ipſi coquebant, ipſi ſuper menſam propoſitionis



nis ponebant, ipſi etiam illos inde tollebant, & ipſi tandem eos comedebant, quia non licebat laicis comedere de illis, niſi in neceſſitate famis conſtitutis, & inſuper, quòd mundi eſſent à mulieribus. De ijs Leui. 24. & 1. Reg. 21. & Matth. 12. cap. Et iſtud etiam miniſterium non competebat vllo modo, niſi ſacerdotibus, & erat tam ſacrum, ſicut cremare thymiama, qa in vtroq́ue eorum requirebatur ingreſſus in Tabernaculum, vel templum Salomonis. Quartum miniſterium erat diſponere lucernas in candelabro: nam in Tabernaculo Moyſi erat vnicum candelabrum aureũ ante velum Sancti Sanctorum, in quo erant ſeptem lucernæ, & infundebatur oleum in lucernis candelabri, quia non ardebat ibi cera, nec ſepum, nec alius liquor, niſi oleum: & vnus de ſacerdotibus bis quotidie introibat in Tabernaculum, & diſponebat lichnum lucernarum emungendo eas, & ponendo oleum in vaſis, & extinguendo interdum lucernas quaſdam, & iterum eas accendendo iuxta ritum miniſtrationis, & iſtud pertinebat ſolùm ad Aarõ, & filios ſuos, ſcilicet, ad ſummum ſacerdotem, & minores. Exod. 27. & 30. Et ad iſtud miniſterium erat electum oleum puriſſimum: Exo. 27. & iſtud fiebat bis in die eo tempore, quo cremabatur thymiama, ſcilicet, ille ſacerdos, qui ingrediebatur ad cremandum thymiama, diſponebat lucernas in candelabro, ſicut opus erat, & iſtud miniſterium erat tam ſacrum, ſicut præcedentia, eo quòd miniſtrans in eo introibat in Tabernaculum. Quintũ miniſterium erat ingredi in Sancta Sanctorum ad faciendum cęremonias dici propoſitionis: nam illa die ſpeciale fiebat, ſcilicet, quòd ingrederetur ſummus ſacerdos in Sancta Sanctorum. Nam confitebatur illa die peccata populi ſui ſuper caput hirci, & mittebat illum in deſertum, & introibat in Sancta Sanctorum ſecum ſanguinem in vaſe, vt aſpergeret ſepties inde contra propitiatorium, quod erat ſuper arcam: & ferebat thuribulum plenum prunis, & thymiama, vt vapor groſſus inde conſurgens obnubilaret oculos ſacerdotis, nè videre poſſet id quod latebat inter alas Cherubim in propitiatorio. Leuit. 16. Et iſto die ſolùm ingrediebatur ſummus ſacerdos in Sancta Sanctorum: eodem capitulo, & ad Hebrę. 9. Alijs autem diebus anni, necipſe, nec alij ſacerdotes ingredi poterant in Sancta Sanctorum. Et iſtud miniſterium erat ſpeciale: nam in cęteris miniſtrare poterant tam minores ſacerdotes, quàm ſummus ſacerdos: in iſto autem ſolus ſummus ſacerdos miniſtrabat: & hoc propter dignitatem loci. Quamdiu tamen Moyſes vixit licebat ei introire in Sancta Sanctorum quandocunq; vellet, & ſi aliqua dubia ibi haberet, ibi audiebat vocẽ reſpondentis ad ſe de propitiatorio: Num. 7. cap. Sextum miniſterium erat ſacerdotũ commune magno ſacerdoti, & minoribus extra ſanctuarium, ſcilicet, diſcernere inter lepram & lepram: nam quãdo aliquis leproſus erat, ſeparabatur à reliquis, & manebat extra caſtra. Leui. 13. cap. & ſi contingeret aliquando leproſum ſanari naturaliter, vel miraculosè, non audebat ingredi caſtra quouſque ſacerdos iudicaret illũ mundum eſſe. Et tunc factis quibuſdam cęremonijs redocebat illum in caſtra, eodem capitulo. Et Leui. 14. & iſtud non licebat alicui facere, niſi ſacerdoti. Ideo dato, quòd medicus curaret leproſum, & ſciret eum plenè ſanatum, non audebat ei iubere, quòd rediret in caſtra, ſed nunciabat illud ſacerdoti, & poſtquam ſacerdos contemplaretur leproſum ſecundùm regulas datas à Deo Leui. 13. introducebat eũ, vel iubebat manere foris. Sic patet de decẽ viris leproſis, quos Chriſtus ſanauit, & non dixit illis, quòd introirent in vrbẽ, ſed ait: Ite & oſtendite vos ſacerdotibus. Leui. 17. ſcilicet, iudicio ſacerdotum introibitis in vrbem, & hoc faciebat Chriſtus, quia tempore illo adhuc lex Moyſi habebat vigorem ſuum, & ille ſeruabat eam: ideo iubebat, quòd iuxta mandatum legis iſti ſe oſtenderent ſacerdotibus. Septimum miniſterium erat, qꝰ quãdo mutanda eſſent caſtra, ſacerdotes parui, & magnus introibant in Sancta Sanctorum, & velabant arcam: velabant etiam omnia ſacra, quæ erant intra Tabernaculum, & tradebant illa ſic Leuitis portanda: nã non licebat illa Leuitis videre nuda, quia morerentur: ſed cùm velaſſent ea ſacerdotes, tradebant Leuitis. Nu. 4. iſta erant miniſteria ſacerdotum, in quibus non communicabant cum eis Leuitæ, nec laici. Aliud etiam miniſterium ſacerdotale, quòd aliquo modo reducitur ad primum, ſcilicet, facere cineres ad aquas luſtrationis cremando vitulam ruffam, & faciendo omnes ceremonias illius, & coincidit aliquo modo cũ primo inquantum iſtud videtur ſacrificium: & tamen non eſt ſacrificium plenè, quia nõ reponitur verè in aliqua ſpecie ſacrificii, licèt poſſit reduci large ad quendam modum ſacrificii prõ peccato: poteſt eſſe ergo iſtud octauum miniſterium ſacerdotale, de cuius cęremoniis patet Num. 19. Nonum miniſterium erat, quòd ſacerdotes clangerent tubis ſacris: nam erant quędam tubæ argenteæ ſacræ, quibus clangendnm erat in bellis, & in multis aliis cœremoniis, & clangere his tubis pertinebat ad ſolos ſacerdotes. Num. 10. Alia autem quæcunque ad ſacerdotes pertinerent, videtur ad hęc reducenda: & dicitur hic in litera, quòd ſacerdotes erant in officiis ſuis, ſcilicet, in oblatione ſacrificiorũ quia cùm tot animalia offerentur illa die, & diſponere omnia, & facere cęremonias circa illa pertineret ad ſolos ſacerdotes, erant nimis occupati circa hæc.

*De officijs Leuitarum.* *Quæſt. XXIIII.*

QVAERITVR Vlterius de officiis Leuitarũ, quia etiã dicitur hic, quòd Leuitæ miniſtrabant, pro quo præſupponendum eſt, quòd diximus præcedenti quæſtione, ſcilicet, quòd Leuitæ non erant principales miniſtri ſanctuarii: ſed dati ſunt ſacerdotibus in domum, & ſubſidium à Deo, & à populo. Num. 3. & 8. & 18. & ad mandatum ſacerdotum ſeruire debebant. Aliquis ergo dicet, quòd cùm Leuitæ ſeruire deberent ad mandatum ſacerdotum ſubminiſtrando eis, & officium ſacerdotum eſſet offerre ſacrificia, ad quæ neceſſaria erat aqua, & ligna, quòd Leuitæ miniſtrarent comportando aquas, & ligna. Dicendum tamen, quòd hoc non ſtat, quia iſtud erat miniſterium prophanum, & poterat competere cuiquam laico, & non ſolùm Iudæo laico, ſed etiam conuerſo de gentilitate: vnde Gabaonitæ, qui erant Chananæi, & conuerſi fuerant ad Iudaiſmum, damnati fuerant in æternum ad iſtud miniſterium, quia deceperant Iſraelitas dicentes ſe eſſe de terra longinqua: Ioſue 9. & ſic Leuitæ non miniſtrabant in comportando aquas, & ligna: et dato, quòd iſti Gabaonitæ non miniſtrarent, in hoc non videtur, quòd Leuitæ facerent iſtud, ſed aliqui laici mercenarii, cùm Leuitæ miniſtrare deberent in aliquibus rebus ſacris. Dicendum autem eſt, quòd de miniſtratione Leuitarum non fuit ſicut de miniſtratione ſacerdotum, quia miniſtratio ſacerdotum tempore Tabernaculi Moyſi, et tempore templi Salomonis ſemper fuit eadem. Miniſtratio autem Leuitica non fuit ſemper eadem, ſed in multis mutata eſt. Ideo dicendum primò de miniſtrationibus, quas habebant tempore Tabernaculi Moyſi. Prima autem erat excubare in circuitu tabernaculi: nam cũ Iſraelitæ per deſertum tranſirent, locabatur tabernaculum in medio caſtrorum ipſorum, et in circuitu tabernaculi excubabant Leuitæ, nè aliquis de laicis accede-

cederet ad sanctuariũ, quia siquis accedere vellet, mori debebat. Num. 1. & 3. Excubabant autem Leuitę per quatuor latera Tabernaculi, scilicet, sacerdotes ad latus orientale, & tres familiæ Leuitarum ad alia tria latera. Num. 3. cap. Secunda ministratio erat erigendo, & deponendo sanctuarium. Nam quandocunque in aliquo loco figebatur castra, locabatur Tabernaculum in medio castrorum, & erigebatur: & hoc fiebat per Leuitas, qui portabant illud, & custodiebant: quia laicis non licebat saltem tangere aliquas partes sanctuarij ad erigendum eas, vel deponendum. Tertia ministratio erat in portatione tabernaculi, & partium suarum, atque vasorum: & sicut erant tres familiæ Leuitarum, ita diuidebatur totum sanctuarium in tres partes, scilicet, Caathitæ portabant omnia vasa, & suppellectilia eius, quæ nõ erant partes, ex quibus cõponebatur sanctuarium: sicut arca fęderis, altare thymiamatum, altare holocaustorum mensa propositionis, candelabrum, labrum æneum, & similia. Meraritæ, & Gersonitæ portabant partes, ex quibus componebatur Tabernaculum. Erant autem istę partes duplices, quædam erant durę, sicut columnæ, tabulata, & bases: & istę partes portabantur à Meraritis. Aliæ erant partes molles, sicut cortinæ, saga, pelles arietum rubricatæ, & pelles iacynthinæ: & istas portabant Gersonitæ: Num. 3. & 4. Multam autem administrationẽ habuerunt Leuitæ tempore, quo fuerunt in deserto p quadraginta annos. Cùm verò introierunt in terrã Chanaan vsque ad tempus, quo templum Salomonis ædificatum est, non apparet manifestè quas operationes, vel ministeria habuerint. Sed dicendum est, quòd habuerunt aliquas de ministrationibus, quas habuerant in deserto, & habuerunt aliquas de illis, quas habuerunt post ædificatum templum Salomonis. Et patet hoc, quia sicut in deserto portabant Leuitę Tabernaculum, & vasa eius de loco ad locum cùm mouenda essent castra, ita etiam fecerunt postquam fuerunt in terra Chanaan, quia quousq; ædificatum fuit templum Domini per Salomonem, fuit in motu Tabernaculum Domini. Nam primo fuit in Silo, deinde mutatũ est in Nobe. 1. Reg. 32. postea fuit in Gabaon. 3. Reg. 3. & supra 1. cap. & portabatur tunc à Leuitis cum omnibus vasis suis. Arca quoque fuit in motu. Nam primo fuit in Silo cũ sanctuario Domini, deinde portata est in terram Philisthinorum 1. Reg. 5. Mansit autem ibi septem mensibus, & postea reducta est in Bethsames, quæ est ciuitas de terra Israel. primo Re. 6. Deinde cùm Bethsamitæ timerent tenere arcam dixerit viris Chariathiarim, quòd reducerẽt illam ad se. 1. Reg. 7. postea cùm mansisset ibi magno tempore Dauid duxit illam in domum Obededon. 2. Reg. 6. & præcedenti lib. 13. cap. Postea transducta est in domũ Dauid, vt patet 2. Reg. 6. & præcedenti lib. 15. cap. & in omnibus his vicibus Leuitæ portabant arcam, & Tabernaculum. Et patet hoc etiam ex verbis Dauid præcedenti lib. 23. cap. cùm dixit, quòd non esset amplius Leuitarum officium, quòd portarent arcam Domini, quia Deus dederat iam quietem: ergo videtur, q̃ ante illud adhuc erat officium suum portare arcam. Non tamen erat officium suum excubare ad Tabernaculũ in circuitu, sicut in deserto, quia iam Tabernaculum non erat in campo, sicut in deserto, sed in domo quadam magna: & tamen ibi aliqui Leuitæ manebant, & etiam mulieres manebant, vt dicitur 1. Reg. 2. quòd filij Heli dormiebant cum mulieribus, quæ excubabant ad ostium Tabernaculi. Nam Leuitæ etiam habebant officium canendi antequam esset templum Salomonis, sicut postea canebant, vt patet præcedenti lib. 15. cùm fecit Dauid, quòd Leuitæ canerent coram arca, quando portabatur: etiam quando mansit arca in domo Dauid iussit, quòd manerent ibi multi Leuitæ ad canendum quotidie coram arca, & alij irent in Tabernaculum in Gabaon: eodem lib. 16. capitulo. Postquam autem templum Salomonis fabricatũ est, Leuitæ habuerunt distincta ministeria, & fuerunt multa. Vnum fuit, quia erant quidam cantores, & isti erant tres principes, scilicet, Hemã, Ethã, siue Asaph, & Idithun. Et sub istis erant omnes alij cantores distincti per vigintiquatuor sortes. præcedenti lib. 25. & isti cantabant tempore, quo fiebant sacrificia quotidie, & faciebant diuersos cantus secundùm conditionem festiuitatum, vt patet præcedenti lib. 23. capit. & ibi declaratum est. Secundum ministerium erat ianitorum, & isti diuisi erãt per quatuor portas templi, & per exedras, & domum consilij, de quibus præcedenti lib. 26. cap. Tertium officium erat thesaurariorum, qui custodiebant thesauros templi in exedris thesaurorum, & ibi dabant vasa sacra ad ministrandum in illis, quando oportebat, & etiam vestes sacras, & recipiebant illa quando expleta erant: de ijs præcedenti lib. 26. ca. Quartum ministerium erat iudicum, & præpositorum, qui constituti erant, vt præessent diuersis partibus terræ Israel, vt patet eodem capitulo, isti Leuitæ erant nunc in ministerijs suis, scilicet, canendo in organis musicis, & in voce quamdiu sacerdotes faciebant sacrificia, vt patet in litera.

*Cùm Leuitæ canerent in omnibus vasis, quare soli sacerdotes tubis.*
*Quæstio XIX.*

QVAERITVR Vlterius, cùm Leuitæ canerẽt hic in omnibus vasis musicis, quare sacerdotes soli tubis canebant. Respondendum, quòd officium Leuitarũ erat canere voce, & in organis musicis, ideo ipsi soli canebant. Sacerdotes autem poterant exercere officia Leuitarum, eo quòd existens in maiori gradu potest exercere officia minoris, sicut presbyter potest exercere officium diaconi, sed non è conuerso: & tamen non fiebat propter hoc, nec quisquam de sacerdotibus exercebat nunc aliquod officium Leuiticum, cùm dicatur hic, quòd sacerdotes erant in ministerijs suis, sed officium clangendi tubis erat sacerdotale, ideo ipsi soli canebant. Pro quo sciendum, quòd tubarum quædam erant sacræ, & quædam non. Tubę sacræ erant tubæ argenteæ, quas iusserat fieri Deus ad certa ministeria, & omnes similes illis, quæ postea factæ sunt ad easdem ministrationes. Num. 10. Tubę nõ sacræ erant illæ, quæ erãt factæ ad vsum prophanum, licèt essent similes in figura, & interdum in materia cum tubis sacris, & in istis tubis clangebant interdum Leuitæ, vt patet præcedenti lib. 15. vbi ponitur, quòd quidam de Leuitis cantoribus tubis clangebant. De tubis sacris dicendum, quòd illę factæ fuerant ad multos vsus: vnus erat, vt conuocaretur populus ad consilium: alius erat, vt conuocarentur interdum proceres: alius erat ad dandum signum mouendi castra: alius erat ad clangendum super holocausta, & victimas pacificas in diebus solennibus: alius erat ad bellum. s. quòd quando Israelitę pugnaturi essent cõtra hostes, clangerent tubis illis. De ijs patet Num. 10. & ibi dicitur, quòd filij Aaron sacerdotis clangerent tubis, legitimumq; sempiternum esset apud Israelitas. Nunc autem euenichat vnum istorum, scilicet, quòd fierent solennes victimæ, & solennes epulę, etiam essent festiuitates, scilicet, dedicationis, & propitiationis, & Tabernaculorum. Et pro ijs clangendum erat tubis, q̃n sacrificia fierent: & ita nunc erat, quia sicut supra dicitur, sacerdotes erant in ministerijs suis. s. sacrificia faciendo: ideo alij sacerdotes clangere tubis deberent. Sic



Sic enim quando coram arca clangendum fuit tubis, vt corruerent muri vrbis Iericho, septem sacerdotes clangebãt tubis, Iosue 6. Et ita etiam in sacrificijs, quæ fiebant coram arca quamdiu manebat in domo Dauid, sacerdotes clangebant tubis: ideo iussit Dauid, quòd manerent in Ierusalem sacerdotes quidam, qui tubis clangerent, præced. lib. 16. cap.

*Quomodo Salomon sanctificauit medium atrij, & quæ cæremoniæ fuerunt. Quæst. XX.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo Salomon sanctificauit medium atrij, quæ cæremoniæ fuerunt in sanctificando, & quis sanctificauit. Respondendum, quòd ad cremandum carnes sacrificiorum, & adipes erat altare destinatum, ita quòd in nullo alio loco fieret, sicut dicitur Leui. 16. & Iosue 22. capitulo. Nunc autem propter multitudinem sacrificiorum, cũ non caperentur in altari, voluit Salomon, q̃ cremarẽtur in pauimẽto atrij: & sic dicitur, quòd sanctificauit medium atrij, ideſt, quandam partem atrij sacerdotũ circa medium eius. Et potest intelligi dupliciter ista sanctificatio. Vno modo, quòd carnes sacrificiorum positæ fuerunt in pauimento atrij, & per hoc sanctificatum est atrium. Alio modo, quòd Salomon fecit cæremonias aliquas, vt sanctificaretur medium atrij, & per hoc esset aptum ad cremandum in illo carnes sanctas. Accipiendo primo modo, est sensus, q̃ Salomon non fecit cæremonias aliquas sanctificationis, sed solùm posuit carnes, & adipes sacrificiorum in pauimento ad cremandũ, & quia carnes erant sacræ tangendo pauimentum sanctificabant illud: & talis modus sanctificationis reperitur in lege, vt patet Leuit. 6. de carnibus sacrificij pro peccato, scilicet: Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur, si de sanguine illius vestis fuerit aspersus, lauabitur in loco Sancto. Vas autem fictile, in quo cocta est confringetur, quòd si vas æneum fuerit defricabitur, & lauabitur aqua. Omnia autem ista fiunt, quia per tactum illius carnis sacræ sanctificabatur res tangens, & tamen hic erat maior contactus, scilicet, quòd multi adipes, & carnes cremarentur super pauimentum. Ergo sanctificatum fuit pauimentum atrij per istum contactum. Alio modo potest intelligi, quòd sanctificauit Salomõ medium atrij, scilicet, intendebat ibi cremare carnes sacrificiorũ, & vt digne ibi fieret, sanctificauit illam partẽ atrij faciendo in illam cæremonias aliquas, sicut in consecrationibus Ecclesiarum Episcopi, scilicet, quia illis expletis est Ecclesia sanctificata: & tunc dicendũ, quòd si aliquæ cæremoniæ circa hoc fierent, illæ fierent per summum sacerdotem, eo quòd ista sunt officia sacra, & sunt sacerdotalia, de quibus non se poterãt intromittere reges quamtumcumque sancti essent. Imò quanto magis sancti erant, tanto magis abstinebant ab illis cùm essent cõtra legem. Dubium etiam est de cuius mandato carnes, & adipes sacrificiorum in pauimento atrij cremati sunt, cũ istud esset extraordinarium. Nicolaus dicit, quòd hoc non fieret vllo modo sine mandato summi sacerdotis, quia erat quodammodo dispensatio in eis, quæ pertinebant ad legem. Et dicendum, quòd de hoc non apparet tam manifestum, sicut de faciendo cæremonias sanctificationis, quia si aliquæ cæremoniæ fierent, necesse erat, illæ fierent per sacerdotem. Et tamen de mandato faciendi istam mutationem loci sacrificandi non apparet. Potest ergo dici, q̃ dupliciter potest intelligi. Vno modo, q̃ fieret hoc mandato summi sacerdotis, ad quem magis videbatur pertinere de iure declarare dubia legis, & quid obseruandum foret in casu dubio, quàm ad aliquem alium: sicut nunc declaratio dubiorum legis magis pertinet ad Papam, & Concilium generale, quàm ad quemcumque hominum, eo quod Papa caput Ecclesiæ est, & Concilium generale repręsentat vniuersalem Ecclesiã. Aliter potest dici, quòd facta est ista declaratio per Salomonem, quia in veteri testamento ad sacerdotes non pertinebat declaratio dubiorum, sed magis ad prophetas: potissimè in casibus, de quibus nullo modo prouisum erat à lege, sed potius videbatur esse contra legem, & quia Salomon videbatur quantum ad ea, quæ pertinebant ad templi ædificationem propheta, eo quòd omnia de cęlo scripta descenderant ad Dauid. præced. lib. 28. cap. & postea Dauid tradidit Salomoni totam illam diuinã ordinationem: eodem capitulo: ideo quantum ad hoc potius videbatur propheta Salomon, q̃ quilibet alius de populo, vel q̃ aliquis de sacerdotibus, & potius ei credendum erat, quia agebatur hic de cęremoniis pertinentibus ad templum. Sic etiam patet sequenti cap. cùm dicitur, quòd tam sacerdotes, quàm Leuitæ ministrauerunt, sicut eis dixit Salomon, eo quòd Salomon audierat illa, & acceperat à Dauid: & tamẽ modus ministrandi pertinet ad cęremonias legis. Et hoc conuenit hic literæ, scilicet, quòd Salomon sanctificauit medium atrii: & non dicitur, quòd summus sacerdos hoc fecit: Si quis tñ velit contradicere. s. q̃ summus sacerdos hoc fecit, vel Salomon mãdauit fieri ex determinatione, & dispẽsatione quodam modo summi sacerdotis, non est insistendũ in contrariũ: quia ista non habẽt firmã probationẽ p̃ vna, vel p̃ altera parte.

*An causa posita fuerit conueniens de sacrificio.*
*Quæstio XXI.*

QVAERITVR Vlteriꝰ, cùm dicatur hic, quòd Salomon sanctificauit medium atrii ad ponendum ibi carnes sacrificiorum, & adipes: an ista causa, quæ ponitur fuerit conueniens, & vera. s. q̃ non poterat altare holocaustorum quod fecerat Salomon sustinere sacrificia: & ob hoc positæ sunt quædam carnes in pauimento. Aliquis dicet, quòd non videtur causa ista vera, quia si fortè omnia ista animalia, quæ hic dicuntur immolata, fuissent immolata eadẽ die, nõ possent capi in altari holocaustorũ, & oporteret poni in pauimento: & tñ fuerũt diuisa sacrificia ista per quindecim dies, vt declaratũ fuit supra in quadã quæst. ideo poterant capi oĩa in altari holocaustorũ. Item, quia si oĩa ista aãlia immolarentur in holocausta, esset difficultas locandi carnes eorum in altari holocaustorum, quia omnes carnes cremandæ erant: & tñ erant ferè oĩa ista sacrificia pacifica, vt declaratũ fuit supra in quadã quæst. & de pacificis rarò offeruntur, nisi adipes: ideo ẽt si multa sacrificia pacifica essẽt, possent capi in altari holocaustorum. Respondendũ, q̃ non poterant capi oẽs carnes, & adipes istorum aãlium in altari holocaustorum: quia dato, q̃ diuiderentur sacrificia ista p̃ viginti dies, & essent tot in vna die, sicut in alia, quotidie cremarentur mille & centum boues, & arietes sex millia, & diuidendo per quindecim dies essent in quolibet die boues mille & quingenti ferè, & arietes octomillia quotidie. Ideo dato, quòd offerrentur soli adipes animalium cum tota pinguedine vitalium, erat difficilimum, quòd in altari holocaustorum caperentur adipes nouem millium & quingentorum animalium quasi simul. Item, quod magis est: quia licèt sacrificia ista fuerint diuisa per dies: tamen non constat, quòd diuisa fuerint æqualiter, sed fortè vno die offerrentur dupla plura, quàm alio. quia erat maior solennitas, & tunc non videretur quomodo caperentur sacrificia in altari. Cùm autem confirmatur, q̃ plurima istorum sacrificiorũ erant pacifica.

Dicendū, ꝙ multa de istis sacrificijs erant holocausta, & tñ in cōparatione ad tantā multitudinē pauca videbantur esse holocausta: & tñ dato, ꝙ oīa essent pacifica sacrificia, nō videretur quō capi possent eodē die in altari holocaustorū plusq̄ decē millia sacrificia pacifica. Quia de sacrificiis pacificis qñ erāt boues, vel caprę, cremabantur in altari soli adipes: qñ aūt erant arietes cremabant adipes, & tota cauda aīalis cū renibus. Leui. 3. Hic tñ erant plurima pacifica de arietibus, quia erant arietes centum viginti millia. Boues aūt solùm viginti duo millia: ideo cū adipibus multę carnes offerentur ad cremandum. Et sic non videtur, ꝙ in altari possent capi tot adipes, & tot carnes aīalium: ideo istud verum est, ꝙ non capiebantur in altari ipsa holocausta, & adipes sacrificiorū. i. partes cremandę de pacificis, sicut *litera dixit*, & sic oportebat in pauimento cremari ista sacrificia. Sed adhuc dicetur, ꝙ ista causa non erat sufficiens: quia licèt vno die offerentur tot animalia, quorum adipes non possent capi in altari: tamen poterant teneri carnes, & adipes istorum animalium, vt cremarentur alijs diebus sequentibus, quia de vna die ad alterum poterant teneri carnes sacrificij, licèt non vsq; ad tertiam: Leui. 7. & 19. cap. Dicendum, ꝙ hoc non stat, quia cùm aliquod animal immolabatur, illico sanguis eius fundendus erat ad basim altaris, vel ꝑ cornua eius & cremandus erat adeps, & partes carnium, quæ Deo prouenie bant, & non poterāt hæc differri ad aliquem diem. Cùm autem dicitur, ꝙ poterant differri ad secundum diem. Dicendū, ꝙ hoc intelligitur quātum ad comestionem carnium sacrificiorū. s. ꝙ si hostia pacifica ꝑ gratiarum actionibus offerretur, poterāt carnes illius, quæ prouenie bant sacerdotibus, vel populariibus comedi eodem die, quo fiebant sacrificia, vel poterant reseruari ad sequentem diem. Ad diem autem tertium non poterāt differri, quia quidquid differetur cremandum erat igne, vt patet ibidem: sed nihil dī de oblatione carniū, vel adipis aīalis immolati, quia ista vi debantur illico debere cremari in altari. Sicut colligīt Exo. 34. s. Non remanebit adeps solennitatis meę vsq; mane. i. in ipsa die, qua occiditur cremabitur: & Exo. 34. dicitur, nec residebit mane de victima solennitatis meę. i. non manebit aliqua pars de victima solēnitatis vsq; mane. s. dato, quòd multæ victimæ fiant in die alicuius magnę solennitatis, non debet aliquid manere de hostia vsq; ad sequentē diē: ideo necesse erat, ꝙ eodem die cremaretur: & sic si non caperentur in altari victimæ eiusdem diei, nè expectaretur vsque mane, debebant cremari alibi, sicut in pauimento atrij.

*An licitum eſſet hoc, ſcilicet, extra altare quædam in pauimento cremari. Quæſt. XXII.*

QVAERITVR vlterius, an licitum erat fieri hoc. s. ꝙ pp multitudinem victimarum cremarētur quędam extra altare in pauimento, quę non poterant cremari in altari. Aliquis dicet, ꝙ in casu, in quo propter multitudinē victimarū non poterant cremari oēs in altari, potius deberet cessari ab immolatione, & oblatione illarū, q̄ ꝙ quędā in altari, & quędā extra altare cremarentur, quia locus constitutus ad cremandum sacrificia, & sacrificiorū adipes erat altare. Cremare ergo aliquod sacrificiū extra altare malum erat, & tñ melius est cessari à bonis, q̄ facere mala. Iuxta illud ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, vt bona eueniant. Quia quædam bona sunt, quæ non sunt de necessitate salutis, & sic cessatio ab illis nō importat peccatum mortale. Quodlibet tñ malū mortale est cōtra salutem, & vitari illud est de necessitate salutis. Ideo cùm offerre sacrificia spontanea non sit necessariū ad salutē, & offerre illa, atq; cremare extra altare sit contra salutem, melius erit cessare ab oblatione talium sacrificiorū, q̄ ꝙ crementur super altare quędam, & alia extra altare. Sicut si quis vellet offerre sacrificia, & non haberet sacerdotem in promptū, & ob hoc oporteret, ꝙ ipse illa immolaret non existens sacerdos, vel ꝙ cessaret ab oblatione illorum, melius erat nulla offerre, q̄ ꝙ ipse vicem sacerdotis assumeret. Respondendum est, ꝙ licitum fuit cremare sacrificiorum carnes, & adipes in pauimento atrij: nam si non esset aliqua necessitas, ita quòd victimæ possent capi in altari, & vellet Salomon illas cremare in pauimento, esset peccatum: quia esset velle constituere duo loca sacrificij contra mandatum legis, vbi ponitur vnicum altare: & tamē cùm non esset locus in altari ad cremādum victimas, quòd cremarentur in pauimento licitum erat potius, quàm quòd cessaretur ab oblatione sacrificiorum. Sicut quædam cœremoniæ leues dispensabiles erant circa ritus sacrificiorum potius, quàm omnino cessaretur à ritu sacrificij. Sic patet de sacrificiis factis tempore Ezechię. Nam sacrificia offerre pertinet ad solos sacerdotes, & sic omnes cęremonię sacrificiorum ad eos solos pertinent, scilicet, iugulare animalia, fundere sanguinem ad basim altaris, vel super cornua, decoriare animalia, abluere intestina, concidere carnes in frusta, & super altare ponere ad cremandum. Et tamen tempore Ezechiæ regis dispensatum est in quibusdam cęremonijs istarum, nè cessaretur ab oblatione sacrificiorum. Nam erant pauci sacerdotes, ita vt non possent sufficere ad decoriādum animalia, & Leuitæ adiuuerunt eos in decoriatione aīalium, infra 29. cap. & tñ cōtra cęremonias sacrificiorum erat, quòd à Leuitis decoriarentur aīalia, & factum est, nè cessarēt sacrificia. Ergo ita poterat fieri de crematione sacrificiorum quorundā in pauimento atrij extra altare, q̄ fieri poterat licitè, nè cessaret oblatio sacrificiorum. Declaratur hoc: quia tēpore Ezechię regis totus populus conuersus fuerat ad dñm: nam tpe regis Achaz patris eius declinauerat totus populus ad idolatriam: & clausę fuerant portæ templi, nec fiebat aliquis cultus Dei. Cùm autem cœpit regnare Ezechias, voluit suscitare cultum Dei, & purgauit templū immundiciis idolorum, conuocauitq; totū populum ad hanc solēnitatem, & totus populus nimia deuotione ardens propter nouam cōuersionem offerebat sacrificia multa. Sacerdotes aūt pauci erāt, quia tempore Achaz nulli consecrati fuerant, cùm totus diuinus cultus cessasset, ideo nunc non sufficiebant ad decoriandum animalia. Et si non liceret Leuitis adiuuare illos in decoriatione, oportebat cessare à multis sacrificiis, & ex hoc refrigescet, vel impediretur deuotio populi, quia non poterāt facere opera deuotionis suæ, scilicet, offerre animalia quotquot vellent: ideo visum est expedire magis, quòd Leuitæ reciperentur in ista cœremonia sacerdotali adiuuando eos in decoriatione animalium, quàm quòd cessaretur ab immolatione multorum sacrificiorum, & tepesceret feruor populi. Ita factū est nunc, ꝙ cùm magna festiuitas esset dedicationis templi, & totus populus afficeretur nimis ad cęlebrādum istam festiuitatem, cùm dicatur in litera, ꝙ ibant gaudentes, & lętantes, volebant offerre sacrificia multa, sicut dicitur in litera, ꝙ rex, & omnis populus immolabant victimas coram Domino. Et supra in litera dī, ꝙ rex, & cętus oīs Israel immolabant boues, & arietes absq; vllo numero coram arca. Nunc aūt licèt essent sacerdotes sufficientes ad faciendum oēs cęremonias sacrificiorum, cū non erat locus sufficiens, in quo cremarentur sacrificia. s. ꝙ non capiebantur in altari, ideo potius debuit fieri aliquo modo contra cęremoniā sacrificiorum. s. quòd cremarētur sacrificia extra altare, quàm quòd periret tanta deuotio populi, & nō posset offerre



offerre sacrificia quot vellent. Hoc aūt permissum est, quia in hoc non multum deuiabatur à cęremonijs sacrificiorū. Nam si fortè sacrificia extra templū offerēda essent in agro, vel ab aliquibus, qui non essent sacerdotes, cremarētur carnes in altari, vel funderetur sanguis, non videretur permittendū hoc, sed potius videtur, ꝙ cessandū foret ab oblatione sacrificiorū, q̄ ꝙ extra locū sacrū offerentur, vel q̄ ꝙ offerentur ab illo, q̄ non haberet potestatē talia faciendi. Et tñ in hoc modicum deuiatū est à cęremonijs sacsificiorū, quia p̄ceptum de offerendo, & cremando sacrificia in altari holocaustorum erat, vt non offerrentur extra locum sacrum, cùm prius consueuissent offerre victimas suas dęmonibus in agris, & vbicunq; volebant. Et sic dixit Deus, ꝙ quicunq; vellet offerre victimā, portaret eam ad ostium tabernaculi, & nemo iam offerret victimas suas dęmonibus in agro. Leui. 17. c. Nunc aūt cùm cremarentur carnes sacrificiorū super pauimentum atrij templi, cremabātur in loco sacro, & apud altare, & sic cōsebantur illæ victimæ crematæ in altari. Considerandū vlterius, ꝙ licèt ista exorbitantia facta fuit nunc ex necessitate. s. ꝙ offerrentur, & cremarētur carnes extra altare holocaustorū: tñ cessante ista necessitate nō fuerunt carnes ibi crematę, sed cremabantur in altari: eo ꝙ cessabat causa offerendi illa extra altare. Sic patet de sacrificijs oblatis tpe Ezechiæ, q̄ decoriata sunt per Leuitas: quia tunc non erat copia sacerdotū, tñ postea existente copia illorū ipsi decoriauerunt animalia, & non Leuitę, vt patet infra 29. in litera, cū dī. Sacerdotes autem erant pauci, & non poterant sufficere, vt pelles holocaustorū detraherent: vnde Leuitę fratres eorum adiuuerunt eos donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites, & sic videtur, quòd solùm fuit illud adiutorium, dum durauit illa necessitas, scilicet, occidendi animalia in festiuitate illa, & donec consecrarentur antistites, ideſt, sacerdotes, qui possent per se ipsi opus sufficienter facere.

*An licitum eſſet cremari in altari holocauſtorum. Quæſtio XXIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm nunc non caperētur sacrificia in altari, quod fecerat Salomon, an licitum esset cremari aliqua in altari holocaustorum, quod fecerat Moyses. Aliquis dicet, ꝙ iam non manebat altare, q̄d fecerat Moyses, quia cùm iam Salomon fecit templum, & vasa illius, cessauerunt vasa Tabernaculi Moysi, & sic cùm fecisset Salomon altare nouum, non manebat altare quod fecerat Moyses, ita vt possent ibi offerri sacrificia. Dicendum, ꝙ istud altare quod fecerat Moyses manebat, quia licèt Salomon fecerit aliud, non destruxit altare quod fecit Moyses. Et hoc patet, quia toto tpe, quo fabricabatur templum Salomonis, & vasa eius, manebat cultus dñi in tabernaculo Moysi, quod erat in Gabaon, vt nō cessaret aliquo tpe cultus Dñi. Et tñ pręcipuus cultus erat in sacrificijs, ideo semper erat vsus sacrificiorum, & tamen non erat altare, in quo offerentur, nisi altare Moysi: ergo semper durauit altare Moysi quousq; consumata fuerunt omnia vasa templi Salomonis, & cępit in eis ministrare: & tamen dies quo factum est hoc fuit primus dies ministrationis sacerdotalis in tēplo. s. die, in ergo portata fuit arca in templum: ergo nondum perierat altare Moysi, & sic poterant adhuc cremari in illo carnes sacrificiorum. Respondendum est, quòd verum est, quòd manebat altare illud seruatum in tēplo Salomonis, & potuisset in isto casu offerri in illo altari ex necessitate, & tamen non decuit, quòd in eo cremarentur carnes nunc. Et dicet aliquis: cùm essent nunc ista duo altaria in templo, scilicet, altare, quòd fecerat Moyses, & altare quod fecerat nunc Salomon, cur nō offerebant sacrificia semp in eis: nā altare Salomonis consecratū erat ad offerendū sacrificia, qa nunc in eo oblata sunt: altare etiam Moysi consecratum erat ad hoc, quòd toto tempore præcedenti cremata fuerant in eo sacrificia, ideo non erat aliqua nouitas, ꝙ in eis offerrentur sacrificia, potissimè nunc ex necessitate ista. Dicenda sunt duo circa hoc. Primum est, quia non licebat iam regulariter in istis duobus altaribus simul offerri sacrificia. Secundū est, quòd in isto casu necessitatis, licèt licuisset offerri in ambobus simul, magis licuit offerri in altari Salomonis, & in pauimento atrij, quàm quòd in altaribus ambobus cremarentur sacrificia. Primum patet, quia lex iusserat, quòd non offerentur sacrificia, nisi ad ostium taberna culi, & quòd offerrentur in altari holocaustorū: Leui. 17. & quia Moyses posuerat vnicum altare: eodem capitulo, & Exo. 27. Non licebat poni duo altaria. Et dato, quòd in ambobus vellent Israelitæ Deo offerre sacrificia, non liceret: quia iam tunc viderentur colere multos deos, & sic fuit in introitu in terram Chanaan, cùm duæ tribus & dimidia fecerunt altare miræ magnitudinis apud tumulos Iordanis, & nouem tribus & dimidia audientes hoc parauerunt se ad pugnandū contra illas, & facta fuisset pugna, nisi excusauissent se duæ tribus & dimidia dicentes, quòd non fecissent altare ad sacrificandum, sed ad ponendum in signum Iosue 22. cap. Ecce ergo, quòd erat contra legem constituere duo altaria. Ratio huius est, quia ludæi erant proni ad idolatriam putando, quòd erant multi dij: & hoc Deꝰ voluit auferre per modum cęremoniarum. Et quia si essent multa templa, in quibus Deus coleretur, possent Israelitæ putare, quòd colebantur multi dii in templis, ideo factum est vnicum templum in toto Israel, vt putaretur vnicus Deus. Sic etiam erat de altari holocaustorum, quia sacrificia offerebantur ad cultum Dei: & si multa altaria essent, etiam si in eodē templo omnia ponerentur, putarentur ad cultum diuersorum Deorum posita, quia sic erat consuetudo apud gentiles. Vnde Romani sic fecerunt in templo, quod vocatur Pantheō, quod interpretatur omnium Deorum à Pan quod est omne, & Theon, quod est Deorum quasi omnium Deorum: & postea illud tēplum à Foca Cęsare traditum est Christianis, vt conseraretur etiam in eo ad honorem omnium Sanctorum, sicut prius erat ad honorem omnium gentilium Deorum. Sic etiam erat apud Athenienses: nam cū Apostolus iuisset ad Ariopagum, reperiit ibi in quodā loco altaria dedicata singulis diis, & in quolibet erat titulus denotans, cuius Dei esset altare illud: vnde in quodam eorum reperit Apostolus scriptum, ara Deo ignoto: Act. 17. Et sic si essent multa altaria in templo Salomonis putarent Hebræi, quòd erāt ad cultum multorum Deorum, ideo vt non errarent, concessum est eis vnicum altare. Secundum dictum erat, quòd in ista necessitate licebat cremari sacrificia in istis duobus altaribus. Et causa est, quia nunc erat necessitas offerendi, & cremandi sacrificia extra altare vnicum holocaustorum, eo quòd non capiebantur omnia in altari illo, ideo quòd cremarentur in altari alio, sicut cremata sunt in pauimento atrij non erat inconueniens. Dicendum tamen, quòd erat conuenientius cremari carnes sacrificiorum in pauimēto atrij, quàm in altari holocaustorum quod fecerat Moyses. Primò quia dato, quòd in istis duobus altaribus cremarentur sacrificia, adhuc non toleretur, quòd aliqua cremarentur in pauimento, quia altare holocaustorum, q̄d fecerat Moyses, erat paruum, scilicet, cubitorum quinque latitudine, & totidem longitudine. Et sacrificia erant nunc multa, & nō possent capi in ambobus altaribus:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ideo oportebat, quòd adhuc cremarentur aliquæ carnes in pauimento: & sic fierent duæ exorbitantiæ.s. q̃ cremarentur carnes in duobus altaribus, & quòd cremarẽtur in pauimento,& tamen poterat hoc suppleri per vnicam exorbitantiam .s. cremando carnes in pauimento: ideo ibi solùm cremari debebant. Secundum erat, quia cremando carnes in pauimento apparebat manifestè, quòd fiebat ex necessitate, cùm non esset locus in altari,& sic cessante necessitate illa, q̃ in solo altari offerentur sacrificia. Si autem in duobus altaribus cremarentur sacrificia cùm vtrumque consecratum esset,vderetur non ex necessitate fieri, sed quòd iure suo in vtroque cremarentur carnes,& sic q̃ possent offerri sacrificia ibi omni tempore. Tertium erat,quòd putari posset,q̃ erant multi dij: nam multa altaria signabant multos Deos, & sic putarent, quòd erant multi dii, quod erat inconueniens. Quòd autẽ in pauimento cremarentur carnes,non signabat multitudinem Deorum, quia non cremabantur ibi carnes illæ, nisi ex defectu capacitatis altaris: ideo conuenientius fuit, quòd cremarentur carnes in pauimento atrij, quàm in altaribus duobus.

*Quomodo se habuerunt circa solennitatem,& dedicationem.*
*Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR Vlterius circa solennitatẽ istã, de qua dicitur ex dedicatione, quomodo se habuerunt. Respondendum,quòd Salomon conuocauit populum ad solennitatem istam portationis arcæ; & durauit quindecim diebus. Cepit autem die octauo mensis septimi inclusiuè, & finita est festiuitas die vicesimosecundo,qui fuit dies cętus,& collectę,& die vicesimotertio recessit populus in Tabernacula sua. Sciendum tamen, quòd non steterunt Israelitæ toto isto tempore in Ierusalem occasione dedicationis tẽpli,sed solis septem diebus,& alijs septem diebus steterunt propter festum Tabernaculorum. Nam venerunt die septima mensis septimi,& die octaua inchoatum est festum dedicationis,& durauit septem diebus vsque ad diem quartumdecimum inclusiuè, & in die quintodecimo cępit solennitas Tabernaculorum, & durauit alijs septem diebus vsq; ad diem vicesimum secundum inclusiuè. Et patet hoc.3.Reg.8.vbi dicit. Fecit Salomon in die illo festiuitatem cęlebrem septẽ diebus,& alijs septem diebus,& die octauo dimisit populos. Ecce apparet,quòd durauit solẽnitas quatuordecim diebus inclusiuè, & die quintodecimo recessit populus. Quòd autem primus dies cęlebrationis huius fuerit dies octauus mensis septimi patet, quia die vicesimotertio recessit populus in Tabernacula sua, ideo auferendo quindecim dies, manet dies octauus, in quo incepit necessariò ista solennitas. Quòd autẽ esset festum Tabernaculorum, quod nunc cęlebratũ est cum dedicatione templi,patet:quia dicitur,q̃ cęlebrauit solennitatem septem diebus: & tñ solẽnitas in mense septimo nulla erat, quæ duraret septem diebus nisi solennitas Tabernaculorũ. Item,quia dr̃,q̃ finita fuit festiuitas vicesimosecundo die, & vicesimotertio redierũt in tabernacula sua:& istud cõpetebat festo tabernaculorum quod incepit die quintodecimo mensis,& finitur die vicesimosecundo. Item,quia dicitur, q̃ die octauo fecit collectã: & tñ nullum festũ erat,in quo fieret collecta in mense septimo,nisi post festum Tabernaculorum: imò nec legitur in toto anno festũ aliquod.in quo collecta fieret,nisi istud,vt patet Leui. 32.c.& Deut.16. Quòd autem festum dedicationis tẽpli,& festum Tabernaculorũ distincta essent,patet:qa dr̃.3.Re.8. Fecit Salomõ festiuitatẽ cęlebrem septem diebus,& alijs septẽ diebus.i.quatuordecim,& sic fecit distinctionem inter septem dies primos, & secundos, qa aliàs dixisset quatuordecim dies non faciens distinctionẽ. Item patet hoc in litera,quia dr̃,q̃ Salomõ dedicauit altare septẽ diebus,& cęlebrauit solennitatem septẽ diebus, ergo nõ pertinebat totũ tempus istud ad solennitatẽ dedicationis. In primis aũt septẽ diebus pertinentibus ad dedicationẽ intercidit festũ ꝓpitiationis, quod fiebat mense septimo die decima mensis, cuius cęremonię ponũtur Leui.16.& 23.& 29.illo.n.die introibat summus sacerdos in Sancta Sanctorũ: Leu.16. ad Hebr.9. & tñ cõputabatur cum festo dedicationis, eo q̃ vna die tñ durabat, & facta sunt tunc sacrificia, quæ illa dies ex necessitate exigebat,& sacrificia spontanea ad solennitatem dedicationis. Festum autem Tabernaculorum computatur per se, eo q̃ in illis diebus iam non manebant Israelitæ propter dedicationẽ templi,sed propter festiuitatem Tabernaculorum.

*Quare Israelitæ tantum manserunt in dedicatione templi.*
*Quæstio XXV.*

QVAERITVR Vlterius, quare Israelitæ tanto tempore mãserunt in Ierusalem in dedicatione templi.s.quindecim diebus. Dicendum,q̃ nunc facta sunt duo.s.solennitas dedicationis,& festum Tabernaculorum,& durauit dedicatio septem diebus,& solennitas Tabernaculorum totidem diebus,& si non euenisset festum tabernaculorum tempore dedicationis, non mansissent tanto tpe in Ierusalem. Erat namq; præceptum legis, quòd tribus vicibus per annum in tribus solennitatibus.s.Phasę,& Pentecostę,& Tabernaculorum venirent omnes masculi de Israel in locum sanctuarij: Exo.23.& 34 ideo cùm nunc tempore dedicationis templi occurrisset festum Tabernaculorũ, manserunt Israelitæ in Ierusalem ad cęlebrandum festiuitatem illam, & non mansissent aliàs tanto tempore ibi. Et hoc innuitur in litera hic, cũ dicitur,quòd cęlebrauit Salomon dedicationem templi septem diebus,& festiuitatem,scilicet, Tabernaculorum septem diebus: solùm ergo mãserunt septem diebus propter dedicationem templi. Considerandum etiam,quòd fortè non mansissent septẽ diebus ad dedicationẽ illã, nisi propter festum Tabernaculorum, sed terminata fuissent in duobus,vel tribus,sicut qñ Dauid portauit cam de domo Obededõ in domũ suã: nam magnam festiuitatem fecit.2.Reg.6.& prec.lib.15. Et tñ non legitur durasse,nisi vna die.i.in qua posita est arca in ipsa domo Dauid,vt patet ibid.s.quia qñ cępit dedicatio tẽpli erat festum Tabernaculorum in propinquo.s.post septem dies, & in tempore intermedio non poterat. Israelitæ reuerti in loca sua, & post ea redire in Ierusalem: manserunt in Ierusalem cęlebrãtes festiuitatem dedicationis illis septem diebus, die autem quintodecimo cœpit festum Tabernaculorum,& iam non fiebat festum dedicationis.

*Quomodo Salomon fecit collectam die octauo.*
*Quæstio XXVI.*

QVAERITVR Vlteriꝰ, quomodo dicitur hic, quòd Salomon fecit die octauo collectam, eo q̃ septem diebus dedicasset altare: nunquid dedicato altaris importabat secum diem collectæ. Respondendum circa hoc,quòd dies collectę vocatur dies,in quo congregabatur populus ad hoc, quòd ab omnibus congregatis peteretur pecunia pro templo pro necessitate sacrificiorum, & aliarum expensarum, & vocatur dies cœtus,& collectæ: Leuit.23.& Deuteron.16. quia cœtus, idest populus congregabatur, vt abomnibus congregatis peteretur, & colligeretur pecunia.



Iste dies collectarum erat in fine festi Tabernaculorũ: nam per septem dies cęlebrabatur festum,& die octaua cõgregabatur populus, & colligebatur pecunia ab omnibus,& ipso die recedebant de sanctuario,& non legitur,quòd in alia solẽnitate anni fieret collecta,nisi in festo Tabernaculorum: & ratio huius est propter maiorem multitudinem plebis confluentis: quia, vt multi putant,licèt esset de necessitate legis, quòd omne masculinum de Israelitis ter in anno ascenderet in sanctuariũ: & tamen dispensabatur in duabus vicibus ita vt in vna omnes venirent, scilicet,die Tabernaculorum: & sic cùm plures conuenirent nunc, quàm alio tempore,conuenientius poterat fieri nunc collecta,quàm alio tempore. Etiam propter hoc iubebat Deus in isto festo legi Deutero.coram toto populo in anno remissionis, & non in alio festo, vt patet Deut. 31.cap. Cùm autem dicitur hic, quòd facta est collecta die octauo,quia dedicatũ est altare septem diebus. Dicendum,quòd dedicatio altaris,& templi nihil pertinebat ad collectam: nam dato,quòd facta fuisset dedicatio ista per septem dies, vel plures, aut pauciores, si non fuisset simul festum Tabernaculorum,nõ fuisset collecta aliqua, quia tamen erat statutum in lege, quòd finita solennitate Tabernaculorum,die sequẽti, scilicet octauo fieret collecta. Leui.23.cap. & Deu.16. Nunc autem fuit festum Tabernaculorum: ideo collecta facta est. Et patet,quia dicitur in litera,q̃ cęlebrauerat solennitatem septem diebus.s.solennitatem Tabernaculorum. Et cùm dicitur,quòd die octauo fecit collectam,quia dedicauerat altare septẽ diebus, & cęlebrasset solennitatem septem diebus. Dicendũ,quòd non ponitur totum hoc ad reddendum causam dicti: sed ad notãdum ordinem facti, quia ſm veritatem sic fuit,q̃ septem diebus primis fuit dedicatio templi, & septem diebus sequentibus fuit festum Tabernaculorum,& die octauo post fuit collecta: & tñ non fuit totum hoc causa collectę, sed solũ solẽnitas Tabernaculorũ. Et talis modus loquendi frequentatus est in scriptura,& in vulgari,& tñ cogit nos errare, qa nescimus quid est causa, & accipimus non causa pro causa.

Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij.

*Apparuit.* Hic ponitur secundum principale huius cap.s. Salomonis admonitio,scilicet,quòd cum oratio Salomonis exaudita esset,& completa esset dedicatio templi,apparuit Deus Salomoni, & respondit orationem suam exauditam esse,& admonuit eum quid facere deberet,& quid caueret ad hoc,quòd perpetuaretur regnum,& templum,& dicitur. *Apparuit autem ei Dominus nocte.* Scilicet, in somnis apparuit Salomoni, & reuelauit ea,quæ habentur hic. *Et ait,audiui orationem tuam.* Idest,exaudiui: nam de auditione non erat dubium,quia accipiẽdo audire largè eo modo quo Deus dicitur audire: non solùm audit orationem bonorũ, sed etiam malorum,& omnia, quæ dicuntur,cùm oĩa intelligat:sed exaudiuit orationem istam cõcedendo petita. *Et elegi domum istam mihi in domum sacrificij.* Istud ponitur, quia præcipuum quod Salomõ petebat erat, quòd Deus haberet istam domum ædificatam ad honorem suum acceptam sibi, & exaudiret orationes in ea factas,& Deus dixit, q̃ acceptauerat domum istam in domum sacrificij,scilicet,vt in ea fieret ei sacrificiũ, & non est intelligendum, quòd solùm acceptauerat eam domum sacrificij, quia etiam acceptauerat pro aliis ministerijs. Sed cur hoc dicatur declarabitur infra in quadam quæstione.

Si clausero cęlum,& pluuia non fluxerit, & mandauero,& præcepero locustę,vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: cõuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomẽ meum, deprecatus me fuerit,& exquisierit faciẽ meã, & egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis: & ego exaudiam de cęlo, & propitius ero peccatis eorum,& sanabo terram eorum. Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi.n.& sanctificaui locum istũ, vt sit nomen meũ ibi in sempiternũ, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris corã me, sicut ambulauit Dauid pater tuꝰ, & feceris iuxta oĩa, quæ præcepi tibi,& iustitias meas, iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronũ regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, q̃ non sit princeps in Israel. Si autẽ auersi fueritis,& dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea, q̃ proposui vobis, & abeuntes seruieritis dijs alienis,& adoraueritis eos: euellam vos de terra mea,quam dedi vobis:& domum hanc quã sanctificaui nomini meo proijciam à facie mea,& tradam eam in parabolã,& in exemplum cunctis populis. Et domus ista erit in prouerbiũ vniuersis transeuntibus,& dicent stupentes: Quare fecit Dñs sic terræ huic,& domui huic? Respõdebuntq;, qa dereliquerũt Dñm Deum patrum suorũ, q̃ eduxit eos de terra Aegypti,& apprehẽderũt Deos alienos,& adorauerunt eos,& coluerũt: idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

*Si clausero cœlum.* Hic ponitur respõsio ad petitiones in particulari licèt non ad omnes, & ponitur respõsio eo ordine,quo Salomon petiuerat: nam primò Salomon petiuerat,q̃ domus ista esset Deo accepta,vt aperiret oculos suos super eam nocte,& die, & ad hoc respondet hic Deus,q̃ elegit locũ istũ in domũ sacrificij, & nullum alium locum elegit de toto Israel.præced.c. deinde respõdet ad alias particulares petitiones. Et prima illarum erat.s.q̃ Deus exaudiret Israelitas dãdo eis pluuias,qñ cęlum clauderetur ꝓpter peccata eorum: & ad hoc respõdet hic Deus,& responsum simul ferè ad oẽs.s.q̃ in oĩbus exaudiret qñcunque Israelitę rectè conuerterentur ad eum,aliàs non:& dr̃,si clausero cęlum,est modus metaphoricus loquendi ad signãdum ꝓhibitionem pluuiarum: nam cęlum non põt claudi, nec aperiri: quid tñ ꝓ talem modum loquendi importetur,declaratum est præced.cap. *Et pluuia non fluxerit.* Quia signatur, q̃ pluuia sit inclusa in cęlo, sequetur, q̃ nunq̃ fluat,nisi qñ cęlum aperiatur, & quia dr̃ in Scra,q̃ Deus clauderet cęlum: sequetur, q̃ pluuia nõ flueret.

*Et mandauero, & præcepero locustæ, vt deuoret terram.* Istud pertinet ad tertiam petitionem. s. fames si oborta, vt patet præced. ca. Nam illa, q̃ ponitur supra. s. si clauso cælo. Est ēt in ordine inter illas, quæ ponuntur præced. ca. Nam de prima particulari petitione. s. si superatus fuerit populus tuus, nō fit hic mentio: sed subintelligitur, sicut aliquæ aliæ petitiones, q̃ subticētur hic, & dicitur mandauero, & præcepero locustę, vt deuoret terram. Ista idē signant, sed duplicatur verbū ad signandū magnam intentionē Dei, vt cōpleatur opus. Sicut fuit de duplici somnio Pharaonis, quod vnā rē signabat, & tñ fuerunt duo somnia similia: vnū fuit de spicis septem, & aliud de septē vaccis: & dixit Ioseph interpretando: Somniū regis vnum est, p aūt vidisti secundo ad eandem rem pertinēt: somniū firmitatis indiciū est, eo p G fiat sermo Dei, & velocius cōpleatur. Gen. 41. ita nūc, p ponatur bis eadem res, ponitur, vt signetur attentio magna iubētis, & p res fiat, vel possunt ista accipi pro diuersis: nam mandare est mittere, præcipere est iubere, vt si dicatur, p Deus misit locustā in terrā, & iubet ei, p deuoret terrā. Dicitur aūt Deus mittere locustā, & iubere ei: non quidem p verè ei iubeat, qa ad præceptū requiritur, p recipiens præceptū intelligat id quod sibi dicitur. Locusta aūt nihil intelligit, cū sit brutum, ideo nihil sibi mādatur: sed dicitur Deus mandare aliquid rebus inanimatis, quia licèt Deus non mādet, faciunt ipse qđ Deus vult, vt patet de ventis, & alijs inanimatis: Psal. 148. Ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarū, q̃ faciunt verbū eius. s. qa mouentur ad vo- H luntatē eius. Quo aūt moueantur inanimata ad voluntatem Dei, declarabitur infra in quadā quæst. Dicitur locusta deuorare terrā, quia deuorat oēs fructus terrę, quando venit super terram. *Et misero pestilentiam in populum meum.* Ista est petitio tertia coincidens cū præced. quia ibi ponuntur multa mala simul. Et vocatur pestilentia ista plaga de cælo, qua homines tam cito moriūtur. Vel est infectio aeris, q̃ Deus causat in pœna hominum. *Conuersus autem populus meus.* s. dolens de peccato suo, & confitens, p ꝓpter me venerit malū istud eis. s. quia recesserunt à me. *Super quos inuocatum est nomen meum.* Dicitur nomen Dei inuocatum super aliquos, inquantum aliqui vocant se seruos alicuius. Et quia Israelitę vocabant se cultores Dei, dicebatur nomē Dei super illos inuocatū. *Deprecatus me fuerit.* s. p cessatione pestis. *Et exquisierit faciem meam.* Deus nō habet faciem ita, vt quis possit faciem eius, aut posteriora inquirere. Sed dicitur quis exquirere faciē Dei. i. venire ante eū. Et licèt Deus sit in omni loco, speciali quodam modo erat in templo, quia ibi erat super arcā in ꝓpitiatorio super alas Cherubim, & ibi respondebat sacerdoti magno consulenti eum, sicut q̃n erat arca in tabernaculo Moysi, q̃ndocunq; Moyses dubitaret super aliquo ingrediebatur in Sancta Sanctorum, & audiebat vocem respondentis sibi de ꝓpitiatorio inter alas Cherubim. Nu. 17. c. Ideo q̃n aliquis veniret ad templū, dicebatur exquirere faciē eius, quia veniebat ad cōparendū corā eo, & sic Deus sæpe loquitur, vt patet Exo. 23. & 34. & K Deut. 16. s. ter in anno apparebit omne masculinū tm̃ coram me, & istud apparere erat venire in sanctuariū. *Et egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis.* s. propter peccata populi Deus inflixerat ei mala, quę eueniebāt: ad hoc ergo, p illa cessarent necesse erat, p ageret populus pœnitentiā à vijs suis malis. s. recedēdo à peccatis, & detestando ea, & affligendo se, quia cōmisit illa. *Et ego exaudiam de cælo.* s. faciendo cessare plagam pestis, & oēs alias plagas, ꝓ quarū cessatione orauerint. Et dr̄ exaudiā de cælo, quia licèt Deus vbiq; sit, specialissimè dr̄ esse in cælo, & ibi dr̄ habitare: sic. n. orabat Salomon præc. c. s. Exaudi de cælo firmissimo habitaculo tuo orationē, q̃ orat seruus tu⁹ in loco isto. *Et propitius ero peccatis eorū.* i. F miserebor eis. Et dr̄, ꝓpitius ero peccatis eorū. i. eis peccantibus, quia Deus non ꝓpitiatur peccato, sed homini peccatori: nam nō potest ꝓpitiatio fieri peccato, cùm non sit susceptiuū peccatum alicuius boni, vel mali, cū non sit ens. *Et sanabo terrā eorū.* s. à pestilentia, q̃ immisero, vel à locusta, vel defectu pluuiarum, vel quocunq; malo quod inferā, quia oēs istę plagę reddunt terram quasi infirmā, vel ęgrotantē auferēdo fertilitatē eius, vel salutem habitantiū in ea. *Oculi enim mei erunt aperti, & aures meę erectę.* Non habet Deus oculos, quos aperiat, nec aures quas erigat, cū sit purus spiritus incorporeus. Sed ponuntur hęc mō vulgari ad signandū attentionem Dei circa orationes, q̃ fundebātur in templo illo: nam sicut ille, q̃ circa aliq̃ rem attentus est, circa illam oculos aperit, & aures erigit, nè pereat: ita Deus dr̄ oculos aperire, & aures erigere, quia diligēter exaudit orationes nostras deuotè ad eum fusas. *Ad orationem eius, qui in loco isto orauerit.* s. quicūq; sit ille, q̃ in loco isto orauerit ēt si sit peregrinus, & gentilis si deuotè orauerit Deus exaudiet eū, & sic petiuerat Salomō à Deo præced. ca. *Elegi enim, & sanctificaui locum istum.* Redditur causa præcedētiū. s. quia dixerat Deus, p exaudiret oēs orantes in loco isto: & dr̄, p hoc est, quia Deus elegerat locum illum, & sanctificauerat eū: eligere est, quia istum præ alijs voluit: sanctificare est, quia istū locū ad hoc opus sanctum designauit. *Vt sit nomen meum ibi in sempiternum.* s. vt inuocetur nomen meū in domo ista, & dicatur, Deus habitabat hic. Etiam orantes intuocē- nomē meum hic in oēonibus suis: & hoc in sempiternum. i. semper, vel ad magnum tempus, q̃uo aūt fuerit hoc in sempiternū declaratū est præced. ca. in quadam quæst. *Et permaneant oculi mei, & cor meum ibi.* Totum est metaphora, quia Deꝰ, nec oculos, nec cor habet, quia ista sunt membra animalis. Sed dicūtur manere oculi dñi super domū illam ad signandū, p diligēs valde est attendēdo quis ibi oret, vt exaudiat eū. Cor Dei dr̄ ibi manere inquantū afficitur ad oēs ibi orantes. Cor. n. signat voluntatem ſm nostrum modum loquendi vulgarē. Et sic cor Dei dr̄ esse circa illud, quod Deus vult, & quia Deus signat se diligere, & velle cōdescendere oībus orātibus in loco illo, dr̄ cor suū esse circa locum illum. *Cunctis diebus.* Ad signandū perpetuitatē, & verè sic fuisset ēt tpe noui testamenti, si Iudei nō peccassent tam grauiter contra Deū, quia tñ peccauerunt oīa ceI sauerunt. *Tu quoque.* Supra Deus admonuit Salomonē quantū ad id, qđ pertinebat ad templū. s. p exaudirent oēs orantes ibi. Hic aūt redit ad monendum Salomonem quantū ad ea, q̃ ptinent ad statum suum, & istud ponitur hic, quia ēt Salomon petiuerat in oēone sua, p cōpleret Deus id qđ ꝓmiserat Dauid de stabilitate regni, p cōtinuaretur in posteris eius, & Deus respondet hic sub cōditione, dicens. *Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus.* Dicitur aliquis ambulare coram dño, si in præceptis eius ambulat, quia pillā viam ambulat, qua Deus ire iubet. Sicut dixit Deus ad Abraham. Abraham ambula coram me, & esto perfectus. Et dicitur, sicut ambulauit pater tuus. s. quia ille ambulauit in oībus iuxta volūtatē Dei: vnde ille dixit: inueni virū iuxta cor meū. 1. Re. 13. & Psal. 88. Et hoc, quia Dauid nō peccauit, vt scriptura dicit, nisi in facto Vriæ, & Bethsabee, vt patet 3. Reg. 15. Si nō declinauit oībus diebus suis à vijs meis excepto sermone Vriæ: & tñ dato, p aliq̃n peccasset, vt in illo, & in quibusdā alijs paruis: erat tñ valde affectus ad cultū Dei: ita vt oīa negligeret, vt Deum colere posset, & totū se ad hoc impendebat. In tantum, quòd coram arca dominiquādo portabatur de domo Obededon in domum suam depositis vestibus regalibus saltabat totis viribus, ita vt Michol vxor sua videns eū per fenestrā domꝰ, despice ret eū in corde suo, & diceret ei: quantum glorificatus fuit

Ambulare coram Domino.



hodie rex Israel nudans se ante oculos seruorum, A & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. 2. Re. 6. *Et feceris iuxta omnia, quæ præcepi tibi.* s. impleueris totam legem Moysi, quę data est tibi in præceptū, & cuilibet de populo Israel. Vel dicitur, q̃ præcepi tibi, quia fortè Deus locutus fuerat p prophetā aliquē Salomoni aliquid p facere deberet specialiter vltra contenta in lege Moysi. *Et iustitias meas iudiciaq́ mea seruaueris.* In lege erant tria genera præceptorū. s. moralia, cęremonialia, iudicialia, & ista poterant signari hic per hoc quod dr̄, quę præcepi tibi, & iustitias, & iudicia, p p̄cepta intelligūtur moralia, q̃ sunt p̄cepta p excellentiā: iudicia vocantur p̄cepta iudicialia, quibus iudicat in causis foralibus, quia Deus posuerat tales leges inter Hebræos, vt patet Exo. 21. vsq; ad 24. & sępe in Deutero. iustitię vo- B cantur p̄cepta cęremonialia, q̃ iustificabāt hominem legaliter: oīa ista seruaturus erat Salomon: & tunc esset Deo acceptus, qa totam legē compleret. *Suscitabo thronum regni tui.* s. suscitabo illud ad hoc, p maneat in sempiternū. *Sicut pollicitus sum Dauid patri tuo.* i. sicut ꝓmisi: ista promissio habetur. 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. cap. Et est quę sequitur. s. non auferretur de stirpe tua vir, q̃ sit princeps super Israel. Ista fuit specialis promissio. Nam q̃n fuit regnum datū Sauli, non fuit sic factum. Nam ei solidatum est: posteri aūt sui non successerūt in regno. Deus autē promisit Dauid, p non solū ipse, sed ēt filij eius post eum regnarent, & p nō auferretur de stirpe Dauid vir, q̃ regnaret in Israel. Non reperitur ista promissio facta sic sub istis verbis, nec sub alijs sibi C expresse æquipollentibus, quia 2. Reg. 7. & præc. lib. 17. nihil tale ponit: & tñ ibi habetur ista promissio. Deus autem facit mētionē, quia talis promissio facta fuerit hic: Salomon etiam dixit hanc promissionem factam fuisse patri suo, & orabat illam impleri præced. ca. Est tamen aliquid quod pōt assimilari huic, quia 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. cap. dr̄: Misericordiam aūt meā non auferam ab eo: & hoc intelligitur de filijs Dauid, p nō auferretur ab eis misericordia Dñi. i. regnū. Et hoc pōt hic signare litera, dicens: non auferretur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israel: & istud ēt non fuit seruatum, quia promisit Deus sub conditione. s. si filij Salomonis custodirent legem eius, & tñ non custodierūt, ideo non mānsit regnū penes eos semper, sed diuisum D est, & quędā pars mansit fil. js Dauid, alia pars data fuit alijs, de quo declaratum fuit præc. c. in quadam quæst. *Si autem auersi fueritis.* i. si auersi fueritis à me non custodiendo legem meam. Ponuntur hic mala, q̃ Deus illaturus erat filijs, & posteris Dauid si non custodirent legem Dñi. Nam ista promissio erat conditionalis. s. p si boni essent posteri Dauid, Deus ei concederet bona. Hic ponitur si mali essent, q̃ mala infligerentur. *Et deriqueritis iustitias meas, & præcepta mea.* Refertur istud ad posteros Dauid, & etiā ad populum subiectum eis, quia hic ponuntur mala in desolatione templi, & deductione regni, & pars istorū malorū vētura erat pp mala regnicolarū, & alia pp mala filiorū, & posterorū Dauid, & quia p custodiā legis oīa ista mansura erāt in E statu prospero, & pp recessum ab illa peritura erant: ponuntur hic illa, q̃ continentur in lege. s. præcepta, & iustię. Et per ista duo intelligūtur oīa præcepta legis, licet aliq̃n intelliguntur per tria. Et necesse est, p intelligantur hic per præcepta ipsa p̄cepta moralia, sicut sunt p̄cepta decalogi, & alia similia: etiam intelliguntur præcepta cęremonialia: & per iustitias intelligūtur præcepta iudicialia, q̃ sunt ad iustè cōicandū inter proximum, vel ad iustituam faciendū de negotijs, quæ in contentionē venerint, quia per ista præcepta iudicabāt in negotijs foralibus. Si autem aliquis dicat, p per ista duo intelliguntur duo genera præceptorum solū. Dicendum, p non stat, quia ad custodiam legis non solū requirebatur custodia duorū modorū præcepti cū lex contineat tria genera præcepti, & soluēdo quodcunq; præceptum soluitur lex, quia qui peccat in vno factus est omniū reus, ideo ad perfectam custodiam legis requiritur custodia trium generum præceptorū, & ad recessum, vel priuationem legis sufficit in quocunq; genere trium præceptorū errare. Si autem dicat aliquis, p non oportet, p intelligātur hic, nisi duo genera præceptorum, quę ponuntur hic in litera, qa hic non agit̄ de legis custodia, sed de priuatione eius. Ad custodiā aūt eius requiritur, p custodiant oīa tria genera præceptorum, eo p bonū fit ex causa integra. i. ex concursu oīum circunstātiatū particulariū. Ad priuationē autē legis, etiā si non sit priuatio in oībus tribus generibus præceptorum, sufficiens preuaricatio est, p malū fit ex causa deficienti, siue ex defectibus particularib⁹, vt ait Dion. & tangit Arist. Ethi. Tunc ergo si p ista duo hic posita non intelligerentur oīa tria præcepta legis, sed duo, aut intelligētur disiunctiuè, vel copulatiuè. Si dicas, p copulatiuè. s. p ad preuaricationē legis regritur transgressio istorū duorum. s. iustitiarū, & præceptorū: & non requiritur transgressio aliorū, falsum est, p ad transgressionē legis sufficiens est, p fiat trāsgressio in vnico, & nō ponerentur ista duo. Si autē ponantur disiunctiuè. s. p ad transgressionē legis requirit alterum istorum. s. iustitiarum, vel præceptorum, & nō aliorū, deberet ēt poni tertium genus præceptorum: quia nō solùm ex priuatione alicuius istorum duorum fit trāsgressio legis, sed ēt ex transgressione alterius tertii generis præceptorum: ideo debet dici, p quomodocūq; intelligatur, necesse est, p p ista duo intelligantur tria genera præceptorum, sicut aliq̃n p vnum nomē intelligun tur tria genera præceptorum, & aliq̃n per tria nomina intelligūtur ista tria genera præceptorum legis. *Quæ præposui vobis.* s. quę in lege, ppositi vobis, & patrib⁹ vestris: nam licèt patribus istorum data fuisset lex, obligabat istos, & oēs posteros suos. *Et abeuntes seruieritis diis alienis.* s. recedētes à me ieritis ad Deos alienos ad seruiendum eis, vocantur dii alieni dii gentium, q̃ ſm veritatem non sunt dii, & istud nomen alienus est nomē distrahēs, vel diminuēs, sicut mortuus, vel pictus, quia homo mortuus, vel pictus non est homo: ita dicendo Deos alienos dicimus Deos non existentes, sed qui vocantur dii, & dicuntur dii alieni, quia apud alienos, scilicet apud gentiles reputantur dii. Et dr̄, seruieritis eis. s. p stituendo eis templa, & erigendo altaria, & offerendo sacrificia, faciēdoq; alias cęremonias cultus. *Euellam vos de terra mea.* s. eradicabo vos de terra hac, faciēdo p ducamini in alias gentes, & ista terra ab aliis habitetur. Ista erat pœna vltima, quam Deus Israelitis infligebat, scilicet, quòd cùm essent tā incorrigibiles perseuerantes semper in adoratione idolorum, Deꝰ tradebat eos in manus hostium, qui eos transferrebant de terra Chanaan, captiuos ducentes in regiones longinquas. Sic fuit quātum ad decem tribus regni Israel, quarum peccata cùm essēt insanabilia, tradidit illas Deus cum rege suo Osee in manus Assyriorum, & traditæ sunt in captiuitatem æternam: nam vsque hodie manent in terra Persarum, & Medorum. 4. Reg. 17. Sic etiam fuit de duabus tribubus regni Iuda, quas dedit Deus in potestatem Chaldæorum, cùm peccata eorum multa essent, & mansērūt captiuę in Babylone annis septuaginta. Iere. 25. & interim fuit tota terra eorum deserta. Iterum etiam istæ duæ tribus traditæ sunt in captiuitatem æternam. Nam cùm peccassent grauissimè in morte Saluatoris nostri, tradidit Deus illos in manus Romanorum, & dispersi sunt in æternum non reddituri in terram illam: & dixit Deus istam terram esse suam, quia ipse eripuerat eam de manu Chananęorū, & non poterant dicere Iudæi, quòd esset terra ipsorū,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia ipsi occiderant Chananæos,& expulerant eos de terra. Nam terra illa non fuerat acquisita viribus Israelitarum,sed miraculis diuinis, sicut apparet in omnibus bellis,quæ fecerunt, quoniam Deus ostendebat miracula,vt patet legendo historiam libri Iosue,& iudicum,& librorum Moysi ab exitu de Aegypto, in quibus habetur de acquisitione terrarum illarum de manu hostium,& ferè in omnibus bellis ponuntur prænunciationes Dei de victorijs, & aliqua miracula: & quia Deus tenebat in suam specialiter terram istã,nõ cõcedebat Iudæis in ea facere,sicut dominis,sed sicut colonis, scilicet, quòd dominus potest vendere rem, vel alienare quomodocunque,quia sui iuris est. Colonus autem non habet ius, nisi in fructibus: de substantia autem rei nihil tangere potest: ita erat inter Hebræos, quòd non poterant vendere possessiones suas immobiles, sed concedebat eis Deus, quòd possent vendere terras ad tempus, quod erat magis locare fructus,quàm vendere substantiam rei, sicut dicitur Leui.15.scilicet,Terra quoque non vendetur iure perpetuo, quia mea est, & vos coloni mei estis. *Quam dedi vobis.* Scilicet,non tanquam dominis donando,quia per donationem transfertur dominium: sed dando precario ad tempus placitum mihi, & dando ad certũ vsum,scilicet,vt habeatis fructus eius,& tamen,vt non possitis vendere,nec alienare in perpetuum. *Et domum hanc,quam ædificaui nomini meo,proijciam à facie mea.* Dicitur Deus ædificasse domum illam, scilicet, quia iusserat quod ædificaretur sibi, & dicitur proijciam à facie mea,ideſt,habebo illam exosam tanquam nollem ipsam videre. *Et tradam eam in parabolam,& in exemplum.* Scilicet,tanta mala exercebo super domum istam, q erit in parabolam, & in exemplum: parabola dicitur verbum commune,quod apud omnes dicitur. Accipitur tamẽ dupliciter parabola: vno modo pro figura quadam in locutione, & sic Christus vtebatur parabolis,& dicitur sæpe:dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc,ideſt similitudinem,vel figuratam locutionem, & sic dicimus quendam sensum esse parabolicum, q distinguitur à literali. Alio modo accipitur parabola pro communi sententia,& est documentum vniuersale,& sic vocatur parabola prouerbium,& vocatur liber Prouerbiorum liber Parabolarum Salomonis, & tamen ibi non ponitur aliqua figurata locutio: sed solùm ponuntur sententiæ quædam vniuersales circa moralia:& ita quodcunque dictum commune in moralib⁹ vocatur parabola: & quia Deus multa mala illaturus erat templo si Israelitę peccarent,omnes gentes scientes mala,quę euenissent templo,facerent sermonem de illo, & deberent vertere illud in parabolam, sicut quando aliquod magnum malum alicui accidit, omnes fabulantur de illo: sic accipitur Ezech.18.scilicet: Quid est,quòd in parabolã,& in prouerbium vertitis inter vos filij Israel, dicentes: patres comederunt vuam acerbam,& dentes filiorũ obstupuerunt? ideſt, quid fabulamini de hoc communiter? Exemplum vocatur quandocunque cognito malo magno quod alicui inflictum est,cœteri volentes alijs maledicere important illud in similitudinem dicentes: Deus percutiat te,sicut percussit talem,& talem: ita cùm templũ istud destructum esset postea propter peccata Israelitarum,gentes scientes hoc,cum vellẽt maledicere alicui domui,vel vrbi dicerent:faciat Deus isti vrbi,sicut fecit templo Iudæorum. *Cunctis populis.* Scilicet,multis,quia ad multos populos veniret fama de destructione domus istius,quia erat inclyta, licèt non veniret ad omnes populos: nam non poterat per totum orbem deriuari fama alicuius domus, nec etiam vrbis. Nam nulla ciuitas potentior fuit, quàm ciuitas Romana, & tamen ipsa tempore, quo fuit in sua maxima prosperitate,non erat cognita in toto orbe: nam non transcenderat nomen eius Caucasum montem,vt Cicero in quodam loco meminit, & Boetius 2. de Consolat. prosa 7. *Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus.* Prouerbium, & parabola idem sunt, sicut dicitur Ezech.18.squid est hoc, quòd vertitis in parabolam, & in prouerbium inter vos filij Israel? scilicet, Patres comederunt vuam acerbam. Et vocatur prouerbiũ, ideſt,procul à verbo,scilicet,quia prouerbium est sententia vera,& certa,& nõ est sicut verba vulgaria,quæ non habent certitudinem. Vel dicitur prouerbium quasi porro verbum,& est porro aduerbium affirmãdi,scilicet,quòd certè est verbum firmum illud,quod vocatur prouerbium. Vel dicitur prouerbium quasi procul à verbo, scilicet, quia est sermo vniuersalis, & est procul à verbis, quæ sunt verba vulgaria, & particularia. Et dicitur, quòd omnibus transeuntibus esset in prouerbium,quia omnes stuperent, & sumerẽt inde materiam dicendi. *Et dicent stupentes.* Scilicet,de tanta destructione: nam erat domus ista tam inclyta, & ciuitas tam gloriosa,quòd cùm transeuntes viderẽt excidium,& ruinas eius, stupescerent supra modum. *Quare sic fecit Dominus terræ huic, & domui huic.* Quasi dicat: valde magnum esset propter quod Deus voluit tantas ruinas dare,& destruere tam inclyta edificia. Et dicitur domui,& terræ,quia quando destrueretur domus illa,ideſt, templum nõ destrueretur illud solum: sed etiam terra illa: quia templum destruendum erat in aduentu hostium,& illi prius destruerẽt totam terram deinde templum,eo quòd templum esset vltima defensio Israelitis, cùm esset ædificium fortissimum in modum turris: sic enim fuit quando pugnauerunt Romani contra Iudæos: nam in templo se defendebant capta vrbe,vt ait Iosephus 14.Antiqui.& libro de bello Iudaico. *Respondebuntq́,,quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum.* Scilicet, alij audientes scientes veritatem gestorum dicent,quia dereliquerunt domi num Deum patrum suorum, scilicet, noluerunt colere eum, nec obseruare legem eius: sed recesserunt ab ea. *Qui eduxit eos de terra Aegypti.* Hic aggrauatur peccatum eorum assignando ingratitudinem suam ad beneficia Dei,quia nullum beneficium poterat esse maius, quàm quòd Deus duceret Israelitas de Aegypto: nam nullum maius bonum est,quàm libertas homini:& tamen educendo Israelitas de Aegypto donata est eis libertas. Secundò,quia istud fuit primum omnium beneficiorum, quæ Deus isti populo contulit,& postea multa alia cõtulit, & sic de isto debuit fieri mẽtio principaliter,quia primum fuit. Tertiò,quia sicut esse est maximum omnium bonorum,eo quòd est fundamentum omnium, ita & liberatio Israelitarum de Aegypto fuit fundamentum omnium bonorum eis collatorum: nam non poterant conferri alia bona Israelitis à Deo,quæ postea collata sunt,nisi primò liberati fuissent à captiuitate Aegypti per Deũ: quia ista liberatio fuit, per quam congregati sunt in vnum populum,quia prius non erant populus,sed serui segregati, & dispersi per terram Aegypti. Quartò, quia ista seruitus erat grauissima:nam vocatur fornax ferrea Deut.4.s.q erant ibi in magna angustia, sicut si cremarentur in fornace ferrea. Etiam vocabatur ergastulum,vt patet Exo.6.s.& scietis,quia ego sum dominus,qui eduxi vos de ergastulo Aegyptiorum. Etiam vocatur catena premens ceruices, vt patet Leuitici vigesimosexto,scilicet. Ego dominꝰ,qui eduxi vos de terra Aegyptiorum ne seruiretis eis,& confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti: ideo quando scriptura narrat beneficia facta Israelitis à Deo istud,ponit solum, vel saltẽ præcipuum, vt patet sæpe in libris Moysi,& in alijs libris veteris testamenti.

Sciendum tamen,quòd iste modus loquendi,& commemoratio beneficij istius fuit inter Israelitas, quando nondum ducti fuerant in captiuitatem ad alias gẽtes,quando tamen ducti fuerunt in Babylonem,& redierunt,inde pro maiori beneficio reputabant illam liberationem,& illud beneficium communiter commemorabant. Sicut patet Ierem. 23. scilicet: Ecce dies veniunt dicit dominus,& non dicetis viuit dominus, qui eduxit nos de Aegypto, sed viuit dominus, qui reduxit nos de terra Aquilonis, ad quam nos miserat:quia tamen nondum fuerat illa captiuitas Babylonis,commemorabatur beneficium de liberatione de Aegypto. *Et apprehenderunt Deos alienos.* Scilicet, acceptauerũt Deos alienos sibi in Deos, & seruierunt eis exhibendo sacrificia,& alias cæremonias cultus. *Et adorauerunt eos.* Scilicet, inclinauerunt se coram eis, quod est adorare: & dicitur supra, quòd Israelitæ apprehenderunt Deos alienos nõ solùm adorando eos interdũ, sed etiam faciendo cum eis pactum, q semper eos colerent: sicut fecerunt Israelitę post mortem Gedeonis: nam fecerunt pactum cum Baal, q haberent illum in Deum deserto Deo Israel: vt patet Iudi. 8.cap. *Atque coluerunt.* Scilicet offerendo sacrificia, & faciendo omnes alias cæremonias, quæ pertinent ad cultum. *Iccirco venerunt super eos vniuersa hęc mala.* Scilicet tota ista desolatio venit super eos,quia derelicto Deo suo coluerunt Deos alienos, quos non cognouerant,tanquam benefactores suos.

### *Quomodo apparuit Deus Salomoni.*
### *Quæst. XXVII.*

QVAERITVR circa prædicta, quomodo apparuit hic Deus Salomoni. Dicendum, q Deus potest multipliciter apparere. Primus modus est, quòd Deus appareret, scilicet Angelus suus sumpta figura aliqua humana, & appareat hominibus, & loquatur: sic apparuit Gedeoni: Iudic 6.& ipsi Agar: Gen.16.& Abrahæ:Gen.18.& Loth:Gen.19.& patri, & matri Samsonis.Iud.13. Secundo modo apparet in sola voce, scilicet cùm Angelus domini venit ad hominem vigilantem non assumpta aliqua effigie visibili, & audit homo vocem,& scit vnde venit,tñ non videt aliquem loquentem:sic apparuit Deus Israelitis in datione legis: Exod.20. & Deuter.5. Nam nullam figuram viderunt,sed solam vocem audiuerunt: Deuteron.4. sic etiam Moyses,quando introibat in Sancta Sanctorum ad consulendum dominum super aliquo dubio,audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio:Num.7.& nullum videbat loquentem. Sic etiam apparuit Deus Samueli, cùm ter vocauit eum per nomẽ,& putabat se vocari ab Heli sacerdote: 1.Reg.3. Tertio modo Deus apparet hominibus per somnia, sicut dicitur Nume.12. scilicet, siquis fuerit inter vos Propheta domini,aut in visione apparebo illi, aut per somnium loquar ad illum. Et sic communiter apparebat Deus multis: sicut dicitur apparuisse Abimelech regi Philisthinorum,quando tenebat Saram vxorem Abrahæ:Gen.12.& 20. cap. Sic intelligitur communiter Deus apparuisse omnibus illis,quibus dicitur apparuisse per noctem. Sicut patet de Daniele,vt patet Daniel 7. videbam in visione noctis, ideſt in somnio: quod est visio noctis. Sic etiam fuit de Iacob in Aegyptum eunte, quando dicitur Deus ei apparuisse nocte: Gen.46. Sic etiam fuit de Ioseph viro Mariæ: Matth.2. Et tunc dicitur Deus apparere, non q Deus, vel Angelus appareat homini, quia homo nihil videre posset,cùm teneatur sopore: etiam non loquitur aliquid Angelus, vel Deus: sed immutat Deus phantasiam hominis causando in ea nouas species,quę non præexistebant,vel eas,quæ præexistebant mutando tali ordine,vt per eas causetur noua conceptio,quæ non poterat aliàs causari. Quartus modus erat per eleuationem,vel immutationem intellectus,scilicet, quòd Deus eleuet intellectum alicuius ad intelligendum aliquid supernaturaliter, quod aliter intelligere non poterat. Et istud fit dupliciter: vno modo in ecstasi, vel raptu,sicut fuit in beato Paulo.2.Corin 12.aliquando sine ecstasi,& sic fuit in Elisæo: vt patet 4.Reg.3.c. & sic etiam fuit in multis alijs Prophetis. Dicendum, q Salomoni non potest conuenire propriè nisi tertius modus istorum, quia primus est per hoc, q appareat aliquis Angelus in forma humana assumpta,& loquatur, & istud non potest fieri nisi in vigilantibus, quia dormientes non vident,nec audiunt.Secundus etiam non competit ex eadem ratione,scilicet,quia tuncauditur vox, licèt non videatur loquens, & tamen dormiens non potest audire, sicut nec videre. Quartus modus non conuenit, quia intellectus non illustratur nisi in vigilantibus,& tamẽ Salomon dormiebat:quia dicitur hic,q apparuit ei per noctem: ideo fuit tertius modus conueniens, scilicet, quia Deus per somnium immutaret phantasiam eius ad hoc,q appareret ei, q Deus loquebatur sibi,& q dicebat talia,& talia verba. Etiam patet hoc, quia sic Deus iterum apparuerat Salomoni in Gabaon,scilicet,quando dedit ei sapientiã: nam totum illud, quod Salomon dicitur repetiuisse, & Deus respondisse, fuit in somnio:vt patet 3. Reg.3. & supra primo,ita ergo nunc fieret. Siquis autem dicat, q poterat ista apparitio facta esse in aliquo aliorũ modorum,dicendum est sibi, q licèt fuerit per noctẽ facta non dormiebat tunc Salomon: quia aliàs non possent modi illi intercidere, cùm requiratur homo vigilans.

### *Ad quid Deus apparuit Salomoni.*
### *Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius,ad quid Deus apparuit nunc Salomoni. Respondendum, q Deus apparuit nunc Salomoni ad duo. Primùm ad ostendendum ei orationem suam esse exauditam: nã ante hoc Salomon orauerat ponens multas petitiones particulares,de quibus nesciebat Salomon,an à Deo exauditæ essent:ideo conueniens fuit, q appareret ei ad respondendum sibi, & patet, q ad hoc fuerit:quia dicitur hic,q Deus apparuit Salomoni,& dixit: Exaudiui orationem tuam,& elegi hunc locum in domum sacrificij: & postea replicantur ibi multæ de petitionibus Salomonis,& ponitur responsio ad illas. Secundum fuit,quia Deus voluit Salomoni bona nunc promittere quasi pro remuneratione aliquali laboris: nã Salomon laborauerat fideliter ædificando domum domini,scilicet,quòd toto desiderio institerat circa eã plus quàm circa domum suam:pro quo præmiandus erat, & Deus voluit eum remunerare, & sic apparuit ei ad promittendum bona. Pro quo sciendum,quòd Deus ter legitur apparuisse, vel locutus fuisse Salomoni, & omnes istæ tres vices fuerunt ordinatę ad templi ædificationem. Prima fuit, quando apparuit ei in Gabaon, dando sibi sapientiam: quia tunc disposuit eum ad ædificandum templum complendo omni sapientia, per quam poterat excogitare quidquid erat necessarium,vel conueniens ędificationi,vt patet 3.Regum 3.& supra 1.c. Secunda locutio fuit,quando ędificabatur templum: tunc enim cõueniens fuit, q Deus appareret ei ad confortandum eum in ædificatione, quia fortè pro magnitudine operis corpore deten-

Universidad de Deusto
Biblioteca



detentus pigritaret:ideo decebat,q̃ Deus appareret ei confortando eum promittendo aliqua bona: vt sic fieret ardentior in opere. Tertia apparitio,vel locutio fuit post completionem operis nunc: & tunc etiam decebat, vt appareret: quia laborauerat fideliter Salomon ædificando templum: pro quo merebatur aliquid à Deo recipere,& ad hoc apparuit ei Deus promittendo bona etiam respondendo ad orationẽ eius. De secunda apparitione patet 3.Reg.6.De tertia patet 3.Reg.9. & hic.

*Quo tempore fuit apparitio ista.*
*Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, circa istam apparitionem Dei,quo tempore fuit. Dicendum,quòd ista fuit necessariò post templi consummationem, quia Salomon orauit multa à Deo recipere consummato templo die prima, qua dedicabatur præcedenti cap.& hic ponitur responsio Dei ad illa, ideo necesse est, quòd fuerit ista responsio post consummatum templum. Sed tunc est dubium quanto tempore post consummatum templum istud acciderit. Aliquis dicet, quòd illico: nam oratio Salomonis fuit die prima,qua dedicatum est templum, scilicet illa die, qua introducebatur arca in illud, præcedenti ca.& hic ponitur responsio ad orationem illam. Credendum est autem, q̃ immediatè post orationem fuerit respõsio, scilicet nocte sequenti: nam per noctem facta fuit ista apparitio,vt patet in litera: sicut fuit de apparitione domini facta Salomoni iterum,quando dedit ei sapiẽtiam in Gabaon:nam Salomon obtulit domino mille hostias in Gabaon, & ipsâ nocte apparuit ei Deus in somnijs,& dedit sibi sapientiam.3.Regum 3. & supra primo capit. Vel saltem dicendum, q̃ valde modico tempore post factam illam orationem fieret ista apparitio,quia non erat verisimile, quòd facta oratione cum Deus ad illam responsurus esset, an acceptaret eam, & responderit, q̃ distulerit responsionem istam longo tempore. Dicendum, q̃ ista ratio videtur verisimilis,& tamen non est vera,quia ista apparitio Dei, de qua habetur hic fuit, plus quàm tredecim annis post orationem suam factam. Quod patet, quia oratio Salomonis fuit facta die primo dedicationis templi,& ista dedicatio facta fuit illico,vt consummatum est templum, & tamen à consummatione templi vsque ad apparitionem istam necesse est, q̃ fluxerint plusquam tredecim anni. Quod patet,quia Salomon ædificauit domum suam,& ædificando illam moratus est tredecim annis,vt patet 3.Regum 7.& tamen ædificata erat domus Salomonis, & alia omnia ædificia eius, quando facta fuit ista apparitio,vt patet 3.Reg.9. c.scilicet:Factum est autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus domini,& domus regis ædificium, & omne quod optauerat, & voluerat, apparuit ei dominus. Et illa apparitio est ista,quæ habetur hic,quia ibi ponitur historia, quæ habetur hic. Dicet aliquis, q̃ cùm Deus sæpe apparuerit Salomoni, non fuerit eadem apparitio ista, & illa: sed ista quæ habetur hic, fuerit facta illico consummato templo,& illa quæ habetur.3. Regum 9. facta fuerit consummato ædificio domus regis. Dicendum,q̃ non stat, sed omnino eadem apparitio est ista, & illa, quæ habetur. 3. Reg. 9. Quod patet ex verbis:quia hic dicitur, q̃ apparuit Deꝰ Salomoni, & dixit, audiui orationem tuam, & elegi locum istum in domum sacrificij,& 3.Regum 9.dicitur:exaudiui orationem tuam,& deprecationem tuã, & sanctificaui domum hanc,quam ædificasti. Etiam omnes promissiones bonorum,q̃ habentur hic circa regnum perpetuandum, scilicet,non auferetur ex te vir, & promissiones circa templum, & comminationes circa vtrunque de stupore, & prouerbio,quæ habetur hic, habentur. 3. Reg. 9. & quasi per eadem verba, ideo necesse est, q̃ ista apparitio sit eadem cum illa,& tamen de illa constat,q̃ facta est plus quam tredecim annis post istam orationem, vt probatum est: ergo etiam ista. Et licèt,vt arguebatur, satis esset verisimile, q̃ Deus appareret responsurus Salomoni ad orationem istam illico,vt orauit:tamen cùm constet, q̃ non apparuit vsque post tredecim annos,non est inistendum rationibus verisimilitudinis,cùm appareat ratio necessitatis.

*Cum respondisset Salomoni ad quid voluit iterum respondere.*
*Quæst. XXX.*

QVAERITVR vlterius circa prædicta,cùm iam Deus respondisset orationi Salomonis, ad quid voluit iterum respondere: nam iam responderat Deꝰ prima die,qua Salomon orauerat:cùm enim Salomõ funderet preces finita oratione illico descendit ignis de cælo,& deuorauit sacrificia: vt patet supra in litera, & per hoc apparet manifestè exauditam fuisse orationem eius:non ergo oportebat, q̃ fieret alia responsio super hoc. Respondetur,quòd non obstante responsione illa ad orationem Salomonis debuit,vel conuenit fieri istam. Primò,quia licèt descensio ignis fuerit responsio ad orationem Salomonis; poterat tamen esse dubium super hoc:ideo fuit data alia responsio: Patet hoc, nam satis videtur, quòd illa descensio ignis signauerit orationem Salomonis exauditam fore:quia in litera dicitur,cùmque complesset Salomon fundens preces ignis de cœlo descendit, & deuorauit holocausta, & victimas: & sic aliqua habitudo erat illius ignis ad orationem Salomonis: quia aliàs non diceretur, quòd cùm complesset orationem Salomon descendit ignis de cœlo ad signandum exauditam orationem:poterat tamen aliquis dubitare, an veniret ad hoc ignis, quia poterat descendere ad signandum sacrificia accepta sibi,& hoc erat valde conueniens,cũ ipsa holocausta cremata fuerint cœlesti igne. Etiam esse poterat ad signandum ministrationes factas in sanctuario esse Deo acceptas: vt ergo videretur manifestè,quòd oratio Salomonis accepta fuerat Deo: cõueniẽs erat,quòd aliqua locutio, siue apparitio fieret, per quam manifestaretur hoc:sicut fuit nunc factum. Secundum est, quòd dato, quòd constaret illam descensionem ignis fuisse ad acceptationem orationis, & ad hoc solum fuisse, decebat istam apparitionẽ fieri: quia per illam orationem constabat acceptata esse oratonem: tamen non constabat qualiter esset acceptata,siue quid promitteretur,aut quid Deus commina retur: cùm ille ignis descendens non poterat explicare aliquid istorum. Decuit ergo, quòd verba ista explicarentur:sicut patet in litera,vbi multa posuit comminatoria Deus,& multa promittendo, quæ aliàs nõ potuissent intelligi, si non fuisset ista apparitio, & ista est ratio potissima, quare facta est. Tertium est,quia si istæ duæ responsiones factæ essent verbis,vna earum sufficeret,quia idem explicarent,& coinciderent,cùm tamen vna verbis alia signis exterioribus facta sit,conuenienter duæ fieri debuerunt. Quartum est, quia inter ambas acceptationes eiusdem orationis fuit magnum tempus, nam si eadem die,vel eodem tempore vtraque ostensio acceptationis facta fuisset,nõ esset conueniens: quia videretur aliquo modo vna superua cua. Fuit tamen vna multo tempore post aliam,nam descensio ignis de cœlo fuit illa die, qua oratio facta est per Salomonem, vt patet præcedenti cap. & supra in litera. Et ista apparitio,de qua habetur hic,fuit plusquam tredecim annis post orationem factam, vt declaratum est præcedenti quæstione: ideo conueniens fuit fieri bis ostensionem acceptationis istius.



*Quomodo dixit Deus:elegi locum istum in domum sacrificij.*
*Quæst. XXXI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit hic Deus, & elegi locum istum in domũ sacrificij, nunquid ad hoc solùm fiebat templum. Dicendum, q̃ non fuit factum templum solùm ad sacrificia,sed ẽt ad alias ministrationes: nam ibi fiebant omnes ministrationes,quæ in tabernaculo Moysi fiebant, & tamẽ illę erant multæ,scilicet octo,vel nouem,vt declaratũ est,supra in quadam quęstione,de officijs sacerdotalibus:etiam fiebant ibi ministeria Leuitica:s.cantando, custodiendo thesauros,& obseruando ad portas. Aliquis ergo dicet, q̃ licèt templum istud,nõ solùm fuisset electum in domum sacrificij : tamen præcipuum, quod ibi fieri debebat erat sacrificium, ideo illud solum nominatum est. Dicendum tamen, q̃ hoc non stat,quia alia fiebant in templo, quæ erant digniora q̃ sacrificium:nam ingredi in Sancta Sanctorum erat dignius q̃ facere sacrificia, cùm illud ptineret ad solùm summũ sacerdotẽ,& istud pertineret ad omnes quoscunque sacerdotes. Etiam cremare thymiama coram domino in altari thymiamatum,& locare lucernas in candelabro, & ponere panes propositionis in mensa erat dignius quàm facere sacrificia:eo q̃ sacrificia fiebant in atrio sacerdotum extra templum,& alię ministrationes fiebãt intra templum in loco, ad quem soli sacerdotes ingrediebantur:ideo non ponitur sacrificiũ solùm propter dignitatem suam super alias ministrationes. Sed dicendum, q̃ factum est propter duo. Primò, quia sacrificium erat ministratio magis frequentata quàm cæteræ: nam sacrificia offerebantur quotidie,& multa erant:quia aliqua die offerebantur plus q̃ quatuor millia in sacrificium:sicut patet in diebus dedicationis templi, in quibus oblata sunt vigintiduo millia boum,& centum viginti millia arietum, vt patet in litera: & tamen crematio thymiamatis solùm fiebat bis in die. Sic etiam de locatione lucernarum, & de positione panum in mensa propitiationis, quæ fiebant semel in hebdomada,s. quolibet Sabbatho:iõ sacrificium propter frequentationem nominatũ est. Tertium est propter manifestationem, quia inter ministrationes nulla erat ita manifesta, sicut immolatio sacrificiorum,eo q̃ positio panum,& locatio lucernarum, & crematio thymiamatis: & aspersio sanguinis in Sancta Sanctorum fiebant secretò non vidente populo,cùm fieret intra tabernaculum,& tamen sacrificia fiebant publicè in atrio sacerdotum videntibus omnibus de populo. Quartum erat, quia nulla ministratio erat, in qua communicarent tãtum omnes de populo,sicut in oblatione sacrificiorum: nam ad alias ministrationes non faciebant aliquid populares, sed soli sacerdotes exequebantur eas, & tamen ad sacrificia faciebant aliquid populares, quia ipsi offerebant animalia,quæ sacerdotes immolabant.Quintum erat, quia aliæ ministrationes sacerdotales non fuerant approbatæ in aliquo signo,sed sola ministratio in sacrificijs:nam cùm sacrificia facta essent, Deꝰ misit ignem de cœlo ad cremandum carnes sacrificiorum:supra in litera:& tamen non apparuit aliquod signum ad ostẽdendum acceptationem in alijs ministerijs sacerdotalibus,vel Leuiticis ita determinatè,sicut in sacrificijs, ideo dicit se acceptasse domum istam in domum sacrificij. Iam ostenderat signum, per quod indicabat se acceptasse domum illam in domum sacrificij, & ista est causa potissima. Simile patet præcedenti lib. c.21. cùm Dauid obtulisset sacrificia super aream Ornam Iebusæi venit ignis de cęlo,& cremauit sacrificia: & tunc dixit Dauid:hæc est domus Dei, & hoc est altare in holocaustum Israel,eo.lib. c.22. Et dicebat illud,quia ibi futurum erat templum, qđ nõ proficeret solùm ad sacrificia, & tamen quia solùm ostensum fuerat signum acceptationis sacrificij, vocat domum illam solùm domum in holocaustum Israel.

*Quomodo Deus misit locustam, vel brucum, &c.*
*Quæst. XXXII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Deus dicitur mittere locustam,vel brucum, aut similia animalia,quia hic dicitur, q̃ Deus mandaret locustæ,vt deuoraret terram.Respondendum, q̃ hic sunt duo videnda:primum est quomodo Deus facit, q̃ veniat locusta in regionem aliquam. Secundum est postquam venerit quomodo mandat ei, q̃ deuoret terram. Ad primum dicendum, q̃ potest dupliciter fieri:vno modo producendo locustas in locum, quem Deus vult deuastare. Alio modo eas aliunde portando in regionem illam.Primus modus facilis est,quia Deus potest aerem,& terram taliter disponere,vt sint ad producẽdum innumerabiles locustas:nam sicut interdum pu rè naturaliter tot gignantur, vt terrã operiant,ita Deo operante specialiter aliquo modo plures gignentur faciliter,& sic de bruco, & eruca,erugine,& omnibus similibus bestijs ad nocendum terræ. Alius modus est adducendo animalia ista de alia regione: nam quædã regiones sunt in quibus locustæ innumerabiles nascũtur ex conditione terræ, & de illis potest Deus deducere subito in quamcunque regionem voluerit,mittendo ventum,qui arripiat eas,& longè deducat. Sic enim naturaliter fit: nam quando in aliquibus regionibus apud mare constitutis locustæ sunt, & flant venti ex parte opposita maris omnes locustæ vento arrepto præcipitantur in mare, & sic regio purgatur illis bestiolis:Deus autem sic consueuit facere, s.concitare ventum validum ex quacunque parte voluerit, & non solùm ista animalia parua, sed etiam maiora impetu magno portat, & deducit ad locum Deo placitum. Sic enim fuit de coturnicibus, quæ erant vltra mare:nam cùm Deus vellet Israelitas saturare coturnicibus,quia petebant carnes,induxit ventum Africũ, qui arripuit coturnices innumerabiles de sinu Arabico maris rubri, & detulit eas in castra Israelitarum : vt patet Num. 11. s. ventus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit in castra. Idem patet Psal. 77. De locustis etiam idem fuit: nam cùm Deus voluisset, q̃ deuoraretur tota terra Aegyptiorũ à locustis, dixit Moysi, q̃ leuaret manum super terrã Aegypti,& extendit Moyses manus vocans locustas, & induxit dominus ventum vrentem tota nocte illa, & facto mane ventus vrens leuauit locustas,quę ascẽderunt super vniuersam terram Aegypti:vt patet Exo. 10.c. & sic Deus per ventũ vrentem duxit locustas de terra deserti fortassis: vt patet eo.c.s. egressus Moyses de ꝑspectu Pharaonis orauit dominum,qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & abreptam locustam proiecit in mare rubrum, & non remãsit nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Iste modus facilis est ad ducendum locustas de quacunq; regione in quãcunq; aliam iuxta Dei beneplacitum. Ad secundum, cùm quæritur, quomodo Deus mandat locustis,vt deuorent terram. Dicendum, q̃ Deus nihil mandat eis vocaliter,nec intellectualiter. Et dico hoc,quia iubere Dei est duplex. Aliquando iubet

voca-

Universidad de Deusto
Biblioteca



vocaliter, ſ. quando per angelos aliquos Deus dat aliquod mandatum. Sic factum eſt in datione legis: nam angeli erant, qui loquebantur: vt patet ad Gala. 3. & ferè in omnibus alijs mandatis diuinis ad nos. Intellectualiter iubet, quando iubet Deus angelis aliquid facere: nam Deus non poteſt loqui angelo, aut alicui alteri rei, & dato ꝙ loqui poſſet Deus, non poſſet audire angelus, eo ꝙ non eſt animal; omnia ergo mandata Dei ad angelos ſunt intellectualia. Ita dicēdum nunc, ꝙ ſi Deus iuberet aliquid locuſtis, iuberet aliquo de iſtis duobus modis: ſed nullo iſtorum iubet, quia ad vtrumque requiritur, ꝙ intelligeret locuſta præceptū domini, & tamen non intelligit: ideo Deus nihil ei iubet: ſed dicitur Deus iubere ei, quia id, quod Deꝰ vult, locuſta exequitur, velut ſi intelligeret præceptū eius. Et hoc eſt, quia Deus diſponit locuſtam, ſicut vult: nā ſi Deus vult terram totaliter demoliri, inducit locuſtā auidiſſimam cibi, & habentem fortia inſtrumenta ad conterendum omnia. Si autem minus nocere vult, inducit locuſtam infirmiorem, & ſic nocet tantum locuſta, quantum Deus vult. Et ſic ſe habet Deus ad locuſtas, vel ſimilia animalia nocentia: ſicut homo ſe habet ad gladium: nam ſiquis velit multum ſcindere, parat gladium fortiſſimum, & acutiſſimum: ſi modicum, parat gladium hebetem, vel infirmum, & ſic gladius obedit homini, ſ. quia homo facit per illum, quod vult diſponendo taliter, qualiter expedit ad id, quod vult: Deus autem vtitur omnibus rebus iſtis, ſicut inſtrumentis. Ideo licèt non intelligant, quod ipſe vult, faciunt quod vult, & ſic dicitur Deus mandare locuſtæ, vel alijs beſtiolis, ꝙ deuorent terram.

*Cum Gentiles ſint idolatræ, quare dixerunt: Deus quare ſic fecit terræ huic, &c.*

*Quæſt. XXXIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Gentiles tranſeuntes, & videntes Ieruſalem deſtructam, & templum dicerent: quare ſic fecit Deus terræ huic, & domui huic? & dicerent, quia dereliquerunt Deum ſuum. Nam cùm Gentiles eſſent idolatræ, non videtur, quomodo ipſi dicerent de Deo Iſrael, ꝙ feciſſet iſtud, quia non crederent. Reſponderi poteſt vno modo, ꝙ ſicut præſuppoſuit Salomon, præcedenti ca. multi de Gentilibus venturi eſſent ad adorandum dominum in templo, & cognoſcerent magnitudinem eius, quia Deus exaudiret eos, & iſti licèt non conuerterentur ad Iudaiſmum, cognoſcerent Deum Iſrael eſſe ſolùm Deum fortem, qui poſſet facere hoc. Item dato, ꝙ eſſent Gentiles non conuerſi ad Deum, poterant hoc dicere, quia omnes Gentiles exiſtentes in circuitu terræ Iſrael, licèt eſſent idolatræ, & hoſtes Iudæorum, credebant Deum Iſrael eſſe potentiorem dijs alijs: licèt multi ſimul eſſent dij, & ꝙ ſi vellet delere aliquem de alijs gentibus, & Deos ipſorum, poterat, & non poſſet gens illa ſe liberare, nec etiam dij illius gentis poſſent liberare gentem ſuam, nec ſeipſos de manu Dei Iſrael: ſic cōfeſſi fuerunt Philiſthini, qui erant hoſtes Iudæorum, & vicini ipſorum: 1. Reg. 4. cùm dicitur: Ingemuerunt Philiſthini dicentes: væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudiuſtertiꝰ, væ nobis: quis nos ſeruabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? Hi ſunt dij, qui percuſſerunt Aegyptum omni plaga in deſerto. Patet hoc etiam ex confeſſione Achior, qui erat dux filiorum Ammon: nam ipſe veniebat cum Holoferne ad pugnandum contra Iudæos, & dixit Deum Iſrael eſſe Deum cœli, & ꝙ ſi Iſraelitæ non offenderant Deum, impoſſibile erat, ꝙ aliqua gens prꝙualeret contra eos: ideo dixit Holoferni, quòd perquireret, an Iſraelitæ peccauiſſent contra Deum ſuum, & ſic pugnaret ſecurus de victoria. Si autem nulla eſſet iniquitas in eis, non pugnaret: quia non poſſet prævalere, & multa alia dicit ibi de laude Dei: vt patet Iudit. 5. cap. Omnes autem gentes, quæ erant in circuitu Iſraelitarum, ſic opinabantur de Deo Iſrael: ideo putabant, ꝙ ſi ille vellet eos punire poſſet facere. Sic patet de ſacerdotibus, & diuinis Philiſthinorum, qui dixerūt Philiſthinis, Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor ſuum? nōne poſtquam percuſſus eſt, tunc dimiſit eos. 1. Regum 6. c. Ideo dixerunt, ꝙ Philiſthini offerrent munera Deo Iſrael, vt alleuiaret manum ſuam ab eis: Sciebāt autem Gentiles poteſtatem Dei Iſrael per experientiam non ſolùm contra ſe, ſed etiam contra Deos ſuos, quia viderunt mirabilia eius. Nam quando capta fuit arca Dei Iſrael in bello à Philiſthinis, & portata eſt in templum Dagon, corruit Dagon Deus Philiſthinorum coram arca, & inuenerunt eum ſequenti die ſacerdotes proſtratum in terra coram arca, & cùm ſtatuiſſent eum in locum ſuum, ſequenti nocte corruit coram arca confractis manibus, & capite. Etiam contra ipſos Philiſthinos erat potentia Dei dura: nam cùm maneret arca Dei in vna ciuitate, erat ibi plaga magna in poſterioribus hominum, quia mures corrodebant extales prominentes, & moriebantur plurimi, & cùm arca de illa ciuitate in aliam portaretur, ceſſabat ibi plaga, & incipiebat in alia, in quam introducebatur arca: vnde Acharonitæ videntes arcam ad ſe portari, dixerunt clamantes in cœlum, adduxerunt arcam Dei Iſrael ad nos, vt interficiat nos, & populum noſtrum: primo Regum 5. In exitu quoque de Aegypto, cùm peruenirēt fama operum Dei ad multas gentes, ſcilicet de diuiſione maris rubri, & morte Aegyptiorum, timuerunt illæ gentes, & potiſſimè populi vicini, per quos putabantur tranſituri Iſraelitæ: vt patet Exod. 15. ſcilicet aſcenderunt populi, & turbati ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Philiſthijm: tunc conturbati ſunt principes Edom, & robuſtos Moab obtinuit tremor, & obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Sic etiam patet ſpecialiter de Chananæis, qui quando audierunt ea, quæ fecerat Deus in mari rubro, & in deſerto pro Iſraelitis, tremuerunt, & elanguit cor eorum, nec manſit in eis vllus ſpiritus: vt patet Ioſue 2. capitu. Sic etiam audita diuiſione Iordanis timuerunt omnes incolæ terræ: Ioſue 5. Moabitæ quoque videntes, quòd Iſraelitæ tranſituri eſſent per terram eorum, timuerunt nimis, & dixit Balac rex eorum: Sic delebit populus iſte vniuerſos, qui in noſtris finibus commorantur, quemadmodum bos ſilueſtris ſolet herbas vſque ad radices carpere: ideo cùm non putaret ſe poſſe reſiſtere armis prouocauit populum ad peccandum, & ſic Deus iratus populo traderet eos in manus Moabitarum: vt patet Num. 22. & 24. capitu. cùm ergo omnes gentes, ad quas perueniebat fama de Deo Iſrael, putarent eum potentiorem alijs dijs, poterat dicere quicunq; tranſiret per templum domini deſtructum, ꝙ Deus illum deſtruxiſſet: quia coluerant Iſraelitæ Deos alienos relicto Deo ſuo.

*Quomodo Gentiles poterant dicere, quòd Deus Iſrael eduxerat Iſraelitas de Aegypto.*

*Quæſt. XXXIIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Gentiles poterant dicere, quòd Deus Iſrael eduxerat Iſraelitas de Aegypto. Reſpondendum, ꝙ in hoc ſunt duo. Primum eſt quomodo poterant putare Gentiles, ꝙ Se-



Deus Iſrael poſſet Iſraelitas de Aegypto educere. Secundum erat, dato ꝙ putarent, ꝙ poterat, quomodo putarent, ꝙ eduxiſſet illos. Ad primum dicendum, ꝙ hoc facilè erat in Gentilibus, qui erant vicini Hebræorum: nam viderant magnalia Dei Iſrael, & putabant eum potentiorem cæteris dijs, & ꝙ poſſet pugnare contra quaſcunque gentes, & delere illas: vt declaratum eſt præcedenti quæſtione. Ad ſecundum dicendum, quòd etiam Gentiles concedebant Iſraelitas eductos de Aegypto à Deo ſuo: nam quòd aliquando fuiſſent Iſraelitæ oppreſſi in Aegypto ſub manu Pharaonis, & poſtea inde fuiſſent liberati erant hiſtoriæ, & notum erat apud gentes plurimas, & quia factum illud fuerat famoſum valde, manebat ad æternam memoriam. Quod autem Deus eduxiſſet Iſraelitas de Aegypto conſtabat ex modo eductionis, ſcilicet, quia tanta miracula facta fuerant ante exitum, & in exitu, & poſt exitum. Ante exitum fuerunt miracula magna, ſcilicet decem plagæ quas intulit Deꝰ Aegyptijs: vt dimitterent Iſraelitas exire, & non permittebant vſque ad vltimam plagam, ſcilicet mortem primogenitorum, de quibus patet Exo. cap. 7. vſque ad duodecimum incluſiuè. In exitu fuerunt alia miracula, ſ. quòd Aegyptij perſecuti ſunt Iſraelitas: vt reducerent eos in Aegyptum, & aperuit Deus mare rubrum, & tranſierunt Iſraelitæ per ſiccum, & cùm introiſſent Aegyptij in mare rubrum, operuit illos mare, & pericrunt: Exo. 14. & 15. Poſt exitum de Aegypto fuerunt miracula multa, ſcilicet, quia Deus dabat nubem præcedentem Iſraelitas per diem, & columnam ignis per noctem, & durauit hoc quadraginta annis, quibus manſerunt Iſraelitæ in deſerto: Exod. 40. & Nume. 9. Etiam dabat Deus quotidie Iſraelitis cibum miraculoſe, ſcilicet mana: Exod. 16. & Num. 11. cap. Et multa alia, ſcilicet de indulcoratione aquarum in Marath: Exod. 15. de apertione petræ in Raphidim, & fluxu aquarum: Exo. 17. de pugna Iſraelitarum contra Amalec, eodem cap. de alia apertione petræ, & fluxu aquarum in Cadesbarne: Numeri 20. de coturnicibus, quas dedit in cibum Iſraelitis ad ſaturitatem: Nume. 11. & multa alia. Et tamen dato, ꝙ non eſſent omnia iſta famoſa apud Gentiles, erant aliqua iſtorum, ſcilicet de columna nubis per diem, & columna ignis per noctē: Num. 14. & Exo. 31. Apparebat ergo, ꝙ Deus Iſrael faciebat omnia hæc, cùm eſſent ſuper humanam poteſtatem, & confitebantur hoc populi terrarum, ſcilicet, ꝙ Deus eduxiſſet Iſraelitas de Aegypto: vt patet de Philiſthinis, primo Regum 4. ſcilicet. Hi ſunt dij, qui percuſſerunt Aegyptum omni plaga in deſerto. Etiam diuini, & ſacerdotes Philiſthinorum confeſſi fuerunt hoc, vt patet primo Regum 6. ſcilicet: quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor ſuum? nonne poſtquam percuſſus eſt tunc dimiſit eos? Sic etiam confeſſus eſt Achior Amonita: Iud. 5. & ita erat de omnibus populis vicinis terræ Chanaan. Nam quando facta fuit à Deo iſta eductio Iſraelitarum de Aegypto, omnes populi vicini cognouerunt iſtud, & quia fuit factum notabile, manſit ad memoriam poſterorum, & ſic omni tempore Gentiles tranſeuntes per templum deſtructum poſſent dicere, ꝙ Deus eduxit Iſraelitas de Aegypto, & cum dereliquiſſent, ſicut dicitur in litera.

*Quomodo potuerunt dicere, ꝙ hoc feciſſet Deus ipſorum, cùm non ſcirent legem ipſorum.*

*Quæſt. XXXV.*

QVAERITVR vlterius, dato ꝙ Iſraelitæ deſtructi eſſent, & templum ſuum, & ſcirent gentes, ꝙ Deus eorum poſſet hoc efficere quomodo dicerent, quòd hoc fecit Deus ipſorum, quia dereliquerant eum, & coluerant Deos alienos, quia iſtud non videtur, ꝙ poſſet aliquis dicere niſi ille, qui ſciret legē, & crederet verum eſſe id, quod dicebatur in ea. Nam in illa ponuntur ſæpe talia. Dicendum, ꝙ poterat hoc fieri vno modo, ſcilicet, quòd aliqui Gentiles erant, qui nouerant legem Hebræorum. Cùm enim venirent multi Gentiles ad orandum in templo Salomonis, & ex hoc communicarent cum Iſraelitis, veriſimile eſt, ꝙ ab eis adiſcerent Gentiles multa de lege. Et quia videbant miracula, quæ faciebat Deus Iſrael, crederent verum eſſe id, quod in lege dicebatur. Et ſic bene crederent, quòd ex hoc, ꝙ Deus derelictus erat ab Iſraelitis, & colebant Deos alienos, quòd tradiderat eos gentibus, & fecerat deſtrui templum ſuum. Alio modo poteſt intelligi, & melius: ita quòd eſſet communis extimatio iſta Gentilium, ſcilicet, quòd apud Gentiles erat opinio: licèt teneret multitudinem Deorum, quòd ſi aliquis Deus interdum contemnebatur, poterat magna infligere contemptoribus. Sic patet de pomo poſito inter tres Deas, ſcilicet Iunonē, Palladem, atque Venerem per Deam diſcordiæ, quia ipſa non fuerat inuitata ad epulas. Et cùm diceretur in pomo: pulchrum pomum, pulchrum donum pulchriori detur, iudicante Paride pro Venere, putant Poetæ Gentilium inde ſurrexiſſe cauſam belli Troiani. Sic etiam in Græcia, cùm colerentur omnes dij, & Latonæ matri Apollinis, & Dianæ non apponeretur thura, pro maieſtate contempta immiſit aprum terræ Calidoniæ, qui omnia vaſtabat, & poſtea occiſus eſt per Meleagrum, vt ait Ouidius 8. Meta. Sic etiam in Tragædia quinta Senecæ, cuius titulus eſt Oedipus, dicitur quòd cùm eſſet magna peſtis in terra Thebanorum immiſſa à dijs propter Oedipum, qui matrem ſuam Iocaſtam tenebat in vxorem, reſponſum eſt non poſſe placari iram Deorum quouſque ceſſaret illud facinus. Et in multis alijs dicunt à diis pœnas inflictas, & maximè pro contemptu deitatis ſuæ. Ita ergo arbitrarentur nunc Gentiles, quòd cùm Iſraelitæ contemnerent Deum ſuum relinquentes Deum ſuum, quòd iraſceretur, & deſtrueret templum, traderetque Iſraelitas in manus hoſtium. Alius etiam modus erat, quo Gentiles hoc poterant dicere, quia inter Gentiles erat iſta conſuetudo, ꝙ quælibet gens coleret Deos, quos ab antiquo colere cæperat, & illos non mutabat, quia putabat malum eſſe, & in contemptum Dei: vt patet Ierem. 2. ſcilicet: Tranſite ad inſulas Cetim, & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt dij: populus autem meus mutauit gloriam ſuam in idolum: obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer. Et ſic quando viderent, quòd Iſraelitę mutauerunt Deum ſuum deſerentes illum, & accipientes Deum nouum, viderent, quòd iuſtè iraſceretur Deus contra eos, & deſtrueret templum ſuum, & terram, & iſtud quælibet gens Gentilium poterat extimare. Sic etiam dixit Moyſes in fine legiſlationis: Deut. 29. quòd ſi Iſraelitæ deſererent pactum domini, ipſe deſtrueret terram eorum, & daret eos hoſtibus, & Gentiles tranſeuntes per terram dicerent, quare Deus ſic fecit terræ huic, quæ eſt hæc ira furoris eius immenſa? & reſpondebunt, quia dereliquerunt pactū domini Dei ſui, qui eduxit eos de terra Aegypti, & ſeruierunt dijs alienis: Omnes ergo, Gentiles, ad quos peruueniret fama de hac deſolatione poterant hoc dicere.

CAPI-

## CAPITVLVM VIII.



XPLETIS autem viginti annis postquàm ædificauit Salomon domum domini, & domum suam: ciuitates, quas dederat Hiram Salomoni ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel. Abijt quoque in Emath, Suba, & obtinuit eam. Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath. Extruxitque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas habentes portas, & vectes, & seras: Balaath etiam, & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum. Omnia quæcunque voluit Salomon atque disposuit ędificauit in Ierusalem, & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethęis, & Ammorrhęis, & Pherezęis, & Heuęis, & Iebusęis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorum, & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios vsque in diem hanc.

*Expletis.* In præcedentibus posita est orationis Salomonis acceptatio, hic ponitur omnium operum suorum circa Deũ consummatio, cùm agatur adhuc hic de ordinatione cultus diuini: & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur in operibus suis ordinatio: Secundò circa diuinum cultum promissio, ibi. *Tunc obtulit Salomon.* Prima in duas, quia primò ponitur ciuitatum constructio: secundò populi subiecti dispositio, ibi. *Omnem populum.*

*An ea, quę habentur hic habeant ordinem ad præcedentia. Quæst. 1.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quę habentur hic, habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interposito aliquanto tempore. Ad primum dicendum, ꝙ est ordo conueniens, quia præcedenti capitu. actum est de confirmatione dedicationis templi Salomonis. Hic agitur de quibusdam operibus prophanis, quæ fecit Salomon. Et tamen postquam Salomon cæpit templum domini non cessauit, nec diuertit ad aliqua opera aliena, quousq; omnia, quę ad templum domini pertinebant consummata sunt. Ad secundum dicendum, quòd hic potest considerari ordo quantum ad omnia, quæ sunt in isto c. respectu præcedentium, & inter se, vel solùm quantum ad finem præcedentis c. & principium istius, an ea, quæ habentur in eis sint continuata pauco, vel multo tempore interposito. Si accipiatur secundo modo, dicendum, ꝙ est continuatus ordo, & etiam est paucum tempus interuum, & alterum. Nam in fine præcedentis c. ponitur oratio Salomonis exauditio, & illa fuit viginti annis postquam incohatum est templum, siue tredecim annis post consummationem eius, quod idem est, vt probatum fuit, præcedenti c. in quadam quæst. De tempore, quo fuit facta illa apparitio Salomoni. Istud etiam, quod ponitur hic in principio c. factum est viginti annis post incohatum templum, siue tredecim annis post cõsummationem, quod idem est, ideo videntur ista simul facta. Si autem quæratur quantum ad ordinem omnium, quæ habentur in isto cap. Dicendum, ꝙ non est rectus ordo inter ea, quia ista, quæ sunt in principio c. fuerunt post illa, quæ habentur in fine, quia ista, quę habentur in principio facta fuerunt viginti annis post incohationem fundationis templi, vt patet in litera, quæ autem habentur infra in litera, scilicet de ordinatione officiorum sacerdotalium, & Leuiticorum necesse est, ꝙ facta fuerunt illico post consummationem templi: quia aliàs non ministrarẽt ordinatè per tredecim annos, quod est inconueniens. Et patet hoc, quia inter consummationem templi, & ea, quæ habentur hic in principio c. interciderunt anni tredecim. Nam à principio fundationis templi, & vsque ad ista, quæ habentur hic transierunt anni viginti: vt patet in principio literæ, & tamen durauit de istis annis templi ædificatio septem annis, & ędificatio domus regis annis tredecim, vt patet 3. Reg. 6. & 7. manebunt ergo illi tredecim anni, quibus ædificata est domus domini regis inter cõsummationem templi, & ea, quæ habentur hic in principio. Et tamen necesse est, ꝙ ea, quę habentur infra in litera, de ordinatione sacerdotum, & Leuitarum facta fuerint immediatè post consummationem templi, quia aliàs toto isto tẽpore intermedio tredecim annorum manerent sacerdotes, & Leuitæ deordinati, quod est inconueniens, quia Dauid ante mortem suam ordinauerat officia sacerdotum, & Leuitarum, prꝰced. lib. 24. & 25. & 26. c. vt illum ordinem tenerent sacerdotes, & Leuitæ in templo Salomonis postquam consummatum esset, ideo cùm Salomon hoc tempore esset vir valde deicola credendum est, quòd illico post templi consummationem ordinationem factam à Dauid de Leuitis, & sacerdotibus executioni traderet: potissimè, quia prima die, qua ministrauerunt sacerdotes, & Leuitæ in templo, scilicet, quando portata est arca, non erat tradita executioni ista ordinatio, vt patet supra 5. quia dicitur, ꝙ ministrauerunt illa die omnes Leuitæ, & sacerdotes simul, eo ꝙ nondũ erat ille ordo factus, i. tradꝰtum executioni: q. d. ꝙ hoc erat aliquid admirãdũ, cum ille ordo multo tempore ante hoc factus fuerat. Si tamen non traderetur executioni vsque ad tredecim annos post illam diem, non videbatur causa quare diceretur, ꝙ ministrabant simul: quia nondum erat ordo factus: quia etiam non fuit facta vsque postea per tredecim annos, & tamen litera illa non fuit posita sine causa: ergo videtur, quòd immediatè post primam diem, qua portata est arca in templum, fuit facta ista ordinatio demandata executioni. Et sic ordo est mutatus in quibusdam hic: potissimè, quia sunt hic multa non se contingentia, sed recolliguntur multę partes historiarum, & potuerunt esse varijs temporibus. Circa primum dicitur. *Expletis autem viginti annis.* Hic notatur tempus quo facta sunt ista, quæ habentur hic de ciuitatũ constructione, & ad istud refertur etiã, quod



habetur præcedenti cap. de exauditione orationis Salomonis, quia 3. Regum 9. ponitur ista historia, quæ habetur hic, & dicitur, ꝙ viginti annis postquam ædificauit Salomon duas domos facta sunt, quæ habẽtur hic, & patet hoc, quia dato, ꝙ litera non significet illud, necesse est sic concedi. Quia dicitur ibi: postquã templum cõsummatum est, & domus regis, facta est illa apparitio, & tamẽ fuerunt illa consummata viginti annis postquam incohatum est templum: nam templum fabricatum est annis septem. 3. Reg. 6. & domus regis fabricata est annis tredecim, & 3. Reg. 7. cap. qui sunt simul viginti anni. *Postquam ædificauit Salomon domum domini, & domum suam.* Idest postquam ædificare cepit: nam non põt accipi ædificauit, i. cõsummauit ædificationem. Et hic accipitur impropriè ędificauit, quia ędificauit signat rem perfectam, quia est verbũ frenti, & tñ hic non accipitur pro re perfecta, sed pro re inchoata. Et sic a die fundationis templi computantur isti viginti anni. Si autem aliquis velit dicere, ꝙ accipiatur propriè ædificauit, quia nemo nos cogit ad ponendum impropriè istud verbum, sed potius è contrario in significatione sua, nisi constet aliunde, ꝙ debeat teneri necessariò impropriè. Dicendum, ꝙ non stat, quia non potest accipi ædificauit pro perfecit ędificium: quia tunc sequeretur, ꝙ esset istud anno quadragesimotertio, vel quarto ad minus regni Salomonis, quod est impossibile: quod patet, quia Salomon regnauit quatuor annis antequam incoharet ædificationem templi. Nam anno quarto regni sui incohata est, vt patet 3. Reg. 6. & durauit postea ædificatio templi Salomonis annis septem, & sic anno vndecimo regni Salomonis cõsummatum est templum: 3. Reg. 6. deinde cepit ædificare Salomon domum suam, & complenit eam annis tredecim. 3. Reg. 7. & sic erant anni viginti quatuor de regno Salomonis, quando ꝙsummata est domus sua. Si ergo accipiantur viginti anni post ædificationem templi, & domus Salomonis, erit annus quadragesimus quartus regni Salomonis, siue postquam Salomon regnare cepit, & istud est impossibile, quia Salomon solùm regnauit annis quadraginta. 3. Reg. 11. ideo necesse est, ꝙ accipiatur postquam ędificauit, ideſt postquam ędificare incohauit, & sic ponitur impropriè. Sed tunc dicetur, quomodo potest stare ista litera, s. postquam ædificauit, i. postquam ædificare incohauit domum domini, & domum suam: quia non fuit aliqua vna dies in qua ædificatio templi, & domus regis incoharetur: vt ab illo die computentur viginti anni vsque ad tempus, de quo hic dicitur. Dicendum, ꝙ hic illa coniunctio, &, non ponitur in viribus copulandi: ita ꝙ recipiat totam oꝰationem, sed ponitur ad continuitatem operis. Nã ꝓ sensus, ꝙ à die qua fundatum est tẽplum domini, cõsumerunt viginti anni vsquequo hæc consummata fuerunt. Domus etiam regis fundata est, non quidem in eadem die, sed continuato opere, s. ꝙ inchoata ædificatione templi continuatum est semper opus quousque completum est, & illico domus regis fundata est, & postea consummata est, & sic ædificatur domus regis nullo modo attinet ad intentionem literæ, & tamen ponitur post continuationem historiæ. Sic fuerat ędificatum est præcedenti c. cùm dicebatur, ꝙ Salomon fecit octauo collectam: eo ꝙ dedicasset altare septẽ diebus, & celebrasset solennitatem septem diebus. Manifestum est tamen, ꝙ dedicatio altaris nullo modo pertinet ad collectam faciendam, sed solùm celebratio festiuitatis, quæ est Tabernaculorum, & tamen quia istæ duæ celebrationes factæ sunt continuato tẽpore, s. finita vna, incohata est alia, ponuntur ambæ ad notandam istam continuationem: Ita hic licèt tempus viginti annorum non computetur nisi à die fundationis templi: tamen ponitur etiam fundatio domus regis, quia continuato opere fundata est domꝰ regis post domum domini, & accipitur hic domus Salomonis pro omnibus ædificijs, quæ pro se fecit. Nam non erat vnica domus, sed tres, s. domus filiæ Pharaonis, & domus Salomonis, & domus saltus Libani, de quibus declaratum fuit. 3. Reg. 7. in quadam quæstio. *Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni ædificauit.* Scilicet, opera præcedentia fuerunt maioris necessitatis, ideſt ædificatio domus domini, & domorum regis, quibus completis conuertit se ad ædificandum opera minus necessaria, s. restaurandum, vel reficiendum ciuitates, quæ egebant reparatione, & istę erant, quas dederat Hiram rex Tiri Salomoni, & non habetur de istis ciuitatibus nisi hic, quia nihil dicitur. 3. Reg. 9. vbi ponitur ista historia, quæ autem sint ciuitates istæ declarabitur infra in quadam quæstione. Et dicitur ædificauit, ideſt refecit, quia non ædificauit de nouo: nam aliàs istę non essent prius ciuitates: erant tamen prius, cùm dicatur hic, ꝙ Hiram dedit ciuitates istas Salomoni: ideo erat refectio quædam, quia erant aliqualiter directæ, & refecit eas, vt conuenienter populus in eis maneret securus ab incursu bellico. *Et habitare ibi fecit filios Israel.* Quia prius non habitabant ibi filij Israel, cùm istę ciuitates de nouo datæ fuerint Salomoni ab Hiram. Sed aliæ gentes habitabant, s. Tyrij, & nunc fecit Salomon habitare ibi Israelitas. *Abijt quoque in Hemath Soba.* Ponuntur hic ciuitates, quas Salomon bello obtinuit. Nam præcedentes obtentæ fuerunt donatione, vel pacto, s. quia dederat eas ei Hiram: istas autem, quę sequuntur, obtinuit bello. Et dicitur, ꝙ iuit in Hemath Soba, ideſt iuit in terrã Hemath, quę est in regione Soba ad obtinendum ciuitates, quæ in prouincia illa erant. Est enim Soba nomen regionis, & Hemath etiam, de quo dicetur infra in quadam quæstione. *Et ædificauit Palmiram in deserto.* Ista est quędam ciuitas, quæ à Græcis sic nominata, & sic consuetudo latinorum eam appellat. Est autem aliud nomen eius in Hebręo, quia tamen non curatur in communi locutione de eo non posuimus. Ista est ciuitas in deserto, scilicet in terra Chanaan ad partem Aquilonarem: est enim aliqua pars, quæ vocatur desertum in finibus terræ Chanaan, & Siriæ, & ibi est regio Hemath, in qua est ciuitas Palmira. Hanc ciuitatem nouiter videtur ædificasse Salomon, quia fortè visus est ei locus conueniens in deserto illo ad habitandum, & constituit ibi ciuitatem illam. Vel dicitur ædificauit, ideſt reædificauit: sicut accipitur supra de ciuitatibus, quas dedit Hiram Salomoni, ꝙ ædificauit eas Salomon, & tamen non potest ibi accipi ædificare pro ædificare, sed pro reficere. *Et alias ciuitates munitissimas ædificauit in Hemath.* Scilicet, regio Hemath est magna, & in ea Salomon ædificauit multas ciuitates munitissimas. Et potest intelligi, ꝙ regio illa habebat vrbes multas veteres ab indigenis habitatas, sed bellico insultu, vel vetustate dirutæ erant, & illas refecit Salomon addendo eis magna arces, s. quia fortè in eis fecit turres multas, vel castra. Vel potest intelligi, quòd Salomon ædificauit vrbes de nouo in terra illa, quia terra illa Hemath erat magna, & rarę habitationis, & quòd erat in confinibus Israelitarum, & Sirorum ędificauit vrbes multas ad fortitudinem terræ suæ, ne terra existente, sine habitatore, daretur occasio Siris occupandi illam, & habendi inde ingressum ad alias partes regni Israel. *Extruxit quoque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem.* Duæ ciuitates erant, quæ vocantur Bethoron in terra Israel, & ideo vna vocatur Bethoron superior, & alia inferior, scilicet, quia vna erat magis orientalis, quàm alia, & pars orientalis vocatur

Universidad de Deusto
Biblioteca



catur ſuperior, & occidentalis inferior. Vel vna erat magis Septemtrionalis, & alia magis meridiana. Pars autem Aquilonaris vocatur ſuperior, quia fortè in terra Chanaan aquę defluebant à parte Aquilonari ad meridianam. Erant autem iſtæ duæ ciuitates in ſorte Manaſſe, & Ephraim: vt patet Ioſue 16. & 17. Et ex hoc patet, quod vna iſtarum ſortiũ erat magis meridiana quàm alia, cùm ſortes tribuum, vt communiter porrigerentur ab Oriente verſus Occidentem, & neceſſe erat, quòd ſors Manaſſe eſſet magis meridiana quàm ſors Ephraim, vel è conuerſo. *Ciuitates muratas habentes portas, & feras.* Vocantur Bethoron ſuperior, & inferior ciuitates muratæ habentes portas, & feras, & hoc dicitur ad differentiam villarum, vel vicorum. Nam ciuitates in ſacra ſcriptura non accipiuntur eo modo, quo nos accipimus. Sed omnis locus muratus vocatur ciuitas, niſi fortè ſit valde paruus, ita vt magis vocetur caſtrum, vel arx: & loca non murata vocantur villæ, vel viculi: & vt ſciatur, ꝙ Bethoron erant ciuitates, dicuntur habẽtes portas, & feras. Vel poteſt etiam inferri ad infra poſitas, quia illæ fuerunt ciuitates habentes portas, & feras. *Balach etiam.* Iſta eſt quædam ciuitas ſita in ſorte Simeon: Ioſ. 19. & iſta erat aliquas ruinas habens, & Salomon fecit eam. *Et omnes vrbes firmiſſimas, quæ fuerunt Salomonis.* Ideſt, refecit etiam Salomon omnes vrbes fortes, quę erant in dominio ſuo. Et poteſt intelligi dupliciter, vno modo, ꝙ extruxit vrbes firmiſſimas, ideſt ſolùm curauit reficere vrbes illas, quæ erant firmiſſimæ. Nam de vrbibus paruæ defenſionis, vtpotè, quia erant in plano, non curauit multum, ſed de vrbibus, quę erant in locis naturaliter munitiſſimis: nam illas refecit, vt ſic fortiores eſſent ad reſiſtendum hoſtium inuaſioni. Simile habetur tempore Ioſue: nam quando Iſraelitæ occiderunt multos Chananæos, & cæperunt ciuitates eorum, combuſſerunt omnes vrbes, quæ erant in plano. Ioſue 11. ca. vel intelligitur, & omnes vrbes firmiſſimas, ideſt reædificauit omnes vrbes faciendo eas firmiſſimas, quia prius non erant firmæ. Et per reædificationem iſtam factę ſunt firmiſſimè. *Cunctaſq; vrbes quadrigarum, & equitum.* Ideſt etiam reędificauit vrbes, in quibus eſſent quadrigæ Salomonis, & equites eius. Quadriga non accipitur hic pro curru, ſiue plauſtro, ſed equis trahentibus currum. Nam vocatur quadriga à numero equorum. Quatuor equi faciunt quadrigam, & tres equi trigam, & duo equi bigam, & equi iſti conſeruabantur in diuerſis ciuitatibus, de quibus infra dicetur in quadam quęſtione. *Omnia quæcunque voluit Salomon atque diſpoſuit ædificauit.* Hic ponitur clauſula generalis ſignans poteſtatem, & proſperitatem Salomonis quantum ad omnia ædificia, quia quidquid voluit Salomon, ædificauit, & in hoc fuit excellens valde, ſ. ꝙ nullus tanta, & tam ampla atque magnifica ædificia fecit, ſicut Salomon: vnde cùm Ioſephus laudaret Herodis proſperitatem, & magnificentiam ſuam in ædificijs, dixit ꝙ poſt Salomonem nullus talis ædificator fuerat: vt patet lib. 15. Antiqui. in quo magnificam gloriam ædificiorum Salomoni tribuit. *In Ieruſalem, & Libano.* In Ieruſalem fuerunt ædificia Salomonis magnifica in conſtruendo domum domini, quanta pulchritudine, & expenſarũ multitudine conſtructa eſt, vt vix à quoquam ſupputari poſſet expenſarum copia: erat enim tota domus interius operta laminis aureis in tecto, pauimento, & parietibus, ita vt nihil in ea eſſet, ꝙ non aurum videretur. 3. Regum 6. etiam fecit tibi magnificum ædificium domus ſuæ, & domus filiæ Pharaonis, & domus ſaltus Libani: etiam fecit Salomon ædificia magna in Libano, quia Libanus erat mons excellens, in quo ſunt cedri excelſæ, quæ ad ædificia ſunt optimę inter omnia ligna. Aliqui putant, ꝙ ædificium, quod fecit Salomon in Libano fuit illa domus, quæ vocatur domus ſaltus Libani, de qua 3. Reg. 7. erat enim magnifica valde, vt patet ex deſcriptione figuræ eius, eod. cap. Etiam erat domus excellens, quia omnia vtenſilia domus ſaltus Libani erant de auro puriſſimo. ſequenti c. Sed errant, quia iſta domus ſaltus Libani erat in Ieruſalem, & ibi erat armamentarium Salomonis, vt patet eſt 3. Reg. 7. Quare autem vocaretur domus ſaltus Libani, cùm eſſet in Ieruſalem, declaratum eſt eo. c. ſed fuerunt iſta ędificia aliquę domus magnificę, quas fecit in Libano, de quibus infra dicetur in quadã quęſtione. *Et in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ.* Quaſi dicat, non ſolùm fecit iſta opera magnifica, quę narrata ſunt, ſed generaliter in tota terra, quę erat ſub poteſtate ſua, faciebat opera magnifica reficiendo omnia vetera, & noua conſtruendo, cùm eſſet opus.

Ciuitas Balach vbi.

Vnde quadrigæ.

Omnia ædificia Salomonis.

## *Quomodo eſt verum, ꝙ Hiram dederit ciuitates Salomoni.*

### *Quæſt. II.*

QVAERITVR circa prædicta, & primò, quia dicitur hic, ꝙ Salomon ædificauit ciuitates, quas dedit ei Hiram, quomodo poteſt hoc ſtare, quia non legitur alibi, quòd Hiram dederit aliquas ciuitates Salomoni, ſed potius legitur, quòd Salomon dedit regi Hiram viginti oppida in terra Galileæ. 3. Regum 9. Aliquis dicet, quod hic eſt mutatio ſenſus, vel eſt aliquis error: quia deberet dici, quòd Salomon dedit ciuitates Hiram, & ſic intelligendum eſt, & patet hoc, quia hic ponitur hiſtoria, quæ habetur. 3. Reg. 9. quia ea, quæ habentur hic etiam habentur ibi, & tamen loco huius, quod ponitur hic, ꝙ Hiram dedit ciuitates Salomoni habetur ibi, ꝙ Salomon dedit Hiram regi Tyri viginti oppida in terra Galileæ: ideo videtur, ꝙ iſta ſententia ſit eadem cum illa. Dicendum, ꝙ hoc non ſtat. Primò, quia iſta ſententia non poteſt coincidere in idem, ſed potius eſt contraria, ſ. ꝙ Salomon dederit ciuitates regi Hiram, & ꝙ Hiram dederit ciuitates Salomoni: ideo non eſt concedendum, ꝙ ponatur vnum pro alio. Secundò, quia iſta litera habetur etiam in omnibus alijs libris. Non eſt ergo dicendũ, quòd ſit error literę. Tertiò, quia nullo modo poteſt competere literæ ille ſenſus, licèt velimus dicere, ꝙ Salomon dedit iſtas vrbes regi Hiram. Nam dicitur, quòd Salomon ædificauit eas. Et tamen ſi Salomon dediſſet eas regi Hiram, cùm iam pertinerent ad Hiram, non poterat eas Salomon ædificare: quia non pertinebat ad eum: & tamen pertinebat, alias ædificauit eas, ſcilicet refecit Salomon: ergo non dederat eas Salomon regi Hiram, ſed potius erant iam regis Salomonis, & ſic Hiram dederat eas ſibi, cùm hic fiat mẽtio de Hiram, & Salomone. Quartò patet, & efficatius, quia dicitur, quòd Salomon fecit in ciuitatibus illis habitare filios Iſrael, vt patet in litera. Si tamen ciuitates iſtas dediſſet Salomon regi Hiram, non faceret in eis habitare Iſraelitas: ſed potius Tyrios, qui erant ſubditi regis Hiram: ergo non dedit Salomon iſtas vrbes, de quibus hic dicitur regi Hiram, ſed potiꝰ regi Salomoni dedit Hiram. Sed tunc manet dubium quo modo rex Hiram daret vrbes aliquas Salomoni, cùm Salomon eſſet ditior valde quàm Hiram, & potius deberet Salomon dare regi Hiram. Poſſet dici, quòd iſtę vrbes, quas dedit Hiram regi Salomoni, fuerunt illę quas Salomõ dederat Hiram. Nam dedit Salomõ regi Hiram viginti oppida in terra Galileæ, poſtquam dederat ei ligna cedrina, & abiegna, & aurum, & argentum pro ædificatione domus domini, & domus ſuę. Exiuit autem Hiram de regno ſuo, vt videret iſta oppida, quę dederat ei Salomon, & dicitur, quòd non placuerunt in oculis eius, vocauitque terram illam Chabul, quod ſignat diſpicentiam: vt patet 3. et 9. & ſic cùm non placerent oppida illa regi Hiram, fortè reſtituit illa Salomoni: & tunc diceretur dediſſe ei. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia non videtur quòd illa oppida, quæ Salomon dedit regi Hiram fuerunt ei reſtituta, ſed potius retinuerit ea ſibi Hiram. Et patet primò, quia dato quòd dicatur quòd non placuerunt in oculis Hiram nihil aliud ſubditur. Nam non ponitur quòd reiecit illa, vel non recepit illa. Secundò quia dato quòd nõ recepiſſet illa Hiram rex Tyri, non diceretur ea dediſſe Salomoni, ſed ſolùm non recepiſſe, quia aliàs neceſſe erat, quòd acceptaſſet illa Hiram & poſſediſſet illa, & poſtea reſtituiſſet ea Salomoni, ſed hoc non aſſeritur. Tertiò quia dicitur quòd Salomon ędificauit ciuitates iſtas, quas dedit ei Hiram. Si autem Salomon dediſſet iſtas vrbes Hirã, & poſtea Hiram reſtituiſſet eas Salomoni, non reficeret illas nunc Salomon: ſed prius refeciſſet illas, cùm eſſent in poteſtate ſua. Etiam non diceretur, quas dedit ei Hiram: quia cùm Hiram non tenuiſſet illas longo tempore, ſed recipiens mox reſtituiſſet, tamen dicitur: quas dedit ei Hiram: ideo inteligitur de alijs. Quartò patet, & efficatius, quia dicitur: & habitare fecit in eis filios Iſrael: & tamen ſi iſtæ ciuitates eſſent prius de regno Salomonis habitarent in eis filij Iſrael, & dato quod Hiram videns oppida ſibi data à Salomone non placeret ſibi illa recipere, ſed teneret eas ſibi Salomon, non mutaretur habitatio Iſraelitarum de eis, ita vt populentur de ſubditis Hiram, & poſtea quòd illa populatio recederẽt, & redirẽt Iſraelitæ ad habitandum in eis: quia dato ꝙ Salomon daret illa viginti oppida Galilææ regi Hiram, non videtur, quòd inde recederent Iudęi ad hoc, quòd habitarent Tyrij. Et ſi taliter mutatio fieret, magnum tempus requirebatur, quòd non ſtat cum poſitione iſta, ſcilicet quòd rex Tyri videns oppida illa, non acceptaret ea. Dicendum ergo videtur, quòd Hiram rex Tyri dedit de regno ſuo aliquas vrbes Salomoni, quæ nõ erant habitatę fortè propter bella, & erant dirutæ, & illas refecit Salomon, & fecit, quòd habitarent in eis Iſraelitæ: vel fortè in eis habitabant aliqui Tyrij, & defierunt habitare, in eis habitare cęperunt Iſraelitæ. Si autẽ dicatur, ꝙ non erat hoc veriſimile, ſ. ꝙ Hirã, qui erat pauper rex daret Salomoni, qui erat diues aliquas vrbes: dicendum videtur, quòd fortè Hiram habebat in extremitate regni ſui aliquas vrbes intermixtas vrbibus terrę Iſrael, quę melius conuenirent regno Salomonis, quàm Hiram, & Salomon fortè haberet aliquas vrbes in fine regni ſui, quæ magis cõuenirent regno Tyri quàm ſuo. Et ob hoc conſideratò, quòd expediret eis permutauerunt loca, ſcilicet quòd Salomon daret regi Hiram aliqua oppida de regno ſuo, & Hiram daret alia Salomoni de regno Tyri, & illę vrbes quas Hiram dedit Salomoni, fortè non erant ſufficienter muratæ, & Salomon voluit eas munire: potiſſimè, quia erant in extremitate regni apud Tyros, & Tyrios, & talia loca debent eſſe magis munita, & cùm muniuiſſet ea, fecit quòd Iſraelitæ habitarent in illis. Loca autem, quæ Salomon dedit regi Hiram, videntur eſſe illa viginti oppida, quę erãt in terra Galilææ. Nam erat duplex Galilæa, quædam ſuperior, & inferior. Superior erat apud magnam Tyberiadis. Inferior erat apud Tyrum. Et ibi dedit Salomon oppida regi Hiram, vt eſſent conuncta regno ſuo: & licèt rex Hyram dediſſet Salomoni multum aurum, & argentum, & ligna cedrina atque abiegna, & pro hoc teneretur ſibi ad partem remunerationis non præſtitę, & ob hoc dederit ſibi aliqua oppida: tamen non dedit ſibi omnia viginti oppida propter hoc: ſed quędam in remunerationem, & alia in permutationem. Iſte modus eſt valde conueniens literæ. Si autem hunc non vis, pone quemcunque volueris, dum tamen maneat quòd Hiram dedit aliquas ciuitates Salomoni, quæ ceſſerint in ius Salomonis, in quibus habitauerint Iſraelitæ: vt litera vult. Ioſephus tamen octauo Antiquita. non vult quòd iſta oppida viginti, quæ dicit a Salomon regi Hiram, fuerint data in permutationem, ſed in remunerationem, & quòd Hiram acceptauerit ea, vt ait ibidem, ſcilicet: Hæc autem Salomõ viginti annis ædificauit, cui multum aurum, & argentum Hiram rex Tyri ad ædificandum contulit. Inſuper ligna cedrina, & cipreſſina: quem Salomon quoque magnis compenſationibus redonauit mittens ei per annos ſingulos triticum, vinum, & oleum, quibus rebus, eo quòd habitaret in inſula maxime indigebat. Ad hæc autem ciuitates Galileæ, & regionis viginti numero non procul a Tyro poſitas condonauit. Quas cum circuiſſet atque conſideraſſet, diſplicuiſſetque ei donum, mittens ad Salomonem dixit ſe ciuitatibus non egere: & ex tunc appellatæ ſunt terra Chabul, quòd interpretatur lingua Phœnica diſplicere. Quidquid tamen ſit, neceſſe eſt dicere, quòd rex dederit aliquas ciuitates Salomoni.

## *An Emath eſſet ciuitas, vel prouincia.*

### *Quæſt. III.*

QVAERITVR vlterius de Emath, de qua hic dicitur quid erat, ſcilicet an eſſet ciuitas, vel prouincia, vel quid. Reſpondendum, quòd quidam volunt eam eſſe vrbem, quia ponitur tanquam terminus terræ Iſrael, vt patet Nu. 34. vbi dicitur, quòd terminus terræ Chanaan eſt Emath, & ponuntur ibi vrbes aliquę, & montes pro terminis: cũ dicitur: Porro ad ſeptentrionalem partem à mari magno termini incipient peruenientes vſque ad montẽ altiſſimũ, a quo venient in Emath vſque ad terminos Sedada. Si tamen Emath eſſet regnum, non conuenienter poneretur pro termino ſicut ponuntur ibi aliæ villæ, vt patet in litera. Alij dicunt, quòd ſit nomen regionis: quia 2. Reg. 8. dicitur quòd Thou erat rex Emath: ergo erat regio. Dicenduni quòd Hemath eſt nomen regionis, & eſt nomen ciuitatis. Quod ſit nomen ciuitatis patet ex dictis. Etiam quia aſſertio multorum eſt, quòd Hemath ſit ciuitas, quæ poſtea vocata eſt Anthiochia, in qua fuit ſedes apoſtolica, & inde Romã tranſlata eſt. Quod ãt ſit nomen regionis patet in litera, quia dicitur ꝙ ędificauit Salomõ ciuitates munitiſſimas in Emath. Si tñ Emath nõ eſſet prouincia, non poſſent ibi ciuitates ædificari. Item patet quia 4. Reg. 23. dicitur vinxit eum Pharao rex Aegypti in Reblata, quæ eſt in terra Hemath. Dicetur ergo, ꝙ Emath eſt principaliter nomen vrbis, quia tamen eſt ciuitas magna, tota regio coniuncta vocatur ex nomine eius terra Hemath. Sic enim eſt in multis alijs in ſcriptura. Nam ſic Samaria eſt nomen ciuitatis, & regionis. De ciuitate patet, quia quarto Regũ decimo ſexto dicitur, quòd Samaria ædificata fuit ab Amri in monte Somer, & a nomine domini vocata eſt ciuitas Samariæ. Quòd accipiatur pro regione apparet: quia dicitur tertio Regum decimotertio, quòd eueniret malum contra omnia phanã excelſorum, quæ ſunt in vrbibus Samariæ, & ſic in multis aliis: & ſic licèt Emath accipiatur interdũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro regione nomen istud non est nisi ciuitatis, & tamen denominat ab illa ciuitate prouincia sibi adiacēs. Sed tunc dicetur, si Emath est nomen prouinciæ, quomodo vocatur Emath Soba, idest in terra Soba, quia prouincia nō est in prouincia, sed ciuitas in prouincia. Dicendū, quòd Suba siue Soba nomen regionis est, in qua regnauit Adarezer, qui fuit hostis Dauid, & contra quem pugnauit: vt patet 2. Reg. 8. & decimo, & Emath est ciuitas, quæ est in regione Soba, & rursus ab ipsa ciuitate Emath, & sic distinguūtur interdum Emath, & Soba tanquam duę regiones: vt cùm dicitur, quòd Adarezer erat rex Soba, & Thou erat rex Emath. 2. Regum 8. & tamen Emah est pars Soba, scilicet prouincia parua in prouincia magna, & cùm dicitur quòd prouincia non est in prouincia, sed ciuitas in prouincia, dicendum, quòd interdum prouincia est in prouincia: quia diuiduntur magnæ prouinciæ per paruas: nam terra Soba erat in terra Syriæ, & Syria est prouincia, quæ diuidebatur principaliter in duas partes, scilicet in Syriam superiorem, & inferiorem, siue in Syriam Damasci, & Syriam Soba, siue Syriam Mesopotamiæ: & patet hoc 2. Regum 8. cùm dicit, quòd Syria Damasci venit, vt auxilium ferret regi Soba. Ita ergo regio Soba diuidetur in alias particulares, quarum vna erit Emath. Sic enim Hispania est vna prouincia: & tamen diuiditur in multas prouincias & regna: & quodlibet regnum rursus diuiditur in multas prouincias, sicut regnum Castellæ diuiditur in Galitiam, Lusitaniam, Beticam, Barduliam, & multas alias regiones, quarum quęlibet postea multas habet ciuitates.

*Quare ędificauit vrbem Palmiram in deserto &c.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius circa regionem, vel vrbem dictam Palmiram, quàm ædificauit Salamon in deserto, quare ædificauit eam, & an sit in terra Israel. Dicendum, quòd Palmira ædificata fuit à Salomone in deserto Syriæ extra terram Chanaan: quod patet: quia terra Chanaan terminatur a parte Septētrionali flumine Euphrate. Ge. 15. & Deu. 11. & Iosue primo. Ista tamen ciuitas est magis Septentrionalis quàm Euphrates: vt ait Iosephus 8. Antiq. Ista ciuitas non fuit à Salomone reędificata, vt aliqui existimant, ita quòd prius eius exstarent ædificia, sed Salomon illam ampliauerit, aut velut destructam reficeret: sed nouiter illam condidit. Causa huius fuit, qa ista ciuitas erat in regione Syriæ, & inter terram Chanaan & Syriæ superioris est desertum magnum, in quo non sunt aquę ad bibendum, ideo terra caret habitatore. In loco autem vbi Palmira ædificata fuit erat aquarum copia: ideo Salomon regionem illam à nullo occupatam inueniēs occupauit, & ciuitatem ibi magnam construxit, & ob hoc scriptura facit specialem mentionem de hac ciuitate, quia erat valde famosa. Causa quare ędificauit, fuit quia erat valde vtilis ciuitas illa regno suo: nam erat in confinibus Syriæ, & ex illo loco poterat cognosci insultus aliquis, quem facere vellent Syri contra Hebræos, & prouiderent ei, etiam ex illo loco resisteretur Syris volentibus introire in terram Israel. De ista ciuitate loquitur Iosephus 8. Antiqui. dicens: Pergens Salomon in desertum superioris Syriæ, eamque capiens, constituit ibi maximam ciuitatem duorum dierum itinere à Syria superiore distantem, ab Euphrate verò vnius: à maxima Babylone sex mansionibus procul exstārem: Vt autem hæc ciuitas à partibus habitabilibus Syrię distaret, hæc causa est, eo quòd in inferiori terra aqua nusquam inueniatur: in illo autem loco solum modo putei, & fontes abundant. Hanc itaque ędificans ciuitatem, & muris eminētibus eam circuncingens thamuram appellauit, & hactenus apud Syros ita appellatur, quam Gręci Palmiram vocant.

*An peccauerit Salomon ędificando in terra Syriæ.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, an Salomon peccauit ædificando ciuitatem istam in terra Syriæ, & occupando regionem terrę illus. Aliquis dicet, quòd sic, quia Deus dederat Israelitis terram Chanaan solam habitandam. Si ergo ipsi vellent occupare alias regiones, transcenderent limites mandati diuini, & peccarent. Confirmatur hoc, quia Deus assignauit diligenter terminos terrę Chanaan ex omni parte, & dixit, quòd illa erat terra, quam possiderent, quæ cōtinebat sub illis terminis, ergo omnes alias possidere prohibuit, quia aliàs superfluum esset tam diligenter terminos terrę hui⁹ assignari: Nu. trigesimo quarto cap. Respondendum, quòd non peccauit Salomō ędificando ciuitatem illam in terra Syriæ: quia licèt termini terræ Chanaan non clauderent ciuitatem illam, sed esset in Syria, tamen in hoc non præiudicabat Salomon Syris, quia illa regio erat nullius: non enim occupauerāt Syri regionem illam, nec occupare volebant, eo quòd non poterant terram populare: nam distabat locus ille à locis habitabilibus Syrię duabus dietis, in quibus nulla erat aqua, & sic non poterant coniungere terræ suę locum illum, in quo erat Palmira: sed ille aquis abundaret: & cùm à nemine occuparetur, poterat illum Salomon sine cuiusquā præiudicio occupare: quia in nullius bonis erat, & res, quę in nullius bonis est primo occupanti conceditur. Ideo nec poterant Syrij contra Salomonem reclamare tāquam aliquid ipsorum occupasset, cùm ipsi nollent regionem illam occupare. Alio modo posset dici, quòd Salomon obtinuit regionem illam in bello iusto: & sic efficiebatur sua, & poterat in ea vrbes facere, & illas possidere, & hoc satis consonat literæ, quia dicitur: abiit quoq; in Emath, & obtinuit eam, & ędificauit Palmiram in deserto, scilicet postquam regionem Emath obtinuit, ędificauit in deserto illo Palmiram. Cùm autem obiicitur, quòd non poterat Salomon ædificare ciuitatem illam, quia erat extra terram Chanaan. Dicendum, qd licèt Israelitis solùm esset promissa terra Chanaan, tamen poterant ipsi occupare alias regiones, quando haberent iustam causam pugnandi contra habitatores terræ ipsius. Ista autem erat differentia inter bella, quæ Israelitę faciebant ꝓtra Chananæos, & contra alias gentes, quia cōtra Chananæos ad hoc, quòd Israelitæ pugnarent, nō erat opus aliqua causa noua: sed ex eo, quòd Chananęi erant, pugnare licebat contra illos: imò qđ magis est, ex eo quod Chananęi erant, non licebat cum eis pacis fędera iniri: & si Israelitę facerent aliqua fędera volendo eos dimittere viuentes, peccarent, vt patet Nume. trigesimo tertio, & Deutero. 20. & Iosue 23. & Iudi. secundo. Contra alias autem gentes non erat licitum Israelitas pugnare, nisi suborta aliqua causa noua rationabili. Et ratio diuersitatis est, quia Deus condemnauerat Chananęos ad mortem: quia iam consumata erant peccata eorum: licèt tempore Abrahę non essent cōsumatæ iniquitates ipsorū. Gen. decimo quinto, & fecerat Iudæos executores huius sententię contra Chananæos: imposueratque eis necessitatem exequendi: vnde si vellent parcere eis agerent contra mandatum eis datum, & peccarēt. Cōtra alias gentes non fuerant constituti Israelitæ executores: quia nec fuerat sic sententia data contra aliquā de totali deletione, sicut contra Chananæos: iō non poterant Iudæi procedere contra alias gentes tāquam executores diuinę sententiæ, sed tanquam prosequentes vindictam proprię iniurię: & ad hoc necesse erat, vt oriretur aliqua causa rationalis, ex qua Iudęis competeret pugnare contra alias gentes, & quando talis causa intercideret, poterant licitè pugnare Israeli ex contra gentes, quę erant extra terminos terræ Chanaan, & occupare ciuitates eorum hac lege, quod si ciues oblatam pacem per Israelitas reciperent, seruirent sub tributo, & manerent illæsi in vrbe sua. Si autem non reciperent pugnabatur vsque ad captionem ciuitatis, & occidebantur viri bellatores omnes in ore gladij. Deutero. vigesimo capi. Istud autem verū erat generaliter nisi contra duas alias gentes, quę non erant Chananæę: & tamen Deus dederat Israelitis præceptum de hostiliter agendo contra illas, ideo nulla alia suborta causa poterant pugnare contra illas, scilicet contra Madianitas, & Amalecitas. De Madianitis causa fuit, quia ipsi dederunt modum ad decipiendum Israelitas, vt fornicarentur, & colerent idola, et sic veniret ira Dei contra eos: & sic dixit Deus: hostes vos sentiant Madianitæ, quia hostiliter egerunt cōtra vos. Nume. vigesimo quinto cap. De Amalecitis causa fuit, quia bis pugnauerunt contra Israelitas in deserto iniustè: vt patet Exo. 17. & Num. 14. et Deus iussit, quòd non obliuiscerentur Israelitæ illius iniuriæ: sed cùm haberent pacem in terra sua delerent nomen Amalec de sub cęlo. Deutero. 26. Nunc autem Salomon pugnauit cōtra Syros de terra Emath, et fortè habuit bellum iustum contra eos: ideo potuit licitè occupare terram eorum, et occupauit regionem istam. Cùm autem dicitur, quòd Israelitis non licebat occupare, nisi terram illam, quæ erat eis promissa, et cuius termini eis erant declarati, quia aliàs frustra ponerentur termini cum tanta diligentia, dicendum quòd licebat occupare terram vicinorum ex iustis causis exortis bellis. Terminorum autem assignatio non excludit iusta bella, nec ex hoc est inutilis illa signatio, quia proficit ad multa. Primò, quia ex hoc scirent Israelitæ contra quas gentes poterant pugnare, nulla causa existente, et contra quas gentes requirebatur existentia causæ: nam contra illas, quæ erant illis terminis clausę non requirebatur aliqua cā adhoc, quod pugnarent, et contra aliàs requirebatur causa. Secunda ratio, quia scirent Israelitę, quæ gentes erant cum quibus erat sibi imposita necessitas pugnandi, et quæ nō. Nam contra inclusas terminis illis cogebantur pugnare, et nō poterant parcere eis. Deu. 20. contra alias gentes regulariter non cogebantur. Tertiò, quia per hoc sciebant Israelitæ differentiam bellorum: nam cùm pugnarēt Israelitæ, aliam legem habebant pugnando contra Chananęos quàm contra gentes extra terram Chanaan: vt patet Deuteron. 20. Requirebatur ergo, quòd scirent, qui erant Chananæi, et qui non, et hoc sciebatur per assignationē istorum terminorum.





*Quare ædificauit istas vrbes Salomon.*
*Quæstio VI.*

QVAERITVR quare Salomon ædificauit ciuitates istas, de quibus hic dicitur, et potissime, quia dicitur, ꝙ ædificauit omnes vrbes firmissimas, quę fuerunt Salomonis. Dicendum, quòd Salomon ędificauit hic quasdam ciuitates extra regnum suum, et alias intra. Nā illæ, quas ędificauit in terra Emath, erant extra regnū Salomonis in terra Syrię, et de istis dicendum, quòd Salomon occupauit in bello iusto terram Emath, quia pugnauit cōtra Emathęos, vt colligitur in litera, cùm dicatur, quòd obtinuit eos, et ciuitates eorum dirutas ędificauit, vt haberet firmā defensionem in eis de Bethoron superiore, et inferiore, et aliis ciuitatibus regni sui quas extruxit. Causa potest esse duplex. Prima, quia istę vrbes vetustate, vel fortè bellis habebāt muros ex aliqua parte dirutos, et Salomon reficiebat nunc, quę corruerant. Secunda et verior est, quia alique ciuitates erant inter Israelitas, quę destructę fuerant a principio habitationis Iudeorū in terra Chanaan, et nullus habitabat in eis, et habebant ex maxima parte muros dirutos: et hoc fuit, quia quando Iosue, et Israelitę ceperunt simul de potestate Chananęorum multas vrbes, occidendo triginta & vnum reges ipsorum non potuerūt habitare in omnibus illis ciuitatibus, quia ipsi pauci erant ad occupandum tantam regionem, & quia si vrbes manerent erectæ, Chananæi superuenirent & occuparent eas denuo, & sic rursus bellandum esset cōtra eos, & nunquam deficeret bellum Israelitis: ad euitandum autem hoc Iosue fecit, quòd omnes vrbes acceptę de manu Chananæorum, quæ erant in plano, & malè defensabiles erant, cremarentur, & diruerentur: vt non haberent iam in eis locum defensionis Chananæi. Vrbes autem fortes, quę erant in locis munitissimis non fuerunt crematæ: sed habitauerūt in eis Israelitę, eo ꝙ faciliter poterant tales vrbes defendi propter conditionem loci. De hoc patet Iosue. xj. Istę autem vrbes, quæ illo tempore fuerant destructę, postea reficiebantur paulatim crescente populo Israel, vtpote si in aliqua sorte tribus essent tres, vel quatuor vrbes de istis dirutis, cùm crescet populus, & iam non caperetur in vrbibus fortibus, quæ manserunt illæsæ, reficiebant aliquam de vrbibus dirutis, & habitabant ibi. Nunc autem tempore Salomonis, quia populus Israel creuerat nimis, & Salomon volebat dilatare gloriam regni sui, refecit omnes ciuitates, quę sic erant dirutæ in regno suo, & fecit eas esse vrbes munitissimas ponendo turres, & alia propugnacula fortiora quàm prius extiterant, & fecit quòd habitarent Israelitę in istis vrbibus.

*Quæ fuerunt istæ vrbes quadrigarum, & ęquitum.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR Vlteriꝰ, quæ erant istæ vrbes quadrigarum, & ęquitum, de quibus hic dicit. Respondendum quòd quadriga, vt supra dictum est, non accipitur pro plaustro, sed pro equis trahentibus plaustrum, & vocatur quadriga à quatuor equis, & quia quilibet currus bellicus habebāt quatuor equos, vocantur omnes iuncturæ equorū quadrigæ: & erant vrbes quadrigarum vrbes in quibus custodiebātur equi Salomonis: nā Salomon ad dilatandum, & magnificandū gloriā regni sui cōgregauit multos equos de Aegypto, & Coa & de alljs regionibus, vt patet sec. & 3. Re. 10. & fecit sibi equites multos: ita vt diceret Salomon hīe quadraginta millia p̄sepiā equorū curri-

lium, & duodecim millia equestrium. tertio Regum F
quarto capitulo. Istos equos distribuit Salomon per
vrbes: nam habebat semper secum aliquos in Ieru-
salem vbi manebat ad ostendendum gloriam suam.
Alios verò posuerat in varijs ciuitatibus regni sui, &
præpositi Salomonis curabant de pabulis ipsorum
equorum. Nam Salomon habebat præpositos duo-
decim, qui prouiderent domui suæ de cibis per duo-
decim mẽses anni quilibet mense suo. 3. Reg. 4. & isti
curam habebant de cibis equorum, scilicet, quòd qui-
libet prouidebat equis regis vno mense, vocabantur
vrbes equitũ, vt aliqui putant, illę, in quibus Salomon
assignauerat sibi equites: nam Salomon ascripserat
militiæ suæ multos de Israelitis, & illi erant in ciuita-
tibus certis de regno Salomonis, & illę vocabantur ci- G
uitates equitum. Sed dicendum, quòd hoc non stat,
quia licèt Salomon ascripsisset militiæ suæ multos de
Israelitis: tamen nõ erant illi in ciuitatibus certis, quia
non erat opus ad aliquid, scilicet quia non assumebat
Salomon milites de certis ciuitatibus, & non de aliis:
sed vbicunque videbat virum probum, & aptum bel-
lo, iungebat eum sibi de quacunque ciuitate, vel de
quacumque progenie esset, sicut faciebat Saul primo
Regum 14. etiam equites congregati non erat opus,
quòd essent in aliquibus certis ciuitatibus, cùm non
agatur hic de temporibus bellorum: sed vbique po-
terant esse. Agitur autem de equis quadrigarum,
quòd essent in locis certis, eo quòd Salomon habebat
multos equos curriles, & multa pabula necessaria erat H
eis, de quibus curabant duodecim præpositi Salomo-
nis: & ad hoc erant equi omnes in ciuitatibus certis,
vt melius possent cibi eorum congregari ad illas vrbes
de alijs locis, quàm si essent alibi. Dicendum ergo,
quòd vrbes equitum vocantur vrbes equorum perti-
nentium ad equites: nam Salomon habebat equos ad
duplicem vsum, scilicet, ad ponendum eos in curri-
bus, & ad equitandum in eis, & vterque vsus erat bel-
licus: primi equi vocantur quadrigę, quia vni currui
coniungebãtur quatuor equi, „qui faciunt quadrigam
alij vocantur equites, ideſt, ad equitãdum: & isti equi,
qui vocantur quadrigæ vocantur etiam equi curriles,
quia curribus alligati sunt. Et isti duo modi equorũ
ponuntur 3. Reg. 4. scilicet, Habuit Salomon quadra- I
ginta millia præsepia equorum equitũ, ideſt, ad equi-
tandum sic accipitur. 3. Reg. 10. & sequenti capitulo,
& istud stat conueniẽter, scilicet, quòd sicut pro equis
currilibus, qui vocantur quadrigæ erant ciuitates cer-
tæ, in quibus alerentur: ita etiam pro equis equitibus,
ideſt, ad equitandum erant certæ ciuitates, & illę vo-
cantur ciuitates equitum.

*Quid fecerit Salomon in Libano.*

*Quæstio VIII.*

QVAERITVR vlteriº, cùm dicatur hic, quòd K
Salomon ædificauit, vel fecit in Libano quæcun-
que voluit, quid fuerit hoc quod ibi fecit. Respon-
dent aliqui, quòd ibi fecit Salomon domum illam fa-
mosam, quæ vocatur domus saltus Libani de cuius fi-
gura, & gloria habetur. 3. Reg. 7. Eratque tota suppel-
lex, & vasa domus illius de auro, vt patet sequenti ca-
pitulo. Dicendum tamen, quòd non stat, quia do-
mus illa, quæ vocatur domus saltus Libani non erat in
Libano, sed in Ierusalem, vt declaratum est eodem ca-
pitulo. Nec ad hoc obstat nomen suum, quia ibi po-
nitur cuius nominis: sed est sensus, quòd subiecit Sa-
lomon habitantes in monte Libano. Pro quo scien-
dum, quòd Libanus est mons magnus in terra Cha-

naan, & Syriæ, & Phœnicis, in quo sunt ligna preciosis-
ma, scilicet, cedri & cypressi, & potissimè cedri: de
quo monte habuit Salomon ligna ad ædificandum
domum Domini, & domum suam. 3. Reg. 5. & supra
2. cap. Est autem iste mons in latere Aquilonari terrę
Chanaan, vt patet Num. 34. Sic etiam patet Deut. 11.
& Iosue primo, scilicet: A deserto, & Libano, & flumi
ne magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erũt
termini vestri. Quando autem Iosue pugnauit con-
tra Chananæos cepit magnam partem terræ Chanaã:
occiditque reges triginta vnum: Iosue 12. c. & tamen
adhuc mansit magna pars terræ Chananæorum non
occupata ab Israelitis, & illius erat quædam particula
montis Libani: scilicet, quòd habitantes ibi non fue-
rant subiecti Israelitis, vt patet Iosue 13. & Iudi. 3. Sa-
lomon autem subiecit omnes Chananæos, & quos-
cunque relictos de illis septem populis, qui non fue-
rant subiecti tempore aliorum Regum: vt patet infra
in litera, & 3. Regum 9. Ideo oportuit, quòd simul
cum eis objiceret eos, qui morabantur in Libano: &
quia Libanus, vt dictum est, erat in parte Aquilonarij
terrę Chanaan, & etiam regio Emath, quia vtrumq;
erat apud Euphratem, erat vnum apud alterum. & sic
cùm subiugasset sibi Salomon Emathęos, & ędificas-
set ciuitates in Emath, subiugauit etiam eos, qui e-
rant in monte Libano, & ob hoc ponuntur ista simul,
scilicet de ędificatione ciuitatum Emath, & de ędifi-
catione in Libano. Hoc enim Iosephus vult 8. Anti-
qui. dicens: Rex itaque Salomon Chananęos, qui in
monte Libano morabantur vsque ad ciuitatem Ama
thi, non obedientes subdidit, & tributa eis imposuit:
& sic ędificatio Salomonis in Libano fuit, quòd ali-
quas vrbes dirutas refecerit. Nam sicut subdita sibi
nouiter terra Emath in ea ciuitates ędificauit, vt dici-
tur in litera, ita & in monte Libano aliquas vrbes refe-
cit subdita sibi regione illa. Potest etiam intelligi,
quòd Salomon in Libano ædificauit aliqua magnifi-
ca loca ad delectationem habitationis. Est enim ter-
ra Libani frigidissima in tota terra Chanaan propter
altitudinem. Nam cùm terra Chanaan sit valde cali-
da, cùm sit partim in tertio, & partim in quarto clima-
te: tamen nunquam deficit nix de monte Libano: vt
patet Ierem. decimo octauo, scilicet. Nunquid des-
ciet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ
erumpentes frigidæ, & ob hoc tam propter frigidita-
tem, & temperiem loci, quàm propter pulchritudi-
nem arborum, & suauitatem arborum credendum
est, quòd Salomon faceret ibi aliqua ædificia ad ma-
nendum in vere, & æstate. Et hoc consonat dictis Io-
sephi 8. Antiqu. dicentis: vltra has fecit alias ad volu-
ptatem, & ad epulas opportunas, & rerum tempera-
mentis, pomorumque fertilitate, & aquarum frigidif-
simarum poculis abundantes. Et quia ista ædificia
Libani fuerunt magnifica, fit de eis mentio specialis.
*Omnem populum*. Hic ponitur secundum huius par-
tis, scilicet populi subiecti dispositio, & diuiditur in
tres partes: quia primò ponitur extraneorum, scilicet
Chananæorum dispositio: secundò suorum guber-
natio, ibi. *Porro de filijs Israel*. Tertiò vxoris collo-
catio, ibi. *Filiam verò Pharaonis*.

Circa primum dicitur. *Omnem populum, qui derelictus
fuerat de Hethæis*. Scilicet, Salomon subiugauit sibi in
tributarios omnes, qui manebant in terra Chanaan
de Hetheis, Chananæis, & alijs gentibus. Multi enim
manserant vsque ad tempus Salomonis, vt declarabi-
tur infra in quadam quæstione. *Amorrhæis, & Pher-
rezæis*. Septem erant populi Chananęorũ. Scilicet Cha-
nanæi, Amorrhæi, Pherrezęi, Iebusęi, Heuęi, He-
thęi, Gergesęi: vt patet Deuter. septimo, & Iosue 3. &
ponuntur hic quinq; populi solùm, subticetur Chana-
neus,



neus, & Gergesęus. Et hoc potest esse propter duo. A
Primum est quia raro ponuntur omnes septem po-
puli simul: sed positis pluribus eorum subintelligun-
tur cęteri: vt patet Exo. 3. vbi apparuit primò Deus
Moysi in rubo, & dixit ei, quòd volebat educere Is-
raelitas de Aegypto, & introducere in terram Chana-
an: & nominauit ibi sex populos subticendo Gerge
sęum. Et tamen manifestum est, quòd etiam intel-
legebatur promissa terra Gergesęorum: quia postea
Israelitæ cùm essent in deserto promisit Deus, quòd
introduceret Israelitas in terram Chanaan: & inter
cæteros populos nominauit Pherrezeũ: vt patet Deu
teron. 7. Postea etiam cùm essent Israelitæ apud Ior-
danem, & ingressuri essent in terram Chanaan, dictũ
est, quòd Deus daret eis terram septem populorum: B
& inter cæteros nominantur ibi Gergesęi. Iosue 3. ca.
Ideo subticetur aliqñ ille populus, & interdum duo,
non quidem tanquam videantur illi exclusi: sed quia
positis quibusdam intelliguntur omnes alii, & ita po-
test hic intelligi, quòd de omnibus septem populis
Chananæorum erant aliqui residui: & tamen non po
suit litera nisi quinque: quia per istos intellexit alios
duos. Secundum est, quòd dicatur, quòd nunc solũ
erant residui de istis quinque populis: quia licèt popu-
li Chananæorum essent septem: tamen duo populi
iam omnino perierant, eo quòd Israelitæ cæperant
maximam partem terræ Chanaan, & non manserant
reliquię illorum duorum populorum. De aliis autẽ
quinque populis manserunt aliquę reliquię, & istas C
subiecit nunc Salomon. Primus tamen modus est
verior, quia manifestum est, quòd etiam nunc tem-
pore Salomonis manebant aliq Chananęi, & hic po-
nunt Chananęi: patet hoc, qa omnes Philisthini erant
Chananæi: vt patet Iosue 13. & terra Philisthinorum
adhuc manebat aliquo modo non subiecta vsque ad
tempus Salomonis: etiam habitantes iuxta Sidonem
erant Chananæi, vt patet ibidem, & subiecti fuerunt
tempore Salomonis: de Gergesæis idem credendum
est, quòd forte aliqui eorum residui erant, & tamen
scriptura non curauit enarare de omnibus, sed subin-
tellexit per alios. *Qui non erant de stirpe Israel*. Istud di-
citur, quia Chananęi non pertinebant ad genus Israe- D
litarum, cùm Israelitæ descenderent à Iacob, & oẽs
populi Chananęorum descenderent a Chanaan. *Et
de filijs eorum, & de posteris*. Filij vocantur filij imme-
diati: posteri vocantur nepotes, & omnes inferio-
res, & refertur hoc ad illos Chananæos, qui erant quã
do Iosue subiugauit terram Chanaan Israelitis, scilicet
quòd de illis, & filiis eorum, & posteris deriuata fuit
magna progenies, quæ durabat vsque ad tempus Sa-
lomonis, & omnes istos subiugauit Salomon in tri-
butarios. *Quos non interfecerant*. Quosdam de Chana
neis dimitterant Israelitę in terra: quia nõ potuerunt
occidere eos. Alios autem dimiserunt, quia volue-
runt sibi illos subiicere in tributarios, sicut patet Io-
sue 16. & Iud. primo. Hęc autem litera intelligitur so
lum de illis, quos Israelitę non subiecerunt, quia nõ E
potuerunt, vel non aduerterunt, & tamen non dimit
tebant eos, vt essent tributarii: quia hic dicitur de om
nibus istis populis, quòd Salomon illos redegit in tri-
butarios: & tamen non potuit redigere eos, qui iam
redacti erant: ideo intelligitur de illis, qui non erant
aliquo modo subiecti Israelitis. *Subiugauit Salomon in
tributarios vsque ad diem hanc*. Ideſt subiecit eos Salomõ
in tributarios, & manserunt tributarij semper Salo-
monis, & aliorũ regum Iudę, & Israel vsque ad diem
istam, ideſt vsque ad diem, qua scriptº est liber in quo
hęc habentur: sed quomodo hoc verum esse possit de-
clarabitur infra in quadam quęstione. Ex hoc sequi
tur id, quòd apparet in sacra scriptura, scilicet quòd

temporibus pręteritis ante Salomonem tempore Iu-
dicum, & regum, scilicet Saulis, & Dauid erant mul
ta bella Israelitarum contra Philisthinos, Heuęos, &
Chananæos, Sidonios, & alias gentes: vt patet Iudi. 10.
& Saul semper pugnauit contra Philisthinos. primo
Reg. 14. & in bello contra eos mortuus est. e. li. 31. c.
Dauid quoque multa bella fecit contra illos: vt patet
2. Reg. 5. & 8. 21. cap. Post tempora autem Salomonis
non reperitur, quòd aliquis rex Iuda, vel Israelitarum
pugnaret contra Philisthinos vel aliquos de populis
Chananæorum.

*Quomodo manserũt tot de istis populis Chananęorum, cùm
Deus iussisset Israelitis, ut occiderent eos.*

*Quæst. IX.*

QVAERITVR, quomodo, manserunt tot de
istis septem populis Chanæorum vsque ad tẽ-
pora Salomonis, cùm Deus iussisset Israelitis cum tã-
ta diligentia, quòd occiderent Chananæos, Num. 33.
& Iosue 23. & Deute. 20. Respondendum est, quòd
istud habuit originem ex tempore Iosue. Fuit enim
Iosue principes Israelitarum in introitu in terra Cha-
naan: & subiecit eis maximam partem terræ Chanaã,
occiditque triginta vnum reges. Iosue 12. c. & tamen
non subiecit totam terrã Chanaan, quia magna pars
derelicta est, quæ tenebatur adhuc à Chananæis, &
aliis populis. Quæ autem terra esset ista, habetur Io-
sue 13. vbi Deus dixit Iosue, quòd multa terra relicta
fuerat, quæ non erat tradita in manus Israelitarum, &
ipse erat iam senex & prouectæ ætatis, nec posset iam
pugnare: Deus tamen traderet illam in manus Israe
litarum: ponitur etiam terra ista relicta Iudi. 3 ca. Cau
sa autem quare ista terra non fuit tradita tota in manº
Israelitarum tempore Iosue fuit triplex: prima fuit ad
vtilitatem Israelitarum, s. terra erat valde magna, & Is-
raelitæ erant valde pauci ad populandum eam, & non
possent illam habitare, si Chananæi occiderentur, vel
expellerentur de terra, vnde redigeretur terra in soli-
tudinem, & crescerent in ea bestiæ pessimæ contra Is
raelitas, scilicet serpentes, leones, vrsi, & aliæ feræ. Istã
causam assignauerat Deus viuente Moyse: Exod. 23. s.
Non eiicias eos à facie tua anno vno ne terra in solitu
dinem redigatur, & crescant contra te bestiæ: paula-
tim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis,
& possideas terram, & non solùm non sufficerent Is-
raelitę ad replendum totam terrã Chanaan, si eis to-
ta daretur illico vt ingressi sunt. Sed etiam non suf-
ficiebãt replere illam, quam subiugauerunt viuente
Iosue. Et ob hoc iussit Iosue, quòd omnes ciuitates
existentes in plano quas acceperant de manu Chana-
nęorum cremarent, & vastarent: quia non poterant
habitare in eis, & venirent Chananæi habitarentque
in eis, & esset rursus pugnandum Israelitis contra Cha
nanęos. In vrbibus autem, quę erant in locis excelsis
habitauerunt Israelitę: tam illę, quæ erant sufficientes
eis ad habitationem, & defensabiliores essent, quàm
illę, quę erant in plano, vt patet Iosue 11. Secunda cau
sa fuit propter peccata Israelitarum: nam Deus iusse-
rat, quòd non communicarẽt cum Chananęis in ma
trimonijs, & pace, & quòd altaria eorum, & templa
destruerent, & lucos succiderent: & quia noluerunt,
sed permiserunt altaria, & lucos in terra, & accepe-
runt ꝓiuges de stirpe Chananęorũ, & dederũt de fi-
liabus suis vxores Chananæis: iratus Deus voluit, ꝙ
manerent aliqui Chananęi in terra, qui essent hostes
Iudæorum: & hos haberet Deus tanquam flagella
contra Israelitas, ita ꝙ qñcunque peccarent, mitteret

Deus Chananęos contra Israelitas, & opprimerent eos, vt patet Iudi. secundo. Et istam practicam tenebat Deus cum Israelitis, scilicet quòd quando colebāt idola, suscitabat contra eos aliquos Chananęos, vel reges aliarum gentium, & opprimebant eos, vel tenebant in seruitute quousque Israelitæ gementes conuerterentur ad dominum confitentes se iniquè egisse, & tunc Deus suscitabat eis vnum saluatorem, idest iudicem, & liberabat eos de manibus opprimentium: & cùm iterum declinarent ad idola mortuo illo iudice, suscitabat Deus alios hostes super Israelitas, qui opprimebant eos quousque iterum gemerent, & suscitaret Deus illis alium iudicem. Et istum modū tenebat Deus, & tenuit semper tempore iudicum: vt patet Iud. 2. & per totum illum librum. Si autem Israelitæ non peccassent contra legē Domini, non opus esset, quòd manerent aliqui, qui illos opprimerent. Tertia causa fuit ad exercitium Israelitarum: nam si Deus tradidisset totā terram Chananæorum Israelitis mox, vt ingressi sunt in eam, nō maneret Israelitis cū quo pugnarent, & sic non exercitarentur in armis, efficerenturque pigri, & inhabiles ad bellum, & cū nouiter superuenirent aliqua bella ab aliis gentibus, non auderent Israelitæ pugnare contra illos, nec nossent modum belli propter longam dissuetudinem. Etiam quia euenire posset, quòd essent aliqui Israelitæ, qui nunquam pugnarent, & illi nulla habita experientia bellorum tam timore quàm experiētia perirent, nec auderent pugnare contra hostes. Istud autē erat magnum inconueniens, & magnus defectus in politia. Ideo voluit Deus dimittere aliquos de Chananæis, cū quibus Israelitæ interdum pugnarent: & sic haberēt consuetudinem præliandi. Sic patet Iudi. 3. s. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit: vt eruditet in eis Israelem, & omnes, qui non nouerant bella Chananęorum: & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Istæ tres causæ manserunt toto tempore sequenti licèt nō æqualiter, quia cùm Israelitę quotidie crescerent, & sufficerent plus de terra populare, quam tenebant, pugnabant contra aliquos populos Chananęorum, & capiebant vrbes eorum, & sic tempore Salomonis non supererant omnes illi Chananæi, qui residui erant tēpore Iosue: vt patet 13. & de tempore Iudicum, vt patet Iudi. 3. capit.

*An peccauit Salomon subijciendo Chananęos.*

*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, an Salomon peccauit subiicendo Chananæos in tributarios, & non occidendo illos. Aliquis dicet, quòd sic, quia lex iubebat quòd Israelitæ non facerent aliquod pactum cū Chananæis ad permittendum eos viuere, sed occiderent eos gladio. Deut. 2. c. & si Deus vellet dimittere Chananæos viuentes in terra, Deus comminabatur eis mala multa: Nume. 33. s. Si autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus: & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestrę, & quidquid cogitaueram illis facere, vobis faciam. Simile patet Iosue. 23. & Iudi. 2. Dicendum, quòd non potest constare an Salomon peccauit in hoc, vel non. Dicunt. n. Hebræi, & Nicolaus, quòd si Salomon subiecit Chananęos in tributarios cupiditate tributorum, peccauit dupliciter. Primò per auaritiam, quia desiderabat immensam pecuniam, & per eam inclinabatur ad agēdum contra legem, & agere dupliciter, primò p pecuniam, quam congregabat immensam, & tamen regibus vetitum erat congregare immensa pondera auri, & argenti Deut. 17. Secundò peccabat per inobedientiam legis, quia Deus iusserat Chananæos occidi, & quòd non haberet de eis vlla clementia, nec aliquo pacto parceretur eis. Deut. 20. Si autem egit hoc Salomon ad liberandum Israelitas ab operibus manuum, & propter deuotionem: vt Chananęi magis laborarent in operibus manualibus quàm Israelitę, bene fecit. Vt dicunt simile esse, quia Iosue, & alij Israelitæ subiecerunt Gabaonitas in cultum altaris Domini ad cędendam ligna, & comportandas aquas. Iosue 9. & tamen Gabaonitæ erant Chananæi. Dicendum, quod ista probatio non est conueniens: quia nō est simile de Gabaonitis, & de istis Chananæis: quia Israelitæ non subiecerunt sponte Gabaonitas isti ministerio, quia non cognoscebant eos esse Chananæos: sed Gabaonitæ fefellerūt Israelitas dicentes se esse de terra longinqua, cùm tamen essent de terra Chanaā: & sic inierunt pactum pacis cum Israelitis præstito iuramento ab Israelitis ne nocerent eis. Postea autem comperto, quòd essent Chananęi, volebāt Israelitę occidere eos: sed timentes periurium, non occiderunt illos, & in pœnam subiicerunt illos in ęternum seruituti altaris. Si tamen cognouissent Israelitę Gabaonitas esse Chananęos nūquam permisissent eos viuere, vt subiicerent seruituti altaris, vel seruituti totius populi. Salomon autem hęc sciens, & volens subiicere sibi Chananęos in tributarios: ideo non erat simlis casus. Sed hoc non obstante dicendum videtur, quòd Salomon non peccauerit subiiciendo Chananęos in tributarios, quia non ponitur inter peccata sua Scriptura namque solū increpat eum de adoratione idolorum, & quia ardenter amauit alienigenas mulieres 3. Regum vndecimo. Ergo non peccauit subiiciendo Chananæos in tributarios. Item Eccl. 47. ponuntur laudes Salomonis, & peccata sua: & tamen non ponuntur ibi peccata nisi de mulieribus, & idolis per hoc, quod dicitur dedisti maculā in gloria tua. Item Salomon erat nunc deuotus nimis Deo in tantum, ꝙ noluit, quòd vxor sua maneret in domo Dauid, eo quòd aliquādo mansera[t] ibi arca, vt patet infra in litera. & 3. Regum 9. Ideo si subiicere gentes istas in tributarias esset contra legem, nullo mō subiecisset eas sibi. Item ista quęstio non videtur militare contra Salomonem, sed magis contra Dauid. Nam Dauid fuit qui subiecit gentes istas in tributarias, & non Salomon, cùm nulla bella videatur gessisse: ideo si subiicere gentes istas in tributarias peccatum esset, Dauid peccauisset. Et tamen de Dauid non est credēdum quòd peccauerit in hoc cùm esset vir valde deicola. Potissimè, quia scriptura enarrat pecata eius, & inter illa non ponit istud: ideo credendum est, quòd ex dispensatione factum fuerit, quòd Dauid potuerit sibi subiicere gentes istas in tributarias. Item dato, quòd Salomon subiiceret sibi gentes istas in tributarias post mortem Dauid, non peccaret, eo quòd potius dicēdum, quòd dispensatione Dei fieret, ita vt non peccaret, eo quòd Deus volebat, quòd Salomon esset pacificus, vt ędificaret templum sicut habetur Eccle. quadragesimo septimo, scilicet. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet templum nomini suo. sed subiectio, quę à Deo fit, sine peccato fuit: & ista non fuit alia ni si quòd subiiceret gentes istas in tributarias: ideo non peccauit faciendo gētes istas tributarias, siue ipse subiiceret eas, siue Dauid prius subiecisset. Etiā Deus prędixerat Salomoni, quòd daret pacem ei ab omnibus hostibus per circuitum, vt patet secundo Regum septimo, & præcedenti lib. vigesimo secundo: iō concederet,



deret, quòd gentes illę subiicerentur ei in tributarias: quia si deberet pugnare cōtra illas efficeretur uir bellator, & effusor sanguinis, sicut pater suus, et non posset vacare ædificationi templi, cùm non maneret ei tempus ad hoc. Deus tamen voluit, quòd tempus eius esset tempus pacis, vt ędificaret templum, sicut innuit Eccl. quadragesimo septimo, vt supradictū est. Motiuum autem huius, scilicet quòd in subiectione ista in tributum non fuerit pactum, videtur esse duplex. Primum est, quia siue Dauid siue Salomon subiecerit sibi gētes istas in tributaria videtur fecisse ex quadam Dei dispensatione, vt supra declaratum est. Secundum est, quia lex illa, quæ prohibebat permitti viuere Chananæos nō extendebatur ad hoc tempus. Intelligebatur enim quādo pauci de Chananæis esset subiecti Israelitis quòd reliqui non permitterentur viuere sub aliqua conditione pacis, vel tributi: vel seruitutis. Postquam autem maior pars Chananæorum esset deleta, ita quòd reliqui non auderent, nec possent Israelitis resistere, poterāt Israelitæ sibi ipsos subijcere in tributarios. Sic autem nunc erat de chananæis, quia maior pars eorum fuerat iam deleta, ideo reliqui poterant subijci tributo. Aliter etiam dici potest, quòd prohibitio de permittendo Chananæos viuere intelligitur, quando Israelitæ non haberent locum sufficientem ad habitandum in terra Chanaan. Nunc autem erant loca spaciosa Israelitis ad habitandum, & ad colendum: & si occiderētur omnes Chananæi, scilicet residui de istis gentibus quinque, quę habentur hic, siue de omnibus septem, licèt litera ponat quinque, vt supra declaratum est, maneret terra, in qua habitabant isti Chananæi deserta cùm non possent occupare Israelitæ: & repleretur serpentibus, & bestijs, q̄ cōsumerāt Israelitas: ideo ne sequeretē istud inconueniens, fuit licitum subiici Chananæos in tributarios, & relinqui eis terram habitandam. Quod autem esset ista causa rationabilis ad dimittendū eos viuere ī terra, patet qa istam cām allegauit Deus excusando se, ꝙ nō daret terrā Chanaan Israelitis mox, vt introirētin eam. Exo. 23. s. Non eiiciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestię: paulatim expellam eos de conspectu tuo donec augearis, & possideas terram. Nunc autem Israelitæ venerunt ad maximam multitudinem sua m, & non videbantur posse habitare occupandò maiorem terram, quàm nunc occupabant: ideo non decebat quòd occiderent omnes Chananæos, quia sic impleretur terra bestijs. Cùm autem obiicitur in contrarium non esse permittendos Chananęos viuere, Deut. 20. & Nu. 33. & Iosue 23. & Iud. 2. Respondendum est limitando sicut supra fuit declararum.

*Quomodo intelligitur subiecit omnes gentes in tributarias.*

*Quæst. XI.*

QVAERITVR Vlterius, quia dicitur hic, ꝙ subiecit Salomon omnes gentes istas in tributarias vsque in præsentem diem, quomodo potest stare, quia est sensus, quòd subiecit Salomon gentes illas in tributarias, & manserunt sub illo tributo vsque in præsentem diem. Nam videtur, quòd non stet: quia hoc intelligitur de tempore, quo scriptus fuit iste liber, quia tunc scriptor loquebatur: & tamen tunc non manebant Chananęi subiecti tributis Salomoni & regibus Iuda, vel Israel, ergo non est vera litera. Patet hoc, quia istum librum fecit Esdras vt declarātū est in prologo auctoris super præcedentē librū, & in tēpore Esdræ nō erant gentes istę subiectæ tributis regibus Iuda, vel Israel veniētib⁹ de stirpe Salomonis: nā Esdras nat⁹ est in captiuitate Babylonica, & ipse de Babylone rediit cū parte magnā Iudęorū, & incepunt ædificare templum Domini, vt patet Esdræ primo li. cap. primo, & per totum illum librum: & tamen tunc non manebant Chananęi subiecti tributis regibus Iuda, aut Israel De regibus Israel manifestum est, quia multo tempore ante rex Israel, & totus populus suus translati fuerant de terra sua Samarię in terram Medorum, & Persarum 4. Reg. 17. & sic desierat esse regnum Israelitarum, & non poterat habere Chananęos in tributarios: etiam non potest intelligi de regibus Iuda, quia aut dicetur, quòd Esdras scripsit lib. istum antequam rediret de Babylone in Ierusalem, aut postquam rediit. Si prius quam redirent non stat, quia tunc Iudæi non erant regnum, quia non manebant in terra sua: sed erant translati in Babylonem, & ibi manebant captiui: ideo non poterant ipsi habere Chananęos in tributarios. Si autem post reditum de Babylone, etiam non stat, quia tunc non habebant reges, nec duces magnos Iudæi, quibus subditi essent ad tributa Chananæis, sed poti⁹ cùm Iudæi venerūt de Babylone, gentes, quæ erant in terra Chanaan affligebant Iudæos, & nō pmittebāt eos ædificare templū, & muros vrbis Ierusalē, vt patet p totum librum primū Esdrę, & Neemię, & sic non erat aliquo modo verū, quòd tempore quo liber iste script⁹ fuit, essent Chananæi subditi in tributum Salomoni, vel posteritati eius. Aliquis ad saluandum hoc dicet, quòd iste liber non fuit scriptus per Esdram, sed per aliquem alū prius eo tempore, quo manebant reges Iuda in terra sua, & erant eis subiecti Chananæi: sicut dicetur de libris regum: nam 3. Reg. 9. ponitur de istis Chananęis quòd subiecti fuerunt in tributū vsque in diem hanc, idest vsque in diem quo liber scriptus, est, & illud poterat esse conuenienter dictum: quia ille liber scriptus dicitur per Ieremiam, & potuit Ieremias scribere tali tempore illum librum, quo Chanaei manerēt subiecti tributo regibus Iuda, & tamen de Esdra nō potuit esse quocunque tempore dicamus eum scripsisse librum istum, vt probatum est. Dicendum, quòd non stat, quia necesse esset librum istum scriptum esse per Esdram, vel per aliquem, qui fuerit tempore suo, scilicet post reditum de captiuitate Babilonis. nam infra vltimo cap. ponitur quomodo Iudæi manserunt septuaginta annis in captiuitate Babylonis, & postea Cyrus rex iussit, quòd quicunque de illis vellet venire in Ierusalem ad ædificandum templum Domini. Et nō solū liber iste necessario fuit scriptus tempore Esdræ, sed etiam videtur necessariò dicendum, quòd scriptus fuerit ab Esdra: quia ea, quæ ponuntur in fine libri huius, ponuntur etiam in principio libri primi Esdræ de rege Cyro iubente reditum de Babilone, tanquā sit continuatio vnius libri ad alterum, & est idem stilus. Dicendum ergo, quòd Esdras fuit, qui scripsit librum istum, & ipse scripsit hoc, scilicet quòd Chananęi manserunt subditi tributis vsque in diem hanc, & tamen non signauit per hoc tempus suum, quo ipse scripsit librum istum, sed signauit tempus, quo scriptus fuit liber ille, de quo ipse transferebat: nam iste liber est historicus, & licèt scriptus sit à propheta, tamen non procedit modo prophetali, sed historico, & tanquam sit liber æditus à viro perito: nam propheta cùm dirigatur à Spiritu sancto, dicit, & non probat eo, quòd dictum suum est solida veritas, non egens probatione, quia Spiritus sanctus, qui ad loquēdum mouet prophetam, mentiri nō potest. Vir autem sapiens, quando loquitur, quia humano ingenio procedit, assumit probationem dictorum suorum ex rationibus naturę, vel saltem ex dictis aliorum, qui in maiori auctoritate tenentur,

& quia liber iſte erat hiſtoricus,& non poterāt proba F
ri in eo dicta ratione naturali:ſed aliorum teſtimoniis
inducuntur hic multæ probationes ex dictis aliorum
hiſtoriographorum,qui hæc conſcripſerunt,& ſic pa-
tet circa hiſtoriam cuiuſlibet regis: nam cùm ſcribi-
tur hiſtoria alicuius regis nihil, allegatur in toto pro-
ceſſu hiſtoriæ, ſed in fine allegantur illæ hiſtoriæ vel
auctores à quibus aſſumuntur dicta. Sic eſt in hiſto-
ria Dauid, quæ durat vſque ad finem præcedētis libri,
ideo in toto libro non fit aliqua remiſſio,vel probatio
per dicta aliorum: ſed in fine dicitur, quòd geſta Da-
uid priora, & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuel
videntis, & in libro Nathan prophetæ, & in volumi
ne Gad videntis. Sic etiam in principio libri iſtius in-
cipit hiſtoria de Salomone, & durat vſque ad finem G
ſequentis cap.& ibi allegantur auctoritates à quib⁹ ha
betur iſta hiſtoria.Cùm dicitur,reliqua operum Salo-
monis priorum, & nouiſſimorum ſcripta ſunt in ver
bis Nathan prophetæ,& in libris Ahiæ Silonitis,& in
viſione Ado videntis contra Ieroboam: & ita de ſin-
gulis regibus,quando finiuntur hiſtoriæ ſuę remitti-
tur ad auctores hiſtoriarum, vt patet conſiderando p
totum iſtum librum. Cùm ergo Eſdras inducat ad
probandum auctores,à quibus aſſumit iſtas hiſtorias,
vtitur interdum verbis eorum : & ſic eſt hic: quia il-
le,qui ſcripſit iſtam hiſtoriam Salomonis,fuit tempo
re ſuo,ſcilicet aliquis de illis,qui nominantur ſequen-
ti ca. Nathan, Haias, Ado,& non erāt hoc tempore
Chananæi ſubiecti Salomoni ad tributa, ideo dixit il- H
le hiſtoriographus, quòd ſubiecit Salomon illos Cha
nanæos tributis vſq; ad diem hanc. ſ.qua ſcriptus fuit
liber ille. Eſdras autem voluit vti verbis hiſtoriogra-
phi, à quo habuit hiſtoriam, ideo dixit vſque ad diē
hanc: licèt non fuerint iſta tempore ſuo.Et iſtud ſæpe
fit in iſto libro, & aliquando in libris Regum. Sic pa-
tet ſupra 5.capitu.cū dicitur, quòd arca fuit inter duos
Cherubim vſque ad præſentem diem: & tamen ma-
niſeſtum eſt,quòd non intelligitur de tempore, quo
ſcribebat Eſdras librum iſtum, quia eo tempore non
erat arca inter duos Cherubim, imò nullum templū
erat,nec arca habebatur, vt declaratum eſt ibidem in
quadā quæſtione:ſed intelligitur, quòd illa verba ſint
alicuius de illis,qui ſcripſerunt hiſtoriam Salomonis, I
& tempore illorum manebat arca inter alas Cheru-
bim.

Porro de filiis Iſrael non poſuit vt ſeruirent operibus regis: ipſi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum, & equitum eius. Omnes autē principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

K *Porro de filijs.* Hic ponitur ſecundum huius partis, ſcilicet ſuorum gubernatio: nam ſupra dicebatur de Chananæis, qui erant extranei, quomodo Salomon eos diſpoſuerit: hic autem dicitur de filiis Iſrael, qui erant ſui, quomodo ſe ad illos habuerit, & dicitur. *Porro de filijs Iſrael non poſuit, vt ſeruirent operibus regis.* Id-eſt Salomon fecit nimis liberos Iſraelitas: ita ꝙ null⁹ eorum cogeretur ſeruire in operibus regis manualiter: Chananæi,qui erant ſubiecti ad tributa ſeruirent. *Ipſi enim erant viri bellatores.* Datur cauſa quare nō ſeruiebant in operibus manualibus,ſcilicet quia aſſignata erant eis alia officia maiora,ſcilicet eſſe viros bellatores, ideſt aſcriptos militię, licèt actualiter nō mili-

tarent. *Et duces primi.* Vocantur duces primi ad differentiam minorum ducum, quia militia ordinabatur ſic, quòd ſubiicerentur pauci viri vni principi: & ſic eſſent multi principes parui, & iſti principes rurſum ſubiiciebantur alteri principi maiori,& illi principes maiores alteri quouſque perueniatur ad primum principem,qui non ſubiicitur alicui,& ille erat rex inter Iudæos: ſicut Moyſes diſtribuit populum conſilio Iethro quantum ad iudicia, ſcilicet quòd diuideretur totus populus per decanos,quinquagenarios,cēturiones,& tribunos,& erant ſubiecti decem viri decano: & quinque decani cum quinquaginta viris ſuis quinquagenario vni: & duo quinquagenarij cum centum viris ſuis vni centurioni: & decem centuriones cum mille viris ſuis vni tribuno: & poſtea iſti tribuni omnes ſubiicebātur vni principi,ſ.Moyſi.Exo.18.& Deu. primo capi. Ita etiam erat in bellis: nam Dauid mittens exercitum contra filium ſuum Abſalom diuiſit totum populum ſuum in centuriones & tribunos, & poſtea diuiſit omnes iſtos in tres partes ſub trib⁹ principibus,ſcilicet Ioab,Ethai,& Abiſai. 2.Regum 18.& ſic iſti tres vocabantur principes primi: & tamen adhuc de iſtis magis dicetur infra in quadam queſtione. *Et principes quadrigarum.* Quadrigæ vocantur equi quatuor alligati vni curri: nam non eſt quadriga ipſe currus. Habebat autem Salomon multas quadrigas de iſtis,& conſtituerat pro eis aliquos principes bellorum. Sic etiam erant alii principes equitum,quia Salomon habuit duodecim millia equitum. 3.Regum 4.& 10. & ſupra primo, & ſequenti cap. & iſtos diuiſerat per principes. *Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta.* Ponitur numer⁹ principum, & non eſt putandum quòd hic ſupputentur omnes principes belli magni, vel parui: quia tunc ſupputarentur omnes decani, & quinquagenarij: & manifeſtum eſt quòd valde plures haberet Salomon, ſed computantur ſoli magni principes. ſ.tribuni vel alij maiores tribunis,q̃ vocant̃ principes primi *Qui erudiebant populum.* Scilicet,iſti principes erudiebant populum ad res bellicas: cùm non præeſſent niſi ad pugnandum.

*Quomodo Salomon fecit Iſraelitas non ſeruire, cùm fecerit oppoſitum. Quæſt. XII.*

QVAERITVR circa prædicta,quomodo eſt verum, quòd Salomon non poſuit vt ſeruirent Iſraelitæ,cùm potius videatur, quòd preſſerit eos magnis ſeruitiis : nam imponebat eis grauia onera, & tributa: vnde mortuo Salomone venerunt Iſraelitæ ad Roboam filium eius dicentes: Pater tuus durum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui grauiſſimo,& de iugo duriſſimo,quod impoſuit nobis,& ſeruiemus tibi: vt patet tertio Regum 12. Aliquis dicet, quòd ſicut Salomō in principio regni ſui bene, & ad regnū ſe habuit, & ad Deū:& in ſenectute ſua deprauatū eſt cor eius 3. Regum 11. ita ſe habuit ad populum, ſcilicet quòd in principio regni, non exigebat aliqua tributa ab eis permittens omnes in libertate, ſed deueniens ad ſenectutem factus eſt auarus, & extorquebat a populo tributa grauiſſima. Iſtud autem quod dicitur hic intelligitur de principio regni Salomonis: & quod dicitur tertio Reg. 12. intelligitur de fine regni eius. Dicendum tamen,quòd licèt iſtud aliqualiter ſit verum,ſcilicet quòd Salomon à principio regni ſui bene ſe habuerit ad Deum,& ad populum, & in fine malè ſe haberet: tamen non eſt verum, quòd Salomon aliquādo liberaret omnino Iſraelitas à tributo: nā Salomon etiam in principio regni ſui non fuit melior quām David:



u'd: ipſe tamen Dauid recipiebat tributa ab Iſraelitis, A
& conſtituerat Aduram ſuper tributa: vt patet 2.Reg.
28. Ergo etiam Salomon quando erat bonus,conſti-
tueret tributa. Item tributa in regno Iſrael erant or-
dinaria a principio regni Saulis, vt patet primo Regū
17. cū quæſiuit Dauid quid daretur viro,qui percute-
ret Goliath Philiſthæum : reſponſum eſt ei,quòd rex
faceret domum patris ſui liberam à tributo. Non eſt
ergo veriſimile, quòd Salomon tributa Iſraelita-
rum tolleret, quæ conſueta erant ſolui à tanto tem-
pore. Sed dicendum, quòd intelligitur iſtud non
de tributis, ſed de ſeruitiis, quę fiebant in operi-
bus regis, ſcilicet quòd in ædificatione templi,&
& domorum ſuarum, & aliorum ædificiorum non B
cogebat Salomon quemquam de Iſraelitis laborare
manualiter: & hoc maxime in ædificatione domorū
ſuarum. Nam in ędificatione templi Iſraelitę ſponte
vellent operari:ideo multi eorum manibus ſuis opera
bantur: in operatione tamen, quæ pertinebat ad re-
gem,non coegit quemquam Iſraelitarum ſeruire,ſed
fecit eos prefectos operum:& hoc colligitur ex litera
3.Reg. 9. quia non dicitur de filiis Iſrael non conſti-
tuit quemquam Salomon tributarium: ſed dicitur,
non conſtituit ſeruire quemquam, ſcilicet in operi-
bus manualibus. Hoc etiam clarius apparet hic in li-
tera, cùm dicitur: Porro de filiis Iſrael non conſtituit
vel poſuit, vt ſeruirent operibus regis, ipſi enim erāt
viri bellatores. Dicendum eſt tamen verum eſſe, ſi-
cut prius dicebatur, ſcilicet quòd Salomon à princi- C
pio regni non impoſuerat tam grauia tributa ſicut po
ſtea in ſenectute: nam tunc deprauatum eſt cor eius
contra Deum,& contra populum. Quod autē dicitur
quòd non conſtituit Salomon de Iſraelitis quemquā
ſeruire in operibus regis, ita etiam intelligendum eſt,
quòd non ſeruiebant in opere templi Domini ex po-
ſitione regis manualiter:ſed qui volebat ſponte labo-
rabat: nullus tamen à rege cogebatur ad hoc: ſed ſō-
lum erant Iſraelitę prepoſiti operum, & iſtud Salo-
mon acceperat à patre ſuo Dauid: nam neceſſaria in
opere templi,quod volebat facere,non collegit ope-
rarios de Iſraelitis, ſed de gentilibus conuerſis ad iu-
daiſmum:nam fecit congregari de toto Iſrael omnes
proſelitos, ſcilicet quinquaginta millia, & accepit ſep- D
tuagintamillia ad cędendum lapides,& octoginta mil
lia, vt onera humeris portarent,vt patet præcedenti li.
22. c. et quando poſtea Salomon cepit ędificare tem-
plum,ſicut Dauid diſpoſuerat ædificare, congregauit
omnes iſtos proſelitos.ſupra 2. ca. & non fit mentio,
quòd cōuenirent aliqui Iſraelitæ ad laborandum ma-
nualiter in iſtis operibus duris.

*Quomodo Salomon habebat viros bellatores,cùm non fecerit bella. Quæſt. XIII.*

QVAERITVR vlterius,quomodo dicitur hic, quòd Salomon habebat viros bellatores, & duces belli,& quòd filij Iſrael non ſeruiebant in aliquo E
opere, eo quòd erāt viri bellatores: cùm Salomon
non feciſſet aliqua bella,ſed fuit totum tempus ſuum
pacificum. Reſponderi poteſt vno modo, quòd Sa-
lomon fecit aliqua bella, licèt pauca, & quòd non ha
berent propriè figuram bellorum:nā iuit in Emath
& obtinuit eam,ædificauitque ibi ciuitates:vt patet in
litera: ſed non multum inſiſtendum eſt in hoc, quia
illa non fuerunt proprie bella: nam non enarratur ali
quando de Salomone, quòd bella dura geſſerit, ſci-
licet quòd hoſtes ei fortiter reſiſterent, vel quòd in
bello fragues magnas dederit, nullaque ſanguinis effu
ſio bellica legitur facta à Salomone,vnde vocatur rex
pacificus, quia in dieb⁹ eius nulla bella fuerint, & iſtæ

gentes, quę ei ſubiectæ fuerunt ad tributum, non videtur quòd bello ſubiugatę fuerint, ſed timore vel pacto. Aliter ergo dicendum videtur quòd Salomon non habuit viros aliquos bellatores, qui actualiter pugnarent,ſed habuit multos viros aſcriptos militiæ ſuę qui vocantur bellatores, & dicetur, quòd licèt Salomon habuerit ſemper pacem,tamen fuit hoc accidentale, quia potuerat eſſe ꝙ habuiſſet multa bella,& ad hoc videbat ſibi neceſſarium,ꝙ ſe diſponeret ad quoſcunq; poſſibiles hoſtiles incurſus: & hoc eſſet ꝑ apparatum bellicum,quem haberet,& ſic aſcripſit militię ſuæ multos viros bellatores,& duces & principes. Sed obiicietur, quòd non erat hoc neceſſarium,quia Salomon ſciebat,quòd tempore ſuo non erant euentura bella .Nam cùm regnaret Dauid, dixit, quòd Deus daturus eſſet pacem, & otium in toto Iſrael omnibus diebus Salomonis: ideo vocaretur Salomon, ideſt pacificus præcedenti lib.22. Sciebat autem Salomon hoc de eo prænūciatum eſſe coram toto Iſrael: & ſic non oportebat, quòd pararet viros bellatores: & alia bellica timore incurſus hoſtilis. Dicendum, quòd licèt Salomon ſciret tempore ſuo non eſſe futura bella: tamen opus erat,ꝙ haberet apparatū bellicum propter duo. Primò, quia dicta ſacræ ſcripturæ non intelliguntur ſecundum omnem rigorem terminorum, ſed ciuiliter: nam licèt ponatur terminus diſtribuens,non oportet vt verificet propoſitio pro omnibus contentis ſub termino diſtributiuo: ſicut omnis non accipitur ſemper pro omnibus, ſed pro multis: & ita de multis aliis propoſitionibus. Sic ergo nunc licèt diceretur,quòd non erant futura bella omnibus diebus Salomonis,non erat ſenſus, quòd nullū omnino bellum futurum erat, ſed quòd non erant futura bella multa, ſicut tempore Dauid patris ſui, & tempore Saulis præcedentis ad Dauid: quia iſti fecerunt multa bella. Eſſent tamen aliqua bella tempore Salomonis,dato quòd eſſent valde pauca,& parua, & tamen pro illis,dato quòd eſſet vnicum, opus erat, quòd Salomon haberet apparatum bellicum: & ſic habuit bellatores & equos. Secundum erat,& præcipuum: quia dato quòd ſciretur certiſſimè,quòd nullum omnino bellum euenturū erat diebus Salomonis: tamen neceſſarium erat, quòd haberet apparatū iſtum:quia ſi prænoſticatum erat, quòd Salomon nō haberet aliqua bella, hoc erat, quia prænoſticabatur, quòd Salomon habiturus foret magnum apparatum bellicum: & per hoc nullus auderet contra ipſum pugnare. Neceſſe erat ergo, quòd haberet apparatum bellicum: nam ſi nullum haberet apparatum,gentes vicinæ videntes Salomonem eſſe regem ruſticum,inuaderent eum tanquam non potentem reſiſtere ob defectum apparatus bellici, ideo Salomon fecit magnum apparatum. Alia cauſa fuit propter honorem regium,& maieſtatem ſuam oſtentandam: nam Salomon erat rex ditiſſimus, & volebat oſtendere excellentiam ſuam inter omnes reges:& quia magnus apparatus belli faciebat eum nimis diuitem extimari, ſicut aliàs oſtenderet quandam gloriam diuitiarum ei⁹ habendo multos theſauros,ita etiam oſtenderetur habendo magnum apparatum bellicum: & ob hoc non fuit aliquis rex inter omnes Iſraelitas præcedētes, nec ſequentes, qui tantum bellicum apparatum haberet in equis, & curribus: nam habuit quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium,vt patet 3.Regum 4. & nullus rex Iſrael adtantum exercitum, & equorum multitudinem perueniſſe legitur: & ſic legitur habuiſſe multos equos curriles, & equites Salomon. Ita etiam habuit multos viros aſcriptos militię ſuę, & illorū habebat principes et duces, ita quòd eſſet bellum ordinatiſsimum

in

Universidad de Deusto
Biblioteca



in apparatu suo: si pugnari opus esset, et ob hoc isti Israelitæ ascripti militiæ non cogebant ad aliqua opera seruilia manualia, sed alienigeni tributariæ faciebãt illa.

*Qui fuerunt isti duces, & principes.*
*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius de istis principibus primis, quia dicit hic, ꝙ habuit Salomon principes, & duces: & erant filij Israel duces primi, qui erãt isti duces primi. Respondeti potest vno modo sicut supradictum est, ſ. ꝙ inter principes bellorũ sit differẽtia, ſ. ꝙ quidã sint subordinati aliis, et alij sint subordinati: & illi, quibus cęteri subordinantur, & ipsi inter se non subordinantur vocantur duces primi, & tunc non est sensus, quod Israelitæ essent duces primi, ideſt quòd de eis essẽt solùm duces primi, & non essent alij duces, quia omnes duces belli erant de Israelitis, & etiam viri bellatores, vt patet in litera, cùm chananæi subditi ad opera seruilia manualia sumerent. Sed dicitur hoc ad innuendum, quòd sicut de Israelitis sumebantur viri bellatores: ita etiam principes, siue duces primi erant de eis. Alio modo possunt vocari duces primi quidam speciales duces assignati in Israel. ſ. duodecim viri: nam sic Dauid distinxerat exercitum suum, quem habebat ascriptum semper militiæ suæ, scilicet quòd totus exercitus Dauid, quem habebat ascriptum militiæ, & qui ministrabant ei, erant ducenta octoginta octo millia, & erat diuisus totus per duodecim duces, sub quorum quolibet erant viginti quatuor millia, & quilibet istorum ducũ ministrabat vno mense coram Dauid manens in curia sua, & expleto mense incipiebat alius dux cum turma sua ministrare, & sic fiebat per duodecim menses, ita vt semper in curia Dauid essent viginti quatuor virorum bellatorũ de iis, & nominibus istorum principum præcedenti lib.27.cap. Ita fortè erat tẽpore Salomonis, quòd haberet totum exercitum suum distinctũ per tales duodecim principes, & vocarentur isti duces primi: nam non essent subordinati aliis ducibus, sed haberet quilibet sub se viginti quatuor tribunos, & centuriones ducentos quadraginta, & quinquagenarios quadringentos octoginta, & decanos duo millia, & quadringentos.

*Qui erant isti principes quadrigarum.*
*Quæst. XV.*

QVAERITVR Vlterius de istis principibus quadrigarum, & equitum de quibus hic dicitur, qui erant, & ad hoc prę|supponendum est, quid vocãtur quadrigæ, & equites: nam quadrigæ vocant equi alligati plaustris. ſ. quatuor equi faciunt vnam quadrigã. Alij equi erant ad vsum equitandi, & non iũgebant currib⁹, & isti vocabant equites, & erãt isti equi dispositi p ciuitates certas terrę Israel, vt in illis pabula ministrarẽt eis, et vocant istę ciuitates quadrigarũ, & eqtũ, quia in eis alebantur quadrigæ, ideſt equi alligati plaustris, & etiam equites, ideſt equi assignati ad equitandum: & dicunt quòd principes istorum equitum, & quadrigarum erant illi, qui curam gerebant de pabulis istorum equorum. Salomon namque constituerat duodecim principes, qui per duodecim mẽses anni prouiderent toti domui Salomonis de cibis. Quilibet enim suo mense prouidebat domui regis, & ad hoc erat cuilibet eorum assignata vna prouincia in terra Israel, de qua colligeret necessaria ad sustentationẽ domus regis, vt patet 3. Regum 4. Isti autem erant habentes curam de pabulis equorum, scilicet quadrigarum & equitum, vt patet ibidem: & sic vocarentur principes quadrigarum, & equitum. Erant autem isti magni principes: nam vnus eorum habebat in vxorẽ filiam Salomonis. eo. cap. Alio modo potest intelligi, quòd isti principes quadrigarum, & equitum essent principes belli sicut illi duces primi, de quibus supra dicitur, & vocabantur isti principes quadrigarum, & equorum, quia omnes quadrigæ siue currus Salomonis diuidebantur inter eos, et duodecim millia equitum diuidebant inter illos, & isti subiicebantur ducibus primis, de quibus dictum est: quia quilibet illorum habebat sub se currus, et equites, et pedites.

*De numero principum.* *Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius circa numerum principum, qui ponitur hic: quia dicitur, quòd erãt omnes principes Salomonis ducenti quinquaginta: et tamen 3. Regum 9. ponuntur plures. ſ. quingenti quinquaginta. Aliqui dicunt, quod ista varietas fit ex conditione scripturæ, quia cùm poni debet idem numerus in multis locis, alicubi ponit maior, et aliqñ minor, et sic potuit hic scriptura quoſdã et omisit quoſdam. Sed dicẽdum, ꝙ non tenet ista ratio, quia hic dr quòd omnes principes Salomonis erant ducenti quinquaginta: ergo non erant plures. Dicendum ergo aliter, scilicet quòd Salomon habebat duplices principes, scilicet quoſdam bellorum: qui præerant curribus, et equitibus, et peditibus: et alios principes, qui præerant operibus regis in fabricationibus. Qui erant exercitui erant ducenti quinquaginta. Istud patet, quia hic in litera dicitur: omnes autem principes exercitus Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. De trecentis autem principibus operum, patet 3. Regum 5. ſ. Fuerunt itaque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant absque prępositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium trecentorum, et trecenti de illis erant principes maiores, qui propriè vocabantur præpositi, et 3. Regum 9. vocãtur quingenti quinquaginta, quia ponũtur simul tam principes operum quàm belli. Et patet hoc ex litera ibi, quia dicitur omnes principes Salomonis quingẽti quinquaginta, qui habebant subiectum populum, et statutis operib⁹ imperabant, ideſt quædam pars istorum principum habebat populum subiectum, ideſt imperabat ea, quæ facere deberent Israelitæ: alia autẽ pars præerat statutis operibu. Pasrs, quæ habebat populum subiectũ videbantur principes exercitus, et isti erant ducenti quinquaginta: pars alia, quæ statutis operibus impera bat, erant principes operum, et isti erant trecenti principes.

Filiam verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei: Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quod sanctificata sit: quia ingressa est in eã arca Domini.

*Filiam verò.* Hic ponitur tertium huius partis, scilicet vxoris suæ collocatio transferendo eam de domo, in qua erat, et collocando in domo, quam ei ædificauerat: et dicitur. *Filiam autem Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid.* Scilicet, filia Pharaonis vxor Salomonis habitabat hactenus in ciuitate Dauid, ideſt in castro mõtis in domibus Dauid: et transtulit eam inde Salomõ in aliam domum, quam ei ædificauerat: vocatur ciuitas Dauid castrum montis Sion. *In domum quam ędificauerat ei.* Ob honorem istius filiæ Pharaonis Salomõ ædificauerat pallatia magna, quæ illi soli attribuit, & ad illa translata est nunc, vt ibi habitaret. *Dixit enim rex, non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel.* Hic ponitur causa quare Salomon transtulit vxorem suã de domo, in qua prius erat ad illam domum, quam ei ædificauerat, scilicet quia nolebat, quòd habitaret in domo Dauid. Hactenus enim habitauerat in domo Dauid, ideſt in domo, quam artifices Hiram fabricauerant ipsi Dauid de lignis cedrinis 2. Reg. 5. & præce. li. 14. cap. *Eo quòd sanctificata est.* Ideſt, quòd acquisiuit quandam sanctificationem, & non decet, quòd in ea maneat vxor mea propter honorem sanctificationis. *Quia ingressa est in eam arca Domini.* Hic ponitur quomodo sanctificata sit domus illa, scilicet quia arca Dei ingressa est in domum illam, & mansit ibi magno tempore: nam de domo Obededom Get hęi portata fuit arca in domum Dauid 2. Reg. 6. & præce. li. 15. & mansit ibi magno tempore, scilicet quasi quadragintaquatuor annis. Nam Dauid transtulit arcam de domo Obededom in domum suã in principio regni sui super totum Israel: vt declaratum est 2. Reg. 6. Regnauit autem Dauid super totum Israel annis triginta tribus 3. Reg. 2. & 3. Reg. 5. Et istis triginta tribus annis fęrè de regno Dauid mansit arca in domo Dauid. Deinde etiam mansit annis vndecim de regno Salomonis in eadem domo: quia templum Salomonis completum fuit anno vndecimo regni eius, vt patet tertio Regum sexto, & sunt simul anni quadragintaquatuor, quibus manserit arca in domo Dauid: & ex hoc sanctificata videtur domus Dauid.

*Quare Salomon fabricauit domum filię Pharaonis.*
*Quæst. XVII.*

QVAERITVR circa prędicta, quare Salomõ fabricauit domum filię Pharaonis. Ad huius euidentiam considerandum, quòd sicut probatum fuit, 3. Regum 7. Salomon ædificauit tres domos, scilicet vnam domum sibi, & domum saltus Libani, & domum filiæ Pharaonis, & quandiu ædificabatur templum & domus ista manebat filia Pharaonis in domo Dauid. Pro quo considerandum, quòd prima vxor quam accepit Salomon fuit filia Pharaonis regis Aegypti, & istam accepit in vxorem antequam duceret ædificare templum Dñi, vt colligitur, 3. Reg. 3. cap. & ibi declaratum est, & mansit cum Salomone in domo Dauid toto tempore, quo ędificauit templũ Domini, & domum suam, & domum filiæ Pharaonis, & fuit istud tempus annorum viginti, vel parum minus: nam Salomon moratus est ædificando templum annis septem. Postea autẽ ædificando domos tres suas moratus est annis tredecim 3. Reg. 7. Et tamen non constat an domus filiæ Pharaonis ędificata fuerit prima inter tres domos regias, vel vltima vel media. Quidquid autem fuerit, Salomon transtulit filiam Salomonis in domum illam, quam ei ædificauerat postquam ædificauit illam, & toto tempore, quo non erat ędificata domus ista manebat filia Pharaonis in domo Dauid, vt patet 3. Reg. 3. scilicet accepit Salomõ filiam Pharaonis, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ędificans domum suam, & domum Domini. Completa aũt illa nunc transtulit ideſt filiam Pharaonis: sed non constat quantum ad hoc an fit continuatio hic cũ præcedentibus: an fuerit ante illa: nam ea, quæ habentur in principio capi. fa-



cta sunt viginti annis postquam cæpit Salomon ędificare templum Domini. Et sista translatio facta fuit post precedentia, necesse est quòd fuerit domus filię Pharaonis ædificata post alias duas domos Salomonis, scilicet post domum suam, & domum saltus libani, quia aliàs priusquam finirentur isti viginti anni transferretur filia Pharaonis de domo Dauid in domum suam. Cùm autem quæritur quare Salomon ædificauit domum filiæ Pharaonis. Dicendum quòd Salomon habuit vxores multas, scilicet septingentas quasi reginas, & trecentas concubinas 3. Reg. xi. vel sicut dicitur Canti 6. sexaginta fuerunt reginę vxores eius, & octoginta concubinę, & adolescentularum non est numerus: & cùm omnes istas haberet Salomõ nulli earum fabricauit domum nisi filię Pharaonis, eo quòd ipsam diligebat super omnes, & erat quasi domina omnium: ideo licèt omnes aliæ septingentæ essent vxores, quia tamen Salomon tantum istam diligebat, reputabatur ista sola vt vxor, & cęteræ vt concubinæ, ideo omnes prędicabant ipsam beatissimam, quæ tantam gratiam meruisset apud Salomonẽ, vt patet Canti 6. scilicet. Sexaginta sũt reginę, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus: vna est columba mea, & perfecta mea: viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, reginę & concubinæ laudauerunt eam. Istud quantum ad literam intelligitur de filia Pharaonis: ideo huic soli ędificauit Salomon domum. Causa autem, quare dilexit Salomon sic eam super cęteras vxores, & exaltaret, cùm tamen haberet alias filias regum in vxores, fortè fuit pulchritudo singularis: quia excellebat omnes admiranda pulchritudine, quòd signant verba Salomonis Cant. 6. scilicet: Vna est columba mea perfecta mea, & quia erat Salomon nimis venereus, afficiebatur nimis ad istam propter indicibilem pulchritudinem. Secundum erat, quia ista fuit prima vxor, quã susċepit: vt patet tertio Regum tertio capit. Nam ibi dicitur, quòd confirmato regno Salomonis affinitate cõiunctus est Pharaoni regi Aegypti, si quidem accepit filiam eius in vxorem: & ob hoc erat ista propriè tanquam vxor, quia prima erat. Ceteræ autem magis erant vt concubinæ, quia erant posteriores: & sic etiam non fit mentio de aliqua alia, quando accepit eã in vxorẽ, & fit mẽtio de filia Pharaonis. Tertiũ est, quia licèt Salomon haberet multas filias regum in vxores, tamen nulla erat filia regis tm potentis sicut filia Pharaonis. Erat enim Pharao rex Aegypti. Est autem Aegyptus regnum magnum valde. Cæteri autem reges quorum filias habebat, videbantur reguli in comparatione Pharaonis, ideo oportebat honorari magis filiam Pharaonis. Quartum erat quia fortè nulla tam magnificè dotata fuerat sicut filia Pharaonis inter cęteras vxores Salomonis. Nam Pharao pater suus ascendens de Aegypto pugnauit contra viros Gazer accepitque vrbem de manu Chananæorum ibi manentium: & dedit illam in dotem filiæ suæ: vt patet tertio Regum nono. Nulla autem de vxoribus sic dotata fuerat: ideo decebat eam à Salomone plus honorari cæteris. Alijs autem vxoribus concubinis, & adolescentulis Salomon non fecit domos aliquas speciales, de quibus mentio fiat in scriptura: sed fortè manebant omnes cum filia Pharaonis in domo sua tanquam minores: & sic vocabatur domus filiæ Pharaonis, vel erant in domo regis, vel aliis domibus minus famosis, de quibus scriptura non facit mentionem.

Quoniã

*Quomodo translata fuit filia Pharaonis de ciuitate Dauid, & cur. Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius,qũo sit verum,quòd filia Pharaonis translata fuerit de ciuitate Dauid in domum suam,& cur fuerit translata. Ad primum dicendum, quòd non est putandum, quòd ante hoc filia Pharaonis maneret in ciuitate Dauid, & postea exiret inde ad alium locum, quia etiam mansit nunc in ciuitate Dauid, cùm domus sua esset intra ciuitatẽ Dauid. Pro quo sciendum, quòd ciuitas Dauid vocabatur fortalitium montis Sion,vbi prius habitabant Iebusæi, & Dauid capiens illud castrum vocauit illud ciuitatem Dauid ad laudem victoriæ, & memoriam nominis sui.2.Regum 5.& præcedenti lib.11.capit. In castro isto siue ciuitate Dauid fuit postea ciuitas ędificata pro ipso Dauid ab artificibus Hiram de lignis cedrinis.2.Regum 5.& prẽce.lib. 14.c. & dicebatur domus illa esse in ciuitate Dauid, & in ista domo erat filia Pharaonis dum ædificaretur domus Domini,& domus regis, vt patet 3.Regum 3. Fuit autem templum Domini ædificatum à Salomone intra ciuitatem Dauid: etiam domus Salomonis ibi fundata est, & ad radices atriorum erat domus filiæ Pharaonis,vt declaratum est.3.Regum 7.& ibi declaratum est:& colligitur ex litera ibi, & sic domus filiæ Pharaonis erat intra ciuitatẽ Dauid: sed dicitur, quòd ascendit filia Pharaonis de ciuitate Dauid in domum suam, idest ascendit de domo Dauid in domum suam: & vtraque erat intra ciuitatem Dauid. Vel potest dici, quòd licèt tot' ambitus montis Sion vocaretur ciuitas Dauid, partem inferiorem illius ambitus, & quia ab illa ad partẽ superiorem ibat nunc filia Pharaonis, vbi erat dom' sua circa templum, dicitur quòd ascendit de ciuitate Dauid. Ad secundum cùm dicitur, quare nunc filia Pharaonis descendit de domo Dauid in domum suã. Dicendum, quòd hoc fecit Salomon propter honestatem domus, quia domus Dauid fuerat sanctificata propter prẽsentiam arcæ in ea & erat honestius nullã fœminam ibi manere quàm quòd maneret,& ista causa expressa fuit hic in litera.

*An propter ingressum in arca erat licitum ibi manere in domo vxorem Salomonis.*

*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius,an ꝓp ingressum arcæ ĩ domũ Dauid erat licitum ibi manere vxorem Salomonis. Aliquis dicet,ꝙ sic, quia aliàs rõ Salomonis esset friuola. Dixit enim hic, ꝙ domus illa fuerat sanctificata per ingressum arcæ in illam, & ob hoc, ꝙ non deberet ibi habitare vxor sua, ergo videtur quòd erat illicitum, quòd ibi habitaret. Item ista domus erat sanctificata sicut templum propter ingressum arcæ: sed in templo non liceret habitare alicui laico, ergo nec ĩ domo illa liceret habitare vxori Salomonis: & à fortiori, quia magis licitum erat habitare in loco sacro viro laico quàm fœminæ propter excellentiam, & differentiam sexus. Dicendum,quòd non erat illicitum vxorem Salomonis habitare in domo Dauid, quia ante hoc habitabat ibi: cùm nondum esset facta domus sua, vt patet tertio Regum tertio. Saccepit Salomon filiam Pharaonis,& adduxit illam in ciuitatem Dauid: donec compleret ædificans domum suã. Si tamen esset illicitum morari ibi suam vxorem, nõ tenuisset ibi eam Salomon, nec per vnum diem:ideo videtur quòd non erat illicitum manere ibi. Item Dauid erat vir sanctus, & cauebat nimis offendere Deum. Si igitur esset illicitum morari ibi, ipse non mansisset ibi, & tamen manebat ipse ibi cum tota familia sua, quia intra domum suam parauit locum arcæ: vt patet secundo Regum 6.& prẽced.lib:15.&16. cap. Ergo non erat illicitum Salomoni manere ibi cũ vxore sua. Irem dato quòd ista domus sancta esset, quando maneret ibi arca,tamen postquam recessit inde arca non erat sancta: ideo poterat transire ad quoscunq; vsus prophanos: sic patet de tabernacuio Moysi, quod figebatur per desertum in quocunque loco castrametandum foret: & dum manebat fixum illud templum, non licebat alicui laico intrare intra ambitum illius, & tamen postquam motum erat tabernaculum,licebat cuicunque laico stare in loco,vbi prius steterat tabernaculum fixum, etiam vbi erat sancta sanctorum, & ipsa arca fuisset, quia iam non manebat aliqua sanctificatio loci. Nunc autem erat arca in templo, ideo poterat vxor Salomonis manere in domo Dauid. Itẽ Dauid manebat in domo illa manẽte arca: ibi ergo à fortiori posset filia Pharaonis manere ibi postquam recessisset inde arca. Item ipsamet filia Pharaonis mansit ibi dum maneret ibidem arca Dei, scilicet antequam duceretur in templum, quia nondum erat factum: ergo à fortiori posset nunc manere ducta arca in templum: patet hoc, quia 3. Regũ 3. dicitur quòd Salomon accepit filiam Pharaonis, & duxit eam in ciuitatem Dauid, donec compleret ędificans templum Domini, & domum suam: & tamẽ manebat tuncibi arca: quia non potuit inde trãsferri, nec translata est in templum quousque consumatum est.supra 5. capi. Item Salomon putabat se licitè habitare in domo illa, quia non dixit,non habitabo ego in domo Dauid: sed dixit,non habitabit ibi vxor mea: ergo poterat etiam ibi manere vxor Salomonis: quia mulier, licèt esset indignior viro, tamen non prohibebatur magis accedere ad res sacras quàm vir laicus, licèt maior irreuerentia foret si fœmina tangeret res sacras quàm si vir laicus illas tangeret: sed Salomon erat laicus cũ esset de tribu Iuda, ideo si licebat ei manere in domo Dauid,manere etiam liceret vxori suæ. Dicendum autem, quòd in domo Dauid erant duæ diuisiones, siue duo habitacula,& in vno illorum habitabat Dauid & in alio arca Domini, & intantum differebant ista duo habitacula, quòd licèt Dauid vel aliqui de domo sua essent polluti immunditiis legalibus,non polluebant locum arcę. Vnde licèt interdũ morerentur aliqui in domo Dauid, & ex hoc secundùm legem esset polluta domus:& omnes, qui erant in ea,vt patet Nume.19. capi. Non polluebatur locus arcæ: quod patet,quia quando mortuus est paruulus filius in domo Dauid,ipse lauit se,& mutata veste introiuit in domum vbi erat arca: vt patet 2.Reg.12.ca. Si tamen pollueretur locus arcæ,non ingrediebatur illuc Dauid, nec etiam vellet, quòd maneret ibi arca Dei: quia magna irreuerentia irrogaretur ei in hoc. In illa autem domo, in qua manebat arca Dei,dum ipsa manebat ibi,non morabatur ibi Dauid, nec aliquis hominum, sed introibant illuc ad orandum. Mortuo etiam Dauid cùm Salomon haberet vxorem suã in domo Dauid,non introibat in locum arcæ ad morandum, sed ad orandum interdum. Postquam vero arca portata fuit de domo Dauid in templum, nõ solùm licebat Salomoni, & vxori suæ habitare intra domum primam, in qua erat Dauid: sed etiam in domo illa, in qua erat arca prius, cùm iam non esset locus ille sacer post recessum arcæ:& ob hoc Dauid putabat licitum esse sibi manere in illa parte domus, in qua non erat arca:Salomon etiam cum vxore sua putauit licitum esse manere in domo illa, & mansit ibi quousque facto templo translata est illuc arca:& postea



stea etiam mansit filia Pharaonis ibi quousque ędificata fuit domus sua, licuisset ergo semper ei ibi habitare si voluisset Salomon: & tamẽ Salomon ex abundanti deuotione ad signandum magnam sanctitatem quæ fuerat in domo illa manente ibi arca, tanquam nunc manerent ibi reliquię illius sanctitatis, voluit ꝙ non maneret ibi nunc vxor sua. Sciendum tamen ꝙ illud nõ erat principaliter nisi ad euitandũ coitũ ꝙiuga lẽ fieri ĩ domo illa, quia loca sacra iudicãtur nimis polluta effusione sanguinis:vel seminis:& ob hoc voluit, ꝙ vxor sua esset in alia domo, vt ibi esset thor' ꝙiugalis & nõ in domo Dauid: quo facto mansit ipse Salomon in domo Dauid, quia recedente inde vxore sua non erat occasio aliqua polluendi domum illam seminis effusione, & tamen adhuc coitus coniugalis licitus erat in domo illa,quia ibi tenuit Salomon multo tempore vxorem suam. Sed quia tunc nondum fecerat domum pro vxore sua,tenebat eam ibi, & nõ obseruabat istam reuerentiam supererogationis. Si autem esset reuerentia necessitatis,si Salomon nondum ædificasset domum, maneret, aliàs non teneret ibi vxorem suam: nunc facta domo voluit obseruare reuerentiam supererogationis. Ad primam rationẽ in contrarium dicendum, quòd domus illa, in qua erat arca, erat sanctificata dum ibi manebat arca, & postquam recessit,non erat sancta. Alia pars domus nunquam fuit sancta proprie loquendo,siue existẽdo arca in domo Dauid, siue non: sed Salomon vocauit eam sanctificatã largissimè quantũ ad quandã reuerẽtiam supererogationis. Sciendum tamen,ꝙ Salomõ non loquitur de parte domus, in qua arca fuerat: ꝙa in ista nunquam habitauerat vxor sua, eo quòd ipse acceperat vxorem dum maneret arca in domo Dauid, scilicet nondum ædificato templo: vt patet 3. Reg.3.& tamen eo.li. cap,9. dicitur,ascendit filia Pharaonis de ciuitate Dauid, & hic dicitur,non habitabit vxor mea in domo Dauid,ergo necessariò intelligitur de domo, in qua prius erat ista filia Pharaonis, & in illa non erat arca. Ad secundum dicendũ,ꝙ illa pars domus Dauid, in qua erat arca,erat sanctificata:sicut templum eo tempore, quo erat ibi arca. Post recessum autem eius non erat sancta nisi largè,vt dictum est. Alia autem pars domus nunquam fuit sancta,nec existente ibi arca, nec recedente inde: ideo semper licuit ibi quibuscunque habitare, & potuisset ibi sem per manere filia Pharaonis, sed non mansit ex causa supraposita.

Tunc obtulit Salomon holocaustã Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offerretur in eo iuxta prẽceptum Moysi in sabbathis & in kalendis, & in festis diebus ter per annum, idest in solennitate azymorum, & solennitate Hebdomadarum, & in solennitate Tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei, & ianitores in diuisionibus suis per portam, & portam:

sic enim præceperat Dauid homo Dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam Sacerdotes, quàm Leuitę ex omnibus, quę prẽceperat, & in custodiis thesaurorum. Omnes impensas prẽparatas habuit Salomon ex eo die, quo fundauit domum Domini vsque in diem,quo perfecit eam. Tunc abijt Salomon in Asiongaber & in Ailath ad oram maris Rubri, quę est in terra Edom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

*Tunc obtulit*. Hic ponitur secundum principale huius cap.scilicet circa cultum diuinum prouisio, & diuiditur in duo, scilicet in partem principalem, & partem incidentalem pars incidentalis est de magnificatione Salomonis in diuitiis mittendo pro auro in Ophir, ibi. *Tunc abijt*. Circa primum dicitur. *Tunc obtulit Salomon holocausta domino*. Scilicet factis omnibus istis Salomon obtulit dño holocaustas.qa eratvir tunc deicola,& volebat eũ honorare in sacrificiis. Qñ autẽ facta fuerit ista oblatio, declarabitur infra in quadã quæstione. *Super altare domini*. Vnicum enim erat altare, & in illo offerri debebat necessario quidquid offerretur, & sic ista additio ex superabundãti est, vel potest poni ad tollendum dubium de eo, quod dictũ fuerat præcedenti cap.s.Salomon sanctificauit mediũ atrij, & ibi cremauit holocausta, & adipes pacificorum in pauimento. Dubitaret ergo aliquis an forte nunc Salomon offerret sacrificia super pauimẽtum: ideo dicitur quòd offerebat super altare: nam illa crematio in pauimento atrij fuit facta tunc ex necessitate,quia non erat locus sufficiens altare ad capiendum holocausta, & victimas. Nunc autem cessauerat illa necessitas: ideo non erant cremanda sacrificia nisi in altari domini, & ibi cremauit nunc Salomon sacrificia sua. *Quod extruxerat ante porticum*. Scilicet, altare locatum erat ante porticum templi. Ad euidentiam huius considerandum est, quòd, vt declaratum fuit 3.Regum 6. & supra 3. templum Salomonis erat domus quædam vallata parietibus, & operta tecto,& in circuitu eius erant spacia magna, quæ claudebantur muro altissimo: ita vt non liceret cuiquam pro libito suo accedere ad templum,& in istis spaciis erant atria templi quatuor,& exedrę,& multa alia ædificia sacra. A parte tamẽ orientali templi erat spacium diffusius, & illud erat diuisum in quatuor atria, è quibus illud quod magis propinquum erat templo,vocabatur atrium sacerdotum,& in illo erat altare holocaustorum, & ibi erant sacerdotes ministrantes,& Leuitæ canentes: & istud atrium non erat coniunctum templo:sed inter ipsum & portam templi,quæ erat ad orientem, erat quoddam spacium in latitudine cubitorum decem,& longitudine cubitorum viginti, & vocabatur porticus templi ab ipsa porta nominatum,coram qua erat: & sic cùm in atrio sacerdotum esset altare holocaustorum, necessariò erat ante porticum templi. *Vt per singulos dies offerretur in eo*. Non refertur ad Salomonem, scilicet quòd per singulos dies ipse iuberet ibi offerri,sed est sensus,quòd positum erat istud alta-

rc

Universidad de Deusto
Biblioteca



re ante porticum templi, vt offerretur ibi sacrificium per singulos dies, & denotantur hic omnia tempora sacrificiorum. Primum erat, quòd offerrentur quoti die sacrificia, & ista erant duo. Nam præter sacrificia spontanea, quę quotidie offerebantur erat necesse offerri duo sacrificia, scilicet holocaustum matutinum, & vespertinum, et offerebatur agnus anniculꝰ in quo libet istorum holocaustorum. De hoc Num. 28. de modo autem cęremoniarum holocaustorum matutini, et vespertini, quod vocatur iuge sacrificium, patet Leu. 6. & ibi declaratum est. *Iuxta præceptum Moysi*. Scilicet, quia Moyses præceperat in lege, quæ sacrificia offerri deberent, & quando, de quo tractatur per totū Leuiticum, & etiam Nu. 28. & 29. & in multis alijs locis. *Et in sabbathis*. Sacrificium sabbathorum differebat à sacrificio iugi, quia pro sacrificio iugi offerebantur quotidie duo agni anniculi, & in sabbatho duplicabantur, scilicet duo pro sacrificio iugi, & alij duo pro solennitate sabbathi: Nu. 28. *Et in Kalendis*. Festum Kalendarum erat in principio mensis cuiuslibet. Nam Hebræi non incohant menses suos sicut Latini, vel sicut alię gentes certis diebus: sed sequuntur lunam, & vna lunatio est apud eos vnus mensis, & primus dies lunationis est prima dies mensis. Dies autem ista coniunctionis solis & lunę vocatur apud hebręos dies Neomeniæ, quod interpretatur nouus defectus, scilicet quia tunc luna deficit à lumine suo, quia tota absconditur per hoc, quòd intrat sub radios solis, & ista die iubebat Deus offerri sacrificia multa. Vocatur sic istud festum Isaiæ primo, & Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solennitatis vestrę. Vocatur etiam dies iste Kalendarum vsurpando nomen à latinis, qui primum diem cuiuslibet mensis vocant Kalendas absolutè, & alios dies vocant secundo Kalendas, & sic, pcedendo vsquequo finiantur Kalendæ. Cur autem in die Kalendarum offerrentur sacrificia propter lunam, & an in hoc incitabantur Israelitæ ad idolatriā & multa alia dubia declarata sunt præceden. li. 23. ca. in quibusdam quæstionibus. Quę autem sacrificia essent Kalendarum, patet Nume. 28. scilicet in holocaustum vitulos duos, arietem vnum, agnos anniculos imaculatos septem cum libamentis suis, & vnus hircus pro peccato offerebatur. Considerandum autem quòd istud erat generale in omnibus festiuitatibus, quòd oblatio iugis, scilicet duo holocausta matutinum, & vespertinum nunquam omittebantur: licèt multa alia sacrificia similia illa die fieri deberent, aliàs ex conditione festiuitatis, etiam si coinciderent simul multa festa, non omittebantur sacrificia vnius pro sacrificiis alterius, licèt essent similia, sicut si eadem die esset sabbathum & festum Kalendarum: Illa enim die offerenda erāt triplicia sacrificia, scilicet sacrificia iugia, quæ erant duo holocausta, & sacrificia sabbathi quę erant duplicata, & sacrificia diei kalendarū, quæ erāt ab ijs distincta. *Et in festis diebus per annum*. Idest etiam offerebantur ibi sacrificia in omnibus festiuitatibus anni. In quo considerandum quòd prædicti non vocantur festiuitates, scilicet sabbathum, & kalen. & hoc quia licèt essent dies vacatiui, & magnę festiuitatis: tñ non appellantur festi dies, vel solēnes strictè. Pro quo sciēdū, qꝓ oēs dies vacatiui, & in quibꝰ lex iubebat aliqua sacrificia specialia, vel speciales cæremonias fieri, erāt celebres: quidam tamen vocantur solennitates, vel festiuitates, & quidam non: & hoc quia quidam dies celebres sunt, qui accidunt sępe in anno, & alij solùm semel. Qui autem plures in anno non vocantur solennitates, vel festiuitates, & sunt duæ, scilicet celebritas accidens qualibet hebdomada, scilicet sabbathum, & celebritas accidens quolibet mense, scilicet dies Kalē-

darum: celebritas aduenies semel in anno vocatur solennitas, vel festiuitas: & sunt quatuor, scilicet festū Phasę. vel Azimorum mense primo: festum Pentecostes mense secundo, & festū Clangoris prima die mēsis septimi: & festum Expiationis decima die eiusdem mensis: & festum tabernaculorum die quintadecima dicti mensis. Hic tamen exprimuntur tres solennitates istarum, vt patet in litera. *Ter per annum*. Scilicet in tribus solennitatibus anni, quæ vocantur aliàs nominantur hic. *Idest in solennitate azymorum*. Ista solennitas durabat septem diebus. Erant enim tunc duæ solēnitates simul, scilicet festum Phasę, quod erat solū die quartadecima mensis primi ad vesperam, & festum Azymorum, quod incipiebat die quintadecima sequenti, & durabat septem diebus. Leu. 23. quę sacrificia offerrentur in ista festiuitate, patet Num. 28. Quæ autem cæremoniæ fierent circa manipulum spicarū virentium iis diebus, patet Leu. 23. Causa autem quare institutę sunt istæ solennitates sunt duę, s. Phasę fuit institutum ad repręsentandum liberationem Israelitarum in Aegypto manentium ab angelo percutiente, quia dum percuteret primogenitos in domibus Aegyptiorum nullum Hebræorum percussit, quia reperit sanguinem in superliminarib⁹ domorum, & ob hoc occidebatur agnus in illo Phasę. Secundum festū erat Azymorum & istud fuit ad signandum exitum velocem de Aegypto, scilicet quòd tanta fuit velocitas, qꝓ non potuerunt fermentare pastam: sed Azymos panes duxerunt ligantes massas in paliis. Exo. 12. & Deu. 16. *Et in solennitate Hebdomadarum*. Istud erat festum Pentecostes, quòd vocatur festum Hebdomadarum, quia computari debebant septem Hebdomadę à die secunda Azymorum, & vbi terminabantur erat dies festus, & vocabatur festum Hebdomadarum, idest iuentum per supputationem septem Hebdomadarū. Vocatur etiam festum Pentecostes, quia quinquaginta diebus post festum Azymorum erat, & sic intrætatur Pentecostę quasi quinquies decem: de aliis cæremoniis & dubiis circa istam solennitatem declaratum est Leu. 23. & preced. lib. 23. *Et in solennitate tabernaculorum*. Vocatur sic ista solennitas, quia dum durabat, scilicet septem diebus, faciebant Israelitæ tabernacula, siue domunculas de ramis arborum extra domos suas, vel in quocunque loco patenti, & ibi comedebant, & vocatur sic, vt Israelitæ recordarentur, qꝓ per desertum quadraginta annis non morabantur in domibꝰ fabricatis manu, sed in vmbraculis arborum, Leui. 23. Vocatur etiam festum istud Scenophegia à cenon quod est commune, & Phagin, quod est comedere quasi in communi comedere, scilicet in loco pātenti in illis domunculis de ramis arborum, vbi poterant Israelitæ videri ab oībus. In festo isto fiebant multa sacrificia per septem dies, & quolibet die variabatur, vt patet Num. 29. De aliis dubiis circa solennitates has declaratum est Leu. 23. & Num. 28. & 29. capi. *Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministerijs suis*. Scilicet Salomon tradidit executioni ordinationem factam à Dauid de ministeriis sacerdotum, & Leuitarum. Pro quo sciendum, qꝓ ante tempora Dauid erat cultus Domini deordinatus quātum ad habitudinem ministrorum inter se: nam oēs sacerdotes interdum simul ministrabāt, & interdum pauci, & non poterat teneri conueniens modus propter varietatē locorū, in quibus fiebant diuina ministeria, et pp mutationē sanctuarij, & etiā quia priores non attenderant nimis circa hoc, manebat deordinatio aliqua ministrorum: Dauid autem sciēs templum ædificandum esse per Salomonem, voluit ordinare sacerdotes, & Leuitas in ministeriis suis, vt quando templū ædificatum esset, ordinatè ministrarent: & ad hoc distinxit



rexit sacerdotes per vices, scilicet sacerdotibus omnibus competunt eadem ministeria. & non dedit qui busdam quędam, & aliis alia, sed omnibus eadem: distinxit tamen sacerdotes per vigintiquatuor partes, ita vt quidā ministrarent vna hebdomada & alij alia: & sic per vigintiquatuor hebdomadas completur ministratio omnium vigintiquatuor partium, & pars⁹ in hebdomada quinta ministraret prima sors, & sic iterum omnes, & hoc ordine nunquam cessabat ministratio eorum. De hoc præce. li. 24. cap. Leuitę etiam distincti sunt, sed aliter, quia non competebant omnibus Leuitis idem ministerium sicut omnibꝰ sacerdotibus, sed distincti fuerunt, ita qꝓ alij facti sunt cantores, alij ianitores, alii thesaurarij, alij iudices, & prepositi. Cantores autem distincti fuerunt per vigintiquatuor sortes sicut sacerdotes, & ministrabāt etiam per vigintiquatuor hebdomadas, sicut sacerdotes, scilicet prima sors Leuitarum cum prima sorte sacerdotum, & sic de aliis, vt patet præce. li. 25. ca. Ianitores autem distincti fuerunt per portas quas custodiebant, scilicet quibusdam data est vna porta, & alijs alia, & sic etiam de thesaurariis, & prepositis atque iudicibus præc. li. 26. cap. ista ordinatio facta fuerat tempore Dauid, sed non fuerat tradita executioni tempore eius, eo quòd non competebat ordinatio illa, nisi illi tempori, quo omnes ministrationes eēnt in eodem loco: & tamen tempore Dauid ministrabatur in duobus locis, scilicet quidam sacerdotes, & Leuitę ministrabant in sanctuario Dominī in Gabaō, & alij ministrabant coram arca in Ierusalem. prece. li. 16. Ideo non fecit ordinationem istam Dauid, nisi pro tempore, quo esset templum Salomonis fabricatum, & cum consumatum fuit, & translata fuit arca in templum, non erat illa die ordinatio ista tradita executioni: sed ministrauerunt omnes sacerdotes pariter, & omnes Leuitæ mixtim, vt patet supra 5. Postea autem Salomon tradidit illam executioni facto obseruari inuiolabiliter: & vocatur ista dispō Dauid, quia ipse fecit eam conuocatis sacerdotibus Israel, & Leuitis, & principibus Israel. prec. li. 23. c. Vocantur officia sacerdotum multiplices ministratio nes: quia non est eadem ministratio, & vnica: sed sūt septem, vel octo officia sacerdotum, vt declaratum est præce. ca. in quadam quęstione. Et omnia competebant cuilibet sacerdoti præter vnicum, scilicet intra in Sancta sanctorum, quod competit soli summo sacerdoti, & dicitur in ministerijs suis, idest in tempo ribus vel vicibus ministrandi, scilicet quòd eadem of ficia sacerdotalia competebant omnibus sacerdotibꝰ, non eodem tempore, quia erant distincti per vigintiquatuor sortes, & ministrabant per vigintiquatuor hebdomadas. *Et Leuitas in ordine suo*. Licèt Leuitici nomen generale ad omnes, qui habebant minoficia infra sacerdotes: tamen hic accipiuntur Leuitę pro solis cantoribus, & patet ex duobus, primò quia distinguuntur hic Leuitę, & ianitores: & tamen quia ianitores erant Leuitę, ideo oportet quòd accipiatur pro quodam officio, s. cantorū. Secūdo qa dī, qꝓ Leuitę ministrabant coram sacerdotibus: & tamen non erant aliqui Leuitę, qui ministrarent coram sacerdotibus nisi cantores, qui cum eis simul erant in eodo sacerdotum canentes dum cremabantur sacrificia. Ianitores autem semper erant in portarum custodia, & nunquam coram sacerdotibus ministrabant. Et sic dicendum, quòd cantores vocantur hic Leuitæ per excellentiam, quia inter omnes Leuitas habebant ministrationem excellentiorem, & ideo fecit, qꝓ fecit stare Leuitas in ordine suo. i. ministrare in ordinem: nam erant ordinati p vigintiquatuor sortes distincti: & ita ministrabant successiue. *Et ministrabant coram sacerdotibus*. Ministratio istorum solùm erat cantare: & dicitur, quòd ministrabant coram sacerdotibus, scilicet in præsentia eorum, nam sacerdotes erant in atrio, quod vocatur sacerdotum, & ibi sacrificia faciebant. Leuitæ autem erant cum eis induti stolis albis byssinis canentes voce, & organis musicis concrepantes, vt patet supra quinto ca. *Iuxta ritum vniuscuiusque diei*. Scilicet non ministrabant omnibus diebus eodem modo, sed cuilibet diei dabāt ministratio nem conuenientem. Pro quo sciendum, quòd officium cantorum erat, vt essent cum sacerdotibus in atrio sacerdotum, & canrarent ibi laudando dominū tempore sacrificiorū. s. in matutino sacrificio, & in vespertino, & in solennitatibus cùm fierent multa alia sacrificia omnibus etiam illis intererant, & cantabant tunc, & dicitur, quòd cantabant iuxta ritum vniuscuiusque diei, vt patet hic, vel iuxta cæremonias vniuscuiusque rei, precedenti lib. 23. capitu. & idem est. Et istud erat quòd Leuitæ in diuersis festiuitatibus diuersa carmina canerent, & hoc ad concordandum cæremonias vniuscuiusque festiuitatis. Et istud erat ad duo. Primum erat ad decorem, quia erat pulchrum, quòd non semper idem diceretur, sed fieret mutatio, quia naturę nostræ consona videtur mutatio, & gaudemus mutatione, nec delectatio nostra semper est eadem propter naturam nō esse vnicam, & simplicem. septimo Ethic. in fine. Secundum erat, vt laudaretur Deus in omnibus beneficiis, quę contulerat Iudæis, & modus erat, scilicet quòd festiuitates datę Iudæis erant institutę ad memoriam aliquorum beneficiorum, quę a Deo susceperant. s. Phasę ad memoriam liberationis primogenitorum ab angelo percutiente. Festum Azymorum ad memoriam liberationis velocis de Aegypto. Festum Expiationis ad remissionē peccatorum. Festum Pentecostes ad memoriam datę legis. Festum Tabernaculorum ad memoriam habitationis quadragenariæ in deserto sub vmbra arborum, & sic de cęteris: ideo in quolibet istorum festorum varia carmina cantabantur, scilicet in sabbatis, quę sunt ad recordationem creationis rerū. Gene. primo, & Exo. 20. & 31. cātabatur de potentia Dei in creando, & de varietate rerum creatarum, & de sapientia gubernandi res illas: & de hoc erat materia amplissima, de qua poterunt fieri multa carmina: & talis proprie est materia, quę tractatur Psal. 103. scilicet: Benedic anima mea domino. Festum Kalendarum propter lunę coniunctionem cum sole, quando mutatur conditio temporis ex natura astrorum, quorum virtute corruptiones, & generationes fiūt in istis inferioribus teste Aristotele primo de generatione, & corrupt. & tunc cantarēt de cęlorū creatione, & astrorum: & de magnitudine Dei dantis talem virtutem astris, ita vt videantur intellectualiter regere hęc inferiora. Similis materia Psal. 135. scilicet: Qui fecit cęlos in intellectu: qui firmauit terram super aquas, q fecit luminaria magna: solem in potestatē diei, lunā, & stellas in ptāte noctis: & sic de multis aliis. In festo Phasę canerent de percussione Aegyptiorum, & de liberatione sua, & de exitu veloci de Aegypto, & diuisione rubri maris, & decem plagis Aegyptiorum de quo lata materia in Exodo, & pulcherrime cantarent illud canticum, quod Moyses cantauit post transitū maris, s. Cantemus Domino, gloriosè enim equum, & ascensorem proiecit in mare. Exo. 15. In festo Pentecostes cantarēt de datione legis, et de mirabilibus, q̄ ibi apparuerūt, quādo mons ardebat, et erat terribilis, et vox Dei horrenda audiebatur, Exod. 19. et 20. et Deuteronomij quarto, et quinto, et laudarent Deum, quia dignatus est eis dare legem, quod non fecit aliis gentibꝰ: & in hoc fecit eos excellentiores omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



nibus gentibus, & de hoc laudat Dauid dominum Psal.147. Qui annunciat verbum suum Iacob, Iudicia, & iustitias suas Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis: etiam prædicarent se beatos tali lege dotatos qualem nulla alia gens haberet. Sic enim Moyses dicit Israelitas gentē inclinatam super alias gentes, quia nulla gens haberet talem legem, & cæremonias. Deut.4. In festo Clāgoris caneretur, vt aliqui arbitrantur de liberatione Isaac, quando eum voluit Abraham imolare iubente Deo, vt aliqui volūt, qui innuunt istam fuisse causā huius festiuitatis. Sed verius est, ꝙ ista festiuitas erat ad annunciandum libertatem, quæ fiebat anno septimo remissionis, & maximè propter libertatem illā, quæ fiebat in iobelæo anno quinquagesimo: iō cantarentur laudes multæ de lætitia libertatis, & de bonitate, & clementia Dei miserentis egenis, & seruis atq; oppressis. In festo propositionis fieret gratiarum actio pro remissione peccatorū: quia istud festum ad nihil aliud erat, vnde sacerdos magnus illa die confitebatur peccata totius populi super caput capri emissarij, & postea mittebat illum in solitudinem. Leuit.16. etiam canerent orando Deum, quòd inclinaret corda eorum in legem suam in toto corde eum colerēt: sicut Salomon orauit dīm pro toto Israel dicens: sit dominus Deus nobiscum, sicut fuit cū patribus nostris non delinquens nos, nec proiiciens: sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis ei⁹, & custodiamus mandata eius, atque cæremonias. 3. Reg. 8. In festo tabernaculorum canerent Israelitæ de toto transitu per desertum enarrando omnia mirabilia, quæ Deus illis ibi monstrauit. & potissimè de quotidiano pane celesti eis tradito: Exo. 16. Et ꝙ per diem dirigeret eos in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Exod. decimo quarto & 40. & Nume. nono, & quòd in istis quadraginta annis non fuerunt vestimenta eorum contrita, nec calcei rupti, atque vetustate consumpti. Deut. 8. & 29. & multa alia, de quibus est materia latissima. Circa istas festiuitates, & singulos dies Leuitæ, qui erant sapientes valde in lege, & in historijs, & natura rerum excogitabāt quotidie noua cantica, cùm nullum aliud haberent officium, & sic canebant variè iuxta ritum vniuscuiusq; diei. Ex hoc autem assumptus est modus Ecclesiastici officii in horis dicendis, scilicet quòd non recitatur idem omnibus diebus, sed in diuersis festibus diuersa cantantur secundùm exigentiam illarum festiuitatum. *Et ianitores in diuisionibus suis per portam, & portam.* Scilicet, Salomon fecit consistere ianitores in diuisionibus, ideſt secundùm diuisiones factas inter eos per portam, & portam: nam in templi atrio, scilicet in muro exteriori erant quatuor portæ ad quatuor ventos cęli. præced. lib. 9. cap. & istæ quatuor portę diuisæ sunt sorte inter Leuitas ianitores, s. quòd quidam vnam portam custodirent, & alii aliam. Etiam domus consilii, & exedrę custodiebantur per istos ianitores: De diuisionibus istis patet præc. lib. 16 capitu. *Sic enim præceperat Dauid homo Dei.* Scilicet, Dauid præceperat istas diuisiones sacerdotum, & Leuitarum: sic etiam quando ttactauit de ordinatione ministrorum. præced. lib. a, cap. 23. vsque 27. vocatur homo Dei, qa fuit vir sanctus: nam non deliquit nisi in paucis, & cùm de iis condignam pœnitentiam ageret, eratvir valde Deicola. Vnde dicitur tertio Regum decimoquinto, quòd non declinauit à via domini omnibus diebus vitæ suæ nisi in sermone Vriæ. Sic etiam Moyses vocabatur vir De, Iosue primo. & Elias vocabatur homo Dei, quarto Regum primo, & Elisæus vocabatur etiam homo Dei, quarto Regum quarto, & generaliter omnes viri boni excellenter, qui totaliter videbantur Deo dediti, vocabātur hoīes dei. *Non prætergressi sunt de mandatis Dei tā sacerdotes quàm Leuitæ.* Ideſt non trangressi fuerunt sacerdotes, nec Leuitæ mandata regis, s. Dauid, qui dedit istam ordinationem, vel de mandatis regis. s. Salomonis, quia licèt Dauid fecisset istā ordinationem, tamē Salomon iubebat nūc illā obseruari, & mandatis eius obediebāt tam sacerdotes quàm Leuitæ. *Ex omnibus quæ præceperat.* De omnibus, quę ordinauerat, s. quòd totaliter sunt traditę executioni illę ordinationes Dauid. *Et in custodijs thesaurorum.* Hic ponitur de alio officio Leuitarum. Scilicet de thesaurariis, quia omnes thesauri templi committebantur custodiendi Leuitis, & quia ante templum Salomonis erat tabernaculum Moysi, & offerebant Israelitæ munera pro sanctuario, erant Leuitæ aliqui, qui custodiebant illa, & sic quando Dauid obtulit thesauros pro templi ædificatione, & populares ēt obtulerunt, receperunt illos thesauros custodiendos Leuitæ, & tenuerunt eos, & qñ tēplū ædificabatur illi thesaurarij erant soluentes oēs expensas, quia de expensis sanctuarij fiebat illa ædificatio. Et sic dicitur. *Et de custodijs thesaurorū omnes impensas pte paratas hūit Salomon ex eo die, quo fundauit domum Domini vsque in diem, quo perfecit eam.* Scilicet, quòd oēs expē sę necessarię pro ędificatione, à principio vsque ad finem erāt paratæ in custodiis thesaurorum, scilicet vbi Leuitæ solebant custodire alios thesauros tēpli, vbi custodiebant nunc oēs impensas, q̄ necessarię fuerunt, & ipsi soluerunt omnia necessaria à principio fundationis templi vsque ad consumationem.

*Quomodo obtulit Salomon holocaustā Domino super altare Domini, & quando erat istud.* Quæst. XX.

QVAERITVR circa prædicta, quomodo dicitur hic, tunc obtulit Salomon holocausta domino super altare domini, qñ erat istud. Aliqui dicūt, quòd tangitur hic aliqua specialis oblatio, quam fecerit Salomon, & ista fuit tempore præcedentium. Hic enim agitur de quibusdā, quæ facta sunt viginti annis postquā cępit Salomon ędificare templū, vt patet in principio literæ, & continuatur istud ad præcedentia cùm dicitur, & obtulit Salomon holocausta, scilicet tempore, quo facta sunt præcedentia. Sed dicendū, quòd hoc nō stat propter duo: primò, quia si scripturā intendisset hic innuere aliquam oblationem speciālem quam fecisset Salomō, expressisset eam magis tangendo modum oblationis vel causam, & animalia, quæ offerrentur, & tamen nihil tangit tanquam istud esset aliquid paruum, & consuetum. Dicendum ergo, quòd hic scriptura non exprimit aliquam specialem oblationem Salomonis, sed solùm tangit cōsuetudinem offerendi: nam consuetus erat Salomō offerre sacrificia ter in anno, scilicet in festo Azymorum, & Pentecostes, & Tabernaculorum. Secundò patet, quia 3. Regum 9. ponitur ista historia, quę habetur hic, & tamen ponitur loco huius, sic offerebat quoque Salomon per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare, quòd ædificauerat domino: ergo oportet quòd ista litera significet id quod illa: sed ibi signatur consuetudo Salomonis offerendi, scilicet quid offerebat singulis annis, ergo etiam hic signabitur idem, & dicetur tunc, Salomon obtulit, ideſt tunc offerebat, & tunc non referetur ad immediatè dicta, sed ad tempus consumationis templi, scilicet quia ex tunc cępit Salomon offerre sacrificia, & offerebat illa singulis annis ter. Quare autem Salomon offerebat sacrificia istis tribus vicibus, & an obligaretur pluries offerre declaratum est tertio Regum nono in quadam quęstione. *Tunc ait Salomon.* Hic



Hic ponitur pars incidentalis, scilicet de magnificatione Salomonis in diuitijs per hoc, ꝙ faciebat afferri sibi aurum per mare, & dicitur. *Tunc abijt Salomon in Asiongaber.* Est Asiongaber quidam portus maris rubri, & est in parte orientali terrę Chanaan. Vnde Exo. 23. dicitur. Ponam terminos tuos à mari rubro vsque ad mare Palesthinorum, & tamen mare rubrum ponitur ibi pro oriente, & mare Palesthinorum pro mari occidentali mediterraneo, quod alluit terram Palesthinorum. Ista autem ciuitas Asiongaber ponitur in terra Idumęæ, quia in mari rubro in termino orientali coniunguntur in terra Chanaan, s. terra duarum trium, & dimidiæ, & terra Idumæorum. Ista ciuitas Asiongaber fuit olim famosa valde, & portus nimis accommodus nauibus, sed Alexander Magnus ædificia ciuitatis, & portus terræ coæquauit: Et dicitur, tunc abijt Salomon, s. completis ædificijs, de quibus supra. Circa ista nō potest cognosci ordo temporis, quia istæ non sunt partes eiusdem historię, sed sunt per se paruę historiæ nullam attinentiam habentes, ideo nō potest sciri, quid illorum prius, & quid posterius factum est. Credendum tamen est, ꝙ fuerit hoc saltem factum post ædificatum templum, & domos suas. *Et in Ailath.* Ideſt, quæ est iuxta Ailath, nam non est sensus, ꝙ ad vtrumq; locum iuerit, sed ꝙ iuit ad Asiongaber, quæ erat iuxta Ailath, & non videtur alicui sensus iste distortus, quia ita ponitur. 3. Reg. 9. vbi narratur ista historia, s. classem fecit Salomon in Asiongaber, quæ est iuxta Ailath. Est autem Ailath ciuitas famosa in terra Idumæorum, quæ aliquando vocatur Elath, vt patet Deut. apud istas duas ciuitates, s. Asiongaber, & Ailam transierunt Israelitæ venientes per deserta Arabica de Aegypto in terram Chanaan. Nam coacti sunt circuire totam terram Idumæorum, & inde in parte occidentali terræ ipsius transire per ista duo loca, vnde dicitur Deut. 2. c. circuiuimus montem Seir longo tempore, ideſt in terram Idumęorum, & postea sequitur. Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir per viam campestrem de Elath, & de Asiongaber venimus ad iter, quod ducit ad desertū Moab. Ista ciuitas vocatur nunc ciuitas Elana mutato nomine eius parum ab Hebræo secundum Iosephū, sed adhuc istud nomen nō mansit ei, sed vocatur Berenice: vt ait Iosephus 8. Antiq. *Et ad oram maris rubri.* Ideſt etiam iuit ad oram maris rubri, non debet sic intelligi, quia tunc sequeretur, ꝙ aliud esset ire in Asiongaber aliud in Elath, & aliud ire ad oram maris rubri, sed vnicum fuit ire, s. ad Asiongaber, sed ponūtur descriptiones locales eius, s. ꝙ Asiongaber erat iuxta vrbem Elath, siue Ailath, & erat in ora maris rubri, sic patet 3. Reg. 9. cùm dicitur: classem fecit Salomon in Asiongaber, quæ est iuxta Ailath in litore maris rubri. Ad euidentiam huius considerandum, ꝙ mare rubrum habet duos sinus, s. Persicum, & Arabicum: nam incipit mare rubrum aperte inde extēditur, quia vna pars eius versus Persidem, & vocatur sinus persicus: Alia pars extenditur versus meridiem, & tāgit Aegyptum fluitq; per deserta arabica, ideo vocatur sinus arabicus: neuter tñ istorum sinuum fluit in mare magnum, vel in mare mediterraneum, sed sunt coarctati limitibus terrarum, sicut magni lacus, vel gurgites, ideo iste sinus arabicus ex parte tangit Aegyptum, & secat eam ab oriente in occidentem, & nō fluit in mare: sed manet in Aegypto: ideo sic soluitur difficultas illorum, qui dicunt quomodo poterant Iudæi venire de Aegypto per terram Philisthinorum, non transeundo per mare rubrum, quod tamen vī præsupponi: Exo. 14. & tamen cùm irent per viam deserti, non poterant euitare mare rubrum. Hoc autem est, quia mare rubrum non pertingit vsque ad partem occidentalem Aegypti, sed sistit in parte superiori eius, & si Israelitæ irent per viam terrę Philisthinorum declinarent ad partem occidentalem Aegypti, ad quam non pertingit mare rubrum, & non transirent per illud: si autem transituri essent per viam deserti declinabāt ad partem orientalem Aegypti, in qua erat mare rubrum, & sic factū est. *Qui est in terra Edom.* Potest referri ad oram maris rubri, s. ꝙ illa est in terra Edom, vel refertur ad ciuitatem Asiongaber. Est enim Asiongaber portus maris terræ Idumææ: nam licèt terra Israel perueniat vsque ad mare rubrum ex parte orientali, tamen portus Asiongaber non est in parte terræ Israel, sed in parte Idumæorum, vbi est principium terræ Moabitarum, vt colligitur Deut. 2. Sed tunc dicetur, quomodo poterat Salomō facere classem in Asiongaber, cùm esset portus terræ Idumææ? Respondendum est, ꝙ Salomon poterat facere in Idumæa quidquid vellet, quia regio illa erat sibi subiecta: nam subiecerat eam sibi Dauid. 2. Reg. 8. & præced. lib. 18. c. *Misit ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues.* Erat Hirā amicus regis Salomonis, qui dederat sibi ligna cedrina, & abiegna ꝙ ædificatione templi, & domorum suarum, & sic dicitur, ꝙ Hiram misit ei naues, s. misit aliquas naues suas, quæ irent cum nauibus regis Salomonis, & dicitur 3. Reg. 9. Misit Hiram in classe illa seruos suos, & videtur hic innui, ꝙ Salomon miserit nautas, & naues, & Hiram dederit ei naues alias, quæ irent cum nauibus suis: & ibi innuitur, ꝙ Salomon solùm fecerit naues, & Hirā solùm dederit ei aliquos de seruis suis, qui irent cum seruis Salomonis in nauibus propter peritiam maris. Sed dicendum, ꝙ veritas est, ꝙ ista classis dicebatur esse Salomonis, eo ꝙ fecit ipse plurimas naues: dedit tamen Hiram Salomoni naues aliquas, quæ irent cum nauibus suis, & seruos suos in eis, vt etiam illi gubernarent negocia totius classis in mari, quia illi erant peritiores in hac arte. *Et nautas gnaros maris.* Isti nautæ non solùm erant pro nauibus quas dabat Hiram Salomoni: sed etiam pro tota classe Salomonis, quia viri Salomonis nesciebant negocia maris: Serui autem Hiram erant periti circa istam exercitationem. Vocantur gnari maris, ideſt cognoscentes, quæ requiruntur ad peritiam nauigandi, scilicet scientes loca maris per diuersos terrarum tractus, & istud necessarium erat ad eundum in Ophir, quia per longes terræ ciuitus ibatur illuc ex Asiongaber. Causa autem quare serui Hiram erant viri periti in mari, erat, ꝙ habitabant in litore maris, s. in Tyro, & Sidone: fuit enim Tyrus ciuitas famosissima antiquitus in rebus nauticis. Conueniebant enim ad eam mercatores de omnibus partibus orbis, de cui⁹ gloria in mari, & mercimonijs describitur latè per Ezechielem loquendo contra Tyrum: Ezech. 27. Israelitæ autem non erant tam experti circa negocia maris, quia non erant exercitati sicut Tyrij, qui assueti erant ad ea. *Et abierunt cum seruis Salomonis in Ophir.* Scilicet, principaliter Salomon mittebat classem istam: ideo quamquam viri Hiram essent exercitati magis circa negocia maris dicebātur, principaliter mitti serui Salomonis, & cum eis serui Hiram. *In Ophir.* Est Ophir quædam insula, sic nominata in Indorum ab vno de filijs Heber. in hac leones, & sæuissimæ bestiæ habitant. In hac enim terra sunt montes aurei: nam superficies eius tota videtur quasi aurū, non est tamen facultas hominibus introeundi, & manendi in montibus illis aureis propter sæuissimas bestias. Sed cùm sint illi montes in littore maris nautæ appellentes naues ad portum cùm vident abesse bestias ex impetu introeunt in extremitates illorum montium, & laminas aureas vnguibus, & pedibus illarum bestiarum erutas accipiunt, & in nauem rediunt. Postea autem decoquunt terram illam, vt de pu-

putaretur aurum. Sic enim acceperunt serui Salomonis: ita vt ducerent inde magnam massam auri. In terra ista sunt aues, & animalia diuersi generis, & lapides precioſi varij: vnde paui, psitaci, & simiæ ferũtur inde: crysopasi quoque lapides, & magnetes multi ibi sunt: vt referunt Plinius, & Rabanus. *Tuleruntq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri*. Scilicet, acceperunt inde terram auream, quæ non erat aurum purum, sicut ferũ est in terra, vel alia metalla in minerijs, quæ postea debent depurari igne. Est tamen terra ista hñs aurum purius, & precioſius, quàm aliæ regiones, & cùm offerrent terram illã, erat magnæ quantitatis, sed postea cum depurata fuit, reperta est talentorum quadring ẽtorum, & quinquaginta. Post Salomonem autem aliqui de regibus Iuda, & Israel mittebant in Ophir pro auro. Sicut patet de Ioſaphat rege Iuda. 3. Reg. vltimo c. Cùm dr, rex verò Ioſaphat, fecit classes in mari, quæ nauigarent in Ophir pp aurum, & ire non potuerunt: quia confractæ sunt in Asiongaber: De rege etiam Ochozia, cp vellet illuc mittere classes, patet infra 20. de ista missione Salomonis in Ophir, dicit Ioseph. 8. Antiq. Fecit Salomon multas naues in sinu Aegyptiaco maris rubri in loco, qui appellatur Asiongaber non p cul à ciuitate Elana, quæ nunc Bernice appellatur. Misit autem in Ophir, vbi nunc terra aurea nuncupatur. Est autem in India, vt aurum inde deferrent, & colligentes quadringenta talenta reuersi sunt. Non. n. vendebatur, vel emebatur aurum, vel argentum: sed multæ fuere naues, quas rex in mari Tharsico cõstituerat: vt interiora gentium penetrarent, & omnia comparare nt. Comparatum autem aurum, & argentũ regi deferebant, necnon elephantes, & hiopas, & simias, nauigium autem euntes, & redeuntes tribus annis cõplebant. Est autem sciendum, cp insula Ophir est in India apud fluuium terrę Eiulath, qui est Phiſon, & iste circuit terram Ophir, & in fluuio isto sunt lapides precioſi, & in terra quam circuit, s. in terra Ophir est aurũ optimum: sic patet Gen. 2. s. nomẽ vni Phiſon ipse est, qui circuit terram Eiulath, vbi nascitur aurum, & aurũ terræ illius optimum est, & intelligitur istud de terra Ophir, cp ibi nascitur aurum. Hoc autem modo Salomon multas diuitias auri potissimum conquisiuit, ita vt in diebus eius nullius precij estimaretur argentum, sed esset sicut lapides, vt patet sequenti c. & 3. Reg. 10. Inde etiam multa precioſa habuit.

## CAPITVLVM IX.

REGINA quoque Saba cum audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus in Ierusalem, cùm magnis opibus, & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque prætioſas. Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcunque erant in cordę suo, & exposuit ei Salomon omnia, quæ proposuerat: nec quidquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit. Quæ postquam vidit sapientiam, scilicet Salomonis, & domum, quam ædificauerat, nec non & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque, & vestes eorum, & victimas, quas immolabat in domo Domini: non erat præ stupore vltra in ea spiritus. Dixit ad regem: Verus est sermo, quem audieram in terra mea, de virtutibus, & sapientia tua. Non credebam narrantibus donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem Domini Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum, iccirco posuit te super eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas precioſissimas: non fuerunt aromata talia, vt hæc, quæ dedit Regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thijna, & gemmas pretioſissimas: de quibus fecit rex de lignis scilicet thijnis gradus in domo Domini, & in domo regia, cytharas quoque, & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia: rex autem Salomon dedit Reginę Saba cuncta, quæ voluit, & quæ postulauit, & multo plura quam attulerat ad eum: quæ reuerſa abijt in terram suam cum seruis suis.

*Regina quoque.* Descripto in præcedentibus de Salomonis magnificentia, hic agitur de eius fama latè diffusa. Et diuiditur in duo. quia primò ponitur de diuulgatione famę Salomonis erga istam Reginã Saba. Secundò fama sua erga alios reges habitantes in quacunque alia terra, ibi. *Magnificatus est igitur*. Prima in tres, quia primò ponitur fama, & opulẽtia, & fama Salomonis ex amplitudine sumptuum. Secundò ex multitudine prouentuum, ibi. *Erat aotem pondus*. Tertio ex magnitudine effectuum, ibi. *Fecit quoque rex*.

*An ista facta sint ordinate, vel non, &c.*
*Quæst. PRIMA.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quę habentur hic fuerint facta post præcedentia, vel sit aliquis ordo mutatus, & dato, cp fuerint post illã, an fuerint facta immediatè post illa, an interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, cp nõ apparet, an ea, quæ habentur hic, sint facta post præcedentia: quia ista narratio, quæ habetur hic de Regina Saba, non est aliqua historia continuata, cùm præcedentibus, vel subsequentibus, sed est quoddam accidẽs per se descriptũ, Cp venerit Regina Saba ad audiendam sapientiam Salomonis: nam 3. Reg. 4. c. dr, cp de omnibus populis veniebant ad audiendam sapientiam Salomonis, & sic potuit esse, cp veniret ante istud, vel post. Dicendum tamen, cp venerit post ea, quę habentur supra: quia nũquam recedendum est ab ordine literæ, nisi appareat manifesta causa. Hic autem non apparet aliqua causa, ideo dicendum est, cp talis fuerit ordo, qualis ponitur hic in litera. Item patet, quia præced. c. dr de consummatione ædificiorum Salomonis, & cp post ædificatã domum domini, & domum suam factam fuerint, quę habentur ibi: quando tamen venit Regina Saba ad Salomonem erat factũ templum, & domus reginæ erat completæ, & domus seruorum suorum: nam ipsa regina videns domum, quam ædificauerat Salomon, & cibos mensę eius, & habitacula seruorum eius, nõ habuit vltra spiritum admirans, vt patet infra in litera, & 3. Reg. 10. Erant ergo omnia præcedentia facta anteq̃ veniret Regina Saba ad Salomonem. Ad 1m dicendum, cp non potest patere, an modico tempore, vel multo post præcedentia facta fuerint, quæ habent hic. Constat tamen, cp de Regno Salomonis ad minus trãserant plus quàm viginti quatuor anni, quando venit Regina Saba ad eum, & patet hoc, quia Salomon reguauerat annis, ferre quatuor ante fundationem templi. 3. Reg. 6. Deinde ædificatio templi, & domorum Salomonis durauit annis viginti: vt patet præced. c. & 3. Reg. 9. quia templum ædificatum est annis septem. 2. Reg. 6. & domus Salomonis ædificatę sunt annis tredecim eo. lib. c. 7. & sic sunt viginti, & à principio regni Salomonis sunt vigintiquatuor vsq; ad finem ędificationis domorum suarũ: sed Regina Saba venit ad Salomonem ædificato iam templo, & domibus suis, vt patet infra in litera, & 3. Reg. 10. & supra declaratum est: ideo fluxerunt ad minus vigintiquatuor anni, de regno Salomonis. Sed an multo tempore post istos vigintiquatuor annos, Regina Saba venerit ad Salomonem, vel pauco post non apparet, nec potest apparere ex litera. Circa primum dr. *Regina quoq; Saba, cùm audisset famam Salomonis*. De ista Regina Saba, quæ esset, & de ciuitate ista Saba, in qua regione esset declarabitur magis infra in quadam quæst. Sed nunc vocatur Saba, quædam ciuitas Aethiopiæ, & vocatur Regina Saba, ño cp illius solius ciuitatis esset Regina, sed quia illa ciuitas erat caput, & sedes regni sui. Sic. n. rex Sehon dicebatur regnare in Esebõ, & Og regnare in Astaroth: quia iste ciuitates erant præcipuè in regnis suis, & tñ multas alias vrbes habebãt: vt patet Deut. 2. & 3. & Ioſ. 12. & 13. Audiuit autem famã Salomonis, s. audiuit eũ sapientissimũ esse super omnes homines, ideo voluit venire ad videndum eum, & ad interrogandum ipsum de multis dubijs, & hoc non solùm fuit in Regina Saba, sed in multis alijs regibus, quia desiderabat tota terra videre vultum Salomonis, & multi reges terrarum veniebant ad videndũ eũ: vel mittebant viros ferrẽtes munera Salomoni, & audiebant ab eo solutiones dubiorum suorum. De hoc patet 3. Reg 4. *Venit, vt tentaret eum in ænigmatibus*. s. Regina Saba audierat de Salomone, tanta dici de rumore sapientiæ eius quanta de nullo vnquam mortaliũ dici audiuerat, & dubitabat, an hoc verũ esset, & sic veniebat, vt duo cognosceret, primum erat, an verus esset rumor, quem de eo audierat. Secundum, vt informaretur in dubijs suis, &





vnum dependebat ab alio: quia si vera esset fama audita de Salomone, responderet sufficienter ad dubia, & informaretur ipsa. Sin autem sciret famam mentitam, & ad hoc proposuit ei ænigmata, ideſt quæstiones quarum solutio erat difficilis, & obscura nimis, vt sic cognosceret profundum sapientiæ eius: nam si respon deret sufficienter apparet magna altitudo intellectus eius. Vocatur autem apud nos ænigma obscurus sermo, quando ex sermone redditur sensus obscurus, & ponit Alexander in suo doctrinali c. de figuris exemplum, s. Patrẽ progenies matris occidit in aluo. Et iterũ: Quã mr genuit genuarit filius matrẽ: quia ex mõ loquẽdi sensus isti obscuri sunt, & dr, cp venit tentare: quia licèt duo intenderet Regina Saba consequi: vnũ tñ erat certũ, & aliud dubium, s. certum erat, cp per ista ænigmata appareret, an Salomon esset tã sapiens, sicut dicebatur, vel non: & tñ non erat certum, an sciret informare eã de dubijs: ideo dixit, id quod erat certũ, s. cp veniebat ad tentandũ Salomonẽ. Item licèt ista duo Regina Saba intenderet, tñ vnũ erat via ad alterum, s. tentatio ad inquirendã veritatem: ideo posuit id, quod primum erat, s. tentatio, & dr. 3. Reg. 10. cp venit ista regina ad tẽtandũ Salomonem in nomine domini, s. cp non solùm venit ad tentandum eum: sed etiam venit pp nomen domini. Quid autem hoc sit fortè, infra declarabitur in quadã quæst. *In Ierusalem*. Morabatur Salomõ in Ierusalem, quia ibi erat sedes regni sui, & ibi quasi semper morabatur, nec faciebat, sicut reges, qui sunt quasi in ptinuo motu de loco ad locũ, & ita erat psuetudo regibus antiquitus, cp manerẽt quasi semper in eodem loco: ideo dicebantur regnare in vna de ciuitatibus regnorum suorũ: licèt multas haberent: quia semper in tali ciuitate manebãt. sicut de rege Sehon dr, cp regnauit, vel habitauit in Esebon, & de rege Og, qui habitauit in Astaroth: Num. 21. & Deut. 2. & 3. & Ioſ. 12. & 13. ideo in Ierusalem venit Regina Saba. *Cum magnis opibus, & camelis*. Istę opes erãt ad expensas viarum: quia venerat de terra longissima: sicut dixit Christus: Matth. 12. cp Regina Austri, quæ est Regina Saba venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. Poterãt etiã esse ad ostendendã gloriã suã, quia cùm esset regina potens, & iret in terrã extraneã, vt cognosceret magnitudo gloriæ eius voluit ferre secũ diuitias multas. Alia etiam causa fuit, s. quia regina ista intendebat Salomoni multa dare, si solueret quęstiones eius: ideo tulit diuitias magnas. Camelos etiã tulit. Et aliqui putant, cp fuit hoc ad ostendendam rem insolitam, & tñ non est verum, quia cameli multi erant in regione Chanaan in qua Iudæi morabantur: quod patet, quia Abraham habitabat in regione illa, & habebat camelos multos: nam quando misit Eliezer seruum suum in Mesopotamiam, adducendum inde vxorem pro filio suo Isaac, dedit ei decem camelos, in quibus multa dona ferebat, vt patet Gen. 24. Sed tulit regina istos camelos ad ferendum onera, quia sunt animalia nimis laborioſa, & magni oneris, & patet hoc ex litera: quia dicitur. *Qui portabant aromata, & auri plurimum gemmasq; precioſas*. Ista aromata, quæ ferebat regina erant ad dandum Salomoni: quia cùm vellet ab eo audire solutiones dubiorum volebat ei offerre munera magna. Etiã quia in hoc regina magnificentiam ostẽtare volebat. Fuerunt autem ista aromata precioſissima, qualia nũquam allata sunt in terram Israel: vt patet in litera, & 3. Reg. 10. Abundant autem Aethiopes camelis: ideo in camelis ferebat ista regina aromata, & alia onera. Sunt autem in Aethiopia aromata ista, & omnia aromatica propter caliditatem terræ. In terris autem frigidis nulla aromatica sunt. In terris autem temperatis qualis erat terra Chanaan, quæ erat partim in quarto climate, & partim in tertio etiam non

Universidad de Deusto
Biblioteca



erant aromata, ideo Regina Saba sciens hoc tulit aromata multa, quia illa preciosa essent in terra Israel, propter raritatem eorum. *Et auri plurimum.* 3.Reg.10. dicitur, & aurum infinitum nimis, & est modus loquendi hyperbolicus: quia aurum non poterat esse infinitum, cùm nullum infinitum in quātitate sit in actu, sed vocatur infinitum, i. valde multum, & patet hoc, quia dicitur infinitum nimis, & tamen nimis augumentat: sed super infinitum non est augmentum: quia infinito nihil est maius, & vnum infinitum non est alio maius: ideo hic dicitur proprius, s. ꝙ ferebat Regina illa auri plurimum, & hoc est conuenienter dictum. Poteratque hoc Regina Saba: quia regina potens erat. Etiam quia in regionibus meridianis, de quibus ipsa erat, magis abundat aurum, quàm in regionibus Septemtrionalibus. *Gemmasque preciosas.* De multis generibus lapidum preciosorum ferebat, quia gemma non est nomen speciale lapidis alicuius precioſi: non est autem putandum, ꝙ Regina Saba ferret omnes istas diuitias ad dandum Salomoni, sed datura erat magnam partē earum. Ferebat autem ad expensas suas, & potissimū ad ostentandam gloriam suam in magnitudine diuitiarum. *Cunque uenisset ad Salomonem.* Scilicet, existentē in Ierusalem. *Locuta est ei quæcunq; erant in corde suo.* Ideſt proposuit ei omnia dubia, quæ habebat in corde suo, super quibus venerat interrogatura: nam non est sensus, ꝙ dixerit ei quidquid aliud in corde gerebat: quia hoc erat impertinens, & non faceret Regina Saba. *Et exposuit ei Salomon omnia, quę proposuerat.* Scilicet, omnia ænigmata, in quibus Regina Saba venerat tentatura Salomonem exposuit ei: quia cùm Salomon esset sapientissimus omnium virorum circa omne genus speculationis, vt declaratum est 3. Reg. 4. nihil ei erat difficile. *Nec quidquam fuit, ꝙ ei perspicuum non fecerit.* Ideſt, non fuit aliqua quæstio tam dubia, ꝙ Salomon non declararet penitus illam reginæ, & hæc erat excellentia sapientiæ eius, s. ꝙ non solùm intelligebat res altissimas, sed etiam poterat quantūcunque rudem deducere in cognitionem illarum, & istud est summum sapientissimi posse docere. *Quæ postquam uidit sapientiam Salomonis.* Scilicet, postquam tentauit eum in multis ænigmatibus, & reperit eum sapientiorem, quàm putabat. *Et domum, quam ędificauerat.* Dubitabit aliquis de quā domo intelligatur, cùm Salomon fecisset tres domos, s. domum suam, domū filiæ Pharaonis, & domum saltus Libani, vt patet 3. Reg. 7. Aliquis fortè dicet, ꝙ intelligetur de domo illa, quę inter istas tres erat per excellētiam admirabilis pulchritudine, & ista erat domus saltus Libani. Aliter potest dici, & melius, ꝙ accipitur hic domus, ꝙ omnibus tribus domibus quas ædificauerat Salomon. Nam licèt essent tres domus, inquantum tamen erant omnes tres ad vsum prophanum, & vt distinguebantur à templo, quod Salomon ædificauerat, censebātur vna domus, sic accipitur præced. c. cùm dicitur, postquam Salomon ædificauit domum domini, & domum suam, & accipitur ibi dom' sua tanquam vnica. Iosephus autem dicit 8. Antiq. ꝙ Regina Saba admirata est de omnibus, quæ vidit apud Salomonem, sed principaliter de tribus, de domo saltus Libani, & de fabrica templi, cum ordine ministrātium, & de ordine, & distinctione seruientium Salomoni. *Et cibaria mensę eius.* Erant enim preciosa valde, & varia ad ostendendam regiam magnificentiam, comedit enim Regina Saba cum Salomone, viditq; cibos, qui ei ferebantur, & ꝙ multitudine, varietate, & preciositate stupendi erant: etiam vidit cibos familiæ eius, qui etiam erant admirandi: nam tāquam aliquid excellens expressi fuerunt isti cibi in scriptura. 3. Reg. 4. Etiam erat varietas in vasis mensæ Salomonis ꝙ cibis, & potibus, & in ijs erat magna pulchritudo. Erat autem cibus Salomonis quotidie triginta cori siliginis, & sexaginta cori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione cervorum, & caprearum atque bubalorum, & auium altilium, &c. *Et habitacula seruorum suorum.* De habitaculis istis seruorum non facit scriptura mentionem, ꝙ Salomon illa fabricauerit, sed per ædificia suæ domus intelliguntur. Erant autem ista miro ordine composita, & magna pulchritudine prælata, s'm differentiam ministrorum: erant autem istæ domus intra domum regis, vel propè, & propter pulchritudinē considerauit illas regina. Aliqui putant, ꝙ fuerint ista ædificia in platea illa, quę vocatur Mello, quam David, patentem dimiserat sine ædificijs. De Salomone autē legitur, ꝙ ædificauit Mello. 3. Reg. 9. & 11. *Et officia ministrorum eius.* Ideſt considerauit multiplicia officia, quę hēbant serui Salomonis, potissimè in seruiendo mensæ eius, considerauitque eorum admirabilem ordinē, quia licèt esset magna varietas ministrationum, nihil excedebat modum, & ordinem, & conditionem ministerij, & admirabili ordine relucebat magna prudentia. *Et vestimenta eorum.* Scilicet, considerauit differentiam, & preciositatem vestium, quia cùm essent ministri multi omnes tamen vtebantur vestibus preciosissimis, &, quod maius erat, colores, & figuræ vestium distinguebantur per officia ministrorum, ita vt per vestes facilè esset cognosci, quis esset de quolibet genere ministrorum. Iste autem ordo tam diligenter obseruatus ostendebat magnam sapientiam Salomonis: nam sapientis est ordinare. *Pincernas quoque, & vestes eorum.* Pincernæ erant, qui in mensa Salomonis seruiebant de vino, & varijs potibus. Ordo autem, & varietas istorum pincernarum fuit admirandus: ideo Salomō inter cętera magnalia, quę se fecisse dicit, de istis ministerijs refert Eccl. 2. s. Feci mihi cantores, & cātatrices, & delitias filiorum hominum, scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda: Vestes etiam pincernarum erant pulchræ, & à vestibus cæterorum ministrō distinctę colore, & figuræ varietate. *Et victimas, quas immolabat in domo domini.* Considerauit etiam Regina Saba sacrificia, quæ offerebat Salomon domino, & est victima nomen generale ad omne genus sacrificij: sed ponūtur 3. Reg. 10. holocausta solùm, quia fortè illud erat genus sacrificij, circa quod Salomon magis vacabat: sed de istis sacrificijs, quę essent declarabitur infra in quadam quæst. In Hebræo hī. 3. Reg. 10. Hic & ascensum, per quem ascēdebat in domum Domini, i. fecerat Salomon de domo sua vsq; ad domū Domini quoddam deambulatorium de lignis thinis, quę ducebantur de Ophir, & illum ascensum artificiosum, & ignorū pulchritudinem, & preciositatē Regina Saba considerauit. Litera tn nostra conuenientior est, sed ꝓuenit ista differentia ex equiuocatione nominis Hebræi, quia ponitur ibi eadē dictio, s. olla ꝙ holocausto, vel ascensione, & vtriq; conuenit: nam olla in Hebręo s'm suam originem signat eleuationem, & potest ꝓpere ascensioni, s. quia per gradus eleuatos fit ascensus. Cōpetit etiam holocausto, vt alijs sacrificijs: quia manibus sacerdotū eleuantur coram dño. *Non erat præ sumpore vltra in ea spiritus.* Ideſt tñ fuit admirata Regina Saba de ijs, quæ vidit, s. de sapientia Salomonis, & alijs, ꝙ non sufficiebat magis admirari, & ꝓuenit hoc admirātibus: nam quandiu aliquis habet intellectum capacē eorū, q̄ videt, ita ꝙ illa sufficienter intelligit, nō admiratur nimis: sed cum nō valet iā intelligere: q̄ videt, vel audit, admiratur nimis, & tunc dī non habere spiritū, & sic si aliqua maiora postea ostenderentur, non poſset de illis sufficienter admirari. *Dixitque ad regem: verus est sermo, quem audiui in terra mea de uirtutibus, & sapientia tua.* Audierat enim Regina Saba admiranda de Salomone: quia per omnem terram diuulgabatur fama eius, & talia de eo audiebantur qualia de vllo nunquā fuerant audita, ideo non tunc crediderat Regina Saba, ꝙ hæc omni vera forent, ideo veniebat tentatura eum in ænigmatibus, vt patet supra in litera: Nunc autem experimento didicerat rem maiorem esse rumore, ideo admirata confessa est suum errorem dicēs, veram esse famam, quam audiuerat. Et dicitur de virtutibus, & sapientia, quia in sapientia prȩcellebat Salomon omnes homines. 3. Reg. 4. Sed de virtutibus quo modo Salomon esset in eis excellens, nō apparet: quia dato, ꝙ in principio regni sui fuerit vir Deicola, & bene compositus: non fuit tamen in hoc tam excellens, ꝙ de virtutibus eius magna fama esse deberet: potissimè, cùm ipse potius videretur delectationibus dedi- B tus tam in gustu, quàm in tactu: ideo dicendum videtur, ꝙ non accipitur hic virtus pro aliquo habitu moali, sed vocantur virtutes, ideſt res factæ virtuosæ, vel excellentes, & sic omnia opera magnifica Salomonis vocabantur virtutes eius: & hoc conuenit ei, quod habetur 3. Reg. 10. s. Super sermonibus, & sapientia tua. Vocantur ibi sermones, quod vocatur hic virtus, & tamen sermo est res narrata, s. omnia gesta, quæ narrabantur de Salomone præterquàm sapientia eius vocabantur virtutes, vel sermones eius. *Non credebam narrantibus donec ipsa uenissem, & uidissent oculi mei.* Scilicet, tanta de te dicebantur, ꝙ erant incredibilia: quia nunquam talia audita fuerant, vel dicta prȩteritis seculis de aliquo homine: ideo non credebam quousque vidi. C Sicetiam erat de multis regibus terræ, qui non credebant rumori, donec experimento constabat. Sed nunc credere cogor, quia viderunt oculi mei, s. magnitudinem operum tuorum, & ordinem familię, & alia, quę videri poterant ostendentia magnitudinem sapientiæ tuæ: nam sapientia ipsa videri non poterat: vel dicitur, viderunt oculi mei, ideſt ego experimento didici: nā probatio experimentalis vocatur visio. *Et probasse m uir mihi medietatem sapientiæ tuæ fuisse narratam.* Scilicet, ego dubitabam, an vera essent, quæ de te audiueram, & experimento didici, ꝙ non solùm illa erant vera, sed etiam ꝙ ego non audieram medietatem eorum, quæ experta sum de sapientia tua: hoc dixit Regina Saba, quia Salomō declarauit ei aliqua maiora, quàm D illa de quibus ipsa dubitauerat. ex quo apparebat, ꝙ sapientior erat, quàm ipsa audiuerat. *Vicisti famam virtutibus tuis.* Scilicet, maiores sunt virtutes tuæ, quàm fama tua: istud accidit excellentibus viris, quia interdum tanta est eorum excellentia, ꝙ fama non potest pertingere ad enarrandum magnitudinem illius, & potissimè, quando est fama de magnitudine ingenij: nihil enim est, ꝙ magis lateat, quia illi, per quos dilatari debet fama alicuius, non solùm non intelligunt illud, quod ille intelligit, sed etiam intelligere nequeunt quanta est magnitudo ingenij illius. Sic etiam est circa quasdam alias perfectiones magnas in quocunque genere: quia vulgus non sufficit ad intelligendum illas: ideo qui excellentissimi sunt, æqualem virtutibus E suis laudem habere nequeunt: quia oporteret sic æquales laudatis esse laudatores. Et istud manifestè dicit hic litera. s. Vicisti famam virtutibus tuis, ideſt non potuit fama peruenire ad enarrandum magnitudinē virtutum tuarū, s. perfectionū. *Beati viri tui.* Cōuertitur Regina Saba ad laudandum aliter Salomonis sapientiam, dicendo beatitudinem esse in illa, & hoc quia attonita erat præ magnitudine sapientiæ Salomonis. Intauit magnum gaudium esse manere sēper coram Salomone ad audiendum doctrinam eius, & ob hoc dixit, beati viri tui, ideſt domestici tui. *Et beati serui tui.* Isti sunt, qui ministrabant coram Salomone in mensa, & in alijs, & causa beatitudinis in seruis, & viris communis est, s. ꝙ assistebant Salomoni. *Qui assistunt coram te in omni tempore.* Scilicet, quotidie stant coram te, vel quandocunq; volunt, aut saltem temporibus conuenientibus. *Et audiunt sapientiam tuam.* Ista erat causa beatitudinis, s. quia cùm semper essent coram Salomone, semper poterant audire sapientiam eius. Rectè locuta est Regina Saba, s. illi, qui non veniunt ad præsentiam tuam, nec audiunt verba sapientiæ tuæ, nullam partē felicitatis assequuntur. Qui autem sunt coram te, & audiunt ea, quæ dicis, sunt beati, eo ꝙ in audiendo sapientiam tuam est summum gaudium. Qui autem aliquando audiunt verba sapientiæ tuæ, & tamen non manent semper coram te: sicut illi, qui veniunt de terra aliena ad te videndum: licèt pro eo tempore, quo manent coram te, sit in eis aliquid felicitatis, tamen non manet postea, quia occurrunt deinde eis multa dubia de quibus informari nequeunt in absentia tua. Qui autem præsentes sunt tibi, sicut serui tui, semper sunt beati, quia quandocunque occurrerit eis aliquod dubium, habent declaratorem. Etiam quia multa audient secreta sapientiæ tuæ, de quibus etiam ipsi nunquam cogitauerunt. De humana autem felicitate rectissimè locuta est Regina Saba: nam summum bonū hominis est in intellectu, vt ait Arist. 10. Ethic. & quia sapientia est maxima perfectio intellectus erunt homines felices per hoc, ꝙ sapientes. Hic tamen non contingit homini viuenti assequi felicitatem propter duo. Primò, quia sapientia illa, quam homines hic as- C sequuntur, imperfecta nimis est, cùm paucis veritatibus, & obscurè cognitis multarum rerum, & magnarum nos ignorantia confundit. Secundum est, quia si aliquod gaudiū in speculando sit, quod profectò magnum est, corruptibilis corporis conditio facit actum illum non esse delectabilem, vel non diu durare in sincera delectatione. Sic patet Sapien. 9. s. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem. Soluta autem anima à corpore, cùm anima summa, & vera felicitas, aut summa miseria est: in sapientia autem consistit ipsa summa beatitudo: sic patet Ioan. 17. s. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te, i. totum bonum vitæ æternę est, in cognoscendo te. Et ista est cognitio speculatiua, quamquam sit intuitiua per præsentiam obiecti, & nō abstractiua per formam abstractam repræsentantem. Dum autem viuitur perfectum bonum nullum homini contingit, inter ipsa tamen diminuta bona, quæ homini eueniunt, sapientia imperfecta, quæ hic habetur, maximum bonum, & maximum iucundum est. Vnde ipse Aristoteles, qui de futura animarum conditione disputat pro eo tempore, quo hic viuitur, dicit hominem secundùm sapiētiam felicitari, & ipse mortalis existens per sapientiam & intellectum conetur immortalitatem 10. Ethi. Nunc autem sic erat, ꝙ maxima sapientia, quæ erat in terra, quæ in aliquo homine vnquam fuit, erat in Salomone. Beati ergo erant, qui poterant participare aliquid de sapientia eius, & isti erant, qui assistebant sēper Salomoni: vnde isti ferebant plurima de illis, quæ loquebatur Salomon, & per hoc sapientes efficiebantur. Sic patet Prouer. 25. c. s. Hæ quoq; parabolæ Salomonis quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Dolebat autem Regina Saba; quia nō poterat semper esse prȩsens, vt audiret sapientiam Salomonis, sicut audiebant serui eius. *Sit dominus Deus tuus benedictus.* Laudabat hic Regina Saba Deum Israel, quia credebat, ꝙ ab eo Salomon acceperat sapientiam istam magnam, & iustè quidem hoc arbitrabatur: quia inter homines nihil tale vnquam repertum est, s. ꝙ aliquis sine magistro, & sine labore inuestigandi in tenera ætate subitò sapientissimus effectus fuerit. Tale autem locutus est hic Hiram rex Tyri:

Sapientis est posse docere.

Sumptus ciborum Salomōis.

nam audiens ſapientiam Salomonis, & videns, ꝙ vellet ædificare domum domino,& palatium ſibi,laudauit Deum eius,qui ei ſapientiam dederat,& conſtituerat eum regem in Iſrael, vt patet ſupra 2. & 3. Reg. 5. ſcilicet. Quia dilexit Dominus populum ſuum, ideo regnare te fecit ſuper eum: Et addidit dicens: benedictus dominus Deus Iſrael,qui fecit cœlum,& terram: qui dedit Dauid regi ſapientem filium, & eruditum atq; ſenſatum,vt ædificaret domum domino,& palatium ſibi. *Qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuum.* In hoc confitetur Regina Saba, ꝙ diſpoſitio regnorum à Deo veniat,ſ.cuicumque Deus voluerit,dabit regnũ, & cui voluerit auferet, & per hoc cõcedit generaliter prouidentiam Dei circa humana opera, ſ. ꝙ curet de negotijs noſtris: nam ſicut curat de negotijs magnis quæ ſunt negotia regnorum, ita curabit de negotijs minoribus ne aliquid maneat inordinatũ: De iſta prouidentia habetur Dan.ſ. donec cognoſcant viuentes, ꝙ dominatur altiſſimus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud. & dixit, ſuper thronum ſuum,ſ.quia thronus Iſrael erat thronus Dei: quod poteſt dupliciter intelligi, vno modo ſuper thronum ſuum,ſ.quia ipſe de illo curam habet. Nam habet Deꝰ curam de omni diſpoſitione regnorum, & quicunq; regnat,oportet,ꝙ habeat regnum per manum domini, ideo cùm ipſe det illud cuicumque habenti,cenſetur regnum eſſe Dei: & hoc quidem concedit ſcriptura, ſ. ꝙ omnis poteſtas à Deo: ſed data ab eo. ad Rom. 13.& ſpecialiter regna terræ,quæ eſt maxima: ideo ipſe dicitur dare omnes reges,iuxta illud Prouer.7.ſ. Per me reges regnant. & non ſolùm de bonis verum eſt: ſed etiam de malis, quia illis etiam Deus concedit regnum interdum propter peccata populi,cui præſunt: vt patet Iob 34. ſ. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Et non ſolùm eſt poteſtas regnatiua in manu domini,ad hoc, ꝙ quis illam aſſequatur, ſed & poſtquam aſſequutus fuerit,in poteſtate Dei eſt bona,vel mala gubernatio,quæ ſub illo rege in regno eſſe debet: vt patet Prouer.21.ſ. Cor regis in manu domini,& quocunq; voluerit vertet illud. Secundo modo vocatur iſte thronus Dei, quia ſpecialiter pertinebat regnum Iſrael ad Deum, cùm ipſe accepiſſet Iſraelitas in peculium,& regnum ſacerdotale atq; gentem Sanctam: Exod.29.c. Et ſic etiam ipſe Deus dicebatur inter Iſraelitas ſpecialiter regnare, ſicut vnus homo dominatur in vno regno: & in tantũ dominatur Deus ſpecialiter inter Iſraelitas, ꝙ ſi aliquis vellet regnare, vel dominari inter eos, videbatur facere Deo iniuriã, vel ſubtrahere ei dominium: ſic patet de Gedeone, qui poſtquam ſuperauit Madianitas, dixerunt Iſraelitæ: dominare tu nobis, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian: ipſe verò reſpondit: non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus,ſed dominabit dominus Deus,vt patet Iud. 8. Ex quo patet, ꝙ Gedeon intelligebat,ꝙ ſi ipſe dominaretur inter Iſraelitas, non poſſet Deus dominari inter illos,& ſic erat modus dominandi ſpecialis, quia ſi intelligatur de modo dominandi generali, non tolleretur, nec diminueretur per hoc,ꝙ aliquis dominaretur ſpecialiter inter Iſraelitas: ſicut Deus dominatur inter omnes gentes,cùm ipſe dicat: Mea eſt enim omnis terra: Exo.19. Et tamen dominantur ibi reges multi. Sic etiam erat de regnando, nam ex hoc, ꝙ Iſraelitæ petiuerãt regem ſibi dari,dixit Deus,ꝙ abiecerant eum, ne regnaret ſuper eos, vt patet primo Reg.8. cũ dixit Deus ad Samuelem: non te abiecerunt ſed me, ne regnẽ ſuper eos: & tamen ſi nõ acciperetur regnũ ſpecialiter,nõ diceretur Deus abiectus de regno, licèt Iſraelitę peterent alium,qui regnaret. Cum ergo eſſet regnum Iſrael ſpecialiter Dei,quicunque illud accipe ret,erat tanquam dei ſubſtitutus,& vices tenens: ideo diceretur aliquis Iſraelita quando regnaret, ſedere in throno Dei Iſrael. *Regem domini Dei tui.* Hic eſt limitatio perſonæ: quia deberet dici benedictus dominus Deus tuus,qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuũ, & tamen mutata eſt perſona,ne alius loqueretur,ſ.qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuum regem domini Dei tui,ideſt regem ſuum,& ipſe eſt dominus Deꝰ tuus,& talis mutatio perſonę conſueta eſt in ſcriptura ſic patet Pſal. 3. Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua,cùm tamen deberet dici: Domini eſt ſalus, & ſuper populum ſuum benedictio ſua. *Quia diligit Deus Iſrael,& vult ſeruare eum in æternum.* Quaſi dicat,quia Deus volebat, ꝙ regnum Iſrael maneret in æternum,eo ꝙ diligebat illud,voluit, ꝙ tu eſſes rex illius, ſ. quando Deus vult aliquem populum, vel regnum cõſeruare in ęternum,vel magno tempore,dat ei rectorem bonum: & quando Deus habet aliquem populum exoſum propter ſua peccata,loquendo largè de odio, dat eum in manum mali rectoris, per cuiꝰ gubernationem populus pereat, vel affligatur nimis: ſic patet Iob. 34. ſ. Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi: Et dixit,quia vult ſeruare in æternum, i. magno tempore,& hoc eſt per bonũ regimẽ. Etiam non ideo ſeruaretur populus in æternum, vel magno tempore, quia Salomon regnabat, cùm ipſe breui tempore regnaturus eſſet: ſed de hoc declarabitur infra in quadam quæſtione. *Iccirco poſuit te ſuper eum regem.* Scilicet,tua induſtria populus iſte conſeruabitur in æternum,vel magno tempore. *Vt facias iuditia atque iuſtitiam.* Scilicet,per exercitationem talem conſeruatur regnum in æternum. Iudicium,& iuſtitia differũt. Vno modo,quia iudicium dicit actum rationis,vel facultatem rationandi. Iuſtitia autem dicit executionẽ. Sed hic nõ accipitur ſic,quia dicitur, vt facias iudicia, & tamen iudicium iſto modo nõ fit,ſed manet in anima noſtra. Alio modo vocatur iuditium actus ſententiandi,& iuſtitia vocatur executio eius,& ſic accipitur hic: nam in hoc conſiſtit complementum boni regiminis,ſ. ꝙ iudex, vel dominus bene ſententiet in eis, qui in contentionem venerint,& ſententiam bonam executioni demandet,quia primum ſine ſecundo nihil valet. Cùm autem duo hæc ſimul fuerint,felix eſt reſpub. *Dedit autem regi centum,& viginti talenta auri.* Ideſt Regina Saba informata fuerat à Salomone in multis, & magnis dubijs,& vt videretur gratias agere de tanto beneficio, obtulit ei iſta centum,& viginti talenta auri,& dedit tantam quantitatem ad oſtendendam magnificentiam ſuam,& diuitiarum copiam. Etiam quia magno regi magna munera offerenda erant, & ad hoc ferebat ipſa regina aurum multum nimis, vt dicitur in litera, vel infinitum, vt dr̃ 3.Reg.10. *Et aromata multa nimis.* Iſta fuerunt ſpecialia dona: nam Salomon habebat aurum multum, ſicut Regina Saba, & tamẽ aromata non habebat,quia in terra Chanaan,cùm ſit medio modo temperata,quia in quarto climate eſt ꝙ maiori parte,non ſunt ibi res aromaticæ, quæ cauſant ex magnitudine caloris digerentis: & ſic aromata ſunt in ſecundo,& tertio climate in principio,& in fine primi climatis. De ijs aromatibus dedit multa Salomoni ipſa regina,quia erãt nimis pretioſa ad vſus, & delitias regum. *Et gemmas pretioſiſſimas.* Gemmæ communius generantur in terra calida,quàm in frigida,vel temperata. Ideo terra Indorum verſus meridiem,cùm ſit nimis calida,habet multos lapides pretioſos. Sic etiã de Aethyopia,in qua erat Regina Saba,quia erat terra nimis calida. Ideo cõiter reperiũtur ibi plures lapides pretioſi,q̃ apud nos,& q̃ in terra Chanaan. *Non fuerunt aromata talia,vt hęc q̃ dedit Regina Saba regi Salomoni.* Ideſt nõ fuerũt aromata tã ptioſa allata in terrã Iſrael ſicut iſta, quæ



quæ nunc attulit Regina Saba. Et non eſt ſenſus, quòd non fuerunt talia in toto orbe, quia credendum eſt, quòd aliquando precioſiora aromata fuerint in orbe. Nam in terra Saba, de qua allata ſunt iſta aromata, aliquando eſſent precioſiora: ſed eſt ſenſus, quòd in terram Iſrael nunquã tam precioſa allata ſunt: quia cùm Regina Saba vellet offerre in munus aromata iſta Salomoni, credendum eſt, quòd perquireret meliora, quæ reperire poſſet in regno ſuo, vt ſic appareret munus regium. Ante hoc, & poſtea tempore aliorum regum aliqua aromata afferebãtur venalia,& tamen tenetur ſcriptor libri, quòd nunquam talia allata ſunt. Sed quomodo hoc ſciret ſcriptor, cum eſſet negatiua, quæ non capit probationẽ, declarabitur infra in quadam quæſtione. Et tamen 3.Reg.10.dicitur. Non ſunt allata vltra aromata tã multa quàm ea, quæ dedit Regina Saba regi Salomoni, ſcilicet tempore, quo fuerũt reges in Iſrael vſq; ad tempus Ieremiæ prophetæ, quæ ſcripſit libros Regũ circa captiuitatem Babylonis non fuerunt allata multa aromata in terram Iſrael, ſcilicet ſimul, vel fortè ſucceſſiuè, ſcilicet quòd in omnibus vicibus, quibus portata ſunt aromata poſt Salomonẽ vſq; ad tempus, quo ſcriptus eſt liber, non fuerunt portata tanta aromata. Et hoc patet, quia ferebat Regina Saba camelos onuſtos, vt patet ſupra in litera, & vtrumque verum fuit, ſcilicet quòd non fuerunt allata tot aromata, nec etiam talia. *Sed & ſerui Hiram cum ſeruis Salomonis.* Hic ponitur alius modus, quo Salomon ditatus eſt, & nobilitatus diuitijs clariſſimis, ſcilicet mittẽdo nautas ad longiſſimas partes terrarum, vt inde aliquid ferrent, quod non habebatur in terra Chanaan. Et dicitur quòd ſerui Hiram iuerunt cum ſeruis Salomonis, quia erant ſerui Hiram nautæ optimi, vt declaratum eſt præcedenti cap. *Et attulerunt aurum de Ophir.* De hoc habetur præcedenti cap. ſcilicet quantum aurum attulerint, & quæ ſit inſula Ophir. *Et ligna thina.* In inſula Ophir ſunt iſta ligna thina, & ſunt precioſiſſima atque alba, quæ cùm tantæ ſunt ſoliditatis, poſtquam fuerint leuigata, perfectè imagines reddunt, & faciunt in ſe apparere rerum obiectarum effigies ſicut in ſpeculis. Et ob hoc ſunt iſta ligna precioſiſſima inter omnia ligna. Et ſic ſerui Salomonis portauerunt naues onuſtas illis. Alia autem claſſis erat Salomonis, quæ erat in mari Tharſico, & ducebat inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, pſithacos, ſimias, & panos. De his lignis thinis dicit Ioſephus 8. Antiqui. ꝙ vocantur ligna pinea, & laudat ea nimis, & dicit, quòd tempore ſuo ducebantur ligna pinea de partibus longinquis ad vendendum, & tamen non erant talia ſicut illa, quæ allata ſunt Salomoni, quia iſta ſunt albiora, & fulgentiora. *Et gemmas precioſas.* Multas ſpecies lapidum precioſorum tulerunt inde, & vocantur omnes generali nomine gemmæ. Sunt namque in inſula Ophir, multæ gemmæ, ſcilicet manetes, cryſopaſi, & multæ aliæ ſpecies, vt dicunt Plynius, & Rabanus. *De quibus fecit rex, de lignis ſcilicet thinis, gradus in domo Domini.* Erant pulchra valdè ligna iſta, & imagines repræſentantia: ideo poſita ſunt in loco manifeſto, vt ibi ſpecies apparerent intuentium, vel rerum obiectarum, ſicut in ſpeculo, & facti ſunt gradus in domo Domini. Putant autem aliqui, quòd iſti gradus erant quidam aſcenſus à domo regis in templum, & per iſtum aſcenſum rexibat in templum, & per hoc probant Hebræi id, quod habetur ſupra, vbi litera noſtra dicit, & holocauſta, quæ offerebat in domo Domini, & in Hebræo dicitur, & aſcenſum, per quem aſcendebat in domum Domini. Sed dicendum, quòd non erat vnus aſcenſus factus de domo Salomonis in domum Domini, ſed erant factæ in domo Salomonis ſcalæ diuerſæ factæ, in quibus erant gradus de lignis thinis: in domo quoque Domini fecit Salomon in varijs locis gradus de iſtis lignis thinis. Ergo alij erant gradus de lignis thinis, quos fecerat Salomon in domo Domini, & alij quos fecerat in domo ſua. Motiuum autem eorum aliqualiter poterat haberi, ex litera noſtra. 3. Reg.10. Scilicet, fecitque rex de lignis thinis fulcra domus Domini, & domus regiæ: & vocantur fulcra, ideſt ſuſtentacula, ſiue gradus ſcalarum, & volunt quòd iſta fulcra eſſent à domo regis in domum Domini: ſed non conuenit, quia tunc deberet dici, fecit rex de lignis thinis fulcra à domo Domini, vſque ad domum regis. Et tamen dicitur in domo Domini, & in domo regis, ergo erant quædam fulcra in domo Domini, & quædam in domo regis. Vel poteſt intelligi, quòd cum iſta ligna thina eſſent ſolidiſſima, poſuerit illa tam in domo Domini, quàm in domo ſua in aliquibus locis ad magnam fortitudinem, quia erant duriſſima ſicut lapides, & ſuſtinerent grauiſſima onera, & hunc ſenſum tenet Ioſephus 8. Antiquitat. dicens: Delata ſunt regi ligna pinea, quibus vſus eſt ad fortitudinem templi domorumque regalium, & hoc etiam conuenit literæ noſtræ. 3. Reg. 10. fecitque rex de lignis thinis fulcra domus Domini, & domus regis. Fulcra autem à fulciendo dicuntur, quia inde ſuffulta eſt domus. Hic autem vocantur gradus: quod etiam ſatis poteſt ſtare, ſcilicet quia illa fulcra facta ſunt in modum graduũ. *Citharas quoque et pſalteria cantoribus.* Facta ſunt muſica inſtrumenta de lignis iſtis, eò quòd erant valdè accommoda pro tali opere, ſcilicet quia ſolidiſſima, quia valdè conuenit ligno reddenti ſonum eſſe ſolidum, ſiue denſum, & præcipuè, quia iſta ligna erant valdè pulchra, ſcilicet reddentia imagines, & iſtud nimis conuenit muſicis organis: quia ſicut nos ſuauitate melodiarum demulcent, ita & pulchritudine formæ & materiæ nobilitate debent allicere. Et dicitur hic, citharas & pſalteria, quæ ſunt organa vſitata. Nam licèt cithara in vſum noſtrum rariſſimè veniat, apud antiquos tamen in magna frequentia fuit. De pſalterio autem quid ſit notum eſt: nam etiam apud modernos in honore eſt, & antiqui cantabant in eo, potiſſimè Dauid qui dicebat: In pſalterio decacordo pſallam tibi. Pſalm.143. & iſta duo inſtrumenta ſimul erant frequentata nimium tempore Dauid, & iſta facta ſunt pro cantoribus, ſcilicet pro leuitis. Nam inter leuitas erat præcipuum officium cantorum, qui aſſiſtebant cantoribus aliàs ſacerdotibus ſemper tempore ſacrificiorum canentes diuerſa cantica, ſecundùm conditionem feſtorum, in quibus canebant: vt patet præcedenti cap. lib.23.cap. & ibi declaratum eſt. Pro iſtis cantoribus faciebat Salomon inſtrumenta, & fecit de iſtis lignis thinis, vt eſſent pulchra, & precioſa organa pro domo Domini, & vocantur iſta inſtrumenta citharæ, & liræ. 3. Regum 10. ſed ad idem redit, quia lira poteſt accipi pro pſalterio: & Ioſephus 8. Antiquit. dicit, quòd de iſtis lignis thinis facta ſunt organa muſica, ſcilicet citharæ, & nabla, ſed idem eſt nablum, & pſalterium: vt ait Ebrardus in Græciſmo, ſcilicet Quid nabla.

*Pſalterium Græci, nos organa, nabla Iudæi.*

*Nunquam viſa fuerũt in terra Iuda ligna talia.* Pulchritudine, & nobilitate iſta exceſſerunt omnia alia ligna quæcunque poſtea allata ſunt in terram Iuda. Et poteſt intelligi, quòd ante tempus Salomonis, & prius etiam nunquam allata ſunt aliqua ligna thina in terra Iuda, ſed ſolùm nunc tempore Salomonis allata ſunt, eò quòd nunquam nauigauerunt aliqui in inſulam Ophir fortè de regno Iuda prius tempus iſtud, & hoc poteſt ſignare litera iſta, ſcilicet nunquam viſa ſunt in terra Iuda ligna talia, ideſt talia in ſpecie: & ſic nunquam viſa ſunt poſtea ligna thina

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vel potest intelligi, q nunquam allata sunt postea aliqua ligna thina in Israel tam præciosa, licèt aliqua de illa specie allata fuerint. Et hoc potest signare litera nostra. 3. Reg. 10. f. Non sunt allata huiusce modi ligna thina, nec visa vsque in presentem diem, i. non sunt visa tam præciosa, sed magis est sensus, q nulla ligna thina postea allata fuerint in terram Iuda, & licèt aliqui mercatores afferant ligna aliqua de longissimis insulis, quæ dicant esse ligna pinea, vt inde magna præcia consequantur, nō sunt vera ligna pinea, quia licèt sint illis similia in rotunditate, tamen sunt illa albiora, & fulgentiora, vt ait Iosephus 8. Antiqui. *Rex autem Salomon dedit Reginę Saba cuncta, quę voluit, & postulauit.* Regina Saba obtulerat Salomoni munera magna auri, aromatum, & gemmarum, & cùm recedere vellet in terram suam, petiuit à Salomone aliqua, quæ visa sunt ei grata, & erant in terra Israel: in terra autem sua fortassis non erant, & illa sponte concessit ei Salomon. *Multo plura quam attulerat.* In hoc voluit Salomon superare magnificentiam Reginæ Saba, quia licèt Regina Saba dederit ei magna munera, tamen Salomon redonauit ei alia multo maiora, & hoc conueniebat Salomoni propter multa. Primò, quia ipse erat rex ditissimus inter omnes reges, quia ante eum, & tēpore suo, & post eum non fuit aliquis rex tam diues, vt patet 3. Reg. 3. & supra 1. c. Regina autem Saba non erat tam diues: ideo Salomon debebat plura donare. Secundò, quia ipse erat vir, & Regina erat mulier, & magnificentia potius decet virum quàm fœminam propter duo. Primò, quia cùm sexus masculinus sit perfectior fœmineo, omnis virtus debet esse perfectior in viro, quàm in fœmina. Secundò, quia magnificentia repugnat nimis curuitati naturæ, siue auaritiæ. Et tamen fœminæ naturaliter sunt auariores quàm viri, eo q auaritia consequitur naturaliter impotentiam acquirendi. Et quia fœminæ sunt minus potentes, acquirere, sunt minus liberales: & senes, quia sunt impotentes propter ętatem ad acquisitionem, sunt auariores iuuenibus: ideo decebat Salomonem magnificentiorem esse Reginæ Saba, & sic dedit plura. Tertiò, & principaliter, quia ista erat consuetudo omnium terrarum, s. q cùm quis veniat ad visitandum alium virum probū, potius debeat ab eo recipere, quàm ei dare, nisi fortè offerat aliquid, vt subditus vel ut debitor. Regina autem Saba venerat ad videndum Salomonem, ideo decebat, vt potius donaret ei Salomon, quàm è conuerso. Quartò, quia Regina Saba prius dederat Salomoni, quàm è conuerso: ideo debebat Salomon plus dare, quia retribuens habet hoconus, s. q plura det, quàm recepit. Nam si det minora, non videtur sufficienter pro beneficio retribuere. Si autem det æqualia solùm, videtur emptor, & non beneficij retributor, vt ergo appareat retribuens pro beneficio, debet plura dare. Sic enim colligitur per Arist. 5. & 9. Ethic. s. q recipiens beneficium tenetur ad æqualia, & insuper ad famulatum. Qui ergo vult supplere famulatum in munere, debet dare plusquam susceperit, & sic Salomon nunc dedit multo plura q̄ susceperit. Non est autem putandum, q Regina Saba petiuerit omnia hæc. Nam inhonestum erat, q ipsa peteret plusquam dedisset. Sed est sensus, q Regina Saba petiuit à Salomone aliqua, quæ erant ei grata in terra Salomonis, & fortè non erant magni valoris, & Salomon liberalitate sua illa contulit, & multa alia, ita q omnia, quæ Salomon dedit Reginæ Saba fuerūt multo plura quàm illa, quę ab ea recepit. Sic colligitur. 3. Reg. 10. f. Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba, quæ voluit, & petiuit ab eo exceptis ijs, quæ vltro obtulerat ei munere regio. *Quę reuersa abijt in terram suam, cum seruis suis.* Mansit Regina Saba aliquanto tempore in Ierusalem cum Salomone, quousque declarauit ei in quibus dubitauit, & ostendit ei Salomon omnia opera sua magnifica, & post redijt in terram suam cum multitudine seruorum, quos de terra sua adduxerat.

Quare redonauit Salomon Reginæ Saba alia multo maiora.

*Quæ erat ista Regina Sabba.*
*Quæst. II.*

QVAERITVR circa prædicta, de ista Regina Saba, quę erat. Respondendum, q cùm Regina cognoscatur per Saba, oportet prius scire, quid sit Saba. Et dicēdum, q Saba aliquando accipitur pro quadam ciuitate Aethiopiæ: aliquando pro quadam prouincia, quæ vocatur Saba, vel Saba: apud nos enim nō differunt nomina ista: sed apud Hebræos differunt, quia aliquando scribitur in principio per literam Sin, & aliquando per literam Samech. Saba, vt est regio dicit quandam partem terræ Arabicę, quæ à Ierusalem longè distat contra orientem, & denominata fuit à quodam de filijs Chan, qui dictus est Saba: Gene. 10. Ista terra habet ab Oriente mare rubrum, s. sinum Persicum: ab Aquilone habet terram Caldęorum, & Babyloniorum: à Meridie habet terram Aethiopiæ: ab Occidente habet terram Aegypti. Ista terra abundat nimis in arboribus myrrhę, & thuris, & alijs lignis aromaticis: ibi enim nascitur auis fœnix, quæ vnica est toto mundo de ijs lib. 15. de proprietatibus rerum. De ista terra Saba habetur Psal. 72. s. Reges Arabum, & Saba dona adducent. Ista Regina secundùm q vult Herodotus Alicarnasæus, & alij multi historiographi fuit Regina totius Africæ, & Aethiopiæ, & Aegypti, & cùm esset potentissima venit ad Salomonem. Iosephus autem 8. Antiqui. dicit, vt quidam putant istam fuisse Reginam Aegypti nomine Nichaula, quæ etiā fuit Regina Aethiopię. Nam secundùm q refert Herodotus Alicarnasæus à Mineo, qui Memphin condidit, fuerunt reges Aegypti semper dicti Pharaones, & fuerunt trecenti, & triginta, quibus successit Nichaula Regina Aegypti, & Aethiopię. Sed dicendum, q ista Nichaula non fuit Regina Saba Aegypti, quia tēpore Salomonis, s. pauloante quàm veniret Regina Saba ad Salomonem, venerat ad eum Pharao rex Aegypti, vt patet 3. Reg. 9. & ista historia ponitur. 3. Reg. 10. & erat iste Pharao socer Salomonis, vt patet ibidē, & 3. Reg. 3. ergo Regina Saba non erat Nichaula Regina Aegypti, quia illa per se successit in regnum, & quando ipsa erat Regina nullus erat rex Aegypti, alioquin non diceretur ipsa successisse omnibus Pharaonibus. Item non potest dici, q ista Regina Saba fuerit vxor Pharaonis regis Aegypti, s. soceri Salomonis, quia tunc non veniret ipsa cū tāta administratione ad Salomonem, cùm enim Salomon haberet filiam suā in vxorem haberet magnam familiaritatem cum illo. Scriptura tamen signat tanquam alienam. Si autem velit tenere, q ista Regina Saba fuerit Nichaula Regina Aegypti, habet dicere, q ista fuerit immediatè post Pharaonem socerum Salomonis, & q non successerit illi Pharaoni in regno aliquis vir, sed ista Nichaula. Sed istud non conuenit satis, quia tunc ista Nichaula venisset de Aegypto ad Salomonem, & non diceretur, q venit à finibus terrę audire sapientiam Salomonis: vt patet Matth. 12. & 3. Regum 10. quia Aegyptus est terra satis coniuncta terræ Chanaan, in qua erant Israelitę: quia de terrra Chanaan ibant filij Iacob pro cibarijs in Aegyptum: Gen. 42. Item patet efficacius, quia terra Aegypti in quadam parte conterminatur terrę Chanaan, vnde fluuius Aegypti ponitur tanquam terminus meridianus terrę Chanaan, vt patet Gen. 15. & Iosue 13. Dicendum ergo vtrandum, q ista Regina Saba erat Regina Aethyopum. Et

Quid sit Saba.



Et vocatur regina Saba à quadā ciuitate Aethyopiæ, quæ vocatur Saba, & non à prouincia, quæ dicitur Sabea, & licèt dominaretur multæ terræ, tamen nominata est regina Saba, quia Saba erat metropolis regni sui. Sicut consuetum est de regibus antiquis, qui dicebantur reges illarum ciuitatum, quæ erant sedes regnorum, sicut rex Seon vocatur rex Esebon, & Og vocatur rex Basan, & tamen multas alias vrbes habebant sub potestate sua, vt patet Num. 21. & Deut. 2. & 3. & Iosue 12. & 13. Sic etiam Dauid dicitur regnasse in Ierusalem annis triginta tribus, & in Hebron annis septem. 2. Reg. 5. & 3. Reg. 2. & tamen quando regnabat in Ierusalem non solùm erat rex Ierusalem, sed etiam omnium ciuitatum de regno, & tribu Iuda. Quòd autem sit ista positio vera patet primò auctoritate Iosephi 8. Antiq. vbi licèt ponat opinionem Alicarnasei circa Nichaulam reginam Aegypti, tamen ipse non exprimit, quòd illa esset ista regina, quæ venit ad Salomonem. Sed dixit, quòd erat ista regina Aethiopię, & Austri, quòd conuenit regioni Aethiopum, & quę est multum Australis. Secundò patet, quia Matt. 12. ponitur de ista regina Saba. Creditur, quòd regina Austri venit ad audiendum sapientiam Salomonis, & tamen Saba, vt est regio, sicut supra descriptum est, nō est Australis terræ Chanaan, sed magis Orientalis, & terra Chanaan, & Aegyptus sunt sibi Occidentales. Terra autem Aethiopum est nimis Meridiana respectu terræ Chanaan cùm sit in primo, & secundo climate, ideo conueniet sibi, quòd ista esset regina Austri, & sic concordat Iosephus, dicens, eam reginam Austri, & Aethiopiæ. Tertiò patet, qa dicitur de ista regina Matth. 12. quòd venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & tamē si esset regina Aegypti, non veniret à finibus terræ, sed de terra satis ppinqua, vt supra declaratum est. Accipiendo autem, quòd veniret de Aethiopia, veniebat de finibus terræ, quia in extremo terræ habitabilis ex parte meridiei est Aethiopia, & alię regiones particulares, quę comprehenduntur larga appellatione Aethiopiæ. Nomen autē reginæ istius non posuit scriptura.

A

B

*Quare venit in nomine Domini.* *Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dictum sit, q ista regina venit ad Salomonem in nomine Domini, quid hoc fuerit. Respondendum, quòd fortè regina Saba audierat famam Dei Israel, scilicet, quòd faceret mirabilia pluſquam omnes dij gentium, ideo mota deuotione venit in Ierusalem non solùm ad audiendam sapientiam Salomonis, sed etiam ad adorandum Deum Israel in templo. Deuotio autem regiæ istius ad Deum Israel apparet ex verbis suis, vt patet supra in litera: & 3. Reg. 10. f. fit Dominus Deus tuus Benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem, & 3. Reg. 10. Benedictus Dominus Deus tuus, cui complacuisti, scilicet, quia complacuisti ei, dedit tibi sapiētiam, & propter famam huius venit ad audiendam sapientiam illius.

C

*Quæ victimę erant istæ.* *Quæst. V.*

QVAERITVR Vlterius, quæ victimæ erāt istę, siue holocausta de quibus dicitur in litera, quòd regina Saba vidit holocausta, quę offerebat Salomon. Aliqui dicunt, quòd quando venit regina Saba, Salomon volens ostendere magnificentiam suam non solùm in alijs, sed etiam circa cultum Dei obtulit sacrificia multa, quorum multitudinem regina Saba mirata est. Sed dicendum, quòd non stat, quia ex hoc dabatur, quòd ista oblatio fuerit aliquid speciale, q semel factum fuerit in aduentu reginæ Saba. Litera tamen signat istam oblationem deductam esse à Salomone in consuetudinem, quia dicitur in litera, & victimas, quas immolabat in domo Domini, & tamen, immolabat, quod est verbum præteriti imperfecti, signat consuetudinem. Secundò patet, quia regina Saba admirabatur de ordinatione Salomonis circa singula, quia apparebat in illis magnificentia, & sapientia. Si tñ cognosceret regina ista sacrifica, quæ nunc Salomon offerebat non esse ordinaria, non admiraretur, quòd non erat nimis semel fieri vnū extraordinarium sumptum: quòd tamen Salomon consuetus esset facere talia sacrificia erat magnificentia propter magnitudinem sumptuum, & erat prudentia magna propter ordinationem eorum, & tamen mirata est regina Saba de eis, ideo erant sacrificia consueta fieri per Salomonem. Aliqui dicunt aliter, quòd ista sacrificia erant aliqua, quæ Salomon offerebat ordinariè ex consuetudine sua quasi iam sibi esset in legem, & cùm videret regina illa, mirata est. Et tunc dicetur, quæ sacrificia erant ista. Et dicetur, quòd non reperimus alia sacrificia, quæ Salomon ordinariè faceret, nisi ter in anno, vt patet. 3. Reg. 9. f. offerebat quoque Salomon holocausta, & pacificas tribus vicibus per annos singulos, & istud erat in tribus solennitatibus, scilicet, in festo Azymorum, & in festo Pentecostes, & festo Tabernaculorum, quia ista erant præcipua festa, & exprimūtur præced. cap. Conueniebantque istis tribus solennitatibus Israelitæ quolibet anno in loco sanctuarij: Exo. 32. & 34. & Deuter. 16. & ista sacrificia, quæ tunc faciebat Salomon erant fortassis valde magna, & multa: & ob hoc mirata fuit regina Saba. Sic fuit in dedicatione templi, nam obtulit viginti duo millia boum, & centum viginti millia arietum, vt patet supra 7. & 3. Reg. 8. Sed tunc dicetur, quomodo regina Saba admirata est de istis sacrificijs, quia non poterat videre illa. Nam ista fiebant ter in anno solùm, & regina Saba nō maneret tanto tempore in Ierusalem, vt videre posset

D

E

omnes

omnes istas solennitates, in quibus Salomō offerebat holocausta, quia solùm veniebat ad certificandum se de sapientia Salomonis, quam postquā agnouit, & de dubijs suis certificata est, recessit in terram suam cum seruis suis: vt patet in litera: & sic non maneret tanto tempore, vt videret istas festiuitates, quæ erant solùm ter in anno. Respondeti potest, q̄ Regina Saba nō stetit in Ierusalem tempore istarum trium solēnitatum, nec tempore duarum quidem, sed accidit, q̄ tempore vnius esset ibi, videretq; multitudinem sacrificiorum, de quibus miraretur: & tunc quæreret ipsa de modo Salomonis circa sacrificia: quia cùm rex ille esset tam magnificus, & ordinatissimus in omnibus operibus suis, & Regina Saba audita fama illius venisset à finib' terræ audire sapientiam eius, verisimile erat, q̄ de omnibus moribus eius, & cōsuetudinibus quæreret: & sic quæreret de modo Salomonis circa sacrificia, & respō deretur ei, q̄ ter in anno in tribus solennitatibus offerebatur, & diceretur sibi de multitudine victimarum eius, & sic miraretur. Aliter potest dici, q̄ licèt Salomō offerret ter in anno sacrificia magnifica in tribus solennitatibus, & tamen singulis alijs diebus solitus erat facere pro se offerri sacrificia, vt oraretur ad Deū pro salute eius: nam cùm Darius rex gentilis. s. rex Persarū faceret pro se quotidiè offerri in templo sacrificia dās omnes sumptus necessarios ad sacrificia, vt patet 1. Esdræ 7. & Seleucus rex Asiæ de redditibus suis daret omnes expensas necessarias pro templo Domini in sacrificijs. 2. Machab. 3. à fortiori Salomon quotidiè faceret pro se immolari sacrificia, cùm ipse esset rex valdè deicola, & Iudæus. Scriptura tamen fecit mentionem de tribus oblationibus, quæ fiebant per tres solennitates, quia illæ erant celebriores, & Regina Saba videns oblationes quotidianas Salomonis scienſque quid in singulis diebus, & quid in solennitatibus offerret, miraretur nimis, & sic de holocaustis admirata est, sicut de alijs rebus magnificè, & prudenter à Salomone dispositis.

*Quare dixit Regina Saba, quia dilexit Dominus Israel populum suum. Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit hic scriptura ex verbis Reginæ Saba. s. Quia dilexit Dñs Israel populum suum, & vult eum seruare in æternū, iccirco posuit te in regem super Israel, vt facias iudicium, & iustitiam: nam non videtur, q̄ licèt Salomon esset rex super populum Dei, seruari deberet ille in æternum: nam nō seruatum est, sed perijt. Cùm primo diuisum est in duo regna tempore Roboam filij Salomonis, & postea ipsæ partes diuisæ perierunt traditæ hostibus, quia viri de regno Iuda traditi sunt Chaldeis. 4. Reg. 25. & Ierem. vlt. Viri de regno Israel traditi fuerunt Assyrijs. 4. Reg. 17. Respondendum, q̄ non accipitur hic cōseruatio in æternum propriè pro æterno, sed æternum pro aliqua re durante magno tempore, quia nullum regnum durat in æternum. Sed tunc adhuc manet obiectio. s. quomodo per hoc, q̄ Deus dabat Salomonem in regem super Israel, volebat conseruare populum suum magno tempore: nam solùm arguebatur ex hoc q̄ tempore Salomonis cōseruaretur populus, & patet hoc, quia solùm mansit tempore Salomonis regnū in bono statu, & illo mortuo diuisum est seq. cap. & 3. Reg. 10. ideo nō intendebat Deus cōseruare populum, licèt daret Salomonem in regem. Dicendum, q̄ hoc potest intelligi dupliciter: vno modo, q̄ Regina Saba videns q̄ Deus tam prudenter regem constituisset in Israel, putaret, q̄ intendebat conseruare regnum illud ne periret, quia bona gubernatione res publica manet, & mala gubernatione perit, & verum est, q̄ licèt Salomon esset valdè bonus rex, non poterat perpetuari populus in prospero statu propter ipsius solius gubernationem: sed putabat Regina Saba, q̄ sicut Deus dedisset istum regem tam prudentem Israelitis, ita daret alios successores suos, & sic perpetuaretur bonum, q̄d' iste inchoaret, & ad hoc habebat Regina Saba duas coniecturas. Prima erat, quia Deus fecerat Salomonem sapientem, atq; prudētem super omnes homines, quod fuit aliquid speciale, & istud fuit in fauorem populi Israel. s. quia Salomon petiuerat à Deo sibi dari sapientiam ad gubernāduin tantum populum: vt patet 3. Reg. 3. & super 1. cap. nō haberet autem nunc tantam diligentiā Deus circa gubernationem populi Israel, nisi intenderet conseruare populum illum: ideo dato rege Salomone in regem, satis arguebatur rationabiliter, q̄ intendebat Deus cōtinuare hoc dando alios successores bonos in gubernatione populi. Secunda coniectura erat, quia sic incęperat iam Deus: nam trāslato regno de domo Saulis, dedit illud Deus ipsi Dauid, qui fuit rex excellentissimus: nam obtinuit plurimas terras de manu hostili, & abstulit tributa, quæ erāt imposita Hebræis à Philistinis. 2. Reg. 8. amplificauitq; regnū plusquam omnes alij posteri, ita vt omnes gentes in circuitu subiectæ essent ei. 3. Reg. 5. huic dedit Deus Salomonem successorem, qui tanta sapientia, & prudētia pollebat, vt omnes homines excellreet, sub quo respublica optimè administraretur: ita ergo putandū erat, q̄ vellet Deus dare alios successores, & si sic fieret, regnum conseruaretur in æternum, sed factum est secus, quia Salomon, qui bonus erat ab exordio factus est pessimus spontè, ita vt demeritis suis filius stultus ei datus sit, cuius tempore diſperierit regnum diuisum in duo: vt patet 3. Regum 11. & 12.

Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexagintasex talēta auri: excepta ea summa, quam legati diuersarum gentium, & negotiatores afferre consueuerant, omnesq; reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum, qui comportabant aurum, & argentum Salomoni.

*Erat autem.* Hic ponitur secundum huius partis. s. magnificentia, & gloria Salomonis in magnitudine redditua, & dicitur. *Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per singulos annos sexcenta sexagintasex talēta auri.* Ista erat summa redditua Salomonis per singulos annos. Et erat summa ordinaria: & p̄ter hanc erant multæ alię obuentiones. s. de muneribus oblatis, & de quibusdam alijs, de quibus patet in litera. & 3. Reg. 10. vñ de autem preuenirent isti redditus Salomoni, an de terra sua, vel de opere nautico, declarabitur infra in quadam quæstione. *Excepta ea summa quam legati diuersarum gentium.* Scilicet, nō computabatur hic summa auri, quam offerebant quolibet anno Salomoni legati diuersarum gētium: nam cum Salomon esset tam sapiens, & fama eius diffusa esset per totum orbem, desiderabant omnes reges videre faciem eius, vt audirent sapientiam illius: vt patet 3. Reg. 4. & aliqui non poterant ire illuc, & mittebant legatos suos, vt imponerent Salomoni dubia dominorum suorum: & cū reciperent ab eo responsum super illud, offerebāt munera Salomoni: sicut fecit Regina Saba, quæ venit ad dire sapientiam Salomonis, & obtulit ei munera magna: vt patet in litera. Et quia multi reges, & principes terrarum continuè mittebant ad Salomonē, erat magnum aliquid, quòd quolibet anno perueniebat ei de muneribus legatorum diuersarum prouinciarum: gatamen non erāt isti redditus ordinarij: eo quòd aliquo anno proueniebant plura, quàm alio, non posuit scriptura istud cum ordinarijs redditibus taxatis: & tamen 3. Reg. 10. dicitur excepto eo, quod offerebant viri, qui super vectigalia erant, & istud potest coincidere cum litera ista. Vno enim modo potest intelligi, q̄ isti erant viri positi à rege, vt reciperēt redditus de impositione transeuntium, vel rerum, quæ transducebātur de loco ad locum per aliquos pontes, vel vrbes, & ista dicuntur vectigalia, quia dantur de rebus, quæ vehuntur, ideſt, transportantur, & ista erat quædam pars redditiuum Salomonis præter tributa ordinaria. Secundò potest intelligi, quòd viri positi super vectigalia erant illi, qui reperiebant pecuniam, quam offerebant legati diuersarum prouinciarum venientes ad Salomonem, & ista vocantur vectigalia, quia dabantur à venientibus ab extra, & tunc coincidit litera illa cum ista. *Et negociatores afferre consueuerant.* Isti erant mercatores magni, qui educebāt aliquid de terra Salomonis, vel introducebant ad vendendum ibi, vt ex negociatione acquirerent victum, quia de istis habebat Salomon redditus magnos. Isti tamen non erant determinati, sicut nec munera, quæ dabant legati diuersarū prouinciarum. Hic subticetur quędam clausula, quę habetur 3. Reg. 10. s. Et omnes scuta vendentes. s. venditores scutorum soluebant de quolibet scuto aliquid certum, vel erat impositio determinata illis: & dicitur de scutis, quia de alijs rebus, quæ vendebantur, fortè non soluebatur impositio aliqua. Et non erat tunc, sicut nunc, quia nunc in omnibus ferè regionibus de qualibet re, quæ venditur est aliqua pars precij danda pro rege, vel pro domino terræ, vel pro communitate. Tempore autem Salomonis non erat facta impositio generalis super res venales, sed solùm super ipsos negociatores, quorum officium erat emere, & vēdere, vt sic ditarentur. De alijs autem, qui non emebant, vel vendebant ex officio, sed aliàs ex necessitate, non recipiebatur aliqua pars pecuniæ, nisi essent venditores scutorum, quia istis imposuerat Salomon specialem solutionem partis rei venditæ. *Omnesq; reges Arabiæ.* Etiam reges Arabiæ dabant Salomoni quolibet anno multum aurū, & magna munera, quæ non computabantur in illis talentis auri, quæ erant ordinaria. Arabia est prouincia coniuncta terræ Chanaan ex parte meridiana inter terram Chanaā, & Aegyptū, & est terra nimis montuosa. Nam in deserto Arabię manserunt Israelitæ quadraginta annis venientes de Aegypto, & ibi sunt quadraginta duæ mansiones illorum, vt patet in libro de situ terræ Sanctæ. Aliqui accipiunt Arabiam pro quadam regione magis australi, quam sit Aegyptus, & est nimis versus meridiem posita sub aliquo paralelo, qui est inter æquinoctialem, & tropicum Cancri: & ob hoc habitantes in regione illa habent duas æstates, & duas hyemes, duplicem autumnum, & duplex ver. Etiam sunt ibi quatuor vmbræ in anno, scilicet: Orientalis, Occidentalis, Meridiana, Septentrionalis. Nos autem solùm habemus tres, quia nunquam apud nos est vmbra Meridiana, & ob hoc Arabes quando venerunt in auxilium Pompei contra Iulium Cesarem, & steterunt in terra Græcorum, & Italorum, in quibus nunquam sunt vmbræ Meridianæ, quæ vocantur vmbræ sinistræ, mirabantur, quod nunquam viderent vmbras sinistras, ideſt, meridianas alicui⁹ rei, sicut in terra sua. Sic ait Lucanus tertio de Bello plusquam ciuili cum loquitur ad Arabas, dicens.

*Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,*
*Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.*



Ideſt, Meridianas: vt ait Ioannes de Sacro Bosco in tractatu de Sphera. Et tamen hic non accipitur sic Arabia, quia scriptura consueuit vocare Arabiam terrā desertam, quæ est inter Aegyptum & Chanaan, à qua sinus quidam maris rubri vocatur sinus Arabicus. Et ista est in tertio climate, & non potest esse inter tropicum Cancri, & æquinoctialem, sed necessariò est extra tropicum Cancri versus paralelum arcticum, quod patet ex eleuatione poli super tertium clima: nam existentibus sub tropico Cancri est eleuatus polus ferè vigintiquatuor gradibus, quāta est declinatio capitis eorum ab æquinoctiali: & tamen existentibus in tertio climate eleuatur polus gradibus triginta immediatè sua, vt patet in tractatu de sphera, & per Ptolemæum ī Almagesto: ideo Arabia necessariò est extra tropicos, sicut hic accipitur. Sed Lucanus vocauit Arabes quasdam gentes Aethiopum nimis Meridianas. De istis regibus Arabiæ, quomodo dabant Salomoni munera in modum tributorum, vel aliàs, declarabitur infra in quadam quæstione. *Et satrapæ terrarum.* Satrapę sunt Principes, qui non habent nomen regum. Et sic quilibet dominus potest vocari satrapa, quasi satis potēs. Interdum tamen vocantur satrapæ reges parui, sicut vocantur quinque satrapæ Phylisthinorum. 1. Reg. 6. & 29. & tamen isti etiam vocantur reguli, vt patet Iosue 13. cap. & possunt vocari satrapę terrarum, ideſt: Domini terrarum vicinarum: vel vocantur satrapæ omnium terrarum, quia de omnibus terris veniebant aliqui ad videndum Salomonem, & offerendum ei munera, cùm omnis terra desideraret videre vultum Salomonis. 3. Re. 4. & accipitur largè de omnibus terris secundùm modum loquendi scripturę, quia ponitur vniuersalis propositio non vniuersaliter. s. omnes pro multis: isti satrapæ vocantur. 3. Reg. 10. duces terræ. s. terræ Arabiæ, qui non erant reges, vel duces aliarum terrarum. Iosephus autem 8. Antiqui. vocat Thoparcas istos, quos vocat litera nostra satrapas, & rectè dicit, quia Thoparca interpretatur dominus loci à Topos, quod est locus, & archos, quod est princeps quasi princeps loci: & sic omnes principes quorumcūq; locorum vocantur Thoparchæ. Inde etiam dicitur Topographia quædam figura, & scriptura Poetarum secundùm quam, cū de aliquo loco dicturi sunt, describunt circunstantias eius, faciendo quandam intepositionem, quæ directè ad historiam non attinet. Sic ēt Conographia est figura de temporis descriptione. *Qui comportabant & argentum Salomoni.* Scilicet, omnes isti comportabant aurum, & argentum Salomoni, sci licet, quidam in donum, sicut reges, & satrapę, & alij in tributum, sicut negociatores.

Quid Satrapæ. Thopogra phia.

*Vnde proueniret pondus illud auri.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR circa prædicta, & primò de illo pondere auri sexcentorum sexagintasex talentorum, quod quolibet anno Salomoni dabatur, vnde ei proueniret. Respondent quidam, quòd proueniebat ei de insula Ophir, quia Salomō mittebat illuc seruos suos cum seruis Hiram, & ferebāt quolibet anno tot talenta auri. Item patet, quia si non esset istud aurum de insula Ophir, diceremꝰ, quòd erat de tributis Israel, & tamen falsum videtur, quia dicitur in litera, quòd Salomon habebat quolibet anno ista talēta auri excepto eo, quòd offerebant viri, qui erant super vectigalia: & tamen, quod offerebant viri existentes super vectigalia erat tributum, ergo non erant ista talenta de tributis Israel. In contrarium videtur, quòd non ferretur de Ophir, quia de insula Ophir portabant seruī Salomonis

monis tantum, quantum contingebat eos reperire: & sic non ferrent qualibet vice pondera æqualia: & tamen istud pondus erat determinatum, scilicet, talentorum sexcentorum sexaginta & sex, vt patet in litera, ergo non portabatur de Ophir. Secundò patet, ga dicitur, cp quolibet anno dabatur Salomoni ista summa auri, & tamen de Ophir non apparet, quòd quolibet anno portaretur aurum. Fortè enim in multis annis vna vice redibant. Sicut erat de euntibus in Tharsis: nam post tres annos complebant vnam nauigationem serui Salomonis euntes in Tharsis, vt patet infra in litera, & 3. Reg. 10. ita fortè contingeret de euntib⁹ in Ophir. De istis sexcentis sexaginta sex talentis dicitur, quòd quolibet anno portabãtur Salomoni, ergo non erat de Ophir. Tertiò patet, quia scriptura vult hic ponere diuitias Salomonis magnas super omnes reges, & ad hoc assignat modos, quibus Salomon acquirebat diuitias istas, vt nõ putetur difficile esse, quomodo haberet tantas diuitias. Manifestum est tamẽ, quòd Salomon quolibet anno habebat aliqua tributa de regno suo, quia non erant liberi à tributis Israelitæ tempore suo, sed potius imposuerat eis magna tributa, & onera grauia, vt ipsi conquesti sunt mortuo Salomone. 3. Reg. 12. & seq. cap. ergo faceret scriptura mentionem de illo modo acquirendi: & sic intelligeretur tributa per istam summam talentorum. Confirmatur hoc, quia ferè hic, & præced. capit. ponuntur omnes modi acquirendi diuitias magnas. Vnus modus erat mittendo in Ophir, vt inde auferretur aurum præced. cap. & 3. Reg. 9. Alius modus erat mittendo in Tharsis semel per tres annos, & ferẽdo inde aurum, argentum, simias, pauos, psitacos, & dentes elephantorum. infra in litera, & 3. Reg. 10. Alius modus erat recipiendo pecuniam à mercatoribus, cùm dicatur supra, excepta summa, quam negociatores afferre cõsueuerant. Alius modus erat per munera, quæ dabãt veniẽtes ad Salomonem de diuersis regionibus, cùm dicatur hic excepta summa, quam legati diuersarum gentium afferre consueuerant. Alius modus erat de impositionibus quibusdam regni sui incertorum reddituum, scilicet, de eo quòd imponebatur vẽdentibus scuta, vt patet 3. Reg. 10. Alius modus erat per tributa ordinaria regni sui, & ista notantur: tamen ponitur istud pondus auri quolibet anno. Quartò patet, quia de Ophir non portabatur tantum aurum Salomoni, sicut hic ponitur: nam solùm erant quadringenta, & viginti talenta. 3. Reg. 9. & tamen ista erant sexcenta sexaginta & sex: ideo non erant de Ophir. Dicẽdum ergo, quòd ista talenta auri erãt tributa ordinaria, quæ Salomon recipiebat quolibet anno de regno suo: & dabatur sic quolibet anno summa ista nihil excedendo, nec quidquam minuendo: quia cùm Salomon nõ vacaret bellis, non occurrebant ei aliquæ necessitates, propter quas imponeret maiora tributa: minora autem imponere nolebat, & in hoc visum est Israelitis, quòd grauabantur, scilicet, quia quolibet anno exigebantur ab eis magna tributa, & æqualia, licèt in nulla necessitate esset Salomon, vt patet ex quęrela eorum. 3. Reg. 12. scilicet: Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc paululum imminue de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Si autẽ non essent determinata tributa, non dicerent Israelitæ, tu itaq; paululũ minue de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, scilicet, quòd Israelitæ vellent quolibet anno soluere aliquantam summam, sed non tantam, sicut imposuerat Salomon. Item patet hoc, quia dicitur de iugo grauissimo, quod imposuit nobis: ergo videtur, quòd aliqua impositio certa facta erat super Israelitas, ad quam tẽ-

nebantur quolibet anno. Aliàs si Salomon non exigeret certam summam tributi quolibet anno, sed aliquando multum, & aliquando paucum: non dicerent, sibi impositum iugum. Et non potest dici, quòd Salomon habebat ista talenta quolibet anno de tributis aliquibus, quæ haberet de regnis Arabiæ: quia solutio, vel oblatio quam faciebant Arabes distincta erat ab ista, cùm dicatur in litera, quòd dabantur quolibet anno Salomoni ista talenta auri excepta summa, quam offerre consueuerant legati diuersarum prouinciarũ, & negociatores, & reges Arabiæ, & satrapæ terræ. Cũ autem obijcitur, quòd ista pecunia dabatur Salomoni quolibet anno de Ophir, quia dicitur, quòd erat pondus auri, quod afferebatur Salomoni quolibet anno, &c. & si esset de terra Israel non diceretur afferebatur, sed dabatur. Dicendum, quòd non stat, quia dicitur afferebatur, scilicet, Salomoni à viris suis, qui erãt super tributa, & colligebant summam istam. Cùm autem obijcitur, quòd non sit de tributis, quia dicitur, quòd ista summa erat excepto eo quod afferebant, q̃ erant super vectigalia. Dicendum vno modo, quòd tributa Salomonis vocabantur illa, quæ erant in quantitate determinata, & ista erant sexcentorum sexaginta sex talentorum. Impositio autem super vectigalia non erat determinata: ideo licèt posset vocari tributũ non poterat includi sub quantitate ista talentorum. Alio modo potest dici, quòd vectigalia aliqua non essent tributa imposita à Salomone, sed erant munera, quæ offerebantur à venientibus ab extra ad videndũ Salomonem: & in hoc habent similitudinem cũ veris vectigalibus, quia illa dantur à transeuntibus, vel p̃ transportatione rerum: & ista sententia consonat litræ isti in qua non habetur de vectigalibus. Sed dicitur, erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos sexcenta sexaginta sex talenta auri, excepta ea summa, quam legati diuersarum prouinciarum, & negociatores afferre consueuerant. Si autem aliquis dicere vellet, quòd istud aurum afferebatur Salomoni de Ophir, oportebat, vt diceret, quòd Salomon faciebat expensas, & dabat naues euntibus in Ophir quolibet anno, & quòd ipsi quolibet anno darent Salomoni sexcenta sexaginta sex talenta auri, & siquid superesset accresceret eis, & sic darent ei quolibet anno certam summam, & tamen adhuc non posset istud stare, quia non responderetur ad inconuenientia supra assignata.

*Quare reges Arabię portabant aurum.*
*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius circa reges Arabiæ, cũ dicatur hic, quòd omnes reges Arabiæ, & satrapæ terrarum aurum, & argentum Salomoni comportabant. Aliqui dicunt, quòd isti reges Arabum erant tributarij Salomonis, & vt non putetur, quòd tributa eorum intelligebantur includi sub illis sexcentis sexaginta sex talentis, ponitur ex superaddito, quòd reges Arabiæ aurum, & argentũ Salomoni comportabant. Sed dicendum, quòd non stat, quia reges Arabum nõ erant subditi Salomoni, nec tributarii eius: quia Salomon solùm habebat in tributarios Israelitas, qui erant populus eius, & Gentiles Chananęorum, Heuęorum, Pherrezęorum, Iebusęorum, Hethęorum, Gergesęorum, Amorrhęorum, qui habitabant intra terram Israel, cùm essent de terra Chanaan, & subiecerat sibi eos Salomon in tributum: præced. cap. & 3. Regum 9. etiam quasdam gẽtes extra terram Israel, scilicet: Idumęos, & Ammonitas, & Moabitas, quia illos subiecerat Dauid in tributarios, & adhuc manebant semper: vt patet 2. Reg. 8. & præced. lib. 18. cap. nullas alias gentes



tes habebat Salomon in tributarios. Arabes autem erant præter istas gentes: nam nõ erant in terra Israel, etiam non erant de gentibus existẽtibus extra terram Israel subiectis tamen Israelitis, quia illi solùm erant Ammonitæ, Idumæi, Moabitæ, & quędam pars Syrorum, quæ seruiuit Dauid sub tributo. 2. Reg. 8. & 10. Arabes autem morãtur in solitudinibus Arabicis. Est enim Arabia quædam terra iacens inter Aegyptum & terram Chanaan, & extenditur versus orientem plusquam terra Chanaan: per hanc autem transierũt, & in ea manserunt ferè quadraginta annis Israelitæ, quando exierunt de Aegypto, & in ea est mare rubrũ quantũ ad illam partem, quæ vocatur sinus Arabicus. In hac terra erãt multi reges, scilicet: Ismahelitarum, Amalecitarum, & Madianitarum, & aliarum gẽtium: istæ autem gentes non erant subditæ Salomoni. Ferebant autem omnes reges istarum gentium ei munera non quidem ex necessitate, vel tanquam tributarij, sed gratis: eo quòd veniebant ad videndum vultum Salomonis, & audiendam sapientiam, quia omnis terra desiderabat videre vultum Salomonis. 3. Regum 4. Quòd autem isti Arabes gratis aurum, & argẽtum Salomoni darent, & non, vt tributarij: patet, quia dicitur hic: omnes reges Arabum, & satrapæ terræ aurũ, & argentum Salomoni comportabant. Et ponuntur simul omnes reges Arabię cum satrapis terrarum, scilicet, quia omnes afferebant Salomoni aurum, & argentum, & tamen manifestum est, quòd satrapæ terrarum non erant subiecti Salomoni, quia per hoc signantur domini omnium terrarum, qui vocantur satrapæ, & isti afferebant aurum, & argentum, ergo gratis offerebant tam reges Arabum, quàm satrapæ terrarum.

*Quare non ponuntur tributa aliorum.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius circa tributa ista Salomonis, cùm ponantur hic tributa Israelitarum. s. sexcenta sexaginta sex talenta auri, quomõ non ponũtur tributa, quæ percipiebat ab alijs gentibus subiectis sibi. s. à Chananæis, Moabitis, Ammonitis, Idumæis, & Syris, quia omnes hi subiecti erant Salomoni, vt declaratum est præced. cap. Aliquis dicet, quòd non manebant istę gentes nunc tributariæ Salomoni, defecerant enim ab eo post mortem Dauid: nam licèt Dauid habuisset gentes istas sibi bello subiectas, quia erat vir bellicosus. Salomon tamen non habuit eas subditas, quia erat vir pacificus, & recesserũt ab eo: & patet hoc de Idumæis. Nam cùm audiret Adad, qui erat de gẽre regio Idumęorum, fugeratque in Aegyptum tiens Dauid, & Ioab, mortuum esse Ioab, & Dauid retertius est in terram suam cœpitque rebellare Salomo & infestare terram eius. 3. Reg. 11. patet etiam de Syrijs, quia Razon, qui factus est rex in Damasco, infestabat terram Salomonis, & dedit eum Deus sibi in aduersarium. 3. Reg. 11. ita etiam de alijs gentibus dici posset, quòd licèt subditæ essent Dauid, non manserunt subditæ Salomoni, nec soluebant ei tributa. Dicendum, quòd hoc non stat, sed adhuc istę gentes manebãt tributarię Salomoni, & potissimè patet hoc de Chananæis, & alijs gẽtibus quas subiecerat Dauid, sed Salomon fecit eas tributarias, & patet de Idumęis: istæ semper manserunt Idumæi soluentes tributa Salomoni, & etiam posteris eius vsque ad regem Ioram, qui fuit quintus à Salomone: nã Salomon genuit Roboam, & ille Abiam, ille Asa, ille Iosaphat, ille Ioram. Tempore huius recessit Idumea, nè esset sub Iuda, & postea nunquam redijt: vt patet 4. Reg. 8. & infra 21. c. Cùm autẽ obijcitur de Idumæis, cp rebellauerunt tempore Salomonis, audita morte Dauid, & Ioab. Dicendum, cp verum est, cp Adad, qui erat de semine regio Idumæorum venit de Aegypto, & incepit inuadere terram Salomonis, & perturbare pacem eius, tamen non potuit liberare Idumeam de manu Salomonis, eo quòd omnia fortalitia terræ Idumeę tenebãtur ab Israelitis: posuerat enim ibi Dauid custodes, qui tenerent terram illam, vt patet 2. Reg. 8. & præced lib. 18. vnde nunquam fuerũt liberati de manu Israelitarum vsque ad tempus Ioram regis Iuda: & ob hoc faciebat Salomon quidquid volebat in Idumea: nam Asiongaber erat portus in littore maris rubri, & erat in terra Idumęæ: & tamen ibi fecerat Salomon classem præced. cap. & 3. Reg. 9. Si autem regnum illud non esset ei subiectum, non posset facere classem ibi, quia non permitterẽt hostes sui. Item dato, quòd iste Adad Idumęus liberasset Idumęam de manu Salomonis, quod tamen falsum est, non fuit hoc vsque ad senectutem Salomonis. Nam in senectute deprauatum est cor eius, copulatusque est mulieribus alienigenis amore ardentissimo, & coluit Deos earum. 3. Reg. 11. & tunc in pœnam peccatorum suorum Deus suscitauit ei in hostẽ Adad Idumęum, vt patet ibidem, & sic tempore præc. haberet Salomõ tributa de terra Idumęorum. De terra autem Syrorum dicendum est, quòd fuit subiecta Dauid in tributum, vt patet secundo Regum octauo, & tamen quanto tempore manserit tributaria Salomoni, vel posteris eius non apparet: non est tamen dubitandum, quòd terra Syriç, scilicet, quędam pars eius manserit tributaria Salomoni aliquãto tempore: quia non solùm ipse tenuit, quod pater suus acquisierat in Syria: sed etiam plura acquisiuit, quia dicitur præced. cap. quòd abijt in Hemath Suba, & acquisiuit eã, & ędificauit Palmiram in deserto, & multas ciuitates in Hemath. Et tamen terra Hemath, & potissimè regio Suba de terra Syriç est, quia de ea erat Adarezer rex, q̃ pugnauit contra Dauid, & ille vocabatur rex Syriç. 2. Reg. 8. & 10. ergo acquisiuit Salomon quandam partem Syriæ mortuo Dauid, & mansit ei illa pars quam in tributariam subiecerat Dauid, & sic acciperet Salomon tributa de terra Syrorum: quando autem Syria recesserit, nè esset sub Salomone, vel sub posteris eius, non apparet manifestè: sed satis videtur dicendum, cp fuerit hoc tempore Salomonis in senectute sua, quando propter peccata sua Deus suscitauit ei hostes. Nam tunc fuit vnus Razon filius Eliadam, qui factus est rex in Damasco. 3. Reg. 11. Et quia postea nunquam legitur de Syris, quòd fuerint subiecti Israelitis, sed potius è conuerso, quia tempore Achab regis Israel, quando Benadad rex Syriç captus est ab eo in bello fugiens, erant subiecti Israelitę Syris, & reges Syrorum imponebant tributa quędam Israelitis. Quod patet ex iis, quę petiuit Benadad ab Achab, scilicet, filios suos, & vxores, & concubinas, & omne aurum, & argentum, quod erat in domo sua. 3. Reg. 20. & postea cùm Benadad captus esset ab Achab petiuit ab eo, quòd soluere ipsum, & ait, ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo reddam, et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, et ego fœderatus recedam à te: ergo pater Benadad rex Syrie faciebat impositiones super Israelitas: etiam erat maior, et quasi dominus virorum de regno Iuda. Nam cùm Asa rex Iuda pugnaret contra Baasam regem Israel propter ędificationem vrbis Rama, misit Asa munera magna ad Benadad regem Syriç, vt iuberet regi Israel, quòd cessaret ab ędificatione Rama: et sic interciſum est op⁹. tertio Reg. 15. et infra 16. aliquo ergo tẽpore Syri soluerunt tributa Salomoni: licèt tempore suorum successorũ non soluerint: De Moabitis etiã dicendum, quòd manerent subiecti tributo Salomoni, et etiã posteris suis

manse-

Universidad de Deusto
Biblioteca



manserunt: que vsque ad tempus Ochozię regis Israel. F
Fuit autem modus, quòd cùm Salomon haberet sibi subiectos Idumęos, & Moabitas in tributum, diuisum fuit regnum tempore filij eius Roboam, & tunc Idumæi cesserunt regibus Iuda, & Moabitæ cesserunt regibus Israel. Manserunt autem Moabitæ semper soluentes tributa Israelitis vsque ad tempus Ochoziæ regis Israel: tunc enim prævaricatus est Moab in Israel, scilicet, recessit à promissione de soluendo tributa annua. 4. Reg. 1. Et propter hãc rebellionem Ioram rex Israel, qui successit regi Ochoziæ, pugnauit contra Moabitas, sed non reduxit eos ad tributa soluenda. 4. Reg. 3. soluerunt ergo isti tributa toto tempore Salomonis. De Ammonitis non apparet tã clarè quãto tempore manserint sub tributis Israelitarum. Et tamẽ G
dicendum, quòd tempore Salomonis tributarii fuerunt, quia cùm Dauid subiecisset istos in tributarios. 2. Reg. 12. Salomõ tenuit illos in tributarios: alioquin regnum esset diminutum tempore Salomonis, & ista esset quædam calamitas eius: semper tamen fuit Salomon in excellentissima gloria, tenens ea, quæ reliquerat ei Dauid, & acquirens alia vsque ad senectutẽ, quando post peccata dominus immisit ei hostes impugnatores. 3. Reg. 11. ergo saltem vsque ad illud tempus manerent Ammonitæ subditi tributis Salomoni, & sic nunc contribuerent in tributis præstandis Salomoni. De Chananæorum autem populis magis manifestum est, quia isti non fuerunt perfectè subiecti
tempore Dauid, sed Salomon dicitur fecisse eos tribu- H
tarios præcedenti cap. & 3. Reg. 9. cap. nõ ergo videtur modus, quòd isti recederẽt à subiectione Salomonis. Item patet potissimè, quia precedenti cap. & 3. Reg. 9. quãdo agitur de subiectione Chananæorum, dicitur, quod Salomon fecit eos tributarios vsque in præsentẽ diem, & refertur ad tempus, quo scriptus est liber ille, quòd fuit multo post Salomonem: ergo manserunt toto tempore Salomonis Chananæi tributarii. Dicendum generaliter de omnibus his gentibus, quòd erãt nunc tributarię Salomonis. Aliqui ergo dicunt, quòd erant tributarię istę gentes, & magna tributa persoluebant Salomoni: & tamen de tributis earum non habetur hic. Dicendum, quòd hoc non est verisimile, quia scriptura diligenter ponit hic omnes modos lu- I
crandi Salomonis ad hoc, quòd magnificaretur in diuitijs, sicut factum est: ideo non est credendum, quòd tantum lucrum quantum quolibet anno consequeretur Salomon de omnibus istis regnis tributarijs subticeretur, cùm alia minora lucra exprimantur, scilicet, quòd Dauid haberet impositiones à negotiatoribus, & à vendentibus scuta, vt patet supra in litera: & 3. Re. 10. Dicendum ergo, quòd reges Chananæorum, Amorrhæorum, Pherrezæorum, Iebusęorum, Heuæorum, Hethæorum, Gergesæorum, Moabitarum, Ammonitarum, Idumæorum, & Syrorum soluebant tributa quolibet anno Salomoni: & ista colligebantur cum tributis Israelitarum, & perueniebant ad talenta sexcenta sexaginta & sex aurei: & ob hoc nulla K
mentio fit de istis gentibus tributarijs hic cùm ponantur tributa Salomonis, & hoc confirmatur, quia non dicitur hic, quòd afferebantur quolibet anno de tributis Israel tot talenta auri, sed absolutè dicitur, quòd afferebantur ista talenta, vt possit intelligi, quòd afferebantur de tributis omnibus, quæ ordinariè soluebantur quolibet anno Salomoni, & hoc est etiam satis verisimile, quia ista talenta faciebant vnam valde summam auri. Nam non est talentum vna marcha auri, vt quidam putant, quia valde maior quãtitas est: quod patet, quia Deus iussit fieri candelabrum Tabernaculi cum basi sua, & septem calamis, & septem vasculis lucernarum, & cum omnibus vasis suis, scilicet, emun-

# Cap. IX.

ctorijs, & infusorijs olei de auro purissimo, & totum de vno talẽto. Exo. 25. ideo necesse erat, quòd magnæ quantitatis esset talẽtum, fortè plusquam viginti marcharum auri: quod patet satis inspiciendo magnitudinem candelabri, & vasorum suorum, & sic regnum Israel solum non posset quolibet anno tantam summam auri reddere, sed regnum Israel cum omnibus regnis tributarijs Salomonis dabant ei quolibet anno summam istam: & de illa erat quædam pars determinata, quam soluebant Israelitæ quolibet anno: & illa adhuc videbatur eis magna, & conquerebantur iugũ grauissimum esse impositum Israelitis, vt patet. 3. Re. 12. & seq. cap.

*Quare fuit adducta propositio negatiua cum nulla tale probet.*

*Quæstio VIII.*

QVAERITVR vlterius, cũ dicatur supra, quòd non fuerunt aromata talia allata, qualia illa, quæ attulerat regina Saba Salomoni, quia ista est negatiua, & non videtur probabile: qa sic est regula iuris, quòd negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio. Et ratio huius est, quia probatio fit per causas rei: negatiua autem pura non præsupponit entitatem aliquam, ideo non est probabilis: sic est de quibusdam alijs propositionibus negatiuis, quę ponuntur hic: vt cùm dicitur de lignis Thinis, sequitur in litera, quòd nunquam visa sunt in regno Iuda ligna talia: est etiam alia propositio infra. s. cùm ponitur fabricatio Throni Salomonis subditur, non fuit tale solium in vniuersis regnis. Aliquis respondebit ad hoc, quòd licèt negatiua non possit directè probari, potest tamen probari indirectè: sic enim est regula iuris, scilicet, negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio: est autem directa probatio negatiuę, si probaretur, vt negatiua, & darentur suæ causæ veritatis, vt negatiuæ, & istud est impossibile cùm negatiua nullam habeat causam existendi, quia non dicit entitatem aliquam, nec etiam potest esse ab aliqua causa, quia ens positiuum non potest esse causa, nisi alicuius positiui. Indirectè autem probatur negatiua si reducatur in affirmatiuam, & tunc probetur per principia affirmatiuę: nam affirmatiua dicit entitatem: ideo præsupponit causas veritatis, quæ sunt principia probandi per quæ ipsa affirmatiua probetur, & tunc probatur negatiua indirectè, vtpotè, in ista propositione prima, scilicet, non sunt aromata talia allata, qualia illa, quæ dedit regina Saba Salomoni, exponatur per affirmatiuam. s. ista aromata, quæ regina Saba attulit fuerunt meliora, quàm omnia aromata, quæ postea allata sunt: & tunc probabitur illa negatiua per causas veritatis. i. principia probandi affirmatiuam: sic etiam probabitur alia. s. non fuit factum tale solium in omnibus regnis. s. istud solium Salomonis fuit melius, & pretiosius, quàm omnia, quæ facta sunt in aliis regnis. Sed obijcietur, quòd nõ stet istud propter duo. Primò, quia licèt iste modus exponendi, & probandi competat quibusdam negatiuis, quæ præsupponunt quandã affirmationem, licèt illam non dicant, tamen non cõuenit illis negatiuis, quæ nullam omnino affirmatiuã præsupponunt: & talis est propositio secunda istarũ. s. nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia: ista enim non potest probari per aliquam affirmatiuam, & sic non est sufficiens modus probandi positiones istas. Secundò probatur, quia dato, quòd reciperent probationem per affirmatiuas, non poterit fieri probatio negatiuarum per affirmatiuas, non poterit fieri probatio, nisi quãdo negatiua limitat se ad certum tempus, vel locum, vel ad vtrumque: velut si dicatur: Sortes non fuit, nisi prima die Iulij in vrbe Tolleti. Nam ista pro-



probabitur per affirmatiuam sufficienter, scilicet, pro- A
bando, quòd Sortes tota die Iulij fuit in vrbe Romæ, & tamen quando negatiua debet probari per affirmatiuam non determinantem locum, & tempus, sed nimis indeterminatam, difficillimum est fieri probationem, & in quibusdam impossibile, sicut in ista. s. nunquam allata sunt talia aromata, sicut illa, quæ dedit regina Saba Salomoni, ideſt: illa fuerunt meliora aroma ta, quàm omnia, quæ allata sunt. Nam ad hoc oportet discurrere per omnes particulares, scilicet, comparando illa aromata quibuscunque aromatibus allatis in terram Iuda, vt apparerent ista esse meliora: & tamen non videbatur possibile istud, quia inductis quotcunque particularibus dubitabatur adhuc an fuerint plurima aromata allata, quibus ista essent meliora. Et B
sic non fiet plena probatio, & si vis facere plenam probationem, oportet, quòd incidas in aliam negatiuam, ita vt dicas, scilicet: ista sunt omnia aromata, quæ allata sunt in terra Iuda, & non sunt plura allata, & ijs omnibus meliora sunt illa, quæ attulit regina Saba. Sed quomodo probetur, quòd nõ fuerint plura allata aromata in terram Iuda videtur impossibile, quia aliqua secretè, & aliqua publicè allata sunt: & idem modus probandi est in alia propositione, scilicet, non fuit tale solium factum in vniuersis regnis, ideſt, istud solium fuit melius istis soliis demonstratis omnibus, quæ facta sunt, & non fuerunt plura facta in alijs regnis, ergo istud est melius omnibus. Et tamen probare, quòd non sunt plura solia facta, est impossibile: istud autem C
non dico quasi affirmatiua præsupponat negatiuam suam probationem, quia sicut non ens nõ est causa essendi entis, ita non potest esse principium probandi: sed quia non putamus nos sufficienter enarrasse partis alicuius vniuersalis, nisi ponamus negatiuam totius vniuersali: ideo per istum modum non potest ple- ne probatio esse istarum propositionum negatiuarũ. Aliquis autem dicet, quòd per famam potest probari veritas istarum propositionum. s. q fama erat, q tales propositiones erant veræ, scilicet: prima. Non sunt aromata talia allata, qualia illa, quæ attulit regina Saba Salomoni, scilicet, quòd erat fama, quòd non fuerant ista talia aromata: sic secunda, scilicet, non sunt visa D
ligna talia vnquam in terra Iuda, ideſt, quòd fama est, sed nunquã postea allata fuissent aliqua ligna thina in Iuda. Sed dicendũ, quòd non erat ista conueniens probatio: primò, quia fama est incertus nuncius, sicut originem habet ab incerto auctore, & non est ei credendum. Secundò quædam sunt, de quibus fama esse potest, & alia sunt, de quibus non est fama. Nam de istis, quæ tacitè, & omnino secretè gesta sunt, fama nulla est, ideo licèt de illis aromatibus, quę publicę allata sunt in terrã Iuda fama posset esse certa, quòd nõ essent meliora, quàm ea, quæ attulit regina Saba, & tamen multa aromata secretè allata sunt, vel afferri potuerunt, de quibus nulla fama esse poterat, & illa potuerunt esse meliora, quàm aromata, quæ regina Saba E
attulit: sic etiam de secunda propositione, scilicet, nũquam sunt visa talia ligna in terra Iuda, poterat esse, q publicè quantum ad id, de quo esset publica vox, & fama non essent allata aliqua ligna thina, & tamen secretè essent allata. Item fama non sufficienter enarrat ea, quæ notoria sunt, quia aliqua fuerunt aliquo tempore notoria, quę postea obliuioni tradita nullam habent famam: ideo fama non probat sufficienter, quia non inducit omnia particularia. De tertia propositione, scilicet, non fuit factum tale solium in vniuersis regnis. Dicendum, quòd per famam non probatur sufficienter. Primò, quia non poterat venire fama de omnibus regnis terræ ad regnum Israel; nam quædã gentes sunt de quarum gestis, & moribus non solùm ad nos fama non peruenit, sed etiam nescimus an tales gentes in orbe sint: sic enim erat de vrbe Romæ, quæ quando erat florentissima quibusdam gentibus oriẽtalibus incognita erat an esset: ideo à fortiori poterat de alijs vrbibus minoribus fama non haberi: de hoc Boetius de Consolat. 2. Prosa. 7. s. Aetate denique Marci Tulij, sicut ipse quodam loco signat, nondum Caucasum montem Romanę Reipub. fama transcenderat, & erat tunc adulta, Partis cęterisque id locorum gentibus formidolosa. Non ergo bene diceretur cognosci per famam nõ solium aliquod tale fuisse, sicut solium Salomonis in vniuersa terra, cùm non possit omnium gentium fama illuc peruenire. Item dato, quòd posset haberi fama de omnibus regionib⁹, istud B
poterat esse quantum ad solia regum, quæ nunc erãt: sed quantum ad omnia solia regum, quæ fuerãt ab antiquo, non poterat esse fama nunc, ideo non bene dicere tur, quòd non fuit tale solium in vniuersa terra, vel in vniuersis regnis. Item dato, quòd intelligeretur de Thronis regum solis, quę nunc erant, adhuc non sufficeret, quia licèt fama de omnibus illis posset haberi, tamen fama est nuncius fallax, qui ergo soli famæ innitur faciliter errare potest. Scriptura autem Sacra cũ sit maximæ auctoritatis inter omnes scripturas, debet continere veritatem infallibilem, ergo nunquam debet inniti famæ, sed alijs probationibus solidissimis. Dicendum ergo, quòd omnes, qui scripserunt aliquid C
de sacra scriptura, habuerunt spiritum propheticum, & per illum sciebant omnia, quæ scribebant, & quam quam interdum scribant hystorias, quibus ipsi interfuerunt, non scribunt eas tanquam habentes firmitatem, ex eo quòd ipsi viderunt, quia sic non possent scribere aliquam hystoriam perfectè veram, quin in aliqua particula errent, sicut apparet in aspicientibus agonem. Nam cùm duo pugnant, & se percutiunt multis circunstantibus, licèt omnes videant, discordãt quibusdam dicentibus, iste percussit alium, aliis verò contraria asserentibus. Istud autem nascitur ex conditione nostra, scilicet, quòd impossibile est nos ad plura intentè simul aspicere. Si autem historiographus cędat testimonio dicentium, eadem causa erroris erit, quæ in seipso, & facilior adhuc. Sacra autem scriptura nullum omnino permittit mendacium etiam si sit paruulum: vt ait Augustinus: & habetur in Decretis distinctione nona, capitulo, si ad sacras: sed quilibet modus istorum necessariò admittit aliquod mendacium: ideo oportet, quòd dicamus omnes scriptores sacræ scripturæ propheticè scripsisse: Deus enim mouet prophetam ad intelligendum prophetiam supernaturaliter ea, quæ alias non intelligeret: ita in scribendo mouebat scriptores sacræ scripturæ ad sciendum ea, quæ aliàs perfectè scire non poterant: & tunc ea scribebant solùm, quæ Deus eis dictabat: & sic erat impossibile, quòd errarent. Ita fuit scriptus liber iste per Esdram, & Liber Regum per Ieremiam, in quo eadem habentur spiritu prophetico, per quem ipsi scire potuerunt infallibiliter an aliqua aromata meliora, vel æqualia istis in bonitate, quæ attulit regina Saba allata fuissent postea aliquo tempore vsque ad tempora, quibus scripti fuerunt libri, & an aliqua ligna thina allata fuerint in terram Iuda. Etiam sciebant, quòd non erat tunc, nec fuerat vnquam à principio aliquod tale solium in aliqua terra, sicut fuerat solium Salomonis: postea tamen fortè alia pulchriora, & preciosiora facta sunt.

Fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fecit igitur rex Salomon ducentas haſtas aureas de ſumma ſexcentorum aureorum, qui in ſingulis haſtis expendebantur: trecenta quoque ſcuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur ſingula ſcuta: poſuitq; ea rex in armamentario, quod erat conſitum nemore.

Gloria Salomonis ex magnitudine effectuum.

*Fecit igitur.* Hic ponitur tertium, ſcilicet: gloria Salomonis ex magnitudine effectuum, quia faciebat Salomõ aliqua opera ita magnifica, & ſumptuoſa, quòd non habebantur talia apud alios reges, & ponuntur duo. Primum eſt de lanceis, & ſcutis aureis. Secundum de throno eburneo ibi. *Fecit quoque.* Circa primum dicitur. *Fecit igitur rex Salomon ducentas haſtas aureas.* Non eſt putandum, quòd iſtæ lanceæ formaliter eſſent de auro: quod patet ex pondere auri, ſed erãt ligneæ, & in ſuperficie erant operte laminis aureis, & non folio auri, ſicut operiuntur picturę, quia in illis facile eſt videre, quòd non eſt res de auro: & ſic videbãtur iſtę lanceę verè eſſe aureæ. Non erant autem iſtę lanceæ ad pugnandum, ſed ad oſtentandam gloriam Salomonis, vt infra dicetur in quadam quæſtione. *De ſumma ſexcentorum aureorum.* Aliqui volunt, quòd ſexcenti aurei expenſi ſunt in iſtis ducentis haſtis, ita quòd in qualibet haſta expenderẽtur tres aurei, & iſta eſt intentio Ioſephi 8. Antiquita. litera tamen noſtra repugnat, quia ſequitur, qui in haſtis ſingulis expendebantur. Eſt autem aureus moneta aurea, ſcilicet, vnꝰ ſiclus: nam ſiclus eſt interdum moneta aurea, & interdum argentea, vt patet. 2. Reg. 24. & præced. lib. 21. c. & ſicli argentei ſunt maioris valoris, quàm ſicli aurei, eo quòd erant valdę magnæ quãtitatis, vt declaratum eſt præced. lib. 21. cap. in quadam quæſtione: & hic accipitur pro ſiclo aureo: ſic patet. 3. Reg. 10. quia ponitur ibi ſexcentos ſiclos auri dedit in laminas ſcuti vniꝰ. *Qui in haſtis ſingulis expendebantur.* Ideſt, expendebantur iſti ſicli ad tegendum quamlibet haſtam, quia laminæ aureæ fiebant ad tegendum haſtas ſingulas pondere ſiclorum ſexcentorum, & non fiebat tota lancea de auro, quia tunc neceſſe erat, quòd expenderentur plures, quàm tres mille ſicli, nec etiam videbatur opportunum tantam molem auri inutiliter expendi, & non eſt intelligendum, quòd ſoluerentur ſicli ſexcenti in maſſam pro qualibet haſta tegenda, ſed quòd laminæ tegentes quamlibet haſtam erant ponderis ſexcentorum ſiclorum, & fortè non ſoluebantur aliqui ſicli in maſſam per conflationem, ſed cùm multum aurum aliud haberet Salomon in maſſa de illo faceret laminas, & tamen, vt ſignaretur magnitudo ponderis auri cuiuſlibet haſtæ dictum eſt, quòd ſexcenti ſicli in qualibet haſta expendebantur: nam ſiclus eſt nomen monetæ, & nomen ponderis ſimul, eo quòd continet determinatum pondus, ſcilicet, viginti obolos, vt patet Leui. vlt. & Num. 3. & 18. & ſic clare intelligebatur pondus auri cuiuſlibet haſtæ: erant autem omnes iſtę haſtę longitudine æquales, & rotunditate, & groſſitie, & æquale aurũ expendebat in eis, & ſic erant pulchrę: ita quòd non fieret differentia vnius haſtæ ad alteram. *Trecenta quoque ſcuta trecentorum aureorum.* Ideſt, fecit trecenta ſcuta, & quodlibet de trecentis aureis, ideſt, ſiclis, ſcilicet, quia in quolibet ſcuto laminę auri expẽdebantur pondere trecentorum ſiclorum. *Quibus tegebantur ſcuta ſingula.* Hic declaratur manifeſtè, quòd iſta ſcuta non erant tota de auro, ſed ſolùm tegebantur laminis aureis, ita vt viderentur aurum purum. *Poſuitq; ea rex in armamentario, quod erat conſitum nemore.* Ideſt, poſuit rex iſta ſcuta, & haſtas in armamentario, ideſt, in loco armorum, quia Salomon habebat domũ quandam pro omnibus armis locandis, & iſta erat domus ſaltus Libani. Quod patet, quia vocatur armamentarium illud conſitum nemore, ideſt, vallatum arboribus, quæ vocantur nemus. Sic patet Geneſ. 21. vbi dicitur, quòd plantauit Abraham nemus in Berſabee, ideſt, arbores, ſiue hortum. De iſto armamẽto magis dicetur. infra in quadam quæſtione.

*Quomodo fecit lanceas, & ſcuta Salomon alibi aliter. Quæſtio IX.*

QVAERITVR circa prædicta, quomodo dicitur hic, quòd Salomon fecit ducentas lanceas aureas, & trecenta ſcuta: nam. 3. Reg. 10. vbi ponitur iſta hiſtoria ponitur, quòd erant ducenta ſcuta, & trecentæ peltæ, & ſic videtur difficultas in duobus. Primum eſt, quia hic ponuntur lanceę, & ibi non, & ibi ponuntur peltę, & hic non. Secundum eſt, quòd cùm tam hic, quàm ibi ponantur ſcuta, dicuntur hic eſſe ſcuta trecenta, & ibi dicitur, quòd erant ducenta. Alii dicunt, quòd eadem ſententia eſt hic, & ibi, & ſolùm eſt varietas nominum ſatisrationabiliter factanã ſcuta vocantur hic, & ibi ſcuta: & tamẽ vocantur hic peltæ, quæ vocantur hic lanceę: & hoc rationabiliter, quia lanceæ ſunt arma ad procul nocendum mittendo eas, & vocantur ideo peltæ, quia procul pelluntur. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat: primò, quia peltæ dicuntur eſſe trecentæ. 3. Reg. 10. & tamen hic dicitur lanceæ ducentæ: ſecundò, quia dicitur de qualibet pelta, quòd veſtiebatur trecentis minis aureis. 3. Reg. 10. & tamen hic dicitur de qualibet haſta, quòd expenderentur in ea ſexcenti ſicli: tertiò, quia etiam eſt diſcordia ex alia parte, ſcilicet, quia dicitur hic, quòd ſcuta erant trecenta, & ibi dicitur, quòd erant ducenta: & ſic non ſaluatur iſtud inconueniens: quartò non ſtat, quia ibi dicitur, quòd in quolibet ſcuto expendebantur ſexcenti ſicli. Hic autem dicitur, quòd in quolibet ſcuto erant trecenti aurei, ideo non ſtat iſta poſitio. Alij reſpondent aliter, ſcilicet, quòd ſcriptura ſacra omiſerit aliquid hic, & aliquid ibi. ſ. quòd fuerint ſcuta trecenta, & trecentæ peltæ, & ducentæ lanceę, & litera omiſerit. 3. Reg. 10. lanceas ducentas: & hic omiſerit trecentas peltas, & coniungendo vtramque literã cauſatur, vel colligitur vna perfecta narratio. Et ſic fit ſepe in ſcriptura, ſcilicet, quòd quando aliquid in multis locis enarrandum eſt, rarò enarratur completè in aliquo eorum, ſed in quolibet ſuppletur aliquid, quod non erat in alio: & ſic ex duobus, vel tribus locis colligitur vna completa narratio, & iſtud viderur ſatisrationabiliter dictum, ſcilicet, quòd cùm faceret Salomon peltas de auro, faceret etiam lanceas aureas, quia lanceę ſunt annexæ ſcutis. Sed dicendum, quòd iſtud non ſtat omnino, quia adhuc manent aliqua inconuenientia. Primum, quia ſcuta ponuntur vtrobique: & tamen ponuntur hic trecenta ſcuta: & 3. Reg. 10. ponuntur ducenta. Secundum, quia ibi ponuntur in quolibet ſcuto ſexcenti aurei, ſiue ſicli, & hic ponitur pro quolibet ſcuto trecenti aurei. Dicendum ergo videtur aliter, ſcilicet, quòd erant ſolùm ducentæ lanceæ, & trecenta ſcuta, ſicut dicit hic litera: & cùm dicitur. 3. Reg. 10. quòd erant trecentę peltæ, & ducenta ſcuta. Dicendum, quòd illa, quę vocantur ibi ſcuta vocantur hic lanceę, & quę vocantur hic ſcuta, vocantur ibi peltę, & quantum ad ſcuta, & peltas facile eſt tranſitus, quia peltę ſecundùm modum noſtrum loquendi non differunt à ſcutis, niſi in figura, & magnitudine: ſed in vſu eadem ſunt. ſ. ad pellendum ictus, & tenentur manu ſiniſtra: & tñ q̃ lanceę vocentur ſcuta eſt abuſio quędam, quoniam lancea, & ſcuta differũt omnino in figura, etiam differunt magnitudine, & q̃ maius eſt differunt vſu, quia ſcuta ſunt ad repellendũ ictus, & ſunt defenſiua: lanceę autem ſunt ad vulnerãdum; ſcilicet arma offenſiua: & nunquam deberet fieri tam abuſiua tranſlatio, niſi neceſſitas magna vrgeat, & ſic eſt hic. Primò quia nõ poterit concordari litera niſi ſic fiat, vt patet ex modis loquendi ſupra aſſignatis, quia nullus eorum conueniebat, nec ſatisfaciebat, ſecundò quia ponendo ſic eſt conuenientia numero, & pondere, ſcilicet quia ſicut dicitur 3. Reg. x. q̃ erant trecentę peltæ: ita dicitur hic quòd erant trecenta ſcuta, & ſic peltę, & ſcuta ſunt idem. Etiam ſicut ibi dicitur de qualibet pelta, quòd continebat minas trecentas: ita dicitur hic de quolibet ſcuto, quòd continebat trecentos aureos, Itẽ eſt conueniẽtia inter illa, quæ vocantur ſcuta 3. Reg. x. & hic lanceę, quia illa ſcuta dicuntur ibi eſſe ducenta, ita hic lanceæ, dicuntur ducentæ: etiam quodlibet ſcutum dicitur habere ibi ſex centos auri ſiclos, & hic dicitur quælibet lancea continens ſexcentos aureos. Iſte ergo ſolus eſt modꝰ, quo poteſt concordari iſta litera cum illa. Iſtã poſitionẽ ſequitur Ioſeph. 8. Antiqui. dicens: Conflauit Salomõ aurũ, vt ducẽtas lãceas faceret, quę ſexcentos ſiclos ꝓtinerent: fecit quoque ſcuta trecenta vnoquoque habente auri minas tres. Ioſephus ergo optime locutus eſt quantum ad nomina, & numerum lancearum, & ſcutorum excludendo peltas quaſi coincidant cũ ſcutis: & tamen diuerſificauit à litera, inquantum poſuit minus pondus auri, quia voluit, quòd in omnibus lanceis ſimul expenderentur ſolùm ſicli ſexcenti, ſcilicet in qualibet lancea tres ſicli aurei, & in quolibet ſcuto expenderentur tres minæ ſiue ſicli. Et tamen multum diſcordat à litera noſtra, quæ dicit, quòd in ſingulis lanceis expendebantur ſexcẽti aurei, & quòd ſingula ſcuta tegebantur auro trecentorum aureorũ. Illud tamen apud Ioſephum vſitatum eſt, quia interdum auget in numeris ponendo pluſquam ſit in ſacra ſcrip. & interdum minuit. De augmento patet, quia 2. Paralip. 4. dicitur de rege Iabim quòd oppreſſerat Iſraelitas habens currus nongentos falcatos, & tamen Ioſeph. 5. Antiq. dicit, q̃ habuit armatorũ trecẽta millia, equitũ decẽ millia, & curruum tria millia poſſidebat. Quod ãt minuat interdum patet: nã Exo 14. Quando Aegyptij perſecuti ſunt Hebræos fugientes ad mare rubrum dicitur, quòd tulit Pharao ſexcentos currus electos, & quidquid curruum in Aegypto fuit, & tamen Ioſephus 2. Antiqui. dicit ſolùm ſexcentos curruus. Item primo Reg. 13. vbi ponitur bellum Philiſtinorum contra Iſrael dicitur, quòd conuenerant triginta millia curruum, & ſexcẽta millia equitum, & reliquum vulgus, quaſi arena, quæ eſt in litore maris: & tamen Ioſephus 6, Antiqui. dicit, quòd erant de Philiſthinis trecenta millia peditũ, & triginta millia curruum, & ſexcenta millia equitum. Hic autem etiam minuit: vt dictum eſt in pondere auri lancearum, & ſcutorum: quòd quare Ioſephus fecerit, cauſam certe in promptu non eſt, niſi fortè dicatur, quòd hoc faciebat ad reddẽdum hiſtoriam veriſimiliorem, ſed in hoc non eſt aduertendum ad eum, nec ad quemuis alium quantęcunque auctoritatis, quia cùm ſcriptura aliquid expreſsè ponit, nullius teſtimonium contra eam recipitur.

*Ad quid fecit ſcuta aurea, & lanceas. Quæſt. X.*

QVAERITVR vlterius, ad quid fecit Salomon iſta ſcuta aurea, & lãceas. Reſpondendum, q̃ iſta erant ad pugnandum, quia ad pugnandum aptius Alph. Toſt. ſuper lib. Paralip. Pars 2.



eſt ferrum, q̃ aurum, vel aliud metallum: nam ferrũ eſt, quod omnia domat metalia, & omnia alia: vt patet Daniel 2. verum eſt tamen, q̃ interdum ſcuta aurea fiebant ad bellum. ſ. aliqui reges gentium ob inſignem gloriam ferebant ſcuta operta auro: ſicut patet primo Macha. 6. ſ. Refulſit ſol in clypeos aureos, & reſplenduerũt montes ab eis: ſed adhuc illa nõ erant de auro præcipue ad pugnandum, ſed potius ad faciendam differentiam inter reges, & alios: & dato q̃ eſſẽt ſcuta de auro ad bellum, tamen non erãt lanceę de auro ad pugnandum, quia ferrum magis penetratiuum eſt duritie ſua quàm aurum, & ob hoc licèt legamus apud gentiles fuiſſe clypeos aureos, nũquam legimus haſtas aureas. Sciendum tamen, q̃ iſtæ lanceę non erant totę operte auro: nam ferrum non erat auro tectum, ſed ſolum haſtile, & ſic maneret pulchritudo & figura lanceæ: & ob hoc non dicitur in litera noſtra, q̃ fecit Salomon lanceas ducẽtas de auro, ſed q̃ fecit ducentas haſtas: quia haſta ſolum lignum ſignificat. Fecit aũt Salomon ſcuta, & lanceas iſtas de auro ad oſtẽdendum gloriã diuitiarum ſuarum, ſcilicet q̃ cũ viderentur ab omnibus lanceę aureę, & ſcuta, putaretur, q̃ apud omnes gentes non eſsent tantæ diuitię: erat ãt vſus iſtarum lancearum, & ſcutorum, q̃ portarentur coram Salomone, vt ſic oſtenderetur gloria ſua tota in auro, & iſta ſcuta portabantur coram Salomone ab aſcenſoribus equorum, de quibus Ioſeph. 8. Antiqui. ait: Exornabãtur aſcẽſores equorum primum decora iuuentute florentes, habentes quoque magnam proceritatem, & ſatis alios excedẽtes, longãque diffundẽtes in aſcenſione equorum cæſariem, ex purpura Tyria circum amicti, aurique tincturam quotidie ſuis comis adiicientes, vt eorum capita percuſſa ſole auro radiante fulgerent, ijs circa eum armatis exiſtentibus arcuſque ferentibus rex vectus in curru, & alba veſte circũamictus ſolitus erat exire ad quendam locum, q̃ à Ieroſolymis duobus funiculis abeſt, vocaturq; Edẽ, ortis, & aquarũ rigationibus gratus, & locuples. Cur ius quoq; ille ĩ quo Salomõ ferebat ex magna parte de auro erat, vt patet Canti. 3. ſ. Ferculũ fecit Salomon rex de lignis libani, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: iſti autem armati viri circa Salomonem portabant aurea ſcuta, & lanceas: vt dicit hiſtoria ſcolaſtica: manſerunt autem iſta ſcuta, & lãceæ in domo ſaltus Libani. Proficiebãt etiam iſte lanceæ aureæ, & ſcuta cuſtodibus regis: nam ad portam Salomonis dormiebant qualibet nocte cuſtodes multi, & habebant iſta ſcuta: tempore autem Roboam filij Salomonis cùm Seſach rex Aegypti abſtuliſſet omnia iſta ſcuta aurea, & lanceas, fecit Roboam loco illorum ſcuta ænea, & tradidit ea in manu ſcutariorum. Etiam coram Salomone ferebantur iſta ſcuta, & lanceę, quando ibat in templũ vel in alium locum, vt patet 3. Reg. 14. & infra 12. cùm dicitur: pro quibus fecit Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manu ducum ſcutariorum, qui excubabant ante oſtium domus regis. Cunque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea, q̃ ꝓeundi habebant officium, & poſtea reportabant ad armamentarium ſcutariorum: iſtud fiebat in ſcutis ereis viuente Roboam, ſed iſta ſcuta ærea ſucceſſerant loco ſcutorum aureorũ, vt patet 3. Reg. 14. ergò etiam videtur q̃ tpe Salomonis eẽt iſta conſtructio in ſcutis aureis, & ob hoc filius eius ab eo inſtitutus ſic fecit in ſcutis æreis.

*Vbi & quid eſſet armamentarium ſcutorum. Quæſt. XI.*

QVAERITVR vlterius circa armamentarium iſtorum ſcutorum, quid erat, & vbi. Ad primum dicendum, quòd iſtud armamentarium erat domus ſaltus Libani: quod patet, quia dicitur hic

hic, ꝙ armamentarium erat consitum nemore, ideſt F
arboribus. Et hoc competebat domus ſaltus Libani:
nam propter hoc ſic vocabatur, vt infra dicetur. Secũ-
dò patet & efficatius, quia 3. Reg. 10. vbi ponitur iſta
hiſtoria dicitur, ꝙ poſuit rex iſta ſcuta, & peltas in do-
mo ſaltus libani: ergo illud erat armamẽtarium, ſed
conſiderandum circa hoc, quòd quidam putant do-
mum ſaltus Libani ſolùm fuiſſe factam, vt eſſet arma
mentarium regis, & ob hoc vocatur hic abſolutè ar
mamentarium, quaſi iſte eſſet ſolus vſus illius dom⁹,
vel iſte eſſet principaliter vſus eius. Sed dicendum, ꝙ
non ſtat, quia etiam erat domus iſta ad habitandum.
Pro quo ſciendum, ꝙ vt colligitur. 3. Regũ 7. domus
ſaltus Libani erat in parte inferiori facta de lapidibus,
& in parte ſuperiori quaſi ex medietate eius erat de li G
gnis. ſ. colũnæ de ligno, & omnia alia: & pars inferior,
quæ erat frigida valde propter lapides erat ad conſer-
uandum ibi aromata, quæ ſunt calida nimis, & reſer-
uantur bene in loco frigidiſſimo, ſ. quia frigiditas loci
circunſtans non permittit exhalare virtutem aroma-
ticam, & reſolui: & ſic eſt de omni pigmento. Pars ſu
perior, quæ erat lignea, & ex hoc erat ſicca, erat con-
ueniens ad conſeruandum arma ne propter frigidita-
tem, & humiditatem contraherent arma rubiginem,
ſiue ęruginem, & quantum ad iſtam partem ſuperio-
rem vocabatur domus hæc armamentarium. Præter
hæc tamen domus iſta erat ad habitationem, & aliqñ
morabatur ibi Salomon, quin potius habitatio ſua ce
lebrior videbatur eſſe in domo ſaltus Libani: quia di- H
citur infra in litera, quòd oĩa vaſa conuiuij regis erant
de auro puriſſimo, & vaſa domus ſaltus Libani de au
ro puriſſimo. Idem patet 3. Regum 10. ſi tamen nun-
quam habitaret ibi Salomon, non haberet vaſa aliqua
ad miniſterium domus: ſed ſolũ conſeruarentur ibi
arma, & aromata. Conſiderandum circa iſtam domũ
ſaltus Libani, ꝙ ſicut tradit ſcholaſtica hiſtoria, quidã
aiunt ꝙ dum regina Saba eſſet in Ieruſalem cum Sa-
lomone, & contemplaretur domum ſaltus Libani, et
alia opera Salomonis, vidit in domo ſaltus Libani qđ
dam lignum, de quo tunc admirata ſubticuit, nihilq;
Salomoni tunc dixit. Cùm autem conuerſa eſſet in
terram ſuam reſcripſit ei, ſe vidiſſe in domo ſaltus Li
bani lignum quoddam, in quo ſuſpendendus erat q- I
dam, pro cuius morte regnum Iudæorum periret, &
illud certis inditiis perſuaſit. Salomon autem timens,
illud in profundiſſimis terræ viſceribus occultauit:
quod poſtea tempore dominicæ paſſionis in piſcina
probatica ſuperenatauit, de quo crux dominica facta
eſt: ſed iſtud ſatis apocryphum eſt, ideo eadem facilita
te contemnitur, qua recipitur.

*Vbi eſſet domus ſaltus Libani. Quæſt. XII.*

QVAERITVR vlterius de iſta domo ſalt⁹ Li-
bani, vbi erat. Quidam dicunt, quòd erat in de-
ſerto in monte Libano, ideo vocatur domus ſaltus Li
bani, ideſt domus, quæ erat in ſaltu Libani. Secũdò K
patet, quia dicitur hic, quòd iſtud armamentariũ erat
nemore conſitum, & erat domus ſaltus Libani, ergo
erat in deſerto, quia aliàs non eſſet nemore vallata ſi
eſſet in Ieruſalem, quia nemus deſertum eſt. Dicendũ
quòd iſta domus erat in Ieruſalem. Et patet hoc, qa
dicitur, quòd erat domus iſta armamentarium Salo-
monis, ita quòd reponebantur ibi omnia arma Salo-
monis: & tamen non erat veriſimile, quòd Salomon
habitans in Ieruſalem haberet omnia arma ſua in Li
bano, qui inde procul erat poſitus. Secundò patet
hoc, quia quando Salomon aſcendebat currum, &
quandocunque ibat in templum domini, vel in alia lo
ca, duces ſcutariorum portabant coram eo ſcuta au-
rea, & lanceas, & cùm rediret in domum reponebant
ea in armamentario, vt patet ſupra in quæſtione, qua
quærebatur quare facta ſunt ſcuta aurea: & tamen ſi
armamentariũ iſtud eſſet in Libano, non poſſet iſtud
fieri, ideo non erat in Libano, ſed in Ieruſalem. Ter-
tiò patet, quia etiam ibi habebat Salomõ omnia aro-
mata, vt dictum eſt præc. quæſtione. Vſus tamen aro-
matum, & pigmentorum erat quotidianus in domo
Salomonis, ideo aromata eſſent in Ieruſalẽ, & ſic do-
mus ſaltus Libani eſſet in Ieruſalem. Quartò patet
auctoritate Ioſephi. 8. Antiqui. dicentis. ſ. Poſuit Salo-
mon haſtas aureas, & ſcuta in domo, quæ ſylua Liba-
ni vocabatur: & ſic non erat in ſylua Libani, ſed voca-
batur ſylua Libani: & ſic erat in Ieruſalem, & tamen
vocabatur ſic ex aliqua cauſa, quæ infra dicetur. Ad pri
mam rationem in contrarium dicendum, quòd licet
vocaretur domus ſaltus Libani, non erat in ſaltu Liba
ni, ſed vocabatur ſic, quia in circuitu domus iſtius ad
iucunditatem magnam erant multæ arbores, & ligna
talia, qualia erant in Libano, & ſic dixit Ioſephus, ꝙ
vocabatur domus iſta ſylua Libani. Ad ſecundum
dicendum, quòd iſta domus erat conſita nemore, &
tamen nõ ſequitur ex hoc, quòd erat in deſerto, ſed
potius ſequitur è contrario, quòd erat in vrbe, vel ex-
tra deſertum: nam procedit argumentum ex modo
ruſtico accipiendo iſtud nomen nemus. Putant enim
accipi pro monte, vbi ſunt ligna ſylueſtria. Et tamen
falſum eſt, quia nemus accipitur potius pro arbori-
bus plantatis. Sic patet Gen. 21. ſcilicet: Plãtauit Abra
ham nem⁹ in Berſabee. i. plantauit arbores, vel virgul-
ta ad recreationem, & iucũditatem. Etiam accipitur
interdum ꝙ vno ligno: nam vbi nos dicimus planta-
uit nem⁹, habetur in Hebræo plantauit lignum, & ſic
non erat domus iſta in monte habẽte ſylueſtria ligna,
ſed inter hortos habentes arbores pomiferas. Item pa
te hoc, quia dicitur hic, quòd erat conſitum nemore:
locus cõſitus eſt, qui manu plantatus eſt: & tñ mõs Li
bani nõ habebat arbores cultu humano poſitas, ſed
ſylueſtria ligna ſua ſponte naſcentia: ideo non erat do
mus iſta in Libano, ſed in Ieruſalem, & ibi erant arbo
res plantatę in circuitu domus ad recreationẽ, & gau
dium Salomonis.

Fecitque quoque rex ſolium eburneum
grande, & veſtiuit illud auro mundiſſimo.
Sex quoque gradus, quibus aſcendebatur
ad ſolium, & ſcabellum aureũ, & brachio-
la duo altrinſecus, & duos leones ſtantes
iuxta brachiola, ſed & alios duodecim leũ
culos ſtantes ſuper ſex gradus ex vtraque
parte: non fuit tale ſolium in vniuerſis re-
gnis. Omnia quoque vaſa conuiuij regis
erant aurea, & vaſa domus ſaltus libani ex
auro puriſſimo. Argentum enim in die-
bus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem
naues regis ibant in Tharſis cum ſeruis Hi
ram ſemel in annis tribus, & deferebant in-
de aurum, & argentum, & ebur, & ſimias,
& pauos.

*Fecit quoque.* Hic ponitur ſecundum opus Salomo
nis magnificum, ſcilicet thronus eius. Et dr. *Fecit quo
que rex Salomõ ſolium eburneũ.* i. totũ ſoliũ erat de ebore,



vel ſaltem pars ſuperior, vbi erat ſeſſio. Vocatur ebur A
oſſa animalium, ſcilicet Elephantorum, quæ ſunt al
biſſima, & ſolidiſſima: & ob hoc pulchra valde: iſta
oſſa deferebantur Salomoni de Tharſis: nam vocã-
tur dentes Elephantorum: vt patet infra in litera.
*Et veſtiuit illud auro mundiſſimo.* Ideſt operuit illud auro,
ſcilicet totum erat opertũ auro, ita vt licèt eſſet ebur-
neum, non appareret eburneũ ſed aureum: ſic appare
bat de domo Dñi interius: nã parietes, & tectũ, & paui
mentum operti erant laminis aureis: ita vt nec lapi-
des, nec ligna apparere poſſent, ſed tota domus vide-
batur aurum 3. Re. 6. & ſup. 3. c. erat autẽ iſtud ſoliũ
in quadam porticu apud domũ ſaltus libani, vt decla-
ratum fuit ſupra 7. vocatur aurum iſtud mundiſſimũ, B
ideſt puriſſimum nullam habens impuritatem alte-
rius metalli ſecum, ſed purum aurum erat: & voca-
tur iſtud aurum fuluum nimis, tertio Regum de-
cimo, & idem eſt, quod aurum mundiſſimum,
vel puriſſimum: nam fuluus eſt color proprius auri.
Et ſic ponitur fuluum tanquam Epitheton ſiue con-
notatum auri: vnde Boetius 4. de conſola. metro vl-
timo dicit metallum fuluum volens deſignare aurũ,
ſcilicet quòd Hercules rapuerit poma aurea draconi
ſuper vigilanti: & eſt fuluus propinquus viridi, & pal-
lido, & mediat inter vtrunque: cùm autem aurũ eſt
purum eſt valde fuluum: cùm autem non eſt tam pu
rum, ſed eſt ſophiſticatum, declinat in quendam al-
borem: & iſtud aurum erat nimis purum, ideo voca
tur nimis fuluũ: ſicut apparet nunc in differentia mo C
netarum aurearum antiquarum & nouarum: nam
antiquę eo quòd erant de auro puriori, declinant
magis ad colorem obſcurum, qui vocatur fuluus.
Monetę autem nouæ degenerant in quendam albo-
rem, vel claritatem, quæ fit ex impuritate auri: & ſic
recte concordat, ꝙ vocetur hic mundiſſimũ, & ibi ni
mis fuluũ: quia iſta conuertũtur, ſ. ſi aurum eſt puriſſi
mũ eſt nimis fuluum: & ſi eſt nimis fuluũ ẽ puriſſimũ
*Sex quoque gradus, quibus aſcendebatur ad illud.* Ideſt fecit
ſex gradus, quibus aſcendebatur. Erat n. iſte Thro-
nus altus ſatis: ideo aſcendebatur ad eum ſex gradib⁹:
ſic dicitur ſupra, quòd fecit ſolium grande. *Et ſcabel
lum aureum.* Vocatur ſcabellũ quędã tabula trãsuerſalis
in throno, ĩ qua ſedebat Salomõ, ſicut eſt in cathedris D
in quibus legitur in ſcholis. Nam tabula, in qua ſe-
det lector vocatur ſcabellum, et illud erat de auro ad
notandã excellentiã. Et poteſt intelligi dupliciter:
uno modo quòd iſtud ſcabellum erat de auro puriſſi-
mo, ita quòd non eſſet in eo ebur, vel lignum, ſed to-
tũ aureũ, ſicut dicim⁹ de ꝓpitiatorio ꝙ erat ſup arcã.
Item de auro puriſſimo erat. Exo. 25. & 27. & ob hoc
ponitur de eo ſpecialiter de auro, cùm iam dictum
fuerit de toto Throno, quòd erat veſtitus auro, & vt
non putaretur, quòd iſtud ſcabellum erat Eburneũ,
& veſtitum auro, ſed quòd totum erat de auro, dicitur
quòd erat ſcabellum de auro. Et dicitur etiam 3. Re.
2. quòd ſummitas throni rotunda erat, quod ſubticet
hic & vocat ſummitas throni pars illa ſuperior in qua E
ſedetur, & illa erat rotunda, ſcilicet ad partẽ exterio-
rem, vt quando rex eſſet in throno, poſſet reclinare ſe
ad quãcunque partem vellet: quòd cõuenientius fit in
forma rotunda quàm in aliis: erat thronus iſte altus ſi-
cut ſunt cathedræ ad legendum, in quibus ſe poteſt le
gens reclinare ad quãcunque partem voluerit. *Et bra
chiola duo altrinſecus.* Iſta brachiola ſecundùm quoſdã
erat quædã brachia eburnea operta laminis aureis ſur
gentia ex aliquo loco apud thronum: & videbantur
tenere thronũ, ſicut ſolet fieri qñ depinguntur inſignia
aliquorũ, q̃ vulgariter vocãt arma: nã pinguntur duo an-
geli ex vtraq; parte manib⁹ ſuſtentãtes illa inſignia: &
ſic iſta brachiola eſſent extra thronũ fortè ſurgẽtia ex



aliquo pariete. Alio modo, & melius poteſt intelli-
gi, quòd iſta brachiola naſcerentur ex duobus la-
teribus throni, ſcilicet ex dextro, & ſiniſtro, ad quos
terminatur tabula trãſuerſalis, quæ vocatur ſcabellũ,
& vt poſſet ſe tenere illa tabula, neceſſe erat, quod eẽt
aliquid in quo teneretur, & iſtud erat ſuper duo bra-
chiola eburnea ſurgentia ex duobus lateribus throni,
& iſte modus conuenientior eſt. Primò quia ſecun-
dùm alium modum non ponitur in quo ſuſtẽraretur
ſcabellũ, & fm iſtũ modum ponitur. ſ. iſta brachiola.
Secundò, quia poſito de ſcabello ſubditur hic de Bra
chiolis, quaſi brachiola pertinerent ad ſcabellum: &
dr ꝙ iſta duo brachiola erant altrinſcus. i. ex partibus
oppoſitis vnum contra alterum, quia in duabus extre
mitatibus ſcabelli erant ad ſuſtentandum ipſum ſca-
bellum. *Et duos leones ſtantes iuxta brachiola.* ſ. leones erãt
altrinſecus ſicut brachiola, quia erant iuxta ea, & erãt
ad ſuſtẽrãdũ ſcabellũ ſicut brachiola, qa fortè brachio
la erãt delicata, & nõ poterãt ſufficiẽter tenere ſcabel
lũ: quidã aũt intelligunt aliter. ſ. ꝙ eſſent quatuor leo-
nes ad partem poſteriorem throni, & quælibet man⁹
apud ſe haberet duos leones, & iſtud accipiunt ex lite
ra 3. Reg. x. vbi dicitur, & duo leones ſtabant iuxta ma
nus ſingulas. Dicendum tñ, quòd inquantum iſti poſ
ſunt aliàs ponunt leones eſſe exterius, nõ eſt tam rõ-
nabiliter dictũ, ſed quòd quatuor ſint ſatis concede-
tur, licèt ſcriptura ponat hic ſolũ duos, & tũc dicetur,
quòd duo leones erunt ſimul ſub eodẽ brachiolo, &
egredientur ab eodem latere throni, & erunt duo leo
nes oppoſiti duobus leonibus. *Sed & alios duodecim leũ-
culos ſtantes ſuper ſex gradus.* Iſti duodecim leunculi erãt
prẽter leones duos, vel quatuor ſuprapoſitos, quia leo
nes ſupradicti erant intra thronum in cõcauitate ſua
ſub ſcabello: iſti aũt duodecim, de quibus hic, erant ex
tra thronum in ſex gradibus, per quos aſcendebatur:
erant namque gradus iſti ampli, & in extremitatibus
duabus cuiuſcunque gradus erant duo leones: & ſic
erant duodecim in ſex gradibus, & inter iſtos leones
erat aſcenſus, & vocantur iſti leunculi: et illi qui erãt
ſub ſcabello, vocabantur leones, quia iſti erãt magni,
iſti aũt erant parui, cum eſſent ſuper gradus, ne occupa
rent aſcenſum: etiam ad differentiam vocantur iſti
leunculi, et illi leones, etiam ſi eſſent æquales, vt ſcia-
tur quando loquimur de ſtantibus ſuper gradus, et qñ
de ſubiectis ſcabello. *Non fuit tale ſolium in vniuerſis re-
gnis.* Non fuit aliquod ſolium tam præcioſum, et tã
pulchrum in oĩbus regnis: nam magni precij erat cũ
totum eburneum eſſe, et opertum auro, et intelligi-
tur de ſoliis, quæ erant tempore quo ſcriptus fuit iſte
liber, et de illis, quæ ante furant, non de illis, quæ po-
ſtea fuerunt: quòd autem alia pulchriora ſolia poſtea
facta fuerint non eſt admirandum, quia iunior ætas
fecit alia magnificentiora, quàm fuerant in illo ru-
di ſeculo, et veteri ętate: quomodo autem potuit
conſtare ſcriptori, quòd non fuerit aliquod tale
ſolium in omnibus regnis declaratũ fuit ſupra in qua
dam quæſtione.

*Quare poſiti fuerunt leones in Throno, & duodecim.*

*Quæſt. XIII.*

QVAERITVR, quare in iſto tribunali Salomo
nis poſiti fuerunt leones, et quare erant duo-
decim in aſcenſione throni. Ad primum dicendum,
quòd ponebãtur leones ĩ throno illo pp duo. Primo
propter pulchritudinem, nam ſic ponebantur duode
cim boues ſub mari æneo habentes vultus ad extra, et
terga ad intra. ſupra eo. et 3. Reg. 7. etiam leones, at che
rubim, et aquilę ponebant ſculpti ſedibus luterum 3.

Reg. septimo, & ibi nō attēdebatur nisi pulchritudo. Secundum erat ad signandum fortitudinem Salomonis, & regni Iudæorum, ſ. ꝙ ſicut leo eſt rex, & dñs inter quadrupedia, ita regnum Iudæorum pro tunc florebat inter oīa regna: vel ad ſignandum ꝙ ſicut leo eſt dominus animalium aliorum, ita ille, qui ſedebat in throno illo, erat dominus aliorum regum: & ob hoc ſedebat ſuper leones, & tenebat eos in aſcēſu ſuo ſub pedibus, vt ſignificaretur, quòd reges fortes, qui erāt ſicut leones, tenebat in ſua poteſtate ſedēs ſuper illos, & exigens ab eis tributa: nā reges magni erant tūc ſub poteſtate Salomonis. ſ. oēs reges Chananæorum, Pherezęorum, Iebuſęorum, Heuæorum, Hethæorum, Amorrhęorum, & Gergeſeorū, quos ſubiecerat ſibi Salomon in tributarios. præce. ca. & 3. Reg. 9. etiā erat ei ſubditus rex Moab, & Ammō, & populus Idumęę, & Syrorum, vt declaratum eſt ſupra in quadam cōne de tributis Salomonis. Ad ſ̄m. ſ. quare erāt duodecim leones dicendum ꝙ erant propter cōuenientiam graduum: nam erant ſex gradus, & in quolibet erāt duo leones, vt ex omni parte eſſent leones, & ſic eſſent neceſſariò duodecim in aſcēſu: vel ponebantur iſti duodecim leones ad ſignandum, ꝙ Salomon, qui ſedebat in illo throno dominabatur ſuper duodecim tribꝰ Iſrael: nā regnū nōdū erat diuiſum ī duas partes, ſed poſtea diuiſū eſt tpe Roboā filii Salomonis, ſe. c. & 3. Re. 12. Magis tamen ſciendum eſt, ꝙ ſi eſſent duodecim leones ad ſignandum duodecim tribus Iſrael, ſolū eſſent ibi duodecim leones, & tamen erant quatuordecim vel decē & ſex. Nam in ſex gradibus erant leones duodecim, & ſub ſcabello erant leones duo, vel vel quatuor, vt alij volunt, iō non conueniunt huic ſignificationi. Si autem dicatur, ꝙ per iſtos duodecim leones ſignetur regnū ſuper duodecim tribus Iſrael: & per alios leones, qui erant ſub ſcabello ſignaretur poteſtas, quā exercebat ſuper alios reges ſibi tributarios, non conuenit, quia tunc oportebat, quòd eſſent multi leones, cū ſuper multos populos, & reges dñaretur. ſ. ſuper oēs reges ſeptem populorum Chananæorū, & ſup regē Moab, regē Ammō, & populū Idumęę, & populos Syriæ: vt ſupra declaratū eſt: iō quamquā poſſit attendi aliqua ſignatio, magis attēditur pulchritudo. *Omnia quoque vaſa conuiuij regis erant argentea.* Ideſt oīa vaſa in quibus rex comedebat erant argentea, & bibebat. Vocātur vaſa cōuiuij, quia vaſa mēſę erāt aurea, & iſtud ponitur ēt ad ſignandā magnitudinē diuitiarum, & magnificentiā Salomonis. ſ. quia nō comedebat niſi in auro, & vaſa ad bibendum erāt aurea: nā 3. Reg. x. loco iſtius literæ dicitur. & oīa vaſa, de quibꝰ potabat rex Salomon, erant aurea. Hic autē explicuit magis dicendo vaſa cōuiuij, quia nō ſolū vaſa potus, ſed ēt cibi erāt aurea, cū in hoc ſcriptura vellet aſſignare magnitudinē Salomonis in diuitis. *Et vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſſimo.* Iam declaratū eſt ſupra, ꝙ domus ſaltus Libani nō erat in monte Libani, ſed in Ieruſalē, & ibi morabatur rex interdum, quia erat ædificiū pulchrum, & iucundū, cū eſſet arboribus circūdatū, quia dicitur ꝙ erat illud armamentarium nemore cōſitū, ſupra in litera, & iſti domui per ſe erant aſſignata vaſa neceſſaria ad miniſtrationē ciborum, & potuū regis, qñ ibi moraretur: ita ꝙ ſi Salomon ſe transferret de alia domo ad manendū in domo ſaltꝰ Libani, nō oportebat, ꝙ ferret ſecum aliqua vaſa ad miniſtrationem ſuam, quia in illa domo erat quidquid erat neceſſarium ad ſuam miniſtrationem. Et erant oīa vaſa domꝰ iſtius de auro puriſſimo, ſ. oīa vaſa menſę regis, quæ erant in iſta domo. Nā ſi illa vaſa eſſent ad quaſdam alias miniſtrationes, quæ non pertinerent immediatè ad eum, nō oportebat, ꝙ de auro eſſent, ſed de argento, vel de aliis metallis ſ̄m cōuenientiam miniſtrationis. Et ponitur iſtud ad differentiā alterius domus, q̄ fecerat Salomō. Nam licēt pro illa haberet apparatum menſæ ſuæ aureum: tñ nō erat tā ſolennis, ſicut apparatus ſaltus Libani, quia iſta erat excellētior oībus aliis domibus, quas fecerat Salomon: iō cū Salomon fecerit tres domos. ſ. ſuam & domum filiæ Pharaonis, & domū ſaltꝰ Libani, nullius earum ponitur tā diligenter fabricatio in ſcriptura ſicut domus ſaltꝰ Libani: vt patet 3. Reg. 7. iō ēt apparatus ſuus excellētior eſſe debebat apparatu aliarum domorum, & dicitur 3. Re. x. in loco iſto, & vniuerſa ſuppellex domus ſaltꝰ Libani de auro puriſſimo. Accipitur ibi ſuppellex ſtrātē: nā ſumendo ſ̄m cōſuetudinem noſtram loquēdi ſuppellex vocāt qdquid ad domeſticū vſum pertinet. Et ſic ſtramenta lectorum vocantur ſuppellectilia, & quæcunque vaſa domus. Sed manifeſtū eſt, ꝙ non erāt oīa hæc ī domo ſaltus Libani de auro, potiſſimè quia interdum ſuppellex accipitur pro veſte, vt patet Leu. 16. ſed iſta eſt lex lepræ, veſtimenti lanei, & linei ſtaminis atq; ſubtegminis oīſq; ſuppellectilis pelliceę, qūo mundari debeat: intelligitur ſolùm ergo de vaſis cōuiuij, quæ erant aurea, & ſic accipitur hic. *Argentis enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.* Iſtud eſt reddituū cauſę dictorum p̄cedentium. ſ. quare erat oīa vaſa conuiuij Salomonis de auro, & tota ſuppellex domus ſaltus Libani. ſ. quia argentum in diebus Salomonis nullius precij reputabatur. Et quia magnificus dēbat eſſe apparatus menſæ Salomonis, debuit eſſe de aliquo maiori. ſ. de auro: ſed 3. Re. x. dicitur. Nō erat argētū, nec alicuius precij putabatur in diebus Salomonis. Et nō eſt ſenſus ꝙ non eſſet argentum aliquod in diebus Salomonis, quia multum erat: nā ſupra dicitur, ꝙ reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum cōportabant Salomoni aurum, & argentum: ēt dr̄ inf. ꝙ ſerui Salomonis portabant argentum, et aurum de Tharſis: ſed intelligitur, ꝙ nō erat. i. non erat in vaſis mēſę Salomonis, quia iſta oīa erant de auro, vel nō erat. i. nō erat alicuius precij præ multitudine auri, & iſte eſt ſenſus literæ: & q̄n dr̄, quòd nō reputabatur alicuius precij, nō eſt intelligendū ſic abſolutè, quòd nullius p̄cij eſſet, quia tunc non iuberet Salomon, ꝙ afferetur ſibi argentum de Thaſis: & tñ iubebat illud duci. Sed dicit, ꝙ nō erat nunc alicuius precij cōparando ad alia tpa ante Salomonē, in quibus erat argentum magni precij propter raritatē: tpe ēt Salomonis erat copia magna: ga dicitur infra in litera, & ſup. 1. quòd fecit Salomō tantā copiā argēti eſſe in Ieruſalem ſicut lapidum, & tantā copiam cedrorū ſicut ſicomororū. *Si quidē naues regis ibant in Thaſis.* Hic ponit eā dicti præcedentis. ſ. quare erat nullius præcij argentū tēpore Salomonis. ſ. quia naues regis ibant in Tharſis, & inde afferebant aurū, & argentum multum, & præ multitudine erat paruę æſtimationis. *Cum ſeruis Hiram.* Quocunq; nauigarēt ſerui Salomonis ibant illuc ſerui Hiram: quia illi erant periti nimis circa artē nauticam, vt declaratū eſt præc. c. ī fine. Euā credendum eſt, ꝙ ſerui Hiram apportarent aliquas diuitias de regionibus iſtis, ꝙ Hiram, ſicut ſerui Salomonis, ꝙ Salomone. *Semel in annis tribus.* ſ. in annis tribus ſolebant vnam nauigationem: & ſic cōſuetum erat, ꝙ quolibet triennio vnam nauigationē facerēt ſerui Salomonis in Tharſis: nō. n. poterant ire illuc ſæpe, vt dicetur infra in quadam quæſtione. *Et deferebant inde argentum, & aurum.* Ferebant ſerui Salomonis alias merces neceſſarias terræ illi, et in commutationem accipiebant multum de auro, & argento. *Ebur.* Vocatur Ebur dentes Elephantorum: vnde tertio Regum decimo, in loco iſto ponuntur dentes Elephantorum pro ebore: & ſunt quædam oſſa tam magna, & conſolida, vt de eis chathedræ fieri poſſint: vnde thronus Salomonis de ebore factus eſt.





*Simias.* Sūt animalia humanam effigiem portēdentia, vnde quantum ad extra nullum eſt animal, quod magis Anathomiam hominis indicet: & ad intra nullum animal magis ſeruat humanam Anathomiam quàm porcus. Simiæ autem non ſolùm figura, ſed etiam prudentia homines imitantur, quia cautellas quaſdā obſeruant quas neſciunt alia bruta: nec tamen ex hoc habent prudentiam, ſed aliquid ſimile prudentiæ: & ex his poetica licētia occaſionem habuit dicendi ſimias quondam fuiſſe populos hominum, & a Ioue dānatos in ſimias conuerſos, retinuiſſeque priſtinę figurę veſtigia, & prudentiæ reliquias, vt patet per Ouidium 7. Metha. *Et pauos.* Iſti ſunt pauones aues pulchræ nimis in cauda, & ad oſtendendē pulchritudinē ducebantur ad Salomonem.

### *Quid ſit Tharſis, regio an ciuitas, Quæſt. XIIII.*

QVAERITVR circa prędicta, cùm dicatur hic, quòd ibant ſerui Salomonis in Tharſis, & ferebant aurum & argentum, quid ſit Tharſis, an ſit ciuitas, vel regio. Aliqui dicunt eſſe Tharſis inſulam, quę vocatur Ophir, ſed habere multa nomina, & hoc quia ad inſulam Ophir mittebat Salomō ſeruos ſuos cum ſeruis Hiram. præce. cap. & 2. Reg. 9. Alii dicunt, quòd ſit ciuitas quędam in terra Indorum circa inſulam Ophir. Alij placet, quòd ſit ciuitas quędā Ciliciæ, quę vocatur Tharſum, vel Tharſus, de qua erat oriundus beatus Pau. vt patet Act. 21. ſcilicet. Ego quidem homo ſum Iudęus à Tharſo Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Dicendum tamen ꝙ iſta terra Tharſis non ſit terra Ophir. Et patet primò, quia ſerui Salomonis ibant in Tharſis, & emebant inde aurum, & argentum, & alia, quæ ponuntur hic, vt ait Ioſephus 8. Antiqui. ſcilicet: Sed multæ fuere naues quas ter conſtituit in mari Tharſico, vt interiora gentium penetrarent, & omnia compararent, & compararūt aurum, & argentum vt deferrent regi, necnon Elephantes Ethiopos, & ſimias, ergo emebant in Tharſis merces, & tamen in Ophir non poterant emere, ſed rapere, quia erat terra ſolis draconis, & aliis beſtiis plena. Secundò patet, quia Tharſis terra habitata eſt, cū dicatur Pſal. 71. ſcilicet Reges Tharſis & inſulę munera offerēt: ergo terra habitata erat cùm ibi eſſent reges, & tamen Ophir non erat terra habitata, ideo differebant. Item non poteſt accipi Tharſis ꝙ Tharſo Cilicię, quia Cilicia eſt terra ſeptentrionalis, & ſatis frigida: & tamen dentes Elephantorū, ſimiæ, & pauones non gignuntur in magna quantitate, niſi in terra calida: Cilicia autem ī qua eſt Tharſus, eſt magis aquilonaris quàm Ieruſalem: ideo non poſsūt iſta ibi gigni ſaltem in magna quantitate. Secundò patet, ꝙ non ſit iſta inſula, quia dicitur Pſal. 72. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent: ergo erant ibi multi reges, & conſequēter non erat vnica ciuitas: iſta eadē ratio militat contra illos, qui dicunt Tharſis eſſe aliquam ciuitatem terræ Ethiopię, vel Indorum, quia non poterant eſſe plures reges in ea. Sed dicendum eſt, quòd Tharſis eſt quædam prouincia, quę putatur à quibuſdam eſſe inſula in qua ſunt multi reges, & eſt terra iſta in Indis, vel iuxta illam, & ad illam longo tractu terrarum ibant ſerui Salomonis, & morabantur magno tempore. Aliquis tamen obiiciet, quòd Tharſis ſit Inſula Ophir, quia 3. Reg. 22. dicitur de rege Ioſaphat, quòd fecit claſſem in Aſiongaber in litore maris rubri, vt irent pro auro, & confractę ſunt ibi naues, & tamen 20. ponitur iſta hiſtoria: & dicitur, quòd confractæ fuerunt naues Ioſaphat, quas habebat in littore, & non potuerunt ire in Tharſis: ergo idem locus erat Ophir, & Tharſis. Dicendum quòd non erat idem locus Tharſis, & Ophir, vt patet ex dictis: ſed dubiū erit an ſit vnus locus, vel inſula prope alterā, & ſi dicatur, ꝙ ſic, tunc ſtaret obiectio in ꝙ cordia, ga naues Ioſaphat exiſtentes in Aſiongaber eadem nauigatione ire poterant, vel ire intēdebant in Tharſis: & tñ videtur, ꝙ nō ſit prope nec ēt per locū iſtū, per quē ibatur in Ophir poſſet iri in Tharſis: quia in Tharſis ibatur p mare mediteraneum, & in Ophir ibatur per mare rubrum. Pro quo ꝙ ſideradum, ꝙ mare rubrum deriuatum a parte Indiæ deſcendit verſus partem occidentalē Aſię, & diuidit in duas linguas, q̄ vocant duo ſinus ſ. ſinꝰ Arabicus, & ſinus Perſicus: & ſinus Perſicus terminatur in Aegypto, & non deſcendit, vt incidat in mare Mediteraneū, nec in Nilum aut alia flumina, ſed ibi manet ad modum lacus, & ita eſt de ſinu Perſico, qui ſiſtit in parte magis orientali: apud iſtos ſinus maris ſūt multę vrbes: vnde apud ſinū Arabicum eſt Aſiongaber, quæ vocatur portus maris Rubri, & ibi erant naues q̄ bus ibatur in Ophir, vt patet prece. ca. & 3. Re. 9. & 22. Iſtud ergo mare nunq̄ iūgitur alteri mari. ſ. Mediteraneo, vel Oceano. Et tunc ſequitur, ꝙ ad locū illū, ad quē nauigāt per mare rubrū nō pōt nauigari p Oceanū vel per mare Mediterraneū, & tñ in Ophir nauigabatur p mare Rubrū ex loco Aſiongaber. Et in Tharſis nauigabatur p mare Mediterraneum, vt patet Ionę 1. quia dicitur ibi, ꝙ cū de iuberet Ionæ vt iret in Niniue ad prędicādum ipſe deſcendit in Iopem, & intrauit nauem, vt iret in Tharſis. Ionæ 1. cap. & tñ ciuitas Iope eſt portꝰ in mari Mediterraneo, & vulgariter vocatur nunc iſte portus Iafa. Et ad illum applicant naues eūtes ex regione iſta, vt eant in Ieruſalem, & ad illum locum ſerui Hiram regis portabant ligna cedrina p mare pro ędificando templo, ſup. 2. & ſic eſt in mari Mediterraneo, quia Tirus nō eſt in litore maris rubri, ſed mediterranei. Et patet magna dr̄ia: nā mare Rubrum eſt ī parte Oriētali terræ Chanaā, & mare Mediterraneū eſt in latere Occidentali, vt patet Exod. 23. ideo tñ iſta duo maria nunquā coincidunt, nec vnum in alterum fluit. Sed ſi poteſt nauigari ad vnum locum per vnum mare iſtorum, non poterit nauigari ad eundem per alterū mare: ſed in Thaſis pōt nauigari per mare Mediterraneum, vt probatum eſt: ergo non poterit nauigari per mare Rubrum in Tharſis: & tamē ſignabaā, ꝙ illi qui in Tharſis ibant, ēt ibāt ſimul in Ophir: ergo eſt difficultas. Rñderi pōt, ꝙ mare Rubrū & mare Mediterraneum nunquā ꝙfluunt in vnum: & tñ poterit ad eundē locum nauigari per vtrunque mare. ſ. ꝙ ſit aliqua regio, q̄ tāgatur à duplici mari non influēte vno in alterum iuxta illud Ouid. 7. Meta. ſ. bimarē placauerat Iſthmon. ſ. regionem illam habentem duplicem maris ſinum: & ſic poteſt nauigari in Aegyptum per duplex mare. ſ. p mare Mediterraneū, & per mare Rubrū: nā mare Mediterraneū tangit Aegyptū ex parte Occidentali, & per hāc partē nos nauigamus in Aegyptū: pōt ēt nauigari in Aegyptū, per mare Rubrū deſcendendo ab India in Aegyptū cū mare rubrū tangat Aegyptū ex parte Occidentali, & terminetur ī Aegypto non defluendo in mare Mediterraneū: ita ergo pōt eſt de Tharſis. ſ. ꝙ aliquis poſſet illuc nauigare per mare Rubrū ex Aſiongaber: & ſic nauigabant ſerui Ioſaphat volētes ire eadē nauigatione in Ophir, & in Tharſis: & ꝙ poſſit illuc nauigari per mare Mediterraneum: & ſic nauigare volebat illuc Ionas, quādo deſcendit in Iopem: & volebat illuc ire introiens nauem. De hoc tamē tangetur infra 20. vbi ponitur de iſta nauigatione in Tharſis.

*Quare semel in tribus annis ibant serui Dauid. Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, quare dr̃ hic, ꝙ semel in tribus annis ibant serui Salomonis in Tharsis, & portabãt inde ea, quæ hñr hic, & cur non in pauciori tempore ibant. Aliquis dicet, ꝙ hoc erat à sola volũtate. s. quòd Salomon volebat solũ, quòd irẽt semel in quolibet triennio. Dicendum quòd non ſtat, quia Salomon desiderabat nimis habere merces, quæ erant ī Tharsis, vt ditaretur de iis: Quod patet, quia quolibet triennio mittebat illuc, alioquin solũ misisset illuc semel, vel paucis vicibus: scriptura tñ signat hic, quòd esset quasi ordinariũ Salomoni mittere in Tharsis semel quolibet triennio, ergo non mittebat semel in tribus annis, solũ quia volebat, sed potius vr̃, ꝙ nõ poterat in minori tpe illuc mittere pluries. Dicẽdum ergo quòd nõ poterat breuiori tpe iri, & rediri quã triẽnio. Cã aũt à quibusdã putaẽ, quia erat Tarsis distantissima à Ierusalẽ: iõ non poterat breuiori tpe q̃ triennio iri, & rediri. Sed dicendũ, quòd nõ ſtat, quia dato ꝙ Tharsis esset ī extremitate Siculi poterat iri ad eã, & rediri de Ierusalẽ minº q̃ medio tpe hoc. ſin vno anno nisi ꝑ accidens tẽpestas aut ventorũ defectus, vel aduersitas impediat: quia de hoc nõ est dãda regula: dicendũ ergo quòd hoc poterat esse propter tria. Primum erat, quia qñ Salomon mittebat in Tharsis pro istis mercibus, ferebant naues suæ onera magna in commutatione de talibus rebus, quas desiderarent viri Thasis, & fortè tanta onera de illis rebus nõ poterant colligi in terra Salomonis in minori tpe quã sit triennũ: iõ in triennio quolibet ibant semel naues in Tharsis, & colligebant ista onera. Secundũ est, quia viri Salomonis euntes in Tharsis adducebant inde tales merces de q̃bus nõ multæ erãt in Tarsis: & si in breuiori tpe irent, & redirent aliqñ nõ inuenirent onera reportanda: vt ergo inuenirent venalia ad sufficientiã, ibant de triennio in triennium, quia tunc sufficientia onera inuenirent. Tertium erat propter nauigatores, quia illi, qui erãt periti circa istã artẽ mittebant semper, & quia isti habebant in terra Chanaã vxores, & filios, & possessiones dẽbat eis dari vacatio aliqua in terra sua, & ad hoc dato quòd quolibet anno possent ire semel, volebat Salomon, quòd solùm irent quolibet triennio semel.

Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ prę diuitiis, & gloria. Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam, quàm dederat Deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argẽtea, & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos, & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis, & curuum, equitumq; duodecim millia: Conſtituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate, vsque ad terram Philisthinorum, & vsque ad terram Aegypti. Tantamque copiã prębuit argẽti in Ierusalem quasi lapidum, & cedrorum tantam multitudinem velut sycomorum, quæ gignuntur in campestribus. Adducebantur autem ei equi de Aegypto, cunctisque regionibus.

*Magnificatus.* Hic ponitur fm principale istius cap. s. multiplicatio famæ Salomonis extra alias gentes. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur prædictæ famæ diffusio. Secundò historiæ huius quæstio. *Ibi reliqua vero.* Circa primũ dr̃. *Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitijs.* s. exaltatus fuit super omnes reges in diuitiis, quia nullus rex tã diues erant sicut ipse: verum erat, quòd nullus rex eo tpe tã diues erat sicut Salomon, nec ẽt ante fuerat: vt patet 3. Reg. 3. nec etã postea fuit ſaltem in pecuniis, & auro, et argento, quia sic Deus ei promisit, vt patet supra 1. & 3. Re. 3. & non erat mirandũ, quòd Salomon efficeretur ditior oĩbus regibus terræ, quia ad hoc habebat multos modos. Vnus erat per ſubtractionem ſumptuum: alius per appositionem pecuniarũ. De primo patet, quia maximus ſumptus, quem reges facere ꝙsueuerunt est q̃ bella ꝙcitãt, vel ſustinẽt, quia tũc in vno anno oportet plura impẽdi quã vita quieta in multis annis: Salomõ autem toto tempore fuit pacificus, iõ erat magnum auxiliũ ad hoc, quòd cõgregaret magnas diuitias, priuatio ſumptuum. Secundus modus erat per appositionem pecuniarum: & iſte diuidebatur in multos modos: vnus erat, quòd habebat aurum ex Ophir: Alius quòd mittebat claſſem in Tharsis, & ferebant inde aurum, argentum, & ebur. Alius erat, ꝙ dabantur quolibet anno tributa determinata ſexcentorum ſexagintaſex talentorum: alius erat ꝙ imponebat mercatoribus tributa certa. Alĩ quòd accipiebat impoſitionẽ à vendentibus ſcuta. Alius ꝙ oẽs reges terrę, & prouinciæ deſiderabant videre Salomonis vultum, & audire ſapientiam eius, & veniebant ad eum, vel mittebant legatos, & illi ferebant aurum, & argentum, equos, & mulos, veſtes, & arma per ſingulos annos, vt patet in litera & 3. Re. 9. & 10 nullº ãt aliorum regum tot modos acquirendi habebat: iõ nullus tam diues efici potuit. *Et gloria.* s. fama: quia fama ſua fuit diuulgata per totum orbem. Cùm. n. nullus tam ſapiens vnquã fuerit, & ipſe admiranda ſapiẽtię ſuæ oſtenderet, otius erat rebus eum nominabat: iõ dicitur in litera, quòd oẽs reges terrarum deſiderabant videre vultum Salomonis, vt audirent ſapientiam eius. Vel vocatur gloria. i. maieſtas ſiue magnitudo ſtatus, quia gloria importat quãdam excellentiam, & dicimus gloriosa eſſe ea, quę excedunt alia valde: & ſic ſtatus vitę æternæ vocatur gloria, quia bonum eius valde excellit bonum præſentis temporis, & ſic etiam magnificatus eſt Salomon gloria, ideſt maieſtate, quia oĩbus oſtẽdebat maiorẽ naĩe ſtatem, quã cęteri reges. s. ī apparatu domorum, ſuã nullº rex tales domos habebat. Etiã, quia non erat tale ſolium in vniuerſa terra ſicut ſolium ſuum. Etiam in apparatu vaſorum menſę, quoniam oĩa erant ie auro: & non reputabatur argentum ab eo alicuius valoris. Etiam in magnitudine ciborum, & apparatu miniſtrantium in menſa, & veſtibus eorum. Etiam in modo equitandi, & procedendi extra domum: nam comitabantur eum viri habẽtes ſcuta aurea, & lanceas aureas in manibus, & capillos auro tinctos habentes. Multa alia erant, quæ oſtendebant, & faciebant apparatum magnum Salomonis, et illa vocabantur gloria eius, ſiue maieſtas: de quibus patet hic in litera, et 3. Reg. 10. Et dicitur 3. Re. 10. in loco iſto, magnificatus eſt Salomon ſuper oẽs reges terrę diuitiis, et ſapientia. De



De diuitiis dictum est: de ſapientia etiam certum est, quòd maior erat omnibus regibus, & loco illius ponitur hic gloria, quod est ſatis conuenienter dictum, ſicut licet quia per ſapientiam acquiſita est Salomoni tota gloria tã diuitiarum, quã aliarum rerum. Aliqui ãt putant circa ditationẽ magnã Salomonis, ꝙ hoc fuerit per ſapientiam ſuam. Nam cùm esset ſapientiſſimus hoĩum putabant, ꝙ ille ſciret inuenire theſauros abſconditos, de quibus breuiter ditaretur. Sed dicendum, ꝙ non legitur Salomonem taliter fuiſſe ditatũ, nec creditur. Nam cũ ſcriptura ponat hic in litera diligenter multos modos, quibus Salomon ditatus est, ſi iſtum modum etiam habuiſſet, poneret illum ſcriptura, quia iſte esset oĩum maximus, vel de maioribº vnus. Nam fm magnitudinem theſaurorum abſconditorum potuiſſet Salomon, ſi nunc viueret, & tanta ſapientia vigeret ditior effici vna die, quã effectus est toto ſuo tempore. Sed videtur dicendum, ꝙ fortè tẽpore Salomonis nondum fuerat iſte modus abſcondendi theſauros ſub terra, qui nunc: ſed postea procedẽte ætate, & ditatis hoĩbus in auro, & argento, & crescentibus bellis inuentus est: & ſic dato ꝙ Salomon ſciret inuenire theſauros abſconditos, non inueniret aliquos, quia tpe ſuo nulli tales adhuc erant: vel ſi fortè aliqui tales erant licèt rari in aliis regionibus, non audederet illos Salomon effodere propter dominos terrarum, in quibus erant theſauri. Quòd aũt diceremus Salomonem neſciuiſſe inquirere theſauros abſcõditos, non videtur ꝙueniens, quia cõstat nobis eum alia magnifica feciſſe. *Omnesq; reges terrarum desiderabant facicm videre Salomonis.* Iſtud poteſt poni tanquam consequens ex dictis, ſ. tantum fuit magnificatus Salomõ diuitiis, & gloria, i. fama de ſapientia magna, ꝙ oẽs reges terrarum audientes magnam famam ſapientiæ eius deſiderabãt videre vultum ſuum. Vel poteſt poni tanquã redditiuum cauſæ præcedẽtium, ſ. quare Salomõ magnificatº est diuitiis ſuper alios reges: hoc. ſ. erat, quia omnes reges terrarum deſiderabant videre vultũ eiº, et quando veniebãt, ferebant ei munera magna, per quæ ditabãtur. *Vt audirent ſapientiam.* Non deſiderabant reges, et prouinciæ videre vultum Salomonis quã pulcher esſet, quia fortè non erat pulcher, ſed ſolũ vt audirent ſapientiam de ore eius, quã non poterant audire, niſi in præſentia videndo faciem eius: oẽs enim hoĩes, quos natura fecit orbatos, vel rudes, capaces tñ alicuius ſpeculationis, deſiderant valde intellegere, & gaudent nimis cũ audierint aliquid ſecretũ, quod pertineat ad magnam ſpeculationem, vel ſecretas cauſas naturæ: vnde regina Saba dixit Salomoni: Beati viri tui hi, qui ſtant coram te ſemper, & audiũt ſapientiam tuam. *Quam dederat Deus in corde eius.* Ideſt quam dederat Deus Salomoni. ſciebant. n. oẽs gẽtes, ꝙ Deus dederat ſapientiam Salomoni, & ob hoc magis deſiderabant audire eum, quia ſciebant verba ſua esse certiſſima, eo quòd edoctº fuerat à Deo, qui erat cauſa, & veritas infallibilis. Et hoc ſciebant, primò, quia Salomon ſubitò ſapiens factus est: nam cũ toto tẽpore præcedente esſet ignorans fm conditionẽ ætatis ſuæ, vna nocte ſubitò ſapiens inuentus est, ita vt ſequenti die admiranda diceret, & obſcura quę̃q; diſſolueret noſcet: & talis ſubita mutatio ad tantam perfectionem non poterat esſe niſi à Deo. Secundò, quia Salomon erat iuuenis tener, & in tali ætate non ſolet hominibus matura aduenire ſapientia, ideo certiſſimum erat Salomonem à Deo fuiſſe edoctum, & ſic dicebatur, quòd deſiderabant omnes audire ſapientiam, quam Deus dederat in corde Salomonis, ideſt in anima: quia quæ ſunt in aĩa dicuntur esſe in corde: nam mõ vulgari accipitur cor pro aĩa. *Et deferebãt ei munera vasa argentea, & aurea.* Scilicet, cũ iſti reges à



Salomone reciperent magnum beneficium in hoc, quòd ab eo erudirentur in dubiis ſuis, volebant ei esse grati aliquid retribuentes, & ad hoc ferebãt ei munera: quidam ferebant vaſa aurea, & quidam argentea, & ſic vario mõ ſicut occurrebat posse dare. *Et veſtes.* Scilicet veſtes pulchras pro rege, & vxoribus eius, & concubinis & ſeruis eius. *Arma.* Licèt Salomon non esset vir bellator cùm tota eius vita pacifica fuerit, ſicut Deº prædixerat, tñ habebat apparatum magnum bellicum. ſ. multos equos, & currus, & equites: vt patet ſupra in litera, & infra: ideo etiam arma congregaret, ne quidquam ſibi deesſet de rebus bellicis, & magna erat congregatio armorum Salomonis: nam domum ſaltus libani fecerat esse armamẽtarium ſuũ, vt patet ſupra in litera, & ibi posuerat ſcuta aurea, & lãceas. *Et aromata.* Illi reges, q erãt de parte auſtrali versº Ethiopiam portabant aromata Salomoni, quia cũ illa terra ſit valde calida, ibi creſcunt aromatica, ſicut attulit regina Saba aromata multa Salomoni, ſupra in litera. Etiam alij reges in quorum terra nõ gignebantur aromaticę ſpecies, emẽtes aromata à negotiatoribus ferebant ea ad Salomonem. *Equos, & mulos.* Equi erant ad currus falcatos, & ad vſum equitandi, in quibº Salomõ fecit magnum valde apparatum: nam habuit quadraginta millia equorum in ſtabulis: vt patet infra in litera. Muli erant ad ferrenda onera, & etiam ad eq tandum, ſed aptiores erant ad onera ferenda. *Per ſingulos annos.* Nõ est ſenſus, quòd esset iſtud tributum aliquod ordinariũ, ꝙ ferretur annuatim certis tẽporibº. Nã ferebatur gratis, iõ aliqñ portabãt, & aliqñ non, quia tñ præ deſiderio videndi vultum Salomonis reges terrarum ſemper ibant ad Salomonem, vel mittebant ad eum, vt audirent ſapientiam eius, mittebant ſingulis annis, & ſic dicitur per ſingulos annos. i. continuè, & ex iſtis muneribus ditabatur valde Salomon, quia erant magna. *Habuitque Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis.* Quia dictum fuerat de muneribus Salomoni oblatis, & quòd quidã offerebant ei equos, ponitur hic multitudo equorũ, quã habuit Salomon, ſcilicet tanta fuit ſolicitudo Salomonis in congregando equos, quòd habuit quadraginta millia equorum in ſtabulis. *Et curruum equitumque duodecim millia.* Non est intelligendum, quòd vltra iſta quadraginta millia equorum haberet Salomõ duodecim millia curruũ, & equitum, quia tunc non apparet ad quid ſeruirent iſti equi quadraginta millia, quia nullus erat alius vſus equorum niſi ad currus, vel ad vſum equitandi, & vocãtur hic equites non ipſi viri armati, vel equitantes, ſed ipſi equi. Et tamen, quia quidam equi erant ad vſum curruum, vocabantur equi curriles ſiue currus. Alij autem erant ad vſum equitandi, & iſti vocantur equites: & ſic dicitur tertio Regum 4. ſcilicet habebat Salomon quadraginta millia prætepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium. Et vocãtur ibi equeſtres, qui vocantur hic equites. *Conſtituitq; eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ieruſalem.* Sciicet cùm haberet Salomon multos equos, magnam diligentiam adhibuit circa eos, & ſic poſuit eos in vrbibus quadrigarum: quia erant iſti equi multi, voluit Salomon, quòd conſtituerentur in diuerſis vrbibus terræ Iſrael diſperſi: vt facilius, & commodius possent ibi habere pabula, & vocantur ciuitates quadrigarum, ideſt ciuitates equorum currilium. Nam equi quatuor vocantur vna quadriga, eo quòd coniuncti trahebant currum, & à numero illorum quadriga nominabatur, ſicut à tribus equis nominatur triga, & à duobus nominãt biga: & quia in ciuitatibus illis manebant equi, qui vocantur quadrigæ, vocabantur illę ciuitates quadrigarum, ideſt equorum: & etiam vrbes, in quibus tenebantur equi ad

equitandum vocabantur vrbes quadrigarum ſumpto vocabulo ab eo quod minus erat maius, ſcilicet quia multo plures erant equi quadrigarum quàm equeſtres. Erant etiam quidam iſtorum equorum in Ieruſalem: quia cùm eſſet Ieruſalem ſedes regni, & maneret ibi Salomõ, ſemper habebat ſecum multos de equis iſtis equeſtribus potius quàm de currilibus: & hoc vt viri ſui, qui comitabantur eum ad locum, qui vocabatur Hedom egredientem, equitarẽt ſuper hos equos, & portarent ſcuta aurea, & lãceas: de quo declaratum eſt ſupra in quadam quæſtione, & habetur p Ioſephum 8. Antiq. alebantur iſti equi à miniſtris Salomonis, quia habebat Salomon duodecim præpoſitos, q dabãt eis cibos p ſingulos duodecim menſes anni, & quilibet ſeruiebat vno menſe, & ad hos pertinebat dare pabula equis manentibus in vrbibus quadrigarum, vt patet 3. Reg. 4. cap. *Exercuit etiam poteſtatem ſuper cunctos reges.* Ponitur hic magna poteſtas Salomonis, ſcilicet quòd exercuit poteſtatem ſuper multos reges, qui morabant intra terminos hic aſſignatos, ſcilicet quia omnes iſti reges dabant ſibi tributa, vt declarabitur infra in quadam quæſtione. *A flumine Euphrate vſque ad terram Philiſthinorum.* Flumẽ Euphrates eſt in latere aquilonari terræ Chanaan: vt patet Gen. 15. vbi ponitur terminus terræ Chanaan, & dicitur à fluuio Aegypti vſque ad fluuium magnum Euphratem, & ponitur etiam Deute. xi. & Ioſue primo. Terra Philiſthinorum eſt in latere meridiano terrę Chanaan, vt patet Ioſue 13. Et magis hocapparet Gen. x. vbi ponuntur termini Chanaan, & dicitur quòd facti ſunt termini eius venientibus à Sidone quouſque venias Geraram, & Gazam. Et tamen Gaza eſt vna de quinque ciuitatibus Philiſthinorum. Ioſue 13. & primo Reg. 6. Gerara etiã eſt terra Philiſthinorum: vt patet Gen. 20. & 26. quia dum ibi morarentur Abraham, & Iſaac filius eius diuerſis temporibus, dicebantur habitatores terræ Philiſthinorum: & non accipitur hic terra Philiſthinorum excluſiuè, ita quòd eſſet ibi terminus, & tamen eſſet extra poteſtatem Salomonis, ſed incluſiuè, ſcilicet quia omnes reges Philiſthinorum erant ſub poteſtate Salomonis. Quod patet, quia Dauid ſubiecerat ſibi in tributum terram Philiſthinorum, vt patet 2. Reg. 8. & præce. li. 18. cap. Et tamen totam terram, quam Dauid reliquerat Salomoni ſubiectam tenuit ipſe Salomon non perdens aliquid de illa, ſed potius acquirens ſaltem hoc tempore, quo erat improſperitate vſque ad ſenectutem ſuam, quando cepit peccare, & infælicitari. *Et vſque ad terminos Aegypti.* Eſt Aegypt⁹ meridiana reſpectu terræ Chanaan, & in quadam parte lateris meridiani verſus occidentem eius coniungitur terra Chanaan Aegypto. Quod patet, quia ponuntur termini terræ Chanaan à flumine Euphrate vſq; ad riuum Aegypti: Ge. 15. & Ioſue 13. dicitur vſque ad flumen turbidum, quod irrigat Aegyptum, & eſt Nilus fluuius magnus Aegypti, vt declaratum eſt ſupra 9. cap. ſignificatur ergo in hoc quòd Salomon dominabatur omnibus regibus, qui erant intra terminos terrę Chanaan. *Tantamque copiam præbuit argenti in Ieruſalem quaſi lapidum.* Signatur magnitudo diuitiarum, & glorię Salomonis in multitudine argenti, ſcilicet quia tantam copiam præbuit argenti in Ieruſalem: qa ibi Salomon habitabat, & in domo ſua apparebat potiſſime iſta copia argenti. Non eſt autem intelligendum quòd ſit ſimilitudo omnimoda, quia lapides nullius valoris ſunt. Sed eſt locutio hyperbolica ad ſignandum multitudinem diuitiarum Salomonis: abũdabat. n. argentum in diebus ei⁹ pluſquã tẽporibus oĩum prædeceſſorum ſuorum intantum, q cõparando multitudinem argẽti, q̃ erat tpe Salomonis ad inopiã q̃ erat tpe aliorum regum, ſic ſe habebat, ſicut ſe habet multitudo argenti ad multitudinem lapidũ: & ob hoc tpe Salomonis erat argentum in paruo præcio. Nam dicitur ſupra, q non erat argentum, nec reputabatur in diebus Salomonis. Iſtud aũt eſt, quia in oĩbus rebus ſola abundantia, vel raritas cauſat principaliter differentiam præciorum: vnde apud nos piper quod rarum eſt æſtimatur in præcio: pulegium aũt quod in maxima copia eſt, nullius præcij æſtimatur. Apud Indos verò, quia piper abundat, & pulegium rarum eſt, pulegium pipere præcioſi⁹ eſt, vt ait Iero. & hr̃ in Decretis diſt. xciij. cap. legimus. Et non ſolùm intelligẽdum eſt iſtud de argento, ſed etiam de auro: quia tempore Salomonis abũdabat aurum ſuper tempora alio rum regum: ideo tempore eius ẽt erat aurũ parui valoris in cõparatione ad tpa aliorum regũ. Sic patet ſupra primo. ſ. præbuit rex Salomon argentũ, & aurũ in Ieruſalem quaſi lapides. *Et cedrorum tantam multitudinẽ velut ſycomorum, quæ gignuntur in campeſtribus.* Iſtud etiã ſignat excellentiam, & diuitias Salomonis, quia q cedrus, quæ eſt arbor prꝫcioſiſſima eſſet in tanta copia, ſicut fuerant olim ſycomori, ad magnas diuitias pertinebat: eſt. n. cedrus arbor præcioſa valde: & ob hoc tẽporibus præteritis nunquã fuerat in ędificiis Iſraelitarum: tpe aũt Salomonis erat tanta copia cedrorum in Ieruſalem quanta eſt ſycomorum, quę ſunt arbores abundantes in quolibet loco: ideo dicitur, quæ gignuntur in campeſtribus. Sciendum quòd arbor excellentiſſima inter oĩa ligna eſt cedrus: vñ non immerito vocatur regina arborũ ſicut aquila auium, & leo quadrupedum. Hoc aũt ſignatur 3. Reg. 4. ſ. Salomon diſſeruit de oĩbus arboribus à cedro, quæ eſt in libano vſque ad iſopũ, quæ egreditur de pariete. Et ſic ponitur cedrus in ſupremo gradu plantarum, & iſopus in infimo. Eſt aũt cedrus præcioſiſſima arbor, quia lignũ ſuum eſt ſolidum nimis, forte, & imputribile, nec à tinea vel teredine, vel quacunque putredine vaſtatur: ideo propter imputribilitatem ponitur in laquearib⁹ domorum regiarum: eſt ãt arbor iſta in raris locis. ſ. in Aphrica, & in Syria, & maxime in monte Libano, qui eſt in terra Chanaan: ideo potuit Salomon tãtam copiam habere cedrorum: eſt. n. arbor iſta alpectu pulchra, & odore ſuauis, cuius odor oĩa venenoſa procul pellit. Habet arbor iſta gumi quoddam ſiue reſinam, quę vocatur cedria, cuius vſus valde neceſſarius eſt libris: quia libri vncti cedria nunquã à murib⁹ aut tinea corrodunt, nec vetereſcunt ſemper nouitatis effigiem demonſtrantes: habet arbor iſta poma grata, quæ in colore citrina ſunt, in figura vero oblonga: ſapore cedriæ triplex eſt. ſ. apud corticem in parte ſuperiore dulcis eſt: in medio autem carnoſitatis eſt ſapor mixtus inter dulcem, & citrinum: interius verò grana, & in centro eſt ſapor quaſi accidus totaliter. Vtilitates autẽ huius arboris, & fructus ſui in medicinalibus multæ ſunt: De iis rabanus ſuper locũ iſtum, & ſuper 3. Reg. 10. & de proprietatibus rerum lib. 17. Sycomorus ãt eſt arbor ſatis cõis, cũ dicatur hic, q naſcitur in campeſtribus ad ſignãdum vulgaritatem ſuam. Iſta arbor apud Latinos celſa vocatur, apud Græcos ſycomor⁹, & dicitur Celſa, quia aliis ficulneis celſior eſt: & vocatur interdum Caprific⁹ apud vulgares. Et eſt arbor producens ficus, quę rarò ad maturitatẽ perueniunt. Vocatur aũt ſycomorus, quia eſt ſicut mor⁹. ſ. quia habet follia ſimilia morum: in cęteris aũt ficulneę naturam habet. Vel vocatur ſycomorus à ſylen, quod eſt ſicut, & moros quod eſt ficus in Græco, quia eſt ſicut ficus. ſ. q non habet oĩno naturam ficus, ſed quãtum ad aliquid: poſuit autem ſcriptura exemplum de ſycomoro, eo q iſta arbor abiectiſſima eſt, cũ nullo cultu humano foueatur, ſed ipſa p ſe naſcit in campeſtrib⁹.

Cęte-



Cęteræ autem ficulneę humano cultu egent: etiam poſuit exemplum de ſycomoro, quia iſta arbor eſt nimis communis in terra Iſrael, quia vbicunque ſunt multæ ficulneæ ſunt multi caprificus, vel ſycomori: & quia terra Iſrael abundabat nimis ficulneis, habebat multas ſycomoros: vnde quando Chriſtus prædicabat apud Iericho, Zachęus, qui erat ſtatura puſillus, & nõ poterat præ turba videre Chriſtũ, aſcendit in arborę ſycomorum: Luc. 19. c. *Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & de cunctis regionibus.* Quia ſupra dictum fuerat de multitudine equorum Salomonis. Ponitur hic vnde haberet iſtos equos: & ſciendum, quòd equi deducebãtur Salomoni dupliciter, ſcilicet quidam de ducebantur in munus: nam reges terrarum mittentes legatos ad Salomonem, vt audirent ſapientiã eius, mittebant quoque munera, ſcilicet vaſa aurea, argentea, veſtes, aromata, & equos, & mulos, vt ſupra in litera: & inde conſequebatur magnam copiam equorũ. Alios habebat emendo illos, & iſtos habebat de multis regionibus, ſed pcipue de Aegypto, & inſula Coa, vt patet tertio regum decimo, & ſupra 2. cap. hæc aũt non nominatur inſula Coa, quæ erat in Græcia, ſed ponuntur multę regiones in communi, de quibus adducebantur equi à negotiatoribus Salomonis: nam negociatores emebant, & afferebant Salomoni. Conſtabatq; quadriga equorum, ideſt quatuor equi exeũtes de Aegypto ſexcentis ſiclis. 3. Regum 10. Et dicit hic de cunctis regionibus, ſcilicet de omnibus illis, de quibus equi educebantur venales.

### *De numero equorum Salomonis.*
### *Quæſt. XVI.*

QVAERITVR circa prædicta de iſto numero equorum, qui ponitur hic. Nam dicitur hic, q habebat Salomon quadraginta millia equorum inſtabulis, & duodecim millia equitum: & tamen 3. Reg. 10. dicitur quòd habebat Salomon mille, & quadringentos currus, & duodecim millia equitum. Reſpondendum, quòd ponitur ſumma equorum Salomonis in quatuor locis, ſ. hic, & ſupra 2. & 3. Reg. 4. & 10. & duo loca cõcordabant inter ſe, & alia duo inter ſe. Et duo diſcordant à duobus: nam hic, & 3. Reg. 4. ponũtur quadraginta millia equorum Salomonis pro curribus, & duodecim millia equitum, & ſupra 2. & 3. Regum decimo, ponuntur mille, & quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & ſic non eſt diſcordia aliqua quantum ad equites, quia vtrobique ponuntur duodecim millia, ſed ſolùm eſt diſcordia in equis currilibus: quia in vno loco ponuntur quadraginta millia, & in alio mille, & quadringenti currus, qui continent equos quinque millia, & ſexcentos. Aliquis tamen dicet, quòd iſta non eſt varietas, quia ſcriptura ſic conſueuit, quòd cũ aliquid ſæpe ponere debet, non ponat illud eodem modo potiſſime in numeris: quia aliquando ponit paucum, & aliquando ponit plus, & ſic factum eſt hic. Dicendum, quòd non ſtat, quia ſi ſolũ poneretur ſumma equorũ Salomonis hic, & ſupra 2. poſſet dici hoc: & tamẽ ponitur in quatuor locis, & duo loca concordant inter ſe in eadem ſumma, & alia duo diſcordant inter ſe in alia ſumma conueniendo: ideo videtur, quòd ſi non eſſet aliquod myſterium, non concordarent duo loca inter ſe, & alia duo inter ſe. Item non ſtat, quia iſtud poſſet dici ſi diceremus, quòd in vno loco poneretur tota ſumma equorũ Salomonis, & in alio poneretur pars: & tamen vtrobique ponitur tota ſumma, quia tertio Regum 10. vbi ponitur iſta minor ſumma, ſcilicet mille quadringentorum curruum dicitur, quòd congregauit Salomon currus, & equites, & facti ſunt ei mille quadringenti currus: & ſic videtur, quòd congregatis omnibus equis ſuis ſolùm habebat currus mille quadringentos, qui continent equos quinque millia, & ſexcentos, & inſuper duodecim millia equitum: ideo non ſtat. Quidam dicunt aliter, ſcilicet quòd Salomon habebat quadraginta millia præſepia equorum currilium: & tamen non habebat quadraginta millia equorum currilium, ſed ſolùm quinque millia, & ſexcentos, qui complent mille, & quadringentos currus. Sed dicendum, quòd iſta ſolutio eſt irriſoria, ſcilicet quòd Salomon haberet præſepia quadraginta millia, & equos ſolùm quinque millia ſexcentos, & tamen iſta ſolutio poteſt habere fundamentum coloratum, quia tertio Regum 4. dicitur, quòd habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum currilium, & non dixit quòd habebat tot equos. Sed adhuc aliquis volens tollere hoc inconueniens dicet, quòd Salomon intendebat emere quadraginta millia equorum: nam continuo adducebantur ei de Aegypto, & Coa, & de aliis regionibus, vt patet tertio Regum 10. & ad hoc fecerat præſepia quadraginta millia: & tamen contigit poſtea, quòd ſolũ haberet equos quinque millia & ſexcentos, qui cõplerent currus mille, & quadringentos. Sed dicendum, quòd ẽt hoc non ſtat, quia ſcriptura ibi volebat enarrare gloriam Salomonis in multitudine equorum, & aliorum apparatuum regalium, et dixit, q habebat quadraginta millia præſepia equorum: ſi tamẽ nõ haberet equos, & hẽret præſepia equorum, nõ eſſet aliqua gloria eius, ſed potius irriſoria: ideo ſcriptura non poneret quadraginta millia præſepia equorum ſi non haberet totidem equos. Itẽ non ſtat hoc, quia iſtę euaſiones poſſent habere colorẽ attendẽdo Iram, q̃ habetur 3. Re. 4. vbi ponunt, quadraginta millia præſepia equorum currilium, & non ponuntur tot equi: & tamen hic in litera dicitur, quòd habuit Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis, & ſic ſublata eſt contentio, quia neceſſe eſt, quòd dicamus eum habuiſſe tot equos, ſcilicet quadraginta millia. Dicendum ergo eſt, quòd licèt Salomõ haberet quadraginta millia equorum pro curribus: tamẽ ſolùm habebat mille, & quadringentos currus: vt dicitur ſupra 2. & 3. Regum 10. poterant autem iſti equi compleri decem millia curruum, ſed non dicebatur Salomon habere decẽ millia curruum: et hoc fortè propter duo: primum erat, vt aliqui volunt, quòd quia Salomon non poterat ita faciliter habere currus, ſicut equos: nam non fiebant currus in terra Iſrael, ſed in Aegypto, et Coa, et inde ducebantur: vt patet tertio Regum decimo. Sed iſtud non eſt ſatis credibile, ſcilicet quòd Salomõ emeret currus in aliis regionibus, vt portarentur per mare, cùm in terra ſua eſſent artifices, et ligna: etiam quia tertio Regum decimo, non accipitur quadriga, quæ egrediebatur de Aegypro, et Coa pro curru, ſed pro quatuor equis, vt ibi declaratum eſt. Alio modo, et melius dicendum, quòd Salomon ſolùm habebat mille, et quadringentos curr⁹, et pro iſtis habebat equos quadraginta millia, vt mutarentur, ſcilicet quòd aliquando quidam traherent currum, et poſtea alij. Aliter etiam poteſt dici, q habebat Salomon quadraginta millia equorum currilium, et decem millia curruum, quos complebant iſti equi: et tamen iſtorum equorum erant quidam valde electi, et alij communes: equi electi erãt quinque mille et ſexcenti, et iſti complebant currus mille, et quadringentos: omnes alii equi, ſcilicet triginta quatuor millia, et quadringenti erant de communibus: et complebant currus octo millia, et ſexcentos. Scriptura autem in vno loco voluit declarare omnes equos, et currus Salomonis quotquot erant: et in alio

ſæpe

Universidad de Deusto Biblioteca

solùm voluit declarare quot erant currus electi subti-
cendo communes. Et iſte modus obſeruatur etiam
ſæpe in ſcriptura: nam ſic habetur Exo.decimoquar-
to, cùm Aegyptij perſequerentur Iſraelitas fugientes
de terra, dicitur quòd tulit Pharao ſexcentos currus
electos, & quidquid curruum in Aegypto fuit. Et
ſic electi ponuntur ſub certo numero, de aliis autem
non curauit: & ſic eſt hic, quia de curribus, & equis
Salomonis electis fecit mentionem ſcriptura in qua-
tuor locis. De omnibus autem tam electis quàm
cōibus ſolùm fecit mentionem in duobus locis, &
iſta videtur conuenientior reſponſio. Sed adhuc obii-
cietur, quòd hic in litera noſtra, vbi dicitur, quòd ha
buit Salomon quadraginta millia equorum in ſtabu-
lis, dicitur in Hebræo quòd habuit Salomon qua-
tuor millia ſtabula equorum: de hoc reſpondet Ni-
colaus, quòd rex ſolùm habebat quatuor millia equo
rum ꝓ curribus: & reliqua tringinta ſex millia equo-
rum non erant Salomonis, ſed vitorū de regno ſuo,
dicuntur tamen Salomonis eſſe eo modo, quo omnia
bona ſubditorum dicuntur eſſe regis ad vſum, ſcilicet
tempore neceſſitatis ſuæ. Sed iſta poſitio non ſtat:
primò, quia Salomon habebat mille, & quadringen-
tos currus: vt patet ſupra 2. & 3.Reg.10. Et tamen ꝓ
his ad minus erant neceſſarij quinque millia, & ſex-
centi equi: ſed forte aliquis dicet, quòd etiam illi mil
le, & quadringenti currus non erant omnes Salomo-
nis, ſicut dicit Nicolaus de quadraginta millib⁹ equo
rum. Sed non ſtat, quia 3.Reg.10. & ſup 2. dr, quòd
habuit Salomon iſtos mille, & quadringētos currus,
& poſtea ſubditur ibi, quòd emebat Salomon quem-
libet iſtorum curruum ſiue quadrigarum ſexcentis ſi
clis de Aegypto, & de Coa, & quod quemlibet equ-
um emebat centura, & quinquaginta ſiclis, ergo om-
nes iſti currus mille & quadringenti ſui erant. Se-
cundò non ſtat: quia iſtud ponitur ad notandas ma-
gnas diuitias Salomonis ſuper omnes alios reges: ſi ta
men iſta quadraginta millia equorum non eſſent
ſua, ſed ſeruorum ſuorum, non ſignarentur in hoc ali
que diuitię eius, quia de alieno nemo fit diues. Dicen
dum ergo quòd Salomon habebat quadraginta mil-
lia præſepia equorum currilium, ſicut dicitur in lite
ra 3.Reg.4 & habebat in iſtis præſepibus quadragin-
ta millia equorum: ſicut dicitur hic in litera, ſcilicet
habebat Salomon quadraginta millia equorum in ſta
bul. Ad literam autem hebraicam, quæ habet hic, ſci-
licèt, habebat Salomon quatuor millia ſtabula equo-
rum, dicendum quòd ſtabulum poteſt accipi triplici
ter. Vno modo pro ſtabulo in quo ſunt multa præſe
pia. Alio modo pro præſepe, in quo poſſunt comede-
re multi equi. Alio modo pro præſepe, ad quòd vni
cus equ⁹ comedit, & ſic in eodem ſtabulo poteſt eſſe
preſepe longum, in quo ſint decem præſepia equorū,
& erunt diſtincta inter ſe: ita quòd vnus equ⁹ non poſ
ſit tangere alium: & ita in vna domo, vel ſtabulo Sa
lomonis manerent decem equi, & ſic poterat dici, ꝙ
erant quadraginta millia præſepia, ꝓ quadraginta mil
lia equis: ſicut dicitur 3.Reg.4. vel quod erāt quatuor
millia ſtabula ſiue præſepia pro quadraginta millibus
equis: ſicut dicit litera hebraica hic accipiendo diuer
ſimodè ſtabulum vel præſepe.

*Quomodo exercebat iſtam poteſtatem Salomon.*

*Quæſt. XVII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, ꝙ exercuit Salomon poteſtatem ſuper omnes reges, qui erant à flumine Euphrate vſque ad terram Philiſthinorum, & vſque ad teminos Aegypti, quo-
modo exercebat iſtam poteſtatem. Reſpondendum
eſt, quòd hoc erat per ſolutionem tributorum, etiam
per præſtationem aliorum ſeruitiorum, ſcilicet adiu-
uando Salomonem in bellis, vel aliàs ſi egeret eorū
auxilio. Et patet hoc, quia inter Euphratem, & ter-
ram Philiſthinorum, & terminos Aegypti nihil po-
nitur niſi terra Chanaan, & ſuper omnes reges terrę
Chana an præſidebat Salomon: patet hoc, quia terra,
quam Deus daturus erat Iſraelitis quatuor termi-
nos habebat, ſcilicet a quatuor ventis mundi: ab oc-
cidente mare mediterraneum, Numer. 34. quòd
vocatur mare Palæſtinorum Exo.23. vel mare occidē
tale: aut mare nouiſſimum. Deute.xi. & Ioſue primo.
à parte orientali ponebatur terminus Iordanis. Num.
34. vel mare rubrum. Exo. 23. à parte aquilonari po-
nebatur Euphrates fluuius, & mons Libanus, & terra
Emath, & quędam alia loca. Num.34. Deute.xi. & Io-
ſue primo: à parte meridiei ponebatur terra deſerta
inter Aegyptum, & terram Chanaan. Num. 24. &
Exo.23. & tamen multotiens ſolent poni termini ter
ræ Chanaan, & ponuntur ſolùm duo latera, ſcilicet
aquilonare, & auſtrale, & ſic ponitur hic, ſcilicet
Euphrates, & terra Philiſthinorum Aegyptus: ſic etiā
ponitur Gen.15. ſcilicet: tibi, & ſemini tuo dabo ter-
ram hanc à flumine Aegypti vſque ad magnum flu-
men Euphratem. Ponitur etiam terra Philiſthinorū,
quia illa eſt in terminis terrę Chanaan, vt patet Gen.
x. vbi ponuntur pro terminis Gaza, & Gerara, quæ ſūt
vrbes Philiſthinorum: Gen.20. & 26: & Ioſue 13. &
primo Reg 6. Quod autem ſuper omnes reges terræ
Chanaan haberet Salomon poteſtatē, patet: quia De⁹
promiſerat Iſraelitis terram Chanaan, & inceperant
eam poſſidere totamque eam poſſidebant præter il-
lam partem, quam tenebant reliquiæ Chananæorū,
& tamen præce. cap. & 3. Reg.9. dicitur, quòd Salo-
mon ſubiecerat ſibi in tributarios omnes, qui relicti
fuerāt de Amorrhęis, Pherrezeis, Heuæis, & Iebuſæis,
Hethæis, quos non interfecerant filij. Nullus ergo
rex manebat intra terminos prædictos terræ Chanaā,
qui non eſſet ſubiectus Salomoni in tributum. Erant
autem iſti reges multi. Nam cùm Iſraelitę occidiſ-
ſent triginta vnum reges Chananęos de parte illa
terrę, quam acceperant. Ioſue 12. & adhuc manebat
terra latiſſima, quæ non fuerat occupata, ſed tene-
batur à Chananęis veriſimile eſſet, quòd multi reges
eſſent tempore Salomonis de iſtis Chananęis, & oēs
iſti ſubiecti eſſent ei ad tributa. Dicendum tamen
quòd non ſolùm reges, qui morabantur intra iſtos ter
minos erant ſubiecti Salomoni, ſed etiam alij reges
intra terram iſtam. Nam rex Moabitarum, & rex
Ammonitarum, & populus Iudęorum, & multi de
Syris ſubditi erant Salomoni. Id fuit probatum ſu-
pra in quadam quæſtione: nam Dauid ſubiecerat ſibi
in tributarios omnes iſtos populos, vt patet 2.Reg. 8.
& 12. præc. lib. 18.c. & Salomon non pdidit aliquid de
his, q̄ reliquit ei Dauid, ſed poti⁹ acq̄ſiuit, cū ipſe acq-
ſierit terram quandam in regione Emath, vt patet
præce. cap. & tamen populi Syrorum, qui ſubiecti erāt
Salomoni erāt vltra Euphratem ad aquilonarem par-
tem eius, & erāt extra terram Chananęorum. Etiam
Moabitæ, & Ammonitæ erant extra terrā Chanaan:
& tamen erant ad partem orientalem illius circa Ior-
danem: terra Idumæorū erat extra terram Chanaan
partim ad orientem, & partim ad meridiem: vt pa-
tet Num.34.

Quare



*Quare ſolùm facta eſt mentio de regibus in terra Chanaan.*
*Quæſt. XVIII.*

QVAERITVR vlterius cùm non ſolùm ſubie
cti fuiſſent Salomoni ad tributum reges qui erāt
in terra Chanaan, ſed etiam reges qui erant exterius,
vt probatum eſt præcedenti quæſtione, quare ſolùm
dixit ſcriptura de regibus, qui erant in terra Chanaan.
Reſpondēdum, quòd vnica cauſa & præcipua fuit ad
notandum veritatem promiſſionis Dei. Nam Deus
promiſerat quòd daret Iſraelitis totam terram Cha-
naan. Exo.23. & in multis locis, & quia quando intro
irent in terram ipſam, nō haberent eam immediatè,
ex hoc deſperarent putantes ſe nunquam eam habi-
turos, dixit eis Deus, quòd non daret eis totam terrā
anno vno, vel in breui tempore, ſed paulatim expel-
leret Chananæos de terra quouſque creſcerent Iſraeli
tæ, & poſſent replere terram. Exo. 23.cap. & quia Io-
ſue vixit magno tempore poſtquam introierunt Iſrae
litæ in terram Chanaan: & cùm occupaſſet partem
quandam illius, nō potuit occupare totam, crederent
Iſraelitæ, quòd Deus fortè propter peccata eorum
iam nollet complere promiſſiones factas, ideo dixit
Deus ipſi Ioſue, quòd licèt terra latiſſima relinquere
tur, quæ nondum capta fuerat ab Iſraelitis, tamen ipſe
traderet eam totam in manus eorum. Ioſue 13. & ga
iſtud nunquam apparuerat completum temporibus
præcedentium regum, & completum fuit tempore
Salomonis, voluit ſcriptura declarare quomodo com
pletum eſſet, ſcilicet quòd Salomō exerceret poteſta-
tem ſupra omnes reges, qui erant inter Euphratem &
terminos Aegypti, & iſti erāt omnes reges terræ Cha
naan. Et ſi dicatur cùm vellet ſcriptura ſignare hic ſu-
biectam eſſe Salomoni totam terram Chanaan, qua-
re poti⁹ dixit de gentibus exiſtentibus inter duos iſtos
terminos terrę Chanaā, ſcilicet aquilonare, & meri
dianum potius quàm poneret terminū orientalem,
& occidentalem, vel quòd poneret omnes quatuor
terminos. Dicendum ꝙ voluit ſcriptura ponere hoc
ad ſignandum ſatisfactum eſſe primæ promiſſioni:
nam prima promiſſio, quæ fuit facta Abrahæ de ter-
ra Chanaan Gen. 13. ſcilicet. Leua oculos tuos a lo-
co, in quo nunc es ad Aquilonem, & Meridiē, Orien-
tem, & Occidentem: omnem terram quam conſpi-
cis, tibi dabo, & ſemini tuo: ibi tamen non fuit facta
promiſſio determinata de certa terra, cuius termini
limitarentur: nam ſolùm dixit omnem terram, quā
conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo: & tamen ma-
niſeſtum eſt, quòd non erant limites terræ per lo-
cum illum, in quo terminabatur viſus, quia non po-
terat videre Abraham totam terram Chanaan. Pri-
ma tamen promiſſio in qua fuerunt limitati termini
terræ promiſſæ habetur Gen.15. cùm dicitur: Semini
tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vſque ad flu-
uium magnum Euphratem, & ſic ponuntur ibi ſolū
illi duo termini, qui ponuntur hic. Etiam licèt alię
promiſſiones de dando terram Chanaan fuerint fa-
ctę Abrahæ, & poſteris eius, nulla tamen fuit facta cū
effectu, niſi illa, quæ habetur Gen.15. nam iuſſit ibi
Dominꝰ Abrahæ occidere vaccam trimam, arietem
trimum, capram trimam, & diuidere, ponereque
membra altrinſecus relicta via in medio, & Deus trā-
ſiuit inter illas diuiſiones: quia iſta erant ceremonia
ſacientium fœdus. Et dicitur ibi: in die illa pepigit Do
minus fœdus cum Abraham, dicens, ſemini tuo dabo
terram hanc, & cætera. Ad oſtendendum ergo ꝙ
promiſſio prima facta Abrahæ de dando terram Cha
naan fuerit per omnia completa iuxta tenorem ſuū,
poſiti fuerunt hic limites illi terrę, quos Deus aſſigna
uit, quando fecit illam promiſſionem: multotiens
poſtea facta eſt promiſſio terrę Chanaan Iſraelitis, &
aſſignati fuerunt termini eius quatuor, vel tres: vt pa-
tet Exo.23. & Deut.11. & Ioſue 1. & Num.34. quia ta-
men omnes iſtæ promiſſiones non inducebant ali-
quod ius de nouo, ſed declarabant antiquam conceſ-
ſionem, & eam confirmabant, debuit referri comple-
tio iſta ad verba primæ promiſſionis, & non ad verba
aliarum: ideo poſiti fuerunt iſti termini, & non orien
talis, & occidentalis: nec etiam poſiti fuerunt omnes
quatuor termini.

*An peccauerit Salomon congregando tantam multitudinem equorum. Quæſtio XIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm ponatur hic, ꝙ Sa
lomon habuerit tot equos, ſcilicet quadraginta
millia equorum pro curribus, & duodecim millia e-
quitum, an peccauerit congregando tantam multitu-
dinem equorū. Aliquis dicet, ꝙ ſic, quia Deus vetue-
rat iſtud regibus Iſrael. Deuter.17. ſcilicet. Cumq; rex
fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos. Re-
ſpondendum, ꝙ Salomon non peccabat in hoc, quia
habere equos, vel quamcunque temporalem poten-
tiam, vel proſperitatem ſecundùm ſe nō eſt malum,
ſed ſolùm dependet ex voluntate: ideo interdum po-
terit eſſe meritorių, vt ſi rex vellet habere equos mul-
tos ad reſiſtendum hoſtibus regni ſui, qui volunt op-
primere eum, & populum ſuum, potiſſimè ſi illi ho-
ſtes ſint fidei. Si autem equi, vel quæcunq; alia poten-
tia temporalis habeatur ad finem non conueniētem,
poterit eſſe iniuſta: Sed differt, quia aut habetur iſta
ad oſtentandum gloriam, & honorem magnum, aut
ad opprimendum populum. Si primo modo, eſt ina-
nis gloria, quæ interdum eſt leue peccatum, & potiſ-
ſimè in regibus, quibus conceditur oſtentatio poteſta
tis propter ſtatum regium, quia rex debet eſſe perſo-
na nimis reuerenda: ita vt ab omnibus timeat, & me-
tu eius mali refrenentur à noxijs actibus. Et quia ſi nō
eſſet magna potentia regis, nullus timeret eum: licitū:
eſt imò meritorium, ꝙ reges conentur habere ma-
gnam potentiam ad hoc ſolum, vt timeātur à malis,
et ceſſent à malis actibus: Etiam ſi rex nō oſtentaret in
magnitudine familię, & preciоſitate veſtium, & ſum-
ptibus magnis, & generaliter in omnibus apparatib⁹
aliquam magnitudinem, & excellentiam non videre-
tur reuerendus, vt decet eum eſſe. Conueniens ergo
eſt, vt rex ad oſtentationē potentiæ congreget equos,
& alia pertinentia ad potentiam: dum tñ non acqui-
rantur iſta de illicito, vel etiam non ſuperbiat aliquis
intra cor ſuum ex ijs: nā dato, ꝙ rex non ſuperbiat con
tra populum opprimendo illum, ſi intra ſe ſuperbit p̄-
ſumendo de ſeipſo, & non dando gloriam Deo, pecca
bit nimis: ſic patet de Nabucodonoſor. Dan.4. qui du-
ctus ſuperbia, dixit: Nonne hæc eſt Babylon magna,
quam ego ędificaui in domum regni in robore forti-
tudinis meæ, & in gloriā decoris mei? Et ſequitur, ꝙ
cùm iſta diceret Nabucdonoſor, ſermo ad eū de cœ-
lo factus eſt. ſ. Tibi dicitur Nabucodonoſor rex, regnū
tranſibit à te, & ab hominibus ejcient te: & cum be-
ſtijs ferisque erit habitatio tua: fœnum ſicut bos co-
medes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, do-
nec ſcias, ꝙ dominetur excelſus in regno hominum,
& cuicunq; voluerit dabit illud: & ſic factum eſt, quia
ejectus eſt ab hominibus, & cum beſtijs fuit. eod.c. Si
autem multiplicat rex equos ad opprimendum po-
pulum, peccat, quia ad malum finem facit, & cuius fi-
nis malus eſt ipſum quoq; malum eſt. De Salomone
aūt dicendum, ꝙ licèt in fine ſuæ ſenectutis depraua-
tus fuerit. 2.Reg.11. & impoſuerit populo tributa ma-
gna. eo.li.c.12. tñ in principio regni ſui valdè benign⁹

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca



erat erga populũ, ideo nõ multiplicabat equos ad opprimendum populum: etiam non multiplicabat illos ad gloriandum in ſeipſo, & ſuperbiendum contra Deum, ſicut fecit Nabucodonoſor, ſed ſolũ ad oſtendendum gloriam regni Iſrael, & etiam vt timeret ab oĩbus regibus circunſtantibus, & nemo auderet contra eum pugnare, vel inſurgere: iõ non peccabat multiplicando equos. Ad auctoritatem Deut. 17. Dicendum ꝙ non prohibetur ibi multiplicatio equorũ abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſolùm ad hanc intẽtionem, ſcilicet ne rex multiplicaret equos ad ſubiiciendum ſibi populũ per violentiam: ſicut dr ibidem. ſ. Si cõſtitut⁹ fuerit rex, non multiplicabit ſibi equos, ne reducat populum in Aegyptũ equitatus numero ſubleuatus: Salomon autem non multiplicabat equos ad reducẽdum populum in Aegyptum, ideſt ſeruitutem, ſicut erat in Aegypto, ideo non peccabat multiplicando equos.

*An peccauit Salomon congregando tantas diuitias. Quæſt. XX.*

QVAERITVR vlterius, cũ dicatur hic de tantis diuitiis Salomonis, ſ. an peccauit congregando tantas diuitias. Aliquis dicet, ꝙ ſic, quia Deut. 17. dicitur, quòd non habebit rex auri, & argenti immenſa pondera: diuitiæ tamen Salomonis erant immẽſæ eo modo, quo dicimus aliquid eſſe immenſum, cùm ſm veritatem nihil ſit immenſum creatum in rebus habentibus quãtitatem determinatã: ergo peccabat. Reſpondendum, ꝙ pecuniæ ſm ſeipſas, nec bonę, nec malæ ſunt, ſed ſunt vtiles: ideo ſunt materia vitij, & virtutis, ſicut nobis placuerit vti illis: ſicut ergo habere aliquas diuitias abſolutè non eſt peccatum: ita hẽre illas in quacunq; quantitate ſm ſe nõ eſt peccatũ: põt autem peccatum eſſe per accidens. ſ. ſi diuitię illæ acquirantur iniuſto, mõvel ẽt ſi poſtquã poſſidẽtur, hõ faciat aliquid illicitum, ne perdat illas: & ob hoc licèt diuitiæ ſm ſe non ſint malę, tamẽ difficilè eſt hoĩem acqrere diuitias ſine peccato: ſic patet prima ad Tim. 6. ſ. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ, & ĩ laqueum diaboli, & deſideria multa, quæ mergunt hoĩem in interitum & perditionem. Ideo Gregori⁹, & alij ſancti ponunt aliqua, quæ vix ſine peccato aut nunquam poſſunt fieri, & vnũ illorum eſt adminiſtratio rei familiaris, & hr in decretis diſt. xxv. capi. qualis hic quiſque: & ob hoc dixit Chriſtus Mat. 19. quòd dives difficilè intrabit in regnum cęlorũ. Facilius eſt camelum per foramen acus introire vel tranſire, quã diuitẽ intrare ĩ regnum cęlorũ. Alia ẽt difficultas eſt, quia qui diuites ſunt, dato ꝙ nõ acquirãt illicitè nec illicitè defendant pecuniam, tamen ſaltem inhærent ei ardentiſſimo amore, per quẽ per accidens diſtrahunt ab amore Dei, & incipiunt magis diligere pecuniã q̃ Deum, & iſtud eſt peccatum mortale: difficilè igitur eſt aliquẽ effici diuitem, & nõ peccare in acquirendo, vel poſſidendo, non tamen eſt impoſſibile: ideo quã aliquẽ videamus diuitẽ, vel ditari volẽtẽ, nõ ideo ꝯcludendũ eſt eũ peccare mortaliter, niſi aliunde probetur. ſ. quòd iniuſtè acquirit, vel iniuſtè defendit. De Salomone ãt dicendum quòd ipſe nõ peccauit acquirendo diuitias, quia Deus dixit, quòd faceret eum diuitẽ ſuper oẽs reges, qui fuerunt ante ipſum 3. Reg. 3. & ſuper reges, qui futuri erant poſt ipſum. ſup. 1. ca. & tamẽ illa, quæ à Deo proueniunt bona ſunt, maximè illa, quæ ipſe promiſit, & ita ipſe promiſit Salomoni tanquã benefactor⁹ ei, et tamen nõ erat beneficium Dei, quòd ipſe promitteret aliquid Salomoni ad cuius acquiſitionẽ oporteret ipſum peccare. Etiam Salomon nõ acquiſiuit pecuniam mõ illicito, quia hẽbat illam de redditibus ſuis, ẽt habebat illam de regũ donationibus, & prouinciarum: & de negociationibus quas exercebat per mare: oẽs ãt iſti modi liciti ſunt. In ſenectute autem dicendum, quòd Salomon peccauit circa diuitiarum acquiſitionem, & poſſeſſionẽ. De acquiſitione patet, quia cupiditate magna pecuniarũ grauabat ſubditos tributis magnis, & irrationabilib⁹, intantũ ꝙ eo mortuo populus cõqueſtus eſt cũ Roboam filio eius, dicens: minue nobis pauliſper de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, q̃ impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. Peccauit ẽt Salomon in poſſeſſione diuitiarum, quia ardẽti auaritia peteprauatum eſt cor eius per mulieres, & receſſit à Deo 3. Re. 10. ita deprauatum eſt per pecuniã, quia ardentiſſimo amore pecuniam tenuit, ſicut mulieres ardentiſſimè amauit. In principio autem regni cũ diligebat Deum, non cupiebat nimis pecuniam, nec ardenter retinebat eam: ſed liberaliter illam erogabat: de hoc 3. Reg. dicitur, quòd dedit Deus Salomoni latitudinem cordis ſicut arenam, quę eſt in litore maris. ſ. dedit ei magnam latitudinem cordis ad expendendum pecuniam, ita vt non anxiaret in corde ſuo quãquam expenderet illã: qui tamen auari ſunt, quia non habent latitudinem cordis, ſed anguſtiã, anxiantur ſi expendunt. In ſenectute ãt Salomon habuit cordis anguſtiam propter magnum deſiderium pecuniæ, & ſic peccauit tenendo illicitè.

Reliqua autem opera Salomonis priorũ, & nouiſſimorum ſcripta ſunt in verbis Nathan prophetę, & in libris Ahiæ Silonitis: in viſione quoque Ado videntis contra Ieroboam filium Nabath. Regnauit autem Salomon in Ieruſalem ſuper omnẽ Iſrael quadraginta annis. Dormiuitque cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

*Reliqua operum.* Ponitur vltimum huius c. ſ. hiſtoriæ Salomonis cõcluſio: nam ĩ toto iſto libro à principio fuerat poſita hiſtoria Salomonis, & cùm intendat eã ꝯcludere hic, remittit pro reliquis eius ad alios libros, & dicit. *Reliqua verò operum primorum Salomonis, & nouiſſimorum.* Quaſi dicat, non ponunt hic oĩa, ſed aliqua habẽtur in aliis libris, & omittuntur hic; et dicit priorum, et nouiſſimorum dupliciter: vno modo ad ſignandũ, quòd plenè non enarratur hiſtoria Salomonis, ſed ꝙ aliqua geſta de principio tpis ſui, et aliqua de fine omiſſa ſunt, & iſta prima, et nouiſſima non habentur hic, ſed ĩ libris iſtis ad quos remittitur. Alio modo eſt ſenſus, quòd cũ remittat auctor ad iſtos libros, de quibus habetur hic, voluit deſignare, ꝙ habebatur hiſtoria plene in libris illis, ad quos remittebatur: & hoc ſignatur inquantum dicitur priorum, & nouiſſimorum. ſ. quòd continentur in iſtis libris omnia geſta Salomonis tam prima quã nouiſſima. *Scripta ſunt in libris Nathan prophetæ.* Iſte fuit quidam prapheta tpe Dauid, qui ſcripſit geſta regni Salomonis, de quo inf. dicetur in quadam quæſtione. *Et in libris Ahiæ Silonitis.* Iſte etiã Ahias fuit propheta de vrbe Silo: ideo vocatur Silonẽſis: & etiam ſcripſit hiſtoriã Salomonis. *In viſione quoq; Ado videntis contra Ieroboã filium Nabath.* Ideſt etiã ſcripta ſunt in viſione. i. in libro viſionum Ado prophetę. Vocatur liber viſionum liber phophetiarum, quia ꝓ viſionẽ diuinam iſta reuelantur, & ſic in principiis librorum



brorum prophetarum dicitur viſio talis, vel talis prophetę. i. totum quod ſequitur eſt viſio prophetæ: ſic patet Iſa. primo & Iere. primo: iſta viſio fuit contra Ieroboam filiũ Nabath, quia in toto illo libro ponitur hiſtoria, vel prænunciatio malorum futurorum ꝓtra Ieroboam: q̃ fuit rex Iſrael primus facta diuiſione regni, vt patet 3. Reg. 11. et 12. & vocat ſic ad differentiã alterius regis Iſrael, qui fuit valde potens de poſteris Iehu, & recuperauit terram perditam de manu Aſſyriorum. 4. Reg. 14. *Regnauit autem Salomon in Ieruſalem.* Non ſolùm regnabat in Ieruſalem, ſed etiam ſuper totum Iſrael, quia tamen erat ſedes regni, Ieruſalẽ in dicebatur regnare ibi ſuper omnem Iſrael, ſcilicet ſuper omnes duodecim tribus. Iſtud dicitur ad deſignandum futuram diuiſionem regni, quæ habetur ſeq. ca. Nam Dauid, & Salomon, & Saul, qui prius fuerant, regnauerunt ſuper totum Iſrael, quia nulla diuiſio facta erat, prẽterquam paucis diebus tempore Dauid regnãtis ſuper Iudam, & Iſboſeth regnantis ſuper Iſrael, vt patet 2. Reg. 2. cap. & vſque ad 5. mortuo Salomone diuiſum eſt regnum tempore Roboã filij eius: & ob hoc nunquam poſtea dicitur, ꝙ aliquis rex ſuper totũ Iſrael regnauerit. *Quadraginta annis.* Satis longo tempore regnauit, quia cępit regere cũ adhuc eſſet puer: ſicut ipſe confeſſus eſt, quando petiuit ſapientiam a Deo poſtquam erat rex dicens, quòd erat puer parus neſciens introitum ſuum, & egreſſum, indigebatque prudentia magna ad gubernandum tantũ populũ 3. Re. 3. & ſupra primo cap. *Dormiuitque cum patribus ſuis.* Ideſt mortuus eſt ſicut patres ſui, vocatur mors dormitio, quia eſt ſopor ſempiternus. *Et ſepelierunt eum in ciuitate Daaid.* Fecerat Dauid loca ſepulchrorum regalium in caſtro montis Sion, vbi erat domus ſua, & templum. Nam caſtrum illud ſiue fortalitium vocatur ciuitas Dauid, ſcilicet quia Dauid pugnans contra Iebuſęos cæpit illud fortalitiũ de manu eorũ, & ad memoriã victorię vocauit illud de noĩe ſuo, ſcilicet ciuitatem Dauid: vt patet 2. Re. 5. & præc. li. xi. cap. iſtum locum ſepulchrorum fecit Dauid, vt declaratum eſt ſecundo Regum quinto, & ibi vide an licuit Dauid facere ſepulchrum extra loca ſepulchrorum paternorum, ſcilicet extra Bethlehem. *Regnauitque pro eo Roboam filius eius.* Non legitur Salomon habuiſſe alium filium, licèt habuerit mulieres plurimas, & filias duas legitur habuiſſe, de quibus 3. Reg. 4. fuit iſte Roboam filius Salomonis ex matre Ammonitide nomine Naama, vt patet. 3. Reg. 14.

*Quare ponitur remiſſio de operibus. Quæſtio. XXI.*

QVAERITVR circa prædicta, quare ponitur hic iſta remiſſio de operib⁹ Salomonis ad alios libros, & cur hic fit iſta nouitas, quia à principio libri iſtius vſque nunc nihil tale factum eſt. Reſpondendum, quòd cauſa iſtius remiſſionis eſt duplex. Prima eſt ad tollendum errorem, quia aliqui non legentes plura de geſtis Salomonis putarent nõ eſſe plura, & quòd ſufficientur deſcripta eſſent hic: vt autem nemo hoc putet, remittit ſcriptura pro reſiduis, quæ non habentur hic, ad alios libros. Secundum eſt ad ſatisfaciendum quibuſdam curioſis, quia quidam vellent ad plenum ſcire res geſtas temporum, & quia in hoc non ſatisfiebat eis, cùm non ponerentur hic plene, remittit ad loca, in quibus plenè habentur, ſcilicet in libris, qui nominantur hic. Si autem quæratur qua ex a principio libri non factum eſt, & nunc fit. Dicendum quòd iſte modus eſt conueniens, quia ſacra ſcriptura non tenetur narrare hiſtorias ſingulorum regum, & illis finitis remittere pro reſiduis: Nam iſti duo libri Paralipomenon ſunt quędam ſupplementa aliorum librorum ſacræ ſcrip. & potiſſimè librorum regum, & narrantur ſingulorum regum Hiſtoriæ, & dum narratur hiſtoria nulla remiſſio fit. Cùm autẽ concluditur, quia non intẽdit aliquid vltra dicere auctor, remittit ad ea, quę alij dixerunt: vnde in præ. libro tota hiſtoria ferè fuit de Dauid, & geſtis temporis: ideo in toto lib. nunq̃ fuit facta aliqua remiſſio. In fine autem libri completa hiſtoria de Dauid: dicitur Geſta autem Dauid regis priora, & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan prophetæ, & in libro Gad videntis: ita in principio libri iſtius cępit hiſtoria regni Salomonis, & continuata fuit vſque nunc, & ſic non oportebat, quòd fieret remiſſio aliqua: nunc autem completa hiſtoria remittitur ad libros Nathan, Ado, & Ahiæ Silonitis: ſic etiam eſt de rege Roboã, cuius hiſtoria incipit ſequenti cap. & finitur in fine 12. cap. & ante illud non fit aliqua remiſſio, ſed ibi remittitur ad librum Ieremiæ prophetæ, & Ado, cùm dicitur: opera vero Roboam prima, & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Semeię, & Ado videntis diligenter expoſita: ſic etiam pro hiſtoria regis Abiæ fit remiſſio infra 13. & generaliter de omnibus regibus, quando finitur hiſtoria alicuius remittitur ad libros, in quibus habetur: vt patet inquirendo proceſſum libri huius.

*Quare fuit remiſſio ad hos libros, & non fuit expreſſum totum &c. Quæſtio. XXII.*

QVAERITVR vlterius, quare fit remiſſio ad libros iſtorum, de quibus hic dicitur, quare totum quod deeſt iſtis hiſtoriis non fuit hic expreſſum, ita vt non oporteret fieri remiſſionem ad alios libros. Ad primum dicendum, quòd fit remiſſio aliqua, quia non habetur hic hiſtoria completè, & fit potius remiſſio ad libros iſtorum, quàm ad alium locum, quia iſti ſcripſerunt plenè hiſtorias has. Pro quo ſciendum, ꝙ iſti ad quorum libros fit remiſſio erant prophetæ, qui ſcripſerunt geſta iſtorum regum, & ſcripſerunt veritatem ſolidam, & patet dupliciter: primò quia hi allegantur tres, & erat prophetæ omnes, ſcilicet Ahias Silonites, qui erat propheta operatus eſt propheticè prędicendo diuiſionem regni Salomonis 3. Re. xi. & Nathan ponitur, qui etiam vocatur propheta in litera: ponitur etiam Ado, qui erat propheta, quia hic vocatur videns. Sic etiam patet præce. li. cap. ca. vltimo, cùm remittitur pro hiſtoria Dauid ad libros Samuelis, & Nathan, & Gad: nam omnes tres vocantur ibi prophetæ ſiue videntes, ſic etiam infra 12. cùm fit remiſſio in hiſtoria Roboam, remittitur ad librum Semeię, & Ado, & ambo vocantur videntes vel prophetę. Sic patet de omnibus aliis ad quorum libros fit remiſſio in toto iſto libro. Secundum quia iſta ſcriptura libri huius eſt ſcriptura prophetica, vt probatum fuit ſupra in quadam quæſtione, qua quærebatur quo modo poſſet ſciri, quòd non fuerant allata talia Aromata ſicut illa, quę attulit regina Saba ad Salomonẽ: & tamen confirmat dicta ſua auctoritatibus iſtorum quos allegat hic: ideo iſti erant prophetæ. Quod patet, quia cùm iſte alleget iſtos ad confirmandum dicta ſua, neceſſe eſt, quòd iſti ſint maioris auctoritatis quàm ipſe auctor vel ſaltem æqualis: alioquin. n. fruſtra fieret iſta allegatio: & tamen non poſſunt illi eẽ æqualis auctoritatis cũ ſcriptore libri hui⁹, ſi non ſũt ꝓphetę, & ſcribentes ꝓpheticè: ideo oportet ꝙ fuerint prophetę. Sed obiicietur quòd nõ oportebat ꝙ iſti eſſent prophetæ, quia auctor non accepit hic cõfirmationem rationis ſuæ ex dictis iſtorum, quaſi probans aliquid per id, quod ipſi dixerunt, ſed ſolùm ea,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ supersunt dicenda dicit haberi in libris eorum. Si autem probaret dicta sua per dicta illorum, oporteret quòd illi essent tãtę auctoritatis sicut ipse ad minus: & tamen nihil probat per illos, nec allegat eos ad probãdum aliquid, sed solũ dicit eos latius tractasse istã historiã. Dicẽdũ ꝙ verũ est, ꝙ hic solũ fit remissio, & tñ ex hoc infert dicta illorũ esse ꝓphetica: nã si non essẽt oĩno vera, nõ allegaret illa, vt nõ videretˉ miscere veritatem suã falsitati eorũ: sed nõ poterant oĩno esse vera, nisi prophetice scripta forent, sicut declaratũ est supra in qõne, qua quęrebatur, qũo sciuit auctor libri, ꝙ aromata, quæ attulit regina Saba, fuerunt meliora oĩbus aromatibus, quia aliàs non erat possibile, ꝙ quis scriberet historiã de cuius veritate cõstaret firmiter: isti ãt prophetæ fuerunt cõtemporanei istis quorum historias scripserunt, & voluerunt eas ad plenum scribere: nam Samuel, Nathã, & Gad, qui allegantur prec. li.ca.vlt. pro historia Dauid fuerunt ꝓtemporanei Dauid: & Nathan, Ahias, Ado, qui allegantur hic pro historia Salomonis, fuerunt cõtemporanei Salomonis: & sic de oĩbus aliis, & cũ isti essent prẽsentes regibus illis quorum scribebant historias, placuit eis enarrare illas latè, & sic habentur in libris eorum latius quàm hic, & remittit auctor ad eorum libros.

*Quare non fuerunt hic plenè scriptæ historiæ istæ. Quæst. XXIII.*

QVAERITVR circa fm. s. quare non fuerunt hic historiæ istæ ad plenum descriptæ, ita vt non esset opus remitti ad alios libros. Dicendum, ꝙ nõ fuit opus, quia istud erat ꝓtra conditionẽ sacræ scrip. est.n. intentio sua deducere hoĩem ad vitam æternã, quæ ẽ Deus, & ad hoc totus conatus scripturę est nos referre in Deum, & ad hoc nos multipliciter in Deum mouet: nam aliquando nos in eum mouet dando nobis præcepta per quæ in ipsum peruenire possimus: & sic est in tota lege, quia lex est regula, fm quam faciẽdo, vel cauendo, in Deum peruenim⁹. Aliqñ mouet nos in Deum, vt in remuneratorem bonorum ostendendo bona, quæ facit nobis, & cultoribus suis: & aliquãdo, vt punitorẽ malorum ostendendo mala, & pænas illatas malis: & ad hoc proficiunt historiæ: quia in historiis ponuntur gesta tẽporum, in quibus ostendunt quorundam calamitates, & aliorum prosperitates, vel fors ambigua: & intentio scripturæ est ostendere qualiter cultoribus Dei bona eueniebant, & ꝙ cũ ab eo se alienarent, incidebant in calamitatẽ. Et quia interdũ in historiis sunt aliqua, quæ nõ ostendunt, ꝙ sint pęnę pro malis, nec prosperitas pro bono opere, sed quædã alia, quæ incidunt, non curat scriptura circa talia se implicare, sed omittit illa, ꝙa illa non proficiunt nobis ad aliquam doctrinam moralẽ: vnde potius scriptura est breuiloqua omittendo quædã, quæ poterant proficere, quàm describendo ea, quæ non proficiunt: cùm totum, qđ est in scriptura sacra debeat esse vtile, vt patet 2.ad Tim.3.s. Omnis scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonũ instructus: oportet ergo ꝙ historiæ in sacra scrip. scribanˉ decurtatè, quia nulla historia est, in qua nõ sint aliqua, quæ non ꝓficiant ad moralẽ instructionẽ, & non solùm de historiis aliorũ, quę sunt quasi prophanę, hoc est, ꝙ sacra scrip. eas decurtet: sed ẽt circa historiam gestorum Christi. Nam multa de dictis, & factis suis, & miraculis omittunt: vt patet Io.20. s. Multa qdẽ & alia signa fecit Iesus in ꝓspectu discipulorum suorũ, quę non sunt scripta in hoc libro: hęc ãt scripta sunt, vt credatis ꝙ Iesus Christus est filius Dei, & credentes vitam habeatis. quasi dicat, non fuit necesse scribere omnia gesta Saluatoris, sed solũ illa ex quibus fides sumi debebat. Et quia ea, quæ de ipso scripta sunt, sufficiẽter nos in fine instruunt, & mouẽt, vt habeamus vitam in ipso, non debuerunt plura scribi ꝙ ea, quæ scripta sunt, licèt multa alia gesta fuerint: a fortiori ergo in historiis Salomonis, & aliorũ regũ nõ debuerunt scribi oĩa, quæ gesta sunt, cũ aliqua essent, quæ nobis non essent vtilia ad moralẽ instructionem: ꝙa tñ illi, qui fuerunt contemporanei istis regibus, ad ostendendũ gloriã ipsorum, vel oĩmodas calamitates descripserunt gesta per singula: potuit auctor iste remittere pro omissis ad libros eorũ, & sic fecit scriptor librorũ regum, quia in tertio, & quarto libro sæpe remisit ad libros quosdam. s. regum Iuda, & Israel: vt patet 3.Reg.14.& 15.& ferè in singulis ca. et generaliter vbi finitur historia alicuius regis, fit remissio pro eis, quę residua sunt.

*Qui fuerunt isti libri. Quæstio XXIIII.*

QVEARITVR vlterius circa istos, quorũ libri allegantur hic, qui fuerunt. Et dicendũ, ꝙ hic ponuntur tres prophetę contẽporanei Dauid & Salomonis, qui gesta Salomonis descripserunt. Primus est Nathan: iste fuit etiã contemporaneus Dauid, & iunior eo: vnde nõ solùm fuit contemporaneus Dauid viuẽti, sed ẽt toti vitę Salomonis. Quod patet, ꝙa iste scripsit historiam de toto tpe Salomonis. s. opera sua prima, & nouissima: vt patet ĩ litera. Fuit aũt iste Nathan valde familiaris Dauid, et vocabat ꝓpheta suus. Ipse.n. prænunciauit ei de templo, ꝙ nõ ędificaretur per eum, sed per filium suum Salomonẽ: et ꝙ duraret regnum in posteritate Dauid in æternum 2.Re.7. et ꝑc. lib.17.c. Ipse etiam reuelauit Dauid pœnam sibi futuram ꝓ adulterio Bethsabee, et morte Vriæ, s. ꝙ nõ recederet gladius de domo eius, et ꝙ puer ille, ꝙ de adulterio natus erat, moreretur. 2.Reg.12. Postea aũt nato Salomone ipse Nathan imposuit ei nomẽ Idida, ideſt amabilis dño, eo quòd Deus diligeret eum e.c. Postea ẽt in senectute Dauid cũ Adonias superbiret, & ignorante Dauid vngi se feciſſet in regẽ: Nathan propheta fouit partem Salomonis, & persuasit matri eius Bethsabee, ꝙ ĩtraret ad Dauid deprecatura pro Salomone, & ipse quoque postea intrauit: & induxerunt argumentis Dauid ad vngendũ Salomonem in regẽ 3.Re.1.& tantum erat familiaris Nathan ipsi Dauid, ꝙ ausus est dicere, quomodo Dauid aliquid faceret, & non indicaret ei priusquam faceret. tertio Regum 1. s. Nũquid a Dño meo rege exiuit hoc verbum, & mihi nõ indicasti seruo tuo, quis sessurus sit super thronũ dñi mei regis post illum? quasi dicat, mirandum est, ꝙ sic fecerit: & tñ istud non diceret Nathan, nisi de magna familiaritate cõfideret. Iste Nathan est, qui tunc fuit in vnctione Salomonis. Nam dr, ꝙ Nathan propheta, et Sadoc sacerdos vnxerunt Salomonẽ e.o.c. & quia fuerat Nathan familiaris Dauid, & fuerat semper in fauorem Salomonis viuente Dauid, & per eum reuelata fuerant à Deo oĩa, quæ pertinebãt ad Salomonem, dilexit etiam eum valde postquam regnauit, & descripsit ad gloriam ei⁹ oĩa gesta temporis sui per singula. Iste Nathan laudatur in sacra scrip. & ponitur in catalogo sanctorum patrum Eccle.47.s. Post hic surrexit Nathan propheta in diebus Dauid, & quasi adeps separatus est a carne. Secundus istorum erat Ahias Silonitis, q fuit propheta domini, & vocatur Silonites, quia fuit de vrbe Silo: quæ est ciuitas i sorte Ephraim apud Bethel: vt patet Iud.21. et in hac vrbe posita fuit arca domini, & tabernaculum à principio qñ Israelitę ingressi sunt in terra Chanaaan. Iosue 18. mansitq; ibi vsque quo tempore Heli summi sacerdotis capta est arca in bello, et ducta est in terram Philisthinorum, primo Reg.4. & 5. iste Ahias fuit cõtemporaneus Salomonis, sed non Dauid, ideo non descripsit gesta Dauid: nam Nathan, qui descripsit gesta Salomonis, descripsit etiã gesta Dauid, ideo allegatur ipse præce.li.c. vi. in remissione historię Dauid, & tñ Ahias nõ allegat ibi, & allegat hic. Huius Ahiæ prophetia non legit vs ꝙ ad finẽ regni Salomonis: iste enim Ahias fuit qui denunciauit regnum Israel diuidẽdum in duo regna: nam cùm Ieroboam filius Nabath esset seruus Salomonis, & exiret in agrum, occurit ei Ahias sylonites habẽs pallium nouum, & corã eo scidit in duodecim partes, & dedit ipsi Ieroboam decem partes, & duas sibi retinuit, & declarauit ei quod erat: quia Deꝰ diuiturus erat regnum Israel quod erat duodecim tribuũ, & decem tribus daret in potestatẽ Ieroboam, & duas relinqueret posteris Salomonis 3.Re.xi. Iste ẽt Ahias viuebat, & vixit toto tempore regni Ieroboam regis Israel, & Ieroboam regis Iuda, & oculi eius caligauerant, manebatque in Silo, & ad eum cõfluebant Israelitæ quęrentes responsionem Domini in rebus ambiguis ex ore eius: & dum ęgrotaret ad mortem vnus de filiis Ieroboam, misit ipse Ieroboam vxorem suam mutato habitu ad Ahiam, vt quæreret de salute illius pueri: & cùm ipsa introiret portam domus eius mutato habitu putans se non agnoscendam, quia Ahiæ oculi caligauerãt, facto in eo spũ Domini dixit Ahias: ingredere vxor Ieroboam, cur te aliã simulas? & tunc prænunciauit ei euentum regni Ieroboam, & ꝙ moreretur puer, & ille solus de stirpe Ieroboam sepelirętur: reliqui autem ferro trucidati relinquerentur canibus & volucribus lacerandi 3.Reg. 14. iste etiam cũ esset contemporaneus Salomoni scripsit gesta regni eius. Tertiò erat Addo propheta, & de isto non habetur tam expresè in scriptura, quis fuerit. Erat autem iste Addo contemporaneus Salomoni, & non Dauid: ideo scripsit gesta Salomonis, & non Dauid: ideo non allegatur inter scriptores historiæ Dauid prece.li.cap.vltimo: fuit autem Salomoni contemporaneus, & etiam filio eius Roboam, vnde scripsit gesta regni Roboam: vt patet inf. 12. De isto Addo putant quidam ꝙ fuerit ille propheta, qui missus est ad Ieroboam quando Ieroboam dedicauit altare in Bethel. Nam venit ad eum, & dum esset Ieroboam in altari dixit ille propheta: Altare filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum incendet super te. Deditque signum dicens, hoc est signum, quod locutus est dominus, ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est: & cùm contra eum extendisset manus Ieroboam, ait manus eius, & non valuit eam retrahere quousque ille propheta orauit dominum, & reuersa est manus eius ad eum 3.Reg.13. Istud autem confirmatur ex nomine ipsius, quia vocatur Addo. Et Iosephus 8. Antiq. dicit ꝙ vocatur Iadã ille qui hoc fecit: & idem nomen est Addo, & Iadam, quia cùm Iosephus vellet nomina Habręorum propria trãsferre aliqualiter in formam Latinam, rarò permittit ea in suis literis sicut sunt in Hebręo: & sicut sunt apud nos, sed mutat ea in aliã formam: vt patet quia Abigail vxor Dauid vocatur apud eum Abigea, & Berzelei, de quo 2.Reg.17.& 19. vocatur apud eum Berzelbeꝰ: vt patet 7.Antiqui. Et plurima nomina regum, & reginarum, quæ habentur in tertio, & quarto libris Reg. mutantur ab eo quantum ad aliquid lib.8.& 9. antiqui. & sic conuenit modo loquendi suo ꝙ pro Addo poneret Iadam. Secundò confirmatur, quia non legimus tempore hoc alium prophetam, de quo possumus putare ꝙ fuerit missus ad Ieroboam quàm de isto Addo: nã solũ tẽpore Ieroboam, & Roboam legimus prophetas istos. s. Semeia, & Addo, & Ahias: de Ahia manifestum est, ꝙ nõ fuerit ille, quia post mortẽ illius legitur vixisse Ahias, quia de morte illius prophetę hr 3.Reg. 13.& tñ 3.Reg.14. adhuc viuebat Ahias, & ponuntur ibi prophetię eius. De Semeja ẽt nõ apparet ꝙ fuerit, quia ille vixit toto tpe, quo regnauit Roboam: nã scripsit oĩa gesta illius. infra 12.& tñ vixit Roboam rex Iuda plusquã Ieroboam rex Israel: vt patet 3.Reg.14.& 15.& sic non fuit mortuꝰ Semeias tpe Ieroboam. De Addo nõ tãtum apparet, iõ de isto magis suspicari poteramus, ꝙ esset vir Dei, qui missus est ad Ieroboam. Tertiò patet & efficacius: quia dicitur hic, ꝙ gesta Salomonis scripta sunt in visione Addo videntis cõtra Ieroboam: & tñ ille, qui missus est cõtra Ieroboam, vidit cõtra eum, ideſt habuit reuelationes cõtra ipsum, & prẽnũciauit cõtra altare. Ideo vr dicẽdũ, ꝙ ipse est, q missus est a Deo cõtra Ieroboã. Dicẽdũ ꝙ nõ est verum, & patet primò, quia iste, qui missus est cõtra Ieroboam mortuus est in principio regni Ieroboam. Et tamen iste Addo propheta mortuus est post mortem Ieroboã. Patet hoc, quia iste propheta, qui missus est ad Ieroboã mortuus est illa die, qua venit ad Ieroboã: nam iusserat ei Deus, ꝙ nõ comederet, nec biberet in loco ipso, & suasione cuiusdam mali prophetæ comedit ibi, & cũ egrederetˉ de vrbe inuenit eum leo in via, & occidit ipsum. 3.Reg. 13. & sic fuit eadem die, qua missus est ad Ieroboã. Nã cũ diuisum esset regnum Israel in duas partes, & factus esset Ieroboam rex super decem tribꝰ, esseturq; cõsuetudo, & lex apud Israelitas, ꝙ ter in anno venirent in sanctuarium, erat etiam sanctuarium in Ierusalem, quæ erat de regno Roboam filii Salomonis. Putauit ergo Ieroboam ꝙ si permitteret populũ regni suiascendere in Ierusalem ter in anno, Roboã, in cuius terra tunc manerẽt, alliceret eos, vt redirent ad ipsum, ita vt esset ipse rex super totum Israel, sicut fuerat Salomon pater suus, & Dauid auus suus: & sic periret ipse. Ideo excogitauit facere duos vitulos aureos, quorum vnũ posuit in Dan, & alterum in Bethel, & quòd illuc conueniret populus ad solennitatẽ, & nõ ascenderet in Ierusalem, & sic factum est hoc primo anno regni Ieroboã antequã veniret aliqđ de illis tribus festis, in quibus Israelitæ tenebanˉ ascendere in sanctuariũ, ut nũquã ascenderent illuc. Nam si prima vice ascẽderẽt: tunc timeret Ioroboã, ꝙ cõuerteret Roboam ad se Israelitas: & tñ die prima, qua alta ria facta dedicata sunt, venit ille propheta dñi ad Ieroboã: vt patet 3.Reg.13.& tñ ipsa die mortuus est: vt patet eo. ca. ergo in principio regni Ieroboã mortuꝰ est ille propheta, qui cõtra eum venit: & tñ propheta Addo maiori tẽpore vixit q̃ Ieroboam. Quod patet, quia Addo propheta scripsit totam istoriam Roboã filij Salomonis, vt patet inf. 12. s. Opera vero Roboã prima, & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis diligenter exposita: Et sic maiori tẽpore vixit Addo quã Roboam filius Salomonis, & tñ Roboã vixit plusquã Ieroboam: ergo Addo vixit plusquã Ieroboam: paret hoc, quia Roboã filius Salomonis, & Ieroboam filius Nabath ceperunt regere eadẽ die. s. facta diuisione regni cõstitutus est Roboã super duas tribus, & Ieroboã super decẽ, & tñ Roboam vixit in regno annis pluribus quã Ieroboã: ergo Addo vixit plusquam Ieroboam. Dicendũ, ꝙ ista prolatio quorũdam falsum præsupponit: nã Ieroboã vixit plus in regno, q̃ Roboã, quia Roboam regnauit annis decem, & septẽ inf. 12.& Ieroboã regnauit annis viginti duobꝰ: vt patet 3.Reg. 14. & tñ manet adhuc probõ, quia Addo vixit plusquam Roboã, cũ scripserit eius historiam, & tamen Roboã vixit vsq; ad annũ decimũ septimũ Ieroboam, quia decẽ, & septẽ annis ambo simul regna-

Universidad de Deusto
Biblioteca



regnauerũt: ergo nõ potuit mori Addo vsq; ad annum decimũ octauum Ieroboã, et tamen iste ꝓpheta, qui venit ad Ieroboam prænunciando ꝓtra altare, mortuus est in primo anno regni sui in principio, vt probatũ est supra: ergo nõ fuit iste Addo, qui missus ẽ cõtra Ieroboã. Secũdò patet, quia nõ solũ Addo propheta vixit toto tpe Roboã: sed ẽt vixit toto tempore Abiæ filij eius regis Iuda: nam scripsit omnia gesta Abiæ: vt patet inf. 13. ſ. Reliqua sermonũ Abiæ scripta sunt diligentissime in libro prophetæ Addo: & tamẽ regnauit Abia trib⁹ annis post Roboam patrẽ suum, ergo ẽt illo tẽpore viuebat Addo, & nõ potuit ipse esse, qui missus est cõtra Ieroboam. Ad rõnem primam in ꝓtrarium dicendũ, ꝙ licèt sæpe Iosephus mutet aliquid in noĩbus Hebraicis, tñ hic nõ mutauit in nomẽ, sed vere vocabatur ille propheta, qui missus est ad Ieroboã Iadã sicut ipse noĩat, & nõ Addo: cũ cõtrarium appareat in scriptura, dato ꝙ ille diceret eum vocari Addo nõ esset standũ ei ꝓtra probationẽ sumptã ex sacra scrip. Ad secundũ dicẽdum, ꝙ falsum præsupponitur, quia poti⁹ de quolibet alio istorũ trium posset dici ꝙ fuerit ille, qui missus est ad Ieroboã quã de Addo, eo ꝙ Addo fuit posterior illis, qđ patet ex ordine: nã scriptura noĩat illos eo ordine, quo ſm tẽpus se habent, Nathan, Ahias, Addo, & sic Nathan fuit prior: quod satis patet: quia Nathã fuit cõtemporaneus Dauid, & scripsit historiã eius: vt patet p̃ce. li. 29. c. & fuit cõtemporaneus Salomonis, & scripsit Historiã eius: vt patet hic. Ahias ãt fuit cõtemporaneus Salomonis, sed nõ Dauid. Vnde nõ ponit inter historiographos eius. p̃c. li. 29. c. ita ergo de Addo, qui ponit vltim⁹ inter istos, dicetur, ꝙ fuit vltimus tpe. Item patet hoc, quia iste post oẽs hos reperitur scripsisse aliquas historias: nam Nathan scripsit historiã Salomonis, sed nõ Roboam: sic ẽt fecit Abias: & tñ Addo scripsit historiã Roboã, inf. 12. Itẽ scripsit historiam Abiæ Addo, & null⁹ istorum scripsit, ergo ipse post oẽs hos fuit: de eo igit minus põt dici, ꝙ fuerit ille, qui missus est ad Ieroboam quàm de aliis duobus. Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ nõ stat, quia visio cõtra Ieroboam dr̃ prophetia quæcunq; denunciãs malũ cõtra Ieroboã, iste tñ, q missus est cõtra Ieroboã nihil prenũciauit ꝓtra ipsũ, sed cõtra altare Bethel, et ꝓtra sacerdotes dicẽs, ꝙ cremarent̃ ossa sacerdotum super altare 3. Reg. 13. iõ non vocabitur illa visio cõtra Ieroboam: iõ nõ ex illo colligitur, ꝙ Addo, qui habuit visionẽ contra Ieroboam fuerit ille propheta, & occisus est à Leone. Nam si attendatur ad hoc poti⁹ deberet dici, ꝙ Ahias Silonites fuerit ille, qui à leone occisus est, quia ipse vidit cõtra Ieroboam. ſ. denunciauit oĩa mala ei futura. ſ. ꝙ filius eius, de quo quærebatur moreretur, & ꝙ ille solus sepelirerur de stirpe Ieroboam: alij aũt lacerarentur à canibus, & volucribus, & ꝙ propter eũ Deus euelleret Israelitas de terra sua 3. Reg. 14. Et tñ nõ fuit Ahias, qui à Leone occisus est, quia ille multo post vixit, vt supra probatum est, ergo nec Addo fuit ille, sed alius propheta nomine ladam, vt ait Iosephus 8. Antiquita. de quo nõ reperitur aliquid in scriptura.

*Qui sint libri Nathan, & Ahiæ, & Addo.*
*Quæst. XXV.*

QVAERITVR vlterius, qui sunt isti libri Nathan, Ahiç, & Addo, qui allegantur hic. Respõdent Nicolaus, & alij quòd non habentur in sacra scriptura, & hoc manifestum est, quia de omnibus libris, qui sunt in sacra scriptura scimus, qui sunt, & tamen de istis libris nescimus, qui sint. Item patet hoc magis, quia isti libri continent latissimè historiam Salomonis cùm hic fiat remissio ad illos, sed non sunt in sacro canone aliqui libri, qui continent illam historiã potissimè tres libri distincti. Ideo dicendum, ꝙ nõ habẽtur in sacro canone. Sed tunc quereꝛur quare non habentur isti libri canone sacræ scripturæ. Quidam dicunt, ꝙ nõ sunt libri tantæ auctoritatis, vt in sacro canone locari mereant̃: quia sacra scrip. tota quę in auctoritate hr̃ ꝓpheticè scripta est: vt patet 2. Petri 1. & tñ isti libri nõ sunt scripti propheticè: iõ nõ debẽt poni in canone. Dicendũ, ꝙ nõ stat, qa manifestũ ẽ, ꝙ isti tres. ſ. Nathã, Ahias, & Addo sunt ꝓphetæ: qa sic vocant̃ in litera. Etiam aliquę reuelationes factę per Nathan reperiuntur in sacra scrip. vt patet 2. Reg. 7. & 12. & præc. lib. 17. aliquę ẽt reuelationes Ahiæ: vt patet 3. Reg. xj. & 14. iõ libri sui prophetales sunt, & ex hac parte poni possunt inter libros sacræ scripturæ, quia qñ cõbustũ est templũ dñi per Chaldæos, & libri legis exusti sunt, isti pariter perierunt: & postea Esdras illos non rescripsit, sicut rescripsit alios libros sacræ scrip. iõ nõ ponuntur in canone Bibliæ. Dicendũ tñ ꝙ non est verũ, ex hac causa nõ sint in canone: & peccat ista rõ in duobus. Primò, quia ponit, ꝙ isti libri combusti fuerunt cum cęteris libris legis. Secundò, quia dato ꝙ cõbusti fuissent, non esset ista causa, quare non ponerentur in sacro canone. De principio patet, nã cõis opinio est, ꝙ isti libri combusti fuerint cũ aliis libris legis, sicut & nos aliorũ referentes opinionẽ interdũ dicim⁹: & tamen non videt verum, quia Esdras scribens istas historias remittit pro residuis ad illos libros, qui nominantur hic: & Esdras scripsit librũ istum in reditu de Babylone: qđ patet, quia inf. vlti. ponitur, qũo rex Cyrus ꝓpletis septuaginta annis Babylonicę captiuitatis prædicauit Iudæis, ꝙ redirent: ergo necesse est, ꝙ tunc supereẽssent isti libri, quos allegat, qa Esdras allegat eos ad hoc ꝙ qui voluerit residua, quæ non habentur hic legere, possit illos libros requirere, & ibi videre. Si ãt illi libri tunc non supereẽssent, frustratoriũ, & ridiculũ erat eos allegari hic, quia ad nihil proficiebat, sed potius videbatur occasio mẽtiendi, allegando quod non est: sicut in eo, qui allegat in testẽ eum, qui procul est, vt nõ possit haberi ad cõuincendum mendaciũ eius. Supererant ergo tunc isti libri: & tamen non transcripserat eos Esdras: ergo non fuerant cremati. Nec est cõueniens color, ꝙ omnes isti libri cremati fuerint, quia templum crematum est: quia nõ erant ibi omnes isti libri. Nam isti erant libri historici, & potius videtur, ꝙ tenerent eos Israelitæ in domibus suis ad iucunditatem, & ad sciendum gesta temporũ: sicut nos habem⁹ historias temporum penes nos. Idẽ patet eriã ex libris Regum. Nam liber Regũ scriptus est post captiuitatẽ Babylonis, quia 4. Reg. 25. ponũtur aliqua, quæ acciderunt multis annis post translationẽ Iudæorum in Babylonẽ, & in illo libro allegantur isti libri. ſ. liber verborum dierũ regum Iuda, & Israel: ergo ẽt illi supererant, & non fuerant cõbusti per Chaldæos. De libris ẽt sacrę scrip. ſ. de libris Moysi, & Iosue, Iudicum, Ruth, & de libris propheturum quorundam, qui fuerunt ante captiuitatem Babylonis, dicendum ꝙ non fuerant oẽs cõbusti, sed soli illi, qui erant in templo, qui cũ tẽplo conflagrarunt: multi ãt manserunt in domibus priuatarum personarum: quare ẽt illos Esdras reparauit, cũ possent haberi aliunde, dicetur vltima qõne huius cap. non est ergo verum ꝙ perierant isti, & ꝙ nõ restaurauit eos Esdras: Secundum est, quia dato, quòd exusti fuissent oẽs hi libri, non esset ista causa quare non positi fuerint in canone sacrę scripturæ: quia istud etiam dicitur de omnibus aliis libris, qui sunt in canone, scilicet quòd combusti fuerunt, & quòd restaurati fuerint per Esdram: Sicut ergo illi restaurati sunt, ita potuissent restaurari omnes quotquot ꝯbusti fuerant, nisi aliud obstaret.

Alia



Alia ergo fuit causa. Dicendum ergo, quòd non fuerunt combusti illi libri, sed supererant tempore reditus de Babylone. Esdras tamen, qui composuit, ideſt, congregauit totum corpus canonis, & ordinauit totũ statum veteris testamenti, post reditum de Babylone collegit libros quosdam, & posuit in templo, vt ibi haberentur semper in custodia, & semper venerarentur, & non reciperẽtur alij libri in eorum cõsortium, & illi libri vocati sunt Canon Sacræ Scripturæ. Hoc autem tangit aliquo modo August. 14. de Ciuit. Dei: & sic manserunt semper illi libri, & illi sunt, qui apud nos nunc canonem veteris testamenti efficiunt: istos autem libros, qui nominantur hic, & ad quos remittit Esdras noluit ipse ponere inter alios, ideo nec apud nos habentur in Canone. Et quia partæ auctoritatis erant, cùm non posuerit illos Esdras in secreto templi, sed reliquerit eos populo tanquam historias ad solatium, & curiositatem legendos, non curauerunt postea vulgares illos transcribere, vel non fuerunt multiplicati illi codices, vel non fuerunt cum diligentia obseruati, ita vt hodie non solùm in Canone Sacræ Scripturæ, sed nec etiam apud vulgares historias reperiantur.

*Quare non adiuncti sunt Canoni Sacræ Scripturæ.*
*Quæstio VIII.*

QVAERITVR circa hoc, cùm isti libri super essent tempore Esdræ, & sine aliquo labore potuisset ipse illos adiungere Canoni Sacrę Scripturę, quare non adiunxit. Respondent quidam, quòd hoc fuit, quia illa, quæ ponuntur in Canone Sacræ Scripturæ, debent continere veritatem solidam: & tamen in historijs istorum librorum, non erat veritas tam solida: ideo non ponuntur in Sacro Canone. Sed dicẽdum, quòd hoc non stat, qa isti erant prophetæ, & scirent, an verum erat id, quod scribebant, & nullum falsum scriberent. Sed dicendum, quòd non debuerunt ista esse in canone, quia ea, quæ sunt in Sacra Scriptura sunt ad aliquas iustructiones morales, iuxta illud 2. ad Tim. 3. ſ. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiẽdum, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus: ista tamen, quæ scripserunt isti prophetæ de historijs Salomonis tam curiosè, non erant ad moralem instructionem, sicut & Gad Propheta, quando scripsit historiam Dauid, scripsit etiam omnia historica, quę pertinebant ad omnes gentes, quæ erant in orbe tempore Dauid, vt patet præced. lib. cap. vlt. ideo non oportuit ista poni in Sacro Canone. Si obijciatur, quòd in libris multis Sacræ Scripturæ continentur historiæ, sicut in libris Regum, Iosue, & Iudicum, & in alijs. Dicendum, quòd historiæ Sacræ Scripturæ fuerunt scriptæ, quia in eis apparebant manifesta opera Dei, scilicet: quomodo Deus manifestè, & miraculosè adiuuabat quosdam, & destruebat alios: etiam continentur documenta multa moralia. In historijs autem gẽtium, quas scripsit Gad, non erant aliqua talia: ideo non debuerunt poni in canone, licèt essent scripta à prophetis: nam Deus non faciebat mirabilia in operibus Gẽtium: quia non erant populus suus, sicut Israelitæ: ideo licèt in Gentium historijs multa magnifica gesta reperiantur, in eis tamẽ nullum miraculum est, & sic licèt multæ pulchræ historiæ reperiantur inter Gentes, nullam earum decuit poni in Sacro Canone. Ita dicendum videtur de historijs Salomonis, quas scripserunt isti, quòd cùm illa historia esset alicuius regis, qui erat de populo Dei, decebat eam poni in Sacro Canone, quia tamen posita est locando libros Regum in Canone, & hunc librum Paralipomenon, non decuit superaddi alijs, quia id in quo superabundabãt libri illi ad librum istum, magis pertineret ad curiositatẽ quandam, quàm ad morum instructionem, volendo describere per singula actus Salomonis. Sic enim fuit de libris quibusdam, quos Salomon scripsit, scilicet: parabolas, & carmina, & disputationes de omnibus arboribus, & animalibus. Nam ista potius erant ostentantia magnitudinem ingenij, quàm vtilia, potissimè carmina Salomonis idem disputationibus suis, quia pertinebant ad philosophiam naturalẽ, quę directè ad mores non prodest. Vnde non conuenit ei illud dictum Apostoli. ſ. omnis scriptura, vel doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad arguendum, ad docẽdum, corripiendum, erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, ideo non debuerunt ista poni in Sacro Canone: quia potius prophetia obest quibusdam ad fallendum eos in fide, quàm proficiat ad directionem fidei, & operationes, sicut patet ad Colo. 2. ſ. Videre, nè quis vos seducat per prophetiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum secundùm elemẽta mundi, & non secundùm Christum. Item dato, quòd ad complementum historiæ Salomonis aliquis liber istorũ scribendus foret, tamen non scribendi erant omnes, quia quilibet eorum sufficienter continebat omnia gesta Salomonis, & ponendo omnes tres in Canone Sacræ Scripturæ, essent duo superflui: & quòd magis est istę duæ recollectiones, scilicet, quæ habentur hic, & in libro Regum essent superflua. Et tamen istæ factę sunt summatim ad continendũ omnia gesta Salomonis, q̃ erant necessaria in Sacra Scriptura, ideo non debuit poni aliquis liber istorum triũ in Canone Sacræ Scripturæ: & ita dicendum est de omnibus alijs libris, ad quos fit remissio in libro isto, & in libro regum, quòd nullus eorum debuit poni in Canone Sacrę Scripturę.

*Quare Esdras reparauit libros illos.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, cùm supra dictum sit, quòd non fuerant omnes libri Sacræ Scripturæ exusti per Chaldæos, quare Esdras reparauit omnes illos, quia potius debuisset extantes cõgregare, quàm de nouo efficere. Dicendum, quòd aduenientibus Chaldæis contra Ierusalem crematum est templum Domini, & perierunt omnes libri, qui ibi erant: tunc autem erant in templo domini illi, qui pertinebant ad Canonem Sacrę Scripturæ, erantque diligenter obseruati: Apud personas priuatas erant multi libri de istis, sed non erant cum tanta diligentia scripti: ideo aliquando erant diminuti, aut superfluum aliquid habẽtes, & aliqui errores alterationis in eis erant, quod in minuebat auctoritatem Sacræ Scripturę: Esdras autem rediens de captiuitate Babylonica voluit reintegrare Canonem Sacræ Sripturæ, & non decuit, quòd assumeret libros personarum priuatarum, qui cùm non essent diligenter scripti, poterant habere multos errores. In Sacra tamen Scriptura nullus error debet concedi, quia concesso vno errore, conceduntur & mille, vel dubitabitur de tota Scriptura. Sic ait Augustinus, & habetur in Decretis distinctione nona capitulo: si ad Sacras. Non debuerunt ergo illi libri poni in templo, vt essent Canon Sacræ Scripturæ, nec ex eis debuit transumi aliquid quod esset Canon: & ob hoc decuit, quòd sicut à principio omnes libri Sacræ Scripturæ fuerant scripti à Prophetis, & ob hoc non poterant continere aliquem errorem: ita & nunc scriberentur nouiter ab alio Propheta, ita vt non posset in eis falsitas esse, & tunc illi sic scripti seruarẽtur in secreto tẽpli: ita vt nullus error posset in eis accidere:

Quòd autem ad hoc attenderetur, patet, quia quando aliquis cõstituebatur nouiter in regem, iubebat Deus, quod acciperet Deuteronomium, & legeret in eo omni tempore vitæ suæ, & iubebatur, quòd acciperet exemplar à sacerdotibus Leuitici generis, siue ab ipsis Leuitis. Deuteronomij decimoseptimo. in quo innuitur, quòd Deuteronomius etiam apud alios reperiretur scriptus: & tamen, vt verè daretur exemplar eius, debebat peti à Leuitis, quia Leuitæ tenebant illum Deuteronomium, quem Moyses manu sua scripserat. Nam lecto illo coram populo iussit eum poni in latere arcæ. Deuteronomij trigesimoprimo. & inde traheretur, quando opus esset ad dandum exemplum regibus, & non poterat inde transumi aliquis error. Ita ergo tunc: si enim ad describendum Deuteronomium regis, qui tamen non erat Canon Sacræ Scripturæ, tanta diligentia veritatis requirebatur, quãto magis requireretur ad scribendum libros, qui futuri essent Canon Sacræ Scripturæ, & ponendi in abdito templi? Non ergo debuit Esdras congregare pro Canone Libros de illis, qui semper fuerant, sed nouiter propheticè scribi debebant: & ob hoc Deus dedit propheticum spiritum Esdræ ad restaurandum omnes libros legis, qui ante captiuitatem Babylonis scripti erant.

## CAPITVLVM X.



Rofectus est autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eum regem. Quod cùm audisset Ieroboam filius Nabath, qui erat in Aegypto: fugerat quippè illuc ante Salomonem, statim reuersus est. Vocaueruntque eum, & venit cum vniuerso Israel: & locuti sunt ad Roboam, dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi.

*Profectus.* Dicto in præcedẽti de regno Dauid hic agitur de eiusdem regno diuiso: nam toto tempore præcedenti, scilicet, Salomonis, & Dauid patris sui regnum Israel erat vnicum, & omnes duodecim tribus obediebant eidem. Nunc verò tempore Roboam, & post eum fuit regnum diuisum in duo, scilicet, in regnum Iuda, & Israel: & diuiditur liber iste in tot partes, quot fuerunt reges principales, de quibus in eo tractatur, & sunt quindecim, vel decem & sex. Prima est de Roboam filio Salomonis vsque ad finem decimisecundi capituli. Secunda est de Abia filio Roboam, infra decimotertio. Tertia de Assa filio Abię, infra decimoquarto. Quarta de Iosaphat filio Asa, infra decimoseptimo. Quinta de Ioram filio Iosaphat, infra vigesimoprimo. Sexta de Ochozia filio Ioram, infra vigesimosecundo. Septima de Ioas filio Ochozię, infra 23. Octaua de Amasia filio Ioias, infra vigesimoquinto. Nona de Ozia filio Amasię, infra vigesimosexto. Decima de Ioatham filio Ozię, infra 27. Vndecima de Achaz filio Ioatham, infra vigesimooctauo. Duodecima de Ezechia filio Achaz, infra 29. Decimatertia de Manasse, & Ammon duobus regibus, scilicet, filio, & nepote Ezechiæ, infra trigesimotertio. Decimaquarta de Iosia filio Amon, infra trigesimoquarto. Decimaquinta de filijs eius regnãtibus, & nepote vno, infra trigesimosexto. Prima in duas, quòd cùm agatur de regno Roboam, in cuius tempore regnum diuisum est, primò ponitur regni diuisio. Secundò diuisionis confirmatio, sequẽti capitulo. Prima in duas, quia primò ponitur diuisionis occasio. Secũdò ponitur ipsa diuisio ibi. *Respondit̃q; rex.*

*An continuate, & immediatè ista facta sunt.*
*Quæstio I.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, fuerint facta post præcedentia, vel est ordo mutatus, & an ea, quæ habentur hic, fuerint facta immediatè post præcedentia, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus. Nam supra actum est de regno Salomonis, hic autem incipit historia de regno Roboam filij eius: manifestum est autem, quòd ista fuerint post præcedentia, quia ita est ordo naturæ. Ad secundum dicendum, quòd inter ista & præcedentia non fuit tempus aliquod intermedium, sed est continuatum tempus: quia illico, vt mortuus est Salomon, cõuenit populus ad accipiendum filium eius Roboam in regem, nè aliquando vacaret sedes regni: & tamen præcedenti capitulo agitur de morte Salomonis: & hic de congregatione populi ad constituendum Roboam in regem: ergo fuerunt ista immediatè post illa. Circa primum dicitur. *Profectus est autem Roboam in Sichem.* Est Sichem ciuitas in sorte Ephraim, vt probatur Gen. 48. scilicet, quia dedit illam vrbem specialiter Iacob filio suo Ioseph, & prouenire debebat alicui de filijs suis, scilicet, Manasse, vel Ephraim, & prouenit tribui Ephraim: in hac ciuitate sepulta fuerunt ossa Ioseph, quæ translata sunt de Aegypto: Iosue trigesimoquarto: ista fuit vna de ciuitatibus refugij, quæ erant sex, & ista erat vna de tribus, quę erant ad Occidentem Iordanis in sorte Ephraim: Iosue vigesimo. Fuit etiam data ista ciuitas sacerdotibus ad habitandum: Iosue vigesimosecundo, de ciuitatibus quadragintaocto, quas Israelitæ eis daturi erant. Numeri trigesimoquinto. quare autem ad istam ciuitatem venerit nunc Roboam, dicetur infra in quadam quæstione. *Illuc enim cunctus Israel conuenerat.* Vocatur totus Israel omnes duodecim tribus: quia tunc nondum erat facta diuisio regni Iuda, & Israel: ita vt decem tribus vocarentur Israel, & duæ tribus vocarẽtur regnum Iuda: & non est intelligendum, quòd conuenisset totus Israel, ita quòd nemo maneret in toto regno, qui illuc non conuenisset, sed principales de Israel, scilicet, seniores, & viri potentes conuenerunt, vel quælibet ciuitates, & loca mittebant procuratores suos ad constitutionem regis, & quia illi repsentabant personam omnium aliorum, dicebatur totus Israel cõuenisse. *Vt constituerent eum in regem.* s. Roboam filium Salomonis. Nam fit relatio ad Roboam, de quo dicit in fine præced. cap. q̃ mortuo Salomone regnauit pro eo filius eius Roboam, & dr, vt constituerent eum in regem. i. vt vngerent. Nam regibus fiebãt cęremonię quædam vnctionis, de quibus declaratum est. 3. Re. 1. & obseruatæ sunt illæ in Salomone, vt patet ibi in quadam quæstione: & non veniebat populus ad eligendum Roboam in regem, quia certum erat, quod ipse futurus erat rex, cùm nulli alij competeret ius regnandi, cùm Roboam solus esset filius Salomonis. Non enim legitur alios habuisse filios: sed legitur habuisse duas filias, quas dedit in vxores duobus præpositis suis, vt patet. tertio Regum quarto, vel dicitur ad constituendum eum in regem, ita quòd accipiatur propriè constituere, scilicet: facere eum regem, vel recipere eum in regem. Nam dato, quòd de iure competeret regnum ipsi Roboam, tamen nõdum erat rex, quousq; viri de regno susciperent eũ, & obedirent ei, & per illam receptionem erat in possessione, vel quasi possessione regni, & sic dato, quòd non vngeretur, po erat constitui in regem. Sed dicendum, quòd verè constitutio in regem non erat aliud, nisi vnctio: nam postquam completæ essent cęremoniæ vnctionis, clamabant omnes: Viuat rex, vt patet tertio Regum 1. & infra 23. Et ista vnctio erat primum, quod fiebat in rege, & per quod manifestabatur, quòd erat rex: non enim erat sic in rege vnctio, sicut in Episcopis nostris consecratio. Nam Episcopus per hoc, quòd est confirmatus, est Episcopus etiam si non sit consecratus, tenetur tñ de iure petere munus consecrationis infra certum tempus à iure statutum: secus in regibus veteris testamenti, quia vnctio efficiebat eos reges. Nam licet prius competeret eis ius ad regnandum, tñ non-dum erant reges. Sicut cùm Episcopus est rite electꝰ, competit ei ius ad esse Episcopum: & tamen non est Episcopus, quousque confirmetur. Et patet hoc, quia cũ Adonias voluit regnare, viuente Dauid fecit se ũgi in regem. 3. Reg. 1. cap. etiam cũ Dauid vellet, q̃ Salomon regnaret, & nõ Adonias, ante omnia alia fecit eũ ipsa die vngi in regem: eodem capitulo, & non legitur aliquid factũ ante illam vnctionem, ergo vnctio erat p quam quis efficiebatur rex. Item patet magis infra trigesimotertio capitulo, de Ioas, qui erat absconditus in templo timore Athaliæ Reginæ, & quando voluit Ioiada summꝰ sacerdos efficere eum regem, eduxit de loco secreto templi, & vnxit eum coram toto populo. Et dicitur ibi, quòd constituerunt eum regem, & sic apparet, quòd nulla alia cœremonia erat in constituendo regem, nisi, vt vngeretur, qui futurus erat rex.

*Quod cum audisset Ieroboã filius Nabath, qui erat in Aegypto.* Iste Ieroboam filius Nabath erat seruus Salomonis, & viuente eo fugerat eum in Aegyptum propter timorem, & mansit ibi vsque ad mortem Salomonis: audita autem Salomonis morte, nullum timens redijt in Iudęam: de causa fugæ istius, & de causa aduentus dicetur infra in quadam quæstione. Vocatur filius Nabath, quandocunque de eo fit sermo ad differentiam aliorum, qui vocabantur isto nomine, & potissimè ad differentiam cuiusdam alterius regis Israel, qui vocatus est Ieroboam, eratque vir nobilis, & existens potestate, ita vt vocaretur Saluator Israel. 4. Regum decimoquarto. *Fugerat̃q; illuc ante Salomonem.* Idest: fugerat in Aegyptum ante Salomonem, idest, non audens stare ante faciem Salomonis propter causam, quæ infra exprimetur. *Statimq; reuersus.* scilicet, statim, vt audiuit mortem Salomonis, quia eum nullum timebat, vel, quia putabat aliquod emolumentum consequi de aduentu repentino, vt dicetur infra in quadam quæstione. *Vocaueruntq; eum.* scilicet, quando venerunt Israelitæ in Sichem ad cõstituendum regem ipsum Roboam, vocauerunt Ieroboam, vt veniret cum eis. Ex hoc apparet, quòd non illico, idest, eadem die, qua mortuus est Salomõ, sed sequenti die venit populus in Sichem ad constituendum Roboam in regem, sed fuit aliquod modicum tempus, quod patet: quia potuit audire Ieroboã in Aegypto existens mortem Salomonis, & venire in terram Israel antequam congregarentur Israelitæ ad constituendum Roboam in regem, & hoc fortè fit, quia secundum de iure est in electionibus Episcoporum, quòd





A mortuo Episcopo non conueniunt canonici ad electionem, nisi corpore tradito sepulturæ, & factis exequijs funeralibus, quæ de more fiunt, & tunc conueniunt. Ita cùm mortuus esset Salomon, totus populus fortè conuenit ad sepeliendum eum honorificè, & completis funeralibus conuenerunt in Sichem ad istam constitutionem regis faciendam, & sic interim potuit Ieroboam venire de Aegypto, & præsens esse tempore constitutionis regis, qua fieri debebat, quare autem Israelitæ vocauerunt Ieroboam, vt veniret ad electionem istam, dicetur infra in quadam quęstione. *Et venit cum vniuerso Israel.* Scilicet, in locum Sichem vbi fieri debebat constitutio regis. *Et locuti sunt ad Roboam dicentes.* Antequam constituerent eum in regem, petiuerunt ab eo conditiones de modo regnandi, quæ sequuntur. *Pater tuus durissimo iugo nos oppressit.* Petebant aliquam alleuiationem à tributis, quæ imposuerat Salomon: nam Salomon imposuerat grauia tributa, quæ non poterant tolerare Israelitæ: & nunc petiuerunt, quòd auferret illa leuando, vel alleuiando aliquid de illis, vt efficerentur portabiliora. Quare petiuerunt hoc, & quare non petiuerunt tempore Salomonis, infra dicetur in quadam quæstione. *Tu leuiora impera patre tuo.* Ista leuiora non erant, nisi in tributo, quod petebant alleuiari, quia Salomon nõ grauauerat in alio Israelitas, nisi in tributis: nam laboribus bellicis nunquam eos afflixit, cùm non fuerint tempore suo bella. *Qui nobis grauem imposuit seruitutem.* Scilicet, tanta tributorum magnitudine nos premebat, quòd non videbantur soluere tributa, vt subditi regi suo, sed, vt serui domino suo, quia seruus quidqd habet dat domino cùm nihil sibi acquirat, sed per eũ domino acquiritur. *Et paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi.* Scilicet, non petimus, quòd auferas omnia onera tributorum, quæ pater tuus nobis imposuit, quia istud esset iniustum cùm tributa aliqua regi danda sint: sed minue aliquid de illis, qa pater tuus grauia illa effecerat, & dicitur, seruiemus tibi, scilicet, seruiemus grato animo, tanquam à te in nullo offensi, quia aliàs non possemus te equo animo aspicere: vel dicitur, seruiemus tibi, idest: si tollis paululum de onere isto, seruiemus tibi, & aliter non seruiemus, sicut factum fuit postea.

*Quare populus conuenit ad constituendum regem.*
*Quæstio II.*

QVAERITVR vlterius, quare populus conuenit ad constituendum regem in Sichem: videtur enim, quòd non debebat illuc conuenire, sed potius in Ierusalem, quia congregationes istę fieri debebant in loco honorabiliori regni. Iste autem locus erat Ierusalem propter multa. Primò, quia erat sedes regni, nam omnes reges de stirpe Dauid dicebantur regnare in Ierusalem, sicut patet de Dauid. secundo Regum quinto, & de Salomone in multis locis. Secundò, quia erat ibi templum domini, & propter reuerentiam loci sancti fieret ibi honorabilius, & fortè fieret in templo, sicut rex Ioas in templo vnctus est in regem. quarto Regum vndecimo, & infra 23. cap. quia locus iste in se erat excellentior, & cęteris paribus melior erat, quã quilibet locus de toto Israel: ideo iste actus, & congregatio honorabilis ibi fieri debebat. Vel deberet fieri in Hebrom: & hoc propter multa. Primò, quia ibi fuerat sedes regni: nam Dauid, de cuius progenie erant isti, qui regnabant nunc, regnauit in Hebrom septẽ annis, & dimidio. s. erat ibi sedes regni, & dicebatur regnare in Hebrom. secundo Regum quinto, & nũquam fuit sedes regni in Sichẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secundò, quia Hebrom erat famosior ciuitas in tota tribu Iudę: erāt.n.nunc reges Israel de tribu Iuda,& ob hoc tribus Iuda erat excellentior, & semper tenuerat principatū inter alias: Nā cū in ciuitate alicuius tribus constitutio fieri deberet, non videtur, quòd in aliquo loco fieri deberet, nisi in vrbibus Iuda, & ꝙ inter illas erat excellentior ciuitas Hebrom, ibi potius debuisset fieri vnctio regis. Tertiò, quia ille locus erat honorabilis super omnia loca terræ Israel propter sepulchra patrum, ibi nàmque sepultus est Abraham pater Hebræorum,& Isaac,& Iacob, & tres vxores eorum, scilicet: Sara, Rebecca, Lia. Genesis vigesimonono. Ibi etiam sepulti erant omnes duodecim Patriarchæ filij Iacob à quibus nominatæ sunt tribus Israel præter Ioseph,qui sepultus erat in Sichem,vt quidam volunt: sed saltem erant ibi tres primi Patriarchæ cum vxoribus suis: in multis alijs excellebat Hebrom ad Sichem: ideo potius debuisset fieri congregatio ista in Hebrom, quàm in Sichem. Nicolaus dicit, quòd fuit facta congregatio ista in loco isto, quia erat locus in medio regni, & poterant illuc facilius congregari Israelitæ, quàm ad alium locum ex omnibus partibus regni:aliam rationem dat, quia in Sichem fuit vnctus in regem primus rex Israel, scilicet: Abimelech filius Gedeonis. Iudicū nono. Sed istæ rationes non stant. De prima patet,quia non stat Sichem in medio regni Israel, sed magis declinat ad meridiem, quàm ad septentrionem, eo quòd est in terra sortis Ephraim.Iosue vigesimo: & tamen sors Ephraim est apud sortem Beniamin, & postea erat sors Iudæ, & istæ duæ erant solùm meridianæ ad sortem Ephraim, & omnes aliæ sortes erant Aquilonares ei,& sic magis erat Meridiana, quàm Aquilonaris. Ad secundam rationem dicendum, quòd non stat: quia non meretur Sichem aliquem honorem propter Abimelech, qui ibi constitutus est rex. Nam vsurpauit sibi regnum per fraudes, & impietatem, & intrusionem. Et non successerunt post eum immediatè reges: sed fuerunt iudices,sicut prius. Vnde scriptura non facit mentionem de eo tanquam de rege, & sic non mouerentur Israelitæ ad eundum illuc, quia ibi fuerat prima coronatio regis. Item si aliquis honor exhiberetur illi loco propter coronationem primi regis,fuisset ibi coronatus quilibet de regibus prioribus præcedentibus Roboam, sed non coronatus fuit ibi aliquis eorum: ideo non propter hoc congregati sunt nunc ibi Israelitæ. Patet hoc de Saule, qui fuit primus rex, quia non fuit coronatus in Sichem,sed in Galgala. primo Regum vndecimo: & iterum coronatus fuit in Maspha, scilicet, cùm primum assumptus est in regem: eodem libro,capitulo vigesimo: Dauid autem coronatus est bis in regem, & vtraque vice in Hebrom. secundo Regum secundo, & quinto. Salomon autem coronatus est in Ierusalem.tertio Regum primo capitulo: ergo non conueniebat populus in Sichem propter coronationem regis primi ibi factam. Aliquis dicet, quòd conuenit populus in Sichem propter honorem Ioseph, cuius ossa sepulta erant in Sichē,quando ducta sunt de Aegypto.Iosue vigesimoquarto. Sed dicendum, quòd non stat, quia propter hoc potius debuisset in Hebrom fieri congregatio ista, cùm ibi essent ossa trium Patriarcharum,scilicet: Abrahæ,Isaac, & Iacob,& vxorum suarum. Genesis vigesimonono. Sed obijcietur, quòd potius debuisset fieri in Sichem, quia non solùm erant ibi ossa Ioseph, sed etiam omnium duodecim Patriarcharum, vt patet Actuum septimo. Dicendum,quòd circa hoc dubium est,cùm quidam asserant illa esse in Hebrom, de quibus est Hieronymus: & tamen tenendo, quod dicit scripturā in superficiæ literæ dicendum, quòd non apparet, quòd sit maioris dignitatis Sichem quàm Hebrom, sed potius è conuersò, quia cùm in Hebrom sint tres Patriarchæ.s. Abraham, Isaac, & Iacob: & isti teneantur in maiori veneratione, quàm duodecim Patriarchæ minores, quia sunt patres illorum,erit locus honorabilior Hebrom. Item si propter honorem Patriarcharum sepultorum in Sichem fieret nunc ista congregatio in Sichem ad coronandum Roboam in regem, ita factum fuisset ad coronationem aliorum regum, sed nullus alius coronatus est ibi, vt supra dictum est. Dicendum ergo,quòd non apparet aliqua causa, quare conuenirent nunc Israelitæ in Sichem, nisi quia sic fortè conuentum erat inter Roboam, & populum,quòd illuc conuenirent. Quare autem magis illuc, quàm ad alium locum conuenire vellent, non est multum attendendum, quia fortè moueri poterant ex aliqua ratione congruitatis secundùm tempus, quæ non multum nos tangit, nec à nobis potest cognosci.

*Quare Ieroboam fugit in Aegyptum.*
*Quæstio III.*

QVAERITVR vlterius, quare Ieroboam fugerat in Aegyptum à facie Salomonis. Respondendum, quòd hoc fuit, quia Salomon voluit tenere Ieroboam, vt occideret eum, & ille timens fugit in Aegyptum. Causa quare Salomon voluit occidere Ieroboam, fuit duplex. Prima fuit, quia viderat Ieroboam insurgentem modicum contra ipsū. Nam Salomon videns Ieroboam virum industrium præposuerat eum tribui Ioseph,& cùm Salomon ædificasset Mello,& coæquasset voraginem eius, doluit Ieroboam, & incepit modicū infestus esse Salomoni. tertio Regum vndecimo. Secundum,& principalius fuit propter relationem Ieroboam audita prophetia Ahiæ Silonitis. Nam cùm Salomon nimis peccasset contra dominum in senectute sua, Deus iratus contra eum voluit diuidere regnum eius, sed propter Dauid non fecit tempore Salomonis, & destinauit illud facere tempore Roboam filij Salomonis. Et ad hoc cùm semel transiret Ieroboam per agrum occurrit ei ex mādato domini Ahias Silonites Propheta,qui erat indutus pallio nouo, & diuisit illud in duodecim partes tradens decem ipsi Ieroboam,& duas sibi reseruās. Et dixit ei,quòd hoc erat signum, quòd Deus diuidere volebat regnum Israel, quòd constabat ex duodecim tribubus,in duo regna,& vnum regnum haberet decem tribus, cederetque ipsi Ieroboam: aliud haberet duas tribus, cederetque ipsi Roboam filio Salomonis. tertio Regum vndecimo: quo accepto à prophetа Ieroboam factus est elatus propter regnum sibi affuturum, & cœpit aliquo modo superbire contra Salomonē. Et non solùm post mortem Salomonis volebat regnum obtinere, sed etiam Salomone viuente illud volebat inuadere, & ad hoc faciebat coniurationes cum aliquibus de progenie sua: quod cùm Salomon cognouisset, voluit eum occidere. Sic ait Iosephus octauo Antiquitatum, scilicet: Elatus itaque Ieroboam sermonibus prophetæ, cùm esset naturā iuuenis fortissimus,& rerum grandium appetitus immensus non quiescebat, sed cùm venisset ad exercitum habens memoriam eorum, quæ ei dixerat Ahias,repente nisus est populo suadere, vt à Salomone recederent, & regnum ei traderent: cognomone recederent, & regnum ei traderent: cognoscens autem Salomon eius voluntatem & dolum, quærebat eum, vt comprehendens velociter interimeret, quod cum cognouisset Ieroboam fugit ad Nabath Aegyptiorum regem.

*Quare*



*Quare reuersus est Ieroboam de Aegypto.*
*Quæstio IIII.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic,quòd Ieroboam reuersus est de Aegypto mox, vt audiuit Salomonis mortem,quare hoc fecit.Dicendum secundùm quosdam,quòd hoc fuit, quia principes Israel miserunt illico,vt mortuus est Salomon in Aegyptum ad vocandum Ieroboā,& ipse venit. Sed de hoc dicetur infra seq. quæst. Alio modo potest dici,quòd factum est propter vnum de duob⁹. Primum est,quia Ieroboam fugerat timore Salomonis in Aegyptum. Nunc autem mortuus erat Salomon, & non erat,quē timēret,& sic reuersus est. Secundum erat,& principalius, scilicet, quia Ieroboam audierat ab Ahia Silonite, quòd mortuo Salomone diuideretur regnum, & prouenirent ei decem tribus,& Roboam filio Salomonis duæ. Et quia nunc mortuo Salomone tempus erat constituendi Roboam in regem, & tunc erat opportunitas ad inueniēdum aliquem modū diuisionis regni venit illico de Aegypto.s.antequam cōstitueretur in regem ipse Roboā,& confirmaretur,quia fortè postea non esset locus ad faciēdum diuisionem regni. Sed dicetur quomodo Ieroboam ausus est redire in terram Israel mortuo Salomone, quia manebat Roboam filius eius, qui nouerat cur fugatus esset Ieroboam à Salomone in Aegyptum, & ille psequeretur eum ad mortem cum rediret in terram Israel. Dicendum,quòd non habebat causam timendi reditū Ieroboam mortuo Salomone,sicut viuēte propter multa. Primò, quia tempore Salomonis sciebat se non posse obtinere principatum aliquem in terra Israel,sed tempore filij eius,quia Ahias propheta dixerat, quod non scinderetur regnum de manu Salomonis, sed de manu filij eius, & contra voluntatem Dei ipse non poterat aliquid obtinere. Mortuo autem Salomone erat tempus, de quo locutus fuerat ei propheta: ideo non timuit reuerti. Secundū erat, quia viuente Salomone erat ipse Salomon in possessione regni, & confirmatus super regnum, & nemo poterat ei resistere,ideo si eo viuente rediret Ieroboam in terram Israel, nemo posset eum eripere de manu Salomonis: ideo non audebat redire. Mortuo autem Salomone, cùm nondum constitutus esset Roboam in regē,non obediebant ei viri de regno,& sic licèt veniret Ieroboam poterant cùm defendere cognati sui, & cōtribules de manu Roboam. Si autem semel confirmaretur Roboam rex super totum Israel: tunc fortè timeret Ieroboam manere in terra Israel,& fugeret in Aegyptum,sicut tempore Salomonis. Tertium erat, quia (vt quidam putant) principes Israel vocauerunt Ieroboam de Aegypto,& isti darent ei bonam spē.s.ꝙ non timeret redire, & ipse illis fretus veniret.

*Quare vocauerunt Ieroboam, & quando.*
*Quæstio V.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic,quòd vocauerunt Ieroboam, quare vocauerūt eum, vel quando. Respondendum, quòd quidam putant, quòd vocatus fuit Ieroboam de Aegypto, scilicet, ꝙ principes miserunt ad vocandum eum mortuo Salomone. Sic dicit Iosephus 8. Antiquit. quòd mortuo Salomone principes repente miserunt in Aegyptum, & euocauerunt inde Ieroboam. Dicendum tamen, quòd ex litera non apparet, quòd principes vocauerūt Ieroboam ex Aegypto. Nam hic dicitur,quòd vocauerunt eum, & intelligitur necessariò de vocatione, quæ fuit ad veniendum in Sichem postquam ipse fuit in terra Israel. Et patet ex litera,cùm dicitur,quòd cū audisset Ieroboam mortuo Salomone statim reuersus est,& sequitur: vocaueruntq; eum,& venit cū vniuerso Israel. Et sic prius ipse venit de Aegypto in terram Israel, quàm vocaretur à principio: ideo dicendum,quòd vocauerunt eum ad veniendum in Sichē, & non apparet,an vocauerint eum, vt veniret de Aegypto,quia tamen scriptura non negat hoc,potest cōcedi cum Iosepho, quòd vocauerint eum principes de Aegypto. Cùm autem quæritur ad quid vocatus fuit Ieroboam à principibus Israel. Dicendum,quòd aut dicimus eum vocatum de Aegypto, vt veniret in terram Israel, aut cùm esset in terra Israel vocatus est, vt veniret ad constitutionem regis in Sichem. Si dicamus eum de Aegypto vocatum: possumus dicere istam vocationem fuisse propter vnum de duobus. Vnum est, quòd Ieroboam fortè fugatus fuerat de regno viuente Salomone inuitis principibus,& nunc Salomone mortuo cùm principes diligerent eum, vocauerunt ipsum, vt rediret in terram suam. Secundū erat, & principalius, quia fortè intendebant eum facere regem. Nam, vt ait Iosephus 8. Antiquitatum. Ieroboam tractabat cum exercitu, quòd à Salomone recederent, & eum regem constituerent: quod cùm cognouisset Salomon voluit tenere Ieroboam, & occidere ipsum, & ille aufugit: ideo nunc principes tenentes intentionem illam quantum tenebant, quando coniurabant cum Ieroboam, vt facerent eum regē vocauerunt ipsum, vt nunc exequerentur, quod conceperant constituendo eum regem. Si autem dicamus,quòd vocauerunt eum, vt veniret cum eis in Sichem: dicendum, quòd vocabant eum, quia ipse erat vnus de principibus Israel, & ad istam congregationem venire debebant viri maximi de regno. Patet hoc,quia tertio Regum dicitur, quòd Ieroboam erat vir fortis,& potens,& quia Salomon vidit eum virum bonę idolis,constituit eū super tributa domus Ioseph, idest,super duas tribus,quę sunt Ephraim,& Manasse, & sunt de domo Ioseph, quia ambo isti principes tribuum erant filij Ioseph. Si autem dicatur, quid istorum erat verisimilius, dicendum, quòd verisimilius est,quòd principes non vocauerint Ieroboam de Aegypto, sed ipse audita morte Salomonis, venerit ex causis assignatis præcedenti quæstione, & cùm esset in terra Israel,congregandiq́ue essent principes, vocauerunt Ieroboam cum cœteris,quia ipse erat vnus de principibus. Et patet hoc, quia si Israelitæ intelligerent constituere Ieroboam in regem, & ad hoc vocassent eum de Aegypto,non tenuissent talem modū circa cōstitutionem Roboam in regem,scilicet,quòd dicerent ei, quòd alleuiaret parum de iugo Salomonis,& seruirent ei. Nam poterat esse, quòd Roboam faceret hoc, vel promitteret hoc facere, & susciperet totum Israel tunc in potestatem suam, & cùm semel confirmaretur super omnes tenendo omnes vrbes, & fortalicia de manu sua,posset facere quod vellet,& nō possent Israelitę rebellare etiam si premeret eos, & sic frustrarentur intentione sua Israelitę,scilicet,quòd nō possent constituere Ieroboam in regem. Ideo dicendum,quòd non intendebant hoc,sed solùm volebant alleuiationem tributorum,& quia non consensit Roboam, acceperunt Ieroboam in regem: & tamen si ante hoc concepissent constituere Ieroboam in regē, non sic processissent:sed vocato Ieroboam constituerent eum in regem nihil petētes à Roboam: imò potius constituerent eum regem cito priusquam Roboam ad hoc attenderet,nè posset impedire constitutionem eius. Sed solùm dicendum, quòd cum redijsset Ieroboam de Aegypto sponte sua,vocauerunt eum principes, vt cum eis veniret ad constitutionem Roboam in Regem.

*Quare fit mentio in conuocatione de Ieroboam.*
*Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm non solùm Ieroboam vocatus fuerit ad istam congregationem Ieroboam, sed etiam omnes alij principes Israel, quare specialius fit hic mentio de isto, quòd vocatus sit, potissimè, quia principalius ponitur de isto, quòd venerit in Sichem, quàm de toto alio populo Israel. 3. Reg. 13. scilicet: Venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam. Respondendū, quòd hoc potest factum esse propter multa. Primò, quia ipse nunc nouiter veniebat de Aegypto. Nam cæteri principes manserant semper in regno, & post mortem Salomonis deliberauerant cum Roboam de loco, in quo eum constituerent in regem, & non interfuerat huic deliberationi Ieroboam, quia nunc veniebat de Aegypto: ideo tanquam ignorans omnia hæc debuit vocari, quia erat alienus ab ijs operibus, & alij, qui erant, & ante hoc fuerant in terra Israel, non debebant vocari, vel saltem non oportebat, quòd fieret mentio de illis, quòd vocarentur, sicut de Ieroboā. Secundum erat propter excellentiam suam, scilicet, quia ad istam congregationē vocati sunt omnes principes Israel, & tamen iste Ieroboam erat vnus de principibus Israel magnis. Nam erat princeps super duabus tribus, scilicet, super Ephraim, & Manasse, quia dicebatur princeps domus Ioseph, quæ continebat istas duas domos, vt patet. 3. Reg. 11. Ideo debuit iste potiusquam alij vocari specialiter. Tertium, & principalius fuit, quia scriptura facit mentionem de isto infra, sicut de rege, scilicet, quia factus est rex super decem tribus Israel, & quia ista omnia præmittuntur tanquā præparatoria ad constitutionem Ieroboam in regem, debuit de vocatione eius solius mentio fieri, vel saltem de eo principaliter.

*Quare Salomon compressit Israelitas iugo.*
*Quæstio VII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Salomon pater Roboam compressit Israelitas iugo durissimo. Nam videtur, quòd non imponeret iugum aliquod, quia. 3. Reg. 9. dicitur: De filijs autem Israel non constituit seruire quemquam, & tamen istud durissimum iugum faciebat seruitutē. Respondendū, sicut ibi dictum fuit, scilicet, quòd non compulit Salomon aliquos Israelitas seruire manualiter in officijs domus suæ, & domus domini, & in quibuscunque alijs, quia in istis solùm cogebat seruire, & operari alienigenas, qui vocantur proselyti, & non solùm erat hoc in operibus regis, sed etiam in operibus domus domini: nam congregauit Salomon centum quinquaginta millia proselytorum ad cœdendū lapides, & ad portandum humeris suis, supra secundo capitulo. Dicit autem historia scholastica, quòd Israelitæ non erant subiecti tributis, sed soluebant vectigalia ad expensas regis: sed istud non differt quo nomine censeantur tributa, cùm Israelitæ tantum dicant se subiectos ad seruiendum Salomoni, quòd viderentur serui ipsius. Dicendum ergo, quòd verum est, quòd Salomon imposuit eis onera grauia, vel compulit eos seruire non quidem in operibus manualibus, sed in tributis pecunialibus.

*Quare imposuit tanta onera.* *Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo tanta onera imponebat Salomon Israelitis, quòd videbantur esse subiecti seruituti. Nam dicitur hic, pater tuus imposuit nobis grauem seruitutem: erat tamen Salomon rex benè se habens ad Deum, & ad populum, & populus gaudebat habens ipsum in principem, vt patet supra 7. & 3. Reg. 8. Si tamen opprimeret populum seruitute peccaret, & etiam ad populum malè se haberet, & non gauderet populus de eius principatu, ergo non imposuerat eis talem seruitutem. Respondendum, quòd Salomon in principio regni sui in omnibus benè se habuit: in fine autem regni sui malè se egit: ideo à principio colebat Deum non recedens de mandatis eius, & populum benè tractabat. In fine autem deprauatum est cor eius per mulieres: ita vt coleret idola, ita & deprauat⁹ est circa populum, scilicet, quòd ex magna auaritia exigebat tributa immensa nimis: & sic grauabat populum, & quia ista impositio grauis erat, ita vt non videretur eis imposita ad accipiendum aliquid ab eis, sed ad extorquendum quidqd habebant, sicut faciunt domini respectu seruorum, quibus nihil omittunt: dicebatur imposuisse Salomō seruitutem populo. Pro quo sciendum, quòd omnia tributa determinata, quæ Salomon quolibet anno recipiebat, erant sexcenta sexaginta talenta auri. præcedenti cap. & 3. Reg. 10. Et ista diuidebantur per omnes tributarios regis Salomonis: nam multi reges alienigenæ erant tributarij eius, scilicet, omnes reges Chananæorum, & rex Ammon, & Moab, & Idumæi, atq; quidā de Syris istis imponebatur certa pars illius summę. Reliqua autem pars imponebatur Israelitis quolibet anno, & ista summa erat tam grauis respectu ipsorum, quòd nullo modo erat eis tolerabilis.

*An Israelitæ potuerint iustè petere alleuiationem.*
*Quæstio IX.*

QVAERITVR vlterius, an Israelitæ peccauerunt ponendo Roboam istam conditionem. s. ꝙ alleuiaret eis paululum de onere, & seruirēt ei, vel potuerunt iustè petere. Respondendum, ꝙ in constitutionibus, siue electionibus regum cōsueuerat ponere legem, & componere multa cū rege suo. s. ꝙ populus promittit regi obedientiam, & famulatum, & rex iuret obseruare illa, quæ ipsi petierint, & tunc si rex noluerit assentire petitionibus eorum, recedunt ab eo iustè: nam illi, qui habent regē non habent eum in dūm propriè loquendo, sed in rectorem, qui positus est ad procurandum vtilitatem subditorum, & non suam, vt patet. 2. Ethi. Et si secus agat non est rex, sed tyrannus, & deponi meretur: non est tamen iustum regem iniustè agentem pro quocunque grauamine subditorum deponi, nisi sit valde magnum, vel efficiatur incorrigibilis: quia si pro quolibet crimine deberet deponi, grauius damnum sequeretur, & scandala multa, quàm in tolerando aliquantulum iniustum principatum: populus ergo, vt prouideat vtilitati suæ, non debet deponere regem pro quocunq; crimine: simile ponit Arist. 2. Politic. cap. de politia Hipodomi: dicens de legibus, quòd non debet mutari lex quandocunq; reperiatur iniusta, & reperiatur alia melior, nisi sit magnum grauamen, quia maius erit damnum quod incurretur per mutationem frequentem legum, quàm id, quod queretur patiēter tolerando legē aliqualiter iniustam. Nam si mutarentur leges frequenter, periret oīs auctoritas legum, ꝙa efficeretur populus assuetus ad nō obediendum legibus: ideo dato, ꝙ aliquis institutus sit in regem, & progenitores sui semper regnauerint super illum populū, si grauauerit nimis subditos suos, licitè receditur ab obedientia eius, quia reges non sunt verè domini, sed rectores. Ideo inter eos, & subditos suos est aliquod iustum Politicū, & quando cessauerit illud iustum, cessabit omnis cōicatio subditi & principātis.

Si



Si autem reges essent verè domini: dato quòd grauarent subditos suos, non poterunt recedere ab eis iustè, nec poterunt conqueri de illis, quia inter dominum & seruum non est aliquod iustum politicum, vt patet 2. Ethi. quia seru⁹ est possessio domini sui, vt patet ibi. Et est homo simpliciter alterius. 1. Politic. 2. cap. Quia tamen facilius est aliquem non recipere, q̄ excludere illum, cū turpius eijciatur, quā non admittatur hospes. Consueuerunt omnes populi antequam aliquem in regem super se constituant, firmare cū eo pacta regni, quę rex iurat obseruare, & si non vult iurare illa, habet iustissimam causam populus non suscipiendi illum in regem. Sic autem erat nunc de Hebræis, qui grauiter oppressi fuerant tēpore Salomonis, & non potuerunt liberari eo viuente ab hac seruitute. Nunc autem, ga constituebatur rex nouus, & verisimile erat, quòd ipse vellet omnia iura petere, quæ pater su⁹ exigebat, cū sit cōsuetudo regnantium nouas inuenire exactiones, & veteres nunquā minuere, habebant opportunitatem Israelitę nunc ad hoc, ꝙ liberarentur ab hac seruitute componendo cū rege suo, ꝙ nō grauaret eos, sicut Salomon grauauerat, & si nollet assentire, poterāt ab eo licitè recedere, ideo non peccauerunt Israelitę ponendo conditionem istam Roboam, & vsi sunt iure suo.

*Quare non petierunt hoc à Salomone.*
*Quæstio X.*

QVAERITVR vlterius, cū nunc Israelitæ conquererentur de magnitudine tributorum, q̄ imposuerat eis Salomon, & peterent modicum alleuiari de eis, quare non petierunt hoc à Salomone viuente. Respondendum, ꝙ multiplex causa est. Prima est, ꝙ in constitutionibus regum solent componere cū eis pacta, & non postquam regnauerint. Sic. n. dicitur de Saule 1. Re. 10. q̄n electus est in regem à toto populo, quòd locutus est Samuel ad totum populum legem regni, & scripsit eam ī libro, posuitq; coram dño: & in principio regni cuiuslibet fit, ideo cū nunc Roboam constituendus esset in regem, poterat populus conuenienter ponere cū eo istud pactum. s. ꝙ non grauaret eos tributis, sicut Salomon, & non poterant sic petere à Salomone, qui iam erat constitutus in regem. Secūdum est, quòd q̄n aliquis ꝓstituendus est in regē, nondum est rex: & sic non se habent ad eum subditi, sicut ad dūm, vel ad regem, sed sicut ad personam priuatā, & fīt quidquid voluerint cū eo componere ex æquo. Cum autem fuerit quis constitutus in regem, iam est præsidens, & non potest subditus se habere ad illum ex æquo, sicut priuata persona ad priuatam, sed sicut subditus ad prælatum, & sic non potent ita conuenienter petere ab eo q̄cunq; pacta, sicut q̄n nondum erat constitutus in regem. Tertium est, quia q̄n nondum est constitutus in regem, vt constituatur, concedet quidquid petatur, quia aliàs impedietur ei via ad honorē. Cum autem sit factus rex, obtinuit quod vult, & nihil vltra appetit, & sic non habet aliquid, per quod trahat ad condescendēdū pactis, q̄ petunt ab eo: ideo conuenientius est, ꝙ petatur aliquid ab aliquo q̄n constituē-dus est in regem, q̄ q̄n ꝓstitutus est. Et sic erat de Roboam, ꝙ conuenientius poterant ab eo petere Israelitæ istam releuationē, quàm à Salomone. Quartum erat, quia difficilius videbatur Salomoni concedere istam alleuiationem, quàm Roboam, quia Salomon imposuerat certam summam tributorum, quam quolibet anno exigebat ab Israelitis, & si ꝺ illa aliquid alleuiaret minuendo videbat illud perdere, & tn graue est alicui perdere de eo quod habet. Quòd autem peteretur à Roboam ista alleuiatio, facilius erat, ꝙ concederet eā, quia nihil perdere videbatur concedendo: nam nunq̄ Roboam habuerat aliqua iura regni, ideo an equam inciperet possidere, dato ꝙ minueret aliqua de illis iuribus, q̄ Salomon pater suus solitus erat suscipere, non videretur grauari. Si tamen semel inciperet possidere, & recipere omnia iura, quæ solitus erat recipere Salomon, & postea peteretur ab eo, quòd remitteretur aliqua de illis erat ei graue, quia iam perderet si remitteret. Quintum erat, quia ꝙ Israelitę peterent à Salomone, quòd alleuiaret eis tributa, quæ exigebat, non videbatur eis proficere, quia putabant, quòd nunquā illud obtinerent à Salomone, & tamen poterant obtinere à Roboam filio eius, cùm nondum esset constitutus in regem: ideo nunquam reclamauerunt tempore Salomonis, licèt grauarentur, quia erant sub potestate illius, & clamauerunt in principio regni Roboam, scilicet antequam constitueretur in regem. Aliqui dicunt sextum esse, scilicet, quia voluerunt Israelitæ habere occasionem contra Roboam: nam nolebant, quòd dominaretur ipse eis, sed magis Ieroboam, & vt haberent occasionem diuidendi regnum petiuerunt istam alleuiationem, ad quam fortè non credebat faciliter condescensurum Roboam, & sic recederent ab eo.

Qui ait, post tres dies reuertimini ad me. Cumque abijsset populus, inijt consilium cum senibus, qui steterant coram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicens: Quid datis consilij, vt respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruiet tibi omni tempore. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cępit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitq́; ad eos: Quid vobis videtur, vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi: subleua iugum, quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atq; dixerunt: Sic loqueris populo, qui dixit tibi: pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua: & respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus posuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam. Pater meus cœcidit vos flagellis, ego verò cœdam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis.

*Qui ait: post tres dies reuertimini ad me.* Noluit respondere Roboam illico: sed petiuit trium dierum inducias ad deliberandum, & in hoc cautè agebat: nam petitio Israelitarum videbatur ei valde præiudicialis. s. ꝙ alleuiationem illam faciendo, quam petebāt Israelitę, minuebatur magna pars redditiuum regis, & si concederet nunc releuationem istam, grauabat se.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Si autem illico responderet, quòd nolebat facere aliquam alleuationē populus indignaretur,& fortè constitueret alium in regem. Si autem responderet nunc aliquid,& postea mutaret propositum suum, erat res permitiosi exempli.s.q in principio regni sui inciperet mentiri,& potissimè circa causas arduas in præiudiciū regni totius, ideo noluit respōdere quidquam deliberate,& in hoc rectè egit, si ita consulto postea respondisset. *Cumque abijsset populus.* Scilicet, receſſiſſent à facie Roboam illi, qui perebant nomine totius populi alleuiationem tributorum. *Inijt consilium cum senibus, qui steterant coram patre suo Salomone dum adhuc viueret.* Totum hoc factum est in Sichem, vbi erat populus congregatus,scilicet, petiuerūt à rege alleuiationem, & petuit inducias trium dierum, expectauitque populus illis tribus diebus ibidem, vt etiam Roboam si post illos tres dies responderet iuxta voluntatem populi coronaretur in regem. Et dicitur,quòd consiliū inijt cum senibus,in quo rectè egit, quia consilium ad prudentiam pertinet. Est autem prudentia in senibus propter magnitudinē ætatis. Nam propter multum tempus possunt habere multas experientias,& p experientias prudentia gignitur: ideo difficile est esse iuuenes prudentes, quamquam facile sit eos esse Mathematicos 6. Ethic. In iuuenibus autem paucitas tēporis est,& paucæ experientiæ: ideo difficilè erit iuuenis prudens secundum perfectam prudentiam. Contingit autem iuuenibus perfectam cognitionem habere circa Mathematicas Artes, quia non requirunt experientiam aliquam,sed solam cognitionem imaginatiuam: & sic non est iuuenis conueniens auditor moralis philosophiæ: quia constat eum non esse prudentem,vt patet 1.Ethic. Et dicitur. *Qui steterant coram patre suo.* Accepit namque Roboam eosdem in consiliarios quos tenuerat pater suus, quia cùm nunc nouiter mortuus fuerat pater suus,nondum mutauerat officiales domus suæ. Vel fortè intēdebat tenere eosdem in consiliarios,quos pater suus tenuerat,quia illi, qui erant conuenientes consiliarij pro patre suo,essent pro eo conuenientes,cùm pater suus esset prudentior, & sapientior eo: isti assistentes Salomonis sunt, de quibus habetur. 3.Reg. 4. Et dicit historia scholastica,q isti erant Sadoc,& Banaias,& cœteri principes, qui assistebant Salomoni,vt patet,eodem capitulo.Sed satis videtur dicendum, quòd assistentes Salomoni essent alij,quàm illi, qui ponuntur ibidem, quia ibi ponūtur expressè ferè omnes principes Salomonis, & deinde sequitur Azarias filius Nathan super eos,q assistebant regi, & sic isti assistentes regi erant principes distincti ab omnibus principibus, qui ponuntur ibi. *Quid datis consilij,vt respondeam populo.* Scilicet, instat tempus respondendi, deliberate super responsione. *Qui dixerunt: si placueris populo huic.* Scilicet,si condescenderis precibus populi precātis pro alleuiatione tributorum. *Et lenieris eos verbis clementibus.* Idest,lenias, vel mitiges furorem eorum verbis blandis,quæ vocantur verba clementia: isti senes rectum dabant consilium: nam videbant populum concitatum esse animo, & ad rebellandum paratum, ideo nisi leniretur verbis pacificis, faciliter regnum scinderent: voluerunt ergo senes, q nunc Roboam condescenderet in totum verbis populi,& inciperēt subditi esse,& seruire ei placato animo: & post hoc poterat,si vellet grauare eos tributis,& tūc non repugnarent: quia non haberent opportunitatē rebellandi: & sic falleret eos Roboam, & assequeretur quod volebat: & dixerunt,quòd verbis clementibus leniret eos, quia cùm sermo blandus alicui proponitur, etiam si desideret irasci: non habet vnde moueatur: ideo oportet, quòd per sermonem blandum mitigetur furor: sic patet Prouerb.15.scilicet: Sermo mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Maximè autem,quia talis erat conditio plebis, quòd si primus impetus eius verbis mollibus mitigaretur, postea non haberet locum insurgendi. *At ille reliquit consilium senium.* In hoc Roboam malè fecit, quia respuit consilium seniorum. Et potest dupliciter intelligi, quòd reliquit consilium senium, vno modo, quòd reliquit illud sententialiter, scilicet, diffiniendo apud se non esse consilium illud bonum: ideo quidquid eueniret, quòd deberet sequi consilium aliud. Alio modo,quòd reliquit consilium senium,idest,suspersedit ab executione eius quousq; audiret cōsilium iuuenum. An illi fortè melius secundùm arbitrium suum iudicarēt: sed primum verum est:quia omnino dereliquit Roboā consiliū seniū, non intendens sequi illud:& in hoc fuit superbus: putauit.n. Roboā, quòd minuebatur maiestas sua, si consentiret petitioni populi,q̄si ex timore,& qa humiliabatur,ex cōsilio iuuenum,dereliquit illud. Fuit autē fortassis Deus in causa exęcando miserabilem Roboam, vt regnum diuideretur. *Et cum iuuenibus tractare cœpit.* Fuit Roboam valde stultus, quia relicto consilio senium cępit tractare de responsione danda cum iuuenibus, quia ad iuuenē non pertinet irate consulere, siue sit iuuenis secūdùm ætatem,siue secundùm morem,quia ille ex ætate,iste autem ex passione impeditur rectè iudicare. Sciendū, quòd isti iuuenes,de quibus dicitur, non erant multū iuuenes secundùm ætatem,sed magis secundùm morem: quod patet,quia dicitur,quòd isti nutriti fuerant cum Roboam: connutritio autem importat coætatē: sed erant iuuenes prudētia. Et sic etiam vocatur aliquis non solū iuuenis,sed etiam puer, q̄n est annorū centum.s.q habet prudētiam puerilem, vel desideria puerilia, vt patet Isa.65.s. Maledictus erit puer annorū centum. Potest intelligi aliter, q vocentur isti iuuenes respectu illorum, qui dederant prius consilium: nam illorum vocantur isti iuuenes,& istud intendit litera.s. quia illi,cum quibus nutritus est Salomon, & quiste- terant coram eo,necesse erat, q essent seniores,quàm illi cū quibus nutritus est Roboam filius eius. *Qui cum eo nutriti fuerant.* Scilicet, erant coętanei ei,& cū essent filij nobilium nutriebantur in aula regia cū filijs regis. *Et erant in comitatu illius.* Scilicet,sicut connutriti fuerant ei, ita vsque hodie manebant in comitatu illius, qui erant filij nobilium, & non poterat honorabilius manere filius regis, quàm cùm talibus associaretur, errabant tamen in vsu eorum, quia non tradebat sin- gulis: nam non vti eis ad cōsilium,sed ad comitatum, voluit tamen vti eis,vt cōsiliarijs relictis senibus,quod absurdum erat. *Dixitq; ad eos,quid vobis videtur.* Idest, quid vobis videtur bonum, quod fieri debeat in hoc negotio. *Vel respondere quod debeo.* Ista duo possunt poni pro eodem, ita quòd si repetitio sententię sub aliis verbis, sicut sæpe frequentatum est in sacra scriptura. Alio modo,quòd ponantur per diuersis, scilicet,quòd fortassis videretur vnum debere fieri, & aliud debere responderi: vtpotè, si deliberarent,quod bonū erat,quod Roboā non minueret aliquid de oneribus, quæ imposuerat pater eius Salomon:& tamē nunc responderet iuxta voluntatē populi, vt mitigaret animū eorū concitatū,dicens: q faceret oīa,que illi petebant: & postea cum semel subiecti essent ei, nihil efficeret.



*Populo huic.* Non computauit Roboam iuuenes istos de populo: nam licet illa subleuatio peteretur nomine omnium de populo,non computabantur isti de populó, sed de domo regis cùm essent connutriti ei,& paſcerentur de bonis eius. *Qui dixit mihi: subleua iugum, quod imposuit nobis pater tuus.* Idest alleuia:nam non erat intentio populi, q totaliter auferretur onera,quæ imposuerat eis Salomon: quia non erat iustum, q populus liberaretur à tributis omnino,quia tunc non relinquerentur regi redditus ordinarij: sed quia Salomon imposuerat magna tributa, q minueretur aliquid de illis, & istud erat alleuiare iugum. Sciendum, q ista tributa, quæ Israelitæ vocabant iugum,non erant tributa posita ab accidenti, sed erant tributa, quæ singulis annis soluebantur Salomoni, & ob hoc putauit populus illa iam transisse in genus iurium regalium. Nā si ab accidenti posita fuissent,s.vno anno,vel raro, non putaret Roboam illa transijsse in iura regalia, & consequenter non curaret populus petere à Roboam, q alleuiaret illud iugum, quia nullum esset adhuc iugū causatū:sed erant tributa annua,quę omni anno erant æqualia:sicut dicitur supra in litera,& 3.Regum 10. q pondus auri, quod afferebatur per singulos annos Salomoni,erat sexcentorum sexaginta sex talentorum, & istud erat de omnibus tributis, quæ dabantur Salomoni quolibet anno, ab omnibus tributarijs suis, & quandam partem istorum tributorum soluebant Israelitæ, & de illa parte volebāt sibi aliquid minui:quia videbatur eis dura illa solutio. *At illi responderunt vt iuuenes.* Idest, responderunt stultè: in quo innuitur, q malè responderunt,& etiam q modus consilij iuuenum est fatuus circa ea, in quibus intercidit passio. *Et nutriti cum eo in delicijs.* Ista duo impedierunt rectum consilium,s.iuuentus,& nutritio in delicijs. De iuuentute patet,quia siue sit iuuentus secundùm ætatem,siue secundum morem,facit iudicium distortum. Nā iuuenis secundùm ętatem,non habet prudentiam,vel habet eam imperfectam:iuuenis vero secundum morē impeditur passione,& illuc tēdit,quò passio trahit: ideo conditio iuuenis est malè consiliari, nisi per accidens: & hoc signatur hic inquantum non dicitur, q responderunt iuuenes,sed q responderunt vt iuuenes. Secundum impedimentum,s. connutritio in delicijs: patet q impediat rectum cōsilium, & hoc dupliciter. Vno modo ex eo, q nutriti in delicijs sunt delicatissimi: ideo sunt valde passibiles, & à quolibet aduerso quantumcunque paruo patiuntur, sicut habentes teneram complexionem: sic ait Boetius de Consol. lib. 2. prosa 4. s. Adde q cuiusque felicissimi sensus delicatissimus est, & si non cuncta ad nutum suppetant, minimis quibusque prosternitur. Et quia isti iuuenes erant enutriti in delicijs, quælibet aduersitas grauissima videbatur, & quia in propositione populi de alleuatione oneris videbatur eis quædam diminutio regiæ maiestatis,quam non æquo animo tolerare potuerunt:ideo restiterunt fortiter dicentes, q responderet grauiter Roboam.Secundum est,& principalius,quia illi,qui in delicijs semper enutriti sunt, nūquam experti fuerunt aliqua aduersa, & ob hoc paruum cōsilium in eis est, quia experientia aduersorum facit hominē cautum:nā cùm homines semel inciderint in periculum,vel pluries,si postea perueniāt ad similia negotia,timent incidere in talia pericula, & cauēt ea,& ob hoc deliberant qualiter se habeant,ne in ea incidant, & sic timor prudentiam apponit iuxta illud Isai. 28.s. vexatio dabit intellectum, s. experientia angustiarum. Cum autem quis nunquam expertus est aliqua aduersa non habet quid timeat:nec de quo caueat: ideo nimis indeliberatè agit,quod est contra prudentiam,cuius regula est diu consiliari. 6.Ethic. Et ideo nutritus in delicijs maximè errant in agendis. Sed tunc dicetur, cùm isti essent iuuenes,& nutriti in delicijs,cur voluit Roboam cōsilium eorum habere relicto consilio seniorum? Dicendum, q causa fuit,quia Roboam erat nutritus cum istis iuuenibus,& solitus erat eis desideria sua exponere,& tractare cū illis omnia, quæ agere debebat: ō nunc ex quadā familiaritate inclinatus est ad psulendum illos. *Sic loqueris populo, qui dixerunt, pater tuus aggrauauit iugum nostrum.* Scilicet populus, qui talia petit talem responsionem meretur. Nam verum est, q responsio erat dura,& tamen putabant illi iuuenes, q peccaret grauiter populus contra regem petendo talia: ideo voluerunt, q durè ei responderetur,& dicitur, aggrauauit iugum nostrū, idest imposuit nobis graue iugum. *Tu subleua.* Idest tu minue,vel alleuia imponendo minorem taxam tributorum, quàm imposuerat pater tuus. *Et sic respondebis eis.* Scilicet, sicut sequitur,& est repetitio sententiæ. *Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.* Scilicet, vos putatis me esse virum parui animi,& parui honoris:ideo vultis diminuere statum meum de statu patris mei:quia ad ipsum nunquam talia locuti estis, & ad me loquimini: ideo dico vobis, q non arbitremini hoc:quia ego non sum minoris cordis, nec honoris patre meo:sed valde maior illo. Nam minimus digitus meus est grossior lumbis patris mei, idest minima res mea est maior rebus maximis patris mei. Et est conueniens Metaphora: nam in toto corpore humano non est membrum gracilius digito: sic nullum est grossius lumbis, & sic comparantur maxima & minima pertinentia ad Salomonem, & ad Roboam. Istud consilium dabant iuuenes Salomonis:quia vltra hoc, q erant inexperti,& delicati, & non considerabant mala futura volebant complacere Roboam. Videbant enim nullum inclinatum ad hoc, cùm reliquisset consilium senium, qđ erat ad humilitatem: ideo consuluerunt ei ad superbiam,& in hoc erant imprudentes valde: quia in consulendo alicui sequebantur affectionem eius. *Pater meus imposuit vobis iugum graue.* Scilicet, exigendo tributa magna quolibet anno. *Et ego maius pondus apponam.* Scilicet,maiora tributa adhuc imponam quàm pater meus, nam non sum minoris status, & honoris patre meo:ideo non alleuiabo vos tollendo tributorū partem:sed potius augebo illa,quia maioris status ego sum, quàm pater meus,cum minimus digitus meus, sit grossior lumbis patris mei. *Pater meus cecidit vos flagellis, & ego cædam vos Scorpionibus.* Scilicet, pater meus percussit dura percussione, quæ est percussio flagelli: & tamen ego duriorem percusionem apponam qualis est percussio scorpionis: scilicet dura fuerunt tributa,quę pater meus extorsit à vobis:sed duriora erunt, quæ ego exigam, & comparantur ista sub nomine flagelli, & scorpionis. Est enim scorpio flagellum quoddam, quod in funiculis habet quasdā sphærulas plumbi, & sunt istæ sphærulæ in extremo ad hoc, q grauis percussio sit, & vocantur scorpiones ista flagella: quia sicut scorpio cauda mordet: ita flagella ista in extremitate hūt percussionē duram: Vel vocatur scorpio flagellū quoddam,qđ in extremitate recaruatū est: ideo ex illa parte mordet sicut scorpio. *Venit ergo Ieroboā,& vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut preceperat eis.* Quādo populus petiuit alleuiationē tributorum, petiuerat Roboam inducias trium dierū ad respondendum, & populus expectauit illis tribus diebus in Sichem tanquam sollicitus quid Roboam responsurus esset, cùm ex illa responsione status populi penderet,& dicit Iosephus 8.Antiquit. q suspecti fuerunt Israelitæ de mala responsione Roboam: quia non statim respondit sperare bona, & quia tamen non prorsus negauit,erant adhuc solliciti, quid respō-

dere

dere vellet,& illo die manebat adhuc Roboam in Sichem,& respondit hoc durissimum verbum.

*Quomodo assensit consilio senum ipse Roboam, &c.*

*Quæst. XI.*

QVAERITVR, quomodo iuuenes voluerunt taliter consulere Roboam,& quomodo ipse assensit consilio eorum:& quomodo senes permiserunt ipsi Roboam sic respondere, cùm periculum regni sequeretur ex tali responsione. Ad primum dicendũ, ꝙ iuuenes moti sunt ad hoc multipliciter. Primò, quia erant enutriti in delicijs,& non suspicabantur aliqua mala futura. vnde dato, ꝙ Roboam responderet grauiter populo, nõ putabant discessionem futuram: sed ꝙ timerent eum,& manerent semper in obedientia eius: quia cùm nunquam vidissent discessionem fieri, non suspicabantur nunc illam futuram. Secundum erat, quia cùm essent teneri,& læderentur verbo populi, ex quo videbatur lædi maiestas regis,& status eorum, non potuerunt cogitare circa aliud nisi quomodo retribuerent dura pro duris. Tertium erat, quia iuuenes erant,& non cogitabant secundùm prudentiam, sed secundùm passionem,& sic quamquam in promptu esset illa pericula discessionis regni euenire, non considerabant circa illa. Ad secundùm de Roboam dicendum, ꝙ assensit consilio iuuenum ex eadem causa, qua iuuenes moti sunt ad consulendum hoc primò, s. quia non putabat, ꝙ populus faceret discessionem, licèt durè responderet, sicut non fecerat discessionem tempore Salomonis, licèt grauia tributa eis imposuerit. Secundum erat, quia putauit valde sibi præiudicari, ꝙ ipse reputaretur minor patre suo, ita ꝙ peteretur ab eo, ꝙ minueret tributa, quæ pater suus imposuerat,& sic haberet minores redditus quã pater suus. Tertium erat, ꝙ etiam ipse erat iuuenis secundùm morem,& nihil considerauit nisi secundùm desiderium. Quartum erat, quia Deus aduersatus est ei, vt impleretur verbum suum de diuisione regni prænunciata per Ahiam Silonitem, vt patet 3. Regum 12. Ad tertium de senioribus consulentibus dicendum, ꝙ consilium eorum rectum erat,& tamen noluit illud exaudire Roboam,& licèt ipsi viderent ex hoc discessionem imminere, non potuerunt auertere mentem Roboam ad hoc: non enim cõsiderabat malum sibi futurum: si enim cogitasset nunquam respondisset. Quod patet, quia postquam durè respondit,& populus cœpit facere seditionem, misit virum prudẽtem Aduram nomine, qui leniret animos populi ex parte regis: sed non exaudierunt eum, sed potius lapidauerunt. Si enim à principio putasset discessionem futuram ex responsione sua dura, sicut postea expertus est, potius à principio temperasset verba sua quàm postea orando vellet lenire populum.

*An peccauit respondendo. Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius, an Roboam peccauit respondendo populo ista dura, quæ respondit. Aliquis dicet, ꝙ non: quia Deus induxit eum ad dicendum ista, quæ dixit, s. vt compleretur sermo Ahiæ Silonitis: vt patet 3. Regum 12.& sequenti cap. Respondendum, ꝙ peccauit Roboam sic respondendo, & fuit valde stultus: vnde vocatur stultus Eccles. 47. s. finem habuit Salomon cum patribus suis,& dereliquit post se de semine suo stultitiã gentis,& imminutum prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo. Item peccauit Roboam: quia mentitus est: nam dixit, minimus digitus meus est grossior lumbis patris mei, in quo signabat se maioris honoris,& dignitatis esse quã pater suus fuerit: sed istud falsum est, quia pater suus fuit excellentissimus gloria,& honore,& diuitijs,& sapientia super omnes reges, qui fuerant ante eum,& post eum futuri erant: vt patet 3. Regum 3.& supra primo. Roboam autem erat quidam vir inutilis,& stultus carens omni perfectione: sicut patet infra 12. s. Porro Roboam erat vir rudis,& corde pauido: nec potuit resistere. Item peccauit, quia abstulit honorem debitum patri, quia dato ꝙ sit filius melior patre, non debet dicere se meliorem illo: quia sic non solùm nullum honorem ei dat, sed etiam dehonorat eum: dixit tamen Roboam, minimus digitus meus grossior est dorso patris mei: in quo patrem suũ minorem se valde faciebat: ideo peccauit. Item Roboam peccauit propter verba iniusta,& grauiora, dicens pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cẽdã vos scorpionibus:& pater meus posuit super vos iugũ graue, ego autem maius pondus apponam: ergo peccabat aggrauando saltem verbis populum. Item Roboam locutus est ex superbia ostentans se valde excellentem: ergo peccauit. Item Roboam per verba sua creauit diuisionem populi,& præstitit occasionem ad idolatriam, quam postea exercuerunt decem tribus Israel diuisæ à regno suo: vt colligitur Eccles iast. 47. Ergo peccauit,& satis durè,& quantum ad hoc ipse meruit priuari regno, non solùm quantum ad quandã partem, sicut factum est: sed etiam totaliter,& tamen noluit Deus totum regnum auferre propter merita Dauid: vt patet 3. Reg. 11.

Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum: locutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam: Pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabath. Populus autem vniuersus rege duriora dicente, sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in Dauid: neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domum tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitque rex Roboam, Aduram, qui præerat tributis,& lapidauerunt eum filij Israel,& mortuus est: porro rex Roboam currum festinauit ascendere,& fugit in Ierusalem: recessitque Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc.

Re-



*Responditque.* Hic ponitur secundùm huius cap. s. ipsa discessio, vel regni diuisio, quæ secuta fuit ex responsione regis,& dicitur. *Respondit q; rex dura.* Scilicet, minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei, pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cẽdã vos scorpionibus:& vocatur rex ipse Roboam, non ꝙ tunc esset rex, quia nõdum fuerat in regem institutus, sed conuenerat populus, vt eum instituerent,& quia nõ conuenerunt cum eo non instituerunt illum, sed Ieroboam: fuit tamen Roboam rex super duas tribus, s. Iudam,& Beniamin postea. *Derelicto consilio seniorum.* Qui suaserunt ei, ꝙ leniret populum verbis clementibus, dato ꝙ non intenderet sic facere, vt semel recipe-rent eum in regem,& confortaretur super illos: quia postea poterat facere de illis quidquid vellet. *Locutusque est iuxta iuuenum voluntatem.* Illi enim dixerant ei, ꝙ diceret, minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei, vt ostenderet se habere animum regalem,& sic eum magis timerent: sed errabant nimis, quia cùm nondum esset Roboam rex, volebant ei apponere regales minas. *Pater meus graue vobis imposuit iugum.* Nõ repetitur hic illa clausula, s. minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei,& tamen debet intelligi ꝙ omnia ista dixit Roboam Israelitis, sicut dixerãt iuuenes in litera. *Quod & ego grauius faciam.* Scilicet, ego reddam tributa vestra maiora, quàm pater meus illa fecerit. *Pater meus cecidit vos flagellis.* Ideſt, subiecit vos pater meus aliquibus laboribus, qui erant graues, sicut flagella. *Ego verò cædam vos scorpionibus.* Scilicet, ego vos subijciam maioribus laboribus,& tributis, quæ sunt sicut flagella scorpionum in respectu ad alia flagella simplicia. *Et non acquieuit populi precibus.* Scilicet, noluit Roboam consentire precibus populi precantis pro liberatione, vel alleuiatione aliquali ab onere, quod imposuerat Salomon. Erat enim voluntas Dei, vt compleretur sermo suus, quem dixerat per Ahiam Silonitem. Nam prænunciauerat Deus, ꝙ regnum diuideretur,& maneret solùm quædam pars eius in manu Roboam,& reliquum daretur Ieroboã filio Nabath: & si Roboam consentiret precibus populi, non compleretur verbum domini: quia populus non haberet aliquam causam, nec colorem ad faciendam discessionem,& diuisionem regni, si Roboam consentiret precibus eorum alleuiando iugum ipsorum, sicut ipsi petebant:& tamen Deus prænunciauerat, ꝙ regnum diuidendum esset, ideo vt compleretur verbum domini procurauit, ꝙ non consentiret Roboam precibus populi,& sic diuideretur regnum. *Quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabath.* Ahias Silonites prænunciauerat diuisionem regni ad Ieroboam filium Nabath: nam cùm esset Ieroboam in agro inuenit eum Ahias, qui erat indutus pallio nouo,& scidit in duodecim partes istud,& dedit decem ipsi Ieroboam declarans ei, ꝙ futurus esset rex super decem tribus Israel,& Roboam filius Salomonis regnaret super duas tribus residuas. 3. Reg. 11.& non fuerat ista prophetia denunciata alteri: vt autem verificarentur ista, Deus fecit, ꝙ non consentiret Roboam precibus populi:& istud non est per modum præcepti negatiui, s. iubendo, ne consentiret precibus populi: nec etiam erat cogendo voluntatem suã ad hoc, quia voluntas nullam coactionem suscipit: sed excęcando intellectum suum ad iudicandum hoc. De modo autem excęcandi intellectũ, qualiter Deus fecit, declaratum est latissimè. 3. Regum 12. super hoc in quadam quæstione, quæ incipit: quæritur an potuerit peccare Roboam respondendo populo dura, quæ locutus est. *Populus autem vniuersus.* Scilicet, totus populus grauiter locutus est contra regem: cùm rex grauiter loqueretur contra populum,& dicitur vniuersus, s. de decem tribubus. Nam populus de tribu Iuda,& Beniamin mansit semper in obedientia Roboã: licèt grauia locutus fuerit,& parauit se ad pugnandũ contra decem tribus ad reducendum eas ad vnionem regni: vt patet sequenti cap.& 3. Regum 12. *Rege duriora dicente.* Scilicet, Roboam loquente dura, s. minimus digitus meus,&c. Et vocatur rex: quia factus est rex super tribum Iuda,& Beniamin postea, nondum tamen erat rex. *Sic locutus est ad eum.* Scilicet, in præsentia Roboam locuti sunt ista grauia, quę sequuntur, scilicet, quòd nollent eum habere in regem. *Non est pars nobis in Dauid, nec hæreditas in filio Isai.* Scilicet, si haberemus aliquam partem in Dauid, ita ꝙ essemus de progenie eius, dato ꝙ Roboam nos grauaret, deberemus sustinere propter cognationem: quia tamen sumus extranei, non habemus aliquam partem in eo, aut in posteritate eius, non debemus sustinere istam aggrauationem, sed recedere à Roboam,& constituere nobis alium in regem: & dicitur non est pars nobis in Dauid, nec hæreditas in filio Isai, quod ad idem pertinet: nã pars,& hæreditas idẽ sunt,& Dauid,& filius Isai, idem sunt, cùm Dauid esset filius Isai. primo Regum 16.& 17. capit. Ista verba erant conuenientia ad causandam discessionem: ideo iterum Siba filius Bocri viuẽte Dauid, cùm vellet rebellare Dauid,& auertere ab eo totum populũ dixit: quæ nobis pars in Dauid,& quæ hęreditas in filio Isai? reuertere Israel in tabernacula tua: vt patet 2. Regum 10. cap. præter tribum enim Iuda recesserunt tunc omnes à Dauid, sed postea Dauid reduxit ad se omnes, eodem cap. *Reuertere in tabernacula tua Israel.* Ideſt, ò Israel iam non cures de Roboam, nec constituas eum in regem, sed reuertere in tabernacula tua, s. non maneas iam in loco isto expectando constitutionem regis: nam congregati fuerant in Sichem ad hoc solùm, vt constituerent Roboã in regem: sed quia iam non concordabant cum Roboam, non restabat, nisi vt reuerteretur totus Israel in tabernacula sua, ideſt singuli in ciuitates suas ad disponendum de negotijs suis,& non curarent iam de constitutione Roboam in regem: ista sunt verba admonentis populi seipsum ad recedendum à Roboam. Et vocatur hic Israel, totus populus Israel, s. duodecim tribus, quia nõdum facta fuerat diuisio illa, per quam decem tribus vocatæ sunt regnum Israel, sed omnes descendentes de Iacob, qui etiam erat Israel, vocantur hic Israel,& omnes hos hortãtur isti recedere à Roboam, quorum quædam pars parua erat domus Dauid. *Tu autem pasce domum tuam Dauid.* Ista verba possunt esse ad increpandum, vel insultandum ipsi Roboam, scilicet tu Roboam respondisti male populo, ideo nunc pasce domum tuam, ideſt dominare solùm super domum tuam,& non cures de reliquo Israel, quia totus à te recedet, quasi dicat: non manebit tibi honor, quem prius habebas principando omnibus tribubus. Aliter potest intelligi non per modum insultandi, scilicet. Recede, vel reuertere Israel in tabernacula tua,& tu Dauid vide domum tuam, s. quilibet sit de cætero solicitus de seipso, s. Israel curabit de domo sua, quæ est tribus Iuda, vel de cognatione Dauid solùm. *Et abijt Israel in tabernacula sua.* Ideſt omnes viri, qui erant congregati in Sichem ad constituendum Roboam in regem,& expectauerant ibi per tres dies responsum eius, auditis verbis istis recesserunt in ciuitates suas nolendo constituere Roboam in regem, nec faciendo cum eo aliquam concordiam. *Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda regnauit Roboam.* Scilicet, facta ista discordia noluit totus Israel constituere Roboam in regem concorditer, sicut prius intendebat: sed recesserunt decem tribus Israel,& non habuerunt Roboam in dominum: sed duę tribus,

bus, scilicet Iuda, & Beniamin constituerunt eum in F
regem: nam antequam de Sichem recederet Roboã,
constituerunt eum in regem istæ duæ tribus: & dici-
tur de habitantibus in ciuitatibus Iuda, & subintelligi-
tur etiam de ciuitatibus Beniamin, quia non solùm
regnauit Roboam super Iuda, sed etiam super Benia-
min: & tamen interdum nomine Iuda intelligitur etiã
tribus Beniamin: eo q̃ ambæ constituebant vnum re-
gnum, quod vocatur regnum Iuda: & sic accipitur in-
terdum Iuda pro tribu, vel sortè, & interdum pro re-
gno, & tunc cõprehendit tribum Iuda, & Beniamin.
*Misitque rex Roboam Aduram.* Roboam iuueniliter mo-
tus respondit populo durè, & populus recessit ab eo,
nolens ipsum constituere in regem. Cùm autem vi-
dit, q̃ culpa sua euenisset, s. q̃ durè locutus fuerat, vo- G
luit reducere populum ad se blanditijs, erant tamen iã
serò, cùm semel populus fecisset discessionem, & ad
hoc misit Aduram virum prudentem, vt loqueretur
populo blandè ex nomine regis, vt reduceret eos ad
vnitatem regni. *Qui præerat tributis.* Iste Aduram vo-
catur interdum Adoniram: 3. Regum 4. Et erat vir ve-
nerabilis, qui tempore Salomonis præfuerat tributis.
3. Regum 4. Et nunc etiam volebat Roboam, quòd
præesset tributis tempore suo: vel nondum Roboam
ordinauerat de tributis, quia nondum erat rex, & sic
non est verisimile, quòd ordinasset adhuc officiales
domus suæ, & regni: sed illi, qui erant officiales tempo
re Salomonis, quia nondum priuati fuerant suis offi-
cijs, dicebantur habere nomina illorum officiorum, H
& sic Aduram tempore Salomonis erat collector tri-
butorum. 3. Regum 4. Et quia nondum nouos officia-
les instituerat Roboam, dicebatur iste adhuc præesse
tributis. *Et lapidauerunt eum filij Israel.* Suadebat iste
Aduram decem tribubus Israel reditum ad Roboam,
& fortè apponebat aliqua verba minarum inter verba
suasoria, & populus, qui indignatus erat nimis contra
Roboam, lapidauit Aduram nuncium eius. *Et mor-*
*tuus est.* Scilicet, quia lapidibus eum vulnerauerunt
vsque ad mortem. *Porro rex Roboam currum festinauit*
*ascendere.* Audito, quòd populus lapidasset Aduram,
& esset nimis indignatus contra Roboam: timuit ipse
Roboam, quòd etiam contra eum procedere vellet
populus ad lapidandum, & præ timore ascendit velo- I
citer currum ad fugiendum. Nam super currus reges
ambulabãt: quia ille erat modus quietissimus, & erat
pro tempore belli, & pacis: præsupponendum est ex
hoc, quòd Roboam erat adhuc in Sichem, quando la-
pidatus est Aduram. Modus autem fuit, quod totus
populus conuenit in Sichem, & fortè prima die con-
gregationis totus populus venit ad Roboam, & peti-
uit ab eo, quòd alleuiaret iugum, quod imposuerat il-
lis pater eius: ipse tunc petiuit trium dierum inducias
ad deliberandum, & habito consilio iuuenum: respon
dit die tertia: Minimus digitus meus, &c. Quo audito
populus scandalizatus valde verbis Roboam dixit, quę
nobis pars in Dauid, & quæ hęreditas in filio Isai: & fe-
cerunt diuisionem regni: Manebant tamen in Sichẽ, K
& quia decem tribus Israel manifestatæ fuerant feci-
sse discessionem hanc, misit Roboam ad illas Aduram,
vt persuaderet eis redire ad se verbis blandis, & illæ no-
luerunt, sed potius lapidauerunt eum: quo audito Ro-
boam timens de morte sua potiùs quam sperans con-
cordiam posse fieri inter eum, & populum fugit rece-
dens de Sichem in Ierusalem, quæ erat terra regni sui.
Nam si postquam Israelitæ dixerunt: Quæ nobis pars
in Dauid, & illud: Reuertere Israel in tabernacula, re-
cessissent de Sichem in tabernacula sua, & Roboam
iussset in terram suam, & postea mitteret ipsum Adu-
ram in terram decem tribuum Israel, & ibi lapidarent
eum, non habebat Roboam propter quid timeret, &
fugeret: nec etiam posset fugere in Ierusalem: quia iã
præsupponeretur esse in Ierusalem, & tamen audita
morte Aduram festinus ascendit currum, & fugit in
Ierusalem: ergo erat tunc in Sichem cum toto popu-
lo Israel, & timuit, q̃ sicut occiderãt nuncium suum,
ita & occiderent eum si ibi diutius maneret. *Et fugit*
*in Ierusalem.* Erat enim metropolis regni, & sedes in
Ierusalem, & fugit illuc: etiam quia erat ciuitas propin
qua loco, de quo fugiebat: nam est Ierusalem in sorte
Beniamin, & Sichẽ in sorte Ephraim, & sors Ephraim
est coniuncta sorti Beniamin, præter hoc, quòd vna
est Aquilonaris, & altera Australis. Erat autem Ro-
boam rex super Iudam, & Beniamin, & sic potuit fu-
gere in Ierusalem, quæ est ciuitas Beniamin. *Recessit-*
*que Israel à domo Dauid.* Idest decem tribus, quæ vocan-
tur hic Israel recesserunt manifestè à domo Dauid,
idest à regibus de domo Dauid nolentes ei obedire.
*Vsque ad diem hanc.* Idest, ista rebellio durat vsque ad
diem, quo scriptus fuit liber iste: non intelligitur de
tempore, quo scriptus fuit liber iste per Esdram: quia
istud fuit post captiuitatem Babilonis, & tamen mul-
to ante hoc non erat regnum Israel, quia translati erãt
Israelitæ in Assyrios. 4. Regum 17. Et tamen recessus
non dicitur propriè nisi pro eo tempore, quo mane-
bant Israelitæ in rebellione, & istud non erat nisi quan
diu manebant in terra sua, & poterant obedire regib⁹
de domo Dauid, vel abstrahere se ab eis, ideo non di-
cebantur tunc manere in rebellione, sed intelligitur
de tempore, quo scripsit ille librum suum: cuius hi-
storiam secutus est Esdras, scilicet Semeias Propheta,
& Addo videns: quia isti duo scripserunt historiam
Roboam, & de diuisione regni infra 12. Et tunc ve-
rum est, quòd tempore illorum duorum Prophetarũ
scribentium, manebat Israel in hac rebellione, cùm
maneret in terra sua. Si tamen velimus intelligere de
tempore, quo scriptus fuit iste liber per Esdram, ad-
huc poterit intelligi, scilicet, recessit Israel à domo Da
uid vsque in diem hanc, idest recessit, & nunquam re-
diit ad domum Dauid vsque ad hanc diem: nam cùm
nunquam redierit verum est, q̃ etiam vsque ad diem
illum non redierat.

*An peccauerunt tribus diuidendo, & recedendo.*

*Quæst. XIII.*

QVAERITVR circa, istam diuisionem regni, an peccauerunt nunciste decem tribus Israel, re-
cedendo à Roboam, & diuidendo regnum eius. Ali-
quis dicet, quòd non peccauerunt, quia Deus appro-
bauit istam diuisionem, & eo volente facta est, vt patet
supra in litera, & sequenti cap. & 3. Regum 12. Bona
ergo fuit: sed respondebitur, quòd istud non tenet,
quia omnia mala pœnalia, quæ aliquibus eueniunt,
Deo volente, & ordinante eueniunt: eo quòd non est
malum in ciuitate, quod dominus non fecerit: Amos
3. Et tamen manifestum est, quòd multi infligunt
alijs pœnas iniustè, & peccant. Sed adhuc respondeo
bitur pro illa parte, quòd non peccauerunt Israelitæ,
quia quando quis præiudicat alteri, licèt Deus velit, q̃
præiudicetur illi in pœnam, tamen si præiudicans no-
luerit satisfacere dissoluendo grauamen, recipitur dis-
solutio grauaminis: imò iura humana compellunt ad
dissoluendum talia grauamina: Deus tamen voluit, q̃
istud grauamen, quod decem tribus Israel intulerant
Roboam diuidendo regnum eius dissolueretur: quia
cùm filij Iuda vellent pugnare contra decem tribus
Israel, vt reducerent eas ad se, Deus dixit, q̃ non pugna
rent, vt patet sequenti c. & 3. Regum 12. quia volun-
tate



tate sua istud factum fuerat, ergo non peccauerunt Is- A
raelitæ recedendo à Roboam. Respondendum vno
modo, q̃ Deus non prohibuit hic fieri satisfactionem:
sed prohibuit peti illam. Stat autem benè, quòd ali-
quis mereatur pati grauamen, quod suscipit, & tamen
ille, qui infligit non possit iustè infligere: ideo tunc qui
grauatur non poterit petere dissolutionem grauami
nis: qui tamen grauauit illum licitè poterit dissoluere
grauamen, imò tenebitur. Sic fuit in proposito, quia
Roboam merebatur quantum ad Dei iudicium pri-
uari maiori parte regni propter peccata Salomonis, vt
declaratum est in quadam quæstione. 3. Regum 12.
Etiam meruit hoc peccatis proprijs, vt declaratum est
supra in quadam quæstione. Ideo quòd populus re-
cederet à Roboam iustum erat quantum ad ipsum, B
& sic non poterat pene dissolutionem grauaminis, qa
verè non erat ei inflictum grauamen. Si tamen cõpa-
retur ad populum, qui recessit ab eo, fortè non habuit
iustam causam recedendi ab eo: ideo populus tenere-
tur redire ad Roboam, quamquam non posset petere
Roboam, quòd populus ad eum rediret. Nunc autem
non dixit Deus decem tribubus Israel, quia non redi-
rent ad Roboam: quia fortè si ipsi voluissent redire,
Deus acceptasset reditum: sed solùm prohibuit hic vi-
ros Iuda volentes pugnare contra decem tribus Israel
ad reducendum eas ad vnitatem regni, sicut prius: sed
Roboam non habebat ius petendi hoc: ideo non pa-
tet ex hoc, quòd non peccauerunt decem tribus Israel
recedendo à Roboam, quamquam ipse non habuerit C
ius petendi vnionem regni. Aliter potest dici, quòd
dato quòd Israelitæ vellent redire ad Roboam, & De⁹
diceret, quòd non redirent, non sequebatur, quòd nõ
peccassent recedendo ab illo: quia ipsi fortè egerunt
diuisionem illam sine aliqua causa. Deus autem ex
aliqua causa occulta Israelitis vellet, quòd non reinte-
graretur regnum in pœnam Roboam: sed id quod ne-
sciebant Israelitæ, non poterat eos excusare: ideo non
excusarentur quin peccarent. Dicendum tamen, q̃
his non obstantibus, non peccauerunt Israelitæ rece-
dendo à Roboam. Et ratio est, quia cuilibet permit-
titur à Deo defensio legitimè habita. Qui autem non
est seruus, non cogitur à Deo, quòd seruiat alicui: sed
Israelitæ erant liberi, & habebant super se reges, non D
vt dominos, sed vt rectores si igitur reges eorum vel-
lent subijcere eos in seruos, vel grauare supra modum
licitè poterant recedere ab eis: sicut quelibet gens po-
test recedere à rege suo, quando fuerit valde iniustus:
vt declaratum est supra in quadam quæstione. Ro-
boam autem volebat opprimere nimis Israelitas: nam
dixit: pater meus cęcidit vos flagellis, ego autem cędã
vos scorpionibus: pater meus posuit super vos iugum
graue, ego autem maius pondus apponam, supra in li-
tera, & 3. Regum 12. Ideo poterat populus licitè re-
cedere ab eo, vt non reduceretur in seruitutem, cùm
non obligaretur seruire ei, nec cuiquam alteri.

*An poterat licitè populus recedere.* E

*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm decem tribus Is-
rael recesserunt à Roboam propter dura verba,
quæ respondit, nunquid si respondisset blandè, an po-
terant Israelitæ licitè recedere ab eo. Aliquis dicet,
quòd quantumcunq; blandè responderet Roboam,
poterat populus licitè ab eo recedere, quia Deus præ-
dixerat, quòd decem tribus recederent à Roboam, &
essent subiecti Ieroboam: vt dicitur. 3. Reg. 11. Ergo
poterant recedere illę decem tribus qualitercunque
responderet Roboam. Respondendum tamen, quòd
istę decem tribus non poterant licitè recedere à Ro-
boam, si non fecisset aliquid dignum diuisione regni,
& in præiudicium earum. Istud autem poterat esse
quandocunque nimis grauaret subditos suos: vnde si
à principio respondisset Roboam malè, sicut respon-
dit, poterant licitè ab eo recedere Israelitæ, sicut fece-
runt. Si autem non respondisset malè, non habebant
tunc aliquam causam iustam recedendi: si tamen à
principio benè respondisset, & postea grauaret subdi-
tos: poterant recedere ab illo quocunque tempore
grauaret eos. Istud autem non erat speciale in Roboã:
nam etiam si Salomon, vel Dauid grauasset nimis po-
pulum tributis, vel seruitute aliqua, poterant recedere
ab eis, licèt isti essent reges vncti. Cùm autem obijci-
tur, quòd diuisio regni fuerat prænunciata per pro-
phetiam, dicendum quòd ista non dabat Israelitis ali-
quod ius recedendi à Roboam: quia prophetia nun-
quam est mandatum de agendo, vel non agendo: sed
est prænunciatio de euentu rerum: ideo neminem
obligat: solùm enim mandatum est ad agendum, vel
non agendum: vnde Israelitis non debebat esse cura
de verificando prophetiam Dei: quia cùm ipse prænũ-
ciasset hoc, ipse verificaret illud, & non egebat adiuto-
rio Israelitarum ad hoc. Item Israelitæ debebant in-
telligere, quòd ista prophetia dicta erat cum conditio-
ne, vel saltem subintelligebatur, s. si Roboam grauа-
ret populum. ideo si non reperirent aliquod grauamẽ
intelligere debebant prophetiam non esse complen-
dam, & sic quousque viderent causam rationabilem
non debebant recedere à Roboam. Item cum sæpè
prophetiæ intelligantur secundùm comminatio--
nem, & non secundùm firmitatem diuinæ sententiæ:
vt patet Ierem. 18. & Ezech. 33. debebant interpretari
Iudæi istam prophetiam dictam esse secundùm com-
minationem: ideo si non impleretur, non erat incon-
uemens. Sed Deus, qui dixerat illam, si secundùm fir-
mam sententiam illam protulerat, verificaret eam.
Si autem secundùm comminationem dicta esset, nõ
compleretur: ideo si Israelitæ prætextu prophetiæ hu-
ius recederent à Roboam, nulla alia existente causa,
cùm iam de iure communi tenerentur manere in re-
gno posteritatis Dauid ex promissione facta Dauid;
2. Regum 7. & præcedenti lib. 17. peccarent, & tene-
rentur redire ad vnitatem regni, quam iniuste intro-
duxerant.

*An duæ tribus poterant licitè recedere à Roboam.*

*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, an aliæ duæ tribus, quę
manserunt cum Roboam, s. Iuda, & Beniamin
poterant ab eo licitè recedere propter verba dura, quę
dixit, scilicet: pater meus cęcidit vos flagellis, ego autẽ
cædam vos scorpionibus. Aliquis dicet, quòd non
poterant licitè recedere: quia si recederent maneret
posteritas Dauid sine regno, & tamen Deus dixerat,
quòd non auferretur regnum totaliter de domo Da-
uid, sed diuideretur, ideo tenebantur istæ duæ tribus
manere cum Roboam. Item Deus dixit, quòd decem
tribus solùm daret ipsi Ieroboam. 3. Regum 11. Ergo
necesse erat, quòd manerent duæ tribus cum Roboã.
Respondendum, quod duæ tribus, quæ manserant cũ
Roboam potuissent licitè ab eo recedere sicut cæte-
ræ, quia ista verba Roboam grauabant omnes de re-
gno suo, cùm diceret, quòd imponeret eis graue iu-
gum, ideo quilibet poterat recedere ab illo: nec obstat
prophetia, quia sicut declaratum est præcedenti quæ-
stione, quòd decem tribus non excusabantur si pro-
pter solam prophetiam recederent à Roboam, ita nec

duæ

duæ tribus obligabantur manere cum Roboam propter ſolam prophetiam, ſi alias haberent iuſtam cauſam recedendi ab eo. Conſtat autem, quòd habebant iuſtam cauſam recedendi: quia dixerat Roboam, ꝙ grauaret eos nimis: ideo non obſtante prophetia poterant licitè recedere ab eo. Imò dicendum, quòd ſi prophetia aliqua obligaret duas tribus ad manẽdum, non magis obligarentur manere tribus Iuda, & Beniamin, quæ manſerunt, quàm quęcunque aliæ tribus, eo quòd prophetia non determinauit, quæ tribus manere debebant cum Roboam, & quæ recedere: ſed quælibet debebat putare ſe obligatam eſſe ad manendũ, cum Roboam. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd iſta erat prophetia, & non mandatũ: iõ non obligabat aliquas de tribubus Iſrael, potiuſquã ſi nunquam fuiſſet data, ſed ſi nunquam fuiſſet data illa ꝓphetia, licuiſſet omnibus tribubus Iſrael: ex cauſa iuſta recedere à Roboam: ergo etiam nunc licebat nõ obſtante prophetia. Ad Deum autem pertinebat verificare illam, & ſic fuit: quia ipſe mouit cor decem tribuum, vt recederent à Roboam pro grauamine, quod promittebat Roboam ſe facturum. Duas autem tribus Deus mouit ad permanendum, ſ. quòd quamquam Roboam iſta diceret, vellent manere cum eo: habebãt tamen libertatem recedendi. Ad ſecundam rationem eodem modo dicendum, quòd prophetia erat, & non præceptum: ideo non obligabat, ſi tamen obligaret, nõ magis obligaret iſtas duas tribus, ſ. Iuda, & Beniamin, quam quaſcunque alias, cùm nullam determinaret, vt ſupra dictum eſt.

*Quare miſſus eſt Aduram ad decem tribus, &c.*
*Quæſt. XVI.*

QVAERITVR vlterius circa Aduram, qui miſſus eſt ad decem tribus Iſrael, ad quid miſſus eſt. Aliqui dicunt, quòd miſſus eſt ad petendum tributa, & hoc colligunt ex duobus. Primò, quia receſſerant iſtæ decem tribus à Roboam, & volebat ipſe experiri, an verè receſſiſſent, & ad hoc iuſſit peti ab eis tributa regalia, vt ſi negarent tributa pateret eas omnino receſſiſſe à Roboam, & tunc ſciret ipſe quid expediret ei agere contra illas. Si autem tributa ſoluerent, manifeſtum erat eas non receſſiſſe ab eo. Secundum eſt, quia dicitur hic, quòd miſit Roboam ipſum Aduram, qui præerat tributis, ergo videtur, quòd mittebat eum ad petendum tributa, quia aliàs fruſtra poneretur, & fieret mentio, quòd Aduram præerat tributis. Dicendum tamen videtur, quòd non miſſus fuit Aduram ad petendum tributa, ſed ad faciendum aliquid aliud, & hoc quia non eſt veriſimile, quòd nunc peteret Roboam tributa. Primò patet, quia quando miſit Roboã ad Iſraelitas Aduram, adhuc manebant Iſraelitæ, & ipſe Roboam in Sichem, in quo loco conuenerant ad conſtituendum eum in regem: Quod patet, quia qñ locutus fuerat Aduram Iſraelitis lapidauerunt eum, quo audito Roboam timuit, & feſtinus aſcendit currum, fugitque in Ieruſalem: & tamen ſi non manerẽt Iſraelitæ, & Roboam ſimul adhuc in Sichem, non timeret Roboam ad hoc, quòd oporteret eum fugere. Nam ſi ſinguli Iſraelitarum receſſiſſent in tabernacula ſua, non habebat Roboam, quem timeret etiam ſi ipſe maneret in Sichem: vel ſi ipſe receſſiſſet iam de Sichem in terram ſuam, dato quòd omnes Iſraelitę eſſent congregati in Sichem, & ibi lapidarent Aduram, non timeret Roboam, nec habetet cauſam fugendi, quia erat iam in terra ſua, & tamen quia erat Roboam in Sichem, & ibi etiam omnes tribus Iſrael, & lapidauerant Aduram, timuit Roboam: quia ſi ibi maneret ipſe aliquanto tempore, etiam eum lapidarent, ideo fugit. Hoc ſtante non eſt veriſimile, quòd Roboam mitteret Aduram ad petendum tributa: quia non erãt Iſraelitæ in vrbibus ſuis, & tamen tributa non colligerentur niſi quando eſſent ſinguli in locis ſuis: quia ibi haberent vnde ſoluerent. Etiam quia non erat aliquis color ad petendum tam cito tributa: nam licèt ex parte Roboam eſſet conueniens modus cognoſcendi, an erant ſubditi ei Iſraelitæ, tamen non erat conueniens color, contra Iſraelitas, quòd illico, quòd congregarentur ad coſtituendum regem, ipſe peteret tributa: nam ſuſpicarentur manifeſtè aliquod malum Iſraelitæ ex tali petitione tributorum. Secundò patet, quia Roboam nondum erat conſtitutus in regem ſuper Iſraelitas, quomodo peteret tributa: non enim erat veriſimile: quia iſtud erat in iniuriam Iſraelitarum. Et dato, quòd Iſraelitę denegarent tributa, non oſtendebãt ſe rebellare, ſed agerent de iure ſuo, dicentes ſe non eſſe obligatos ad reddendum tributa niſi regi: Roboã autem non erat rex, cùm nondum conſtitutus eſſet in regem. Tertiò patet, quia non eſt veriſimile, quòd Roboam vllo modo mitteret nunc ad petendum tributa, quia Iſraelitæ receſſerant nunc à Roboam, quia grauiter locutus fuerat eis dicens, quòd apponeret eis maiora onera, quàm appoſuerat pater ſuus, & cęderet eos ſcorpionibus, cùm pater eius cęcidiſſet eos flagellis. Si autem nunc mittendo illico Roboam ad petendum tributa ab Iſraelitis viderent ipſi, quòd Roboam oſtenderet in opere duritiam, quàm verbo dixerat: cũ prima die ferè congregationis ſuæ antequam eſſet cõſtitutus rex peteret tributa, & ſic iraſcerentur nimis Iſraelitæ, & hoc erat, vt nunquam poſſent concordari cum eo, & tamen ipſe volebat concordare cum illis, vt reduceret illos ad ſe: ergo non aggrederetur eos ita inhumanè, ſed potius verbis blandis, & cauendo inferre eis aliquam moleſtiam. Dicendum ergo, quòd non miſſus eſt Aduram ad Iſraelitas ad petendum tributa, ſed ſolùm ad reconciliandum populum cum Roboam, & reducendum ad ipſum. Nam cùm Roboam vidit totum populum contra ſe motum propter ſtultam reſponſionem ſuam, agnoſcens culpam voluit reconciliari populo, & ad hoc miſit Aduram, qui erat vir honorabilis, vt ipſe loqueretur populo ex parte regis: quia rex ex leuitate, vel inaduertentia dixerat verba illa, & tamen non intendebat ſic facere, ſed quòd aſſentiret petitionibus eorum: ſic ait Joſephus 8. Antiqui. Nam dum miſiſſet Roboam quendam ſuper tributa conſtitutum nomine Aduram, qui eos aliquo modo reuocaret, & poſt ſermonem, qui petulanter ab ætate iuuenili prolati fuerant ad concordiam reuocaret paſſi, non ſunt, ſed eum lapidantes interemerunt. Ad primum motiuum in contrarium dicendum, quòd non erat conueniens, quia cùm nondum Roboam eſſet rex, non poterat licitè petere tributa, ideo dato, quòd non darẽt ei tributa ille decem tribus, non oſtenderent ſe rebellare ei, ſed vterentur iure ſuo. Ad ſecundum dicendum, quòd non fuit miſſus Aduram ad petendum tributa, ab Iſrael, ſed cùm eſſet vir ſenex, & honorabilis, cuius auctoritati populus cederet, & faciliter reuocaret illos. Dicitur autem, quòd erat ſuper tributa, non ad ſignandum, quòd ibat ad petendum tributa, ſed ad denotandum, quis erat iſte Aduram, ſcilicet, quòd erat ille, qui colligebat tributa: quia per officia ſolent cognoſci habẽtes magis quàm nominibus ſuis, & quia 3. Regum 4. vbi agitur de officialibus Salomonis dicitur, quòd iſte Aduram erat conſtitutus ſuper tributa: dicitur etiam hic, & 3. Regum 12. quod miſſus eſt iſte Aduram, qui præerat tributis.

*An*



*An peccauit populus, occidendo Aduram.*
*Quæſt. XVII.*

QVAERITVR vlterius, quare populus occidit Aduram, & an peccauit occidendo eum. Aliqui dicunt, ꝙ Aduram ibat ad petendum tributa, & quia in hoc præiudicabat Iſraelitis, cùm Roboam nõdum eſſet rex, qui petebat tributa, commoti ſunt iracundia, & lapidauerunt eum. Dicendum tamen, ꝙ hoc nõ ſtat, quia præſupponitur hic, ꝙ iuerit Aduram ad petendum tributa, & tamen falſum eſt, vt probatũ fuit præcedenti quæſtione. Poteſt autem dici, ꝙ Iſraelitæ tantum concitati fuerant in iram cõtra Roboam, qcùm viderunt Aduram venientem ex parte Roboã, putantes, ꝙ veniret ad fallendum eos, non potuerunt ſuſtinere, quin lapidarent eum. Aliter poteſt dici, ꝙ Iſraelitis cępit perſuadere Aduram, vt redirent ad Roboam, & quia ipſi valde exoſum habebant Roboam, nec poterant ei æquo animo ſubijci, aliqui de principibus huius ſeditionis irruerunt illico in Aduram, opprimentes eum lapidibus: quia timebant, ꝙ ſi permitteretur Aduram finire orationem ſuam, multi de Iſraelitis conuerterentur ad Roboam: & ſic ceſſaret ſeditio: principes tamen huius ſeditionis nolebant, quòd ceſſaret, ideo lapidauerunt Aduram. Cauſa autem quare voluerunt, ꝙ non ceſſaret ſeditio fuit duplex. Prima, quia ſi nunc reconciliaretur populus ipſi Roboam, parceret Roboam multitudini, quę vt commuiter nõ regitur à ſe, ſed ab aliquo duce, & quia aliqui fuiſſent præcipui in hac ſeditione, Roboam puniret eos directè, vel indirectè: ideo vt non punirentur, voluerunt continuare ſeditionem: vt ſic non prævaleret contra eos Roboam. Secunda cauſa fuit propter Ieroboam: quia ipſe intendebateſſe rex, & populus eum volebat conſtituere in regem: potiſſimè cum Ahias prophetia prænunciaſſet hoc, & tamen ſi ceſſaret ſeditio, conuerteretur totus populus ad Roboam, & non poſſet conſtitui Ieroboam in regem: ideo principes ſeditionis noluerunt, ꝙ ceſſaret iſta ſeditio, & credendum eſt, ꝙ præcipuus, qui inſtabat, vt lapidaretur Aduram, & non ceſſaret ſeditio, erat Ieroboam: quia cùm ipſe tempore Salomonis inſurgeret contra eum ad vſurpandum ſibi regnum. 3. Regum 11. à fortiori nunc inſurgeret tempore Roboam vacante ſede regni, ſ. quia nullus conſtitutus erat adhuc in regem. Tertia cauſa erat ex parte ipſorum principum ſeditionis: quia cum principes ſeditionis facerent nunc aliquem regẽ ſuper decem tribus Iſrael, quia ipſi dabant ei regnum, ſic teneretur eis, & benè faceret ſibi nimium. Hoc autem non intendebant conſequi à Roboam, cui de iure debitum erat regnum, & non putaret ſe ab eis recipere beneficium, licèt regnaret: ideo voluerunt continuare ſeditionem, & occidere Aduram. Cùm autẽ quæritur, an peccauerunt Iſraelitæ lapidando Aduraã, dicendum, ꝙ non poteſt dari determinata reſponſio, eo ꝙ non apparet motiuum Iſraelitarum, qđ fuerit ad lapidandum Aduram: nam ſecundùm illud poterat iudicari an iuſtè, vel iniuſtè feciſſent. Dicendũ tñ, ꝙ ſi occiderunt eum, quia ſuadebat illis redire ad Roboã, non habebant iuſtam cauſam lapidandi illum, & ille habebat iuſtam cauſam exorandi illos, & ſic peccarẽt. Si autem lapidarent eum, quia peteret tributa, videbatur habere motiuum conuenientius, ſ. ꝙ nondum ipſi erant obligati ad aliqua tributa, cùm nondum haberent regem: ideo offendebat eos Aduram petendo tributa, & conſequenter poterant vindicare iniuriam ſuã occidendo eum, ſed magis videtur ſm conſcientiam, quòd tenebantur Iſraelitę admonere Aduram, ne peteret tributa, & ſi monitus deſiſtere nollet, poſſent eum iuſtè lapidare.

*An tenerentur redire ad Roboam propter illud, quod dicitur in litera.* *Quæſt. XVII.*

QVAERITVR vlterius, an Aduram admonente Iſraelitas ex parte Roboam, quòd redirent ad eum petendo veniam de verbo ſtulto, tenerentur redire ad eum. Aliquis dicet, quòd ſic: quia Iſraelitæ nõ habuerunt aliquòd ius recedẽdi à Roboam: niſi quia ipſe ſtultè locutus eſt dicens, quòd grauaret eos magis quàm pater ſuus: ideo ſi reuocaret dictum ſuum, & promitteret ſe non grauaturum Iſraelitas, videtur ꝙ tenebantur redire ad eum, quaſi ſi nunquam locutus fuiſſet aliquid ſtultè contra eos. Reſpondendum ſecundùm quoſdam, ꝙ non tenebantur Iſraelitæ redire ad Roboam: eo ꝙ Deus dixit ſequenti cap. & 3. Reg. 12. quòd duæ tribus non conarentur pugnare contra decem tribus Iſrael, ad reducendum eas ad vnitatẽ regni, quia ipſe fecerat hanc diuiſionem. Sed dicendum, ꝙ iſta ratio non ſtat, quia iſtud fuit dictum duabus tribubus, ſ. ꝙ ipſę non haberent ius repetendi vnionem regni, & pugnandi contra decem tribus provnione, eo quòd Roboam merebatur perdere illas decem tribus, & tamen non dictum fuit decem tribubus, ꝙ non redirent ad Roboam: quia fortè illę iniuſtè receſſerant ab eo, & tunc non habebat ius Roboam petendi illas redire in regnum ſuum. Dicendum igitur, ꝙ non obligabantur decem tribus, petente Aduram redire ad vnionem regni. Primò, quia iſtæ decem tribus iuſtè receſſerant à regno Roboam: vt declaratum fuit ſupra, poſtquam autem iuſtè receſſerunt, non pertinebant iam vllo modo ad eum. Ideo dato, ꝙ Roboam eſſet poſtea bonus, in poteſtate earum erat accipere eũ in regem, vel non: ſicut gentes illę, quæ nullum regẽ habent, quamquam inter eas ſit aliquis vir valde bonus, non obligantur eum accipere in regem: ita iſtæ decem tribus ſemel ſolutæ iuſtè à iugo regni, non obligabantur accipere plus Roboam, quàm aliquem alium: & ſic quamquam nunciaretur eis, ꝙ erat iam valde bonus, non obligabantur iam redire ad ipſum. Secundum eſt, quia poſito, ꝙ tenerentur Iſraelitæ redire ad Roboam ipſo exiſtente bono: tamen nunc nõ poterat eis conſtare hoc, nec dari eis firma cautio, ꝙ Roboam benè ſe haberet ad eos, cùm à principio oſtendiſſet malam voluntatem ſuam. Nuncautem veriſimile erat, ꝙ licèt bona loqueretur non diceret: ſed ſolùm vt reduceret ſemel populum ad ſe, & poſtea poſſet illos grauare quantum vellet: non ergo tenebantur ſibi credere decem tribus, nec redire ad eum. Item confirmatur hoc, quia apparet, quòd voluntas Dei erat hęc, ſ. quòd maneret regnum Iſrael diuiſum, cùm promiſiſſet dare decem tribus ipſi Ieroboam: vt patet 3. Regum 11. ſ. ideo non oportebat, niſi vt Iſraelitæ ex iuſta cauſa tranſirent ad Ieroboam, quia poſtea conſtabat, quòd ipſi complebant voluntatem Dei, & ſic agerent bonum & benè, quod requiritur ad perfectam rationem boni operis. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non obligabantur decem tribus redire ad Roboam, & quando dicitur, quòd non receſſerunt ab eo, niſi quia erat malus: ergo ſi poſtea eſſet bonus tenerentur redire ad eum. Dicendum, quòd falſum eſt, quia poſtquam recedebant ſemel ab ipſo, erant omnino liberati à iure regni, tanquam ſi nunquam habuiſſent regem ſuper ſe: ergo non tenebantur redire, licèt eſſet bonus Roboam: quia ſi nunquam accepiſſent aliquem in regem, dato quòd conſtaret Roboam eſſe bonum, non tenerentur accipere eum in regem. Sed obijcietur, quòd tenebantur redire: quia de iure communi erant ſubiecti omnes Iſraelitæ ipſi Dauid, cùm Deus ꝓmiſiſſet regnum Dauid

uid in æternum: præcedenti lib. 17. cap. & 2. Regum 7. Ergo quamquam liceret aliquando propter culpam recedere à posteritate Dauid: tamen postea existente bona posteritate Dauid, obligabantur redire ad illam. Dicendum, quòd Israelitę iam liberati erant ab hac lege, & quòd Deus promiserat dare Ieroboam decem tribus, & quòd manerent cum Roboam duæ tãtùm: ideo cùm haberent iustam causam Israelitæ recedendi, poterant manere apud Ieroboam, licèt Roboam vellet eis reconciliari.

*An magis mererentur in manendo, vel redeundo.*

*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm decem tribus Israel recedere potuerint licitè à Roboam, & etiã manere poterant in dominio eius, cùm ipse se excusaret de verbo stulto per Aduram, in quo melius ageret, & magis mererentur in manendo, s. cum Ieroboam, vel in redeundo ad Roboam. Respondendum, quòd quando per Aduram, vel aliquem alium ex parte Roboam proponeretur Israelitis excusatio eius de verbo stultè dicto, aut Israelitæ accepissent aliquem nouiter in regem, vel non: si iam accepissent Ieroboam, vel aliquem alium, dico quòd non benè faciebant redeundo ad Roboam, nec poterant facere de iure: nam si Israelitæ ex causa iniqua, & contra ius recessissent à Roboam, & accepissent alium in regem, poterant dimittere eum imò tenebantur, & redire ad Roboam, & tamen si iustè dimississent eum, & accepissent alium in regem, dato quòd vellet postea Roboam se emendare, & benignè tractare populum, nõ licebat eis redire ad eum. Prima pars patet, quia si Israelitæ recessissent à Roboam ex causa iniqua, peccarent recedendo, & tenebantur redire ad ipsum: quia aliter non poterant ei satisfacere, cùm abstulissent ei dignitatem, magnam iniuriam, & damnum suum inferendo, nisi restituerent, quod abstulerãt: & hoc erat, quòd redirent ad eum, sicut prius erant, & tunc dato ꝙ accepissent alium in regem, tenebantur eum dimittere, & redire ad Roboam, & non præiudicabant regi, quem nouiter assumpserant in hoc. Patet, quia non potuerant eum constituere in regem super se in præiudicium primi regis, ad quem de iure pertinebat dominari super eos: ideo licèt nunc subtraherent nouo regi obedientiam, quam de nouo præstabant, non peccabant, nec præiudicarent ei: quia sicut de iure nihil ei potuerant conferre: ita nunc per subtractionem obedientiæ nullum ius ei auferebant. Secunda pars patet, quia si iustè Israelitæ recederent à Roboam, per istam recessionem efficiebantur omnino extranei ab eo, & poterant iam manere liberi, vel constituere quẽcunque vellent super se in regem, ideo cùm non tenerentur alicui de iure, poterant se subijcere cuicunq; vellent, quia plenum ius super se habebant, & si aliquem semel super se regem accepissent, ille efficeretur verè rex, & haberet plenum ius regale super eos. Nunc autem fuerat liberum Israelitis constituere illũ super se in regem: non tamen liberum erat eis postea illum priuare regno, quandocunque vellent: sicut liberum est alicui donare alteri, quod voluerit: tamen donatione facta, non est sibi liberum repetere, quod donauit, eo ꝙ ius translatum est in alium, quod sine eius iniuria, non potest auferri: & sic dato quòd postea Roboam esset valde bonus, si Israelitæ vellent redire ad eum relicto eo, quem nouiter constituerant, priuarent illum iure suo, auferendo sibi dignitatem regalem, volendo eam dare Roboam, cui tamen non tenebantur eam dare, ergo peccarent. Ex hoc autem sequitur, quòd postquam constitutus est Roboam rex, super decem tribus Israel, & volebat Roboam pugnare contra Israelitas, dato quòd de facto pugnaret, non licebat Israelitis recedere à Ieroboam timore belli, & accipere in regem ipsum Roboam, quia priuarent Ieroboam regni iure, quem tamen sponte regem fecerant. Si autem Israelitæ neminem constituissent in regem, quando Aduram proponebat eis excusationẽ Roboam, sicut fuit de facto, quia nondum constituerant Ieroboam in regem, dicendum, quòd est dubium. Aliqui enim dicunt, ꝙ magis meritorium erat, ꝙ non redirent Israelitæ ad Roboam. Ratio huius est, quia Israelitæ semel rectè recesserant à Roboã, vt declaratum est. Continuando autem hanc discessionẽ adiuuabãt Deum ad complendum propheticam prænunciationem eo modo, quo homo dicitur Deo cooperari, vel supplere, quæ ei desunt, & sic videtur, quòd faciebat opus meritorium, quia bonum erat, & bona intentione factum. Dicendum tamen videtur per contrarium, ꝙ magis merebantur Israelitæ, si reuersi fuissent ad Roboam. Prima ratio est, quia faciebant opus virtutis, s. remittentes iniuriam: nam Roboam iniuriam intulerat Israelitis, dicendo, quòd grauaret eos plusquam pater suus: cùm ergo ipse velet se corrigere, ꝙ ipse remitteret hanc iniuriam: videbantur facere opus magnæ virtutis, quod non facerẽt si propter istam iniuriam recederent à Roboam, & acciperent alium in regem, sicut fecerunt. Secundò patet, quia licèt Israelitæ recedendo a Roboam iustũ faciebant, quia grauabat eos: tamen non videtur, ꝙ bono animo faciebant, sed potius animo vindicandi iniuriam susceptam, quod patet, quia tantam conceperunt iram contra Roboam, ꝙ quando viderunt loquentem Aduram de reductione ad Roboam, non se potuerunt continere, quin eum lapidarent. Agere tamen desiderio vindictæ malum est, & nunc si redirent ad Roboam, cùm se excusabat, facerent opus laudabile magnæ virtutis: ideo magis esset hoc meritorium. Tertiò patet, quia in hoc Israelitæ essent valde grati beneficijs susceptis à Dauid, & Salomone: nam Dauid fuit, qui exaltauit gloriam totius regni Israel, & liberauit Israelitas de tributis, quæ soluebant Philisthinis. 3. Regum 8. Dilatauit etiam regnum Israel accipiendo multas vrbes, & loca, quæ ab hostibus tenebantur, & congregauit aurum, & argentum, & alias expensas ad faciendum templum domini, vt esset oraculum Israelitarum, & in hoc valde honorauit eos: quia nulla domus tam pulchra in toto orbe erat, vt patet 3. Regum 5. & supra 2. & multa alia, ita vt ferè totum bonum, quod habebant Israelitæ, deberent ipsi Dauid: quia totum eo ministro, & regente accepe-rant: Salomon quoque licèt in fine regni sui premeret Israelitas magnis tributis: tamen in principio regni sui, & quasi vsq; ad senectutem semper se habuit benignè ad Israelitas: multa quoque beneficia eis contulit: ipse namque templum ædificauit: ipse etiam laudẽ regni Israel exaltauit: quia propter sapientiam suam omnes reges terrarum desiderabant videre faciem eius, & mittebant legatos: multique eorum personaliter veniebant, sicut fecit Regina Saba, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: Matt. 12. Et ex hoc laudabantur Israelitæ, qui talem regem habebant: subiecit quoque omnes populos Chananæorum in tributarios, qui derelicti fuerant, quos non occiderant Israelitæ, & acquisiuit partem quandam Syriæ, constituitque in eas nouas ciuitates, scilicet. Palmiram, & alias: vt patet supra 8. & 3. Regum 9. Multa quoque alia fecit magnalia, pro quibus Israelitæ tenebantur ad multa Dauid, & Salomoni. Et quia non poterant retribuere eis in persona, cùm non superuiuerent tenebantur contribuere posteritati eorum, & sic licèt Roboam filius Salomonis, & nepos Dauid peccasset insolenter loquendo contra populum, & mereretur priuari regno, tamen quòd propter Dauid, & Salomonem populus parceret insolentiæ eius erat valde laudabile, & essent in hoc reddentes gratiam beneficijs acceptis. Item non solùm in hoc benefaciebant Israelitæ posteritati Dauid, & Salomonis, sed etiam ipsi Dauid, & Salomoni: quia fortunæ nepotũ, & pronepotum adiuuant felicitatem defunctorum, vel minuunt eas, vt patet primo Ethic. cap. Pronepotum autem fortunas. Quod ergo Dauid fuisset rex potentissimus, & Salomon rex gloriosissimus toto orbe, & filius eius Roboam nepos Dauid priuaretur regno patris, & aui: nec relinqueretur ei, nisi portiuncula regni, erat calamitas quędam, & diminutio famæ mortuorum: quia in hoc gloria eorum censebatur denigrari: ideo vt saltem non offenderetur gloria Dauid, & Salomonis mortuorum, non debuissent Israelitæ recedere ab eorum filio Roboam, vel saltem laudabilius fecissent non recedendo, vel postea redeundo, quàm permanendo in discessione. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd velle adiuuare Deum ad complendum prophetiam non erat meritorium: cùm non esset illud opus tale, quòd secundùm se proficeret ad meritum, potissimè quia nesciebant Israelitæ, an Deus vellet illam prophetiam compleri: quia poterat esse, quòd illa prophetia esset secundùm comminationem, & talis Deus non vult compleri. Faciendo autem contrarium habebant multas radices merendi, sicut supra declaratum est: ideo magis erat meritorium reuerti ad Roboam, quàm manere in discessione: imò (vt verius loquamur) dicendum, quòd manere in discessione erat vti iure suo, tamen non erat meritorium: & tamen redire ad Roboam si appareret, ꝙ ille se vellet emendare de sua insolentia, erat satis meritorium.

*An populus potuisset licitè occidere Roboam.*

*Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur in litera, quòd Roboam audito, quòd populus lapidasset Aduram timens ascendit currum, & fugit in Ierusalem: an populus potuisset licitè occidere lapides, vel occidere ipsum Roboam pro stultitia sua. Aliquis dicet, quòd non, quia prædixerat per Ahiam Silonitem, quòd decem tribus transirent ad Ieroboam, & duæ manerent cum Roboam. tertio Regum decimo. Si autem Israelitę occiderent nunc Roboam facerent contra prophetiam Dei, ideo peccarent. Dicendum, quòd ista ratio non stat. Primò, quia fortè Israelitæ non audiuerant prophetiam illam: nam illa solùm fuit denunciata Ieroboam per Ahiam in agro. tertio Regum vndecimo. Et verisimile est, quòd ipse satis occultarent istud, ne publicato sermone posset poni sibi scandalum, quod non poneretur ignota re. Etiam colligitur hoc, quia si fortè iste sermo publicatus esset, timeret Roboam complendam esse prophetiam illam, scilicet, quòd decem tribus recederent ab eo, & tunc cautius se habuisset in constitutione sua in regem, scilicet, non loqueretur superbè ne daret occasionem populo ad faciendum id, quod prænunciatum fuerat, & quòd ipse timebat, & tamen habuit se valde humiliter. ideo credendum est, quòd Roboam non audisset sermonem istum, nec esset publicatus, & sic eam non denunciata esset prophetia ista populo nihil poterat mouere ad agendum, vel non agendum. Secundò, & efficatius: quia dato quòd cognita esset prophetia toti populo, non tenebantur Israelitæ stare illi Prophetię: quia non constabat an dicta fuisset secundùm firmam Dei sententiam, vel secundùm comminationem, vel promissionem. Tertiò, & clarius patet, quia etiam si crederetur Prophetiam illam dictam esse secundùm firmam Dei sententiam, non obligarentur Israelitæ ad faciendum aliquid, quod ipsa prædicebat, quia solùm præceptum est, quod obligat ad obseruationem, & tamen prophetia non est præceptum, sed prænunciatio quædam: ideo non tenebantur Israelitæ ad efficiendum, quod in prophetia continebatur. Confirmatur hoc, quia sequeretur ex hoc magnum inconueniens: nam si prænunciatum esset de aliquo, quòd futurus esset rex, & ille antequam esset rex coleret idola, sequeretur, quòd non poterat puniri secundùm legem: sed istud est magnum inconueniens, cùm Deus iubeat tales lapidari, & quòd non parcatur eis: Deuter. decimo septimo. Ergo non obligat prophetia ad obseruationem. Ita de Roboam erat, quia poterat facere aliqua mala, propter quæ secundùm legem mereretur mortem, & non posset puniri, quia Deus prænunciauerat, quòd regnaturus esset super duas tribus Israel, & sic ista prænunciatio prophetica non excusabat eum, dum tamen aliàs mereretur mortem. Aliquis ergo dicet, quòd poterant licitè Israelitæ lapidare Roboam: quia potuerunt licitè lapidare Aduram, qui missus erat à Roboam: vt declaratum est supra in quadam quæstione: & tamen magis peccauit Roboam quàm Aduram: quia Roboam misit Aduram, & iussit ei facere, vel dicere omnia, quæ fecit, vel dixit: iustius ergo poterant Israelitæ lapidare Roboam. Respondendum, quòd non licebat Israelitis lapidare Roboam, & patet hoc, quia Roboam de facto nihil egit, sed solùm dixit vnum verbum stultum, scilicet, quòd premeret Israelitas maiori iugo quàm pater eius illos pressérat, & tamen propter vnum verbum stultum non merebatur mortem rex, vel filius regis. Nam etiam vnus homo priuatus, qui alicui mortui se diceret se aliquam iniuriam illaturum, non ex hoc reus est mortis, nisi inferat, vel inferre tentet: quantomagis cùm Roboam esset maior dignitate quàm populus, non erat reus mortis, licèt offenderet populum in vno verbo stulto? Vnde dicendum, quòd si licitum fuit Israelitis recedere à dominio Roboam, ne eum constituerent regem, non fuit propter magnitudinem iniuriæ quasi ista iniuria liberaret eos à potestate Roboam: sed hoc fuit propter iustum timorem: quia cùm Roboam comminaretur tanta mala se facturum, & haberent Israelitæ iustam causam timendi, scilicet, quia si efficeretur rex, haberet opportunitatem ad faciendum hæc, & fortè faceret: timor iste iustus, scilicet ne inciderent in mala, quæ comminabatur Roboam liberauit eos a potestate eius, ita quòd ipsi possent facere iustam discessionem. Si ergo stultum illud verbum non fuit causa sufficiens ad priuandum ipsum Roboam iure regni, nisi aliquid aliud interciderit, à fortiori non esset causa sufficiens ad occidendum eum. Si autem obijciatur, quòd Roboam fugit timens. quòd occideretur. Dicendum, quòd non fugiebat quasi timens, quòd de iure posset occidi, sed de facto timuit, quòd aliquod malum sibi inferretur. Nam cùm vidit, quòd tanta ira populi fuerit, quòd sic indeliberatè lapidauissent Aduram virum suum propter eum, credidit quòd taliter erat dispositus populus, quòd facilius, vel potius eum lapidarent, si eis occurreret. ideo timens fugit

Ad rationem in contrarium de lapidatione Aduram dicendum, quòd de Aduram est dubium, an populus iustè eum lapidauerit, & præsupponitur potius, quòd eum iniustè lapidauerint, quàm quòd iustè: nam si lapidauerunt eum, quia orabat pro reductione regni ad Roboam, peccauerunt. Si autem pro petitione tributorum, habebant colorem aliqualem, & tamen nō erat iustum, quòd eum occiderent illico, vt tributa peteret: sed debebant eum admonere, ne peteret, & si non desisteret, poterant eum licitè occidere. Præsupponitur tamen eadem quæstione probatum, ꝙ non petiuerit Aduram tributa, nec iuit ad hoc ad Israelitas: sed ad reuocandum eos in vnitate regni, sicut prius, & sic non occiderunt iustè Israelitæ ipsum Roboam, & consequenter non arguitur inde, ꝙ possent iustè occidere ipsum Roboam.

*An tenerentur accipere Ieroboam in regem, &c.*

*Quæst. XXI.*

QVAERITVR vlterius, cùm Israelitæ recesserint à Roboam nolentes eum in regem propter superbiam suam, an tenebantur accipere Ieroboā in regem, vel aliquem alium, vel poterant manere sine rege. Respondendum, quod poterant licitè manere iste decem tribus sine rege: nam lex non obligabat Israelitas ad accipiendum regem, sed potius concedebatur ex quadam permissione: vt patet Deut. 17. Vnde cùm primò petiuerunt regem Israelitæ, offenderunt Deum: vt patet primo Regum 8. & 12. cap. & ibi valde increpantur à Samuele, & dicit Deus se abiectum esse, ne regnaret super Israelitas, & ex magna importunitate petentium concessit regem, vt patet ibidem: cùm ergo nunc Israelitæ liberi essent à rege, non obligabātur secundùm legem accipere regem: nec etiam obligabantur ex debito alicuius personę: quia istud esset ex promissione Dei facta ad illam personam, vel ad progeniem suam, per quam competeret ei ius regnandi, sed istud non erat nisi in Roboam, vel Ieroboam. De Roboam patet, quia ipsi Dauid, & progeniei suæ facta fuit promissio de regnando in æternum super Israel. 2. Regum 7. & præcedenti lib. 17. capit. de Ieroboam patet: quia Deus promisit ipsi Ieroboam per Ahiam Silonitem, quòd daret ei decem tribus Israel. 3. Regum 11. Et tamen nullum istorum obligabantur Israelitæ accipere in regem, ergo nullum regem obligabantur accipere. De Roboam patet, quia Israelitæ recesserant à Roboam iustè semel propter verba sua dura, & propter iustum timorem, quem inde concipiebant Israelitæ: & postquam liberati erant de eius imperio etiam si postea bonus efficeretur, & admoneret Israelitas, vt redirent ad eum, non tenebantur: vt probatum fuit supra in quæstione quadam. De Ieroboam eodem modo dicendum est: nam si obligarentur Israelitæ suscipere Ieroboam in regem, istud non esset nisi propter propheticam denunciationem Ahiæ Silonitis, qui prædixit, quòd regnaturus esset Ieroboam super decem tribus Israel, & tamen ista prophetia non obligabat Israelitas. Primò, quia non constabat eis de illa, cùm solùm denunciata esset ipsi Ieroboam in agro existenti. 3. Regum 11. Secundò, quia dato, quòd constaret populo de prophetia illa: vt pote, quia ipse Ahias Silonites eam repeteret coram toto populo, adhuc non obligarentur Israelitæ ex illa, quia cùm quælibet pphetia posset intelligi secūdùm promissionem, vel comminationem, aut secundùm firmam Dei sententiam, & non constet nobis in quo modo Deus velit intelligi non constat nobis, quæ prophetia complenda est, & quę non, & sic dato quòd prophetia de se obligatiua esset nescirent, an ista obligaret. Tertiò, quia dato quòd intelligeretur prophetia ista secundùm firmam Dei sententiam, non obligaret aliquem, quia non obligat nisi præceptum: prophetia autem qualiscunque sit, nunquam est præceptum, sed solùm prænunciatio futurorum: ideo nemo ad illam obligatur. Quartò patet, quia dato quòd intelligeretur prophetia ista obligaret ad hoc, quòd decem tribus haberent Ieroboam in regem, nulla tribus specialiter teneretur eum accipere in regem, quia decem tribus obligabantur: erant tamen duodecim tribus Israel: ideo manebant duæ, quæ non obligabantur: & quia non determinatum erat, quæ illarum obligarentur: poterat quælibet tribus se credere exemptam ab ista obligatione, & sic nulla tribus subijceretur ei. Non ergo obligabantur accipere Israelitæ Ieroboam in regem. Et sic nullum obligabantur accipere in regem, quia nec Roboam, nec Ieroboam, & tamen de ijs solis videbatur: si igitur Israelitæ recedentes à Roboam non accepissent aliquem in regem, non peccassent: imò valde placeret Deo si nullum vellent habere in regem, sed quòd subijcerentur ipsi Deo immediatè, & quòd quantum ad quædam temporalia regerentur per aliquos iudices, quos constituerent, sicut fuit tempore Iudicum: Israelitæ tamen nolùerunt hoc: quia si manssissent sine rege putabant se non posse resistere Roboam, qui confestim pugnaret contra eos ad reducendum ipsos in regnum suum: ideo putauerunt regem sibi necessarium esse, & immediatè accepe-runt illum. Deus autem inclinauit eos, vt acciperent Ieroboam ad hoc, quòd compleretur sua prophetia per Ahiam Silonitem: si tamen voluissent Israelitæ manere sine rege, fuisset Deo acceptabilius, quàm quòd acciperent Ieroboam, vel aliquem alium. Sed dicetur: si Israelitę vellent manere sine rege, quomodo posset compleri prophetia Dei per Ahiam Silonitem, scilicet, quòd Ieroboam haberet decem tribus Israel sub se. Respondendum, quòd si decem tribus manerent sine rege, non compleretur prophetia Ieroboam de decem tribubus, & tamen Deus, quia omnia præsentialiter videt vnico, & æterno actu, videbat decem tribus Israel, nullo modo velle manere sine rege, sed accipere velle Ieroboam in regem: ideo prophetia de Ieroboam necessariò compleretur: si tamen dicas omnino, quòd Israelitæ vellent manere sine rege, Deus, qui videt omnia, ad quæ voluntas nostra se vertit, aut vertere potest, & cognoscit motum certissimum animæ nostræ: cognouisset, quòd Israelitæ volituri erant manere sine rege, & consequenter non prædixisset de Ieroboam, quòd habiturus esset decem tribus Israel in regno suo. Quomodo autem possit stare prophetica denunciatio de futuro cum libertate arbitrij, declaratum est satis Iosue vndecimo capitulo, in fine magnæ quæstionis, vbi de æternitate, & prædestinatione agitur.

*An possent accipere alium quàm Ieroboam.*

*Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius, dato ꝙ decem tribus recedentes à Roboam vellent accipere aliquem in regem: an possent accipere alium quàm Ieroboam. Aliquis dicet, quòd non: quia Deus dixerat. 3. Reg. 11. quòd daret decem tribus Israel in manus Ieroboam: si ergo decem tribus Israel recedentes à Roboam vellent



lent alium quàm Ieroboam in regem accipere, viderentur manifestè agere contra voluntatem Dei iam verbis expressam, & sic manifestè peccarent. Respondendum, quòd decem tribus recedentes à Roboam poterant accipere quemcunque alium non accipiendo Ieroboam, quia postquam semel recesserunt à Roboam propter stultitiam suam liberi erant à iugo regum: ideo cùm nulli essent obligati ad accipiendum eum in regem, & possent manere sine rege, si vellent: non obligabantur magis isti quàm illi, & sic si aliquem accipere vellent, cùm non tenerentur magis isti, quàm illi, possent accipere quem vellent. Cùm autem obijcitur, quòd si Israelitæ alium acciperent in regem, quàm Ieroboam, facerent contra voluntatem Dei expressam. Dicendum, quòd non facerent: quia Deus nihil iusserat Israelitis super hoc, ideo dato quòd agerent quidquid vellent non peccarent. Quod autem inducitur in contrarium non est præceptum Dei, in quo aliquid iubeatur, sed est prophetica denunciatio futurorum, ad prophetiam autem non obligatur aliquis: vnde verificare prophetiam pertinet ad solùm Deum, & non pertinebat ad Israelitas: ideo si ipsi putarent alium meliorem regem esse pro eis quàm Ieroboam, poterant ipsum accipere reiecto Ieroboam. Deus autem haberet curam de verificando prophetiam suam. Vnde dicendum, quòd decem tribus non elegerunt Ieroboam in regem tanquam volentes complere prophetiam Dei, sed Deus mouit illas ad desiderandum eligere valde Ieroboam in regem, & sic ipse completurus erat prophetiam suam.

## CAPITVLVM XI.

VENIT autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda, & Beniamin centum octoginta millia electorum atque bellantium, vt dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se regnum suum. Factusque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda, & Beniamin: Hæc dicit dominus: non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cùm audissent sermonem Domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Ieroboam.

*Venit autem.* Descripta in præcedentibus regni divisione, hic agitur de diuisionis confirmatione: fuit itaque Dei sententia confirmata diuisio ista inhibendo Israelitis super hoc aliquid agere. Et diuidi tur in duas, quia primò ponitur diuisionis confirmatio. Secundò regis Roboam conditio, ibi. *Hebitauit autem.*

*An inter dicta sit ordo, &c.*

*Quæst. PRIMA.*

QVAERITVR Circa primum an ea, quæ habentur hic habeant ordinem conuenientem ad præcedentia, vel sit ordo immediatus, & an fuerint facta ista immediatè post illa, vel interiecto aliquo tempore. Ad primum dicendum, quòd fuerunt ista facta post illa continuato ordine, quia supra actum est de diuisione regni propter verba Roboam. Hic autem agitur, quomodo Roboam voluit regnum diuisum reunire bello, & sic necesse est, quòd fuerit istud post illud. Ad secundum dicendum, quòd fuerunt ista facta immediatè post præcedentia: imò est narratio continuata nullo articulo facto inter ea, quæ habētur præcedenti cap. & hic: nam in fine cap. præcedentis dicitur, quòd Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem. Hic autem dicitur, quòd venit in Ierusalem, & quomodo postquam venit congregauit subditos suos disponendo eos ad bellum contra decem tribus recedentes. Circa primum dicitur. *Venit autem Roboam in Ierusalem.* Erat ibi metropolis regni, & ciuitas fortissima, in qua erat domus regia, & ibi manere consueuerat semper Dauid auus suus, & Salomon pater suus. *Et conuocauit vniuersam domum Iuda, & Beniamin.* Putans Roboam, quòd decem tribus Israel fecissent sibi iniuriam diuidendo regnum eius, voluit pugnare contra illas ad reducendum eas in vnitatem regni sicut prius, & ad hoc conuocauit totam domum Iuda, & Beniamin, scilicet, quia istæ duæ tribus solùm manserant sub obedientia Roboam, & congregauit omnes bellatores de ijs. *In centum octoginta millibus electorum.* Ad tantam summam peruenit tota multitudo bellatorum, quam congregauit tunc Roboam, & computātur in hac summa equites, & pedites, & omne genus pugnatorum. *Vt dimicarent contra Israel.* Idest, contra decem tribus, quæ vocabantur Israel. Ecce hic nomen nouum acquisitum est, nam ante hoc, cùm non esset aliqua diuisio regni, vocabatur Israel tota congregatio descendentium à Iacob, qui alio nomine vocabatur Israel: Gen. 32. & 35. Et diuidebatur ista multitudo in duodecim tribus, & quandocunque dicebatur Israel, consueuerant ante hoc intelligi duodecim tribus. Nunc autem diuiso regno cesserunt decem tribus in partem vnam, & duę tribus in alteram, & decem tribus, quę cesserunt Ieroboam vocatur Israel. Ratio huius est, quia quando aliquod nomen est commune multis, si inter illa multa sit aliquid excellentius cæteris, de illo prædicabitur illud nomen absolutè, & sine aliqua connotatione tanquam illi soli conueniret: sicut si aliquis vocatur episcopus per excellentiam non adiecto nomine suo, vel rex, vel aliquid aliud, eo quòd inter episcopos, vel reges famosior, & excellentior est: ita cùm totus populus duodecim tribuum vocaretur Israel, si diuideretur in multas partes quælibet pars illarum poterat vocari Israel cum connotatione alicuius nominis specialis: vtpotè, quòd dicatur populus Israel de tribu Iuda, vel populus Israel de tribu Zabulon, & sic de cæteris. Illa tamen pars, quæ fuerit maior poterit vocari absolutè Israel. Et sic fuit nunc, quia fuit diuisus totus Israel in duas partes valde inęquales, quarum vna continebat duas tribus, & vna continebat decem tribus: ideo illa, quæ continebat decem tribus

bus retinuit, sibi hoc nomen Israel absolutè: alia pars vocata est domus Iuda, vel regnum Iuda, & ideo post hoc absolutè vocatur Israel congregatio, vel regnum decem tribuum. *Et conuerteret ad se regnum suum.* Scilicet, istud bellum erat ad reducendum regnum suum, quod ab eo recesserat: quia decem tribus fecerant discessionem. Et vocauit illud regnum suum, non q̃ aliquando fuerit regnum eius: quia nunquam fuit in sua possessione, vel quasi possessione, cùm nunquam constitutus fuisset in regem, sed vocabatur regnum, idest de iure sibi debitum. Competebat autem sibi duplex ius ad regnum, vnum erat, quia pater suus Salomon, & auus suus Dauid tenuerant totum regnum Israel, quia legitimè vncti fuerant, per quod dabatur titulus regni: ideo iure hæreditario competebat ei cùm nullus alius esset filius Salomonis. Secundò competebat ei ius ex diuina promissione: nam dixerat Deus, quòd non auferretur vir de semine Dauid, qui sederet super thronum Israel, supra sexto, & septimo. Ergo ipsi Roboam competebat regnare super totum Israel ex ista diuina promissione, vt sibi videbatur, & sic vocabat regnum Israel regnum suum. *Factus est sermo domini ad Semeiam hominem Dei.* Iam parauerat se Roboam ad bellum contra decem tribus Israel, & Deus volens prohibere tantam stragem, quanta poterat sequi inutiliter: ex hoc iussit per Prophetam, quòd cessaretur à bello: iste fuit Semeias Prophe ta contemporaneus Salomoni, & Roboam, de quo infra dicetur in quadam quæstione. Et dicitur factus est sermo domini ad eum, idest reuelatio Prophetica, nam Prophetica annunciatio non est ex cognitione humana, vel ingenio: sed ex dictamine spiritus sancti: vt patet secunda Petri primo, scilicet. Hoc primum attendentes, quòd omnis scriptura Prophetica, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia: sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt Sancti Dei homines. Vocatur Semeias homo Dei, idest specialiter pertinens ad Deum, & hoc poterat dupliciter esse: vno modo, q̃ specialiter pertineat ad Deum quantum ad intellectum, scilicet, quia Deus illuminat eum specialiter dando sibi lumen supernaturaliter, per quod cognoscat ministeria altissima, & istud tangit conditionem propheticam. Secundo modo, quòd pertineat ad Deum specialiter quantum ad voluntatem, & hoc quantum ad perfectionem charitatis, & moralium habituum atque Theologicorum, qui ad voluntatem pertinent, & sic viros sanctos vocamus viros Dei, & tamen perfectio eorum in sola voluntate consistit. Cùm ad esse sanctum non requiratur aliqua excellentia speculationis: hic accipitur homo Dei primo modo: quia Semeias erat propheta ad quem factus est sermo domini. Et sic consueuerunt vocari prophetæ viri Dei, vt patet de Elia, quarto Regum primo: ad quem dicebant quinquagenarij Ochozię regis: homo Dei rex iubet, vt descendas: sic etiam patet de Elisæo, qui vocatur homo Dei, eodem lib. 4. capitu. & erant ambo prophetæ: sic Moyses vocatur homo Dei: Iosue primo cap. *Dicens loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda.* Iam enim constitutus fuerat Roboam in regem, & tamen solùm erat rex Iuda, scilicet, super tribum Iuda, & Beniamin, & totum vocabatur regnũ Iuda. Hoc autem erat propter duo. Primò ex dignitate tribus, quia tribus Iuda erat excellentior tribu Beniamin, imò omnibus alijs tribubus Israel, & cùm erant omnes duodecim tribus simul, tribus Iuda erat excellentior, & de ipsa per se fiebat mentio. Nam Deus prenunciauerat per os Iacob patris Israelitarum, quòd tribus Iuda dominaretur: Gen. 49. scilicet: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius.

Et iterum: Iuda te laudabunt fratres tui, scilicet, laudabunt te tanquam principem, & maiorem inter eos, & ob hoc semper fuit tribus ista honorabilior. Nam in exitu de Aegypto, cùm progrederentur Israelitæ per desertum distincti sub quatuor vexillis, datum est tribui Iuda primum vexillum, in prima parte digniori, scilicet orientali: vt patet Num. 2. Item quando mouenda erant castra, tribus quę præcedebat cęteras, erat tribus Iuda: Num. 10. Item propter dignitatem istius tribus princeps eius honorabatur super alios principes tribuum. Nam in dedicatione tabarnaculi Moysi in deserto, cùm duodecim principes duodecim tribuum duodecim diebus munera sua offerrent, prima die obtulit tribus Iuda, & deinde cæteri: vt patet Nume. 7. Item post ingressum in terram Chanaan Deus principatum potius tribuit Iudæ, quàm alijs tribubus. Nam mortuo Iosue consuluerunt Israelitæ dominum dicentes: quis ascendet ante nos contra Chanaan, & erit dux belli? dixitque dominus: Iudas ascendet, & ecce tradidi terram in manu eius: Iudic. primo. Item cùm iterum vndecim tribus Israel pugnarent contra tribum Beniamin, consuluerunt Israelitæ dominum dicentes: quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus respondit dominus: Iudas sit dux vester: Iudic. 20. cap. Etiam postquam cęperunt esse reges in Israel, adhuc tribus Iuda erat super cæteras honorabilior, & fiebat de ea per se mentio, & de omnibus alijs simul sub vno nomine. Nam tempore Saulis regis, qui erat de tribu Beniamin. primo Regum 9. Et ob hoc tribus illa honorabilior cæteris esse debebat, erat honorabilior tribus Iuda. Nam quando congregauit Saul exercitum contra Naas regem Ammonitarum, ponitur summa per se de viris Iuda euntibus ad bellum, & alia summa de viris omnium aliarum tribuum simul: primo Regum 11. Etiam quando Saul pugnare voluit contra Amalechitas, ponitur summa exercitus congregati de Iuda per se, & alia summa de exercitu congregato de alijs tribubus: primo Regum 14. erat etiam excellentior tribus ista alijs in magnitudine. Nam quando numerati sunt viri potentes procedere ad bellum de omnibus tribubus tempore Dauid, inuenti sunt tot in tribu Iuda, sicut in quinque, vel sex tribubus reliquis diuisis per æqualia, quia in tribu Iuda fuerunt quingenta millia: in omnibus autem alijs simul collectis fuerunt nongenta millia. 2. Regum 24. vel fuerunt mille millia, & trecenta millia præcedenti libro 21. cap. debuit ergo regnum potius nominari à tribu Iuda quàm Beniamin. Secunda causa erat, quia tribus Iuda ex parte regis nobilitatem acquirebat: erat quippe Roboam de tribu Iuda: non ergo erat decens, quòd nominaretur regnum à tribu Beniamin, sed à tribu Iuda. *Et ad vniuersum Israel, qui est in Iuda, & Beniamin.* Idest ad omnes viros de Israel, qui morabantur in sorte Iudæ, & Beniamin. Nam non solùm confiderabat Roboam facere istud bellum: sed etiam oẽs subditi sui de tribu Iuda, & Beniamin, & sic propheta non solùm debuit admonere regem, ne pugnaret, sed etiam subditos. *Non ascendetis, nec pugnabitis contra fratres vestros.* Idest iubeo, vt non ascendatis ad pugnam, quia licèt sit verbum indicandi ponitur hic per modum imperij. Et dicitur contra fratres vestros, quia hic pugnaturi erant Hebræi contra Hebræos, & tamen omnes Hebræi inter se vocantur fratres: vt patet Exod. 21. & Deuter. 15. *Reuertatur vnusquisque in domum suam.* Præsupponitur, quòd omnes erant iam congregati, quando venit ad eos iste propheta Semeias, & iam non supererat, nisi vt irent ad pugnam, & tunc superuenit Semeias, & dixit q̃ reuerterentur singuli in domus suas. *Quod mea hoc gestum est voluntate.* Scilicet,



Scilicet diuisio ista regni facta est voluntate mea: ideo non expedit, quòd pugnetis, vt redeat totus Israel in vnitatem regni, & potest intelligi vno modo sic, scilicet, non pugnetis contra Israelitas ad faciendum vnitatem regni sicut prius: quia ista diuisio facta est mea voluntate: ideo non poteritis eam tollere, cùm determinatum sit apud me, vt sic maneat. Secundo modo sic, scilicet non pugnetis contra decem tribus Israel tanquàm putantes, quòd iniustè fecerunt diuidendo regnum, quia non factum est hoc arbitrio ipsorum, sed voluntate mea: ideo non est eis imponenda culpa. Tertio modo potest intelligi, scilicet, non pugnetis contra Israelitas, quia non habetis iustam causam pugnandi: nam cùm hoc factum sit voluntate mea, & vobis hoc denuntio, reputaretur vobis in peccatum, quòd pugnaretis contra eos. *Qui cùm audissent sermonem domini.* Scilicet, rex Roboam, et serui sui audierunt sermonem Semeię Prophetæ, et obedierunt. *Reuersi sunt.* Scilicet, singuli in domos suas, sicut dixerat Semeias. *Nec perrexerunt contra Ieroboam.* Scilicet, non perrexerunt ad pugnandum cõtra regem Ieroboam, et decem tribus Israel, quia sciebant se peccare, et nihil inde sequi vtilitatis.

*Quando Roboam factus est rex, & vbi.*

*Quæst. II.*

QVAERITVR Circa prædicta. primò de Roboam, qui factus est rex super Iudam, & Beniamin, quando factus est rex, & vbi. Dicendum, quòd ex scriptura non apparet determinatus locus, nec determinatum tempus. Sed videtur dicendum, q̃ fuit constitutus rex in Sichem, antequam fugeret. Ordo autem fuit, scilicet, quòd Roboam venit in Sichem, & etiam totus Israel ad constituendum eum in rege, & antequam constitueretur petiuit populus ab eo, aleuiationem tributorum, & ille inducias trium dierũ ad deliberandum accepit, quo finito respondit asperè, & facta est diuisio populi præcedenti cap. Ante istam responsionem dicendum, quòd non fuerat constitutus in regem ipse Roboam ab aliqua tribu: quod patet, quia adhuc pendebat deliberatio, & expectabatur bona responsio, quæ si euenisset, totus Israel constituisset Roboam in regem, ideo antequam videretur, an à toto Israel constituendus esset in regem nulla tribus specialiter eum constitueret in regem, quia istud erat præsticare discessionem, & dato, quod aliqua tribus vellet eum specialiter constituere in regem, non permitteret hoc Roboam: nam redderet se suspectũ aliis ex isto speciali fauore, & haberent occasionem contendendi inter se tribus, & faciendi discessionem. Et dato, quod aliqua tribus vellet eum specialiter constituere in regem, non permitteret hoc Roboam: sic enim facta est diuisio ex leuiori occasionem tempore Dauid. Nam cùm maior pars Israelitarum, & ferè totus Israel coniurasset cum Absalone contra Dauid, & pugnatum esset, mortuusque esset Absalon, totus Israel voluit se reducere ad Dauid, & quia Dauid erat tunc vltra Iordanem (nam fugerat de Ierusalem) iuit totus Israel ad reducendum eum in Ierusalem in domum suam. Tribus autem Iuda præuenit cæteras, & incepit cum ea venire Dauid, quod cùm vidissent cæteræ tribus valde molestæ tulerunt, & dixerunt ad tribum Iuda, quare furati sunt viri Iuda regem, & transduxerunt eum, & responderunt viri Iuda, quia prope est nobis rex, & tunc dixit totus Israel decem partibus ego sum maior apud regem magisque ad me pertinet Dauid, quàm ad te, quare mihi fecisti hanc iniuriam? ex hoc secutus est cõcertatio magna in ver-



bis, & viri Israel putauerunt se læsos. Tunc Siba filius Bochri de stirpe Beniamin videns disceptationem inter Iudam & Israel insonuit buccina, & ait: non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai. Reuertere Israel in tabernacula tua, & tunc separatus est totus Israel à Dauid, & secutus est Sibam. 2. Regum 19. & 20. à fortiori ergo si Roboam permitteret nunc, q̃ aliqua tribus specialiter eum vngeret in regem antequam totus Israel concordaret, an vngendus esset in regem, vel non, concitaret discessionem populi ab eo. Ideo dicendum, quòd antequam responderet populo durè nondum constituerant eum in regem viri Iuda, & Beniamin. Dicendum tñ, q̃ post illam duram responsionem Roboam antequam recederet de Sichẽ constituerunt eum in regem Iuda, & Beniamin, scilicet mox, vt malè respondit Roboam, apparuerunt illę decem tribus disceptantes, & dixerunt: non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai, & recesserunt ab eo: tunc tribus Iuda, & Beniamin non attendentes ad verba dura, quæ locutus fuerat Roboam, adhæserunt ei, & eum constituerunt in regem. Istud autem vtile erat ipsi Roboam ad duo: primò, quia si nulla tribus manifestè adhæreret Roboam in Sichem, decem tribus, quę indignatæ fuerant grauissimè contra eum propter verba stulta, potuissent ei nocere, & fortè attentassent. Cùm autem viderunt duas tribus firmiter ei adhærentes, non tentarent, quia illæ duæ tribus audebant pugnare contra totum Israel, nisi Deus vetuisset: vt patet in litera. Secundum erat ad faciendum vnionem regni: nam cùm Roboam locutus est asperè, si nulla tribus ei adhæreret, & eum in regem constitueret, illæ decem tribus, quæ maximè indignatæ fuerant contra Roboam, non haberent aliquod motiuum ad redeundum in ipsum. Si autem post illa verba stulta duæ tribus constituerent Roboam in regem quasi parcentes leuitati iuuenili: alię quæ prius indignatæ fuerant incitari possent ab ijs, & redirent ad regem suum, & certissimè sic factum fuisset, nisi voluntas Dei determinata esset in contrarium, quæ mouit decem tribus, ad faciendam omnimodam discessionem à Roboam. Quod autem Roboam constitutus esset rex à tribu Iuda, & Beniamin antequam fugeret de Sichem patet, quia aliàs si putaret totum populum sibi offensum, non haberet quo fugeret, quia vbique hostes inueniret. Etiam non fugisset specialiter in Ierusalem, quia illa erat de tribu Beniamin, & si non cognosceret iam Roboam viros Beniamin sibi subiectos, non fugeret illuc: erat ergo iam constitutus rex ab istis duabus tribubus in Sichem, & comitatus eis venit in Ierusalem, & ob hoc postquam venit illico congregauit omnes bellatores de Iuda, & Beniamin.

*Quare potius duæ tribus manserunt, & cur ille.*

*Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, cùm decem tribus recederent à Roboam, & manerent duæ cum illo, quare potius manserunt Iuda, & Beniamin quàm aliæ tribus. Respondendum, quòd hic sunt duo dubia: Primum est quare duæ tribus manserunt cum Roboam, & non plures, nec pauciores. Secundum dato quod essent duæ tribus quare potius istæ duæ, quàm aliæ. Ad primum dicendum, quòd hoc factum est dispensatione Dei: nam antequam fieret discessio ista, prænunciauerat illam Deus per Ahiam Silonitem. tertio Regum vndecimo: & dixerat, q̃ nõ auferretur totum regnum Roboam, sed daret de-

cem tribus Ieroboam, & duas relinqueret Roboam. Quare tamen Deus voluerit dare Roboam duas tribus, & non plures, nec pauciores est dubium. Responderi posset, quòd Deus voluit hoc benefacere vsque ad tantum, & non amplius, & voluntatis Dei liberę non est causa petenda, nec dari potest. Dicendum, quòd non possumus propriè dare causam voluntatis Dei, quia diuina volitio non habet causam: quia causa mouet effectum, nihil tamen est, quod Deum moueat, sed ipse sibi causa est, vel motor, sicut dicit Boetius de Consolat. Metro. 9. scilicet.

*Quem non externæ pepulere fingere causæ,*
*Materiæ fluitantis opus: verum insita summi*
*Forma boni liuore carens.*

Non est ergo petenda, nec dari potest causa aliqua voluntatis diuinæ, & tamen possumus dare aliquam conuenientiam ex parte intellectus cur talis res fiat, quam nos vocaremus causam respectu voluntatis nostræ in deliberando, & tamen respectu voluntatis diuinæ non est causa, quia nihil illam præcedit, nec mouet ipsam. Posset autem dari ista causa, scilicet Deus promiserat Dauid, quòd licèt posteri sui peccarent, non auferret ab eis misericordiam suam: sed semper maneret eis regnum. Ideo cùm nunc peccauisset nimis Salomon, & meruisset perdere regnum, & etiam Roboam peccauisset, nolebat Deus impunita relinquere eorum crimina. Et sicut ipsi merebantur totalem priuationem regni, ita Deus priuasset regno, & tamen propter Dauid, non abstulit omnino regnum: vt patet 3. Regum 11. capit. Et quia Deus volebat, ꝙ de stirpe Dauid manerent semper aliqui, qui essent reges, voluit eis tantam partem regni dimittere, vt in ea posset manere regalis honor, & defendi, & tamen noluit rursus tantam dimittere, vt propter magnitudinem eius, non videretur punitum peccatum Salomonis, & Roboam: vtpote non debuit Deus dimittere decem tribus Roboam, & quòd Ieroboam acciperet duas tantum, vel quòd dimitteret ei octo, vel nouem, aut multo plures quàm duas. Et hoc propter duo. Primò, quia si relinquerentur Roboam tot tribus, cùm de iure esset ei debitum regnum totum, confisus tanta potentia omnino ipse, vel posteri sui, conarentur bello reducere tribus recedentes ad vnitatem regni, & reducerent fortassis, vel saltem esset in hoc magna difficultas, & contentio, quod erat contra intentionē Dei: vel saltem ipsi, qui recederent ab vnitate regni Roboam, videntes plurimos relictos esse cum Roboam, non auderent ipsi constituere regem nouum super se timore tantæ multitudinis relictæ cum Roboam, ne cogerentur postea cum magno damno suo redire ad vnitatem regni. Nunc autem cùm decem tribus recederent, & duæ manerent, & non erat verisimile, quòd prævalerent duę contra decem: ausę sunt constituere regem super se, & manere cum illo. Secundum erat, quia peccatum Salomonis meruerat, vt auferretur totum regnum ei, & posteritati suæ, & Deus abstulisset nisi propter Dauid. 3. Regum 11. ideo solùm daret posteris Dauid tantam particulam in qua posset conseruari status regalis, ita vt non haberent regnum ad honorem, ideſt copias magnas ad celebritatem regni, sed haberent copias ad necessitatem, scilicet in quibus posset saluari status regni: sed in duabus tribubus poterat saluari status regalis, vt infra declarabitur: ideo non reliquit Deus ei plures. Si autem Deus reliquisset Roboam septem, vel octo tribus, esset regnum Roboam satis gloriosum, & non esset punitum peccatum Salomonis sufficienter.

Quòd autem non relinquerentur pauciores duabus. Dicendum, quòd causa est, vt posset seruari honor regius Roboam: nam si vnica tribus relicta foret, non posset illa defendere se contra vndecim tribus, & Ieroboam, qui acciperet vndecim tribus, confidens de copijs suis, & cernens inopiam Roboam contemneret eum, & procederet ad delendum ipsum, nec quiesceret. Si autem dicas, quòd poterat vnica tribus se defendere contra omnes vndecim, sicut fuit olim. Dicendum, quòd non esset sic: verum est tamen, quòd olim sic fuit, quia semel totus Israel pugnabat contra tribum Beniamin, & bis tribus Beniamin prævaluit contra vndecim tribus Israel, & occidit semel de Israelitis decem & octo millia, & iterum vigintiduo millia quousque ad vltimum consumpta est tribus Beniamin à reliquo Israel: Iudi. 20. & 21. sic etiam fuit tempore Dauid: nam ipse fuit vnctus in regem super tribum Iuda solam, & pugnabat contra Isboseth filium Saulis, qui erat rex vndecim tribuum, fuitque longa concertatio inter eos, & tamen semper prævalebat Dauid quousque ad vltimum totum regnum datum est Dauid, vt patet 2. Regum 2. & 3. 4. & 5. Dicendum, quòd non est simile. Et patet de primo, quia viri Beniamin erant in ciuitate Gabaa omnes recluſi, & inde procedebant ad bellum circa vrbem, & cùm sentirent se viribus impares, confugere poterant in vrbem, & hoc modo pauci possunt pugnare contra multos: & & tamen quando vtrinque pugnandum est manisfestè in campo, non benè conuenit exercitus tam parvus cum tam magno: & hoc colligitur, quia illis duabus vicibus, quibus viri Beniamin prævaluerunt contra totum Israel, pugnabant ad portam vrbis Gabaa, nisi cùm compellebant Israelitas in fugam, quia tunc persequebantur eos. Tertia autem vice Israelitæ traxerunt viros Beniamin procul ab vrbe, per quandam fallaciam, & ibi pugnantes cum eis intercipiendo regressum in vrbem deleuerunt eos: ita vt non manerent de toto Beniamin, nisi sexcenti viri. Iudi. 20. & 21. Item fuit aliud: quia Deus voluit, quòd Israelitæ in penam aliquorum peccatorum suorum paterentur a viris Beniamin, & sic faciebat, ꝙ pauci fugarent multos, & tamen cùm sufficienter peccata totius Israel punita sunt, concessit eis contra Beniamitas liberam pugnam, & tunc prevaluerunt contra eos, & deleuerunt ipsos, & sic non erat proportionabilis pugna inter viros Beniamin, & totum Israel, si daretur liber locus pugnandi, & magno tempore continuandum foret bellum. Ad aliud, cùm dicitur de Dauid, dicendum, ꝙ Dauid habebat vnicam tribum, & tamen Deus adiuuabat eum miraculosè: quia promiserat ei dare totum regnum, & auferre de manu posterorum Saulis, & ob hoc Deus continuè dabat calamitatem parti Isboseth quousque omnino periret, & semper prosperabat Dauid quousque perueniret ad possidendum totum regnum Israel omnino duodecim tribuum: sic patet 2. Regum 3. ſ. Facta est longa concertatio inter domum Dauid, & domum Saul, & Dauid semper erat proficiens, & seipso maior. Saul autem semper decrescens: nō erat autem sic futurum post diuisionē regni: quia posteri Dauid non erant futuri viri sancti, ita vt Deus adiuuaret eos miraculosè contra viros de regno Israel: sed potius erant peccatores, sicut postea factum est, & sic Deus non adiuuaret eos: sed permitteret viribus suis agere, vel interdum noceret eis: ideo vt possent se defendere maior copia eis relinquenda erat. Aliud etiam fuit in Dauid, quando erat rex super vnam tribum, quia cùm esset vir bonus, & totus Israel nosset regnum sibi à Deo promissum esse, veniebant quotidie in adiutorium eius multi viri fortes de alijs tribubus, & sic efficiebatur fortis: vt patet præcedenti



cedenti libro 12. capitulo, scilicet, quòd tot veniebant ad eum quotidie, vt iam videretur exercitus domini. Nunc autem non erant venturi aliqui de tribubus Israel ad vniendum se regno Iuda quotidie sicut tempore Dauid, eo ꝙ Deus volebat, ꝙ duraret ista diuisio: ideo necessaria erat maior copia pro tuendo regno posteritatis Dauid. Dicendum igitur, ꝙ duę tribus ad minus fuerunt necessariæ, vt relinquerentur Roboam, & posteris eius: nam habendo duas tribus non erat regnum valde honorabile, cùm prius habuisset duodecim: etiam quia regnū Israel habebat decem tribus, & regnum Iuda solùm duas. & tamen istę duæ tribus sufficiebant ad defendendum statum regium Roboam, & aliorum posterorum contra reges Israel: nā audebant istæ duæ tribus pugnare contra totum Israel ad reducendum illum ad vnitatem regni, & obediendam Roboam, à fortiori ergo auderēt defendere se de regibus Israel, si vellent istas duas tribus sibi subijcere. Et sic cùm Deus vellet, ꝙ regnum semper maneret in posteritate Dauid debuit dare filijs Dauid saltem duas tribus, & non debuerunt dari plures, nec pauciores.

*Quare potius illæ duæ manserunt.*
*Quæst. IIII.*

QVAERITVR de secundo, scilicet, cùm duę tribus manere debebant posteris Dauid, quare potius manserunt istæ duæ tribus, quàm alię. Respondendum, ꝙ de tribu Iuda non erat dubium, quin manere deberet: nam rex Roboam erat de ista tribu, & Dauid, & Salomon: ideo propter cognationem viri de ista tribu pugnarent, ꝙ Roboam maneret rex: de tribu tamen Beniamin est dubium, cur ista potius quàm alia mansit: nam potius videtur, ꝙ tribus Beniamin deberet magis facere discessionem, vt constitueretur alius rex. Et ratio est, quia primus rex Israel fuerat Saul, qui fuit de tribu Beniamin. primo Reg. 9. & postea fuit filius eius Isboseth. 2. Reg. 2. quo mortuo translatum est totum regnum Israel de tribu Beniamin in tribum Iuda, & factus est Dauid rex. 2. Regum 5. verisimile ergo erat, ꝙ viri Beniamin nunc memores antiquæ dignitatis quam tenuerant, vellent nunc facere discessionem ad hoc, ꝙ de stirpe ipsorum efficeretur rex: nam cùm nouiter constitueretur rex, & non videretur maior causa quare potius de vna tribu, quàm de alia constitueretur, videbatur esse rationabilius, ꝙ de tribu Beniamin deberet constitui: cùm de illa iam fuissent reges antiqui. Dicendum, ꝙ tribus Beniamin non consensit cum facientibus discessionem regni: sed mānsit semper cum Roboam firmiter, & semper postea mansit in regno Iuda. Causa autem ex parte Dei videtur esse, scilicet, quia Deus inclinauit viros Beniamin, vt adhærerent Roboam: nam cùm Deus prædixisset, ꝙ duæ tribus manere deberent cum Roboam, & decem reliquæ transire ad Ieroboam: inclinauit ipse mentes Israelitarum, vt sic facerent: nam cor hominis est in manu domini: sic patet Prouer. 21. scilicet: Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: & quocunque voluerit vertet illud. Ita ergo de quolibet alio homine erit, quia ad signandū aliquid magnum ponitur potius de regibus, quàm de alijs hominibus: & sic Deus mouit corda illorum decem tribuum, vt facerent discessionem concitando ea vel exęcando per modum subtractionis patientiæ: mouit autem corda duarum tribuum, scilicet Iudę, & Beniamin, ꝙ manerent cum Roboam, & sic firmiter mansserunt. Causa autem quare potius Deus mouet tribum Beniamin, quàm aliquam aliam tribum, vt maneret cum tribu Iuda, videtur esse duplex. Prima est facilitas ad hoc ex situ terræ. Pro quo sciendum, ꝙ tota terra Israelitarum diuisa erat in duodecim partes, per duodecim sortes factas, & in qualibet habitabat vna tribus, vt colligitur Iosue decimo quinto, vsque ad vigesimum capitulū, & sic tribus Israel erant impermixtæ, scilicet, quòd viri vnius tribus non habitabant in terra, in qua erat alia tribus, & tunc cùm tribus Iuda principaliter pertineret ad regnum Roboam, debebat alia tribus ei cōiuncta dari sibi in sociā: quia aliàs si essent duæ tribus habentes sortes multum separatas, non possent seinuicem iuuare, quia viri aliarum tribuum, qui essent in terris intermedijs impedirent communitatem illarum. Et sic esset talis conbinatio inutilis, & faciliter quælibet illarum duarum tribuum poterat destrui à viris de regno Israel, cùm non posset habere auxilium ab alia consocia sua, & tamen apud sortem Iuda non erat alia tribus, nisi tribus Beniamin. Nam istæ duæ sunt coniunctæ, & tangunt se in lateribus: latus namque Aquilonare sortis Iuda est latus Meridianum sortis Beniamin, & eadem loca ponuntur in vtroque: vt patet Iosue 15. vbi ponuntur termini sortis Beniamin: Iosue 15. & 18. & Iudic. 1. capit. Istæ ergo duæ tribus poterant coniungi, vt haberent eundem regem. Verum est tamen, ꝙ ex hac parte poterat etiam conuenire sorti Simeon, ꝙ esset de regno Roboam, ꝙ sors Simeon erat intra sortem Iudæ: Iosue 19. & fuit quædam pars decisa de sorte Iudæ: nam quondam omnes illæ ciuitates, quæ ponuntur in sorte Simeon fuerunt in sorte Iudæ: vt patet Iosue 15. & 19. quia tamen sors Iudæ erat valde magna, data fuit quædam pars eius tribui Simeon in sortem: Iosue 19. Et tñ aliæ causæ, quę competunt tribui Beniamin, nō ꝙpetebant tribui Simeon, & sic non fuit relicta tribus Simeon cum tribu Iuda. Secunda causa fuit, quia Deus volebat solùm dare duas tribus Roboam, & quia cum ijs defendere se debebat de Ieroboam rege Israel, & sic posteri Roboam contra reges Israel, debebant dari tribus potentes bello, vt duæ possent se defendere contra decem. Non erant autem aliquæ tribus ita bellicosæ sicut istæ duæ: nam tribus Iuda erat valde bellicosa, & magna, & sic dicitur in benedictione Iudæ data à Moyse Deut. 33. de Iuda, ꝙ manus eius pugnauit pro eo, scilicet, ꝙ esset potens tribus, & posset pugnare ad defendendum se, & ad defendendum alias tribus Israel: De tribu Beniamin etiam patet, ꝙ esset bellicosa, quia scriptura laudat eam. Nam erant in tribu Beniamin viri tam certissimi, & industrij pugnatores potissimè in arte fundibularia, scilicet, quòd capillum etiam possent lapide percutere: Iudic. 20. & satis electæ fuerunt istæ tribus, quòd satis bellatrices essent: nam de qualibet istarum legitur, quòd pugnauerit contra totum Israel, & defenderit se, & aliquando prævaluerit. De tribu Iuda patet: nam quando Dauid constitutus est rex super solam tribum Iuda, Isboseth erat rex super vndecim tribus reliquas, & erat bellum longum inter ista duo regna, & tamen regnum Iuda prævalebat contra vndecim tribus, & quotidie prosperabatur. secundo Regum tertio. De tribu Beniamin patet: nam pro peccato virorum Gabaa cum muliere Leuitæ vndecim tribus conuenerunt contra tribum Beniamin, & in duobus bellis prævaluit Beniamin contra vndecim tribus Israel, & ceciderunt de Israel quadraginta millia virorum: Iudic. 20. & tertia vice, Deo docente, Israelitas prævaluerunt contra Beniamin. De nulla alia tribu legitur, quòd sola pugnauerit contra omnes tribus alias Israel, vel contra plurimas illarum, & sic istæ duæ debuerunt potius manere cum Roboam, quia potissimè defenderent regnum Iuda. Causæ etiam ex parte hominum poterant esse multæ: vna, scilicet, quia cùm tribus Iuda, & Beniamin

esſent coniunctæ habebant maiorem communicationem inter ſe quàm aliæ tribus, & ex communicatione iſta ſequebatur magnus amor inter vtramque, & ſic quando tribus Beniamin vidit tribum Iuda cum Roboam declinantem à reliquo Iſrael, etiam ipſa declinauit, & ſecuta eſt Roboam. Secunda cauſa fortaſſis fuit, quia cùm Dauid tempore ſuo cognouiſſet viros Beniamin eſſe fortiſſimos, & bello aptos, aſſumpſit eos exercitui ſuo, & habebat plures de illis, quàm de alijs tribubus, & ſic fortaſſis Salomon faceret, & tunc perciperent iſti magnos redditus, & fauores à regibus, & quia ſperabant ſe ſic habituros cum Roboam, qui tenebat adhuc eoſdem officiales, quos tenuerat Salomon, noluerunt recedere ab eo, & dato quòd non haberent omnes de tribu Beniamin vtilitates aliquas à regibus Iuda, haberent ſaltem illi, qui erant præcipui, & iſti inducerent reliquos, vt tenerent cum Roboam. Tertia cauſa erat in odium Ieroboam: quia fortè audierat tribus Beniamin, quòd conſtituendus eſſet in regem ſuper Iſrael Ieroboam, qui erat de tribu Ephraim. 3. Regum 11. Et quia ab antiquo fuerant reges de tribu Beniamin, & non de alijs tribubus, dedignarentur nunc de nouo viri Beniamin ſe ſubijcere regi de tribu Ephraim, cùm ante hoc tribus Ephraim eſſet ſubiecta tribui Beniamin: potius ergo Beniamin vellet manere in antiqua obedientia, ſcilicet, ſub poſteritate Dauid, cui totus Iſrael concorditer regnum tradiderat, & de voluntate Dei hoc fuerat, quàm noluiter ſe alicui tribui ſubmittere, & ſic voluit manere cum Roboam.

*Quare duæ tribus efficiebant regnum. Quæſt. V.*

QVAERITVR vlterius, cũ ante hoc duodecim tribus Iſrael efficerent vnum regnum, & poſtea duæ tribus efficiebant vnum regnum, qualis fuit habitudo iſtarum tribuum, & an ſemper manſit talis habitudo, vel quæ varietas facta eſt. Dicendum, quòd tota multitudo Iſraelitarum erat vna congregatio, quia omnes deſcendebant ab eodem patre, ſcilicet à Iacob: etiam quia communicabãt vnitate legis, ſcilicet, quia omnibus data fuerat lex eadem in monte Sinai: iſte populus multoties, & variè diuiſus eſt. Fuit autem à principio totus vnus populus, ſcilicet quando egreſſus eſt de Aegypto: nam antequam deſcenderet in Aegyptum non vocabatur populus, ſed ſolùm erat Iacob cum duodecim filijs ſuis, & quibuſdam nepotibus. Poſtea verò in Aegypto creuerunt ad magnam multitudinem, ita vt eſſent ſexcenta millia peditum in exitu præter paruulos, ſenes, & fœminas: Exod. 12. Dum tamen fuerunt in Aegypto, non computabantur vnꝰ populus propriè, nec multi: quia potius erant multitudo ſeruorum, & multitudo ſeruorum non efficit Politiam: nec eſt etiam ſeruus pars Politica, ſed eſt organum animatum domini ſui: primo, & 3. Poli. Erant enim ſubiecti ibi Iſraelitæ Aegyptijs, & iudicabant à iudicibus eorum: ideo per ſe nullam conſtituebant Politiam. Cùm autem exierunt de Aegypto, cæperunt eſſe populus, eo quòd fuit multitudo liberorum, & fuit vna vnitate principis, ſcilicet, quia ſolus Moyſes erat iudex eorum in omnibus cauſis, & ad eius diffinitionem pendebant omnia ſolùm, vel ſaltem erat ipſe ſupremus iudicum: vt patet Exod. 18. & Deute. primo capit. Et iſta vnitas populi durauit quadraginta annis, quibus ſteterunt Iſraelitæ in deſerto, & poſtea ingreſſis in terra Chanaan manebat iſta vnitas, quia communicabant vnitate loci, ideſt regionis, & legis, & principis, ſcilicet, quia Ioſue erat princeps omnium. Mortuo autem Ioſue quodam pauco tempore, quod intercidit inter mortem eius, & ſuſcitationem primi iudicis populus Iſrael erat vnus, ſed non plenè vnus. Erat namque vnus vnitate regionis, & legis, ſed non principis: quia non erat aliquis vnus princeps ſuper totum Iſrael, ſed quilibet faciebat ad placitum ſuum: ſic dicitur Iudic. 18. & 21. ſcilicet, in diebus illis non erat rex in Iſrael: ſed quilibet, quod ſibi videbatur rectum hoc faciebat, ſcilicet, non ſolùm non erat aliquis rex, ſed etiam non erat aliquis, qui dominaretur toti Iſrael, & poſſet vitia cohercere. Fuit etiam quoddam aliud tempus inter mortem Ioſue & ſuſcitationem primi iudicis: vt ait Ioſephus 5. Antiquit. in quo accidit caſus de vxore Leuitæ, & in illo diuiſus eſt populus Iſrael in duos populos. Nam Iſraelitæ omnes volebant punire nephas, quòd peccauerunt viri Gabaa, & quia illi erant de tribu Beniamin voluerunt eos defendere viri Beniamin, & ob hoc congregatę fuerunt vndecim tribus contra tribum Beniamin, & effecti erant iam duo populi hoſtiles, & tandiu pugnatum eſt, quòd deleta fuit tribus Beniamin, ita vt non manerent niſi ſexcenti viri: Iudic. 21. Deinde redijt vnitas populi: nam toto tempore, quo iudices fuerunt in terra Iſrael, fuit populus vnus vnitate loci, & legis, & principis, quia quilibet princeps dominabatur ſuper totum Iſrael, & ſic durauit vſque ad tempora regum, & tunc tempore primi regis fuit vnitas populi, quia totus populus Iſrael ſubiectus fuit Sauli: ſed mortuo Saule diuiſus eſt populus in duas partes, vel populos: nam tribus Iuda præfecit Dauid regem, & reliquæ vndecim tribus fecerunt regem Isboſeth filium Saulis. 2. Regum ſecundo, & manſit iſta diuiſio ſeptem annis, & dimidio, quibus regnauit Dauid in Hebron. ſecundo Regum quinto: poſtea mortuo Isboſeth totus Iſrael vnxit Dauid in regem, eodem capitulo, & præcedenti libro 11. & tunc factus eſt denuo vnus populus, ſicut prius, & manſit ſic toto tempore Dauid, & Salomonis: poſtea in principio regni Roboam facta eſt alia diuiſio diſſimilis prioribus, ſcilicet, quòd decem tribus receſſerunt à Roboam, & manſerunt cum eo duæ, ſcilicet Iuda, & Beniamin. Durauit autem iſta diuiſio poſtea ſemper quouſque viri de regno Iſrael tranſlati ſunt in Aſſyrios cum rege ſuo Oſeæ, per Salmanaſar regem Aſſyriorum. quarto Regum 17. Et tunc licèt de omnibus decem tribubus tranſlati fuerint aliqui in Aſſyrios, tamen multi manſerunt, qui non fuerunt tranſlati de ſingulis tribubus, & iſti poſtea tempore Oziæ regis redierunt ad vnitatem regni Iuda. Et ſic omnes duodecim tribus efficiebant vnum regnum, vt colligitur infra 34. Et tamen duæ tribus erant ibi perfectè, & aliæ erant imperfectè, quia maximæ partes earum fuerant tranſlatæ in Aſſyrios. Poſtea autem manſit iſta habitudo vſque ad captiuitatem Babylonis: cùm ferè omnes de regno Iuda tranſlati ſunt in Babylonem, præter pauperes terræ, agricolas, & vinitores, quos reliquit Nabuzardam ad colendum terram, & tunc cæperunt eſſe populi duo. quarto Regum vigeſimo quinto. Iſti tamen adhuc non manſerunt in terra Iuda, ſed ſponte deſcenderunt in Aegyptum: vt patet quarto Regum vigeſimo quinto, & mortui ſunt omnes ibi, nullus enim eorum redijt in terram Iuda: vt patet Ierem. 42. & quadrageſimoquarto capitulo: deinde cùm populus recidijt de Babylone manſit vnus ſemper vſque ad Chriſti mortem, & deſtructionem per Romanos factam Iudæorum. Nam ex eo tempore diſperſi per totum orbem vbique ſunt, & vbique ſeruiunt, & nuſquam populi, ſed vt populis ſeruiunt, vel populorum partes ſunt, ſed per ſe populos non efficiunt.

Quos



*Quot eſſent viri illarum tribuum. Quæſt. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm viri Iuda, & Beniamin congregati ad bellũ, quotquot ipſi erant dicantur hic fuiſſe centum octoginta millia, quomodo poteſt hoc ſtare: nam videtur, quòd fuerint multi plures, quia in fine regni Dauid computati ſunt omnes viri bellatores de omnibus tribubus, & de ſola tribu Iuda inuenti quingenta millia, vt patet. 2. Regũ 24. & tamen poſtea regnauit Salomon cuius tempore potius debebat augeri multitudo quælibet Iſraelitarum, quàm minui, cùm tempore eius bella non fuerint, in quibus ſolet multa perire iuuentus, ideo debebat eſſe tanta multitudo, vel maior nunc, quàm tunc in tribu Iuda, potiſſimè, quia nunc accipiuntur duę tribus ſimul, ſcilicet, Iuda, & Beniamin. Aliquis dicet, quòd licèt tanta multitudo fuerit tempore Dauid, & poſtea non perierit bello: tamen in tempore intermedio quadraginta annorum, quibus regnauit Salomon plurimi iſtorum ad ſenectutem deducti mortui ſunt, vel ex alijs cauſis, licèt non bellicis perierunt, & non ſurrexit pro eis poſtea magna multitudo, & ſic nunc de tribu Iuda, & Beniamin non erant, niſi iſta centum octoginta millia pugnatorum. Sed obijcietur, quòd adhuc poſt hoc eſſet maior multitudo, quã ponatur hic: nam tempore Abię regis paulo poſt hoc initum eſt bellum inter ipſum & Ieroboam regem Iſrael, habuitque Abia in exercitu ſuo de tribu Iuda, & Beniamin quadringenta millia virorum, infra 13. ergo nunc etiam valde plures viri bellatores erant. Reſpondendum, quòd non fuerunt nunc de Iuda, & Beniamin congregati, niſi centum octoginta millia, vt dicitur in litera, & poteſt dici, quòd plures erãt, qui potuiſſent venire ad bellum, tamen non curauerat Roboam plures congregare. Sed tunc obijcietur: quia dicitur ſupra in litera, quòd cõuocauit Roboam vniuerſam domum Iuda, & Beniamin: ergo non potuerunt plures inueniri. Secundò patet, quia cùm Roboam pugnaturus eſſet nunc contra decem tribus Iſrael, qui erant in valde magno numero, congregaſſet omnes vires ſuas, quia adhuc omnibus congregatis non æquaretur viribus Ieroboam, ideo non eſt putandum, quòd omiſerit aliquas partes virium cõgregare. Reſponderi poteſt, quòd verum eſt, quòd plures erãt in tribu Iuda, & Beniamin, qui poſſent conuenire ad bellum, & tamẽ Roboam ſolùm voluit viros electos, & ob hoc paucos potuit habere, & patet hoc: quia dicitur in litera in centum octoginta milibus pugnatorũ, & fortaſſis adhuc plures de electis habere potuiſſet, niſi inſtantia temporis vetaret: nam voluit Roboam cum feſtinantia agere contra Ieroboam, ideo non potuit congregare omnes electos, ſiue non potuit eos illico parare, vt eſſent accincti armis. Cùm autem obijcit de multitudine magna tempore Dauid: dicendum, quòd illi erant tot, quia computantur omnes, qui erant in ætate bellandi, ſiue eſſent apti ad bellandum, ſiue non: vel ſaltem, ſiue eſſent electi, ſiue non. Hic autem ſolùm accepti ſunt electi. Cùm obijcitur de eo, quod habetur infra 13. Poterat aliquis reſpondere, ſicut ſupra: ſed non ſtat, quia ibi dicitur, quòd habuit Abia viros electos, & bellicoſiſſimos quadringenta millia. Dicendum, quòd verum eſt, quòd plures electi erant nunc, quàm cõgregati fuerunt, & hoc fuit, quia Roboam voluit feſtinus bellum inire contra Ieroboam, & non paſſus eſt congregari omnes copias ſuas, præſertim illas, quę non poterant illico accingere eſſe ad bellum defectu armorum, vel aliorum apparatuum. Cùm autem obijcitur, quòd congregaſſet vniuerſam domum Iuda, & Beniamin. Dicẽdum, quòd vniuerſus, & omnes iſti termini vniuerſales non accipiuntur in ſcriptura in viribus vniuerſalium ſemper: nam rarò diſtribuunt pro omnibus ſuppoſitis termini communis diſtribuibilis, cui coniunguntur: ſed accipiuntur pro multis. Dum verò obijcitur, quòd veriſimile eſt, quòd Roboam congregaret omnes copias ſuas cùm pugnaturus eſſet contra decem tribus. Dicendum, quòd congregauit omnes quotquot feſtinanter congregare potuit, & fortaſſis poſtea plures congregare intendebat.

*An iuſtum bellum foueret. Quæſt. VII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Roboam vellet hic pugnare contra decem tribus ad reducẽdum eas in regni vnitatem, an iuſtum bellum foueret. Aliquis dicet, quòd ſic: quia iſtæ decem tribus Iſrael, & aliæ duæ pertinebant ad ius Roboam, & non poterãt ab eo pro tam leui peccato recedere. Item habebat ius repetendi illos, & pugnandi ad reductionem illorum. Patet hoc, nam Roboam habebat ius duplex contra totum Iſrael ad hoc, quòd eſſent de regno ſuo. Primum erat ex ſucceſſione, quia pater ſuus Salomõ fuerat rex ſuper totum Iſrael: etiam auus ſuus Dauid, & ambo habuerant titulos iuſtos, ſcilicet, quòd vncti fuerant in reges de communi conſenſu populi. Ideo competebat ei iam hæreditario iure regnum totum Iſrael habere. Secundum ius erat ex diuina promiſſione. Nam Deus promiſerat, quòd filii Dauid vſque in æternum regnarent ſuper Iſrael, ſupra 6. & 7. Et tamen ſi abſtraherent ſe ab eo tribus decem, tollebatur promiſſio illa, quia iam non regnabat ſuper regnum Iſrael, ſicut Deus promiſerat, ideo habebat iuſtam cauſam pugnandi Roboam. Dicendum, quòd non habebat iuſtam cauſam pugnandi Roboam contra Ieroboam, nec contra decem tribus Iſrael: quod patet, quia Roboam non poterat iuſtè repetere illas decem tribus Iſrael: ergo non poterat iuſtè pugnare ad repetendum eas: antecedens patet, quia ſupra probatum eſt, quòd Roboam perdidit iuſtè iſtas decem tribus loquendo tam ſuperbè, & tam ſtultè, & illę receſſerunt iuſtè ab eo: ideo non competebat ei ius repetendi. Item patet, quia Deus prohibuit Roboam pugnare contra Iſrael: ſi tamen habuiſſet iuſtam cauſam pugnandi, non priuaſſet eum iure ſuo fauendo illis, qui fouebant iniquam litem: ſed vetuit Roboam pugnare: ergo non habebat iuſtum bellum. Sed dicet aliquis, quòd licèt vetuerit Deus Roboam pugnare, tamen habebat iuſtam cauſam pugnandi, quia latebat eum diuina ſententia, quæ poſtquam manifeſtata eſt, fuit ſimpliciter illicitum pugnare velle contra Iſrael, & tamen prius non erat illicitum, & ſic ſi feciſſet bellum Roboam non pręmonitus à Deo ceſſare faceret illud iuſtè: & tamen poſtquam monitus eſt non poterat iuſtè pugnare. Dicendum, quòd non ſtat, qa etiam ante reuelationem illam erat illicitum ipſi Roboam pugnare ad repetendum decem tribus Iſrael, quia ipſe perdiderat eas iuſtè: ideo non competebat ei iam actio ad repetendum illas. Iſtud autem conſtabat ſibi, ideo iniuſtè pugnaret. Item ſi Roboam iuſtè pugnare poſſet ad reducendum decem tribus in regnum ſuum, illę compellebantur redire ad eum, & tamen iſtud eſt falſum, quia ſupra declaratum eſt, quòd licitè receſſerunt ab eo, & non cogebantur redire ad eum: ergo non iuſtè pugnabat contra eas Roboam, quia tamẽ poterat eſſe aliquale dubium, an Roboam foueret iuſtam cauſam, vel fortè dato quòd conſtaret de iniuſtitia ſua vellet repetere illas tribus, Deus miſit ei prophetam amonentem, nè auderet pugnare contra Iſrael, quia ſententia ſua erat contraria, & tamen Roboam potius timore aduerſi exitus, quàm amore

excu-

excusandi iniustitiam non pugnaret cõtra Ieroboam. F Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non habebat Roboam ius repetendi: nam illud ius, quod habebat Roboam ad regnum Israel, perditum erat. Habebat quippè ius hæreditarium, sed istud non iustificabat causam suam, quia per delictum suum perdiderat illud. Nam dato, quòd iam possideret regnum, poterat priuari iure regni propter aliquod delictum: quantomagis cùm nondum constitutus esset rex poterat priuari iure, quod habebat ad regnum? Promissio etiam Dei non proficiebat sibi, quia illa erat cum conditione, scilicet, filijs Dauid obseruantibus legem. supra sexto, & septimo. Tunc enim maneret regnum totum Israel in æternum apud filios Salomonis, & Dauid. Si autem non custodirent illam, maneret regni aliqua pars, licèt non totum regnum: & sic factum est, quia Salomon non custodierat legem Dei, & ob hoc meruerat priuari regno toto: sed propter Dauid non fuit posteritas eius priuata in totum. tertio Regum vndecimo capitulo. Etiam non competebat ius ex illa promissione: quia Deus fecerat postea prænunciationem reuocatoriam illius per Ahiam Silonitem, scilicet, quòd transirent tribus decem ad Ieroboam, & manerent duæ tribus cum Roboam.

*Quare duæ tribus pugnauerunt contra decem.*

*Quæstio VIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo tribus Iuda, & tribus Beniamin audebant pugnare contra decem tribus Israel: cùm essent paucæ multitudinis respectu illarum. Respondendum, quòd tribus Iuda, & Beniamin non solùm audebant pugnare contra decem tribus Israel: imò etiam putabant se prævalere contra illas, & reducere eas ad potestatem Roboam. Istud autem erat, quia fortè Iuda, & Beniamin putabant se fouere iustam causam pugnandi contra decem tribus, quæ recesserant à regno Dauid: ideo putabant, quòd Deus audiuuaret eas contra totum Israel, etiam si essent Israelitæ maioris multitudinis: sic pugnauit semel Abia filius Roboam contra Ieroboam regem Israel, fugauitque totum Israel, I & occidit quingẽta millia virorum: quamquam multo plures essent de Israel, quàm de Iuda, & Beniamin, vt patet infra decimotertio. Item tribus Iuda, & Beniamin erãt valde bellicosæ, scilicet, bellicosiores omnibus alijs tribubus, ideo etiam si non haberent speciale auxilium à Deo, putabant se posse congredi cùm toto Israel: & sic sæpe fecerunt, vt patet ex processu tertij, & quarti libri Regum, & ex processu huius libri. Item non erat hoc admirandum inter Hebræos, quia non solùm istæ duæ tribus poterant pugnare contra decem tribus, & prævalere: sed etiam vna earum posset hoc facere: quod patet de tribu Beniamin, quę erat minor, in qua solùm erant vigintiquinque millia pu- K gnatorum, & pugnauit contra reliquas vndecim tribus Israel: & prævaluit bis, occiditque vna die de Israelitis vigintiocto millia, & alia die decem, & octo, vt patet Iudicum vigesimo capitulo. Item tribus Iuda sola pugnauit magno tempore cõtra totum Israel, cùm Dauid esset rex super solam tribum Iuda, & Isboseth filius Saulis esset rex super totum Israel, & magno tempore durauit contentio: prævalebat tamen tribus Iuda contra omnes tribus Israel: à fortiori ergo nunc tribus Iuda, & Beniamin simul possent prævalere contra totum Israel.

# Cap.XI.

Habitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. Extruxitq; Bethlehem, & Etham, & Thecue, Bethsur quoque, & Socco, & Odollam, necnon & Geth, & Maresa, & Ziph, sed & Aduram, & Lachis, & Azecha, Saraa quoque, & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda, & Beniamin, ciuitates munitissimas. Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, G hoc est, olei, & vini. Sed & in singulis vrbibus fecit armentarium scutorum, & hastarum, firmauitque eas summa diligentia, & imperauit super Iudam, & Beniamin.

*Habitauit autem.* Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet: Roboam conditio, & diuiditur in duo, quia primò ponitur Roboam confortatio. Secundò eius, & regni sui punitio sequenti capitulo. Prima in duas: quia primò ponitur confortatio eius in ciuitatum ædificatione, & populi dispositione. Secundò H in prolis multiplicatione, ibi. *Dixit autem Roboam.* Circa primum dicitur. *Habitauit autem Roboam in Ierusalem.* Scilicet, mansit ibi in pace: & non processit ad bellum contra Ieroboam: & habitauit ibi, quia erat ibi sedes regni: ibi namque habitauerat Dauid, & ibi etiam Salomon, & erant fabricatæ magnificę domus regię per Salomonem. *Et ædificauit ciuitates muratas in Iuda.* Videbat enim Roboam, quòd erat incentiuum bellorum inter eum, & Ieroboam: & licèt nunc non pugnauerit ipse contra Ieroboam, fortassis ipse Ieroboã pugnaret contra ipsum, ideo voluit se disponere ad bellum reficiendo vrbes suas, quæ non erant benè muratæ, & dicitur: ædificauit vrbes muratas, ideſt, refecit. Nam non est sensus, quòd de nouo aliquas vrbes extruxerit: sed quòd antiquas, quæ non erant benè muratę refecerit, & patet ex nominibus omnium vrbiũ, quæ ponuntur: nam omnes istæ erãt antiquitus tempore Iosue, & nominantur in diuisione sortium, vt patet Iosue 15. & 18. *Extruxitq; Bethlehem.* Ideſt, refecit, quia non erat benè murata: est enim Bethlehem ciuitas sortis Iudæ in confinio sortis Iudæ, & Beniamin. Nam inter eam, & Ierusalem transeunt limites Iuda, & Beniamin: est enim Ierusalẽ in Beniamin, & Bethlehem in Iuda distãs duabus leucis à Ierusalem: de hac Iosue 15. Matth. 2. & Mich. 5. Alia autem ciuitas Bethlehem est in sorte Zabulon, vt patet Iosue 19. ideo ad differentiam istius vocatur illa Bethlehem, quæ est in sorte Iudæ Bethlehem Iuda, vel Bethlehem Ephratæ. Ruth 1. & 1. Reg. 17. & Matth. 2. Mich. 5. *Etham.* Alia ciuitas est in sorte Iuda. *Et Thecue.* Ista ciuitas est in sorte Iudæ ad partem Meridianam eius, vbi est locus pastorum, & de regione illa erat Amos, vt patet Amos 1. s. Verba Amos, qui fuit in Pastoralibus Thecuæ. De hac etiam ciuitate fuit mulier illa prudens, quam Ioab misit ad Dauid ad proponendum parabolam pro reductione Absalonis de exilio: ideo vocatur mulier Thecuites. 2. Reg. 14. *Bethsur.* In sorte Iudæ est Ios. 15. *Et Socoth.* Ista est duplex: quædam enim Socoth est vltra Iordanem ad Orientalem partem eius in terra duarum tribuum & dimidiæ, pertinetque ad sortem Gad, vt patet Iosue 13. & de ista Socoth habetur Iudi. cap. 8. quando petiuit Gedeon panes à viris Socoth, cùm



cùm persequeretur Madianitas fugientes, & noluerũt A ei dare: ipse autem postea rediens contriuit principes Socoth cùm spinis tribulis. Alia Socoth est in sorte Iudæ, & est citra Iordanem ad Occidentalem partem eius, & de ista agitur hic. Ista videtur esse Socoth, quę denominata est à Iacob veniente in Sichem cùm tabernaculum suum posuisset in quodam loco veniens de Mesopotamia: vocauitq; nomen loci illius Socoth. Gen. 33. cap. *Et Odolam.* Ciuitas est in sorte Iudæ. Ista fuit ciuitas regalis tempore Chananæorũ, & rex illius vrbis per Iosue occisus est, vt patet Iosue 12. Apud istã vrbem est desertũ, in quo latebat Dauid, quando Saul persequebatur eum, & absconditus est Dauid in spelũca, vbi prę scidit oram clamidis Saulis, & ob hoc vocatur spelunca Odolam illa. 1. Reg. 24. & 22. In ista ciui- B tate accepit Iudas filius Iacob vxorem: ideo dicitur, q̃ declinauit ad virum Odolamitem. Ge. 38. cap. *Necnon Geth.* Ista est ciuitas fortis Iudæ. Iosue 15. Erat autem vna de quinq; metropolibus Philisthinorum, in qua erat vnus Satrapa, vel rex Philisthinorum. Iosue 13. & 2. Reg. 6. de ista ciuitate erat Goliath gigas, contra quẽ pugnauit Dauid: ideo vocatur Gethæus. 1. Reg. 17. Viri ciuitatis istius fuerunt animosiores ad tollendum plagam, quæ à Deo immissa fuerat Philisthinis. s. q̃ perterentur in posterioribus, quàm cæteri Philisthini. Nam cæteris desperantibus Gethæi dederunt consilium de faciendo sedes pelliceas, nè mures possent corrodere prę eminentes extales. 1. Reg. 5. & tamen ẽt illud remedium non suffecit cùm plaga à Deo mit- C teretur: in ista ciuitate dominabatur rex Achis Philisthinus, ad quem fugit Dauid quando erat profugus à facie Saulis, & tamen cùm timerer regem, fecit se insanum cõram eo mutato vultu, vt patet 1. Reg. 21. Ieram autem descendit illuc, & mansit ibi quatuor mensibus cum eo vsque ad mortem Saulis: eod. libro cap. 27. *Et Maresa.* Est ciuitas in sorte Iudæ. Iosue 15. de illa dicitur Mich. 1. l. Adhuc hæredem adducam tibi, qui habitas in Maresa, vsque ad Odolam veniet gloria Israel: ex quo apparet, quod Odolam, & Maresa sunt ciuitates satis propinquæ inter se. *Et Ziph.* Nomen ciuitatis est apud desertum Iuda, & ponitur inter ciuitates desertũ. Iosue 15. Ab ista denominatur desertum quoddam Z ph, in quo bis latuit Dauid, & inquirebat D eum ibi Saul prodentibus Zipheis 1. Reg. 23. & 26. ca. *Sed & Huran.* Alia ciuitas est sortis Iudæ. *Et Lachis.* Ciuitas sortis Iudæ est. Iosue 15. & est vna de ciuitatibus regalibus Chananæorum, cuius regem occiderunt Israelitæ, vt patet Iosue 10. de hac dicitur Mich. 1. s. Fugator quadrigæ habitanti Lachis. *Et Azecha.* Ciuitas est in sorte Iudæ. Iosue 15. vsque ad istam ciuitatem persecutus est Iosue reges Chananęorum quinque in die, qua stetit sol, & lapides grandinis ceciderunt super Chananæos à descensu vrbis Bethorõ vsquè Azecha, vt patet Iosue 10. *Saraa quoque.* Est duplex Saraa, quædam est in sorte Iudæ: alia est in sorte Dan: de illa, quę est in sorte Iudæ patet hic, & habetur Iosue 15. Alia est in sorte Dan, de qua habetur Iosue 15. Et illa ciuitas E est apud Estaol, & iter istas duas ciuitates morabatur, & conuersabatur Samson, qui erat de tribu Dan. Iudi. 13. & in sepulchro quodam sepultus est, quod est inter istas duas ciuitates, vt patet eodem lib. 16. & multũ distat istę ciuitates à se, quia sors Iuda, & Dan maximè distant, quia est vna maximè meridiana. s. sors Iuda, & alia maximè Aquilonaris. s. sors Dan, vt colligitur Iosue 17. *Et Aialon.* Est ciuitas etiam æquiuoca, quia quędam Aialon est in tribu Iuda. Iosue 15. & alia Aialon est in sorte Dan. Iosue 19. Et de prima dicitur hic: ista est Aialon, contra quam stetit luna die, qua stetit sol cum dixit Iosue: sol sta contra Gabaon, & luna, nè moueatis contra vallem Aialon, vt patet Ios. 10. *Et Hebron.* Ista est ciuitas in sorte Iudæ. Iosue 15. Et erat famosior in tota sorte Iudæ. Nam in ista ciuitate erant sepulti tres Patriarchæ cum vxoribus suis, scilicet: Abraham, Isaac, Iacob, Sara, Rebecca, Lya. Gen. 49. Istam ciuitatem petiuit Caleb filius Iephone à Iosue, vt deleret tres gigantes, qui erant in ea, & deleuit illos. Iosue 14. & 15. In hac ciuitate sepultus dicitur prothoplaustus Adam Iosue 14. Fuit hæc ciuitas data in sortem sacerdotũ. Ios. 23. In hac ciuitate regnauit Dauid septẽ annis & dimidio, quando fuit rex super solam tribum Iuda. 2. Reg. 5. *Quæ erant in Iuda, & Beniamin ciuitates munitissimas.* Refertur ad prædicta, scilicet, quòd istæ omnes erant ciuitates munitissimæ, & nunc eas completè muniuit Roboam. *Cumque clausisset eas muris.* Scilicet, aliquæ earum habuerant muros dissipatos, & ruinosos, & ex illis partibus non erant clausæ. Roboam tamen clausit muris reficiendo omnes veteres defectus. *Posuit in eis principes.* Scilicet, ad defendendum istas vrbes: timebat enim Roboam bella nascitura inter se & regnum Israel, & dispõebat omnes vrbes suas ad statum bellicum ponendo in singulis principes, & viros, qui vacarent exercitationi bellicæ, vt cùm occurreret bellum, essent armis accincti. *Ciborumq; horrea, hoc est olei, & vini.* Sicut disposuerat Roboam in vrbibus viros bellicos: ita disposuit prouisionem ad eorum victum, quia gens bellica multa consumit: & ob hoc fecit horrea ciborum in locis istis, & posuit vinum, & oleum, de quibus viuerent isti viri bellici. Et cùm dicitur hic, hoc est vinum et oleum, non est intelligendum, quòd ista sola intelligerentur nomine ciborum reconditorum in horreis, cùm potius frumentum esset necessarium, quàm ista, & tamen ponuntur quasi ex superaddita, nè dubitetur ista fuisse in horreis illis, & vocatur horreum quodcunque repositorium, siue promptuarium vbi conseruantur quæcunque pertinentia ad cibos. *Sed & singulis vrbibus fecit armamentaria scutorum, & hastarum.* Prædicta intelliguntur quãtum ad vrbes quas refecit Roboam. Istud autem intelligitur quantum ad omnes ciuitates regni sui: nam vt omnes de regno essent prompti ad bella, quando expediret, muniuit viros suos armis, & fecit in singulis ciuitatibus armamentaria, ideſt, repositaria armorum, in quibus reponebat scuta, & lanceas, quæ sunt arma communia, & fecit copiam istorum pro omnibus de regno suo: habebat autem Roboam quoddam armamentarium speciale, in quo erant arma sua pulchra, & preciosissima, scilicet, domum saltus Libani, vt patet 3. Reg. 10. et supra 9. *Firmauitq; eas summa diligentia.* Scilicet: firmauit vrbes cum magna diligẽtia: potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd firmauit vrbes omnes istas, scilicet, faciendo eis firmos muros, ideſt, quòd si aliquæ erant non habentes muros firmos reficiebat illos, & complebat, & per hoc vrbes erant firmę non pauentes hostiles incursus. Secundo modo firmauit eas, ideſt, fortes, & munitas reddidit armorum multitudine. Nam dato, quòd aliqua ciuitas sit bene murata, si non abundent habitatores armis ad resistendum hostibus, non poterant diu manere, sed faciliter capientur. Cùm autem armorum copia est, ciuitates non pauent, & sic firmantur, & quia ante hoc propter paucam bellorum experientiam pauca arma erant in singulis vrbibus illę, erãt infirmæ: nunc autem cùm Roboam prouideret, quòd in singulis vrbibus essent plena armamentaria, reddebat vrbes firmas. *Et imperauit super Iudam, & Beniamin.* Ideſt, fuit rex super Iudam, & Beniamin, quia istæ duæ tribus solæ cesserunt ei regnum.

Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quis fuerit propheta Semeia. Quæst. IX.*

QVAERITVR circa prædicta de isto propheta Semeia, qui nunciauit Roboam, nè pugnaret contra Israel, quis fuerit. Respondent quidam, quòd iste fuerit ille vir Dei, qui missus est contra Ieroboam in Bethel consecrantem altare vitulo, & à leone occisus est in via. 3. Reg. 13. hoc autem videtur conuenire illi tempori: quia in principio regni Roboam, & Ieroboam fuit iste Semeias: & non leguntur alij prophetę isto tempore, qui possent hoc facere, & cùm non legatur de exitu istius, putant, quòd ille fuerit finis eius. Dicendum tamen, quòd non stat, quia ille propheta, qui missus est cõtra Ieroboam mortuus est primo anno regni eius: & tamen iste Semeias vixit ad minus G vsque ad annum decimumoctauum regni Ieroboam: patet primum. Nam primo anno regni sui excogitauit Ieroboam vitulos, & fabricauit eos: nam quolibet anno ter omnes Israelitæ tenebantur ascendere ad templum Domini. Exo. 23. & 34. & Deut. 36. & vt non ascenderent Israelitæ ad templum Domini in Ierusalem, quæ erat in terra Roboam, fabricauit Ieroboam vitulos: ergo oportet, quòd anno primo regni sui Ieroboam fabricauerit vitulos, alioquin ter ascẽderent Israelitæ in Ierusalem post diuisionem regni ante fabricationem vitulorum, & tũc timeret Ieroboam, quòd Israelitæ præuaricarentur à se, vt redirẽt ad antiquam vnitatem regni. Non est ergo verisimile, quòd permitteret aliqua vice Israelitas ascendere in Ierusalem H post diuisionem regni, & consequenter fuit ista fabricatio vitulorũ primo anno regni Ieroboam: & tamen prima die, qua consecratum est altare vitulorum in Bethel, venit vir Dei ad Ieroboam, vt patet. 3. Reg. 13. & illa die, qua venit occisus est à leone, vt colligitur ex litera eodem capitulo, & ibi declaratum est: & sic primo anno regni Ieroboam mortuus est ille propheta, qui venit ad eum: & tamen iste Semeias vixit vsq; ad annum decimumoctauum saltem regni Ieroboam. Quod patet, quia iste scripsit omnia gesta regni Roboam, vt patet præcedenti capitulo, & tamen vixit Roboam decem & septem annis, vt patet ibidem, & 3. Reg. 15. Et ceperunt simul regnare Roboam, & Ieroboam. i. vnus super Iudam, & alius super Israel: ergo I simul compleuerũt ambo annum decimumseptimũ regni, & tamen Semeias superuixit ipsi Roboam, eo quod descripsit omnia gesta regni sui: ergo saltem vixeret vsque ad annum decimum octauum regni Ieroboam, qui succedebat post mortem Roboam, & sic non potuit iste Semeias esse propheta, qui occisus est à leone, & missus est contra Ieroboam. Et dicendũ, quòd ille fuit quidam propheta, cuius nomen in sacra Scriptura non legitur, nec distribuuntur aliqua alia gesta eius, aut dicta præter missionem illam ad Ieroboã. 3. Reg. 13. Fuerunt autem hoc tempore alij prophetę, scilicet, Addo, Ahias Silonites, & iste Semeias. De Ahia, quòd non fuerit ille, qui occisus est à leone, manifestum est, quia multo tempore post mortem illius K prophetæ viuebat Ahias. De morte enim illius patet 3. Reg. 13. & tamen eodem lib. cap. 14. habetur, q̃ Ieroboam miserit vxorem suam mutato habitu ad Ahiã Silonitem, & locuta est ad eum. Item, quia quando mortuꝰ est ille propheta, qui missus est ad Ieroboam, nondum multiplicatum fuerat peccatum Ieroboam per Israelitas, quia illa die dedicatum fuerat altare Bethel, vt patet. 3. Reg. 13. Et tamen quando Ahias Silonites locutus est ad vxorem Ieroboam, iam peccauerat nimis Ieroboam in vitulis aureis, & peccare fecerat totum Israel, vt colligitur ex verbis suis. 3. Reg. 14. Nam prædixit pœnam magnam futuram in tota progenie Ieroboam propter hoc. Item ille vir Dei, qui venit ad



F Ieroboam erat de Iuda, vt patet. 3. Reg. 13. Et tamen Ahias erat de vrbe Silo: ideo vocabatur Ahias Silonites, vt patet supra 9. Et tũ Silo erat in sorte Ephraim, vt colligitur Iudi. 21. & ibi probatum est. Etiam non erat ille propheta Addo, quia iste vixit post mortem Roboam, & post mortem Abiæ filij sui, & descripsit gesta eius, infra 13. Dicendum ergo, quòd erat prophe ta incognitus nomine. Iosephus tamen 8. Antiquit. vocat eum Iadam, quia fortè collegit nomen illius ex aliquibus annalibus illius temporis.

*Quomodo factus est sermo Dei ad Semeiam. Quæstio X.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd factus est sermo Domini ad Semeiam hominẽ Dei, quomodo factus est ad eum iste sermo. Dicendum, quòd multipliciter potest fieri sermo Dei ad prophetam. Primo modo, quòd appareat angelus in aliqua humana effigie, & loquatur, sicut fuit in apparitione facta Gedeoni. Iudi. 6 & in apparitione facta patri, & matri Samsonis. Iudi. 13. Secundo modo fit, q̃ aliqua vox formetur ab angelis, quæ dirigatur ad hominem, & tamẽ illam vocem formans non videatur: sic fuit in datione legis: Exo. 20. & Deut. 4. nam dicit ibi nullam formam vidistis die qua locutus est Dominus vobis in Horeb. Tertio modo fit in somnijs, quia tunc Deus mouet phantasiam hominis ad intelligendum aliquid, quod prius non poterat intelligere naturaliter, & hoc fit, quia format noua phantasmata in cellula phantastica, per quæ causatur nouus actus phãtasiandi, vel species præexistẽtes nouo modo ordinat, ita vt per illas intelligatur aliquid quod non intelligebatur aliàs, et iste modus erat frequentatus apud prophetas, vt patet Num. 12. s. siquis inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Quarto modo fit hoc per immutationem solam intellectus. s. q̃ Deus illustret intellectum alicuius, et faciat eum intelligere supernaturaliter aliquid, et istud fit in vigilia. Et tamen fit dupliciter: vno modo non facta aliqua mutatione in corpore, sed existẽte propheta ad quemcumque actum conuerso potest fieri ista reuelatio. Alio modo fit per ecstasim. s. quòd abstrahatur homo ab omnibus actibus corporeis, intantum, quòd non videatur anima manere in corpore, cùm sit corpus destitutum omni operationi vitali apparente, sicut fuit de Paulo, qui in raptu suo dixit se non scire, an fuerit in corpore, an extra corpus. 2. Cor. 12. quilibet istorum modorum poterat competere nũc prophetę Semeię, et poteramus de illo affirmare. Et tamen dicendum, quòd reuelatio per ecstasim nõ fuit in hoc, quia ista non erat in viris veteris testamẽti: eo q̃ ista fit, quando rapitur anima prophetæ ad considerandum aliquod excellens intelligibile, quod non poterit percipere, nisi anima secundùm omnes vires suas sit attenta illi speculabili, et quòd ad hoc, quòd to ta intenta sit necesse est, quòd non maneat attenta alicui alteri speculationi, vel operationi. Oportet ergo, quòd cesset ab operationibus vitalibus, et animalibus quas exercet circa corpus, et tunc apparet corpus mortuum, cùm sit distitutum omni operatione vitali apparente. Et sic quando debet propheta clarè intelligere essentiam Diuinam, sicut fuit Beato Paulo, qui dicit se vidisse arcana verba, quæ non licèt homini loqui. 2. Corin. 12. et ad videndum. i. intelligendum illas res arcanas raptꝰ est. s. in ecstasim: ita vt nõ appareret an anima esset in corpore, vel extra corpus. Viris tamen veteris testamenti, non fiebant tam excellentes reuelationes, quia non eleuabantur ad contemplandum Diuinam essentiam, sed ad intelligendum alia ministeria valdè



valde inferiora. Ideo competebant eis alij modi reuelationum: sed iste non, licèt competere posset. De alijs autem modis non apparet, quem modum debeamus applicare isti prophetæ, quia poterant ei omnes competere, & tamen inter omnes erant duo communiores, scilicet, quòd Deus per somnium moueret phantasiam, aut in vigilia moueret intellectum, & sic tanguntur duo tanquam communes prophetis. Nu. 12. s. siquis fuerit inter vos propheta Domini, aut in visione apparebo ei. i. aut apparebo ei in visione. i. in vigilia illustrando intellectũ suũ, aut per somnium loquar ad illum; & quemcumque istorum possumus accipere.

*Quomodo dixit Deus, quòd feciſet diuisionem regni. Quæstio XI.*

QVAERITVR vlterius, qũo dixit hic Deus, q̃ sua voluntate facta erat ista diuisio regni: ideo q̃ non esset pugnandum ad reintegrandum regnum. Aliquis dicet, q̃ sit conuenienter dictum istud, quia si Deus voluisset fieri istam diuisionem, ipse procurasset modum faciendi, & tũ modus, & occasio fuit, q̃ Roboam loqueretur verba stulta, & iniqua contra populum: ideo Deus incitaret eum ad mala: & sic Deus tẽtaret hominem, sicut dæmon. Sed falsum est, vt patet Iac. 1. s. Nemo cũ tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: ipse enim neminem tentat, sed quilibet tentatur à concupiscẽtia sua abstractus, & illectus. Aliquis dicet, quòd istud non est inconueniens: imò est verum. s. q̃ Deus mouerit cor Roboã ad ista mala, quæ fecit praue respondendo, vt patet præced. cap. s. Et non acquieuit Roboam populi precibus, vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabath. Dicendum, quòd falsum est, quòd Deus incitauerit cor Roboam ad malè respondendum, quia in illa responsione peccauit Roboam: agendo tamẽ directè ad hoc, quòd Roboam malè responderet, erat directè tentatio diabolica, quam Deus non facit sed potius impedit eam in illis, quos diligit: sicut patet prima Corin. 10. cap. s. Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentare vltra id, quod potestis, sed faciet cũ tentatione profectum. Sed dicendum est, q̃ Deus exçecauit Roboam non quidem mouẽdo eum ad malum directè, quia ad tentationem diaboli istud pertinet: sed non apponendo gratiam, quam aliàs apponeret, siue subtrahendo suam illuminationem, quã aliàs præstabat: & tunc Deus non agit ad peccatum proximè, sed subtrahit aliquid, & subtractio illa est occasio ad peccatum: est tamen subtractio illa in pœnam. Nam sicut Deus infligit pro peccato pœnam corporalem: ita interdum infligit subtractionem gratiæ, vel bonorum, quæ cõferre solitus est, & illa subtractio est maior pœna, quàm pœna corporalis, vel in bonis temporalibus. Causa autem subtractionis istius fuit duplex. i. vna promeritoria, & alia finalis. Causa promeritoria fuit peccatũ Salomonis: nam Salomon à Deo multa bona susceperat, quibus ingratus extitit fabricãdo templa idolis, & colendo ea. 3. Reg. 11. & 4. Reg. 23. Ideo Deus propter peccata eius tradere voluerat regnum eo viuente alteri: & tũ propter Dauid nõ fecit: sed disposuit post mortem eiꝰ facere, & sic peccata sua promeruerant subtrahi posteris eius quęcunq; diuina beneficia, & quòd sic inciderẽt in multas calamitates. Causa finalis erat, vt impleretur promissum Dei, scilicet Deus promiserat, q̃ daret decẽ tribus Israel Ieroboã, & duæ tũ manerent cũ Roboã, & quia si non responderet durè Roboam, non recessissent ab eo tribus illę decem, Deus subtraxit beneficium illuminationis suę illo tpe à Roboã, & pmisit eum incidere in insanã sententiã: prima causa tangitur. 3. Reg. 11. & secunda tangitur preced. cap. & tũ vna fuit origo alterius. Nam cõpletio diuinę promissionis non erat causa, nisi inquantum pendebat à peccato Salomonis promeritoriè: nã si Salomon non peccasset, non promisisset Deus dare decem tribus ipsi Ieroboam, sed mansissent omnes cũ Roboam: & sic non oporteret aliquid fieri ad complemẽtionem diuini promissi, quia nullum esset: quia tamen fuit peccatum Salomonis, processit inde promissio de cem tribuum, & postea excęcatio Roboam ad complendum promissionem Dei. De modo autem excęcationis, & quid ea fiat, & qũo fieri potest non auferẽdo liberum arbitrium, etiam quòd ista fuit facta propter Salomonem, & non propter Roboam, declaratũ est. 3. Reg. 12. in duabus quæstionibus de hoc.

*Quomodo duæ tribus erant sub imperio Roboam. Quæstio XII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd tribus Iuda, & Beniamin erãt sub imperio Roboam, quia. 3. Reg. 11. dicitur, quòd sola tribus Iuda cederet Roboam, & eod. lib. cap. 12. dr̃, q̃ sola tribꝰ Iuda sequebatur domum Dauid. Aliqui dicunt, quòd à principio constitutionis Roboam in regem fuerunt omnes vndecim tribus Israel recedentes à Roboam, & mansit sola tribus Iuda cum Roboam. s. qñ recessit Roboam de Sichem in Ierusalem: sed postea tribus Iuda persuasit tribui Beniamin redire ad Roboam, & redijt, & tuncambæ tribus fuerunt semper subiectæ Roboam. Sed dicendum, quòd hoc non stat: qa hoc modo fuissent vndecim tribus in vnctione Ieroboam, & quia vnctus fuit Ieroboam à reliquo Israel postquã fugit Roboam in Ierusalem, & tamen istud non stat, quia Deus solùm promisit decem tribus ipsi Ieroboã, ideo nunquam ad eum pertinuerunt, nisi istę decem: & sic non fuit tribus Beniamin cũ cęteris decem in vnctione Ieroboam. Item si tribus Beniamin fuisset cũ alijs decem in vnctione Ieroboam, nollet postea redire ad Roboam, & tamen videtur, quòd facillimè eam habuit Roboam, quia illico, vt venit de Sichem in Ierusalem incepit parare se ad bellum cõtra Ieroboam, & tunc in congregatione illa fuit tribus Beniamin cũ tribu Iuda contra Ieroboam: ergo videtur, quòd non fuit aliquod tempus, in quo tribus Beniamin non fuerit cum Roboam. Item si tribus Beniamin cum cęteris decem tribubus Israel fuisset in vnctione Ieroboam postea facta pace inter Roboam & Ieroboam haberet iustum bellum Ieroboam contra tribum Beniamin, quia ipsum in regem vnxerat, & postea recessẽrat ab ipso sine causa: & tamen nunquam pugnauit contra eam, nec petiuit illam tribum: ergo videtur, q̃ nunquam ad eum pertinuerit. Dicendum ergo, q̃ à principio tribus Beniamin fuit cum Roboam, & tribu Iuda, & solæ decem tribus vnxerunt Ieroboam in regem super Israel: & ita hic ponuntur duæ tribus in regno Iuda: etiam à principio cum Ahias Silonites prę nuntiauit Ieroboam de regno habendo diuisit pallĩ suum in duodecim partes, & dedit ei decem partes. Ex quo innuebat, quòd solùm habiturus erat Ieroboam decem tribus, & Roboam semper habiturus esset duas. Cùm autem obijcitur, quòd sola tribus Iuda sequebatur Roboam, dicendum, quòd de Iuda & Beniamin intelligitur: quia tamen tribus Beniamin erat extranea à domo Dauid, et propter amorem Dauid separauit se à reliquo Israel, et vniuit se tribui Iudæ cum Roboam, reputata est tribus Beniamin eadem cum tribu Iuda quasi ambæ essent vna tribus: ideo dicebatur, quòd sola tribus Iuda sequebatur domum Dauid, quamquam etiam tribus Beniamin sequeretur domum Dauid.

Sacer-

Sacerdotes autem, & Leuitæ, qui erant F in vniuerſo Iſrael, venerunt ad eum de cunctis ſedibus ſuis, relinquentes ſuburbana, & poſſeſſiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudam, & Ieruſalem: eo quòd abieciſſet eos Ieroboam, & poſteri eius, ne ſacerdotio Domini fungerent. Qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum, & dæmoniorum, vitulorumque, quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Iſrael, quicunque dederant cor ſuum, vt quærerent Dominum Deum G Iſrael, venerunt in Ieruſalem ad immolandum victimas ſuas coram Domino Deo patrum ſuorum. Et roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in vijs Dauid, & Salomonis annis tantum tribus.

*Sacerdotes autem, & Leuitæ, qui erant in vniuerſo Iſrael.* Ponitur etiam hic quomodo confortatum eſt regnũ Roboam per aduentum quorũdam aliorum, ſcilicet, quòd omnes ſacerdotes, & leuitæ de toto Iſrael venerunt ad habitãdum in terra Roboam, & ex hoc fuit quaſi vna tribus ſuperaddita regno ſuo .ſ. tota tribus Leui: & dicitur, qui erant in vniuerſo Iſrael, ideſt, diffuſi per omnia loca tribuum Iſrael. *Venerunt ad eum de cunctis ſedibus ſuis.* Ideſt: venerunt ad Roboã de omnibus locis, in quibus habitabant: vocatur enim ſedes quilibet locus habitationis, quia ibi ſedetur, ideſt, manetur in quiete. *Relinquentes ſuburbana, & poſſeſſiones ſuas, ideſt.* Relinquentes vrbes, & ſuburbana vrbium, in quibus morabantur. Pro hoc ſciendum, quòd Iſraelitæ erant tribus duodecim ſecũdùm numerum filiorum duodecim Iacob, & tribus Ioſeph diuiſa eſt in tribus duas, quia Iacob voluit, quòd duo filij Ioſeph .ſ. Ephraim, & Manaſſe eſſent principes, & capita tribuũ. Gen.48. Et ſic futuræ erant tribus tredecim. Deus tamen voluit, quòd tribus Leui non haberet ſortem inter alias tribus, & quòd non computaretur, vt vna de tribubus: ſed quòd tota terra diuideretur per ſortes in ter alias tribus duodecim, & tribus Leui non haberet aliquam ſortem terræ: ſed ſolùm iura templi cederẽt ſibi in ſuſtentationem, vt patet Num.18. & Deut.18. & Ioſue 13. Quia tamen non haberent leuitæ, & ſacerdotes vbi habitarent, iuſſit Deus, quòd de omnib⁹ tribubus Iſrael darentur eis loca ad habitandum .ſ. ſingulæ tribus darent aliqua loca .ſ. ſingulę ſecundũ quãtitatem ſuam dabãt plures, vel pauciores vrbes, & fuerunt omnes vrbes datæ ſacerdotibus, & leuitis quadragintaocto. Num.35. quot autem dederit de his quę libet tribus patet Ioſue 21. & prꝫced. lib. cap.6. Iſta vrbes non erant coniunctæ, ſicut vrbes cuiuſlibet tribus ſed diſperſę per omnes ſortes tribuũ, & non dabantur iſtę vrbes leuitis, & ſacerdotibus cum territorijs ſuis, ſcilicet, vt ibi haberent agros, & vineas, quia Leuitæ nihil iſtorum poſſidere debebant, nec vacare agriculturæ, cùm iura ſanctuarij ſuſtentarent eos: Ioſue 13. Ideo manebant iſta pro illis tribubus, quorum erant iſtę vrbes, & Leuitę ſolùm accipiebant vrbes ad habitandum, & quædam ſpatia in circuitu vrbium .ſ. duo millia paſſuum ad paſcendum ibi pecora. Iſta ſpatia vocabantur ſuburbana: quia ſub vrbe poſita .ſ. ſub menibus vrbis. Nu.35. Tempore autem Salomonis erant diſperſi ſic Sacerdotes, & Leuitę per vrbes ſuas in omnibus tribubus Iſrael, & cùm nunc Ieroboam feciſſet vitulos aureos, receſſerunt de omnibus locis, & ſuburbanis, in quibus habitabant diſperſi per terram Iſrael, & venerunt in terram Iuda. *Et tranſeuntes ad Iudam, & Ieruſalem.* Scilicet, venerunt ad habitandum in regno Iuda: & non ponitur Iuda, & Ieruſalem, quaſi ſit Ieruſalem aliquid diſtinctum à regno Iuda, cũ potius ibi eſſet regni Iuda ſedes, & metropolis. Sed poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quòd Iuda accipiatur pro tribu Iuda, & non pro regno: & tunc Ieruſalem diſtinguitur à Iuda, quia Ieruſalem eſt ciuitas in ſorte Beniamin, & nominatur Ieruſalem, quia caput erat totius tribus Beniamin. Aliter poteſt dici, quòd accipiatur Iuda pro regno Iuda, & tunc Ieruſalem pars regni Iuda, & non ponitur ſic tanquam aliquid ſit diſtinctum: ſed fit ſpecialiter mẽtio de Ieruſalem, quia erat excellentior inter cęteras, & erat caput regni. *Eo quòd abieciſſet eos Ieroboam.* Scilicet, non honorabat leuitas, & ſacerdotes Ieroboam, nec pmittebat eis officia ſua: ſed cuicunque laico concedebat, quòd eſſet ſacerdos, vel leuita: & ſic non honorabantur, nec acquirebant ſuſtentationem inter leuitas. *Et poſteri eius.* .ſ. reges Iſrael, qui venerunt poſt Ieroboam, etiam hoc fecerũt, ſcilicet, quòd abiecerũt ſacerdotes, & leuitas: ſed quomodo potuerint ſacerdotes moueri, quia abijciebant eos poſteri Ieroboam cùm nulli adhuc eius poſteri eſſent dum ipſe regnaret, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Nè ſacerdotio Domini fungerentur.* Scilicet, abſtulerat eis miniſterium ſuum, non quidem inhibẽdo eis miniſtrationem: ſed dando talem modum miniſtrandi, qualem non acceptabant leuitæ, & ſacerdotes. Nam Ieroboam fecerat vitulos aureos, & conſtituerat, quòd miniſtraretur eis in Bethel, & Dan. Leuitæ autem, & ſacerdotes erant inſtructi ſolùm miniſtrare in Ieruſalem, & ſoli Deo offerre ſacrificia: ideo non acceptabãt iſtum modum miniſtrationis, quem dederat Ieroboam. An verò prohibuerit Ieroboam ſacerdotibus Leuitici generis miniſtrare, infra declarabitur in quadam quæſtione. *Qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum.* Ieroboam conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum, ideſt, altarium, quæ fecerat. Excelſum vocatur quodlibet altare, in quo immolabantur animalia, & cremabant ſacrificia, & vocatur excelſum propter duo. Vnum eſt, quia vt communiter altaria iſta fiebant in montibus, & ſæpe ſic dicitur in tertio libro Regũ, & quarto, quòd Iſraelitæ, & viri Iuda adolebant incenſum in collibus, & ſub omni ligno frondoſo. Secundum eſt, quia iſta altaria ſemper erant in ſe alta, dato quòd conſtituerẽtur in locis humilibus, quia eſt altare quidam tumulus terræ, vel monticulus: vnde ab hac proprietate apud Latinos nomen accepit, & vocatur altare quaſi alta ara: & ſic etiam templum Domini vocatur excelſum, quia ibi erat altare. Vnde quando ſanctuarium Domini erat in Gabaon, vocabatur Gabaon excelſum, ſiue maximum excelſorum, vt patet tertio Regum tertio capitulo: & ſic duo altaria, quæ cõſtituit Ieroboam vnum in Dan, & alterum in Bethel vocabantur excelſa, & illorum conſtituit ſacerdotes de popularibus, & non ſolùm erant iſta altaria in terra Ieroboam, ſed etiam multa alia: iſta tamen duo erant præcipua, quia ibi conſtituerat Ieroboam duos vitulos aureos, & non erant alij in toto Iſrael. *Et dęmonum.* Iſti erant ſacerdotes dęmonum: nam colebant dæmones iſti Iſraelitæ cum colerent vitulos: omnia namque idola ad cultum dęmonum pertinẽt. In Hebræo dicitur. *Et ædulorum.* Et vocantur dęmones eduli, vel hirci, quia iſtud nomẽ poteſt ęquiuocari ad hircum, & dęmonem, vel vocantur ſic: quia ſæpe apparent



apparẽt dæmones in ſpecie hircorũm, & aliorum animalium ſylueſtrium: licèt maximè in ſpecie hircorum: vnde dæmones vocantur capripedes iuxta illud Alexandreidis libro tertio, ſcilicet.

*Capripedi Fauuo comendat ſedula baucis.*

Ideſt, dæmoni habenti pedes caprinos, qui vocatur interdum Faunus, & interdum ſatirus, & alijs nominibus, de quibus non eſt dicendum: & tranſtulit Ieronymus dęmonum, & non hircorum, quia dato quòd diceretur de hircis, non poterat intelligi ad literam, quia Iſraelitæ non coluerũt aliquos hircos, ſed ſolùm vitulos, cùm nulla alia idola legatur feciſſe Ieroboam, niſi duos vitulos, ſiue vaccas. *Vitulorumq́, quos fecerat.* Erant etiam iſti ſacerdotes dæmonum, & vitulorum, B ſcilicet, duorum vitulorum aureorum, & cùm eſſent ſacerdotes vitulorum, erant etiam ſacerdotes dæmonum. *Sed & de cunctis tribubus Iſrael quicunque dederant cor ſuum, vt quærerent Dominum Deum Iſrael.* Scilicet, non ſolùm ſacerdotes, & Leuitæ venerunt in terram Iuda de omnibus tribubus Iſrael, ſed etiam omnes laici deuoti Deo, qui dederant cor ſuum ad quærendum Deum Iſrael, ſcilicet, ad cuſtodiendum legem ſuam. Non enim quærimus Deum localiter eum inueſtigantes, quia ipſe vbique eſt, licèt in nullo loco propriè ſit: ſed mente, dum conamur eum imitari. Eſt autem imitatio noſtra dum eius legem cuſtodimus, quia ille eſt modus, per quem ipſe vult, quòd ad eum veniam⁹. *Venerunt in Ieruſalem ad immolandas victimas Domino Deo* C *patrum ſuorum.* Scilicet Ieroboam conſtituerat, vt immolarentur victimæ in Bethel, & Dan coram duobus vitulis aureis, qui ibi erant. Hoc autem erat contra legem: ideo illi, qui habebant zelum legis, & volebant quærere Deum noluerunt colere illos vitulos, nec cum illis immolare, licèt veniebant in Ieruſalem: de illis laicis quærentibus dominum, an venerint ſolùm ad immolandum victimas, & reuerterẽtur in terram ſuam, vel an manerent in terra Iuda, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Et roborauerunt regnum Roboam.* Scilicet, omnes iſti, qui conueniebant in terram Iuda de terra Iſrael, ſiue ſacerdotes, & leuitæ, ſiue laici roborauerunt regnum Roboam, ſcilicet, fortificantes illud multitudine pugnatorum, & omni apparatu bel- D lico. *Et confirmauerunt Roboam filium Salomonis.* Scilicet, confirmauerunt eum in regem ſuper Iuda. Hoc poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd confirmauerunt eum, ſcilicet, vngentes eum in regem approbando primam vnctionem, ſicut Saul ſemel conſtitutus eſt in regem primo Regum decimo. Et poſtea facto bello contra Ammonitas vnctus fuit ſecunda vice: & ſic innouatum eſt regnum: & ita poterat eſſe hic, quòd Roboam vnctus fuiſſet prima vice in Sichẽ quaſi in contentione. Nunc autem habita pace in regno ſuo confirmaretur vngendo eum iterum. Secundò poteſt intelligi, quòd confirmauerũt Roboam filium Salomonis, ſcilicet, dando ei fauorem, & adiumentum, & muniendo eum contra hoſtes ſuos Iſraeli- E tes: & per hoc regnum ſuum confirmabatur, & iſte ſenſus ſecundus ſtat, ſcilicet, quòd adiuuando eũ confirmauerint regnum eius. Nam non poteſt ſtare primus ſenſus, eo quòd dicitur hic, quòd confirmauerũt Roboam per tres annos: & tamen vnctio non potuit eſſe, niſi ſemel facta, & non duraret tãto tempore. *Per tres annos.* Tanto tẽpore durauit concordia populi, & regis in cultu Dei, & in munitionibus faciendis, & præparandis apparatibus bellicis. *Ambulauerunt enim in vijs Dauid, & Salomonis annis tantum tribus.* Redditur cauſa dicti præcedentis .ſ. q̃ confirmauerunt regnum Roboam per tres annos, & dicitur, q̃ cauſa huius fuit, quia ambulauerunt in vijs Dauid, & Salomonis tribus A annis, & tunc neceſſe erat, q̃ confirmaretur regnum, expletis tribus annis, receſſerunt de vijs Dauid, & tunc non fuit confirmatum regnum. Ambulare in vijs Dauid erat colere Deum, quia Dauid erat vir valde deicola, & non recedebat à lege Domini. Nam 3. Reg. 15. dicitur, quòd omnibus diebus vitæ ſuæ, non receſſit ab his, quæ Deus iuſſerat, niſi in ſermone Vriæ Hethæi: & ſic eſt ſenſus, quòd Roboam, & viri de regno ſuo ambulauerunt in vijs Dauid .ſ. cuſtodiendo legem Domini, & non declinando ad idola, & interim proſperatum eſt regnum Roboam: & per hoc confirmatum eſt. Poſt tres autem annos confirmato regno receſſit Roboam, & viri ſui à cultu Dei, vt patet ſeq. cap. cumq; q̃firmatum fuiſſet regnum Roboam, & cõfortatum dereliquit legẽ Dñi: & ex eo tpe deſijt regnũ Roboam eſſe confortatũ: quia tunc hoſtes inuaſerunt illud. De hoc tamen infra dicetur in quadam quæſt.

*Quare Leuitæ, & Sacerdotes hic reliquerunt loca ſua.*
*Quæſtio XIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic de ſacerdotibus, & Leuitis, quòd reliquerũt loca ſua, & ſuburbana, & venerunt ad terram Iuda: quare fecerunt hoc. Reſpondendum, quòd hoc fecerunt propter multa. Primò, quia ante totus Iſrael erat vnicus populus habens vnum regem, & vnicam legẽ, & vnicum modum colendi Deum, & tunc ſacerdotes, & leuitæ, qui erant miniſtri Domini, habitabant diuiſi per terram Iſrael. Nunc autem terra Iſrael abſtraxerat ſe à cultu Dei fabricatis vitulis, quos colerent Iudei, & viri Iuda manſerant in cultu Dei: ideo non habebãt quid facerent ſacerdotes, & leuitæ cũ viris de terra Iſrael: ſed de terra Iuda, & ſic tranſierunt ad eos, vt inter ipſos habitarent. Secundum erat, quia officium ſacerdotũ & leuitarum erat, quòd miniſtrarent in templo Domini, quod erat in Ieruſalem, et tñ exiſtentes in terra Iſrael, non permittebantur à Ieroboam venire in templum. 2. Reg. 12. Ideo toraliter voluerunt ſe transferre ad habitandum in terra Iuda. Tertium erat, quia ſacerdotes, et Leuitæ habebant hanc dignitatem, quòd nemo ſe poterat intromittere de officio eorum, niſi ipſi ſub pęna mortis, vt patet Num.3. et 18. Et ſic ipſi ſoli percipiebant omnia emolumenta ſanctuarij. Nũc autem Ieroboam dederat iſtud officiũ laicis, ita quòd quicunque vellet effici ſacerdos, poſſet effici, vt patet infra 13. Et iſta fuit cauſa potiſſima, quare receſſerunt de terra Iſrael, quia iam nulla iura, et nullus honor eis manebat inter Iſraelitas, et iſta ſola cauſa tangitur in litera .ſ. tranſeuntes venerunt in Ieruſalem, et Iuda, eo q̃ abieciſſet eos Ieroboam, et poſteri eius, nè ſacerdotio Domini fungerentur. Quartum erat, quia vna de cauſis propter quas leuitæ habitabant diſperſi per totam terram Iſrael erat, quia erant pauperes, et non habebãt vnde ſuſtentarentur, niſi de iuribus ſanctuarij, et de Eleemoſinis Iſraelitarum. Quod patet, quia q̃n Iſraelitę faciebant ſacrificia, dicebat Deus, vt inuitarent leuitas ad cibum, quia non habebat leuita aliam partẽ, q̃ comederet. Deu. 12. et 16. i. non habebat vnde aliunde viueret, et ob hoc Deus iuſſerat, q̃ q̃n Iſraelitę coquerent panes, vel haberent pulmenta, quòd darent inde primitias dño Num.15. Et iſta dabantur ſacerdotibus, et leuitis, qui colligebant ea per varias vrbes Iſraelitarum, apud quas habitabant, vt declaratum eſt eod. ca. et de his in magna parte ſuſtentabantur pauperes leuitę: et quia nunc Iſraelitæ de regno Ieroboam prꝫuaricati fuerant cultum Dei colendo vitulos, et conſtituerant ſibi ſacerdotes de popularibus, nondabant leuitis, et ſacerdotibus iſtas primitias de pulmentis ſuis: et ſic non poterant viuere in terra illa, cùm nulla iura haberent

rent ibi,de quibus sustentarentur,& transierunt ad regnum Iuda,quia cùm habitatores illius essent cultores Dei,darent istas primitias sacerdotibus,& Leuitis,& ibi sustentarentur. Quintum erat,quia sacerdotes,& leuitæ erant in statu excellentiori,quàm populus, cùm essent mediatores inter Deum & populum,& ob hoc competebat eis magis declinare idolatriam, quàm reliquis de populo: vnde non solùm non decebat eos colere idola,sed nec approbare aliquo modo cultores idolorum:& quia si manerent inter idolatras in communicatione,videbātur quodammodo approbare facta ipsorum,noluerunt manere ibi, sed recedere in terram Iuda. Sextum erat,quia Deus iusserat Exo.34. quòd Israelitæ non communicarent cū Chananæis idolatris, nè fortè quis eorum inuitaret eos ad cœnam,& daret sibi de cibis consecratis dæmonibus, & tamen si manerent sacerdotes,& leuitæ in terra Israelitarum, communicarent cum eis,& interdum inuitarentur ab eis, potissimè cùm essent pauperes, & comederent de cibis consecratis dæmonibus,quod erat magnum scandalum. Septimum erat,quia Deus videtur hoc voluisse. Nam in die prima dedicationis altaris Bethel pro vno de vitulis aureis Ieroboā, misit Deus illuc vnum prophetam ad prænūciandum mala cuentura,& iussit ei, nè comederet,nec biberet in Bethel.3.Reg.13.c. ita ergo videtur,quòd volebat, quòd omnes alij viri sanctæ conuersationis recederent de medio illorum,qualis erat status Sacerdotum,& Leuitarum. Octauum erat in quandam pœnam,scilicet, quòd Israelitę grauissimè peccauerant in hoc,& cùm Sacerdotes,& Leuitæ essent maximę reputationis,& sanctitatis in toto populo, si illi abstraherent se à communicatione aliquorum, erat magnus rubor illis,& pœna,ita ergo nunc omnes sacerdotes,& leuitæ recesserunt de terra Israel, vt sic cognoscerent Israelitæ, q grauissimè peccauerant. Et non sustinentes sacerdotes,& leuitæ tantam iniquitatem, recesserunt ab eis: ita fit in punitione ecclesiastica, quia quando quis est contumax in crimine,priuatur communione fideliū, vt per hoc erubescat,& rubore affectus doleat,& redeat ad obediendum Ecclesiæ. Nonum fortè erat, quia sacerdotes,& leuitæ afficiebantur nimis ad progeniem Dauid propter sanctitatem eius,& quia ipse dederat expensas,& mandatum ad ædificandum templum,& nunc regno diuiso uoluerunt venire ad regnum Roboam, vt sic fauerent ei,& conformarent regnum suum.

*Quomodo possent manere in terra Iuda.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Sacerdotes,& Leuitæ de toto Israel transirent nunc in terram Iuda,quomodo possent ibi manere. Responderi debet,quòd hoc poterat fieri tripliciter. Vno modo, q isti sacerdotes,& leuitę venirent ad habitandum in vrbibus quas tenebant alij sacerdotes, & leuitæ in ciuitatibus Iuda,& Beniamin. Alio modo, quòd venerunt ad habitandum in loco sanctuarij. Tertio modo,quòd habitarent inter Israelitas laicos,ita quòd ipsi darent eis de vrbibus suis aliquas ad habitandum, vel quòd habitarent mixti cum eis. De primo modo patet,quia quęlibet tribus dederat aliquas ciuitates sacerdotibus,& leuitis: & sic tribus Beniamin,& Iuda dederant aliquas,in quibus nunc habitabant aliqui sacerdotes,& leuitæ,& alij superuenientes reciperentur ab eis in vrbibus suis,quia erant de eadem tribu. Etiam ne cogerētur morari sacerdotes,& leuitæ inter laicos: verū est tamen,quòd viuerent satis angustè, quia omnibus sacerdotibus,& leuitis erant datæ vrbes quadraginta octo: Num.35.& Iosue 21.& præced.lib.6.cap. & tamen de tribu Beniamin,& Iuda non habebant duodecim vrbes. Nam tribus Beniamin dedit quatuor vrbes,& tribus Iuda simul cum tribu Simeon de dit nouem Iosue 21. Et aliquæ illarum erant de tribu Simeon,& sic non manebant ciuitates duodecim pro omnibus sacerdotibus,& leuitis nunc,& sic angustus locus habitandi eis esset. Quia tamen temporis necessitas eos vrgebat,non erat inconueniens,quòd sic fieret. De secundo modo etiam dicendum,quòd fieri poterat. Nam Deut.18. dicitur, quòd si aliquis leuita desiderans manere semper in loco sanctuarij, vellet ibi stare,& ministrares perciperet iura, quæ recipiunt ministrantes quotidie præter illa iura, quæ ei in vrbe sua ex paterna successione debentur: & ita nunc si isti vellent manere in loco sanctuarij, scilicet, in Ierusalem,perciperent iura residentium quotidie. Iste est modus conueniens,& tamen non fieret sic, quia erat difficile,quòd caperentur omnes leuitæ,& sacerdotes in vno loco,cùm datę essent eis tot ciuitates ad habitandum, potissimè quia etiam ante aduentum istorum erat ciuitas Ierusalem, in qua erat templum plena populo. De tertio modo dicendum, quòd poterat esse conuenientius,scilicet,quòd habitarent mixtim in ciuitatibus laicorum. Nam licèt lex statuerit eos seorsum debere habitare,& dederit eis ciuitates ad sic manendum,tamen nunc necessitas excludebat istam ordinationem, cùm non haberent alias ciuitates,in quibus habitarent. Etiam patet hoc, quia non solùm ex tanta necessitate licebat sacerdotibus,et leuitis mutare sedes,sed etiam, vt melius haberent, quā in locis suis poterant mutare sedes eundo ad loca laicorum: sic patet de illo leuita, de quo Iudi. 17. qui dixit,quòd ibat ad peregrinandum vbicumque sibi vtile reperiret,et mansit in domo Michæę. Et dicit, quòd ille leuita erat de Bethlehem Iuda, et tamen ciuitas Iuda non erat tradita sacerdotibus,vel leuitis in sortes:sed habitabant ibi prædecessores sui, vt declaratum est eodem capitulo. Sic etiam sæpe dicitur in Deuteronomio ad Israelitas, quòd leuitæ habitabant intra portas eorum.i.intra portas vrbium ipsorum,et de illis dicitur,q inuitarent eos ad epulas, quia nullam aliam partem habebant,vt patet Deut.12. et 14. et 16. et ita nunc credendum est, quòd habitauerint sacerdotes isti,et leuitæ superuenientes mixti laicis dispersi per ciuitates eorum. Et iste modus conuenientior erat ad sustentationem sacerdotum,et leuitarū, quia de oībus partibus terræ Israel haberent eleemosynas,& adiutoria laicorum. Si autem morarētur omnes sacerdotes, & leuitæ in eisdem ciuitatibus,in quibus prius,non sic cōmodè habere possent. Dicendū tn,q quidquid sit, non possent sacerdotes,& leuitę ita copiosè sustentari, sicut tpe Salomonis ante diuisionē regni, quia tunc q cipiebant iura à toto Israel tā in decimis, & oblationibus,& eleemosynis,q̄ in oībus alijs rebus,& nunc solū perciperēt à duabus tribubus:& sic maxima calamitas fuit sacerdotibus,et leuitis,quòd regnum diuideretur.

*Quomodo Ieroboam, & posteri abiecerunt Sacerdotes.*
*Quæstio XV.*

QVAERITVR vlterius,quomodo dicitur hic, quòd sacerdotes,et leuitę recesserunt de terra Israel,et venerunt in terram Iuda,quia Ieroboam, et posteri eius abiecerant eos, nè fungerentur sacerdotio Domini. Nam non potuit esse hoc, eo quòd quando sacerdotes, et leuitæ recesserunt de terra Israel, nondum habebat Ieroboam aliquos posteros: ipse namque regnabat cùm acciderit istud primo anno regni sui mox, vt diuisum est regnum Israel,



Aliquis dicet, quòd posteri Ieroboam vocantur hic filij sui: nam sicut Ieroboam prohibuit cultum Dei, & induxit idolatriam: ita & filij sui faciebant:& sic dicunt Hebræi de vno filio Ieroboam,super quo consuluit vxor Ieroboam Ahiam silonitem, quòd responderet Ahias, quòd iste solus de stirpe Ieroboam sepeliretur, & plangetur,cæteri autem lacerarentur a canibus, si morerentur in vrbe, & lacerarentur à volucribus, si morerentur in agro:& de illo, de quo quęrebatur, ait quòd sepeliretur: quia inuentus est super eum sermo bonus à domino Deo Israel 3. Reg.14.Et dicunt Hebræi,quod intelligitur quòd ille permittebat Israelitas venire ad colendum dominum in templum. Nam posuerat Ieroboam custodes, ne quis de regno suo ascenderet in Ierusalem in templum, & q capiebantur ascendentes occidebantur. Iste autem filius Ieroboam cùm inueniret aliquos euntes in templum permittebat eos liberè ire. Et secundum hoc de cæteris filijs Ieroboam, qui lacerandi erant à canibus, & volucribus diceretur, quòd illi impediebant Israelitas ascendere in Ierusalem: sicut pater suus Ieroboam,& etiam impediebant Leuitas,& sacerdotes abiiciētes eos de ministeriis suis: & propter eorū abiectionem recesserunt de terra Israel. Sed dicendum q non stat, quia posteri Ieroboam vocantur hic reges, qui successerunt ei. Nam licèt filij vocarentur etiam posteri: tamen non vocantur sic, nisi inquantum post mortem parentum manent eisque succedunt: & tamen filij Ieroboam,qui nunc ista mala sacerdotibus, & Leuitis inferrent, erant simul viuente Ieroboam: ideo non possunt vocari posteri,& sic non intelligitur de eis: sed de aliis regibus Israel, qui fuerunt post Ieroboam. Aliter dicet aliquis, quòd intelligitur de regibus, qui fuerunt post Ieroboam:& tunc stat conuenienter, quia sicut Ieroboam abiecit sacerdotes Domini,& constituit sibi sacerdotes laicos: ita omnes reges Israel, qui post eum fuerunt, quia nullus eorum fuit,qui in toto corde sequeretur dominum :& si aliqui inciperent:sicut Iehu,qui occidit prophetas Baal: tamen non continuabat,quia ipse postea redijt ad colendum idola 4. Reg.10.cap.Sed tunc obicietur,quòd non stet: quia ista recessio de terra Israel facta est tempore Roboam, & Ieroboam, vt patet hic:ideo non pertinuit hoc ad successores Ieroboam. Respondebitur quòd aliqui sacerdotes, & Leuitæ recesserunt de terra Israēl tempore Ieroboam, quia abiecerat eos de ministerio suo, & aliqui adhuc manebēt ibi: & cùm etiam successores Ieroboam abijcerent eos, recesserunt temporibus illorum, & sic dicetur, quòd non omnes sacerdotes, & Leuitę recesserunt simul de terra Israel, sed successiuè tempore diuersorum regum. Dicendum tn q hoc non stat,qa ista recessio sacerdotū,& leuitarū de regno Ieroboā facta est tpe Ieroboā tota in principio regni, quia dicitur hic, quòd oēs sacerdotes, qui erant in vniuerso Israel venerunt ad Roboam de cunctis sedibus suis: ergo non manebant aliqui in tota terra Israel. Item quia dicitur,quòd venerunt ad eum,ideſt ad Roboam,de quo ibi agitur, & tamen si tempore successorum Ieroboam aliqui sacerdotes,& Leuitæ recessissent de terra Israel,non potuissent illi venire ad Roboam, eo quòd Ieroboam maiori tpe vixit q̄ Roboā. Nam regnauit Roboā decē & septē annis, & Ieroboā regnauit viginti tribus ānis 3.Reg. 14. Item patet quia dicitur, q isti Leuitæ venerunt ad Roboam,& confirmauerunt regnum eius an nis tribus tantū, ergo aduentus leuitarum & sacerdotum necessariò fuit ante cōplemētū trium annorum de regno Roboam, vnde non potuerunt successores Ieroboam abiicere Leuitas, & sacerdotes de ministerio suo ad hoc q recederent de terra Israel, cùm omnes recesserint tempore Ieroboam. Dicendum ergo q potest intelligi istud dupliciter. Vno modo, q non abiecerint posteri Ieroboam sacerdotes & leuitas de terra Israel: quia tamē Ieroboam abiecerat eos, & videbant totum Israel peruersum ad idolatriam, putabant rationabiliter q oēs successores sui sic facerēt: & sic dixerunt, q recedebant de terra Israel, qa Ieroboā, & posteri sui eos abiecerāt. Et ponit istud hic notāter, quasi dicat. Si sol⁹ Ieroboā abiecisset eos nō mutauissent sedes: sed quia oēs abiecerant eos, mutauerunt sedes. Si. n. pūtauissent sacerdotes,& leuitę, q solus Ieroboam puersus fuissent ad idolatriam,& abstuliſſet eis ministeriū suū,& tēpore sequentium regum possent oīa hęc reparari,nō mutauissent totaliter sedes,sed to lerauissent tempore illius abiectionē suam,vt nō pderent oīa,quæ hēbant in terra Israel: viderant tn totum populū simul cū rege cōuersum ad idolatriam,iō desperauerunt posse vnquā tolli istā peruersionē,nec eos reuersuros ad officia sua : iō illico mutauerunt sedes. Secundò pōt intelligi, q istud sit verbum scriptoris,& non sit pertinens ad causam motiuam recessus sacerdotum,& leuitarum de terra Israel,i.quòd cā motiua recedendi sacerdotibus, & leuitis solū fuit,quia abiecit eos Ieroboam,& non propter aliquem de successoribus suis · quia nullus fuit antequam de regno Ieroboam recederent : vnde sacerdotes, & leuitæ nō erāt certi, quòd successores Ieroboam eos abiicerent sicut Ieroboam,licèt hoc putarent': sed quia sic contigit,q omnes posteri Ieroboam reges Israel erant idolatræ,abiiciebāt cultum domini : & dato quòd essent aliqui sacerdotes,& leuitę in terra sua,non cernerent eos in ministros, sed laicos sicut instituit Ieroboam, & semper sic tenuerunt. Ideo Esdras scriptor libri huius sciens veritatem historiæ dixit,quòd nō solùm Ieroboam abiecit sacerdotes,& leuitas, sed etiam posteri sui : & tamen sacerdotibus, & leuitis sola abiectio, quam passi sunt à Ieroboam fuit causa recedendi de terra Israel : iste est conuenientior modus respondendi quàm præcedens.

*Quomodo abiecit sacerdotes, & Leuitas. Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo stet,quòd Ieroboam abiecit sacerdotes & Leuitas ne ministrarent in sacerdotio domini. Respondendum,q potest intelligi multipliciter. Vno modo quòd abiecit eos.i.diminuit honorem ipsorum. Nam ante hoc soli sacerdotes,& leuitæ ministrabant in eis,quæ pertinebant ad Deum. Nunc autem Ieroboam fecerat,q quicūque de populo vellet effici sacerdos,efficeretur: vt patet infra 13.& 3.Reg. 12. Accipiendo ergo alios ad honorem,qui solis sacerdotibus cōpetebat,abiiciebat eos de honore suo. Secundò modo pōt intelligi, q Ieroboam nō prohibuit sacerdotes, & leuitas ministrare in officio suo, quia cū permitteret laicos, ad quos nōpertinebat ministrare in sacerdotio,à fortiori permitteret sacerdotibus,de quorū officio istud erat: & tn quia introduxit aliud ministerium, quod nō pertinebat ad sacerdotes.i.idolatriam, quā nō exercituri erant sacerdotes, dicitur abiecisse eos, ne fungerētur sacerdotio domini,i.quo prius fungebantur. Tertio modo potest intelligi,quòd fortè Ieroboam non permisit sacerdotibus, & leuitis ministrare in officio sacerdotali.i.q̄ ēt si ipsi vellēt coram vitulis,aureis ministrare,sicut ministrabant corā dño, q nō permittebat Ieroboam, & hoc fortè faciebat Ieroboam, vt placeret populo. Nam volebat Ieroboam placere populo: vt cōsentiret in re magna,& insolita. Volebat.n. transferre cultū Dei in idolatriam, & quòd nō ascenderet popul⁹ ad adorandum in templum dñi, sed in Bethel & Dan:&quia populo viderent ista grauia,& fortassis consentire nollet voluit placare populū faciendo aliqua,

qua, quę essent grata populo: & istud erat, quòd daret quendam honorem populo, qui nunquam ei fuerat colat⁹, & liberaret eos de quadam obligatione, cui prius tenebantur: & hoc erat quòd daret populo honorem sacerdotalem. Pro quo sciendum, quòd De⁹ reprobatis omnibus tribubus Israel à ministerio suo elegit tribum Leui: & voluit quòd ista sola sibi ministraret loco totius Israel, vt colligitur Nume. 3. & apposuit pœnam siquis de populo immisceret se his ministrationibus Nume. primo & 3. & 16. & 18. Et quia magnus honor, & vtilitas erat in sacerdotio, & tenebantur non sacerdotes nec Leuitæ dare magna iura sacerdotibus, & Leuitis. Num. 18. Desiderabant valde populares habere sacerdotium: & quidam etiam de Leuitis ad sacerdotium anhelabant: vnde Core, qui erat de Leuitis iurgatus est contra Moysen, & Aaron, quòd ipsi superbirent in populo vsurpantes sibi sacerdotium. Etiam ducenti quinquaginta proceres Synagogæ: etiam Dathan, & Abiron, & magna eorum cohors sequatium. Nam isti erant laici de genere Ruben: Num. 26. & murmurauerunt valde contra Moysen, & Aaron, volendo accipere sacerdotium. Ex quo magna plaga secuta est: Num. 16. Habebat tamen populus magnum desiderium vsurpandi sacerdotium, & erant proni ad faciendum magnas seditiones super hoc, & vt illi sedarentur Deus iussit, quòd omnes tribus Israel ferrent virgas aridas, & ponerentur coram domino scriptis in singulis nominib⁹ tribuum suarum, & illa, quæ floreret ostenderet tribum a Deo electam, & floruit virga Aaron, & sic apparuit electam stirpem Aaron pro sacerdotio: & ex tunc nō ausi sunt Israelitæ contendere de sacerdotio: Nume. 17. Et tamen desiderabant illum semper, vt exuerent hanc subiectionem, quam habebant ad tribum Leui. Nunc autem Ieroboam sciens desiderium populi ad habendum honorem sacerdotalem, & inuidiam quā habebant ad sacerdotes, quia præfecti fuerant eis, putauit quòd posset placare populum dando honorem sacerdotalē populo, scilicet quòd quicunque de populo vellet effici sacerdos efficeretur offerendo taurū & boues, & arietes septem: vt patet infra 13. Et vt vindictam haberet populus de sacerdotibus, & Leuitis, qui tanto tempore prepositi fuerant populo inhibuit Ieroboam sacerdotibus, & Leuitis ministrare: concedens hoc soliis laicis: & tunc diceretur abiicere Leuitas, & sacerdotes de ministerio suo. Quartò modo potest intelligi, quòd Ieroboam abiecit sacerdotes ne fungerentur officio, vel sacerdotio, scilicet ꝙ non permittebat eos ire in terram Iuda ad ministrandum in templum: & ob hoc recesserunt. Dicendum, ꝙ iste modus est verus, quod patet, quia dicitur: abiecit eos ne sacerdotio domini fungerentur: & sic nō potest intelligi de ministratione, quæ fieri debebat corā vitulis aureis, de quibus erant præcedentes expositiones, sed de ministratione sacerdotij diuini, ideſt sacerdotij legalis: & est sensus, quòd Ieroboam fecit duos vitulos, quos colerent Israelitæ, & vetuit eis ascendere in templum in Ierusalem. tertio Regum duodecimo. Et sic sacerdotes manētes in terra Israel non permittebantur ascendere in templum domini. Et tamē ministrationes sacerdotales, & Leuiticę solùm fiebāt in templum secundùm legem, quæ determinauerat vnicū locū. Leu. 17. & Deu. 12. Et Iosue 22. c. Ergo vetando ascendere in templum, indirectè abiiciebat eos de ministerio domini: & hoc voluit dicere litera. Nā non dixit absolutè, quòd abiecit Leuitas, & sacerdotes de ministerio, sed abiecit ne sacerdotio domini fūgerentur. Ideo credendum, quòd Ieroboam satis permitteret, imò vellet, quòd sacerdotes, & Leuitæ fungerentur sacerdotio coram vitulis aureis: & tamen ipsi nolebant. Ipsi verò volebant ministrare in sacerdotio domini in templo: & hoc non permittebat Ieroboam non sinendo quòd quisquam ascenderet in Ierusalem: & tunc stat directè causa, s. quare sacerdotes, & Leuitæ recesserunt de terra Israel in terram Iuda. s. quia abiecit eos Ieroboam, ne fungerentur sacerdotio, ideſt vt non ascenderent in Ierusalem ad ministrandum, & tunc duo vrgebāt Israelitas ad hoc quòd recederent de terra Ieroboam. Primùm erat, quia tota sustentatio sacerdotum, & Leuitarum erat de iuribus ministrationis, quæ fiebat in templo: & si non ascenderent ad ministrandum nihil eis daretur: & tamē Ieroboam prohibebat eos ascendere in Ierusalem: iō oportuit eos mutare sedes. Secundum erat desiderū legis implendæ: nam lex iubebat, quòd quolibet anno ascenderent ter omnes Israelitæ in locum sanctuarij in tribus festiuitatibus: & tamen si manerēt in terra Ieroboam nunquam permitterentur ascendere in Ierusalem, iō fuit eis opportunum mutare locum.

*An venerunt ad immolandum in Ierusalem Israelitæ.*
*Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius de istis Israelitis, de quibus dicitur hic, quòd quicunque dederāt cor suum, vt quærerent dominum, venerunt in Ierusalē ad immolandum victimas: an isti venerunt ad habitandum in terra Iuda, vel solùm veniebant ad immolandum, & redibant in terram suam Israel. Aliquis dicet, quòd isti solùm veniebant ad adorandum dñm in Ierusalem, & non ad manendum ibi: sed redibant in terram suam: vt patet, quia dicitur, venerunt in Ierusalem ad immolandas victimas domino Deo patrū suorum. Sed obiici etur, quòd non stet. Primò, quia non videbatur modus, quo isti Israelitæ possent ascendere in Ierusalem: & reuerti in terram suam. Nam Ieroboam vetuerat ascendere in Ierusalem ad orandū 3. Regum 12. Et (vt asseritur) satis rationabiliter posuerat custodes ī terminis regni, ne quis de regno suo ascenderet in Ierusalem, & qui ascenderent, caperentur, & occiderentur, & confiscarentur bona eorum: non ergo posset aliquis ascendere, et redire. Secundò patet, quia dicitur de istis ascendentibus in Ierusalem, quòd roborauerant regnum Roboam, et tamen si isti solū ascenderent ad adorandum, et sacrificandū in Ierusalē, et nō manerēt in terra Iuda, nō ꝙ firmarēt regnū Roboā: ergo vī ꝙ manebāt in terra Iuda. Tertiò patet, quia sacerdotes, et Leuitæ mutauerunt sedes transeuntes in terrā Iuda propter adorationem domini, s. quia non poterant illuc ascendere, si habitarēt in terra Israel, ideo sic etiam intelligendum est de laicis: nam si Leuitæ, et sacerdotes possent ascendere in templum in Ierusalem, & redire in terram Israel, nō mutassent sedes suas: & tamen mutauerunt eas relinquēte omnia, quæ habebant in terra Israel; ergo nō poterant ascendere in templum domini si manerent in terra Israel. Respondendum, quòd potest teneri vtrunque in quæstione ista, scilicet potest dici, quòd ascendebant isti Israelitæ solùm ad orandum dominum in Ierusalem, & redibant in terram suam, vel quòd ascendebant in Ierusalem, & manebant semper in terra Iuda habitantes, & pro vtroque ponitur est probatio, etiam pro vtroque responderi potest tenendo, quòd ascendebant in Ierusalem ad orandum, & manebant ibi semper. Dicendum, ꝙ verum est, quòd isti Israelitæ, qui de regno Ieroboam veniebant solùm veniebant, vt offerrent hostias, & tamen, quia non poterant ad hoc venire sæpe sine periculo manebant in terra Iuda: ideo rectè dicitur, quòd veniebant ad immolandum hostias.



Nam venerunt semel ad hoc, & tunc manserunt in terra Iuda. Et non negatur ex hoc quòd manerent isti Israelitæ in terra Iuda, sed potius sequeretur quasi necessariò ex illo, quia aliter non poterant ascendere sine periculo in terra Iuda. Si autem tenere velimus, quòd isti ascendebat solùm ad orandum, & non manebant in terra Iuda, sed redibant in terram Israel, respondebimus ad primam rationem dicendo, quòd licēt vetuisset Ieroboam ascendere Israelitas in Ierusalem, tamen multi ascendebant, scilicet quia erant multa loca, per quæ possent exire Israelitæ, ita vt nō viderentur, nec erat possibile omnia loca custodiri: sicut patet nunc in exitibus regnorum, qui custodiuntur propter vectigalia, & res vetitas efferri: tamen fallūtur multa cùm sint plurimæ viæ. Etiam quia dato, quòd aliqui ascendentes reperirentur à custodibus, erant sibi benigni custodes, & permittebant illos, scilicet quia fortè Deus efficiebat illos sibi clementes, cùm irent ad colendum eum: vel dato quòd in hoc essent multa pericula, illi viri, qui zelū legis habebat, exponebant se omnibus his periculis propter legem implendam: sicut patet de Tobia, qui erat de tribu Nephtali, & dum cęteri irent ad colendum vitulos aureos, iste ascendebat in Ierusalem ad adorandum, vt patet Tob. primo capit. Ad secundum de roboratione regni Roboam potest dici vno modo, quòd illa litera, scilicet, roborauerunt, non refertur ad literam immediatam, scilicet de istis Israelitis laicis: qui veniebant ad immolandum hostias, sed refertur ad præcedentem literam de Leuitis, qui veniebant ad morandum in terra Iuda, quia illi confortabant regnum Roboam: eo quòd manebant in terra illa, & parati erant defendere eum contra hostes. Nicolaus dicit, quòd isti corroborauerunt regnum eius, scilicet quia veniētes ad adorandum in Ierusalem parati erant eum defendere. Sed non vī quòd isti parati essent defendere illi, si māsuri essent in terra Itrael, q̄ erat terra Ieroboā hostis Roboā. Ideo dicendum magis sicut supra: vel dicendum, ꝙ ista confortatio non intelligitur, ꝙ fieri dēret opere bellico, sed magis sequendo viam legis, scilicet ꝙ Deus confortabat illos, qui sequebantur eū dando eis, quòd prævalerēt contra hostes: et quia oēs de regno Roboam sequebantur nunc dñm, confortabat Deus regnum illud, & quia omnes illi, qui veniebant de terra Israel ad adorandum dominum in Ierusalem, cōcordabant cum viris Roboam de regno Roboam colendo dñm, & cū eis simul colendo, dicebant etiam ipsi confortare regnum Roboam, quia in regno ipsius colebant dñm. Ad tertium dicendum, ꝙ sacerdotes, & leuitæ mutauerunt sedes, vt irent ad immolandum dño in terra Iuda, & tamen nō mutauerunt ad hoc sedes laici, qui illuc ibant, quia magna ꝙ differētiæ est inter laicos, & leuitas, & sacerdotes. Prima est, quia securius poterant laici ire in terrā Iuda ad immolandum domino, quā sacerdotes, & Leuitæ: eo ꝙ laici rarò ibant, & secretius ire poterant. Leuitæ autē, & sacerdotes ituri erant pluries, & determinatis tēporibus: nam vt patet præc. lib. 24. ca. sacerdotes distincti erant per vigintiquatuor sortes, & ministrabat vna post aliam, & quęlibet vna hebdomada. Sic etiam erat de Leuitis cantoribus, ꝙ diuisi erant in sortes vigintiquatuor, & ministrabāt per vigintiquatuor hebdomadas subsequenter. eo. lib. 25. ca. & cū cognitæ essent sortes istorum sacerdotum, & leuitarum, & tēpora ministrationum, scirēt Israelitę quo tempore quilibet sacerdotes, et leuitæ ascensuri erant ad ministrandum in Ierusalem, et observarent eos, et caperent. De laicis aūt non erat sic: quia non erat eis tēpus determinatum eundi. Nam licèt lex determinasset tria tēpora in anno pro omnibus Israelitis, quidam volebant ire, et quidam nō, propter periculum: et sic nesciretur determinatè, qui ire vellent, et qui non. Et dato quòd aliqui ire vellent, fortè non irent in temporibus determinatis a lege propter periculum, sed irent aliis diebus: vnde non possent custodes Ieroboam sic tenere laicos euntes in Ierusalem, sicut sacerdotes, et leuitas: iō vt possent sine periculo ministrare sacerdotes, & leuitæ mutauerunt sedes, & non fuit tam necessarium quòd mutarent sedes laici. Secundum erat, quia dato ꝙ non vetaret Ieroboam ascensum in Ierusalem Israelitis. Si tamen conuerteretur populus ad idolatriam, sicut conuersus est, nō manerent sacerdotes, & leuitæ in terra Ieroboam: nam oēs redudsit leuitarum, & sacerdotum erant de ministratione, quā habebant in sanctuario, & illi, qui erant in terra Israel iam erant peruersi ad idola, & non dabant aliquos reditus sacerdotibus, & leuitis: ideo frustra erat, quòd manerent inter Israelitas, sed potius ascenderent ad morandum in terra Iuda, quia ibi omnes reddit⁹ suos percipiebant de colentibus Deum: laici autem nō habebant istam causam, cùm ipsi non haberent alibi percipere aliquid, nisi in terra sua: ideo nō mutarēt sedes, sicut sacerdotes & leuitæ. Tertium erat, quòd sacerdotes & leuitæ erant pauperes, & ob hoc viuebāt dispersi per terra Israel, vt ab Israelitis perciperēt eleemosynas, & quasdam primitias de panibus nouiter coctis, & de aliis pulmentis: vt colligitur Nume. 15. & quia non poterant percipere ista ab omnibus Israelitis nisi inter eos dispersi manerent, viuebāt dispersi per terrā Israel. Nunc autem toto Israel conuerso ad idolatriā, non darentur eleemosynæ, nec primitiæ pulmentorum sacerdotibus, & leuitis manentibus in cultu Dei, et sic non possent sustentari subtractis eorum subsidiis: ideo dato ꝙ Ieroboam nō imponeret eis aliquod grauamen, ipsi sponte recederent de terra eius in terram Iuda, & ibi sustentarentur cùm non possent sustētari in terra Israel: istud āt non accidebat in laicis, q̄ sustētabantur de suis facultatibus, iō non habebant cām mutandi sedes, sicut sacerdotes, & leuitę. Quartum erat, quia ex causa satis facili poterāt sacerdotes, & leuitæ mutare sedes suas, & tamē laici non poterant cō modè mutare sedes, nisi ex causa grauissima. Rō est, quia sacerdotes, & Lenitæ nō habebant possessiones aliquas in terra Israel, de quibus fructus perciperent. s. agros, & vineas, sed solū vrbes ad morandum: sed facile erat vbicunque vellent stare inuenire locum ad manendum: iō ex facili causa mutarent sedes. De laicis secus erat, quia habebant agros, & vineas in terra Israel: & si transirent in terra Iuda, nihil ibi haberent, nec possent emere: quia immobilia inter Hebræos nō vendebantur nisi ex magna necessitate, & venditio non manebat in æternum: sed ad tempus Iobelęi solùm, scilicet vsque ad quinquagesimum annum ad plus: & tunc redibat omnis possessio ad pristinū possessorem: Leu. 25. cap. Ideo laici non transirent in terram Iuda de terra Israel nisi ex causa ineuitabili. Leuitæ autem sacerdotesque ex causa facili transirent.

*Quomodo firmauerunt regnum Roboam tribus annis.*
*Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo stat, quod dicitur hic, quòd firmauerunt regnum Roboā solum tribus annis isti, de quibus hic dr. Quidam respondet, quòd confirmatio regni vocatur prosperitas, & quādiu manet in augmēto vel saltem nō mutatur aliquid de prosperitate sua, dicitur cōfirmari, vel ꝙ firmatum esse: & durat hoc, quousq; veniant aliqua infortunia: sic fuit hic, quia per tres annos durauit ista prosperitas: ideo dicitur quòd tribus annis cōfirmatū est. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia tunc oportebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



tebat: vt post tres annos illico calamitates euenissent in regno Roboam: sed falsum est, quia prima calamitas, quam legitur habuisse regnum Roboam, fuit Sesach rex Aegypti, & bello victis viris Iuda abstulerit omnes thesauros eorum 3. Reg. 14. & sequenti cap. Et tamen istud fuit anno quinto Roboam sequenti cap. Ergo confirmatum esse regnum vsque ad quinque annos: quòd falsum est. Dicendum ergo aliter, scilicet quòd confortatio ista regni erat ex parte Dei, scilicet quòd cùm viri de terra Iuda colebāt Dominū, Deus confortabat regnum eorum, ita vt non possent hostes illud inuadere, nec nocere ei. Postquam verò dereliquerunt Dominū Deus, dereliquit eos, & iam fuit regnum infirmum, ita quòd cuique volenti inuadere, & nocere facile erat: & quia tribus annis solis viri Iuda secuti sunt Dominum, & postea deseruerunt legem eius, dicitur cōfirmasse Roboam per tres annos. Et dato, quòd completis tribus annis non venerit illico calamitas super viros Iuda: sed āno quinto regni Roboam: tamen illico vt completus est tertius annus, Deus dereliquit viros Iuda, & poterat quilibet inuadens viros Iuda nocere eis quod non potuisset prius durante triennio. Aliter dici potest, quòd cōfirmatio regni fuit faciēdo apparatus bellicos, scilicet vallando ciuitates muris, & reficiendo q̄ corruerant, & faciendo armamentaria in singulis vrbibus, & disponendo ibi viros belli, parandoque horrea & escas p̄ viris belli, & generaliter omnem apparatum belli procurabat, & in hoc regnum roborabatur, & non firmabat: quia per hęc facilius erat ad defensionē p̄tra hostes q̄ allàs: & dicitur p̄firmatū regnū tribus annis. s. quia tribus annis durauit iste apparatus in fieri: quibus expletis iam facta erant omnia, quæ pertinebāt ad belli apparatum: iō expletis tribus ānis non p̄firmabatur vltra regnum. Et dicendum quòd iste modus conuenientior est, quàm quòd accipiatur confortatio regni pro cultu dei, secundùm quem confortabatur, q̄ iste est sensus magis literalis. Et patet hoc, quia dicitur sequenti cap. Cunque roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini & omnis Israel cum eo. Et tamen si acciperetur cōfortatio regni pro perseueratione in cultu Dei, non diceretur, quòd confirmato regno dereliquit legē: q̄ derelinquendo legem Dei derelinquebatur confortatio regni, quia aliàs esset sensus, quòd cùm conseruarent Israelitæ legem Dei dereliquerunt legem Dei. Non est etgo iste sensus: sed intelligitur, quòd confortatio regni erat per apparatum bellicum, & quandiu non habebat Roboam apparatum bellicum plenum, timebat Dominum, & colebat eum. Cùm autem habuit omnem apparatum bellicum, per quem erat confirmatum regnum superbiuit, putans quòd per seipsum sufficiens esset resistere hostibus, & tunc oblitus Dei dereliquit legem eius, & coluit idola. Iste solet esse mod⁹ præuaricationis humanæ, scilicet quòd illi, qui fuerunt Dei cultores, & boni quandiu fuerunt in minori statu, prouecti in magnum statum Deum contemnant. Hic dicendum erat de vitulis, quos fecerat Ieroboam: & de multis dubiis, quæ insurgunt circa eos: & tamen dicetur de his omnibus infra 13. capit. Vbi etiam dicitur de his vitulis.

Duxit autem Roboam vxorem Mahalath filiam Ierimoth filij Dauid: Abihail quoque filiam Eliab filij Isai, quæ peperit ei filios: Iehus, & Sommoriam, & Zoom. Post hanc quoque accepit Maacham filiam Absolō, q̄ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salimih. Amauit autem Roboam Maacham filiam Absalom super omnes vxores suas & concubinas: nam vxores decem & octo duxerat: concubinas āt sexaginta: & genuit viginti octo filios, & sexaginta filias. Cōstituit verò in capite Abiā filiū Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

*Duxit autem.* Hic ponitur secundum huius c. scilicet prosperitas Roboam in prolis multiplicatione. Nam sicut regnum suum confortabatur habendo ciuitates multas munitas, & omnem apparatum bellicum: ita confortabatur habendo filios multos, & affines propter vxores, qui adiuuarēt eum ad defendendum regnū. Et dicitur. *Duxit autem Roboam vxorem Mahalath.* Non erat ista sola vxor, quia vxores decem & octo habuit, vt patet in litera. Quare autem ponatur ista prima: & quare magis ista, & Maacha exprimuntur, declarabitur infra in quadam quæstione. *Filiam Ierimoth filij Dauid.* Accepit in vxorem patruelam suam, scilicet filiam fratris patris sui. Nam Salomon erat frater Ierimoth cùm ambo essent filij Dauid. De isto tamē Ierimoth filio Dauid quis esset, declarabitur infra in quadam quæstione. *Et Abigail quoque filiam Eliab filij Isai.* Ista Abigail erat filia fratris aui sui. Nam Eliab erat frater Dauid, & Dauid erat auus Roboā: erat Eliab super Dauid primus, & statura procerus, quoniam considerans Samuel iuxta staturam, & pulchritudinem eius putauit, quod esset quem Deus iusserat vngi in regem, & quæsiuit quando vidit eum: num coram domino est Christus eius? & Deus respondit non respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius: quia ego abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. primo Regum decimo sexto. Et vocata est filia eius Abihail: quia sic etiam vocabatur quædam soror Dauid, quæ peperit Amasam ducem belli, vt patet præcedenti lib. secundo, & tertio Regum decimo septimo cap. Iste Isai, de quo hic dicitur erat pater Dauid. Nam sic vocabatur, vt patet primo Regum decimo sexto, & decimo septimo. *Quæ peperit ei filios Ieus, Sommoriam, & Zoom.* Nomina virorum sunt. Nam Sommoria non est fœmina, vt aliqui arbitrantur. Habuit autem Roboam filios multos, scilicet vigintiocto filios, & sexaginta filias, infra in litera: & tamen fortè erant isti de nobilioribus filiorum suorum, & excellentioribus prudentia, & viribus. *Post hanc quoque accepit Maacham filiam Absalom.* Aliam Maacham habuit Dauid in vxorem, scilicet filiam regis Gessuri. tertio Regum tertio, & præcedenti lib. 3. ca. Et ista Maacha erat patruelis Roboam, scilicet quia erant filij duorum fratrum. Nam Absalō, & Salomon erant fratres filij Dauid: sed de isto Absalom est dubium an fuerit filius Dauid. Quidam putant q̄ sic propter nominis similitudinem, & alia, quæ infra declarabuntur. Et tamen videtur magis dicendum, q̄ non erat iste filius Dauid, quia in Hebræo non vocatur Absalom sicut vocatur ille pulcher filius Dauid, sed vocabatur Abisalon: litera tamen nostra, nō expressit istam literam, quia fortè factum est imperitia librariorum: nam nesciunt correctè scribere: & quia istud nomen Absalom est frequentatū in scriptura, & nomen Abisalom rarissime reperitur in scriptura: licèt inuenerint scriptum Abisalon putauerunt corruptionem esse, scripseruntque Absalom, & ñ an sit iste Absalom filius Dauid vel aliquis alius, declarabitur infra 13. in quadam quæstione circa principium. *Quæ peperit ei Abia.* Iste fuit, qui postea constitutus est in regem successorem Roboam, vt patet infra in litera, & propter hūc fit hic mentio de matre sua Maacha. *Ethai, & Ziza, & Salomith.* De istis tribus non habetur, qui fuerint, quia gesta eorum nō leguntur. Est autem Salomith interdum nomen viri, & interdum nomen fœminæ. Hic est nomen viri: & tamē Leuit. 24. est nomen fœminæ, quæ erat mater illius viri, qui lapidatus est extra castra, quia blasphemauit nomen Domini. *Amauit autem Roboam Maacham filiam Absalom super omnes vxores suas, & concubinas.* Multas enim vxores, & concubinas habuit Roboam: & tamē inter omnes illas nulla magis diligebatur à Roboam quàm Maacha, & ponitur istud ad signandum, & reddendum cām eius quod infra dicitur. s. q̄ Roboam p̄stituit Abiam in regem inter omnes filios suos, licèt nō esset primogenitus: & hoc quia dilexit Maacham super oēs vxores suas, & concubinas: & dicitur de vxoribus, quia habebat multas. s. decem & octo, & concubinas sexaginta: vt patet in litera. Ista enim erat cōsuetudo regum pro tunc, q̄ multas vxores, & concubinas haberent. *Nam vxores decem, & octo duxerat, Concubinas autem sexaginta.* Differentia autem inter cōcubinā, & vxorem est: quia vxor interueniente matrimoniali fœdere dicitur: concubina autē nullo pacto interueniente, sed solo desiderio libidinis habetur ad propagandum prolem non intendendo, vel dato q̄ ad hoc intendantur, verba cōtractus nulla interueniunt. Secūdum antiquos vocabatur concubina illa, quæ licèt duceretur affectu cōiugali, tamen nō intercidebant pacta dotalia, nec aliæ cæremoniæ iuris. Et isto mō licitum est habere p̄cubinam sicut habere vxorem: sic ait Isidorus, & habetur in Decretis di. xxxij. cap. Christiano homini, & isto modo illa, quę est p̄cubina interdū vocatur cōcubina, & interdū vxor: vt patet de Agar, & de Cethura, quas accepit Abraham, & vocātur interdū vxores, & interdum cōcubinæ. Nam Agar vocatur vxor Abrahæ. Gen. 16. & vocatur etiam Cethura vxor eius: Gene. 25. Et tamen postea vocantur amę concubinæ eius Gen. 25. f. Filius autem concubinarum largitus est munera. s. Agar, & Cethuræ: sic etiā mulier, quā habebat Leuita, quæ improba libidine oc cisa est, vocabatur interdum concubina Leuitæ, & interdum vxor eius Iudi. 9. de hoc ibi latè dictū est, qūo differant p̄cubina & vxor: & sic poterat esse q̄ aliquæ concubinæ istarum essent tales, quas nos verè vocare mus vxores. Alię āt esset concubinæ, quæ solo affectu libidinis tractantur: & sic nos vocamus concubinas. *Et genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias.* Vtrum omnes isti fuerunt de vxoribus, vel aliqui de vxoribus, & aliqui de concubinis non apparet, sed credendum est, quia aliquos filios & filias habuerit etiam de concubinis cùm tot tenuerit. *Constituit verò in capite Abiam filium Maacha ducē super omnes fratres suos.* Silicet licèt Abia filius Maacha nō esset primogenitus Roboā, & ex hoc non cōpeteret ei principatus super oēs fratres suos: tñ Roboam voluit eum cōstituere super oēs filios suos fratres eius: & satis apparet ex hoc q̄ nō esset primogenitus, quia si ipse esset primogenitus Roboam, non diceretur, q̄ constituit eum Roboam in capite oīum fratrum suorum: nam ei cōpeteret iure suo q̄ esset prin-





ceps oīum: & tñ dicitur q̄ constituit eum in capite, & ponuntur causę ad hoc: iō non erat ipse primogenit⁹. *Ipsum enim facere regem cogitabat.* Deliberauerat. n. Roboam apud se, q̄ constitueret in regem filium suum Abiam, vt sic post mortem maneret certè filius eius iste rex, & nō verteretur in dubium apud alios fratres eius: & dicitur, quòd cogitabat eum facere regē, quasi dicat, nō competebat ei de iure, tñ Roboam cogitauerat hoc facere ex aliquibus causis, quæ eum mouebant. *Quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius.* Ista fuit vna de causis motiuis ad constituendum eum in regē super Iudam. s. quia erat prudentior cęteris fratribus suis. Etiam erat potentior. i. robustior corpore, & magis aptus ad bella. Et ista duo optimè conueniebant ad cōstituendum quem in regem, & accipitur sapientior. i. prudentior: nam sapientia est habitus speculatiuus de altissimis rebus, vel per altissimas causas artis iudicās, vt colligitur 6. Ethi. cap. de sapientia. Et ista licèt vtilis sit principibus, & cuique homini: quia valde nobilitat, & exaltat virum: tamen non est ista summè necessaria regi, sed prudentia. Nā prudentia est habitus directiu⁹ circa agibilia ad totam vitam, vt patet 6. Ethi. c. de prudentia. & istam habebat Abia ad cautè regendum. Vocabatur autem potētior. s. vir robustus, & animosus. vtūque. n. est laudabile in principe, sed potissimè quòd sit aīosus cōfidens circa pericula belli. Nam q̄ sit valde robustus corpore princeps laudabile est, & tñ nō est agenda corpore suo pugna. Si aūt aīosus sit, etiamsi non sit corpore robustus, non formidabit grauia pericula: & faciet confidere totum exercitum animositate sua, & tantum excellebat prudētia ista, & animositas in Abia q̄ pater suus Roboam in cōparatione eius erat timidus corde & imprudens, & ipse Abia dixit coram toto Israel, qñ voluit pugnare p̄tra Ieroboam, porro Roboam erat vir rudis, & cor de pauido nec potuit resistere. Et tamen dicere talia nō pertinebat nisi ad virum, qui valde excelleret animositate, & prudentia super Roboam, qualem se putabat Abia. seq. cap. *In cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis.* Refertur ad præcedentem literam. f. cogitauerat Roboam p̄stituere Abiam regem in omnibus finibus Iuda, & Beniamin. i. in tota terra Iuda, et Beniamin. Nam super istas duas tribus solū dominabatur Roboam, et dicitur. Et in vniuersis ciuitatibus muratis, nō quidem q̄ istę ciuitates muratę essent extra terra Beniamin, et Iuda, quia nullam terram habebat Roboam extra istas duas sortes tribuum, cùm oēs aliæ decem tribus cessissent ipsi Ieroboam sicut Deus ei promiserat 3. Reg. 11. sed ponuntur ad faciendum specialem mentionem de istis ciuitatib⁹, quia erāt nobiliores inter cętera loca terræ Roboam. *Præbuitque eis escas plurimas.* f. disposuit Roboam istos filios per varias vrbes terræ suæ, et dedit eis escas plurimas, scilicet cuilibet ipsorum dedit magnā familiam, et ad sustentandam illa dedit singulis multas escas, scilicet multos redditus, vnde escas haberet pro se, et familiis suis. *Et multas petiuit vxores.* Scilicet cuilibet filiorum suorum dedit vxores multas: nā sicut ipse habuerat vxores multas, vt multiplicaretus genus eorum, et sic potentiores efficerentur ad defensionem regni. Considerandum autem, quòd non fuerunt omnia hęc, quæ computantur hic de filis, et filiabus, vxoribus, et concubinis Roboam postquam Roboam constitutus est in regem: sed prius accepit vxores, et concubinas, habuitque filios et filias: vt dicetur infra in quadam quæstione.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quare ponuntur solum tres vxores Roboam.*
*Quæst. XIX.*

QVAERITVR circa predicta, quare solũ ponuntur hic tres vxores Roboam expressis nominibus earum, cùm multæ aliæ fuerint. Et cur ponitur Mahalath prima inter omnes. Aliquis diceret, ꝙ hoc fortè, quia non habebat plures vxores Roboam: sed istud non stat, quia decem & octo vxores habuit Roboam, vt patet supra in litera. Dicendum ergo, quòd ponuntur istæ tres solũ, quia fortè istæ fuerunt excellentiores inter omnes alias, & meruerunt specialiter nominari. Aliter potest dici ꝙ fit mentio de istis propter filios earum, quia filij sui fuerunt viri nobiles inter alios filios Roboã, & ex honore filij honoraretur mater. Patet hoc de Abia, qui fuit excellentior inter omnes filios Roboam, & mater sua Maacha ponitur hic, vt patet in litera. Aliter potest dici, quòd ponuntur isti tres propter filios, scilicet vt cognoscant, q filij fuerint, quando postea aliquid dicetur de eis. Dicendum tamen, quòd verisimilius est, quòd ponãtur nomina istarum trium solum propter Maacha: nam volebat scriptura dicere de Maacha vxore Roboam propter filium eius Abiam, qui constitut⁹ est in regẽ, & quia præponi debebat ei Mahalath dictum est de Mahalath, & deinde de Maacha: & quia dicto de Maacha de cæteris dicere non attinebat ad propositum, non prosecuta est scriptura de aliqua cæterarum.

*Quare prius nominata est Mahalath.*
*Quæst. XX.*

QVAERITVR de secundo, s. quare prius nominata est Mahalath quã Maacha, & ẽt Abigail filia Eliab. Quidam respondent, ꝙ factum est hoc: quia illæ duæ primæ. s. Mahalath, & Abigail habuerunt filios excellentiores quã Maacha: & ex honore filiorum debuerunt præponi. Dicendum ꝙ non stat. quia tunc non deberet præponi Mahalath: quia ipsa nullos filios habuit, vel nullos saltem habuisse legitur: quia hic nulli filij eius leguntur: & sic non legitur aliquid, propter quod præponi debeat aliis. Secundò patet, quia dato ꝙ filios habuerit, non fuerunt excellẽtiores omnibus filiis Roboam: quia Maacha ponitur hic tertio loco, quæ habuit in filium ipsum Abiam, et ille fuit sapientior, & potentior oĩbus fratribus suis: vt patet in litera. Aliter dicet aliquis, ꝙ præponitur Mahalath ad illas, quia fuit generosior: & sic secundum maioritatem stirpis ponebatur ordo nominationis. Sed obiicietur, ꝙ non stat: quia Mahalath, quæ est hic prima, & Abigail, quę est secunda sunt de eadem stirpe: nam Abigail fuit filia Eliab fratris Dauid, & Mahalath fuit filia Ierimoth filij Dauid, vt patet in litera. Diceretur ꝙ adhuc stante isto esset nobilior progenie Mahalath, quã Abigail, quia Abigail nõ erat de progenie regia: quia non fuerat aliquis pr̃ suus aut proau⁹ suus rex, & tñ Mahalath erat de progenie regia, eo ꝙ auus suus Dauid fuerat rex. Sed tunc obiicieẽ, ꝙ hoc nõ stat, quia Maacha fuit filia Absalom, & ille fuit fili⁹ regis Dauid, & sic erat de progenie regia sicut Mahalath: ad hoc obiici posset, ꝙ hoc nõ stat, quia non est iste Absalõ filius Dauid: sed quidam alius, qui vocabatur Abisalon. Dicendum tñ, ꝙ ẽt si hoc sit verum, nõ cõsiderat scriptura de hoc. Sed dicendum, ꝙ hoc nihil est, sed scriptura intendit hic ponere de Abia filio Maacha: & quia nõ fuit illa prima vxorum Roboã ponit oĩs alias vxores Roboam quousque perueniatur ad illam, et ibi sistitur. Fuit autem prima omnium vxorum Roboam ipsa Mahalath: quapropter ponitur inter oĩs prima, et quia nullos filios habuit, subticetur de filiis eius: post eam fuit Abigail, deinde, s. tertia in ordine fuit Maacha. Quod autem propter hoc ponat, & iste sit ordo vxorum inducendo eas patet: quia dicitur hic qũo Roboam duxit Mahalath in vxorem, & Abigail. Et sequitur post hanc quoq; accepit Maachã filiam Absalom, ergo aliæ fuerit primę vxores. Causa autem quare ponuntur illę vxores Roboam, quæ fuerunt acceptæ ante Maacham est, quia scriptura vult innuere, ꝙ licèt non fuerit Abia filius Maacha primogenitus Roboam, ꝙ constitutus est rex, & probatur hoc ex ordine vxorum: quia prius accepit Roboam, Mahalath, & Abigail in vxores quàm acciperet Maachã: & sic accepit prius filios ex eis, vel saltẽ ex altera earũ, & illi fuerunt priores quam filij Maacha, quorum vnus fuit Abia. Sed obiicietur, quòd non sequitur ex hoc: nã poterat esse quòd Mahalath, & Abigail essẽt vxores Roboam prius quàm Maacha, & tamen succederit prius Roboã filios ex Maacha quã ex Mahalath, & Abigail. Dicendum ꝙ hoc potest bene stare: & tñ sic accidit, ꝙ sicut fuerũt Mahalath, & Abigail priores vxores quã Maacha ipsi⁹ Roboam: ita accepit prius filios ex eis quã ex Maacha, & fortè prius quàm accipere ret in vxorem Maacham habebat filios ex Mahalath, & Abigail vel saltem ex Abigail, & sic scriptura posuit ordinem earum, & filiorum suorum: et ista est causa, quare positis istis tribus vxoribus Roboam nõ fuerunt positę cæteræ, licèt essent decem et octo: vt patet in litera: quia solũ agebatur propter Abiam, vt putaretur nõ fuisse primogenitum Roboam: et cũ pertinet ad probandum hoc ex ordine matrum, cessauit scriptura enarrare in matre eius Maacha. Sed dicetur, cũ intentio scripturæ solũ sit hic propter Abiã, qui cõstitutus est in regem de filiis Roboam, sicut nõ dictum fuit aliquid de posterioribus vxoribus, quia non attinebant ad Abiam: ita nec debuisset dici aliquid de primis duabus, cũ Abia fuerit filius tertiæ vxoris Roboam. s. Maacha. Dicendum, ꝙ de primis duabus debuit dici: et rõ est propter duo: primò, quia scriptura volebat hic innuere, quòd Abia non erat primus filius Roboam, nec erat de prima vxore eius, et ad hoc debebant poni oĩs præcedentes eam, vt sciretur in quo ordine vxorũ erat Maacha inter cæteras, quod sciri nõ poterat nisi per præcedentes, secus autem de sequentibus: quia ad illas nullam habitudinẽ hẽbat Maacha, quantum ad hoc de quo hic intenditur. Secundò, qa talis est modus cõputandi in sacra scriptura: nam qñ interdum vult de aliquo scriptura narrare, vt sciatur de qua progenie est ponuntur alij, qui sunt de illa progenie ante ipsum, vt sciatur quotus ipse in progenie illa sit: sic patet Exod. 6. vbi volebat scriptura declarare de Moyse, et Aarõ, qui fuerunt eductores Israelitarũ de Aegypto, et operatores miraculorum, de qua progenie erant, et quia erant de tribu Leui, et ante tribũ Leui erant duę aliæ tribus Israel. s. Ruben, et Simeon. descripsit scriptura totam progeniem Ruben, et totã progeniem Simeõ. et totam progeniem Leui quousque veniretur ad Moysem, et Aaron: et tunc dicitur de eis: iste est Moyses, et Aaron, quibus præcepit dñs, vt educerent filios Israel de Aegypto per turmas suas. Exo. 6. De cæteris autem tribubus posterioribus nihil dixit, et sic licèt nõ esset de necessitate narrationis, ꝙ describerentur ibi duæ tribus præcedentes tribum Leui, quia tamen illę erant priores, et dicendum erat de tribu Leui, dixit scriptura de illis duab⁹: ita nunc cũm dicẽdum esset de Maacha tertia vxore Roboam, dicendum fuit de duabus præcedentibus, etiam si non esset alia causa necessitatis.

*Quis esset Ierimoth. Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius de isto Ierimoth filio Dauid, de quo hic dicitur, quis erat. Et dicendum quòd iste non erat de illis quos scriptura narrat. Aliquis dicet, quòd non fuit filius Dauid, quia computãdo omnes filios Dauid quos scriptura diligenter enumerat, non reperietur inter illos aliquis, qui nominetur Ierimoth. Et patet, quia Dauid genuit sex filios, dum esset rex in Hebron, quorũ nomina ponuntur 2. Reg. 3. & præcedenti li. 3. cap. & nullus illorum est Ierimoth: postea cùm esset rex in Ierusalẽ, genuit vndecim filios, quorũ nomina habẽtur 2. Reg. 5. & præcedenti li. 3. cap. & ibi non ponitur inter eos Ierimoth: ergo non fuit iste filius Dauid. Dicendum tñ B est, ꝙ erat Ierimoth fili⁹ Dauid, qa hic vocat̃ filius ei⁹, et tñ nõ vocaret̃ sic nisi esset fili⁹ eius. Aliquis dicet ꝙ erat Ierimoth fili⁹ adoptiu⁹ Dauid, sicut nos vocamur filij Dei fm adoptionem. Ad Ro. 8. & ita secundũ leges humanas multi sunt filij adoptionis. Dicendum ꝙ hoc non stat, quia iste modus non est consuetus loquendi in scriptura: quia filius propriè, & prima sui significatione vocatur, qui ab aliquo natus est. Et fm Metaphoram, vel largè vocatur filius, qui est secundũ adoptionem: ideo nunquam debet intelligi filius nisi pro eo, qui natus est, nisi ponatur aliquod adiunctum connotans adoptionem: vel nõ posset aliter stare scriptura in veritate: hic tamen potest stare scriptura in veritate; dato quòd nõ ponatur iste esse filius adoptiuus: C ideo non oportet, quòd ponatur adoptiuus. Vno modo ergo potest dici, ꝙ Ierimoth erat filius Dauid: & tamen non erat filius eius de vxore aliqua sua, sed de concubina, & scriptura ponit solùm nomina filiorum natorum de vxoribus, & non de concubinis: sic patet 2. Reg. 5. & præcedenti li. 3. cap. scilicet omnes isti filij Dauid absque liberis concubinarum, & illud dicitur positis nominibus omnium filiorum, quorũ nomina exprimuntur. Sed tũc dicetur, quòd istud est conueniens, scilicet quòd Roboam rex Iuda acciperet vxorem de tam abiecto loco, scilicet de natis illegitimè de concubinis Dauid. Potissime, quia ista erat prima vxor, quam acceperat Roboam, vt patet in litera, & verisimile erat, quòd esset dignior cæteris statu, & progenie. Ideo magis videtur dicendum, quòd esset iste Ierimoth filius Dauid de vxore aliqua sua. Et cũ obijcitur, quòd nõ ponatur inter filios Dauid genitos de vxoribus. Potest dupliciter responderi. Vno modo quòd fuerint plures filij quàm illi, qui ponuntur. 2. Reg. 5. & præcedenti li. cap. 3. & inter illos fuerit Ierimoth: & sic non exprimitur nomen eius: sicut & aliorum nomina subticentur: & hoc aliqualiter colligi potest, quia 2. Reg. 5. cap. & præcedenti lib. cap. 3. ponũntur noĩa filiorũ Dauid tã diligenter, ita vt videatur nullum omitti: & tamen manifestum est, quod ponuntur nouem soli precedenti li. 3. cap. & ponuntur vndecim 2. Reg. 5. ita ergo poterat esse, quòd nec hic, nec ibi ponerentur omnes filij Dauid, & sic subticeret̃ E ista Ierimoth, & alij fortè. Secundo modo potest dici quòd nõ subticeatur aliquis de filijs Dauid, & quòd iste Ierimoth ponatur inter omnes filios Dauid: & tamen non ponitur sub hoc nomine: sed sub alio inquãtum. s. noĩa multa sunt eiusdem nominis, vt patet in Esau, q vocat̃ Esau, Edom, & Seir: etiã Iacob vocatur Israel, & Iacob: & sic de multis alijs. Et patet hoc satis rationabiliter dictum, etiam in istis filijs Dauid: nam secundus filius Dauid, quem in Hebron genuerat, vocatur Celaab de Abigail 2. Reg. 3. & tamen prę cedenti li. 3. cap. vocatur Daniel de Abigail. Ita ergo iste Ierimoth fortè vocabitur alio nomine 2. Reg. 3. & 5. & præcedenti lib. 3. cap. vocatur autẽ hic Ierimoth.





*Quare ponuntur nomina filiorum aliquorum Roboam.*
*Quæst. XXI*

QVAERITVR vlterius, quare ponantur hic nomina filiorum. s. quorundam, cùm non ponantur nomina oĩum. Nam hic ponuntur nomina septem filiorum, & tñ habuit Roboam filios viginti octo, & saxaginta filias, vt patet in litera. Aliquis dicet, quòd ponuntur nomina istorum, eo ꝙ isti fuerũt excellentiores inter omnes filios Roboam. Dicendũ tñ, ꝙ non stat: quia tunc ille, qui esset dignior cæteris præponeretur eis, & tamen fuit Abia sapiẽtior, & potentior,, ideſt robustior cæteris fratribus suis, vt patet in litera, ergo ipse præponi deberet cæteris, & tamen non fit sic, quia tres ponuntur ante ipsum. Dicendum ãt, ꝙ factum est hoc propter duo. Primò ad notandũ ordinem natiuitatis Abia ad cæteros fratres suos. Nã vt supra dictum est, Roboam voluit constituere in regem ipsum Abiam, qui non erat primogenitus suus per noĩa filiorum priorũ Roboam: nam sicut vxores Roboã præcedentes Maacham ponuntur, ita etiam filij præcedentes Abiam ponuntur, & cũ peruentũ fuerit ad eum, & fratres suos sistitur: Secundum est propter consuetudinem scripturæ: nam vt declaratũ est supra quæstione penultima, modus scripturæ talis est, ꝙ si enarretur progenies alicuius, qui nõ est de primis illius progeniei ponantur oĩs præcedentes illum, & post ipsum non fiat enarratio sequentium: ita nũc ponuntur filij Roboã, qui præcedebant Abiam, etiam si nihil attinerent ad propositum, & nomina filiorum natorum ex vxorib⁹ Roboam posterioribus Maacha matrę Abiæ non ponuntur: & non solũ fit enarratio filiorum Roboam quousque perueniatur ad Abiam, sed etiam ponuntur alij posteriores eo fratres sui de eadem matre: Nam non solũ intendit scriptura enarrare filios Roboam vsque ad Abiam, sed etiam enarrat istos per matres eorum, & ponit omnes filios illi⁹ mulieris, cuius semel nomen posuerit.

*An peccauit accipiendo vxorem consanguineam.*
*Quæst. XXII.*

D QVAERITVR vlterius, cùm duxerit hic Roboam in vxores aliquas, quæ sibi consanguinitate iunctę erant, an peccauerit, vel fecerit contra prohibitionem legis: & ponuntur tres, quæ videntur ei attinere. Prima est Mahalath filia Ierimoth, filij Dauid. Et dicendum, quòd in ista non fecit contra legem, qa erãt patrueles. s. filij duorum fratrum: nam Ierimoth, & Salomõ erant fratres, & erant patres istorum duorum, & tñ iste gradus nõ erat prohibitus in veteri testõ, vt patet Leuit. 18. & 20. vbi ponuntur omnes gradus vetiti in veteri testõ, inter quos non est iste. Secũda vxor erat Maacha filia Absalom, & tũc dicendum, ꝙ aut accipitur Absalõ pro filio Dauid, aut non: si pro illo accipitur, est cõsanguinitate cõiuncta ipsi Roboã: & tamen nõ in gradu vetito: quia erant filij fratrum: nam Absalom pater Maacha, & Salomon pater Roboam erant fratres filij Dauid, & sic non erat gradus iste vetitus cùm essent patrueles. Tertia vxor erat Abigail filia Eliab: & de ista erat magis dubium, quia erat de superioribus: quia erat patruelis ipsi patri Roboam, scilicet Salomon. Nam Salomon, & Abigail erant filij duorum fratrum, scilicet Dauid & Eliab: & tamen dicendum quòd etiam iste gradus non erat secundùm legem vetitus: sed solùm ꝙ quis contraheret cum sorore patris sui, vel cũ sorore matris: ista autem non erat sic: sed sicut Salomon pater Roboam poterat habere in vxorẽ ipsam Abigail patruelẽ suam, ita & Roboã filius eius poterat illã hẽre.

De Maacha autem filia Absalō, si non accipiatur Absalom vt filius Dauid, non apparet, ꝙ haberet aliquā consanguinitatem ad Roboam: ideo non est tunc dubium de contractu: quia non apparet aliquid, propter quod deberet impediri.

*Quare Roboam tantum dilexit Maacham.*
*Quæst. XXIII.*

QVAERITVR, quare Roboam tantum dilexit Maacham super illas vxores, ita vt filiū eius Abiam constitueret regem. Aliquis dicet, quòd hoc fuit, quia Maacha fuit vxor prima Roboam: & ad illam plus affectꝰ est: quia in ea primordia iuuenilis delectationis expertus est. Et sicut primi filij abundantius diliguntur, ita & primę vxores. Dicendum tamē, quòd non stat: quia non fuit Maacha prima vxor, sed tertia, vt probatum est supra in quadam quæstione, et satis colligitur ex litera: imò propter hoc laborat scriptura, vt sciatur, quòd licèt non fuerit Abia primus filius Roboam, & mater sua Maacha non fuerit prima vxor ipsius Roboam, tamen dilexit Roboam ipsam Maacham intantum quòd filiū eius Abiam constituit in regem. Dicendum ergo ꝙ fortè factum est hoc propter pulchritudinem, quia ista est, quæ in fęminis valde afficere solet, & illaqueare, imò in seruitutem redigere animos viriles. Sicut Hercules tantū à Ioles pulchritudine illectus est: vt ad eiꝰ imperium ancillaria ministeria subierit: nā depositis virilibus tegumentis teneris puellarum vestibus ornatus colos, & pensa traxit inter Ioles ancillulas, vt ait Seneca tragædia quarta, cuius titulꝰ est Hippolytus, carmine tertio, quod incipit.

*Diua non miti generata ponto.* Cùm dicitur.
*Crura distincto religauit auro,*
*Luteo plantas cohibente socro,*
*Et modo clauam manu qua gerebat*
*Fila deduxit properante fuso.*

Vnde Roboam pulchritudine Maacha illectꝰ fortassis diligeret eam super omnes alias vxores. Et dicunt aliqui quòd hoc fuit, quia Maacha fuit filia Absalom, & non legitur aliquis hominum in tota scriptura sacra tam pulcher sicut Absalom, ita de filiabus eius creditur, quòd essent valde pulchrę imitantes paternam pulchritudinem. Sic patet secundo Reg. 14. cùm dicitur, ꝙ nati sunt Absalom filij tres, & filia vna eleganti forma, s. quòd erant pulchri sicut pater suus. Sed dicendum, quòd istud est valde dubiū, quòd non constat, an fuerit ista Maacha filia Absalom filij Dauid: sed potiùs contrarium, vt declarabitur infra 13. in quadam quæstione: & tamen quidquid sit, credēdum est Maacham fuisse pulcherrimam: & ob hoc fuisse Roboam nimis illectum amore eius: vel fortasis fuit aliquid aliud perfectionis in ipsa, quod placuit ei, & tenerè, vel ardenter diligebat eam.

*An potuerit habere tot vxores Roboam.*
*Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd habuit Roboam vxores decem, & octo, & sexaginta concubinas, an peccauit in hoc. Et primò quæritur de multitudine vxorū. Aliquis dicet, quòd peccauit, quia non poterat quis habere nisi vnicam vxorem. Quod ergo haberet multas, necesse erat, quòd peccaret, nisi forte dicamus fuisse dispēsationē, quam non credimus cùm non fuerit Roboam vir sanctus. Secundò patet, qa Deut. 17. dī: Nō habebit rex vxores plurimas: & tamen iste multas habuit, ergo peccauit. Respondēdum quòd habere vnam vxorem, vel multas per se malum non est, nec repugnat naturali dictamini. Vnam tamen mulierem habere viros multos est contra rationem matrimonij, & bonum politicū: de quo declaratum est Gen. 36. cap. ideo si non vetetur lege non erit peccatum. In nouo autem testamēto statuitur, quòd simul non habeat quis vxores plures, & ideo nunc peccat si quis introducat multas simul, et tamen in iure non: antequā introduceret lex aliqua scripta, non erat peccatum, ꝙ quis multas haberet vxores. Item postquā data est lex Moysi, nō fuit peccatum quòd quis multas vxores haberet, quia lex non vetuit, imò visa est permittere. Primò patet, quia sic erat consuetudo patrum tam ante legē, quàm in lege. Nam ante legem Abraham simul duas vxores habuit, scilicet Saram, & Agar: Gen. 16. Iacob autem quatuor simul habuit. Gen. 29. & 30. tempore legis et patres habebant multas vxores: nam pater Samuelis signatur esse vir iustus primo Regum primo capit. & tamen ipse habuit duas vxores simul, scilicet Annam, & Phennenam. eodem capi. etiam Dauid vir sanctus plures vxores habuit 3. Regum 3. & 5. & sic de multis aliis. Secundo patet: quia vt dictum est, istud non est contra ius naturale, ideo non est illicitum nisi vetetur in lege: & tamen in toto veteri testamento non reperitur vetitum, ergo cōcessum est. Tertiò patet, quia Deute. 17. dicitur quòd rex non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, si tamen in veteri testamento esset vetitum generaliter habere plures vxores simul, sicut est in nouo, non erat opus dici de rege, ꝙ non haberet plurimas vxores, quia manifestū esset, ꝙ nec ipsi nec alicui alteri liceret habere vxores multas, & tamen dictum est ibi specialiter de rege: ergo videtur, quòd aliàs licebat alicui habere multas vxores. Quartò patet, quia dicitur ibi, ꝙ non habebit vxores plurimas: & sic non negatur quæcunque multitudo, vtpote habere duas, vel tres, sed valde magna multitudo, & effrenata, quæ signatur cùm dicitur plurimas. Quintò patet Leuit. decimo octauo, vbi ponuntur gradus prohibiti, vel personæ illegitimę, quantum ad matrimonium, dicitur: turpitudinem vxoris tuæ, & filię eius nō reuelabis: & postea dī, sororē vxoris tuæ in pelicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente. Ecce dicitur, quòd non haberet quis duas sorores in vxores simul: ita quòd vna esset pellex alterius: sed vna mortua, ꝙ posset accipere alteram. Item quòd non acciperet quis in vxores duas mulieres. s. matrem, & filiam eius: et tamen mortua matre, quàm quis in vxorem tenuit et tamen mortua matre, quàm quis in vxorem tenuit set poterat accipere in vxorem filiam illius. Ecce ꝙ in istis casibus prohibuit Deus haberi duas vxores simul propter conditionem personarum, sine duæ sorores inter se essent pellices eiusdem viri, et ne mater et filia pellices essent: ergo videtur quòd in aliis casibus, vbi non repugnaret conditio personarum, quòd non erat vetitum, quòd quis haberet duas aut plures vxores, sed potius erat cōcessum, quia aliàs fuisset superuacuum, et stultū in istis duobus casibus specialē fieri prohibitionem, si generaliter erat vetitum quem habere duas, uel plures uxores. Dicendum ergo quòd in veteri testamēto non erat illicitum alicui habere plures vxores, sed poterat quilibet tot habere, quot putaret conuenientes esse sibi ad prolis procreationem. Et sic si nihil aliud esset, non peccaret Roboam habendo vxores multas, nec procedit argumentum istud, qa istud esset vetitū in nouo testō. Ad secundam rationem cùm dicitur Deuter. decimo septimo, non habebit rex vxores plurimas: dicendum sicut supra dictum est, quòd non prohibetur in hoc multitudo



do vxorum quæcumque: sed solū nimia multitudo, quia dicitur, vxores plurimas. Et patet per id quod subiunctum est: nam dicitur quòd alliciant cor eius: & tamen multitudo alliciens est quandocunque accipiuntur tot vxores, quot non proficiunt ad procreationem prolis, sed potius ad concitandum libidinem: & sic fuit in Salomone, qui habuit tot vxores, vt vix sufficeret ad cognoscendum aliquando eas, scilicet habuit vxores quasi reginas septingentas, & trecētas cōcubinas, & adolescentularum non erat numerus. tertio Regum xj. & Cant. 6. De Roboam dicendum, ꝙ habuit multas vxores, sed non habuit multitudinem valde effrenatam, quia solùm habuit decem et octo, & istæ poterant esse conuenientes ad procreationem prolis in tanto numero: ideo non constat quòd peccauerit Salomon habendo tot vxores. Si tamen aliquis dicat, quòd peccauerit, non insistendum est multum ad excusationem eius, quia Roboam fuit stultꝰ, & malus: cuius opere diuisum est regnum Israel, & vituperatur satis Eccl. 47. Ideo non est à nobis excusandus.

*An peccauerit habendo concubinas.*

*Quæst. XXV.*

QVAERITVR vlterius circa concubinas Roboam, an peccauerit habendo eas: nam dicitur hic, quòd habuerit concubinas sexaginta. Aliquis dicet, quòd non est dubium, quin peccauerit: quia omnis actus carnalis exercitatus extra legem matrimonij inducit peccatum mortale: & tamen cum concubina non est actus matrimonialis, ideo est peccatum. Secūdò patet, quia non solùm Roboam peccauit, quia cōcubinam habuit: sed habuit tot, vt nullo modo posset imputari nisi ad magnam libidinem, scilicet quia sexaginta habuit: In contrarium videtur, quod non peccauit: quia manifestum est, quòd Dauid habuit cōcubinas multas. 2. Re. 5. & præc. lib. 3. & tñ non peccauit: quia 3. Reg. 15. dicitur quòd non declinauit Dauid à vijs Domini: sed fecit semper quod rectum erat in oculis eius, nisi in facto Vriæ: & non ponitur ibi de concubinis, ergo non peccauit habendo concubinas: & sic erit de ipso Roboam, quòd licèt habuerit concubinas, non appareat ex hoc eum peccasse. Respondendum quòd cōcubina potest accipi dupliciter: vno modo pro muliere, quę nulla intentione matrimoniali, sed solo desiderio libidinis copulatur: & sic nos accipimus concubinam. Secundo modo accipitur ꝙ cubina pro illa, quæ matrimoniali desiderio copulat, interuenientibus verbis facientibus cōtractum matrimonij: & tamen nō interueniunt pacta dotalia, & alię cæremoniæ iuris humani, & solennitates. Et distinguitur per hoc vxor à concubina: quia vxor vocatur, quę matrimoniali desiderio copulatur: & insuper interueniunt pacta dotalia, & solennitates aliæ: Et ista sic vocatur vxor, quia nunquam vocatur concubina. Dicitur autem concubina illa, quæ sine pactis dotalibus, & solennitatibus ducitur, licèt matrimoniali affectu tractetur. Et ista aliquando vocatur vxor, & aliquā concubina. Vnde & iste modus loquendi est in veteri testamento de quibusdam, quę interdum vocantur concubinę, & interdum vxores: sic est de Agar, quę vocatur vxor Abrahę. Gene. 16. capitu. Et vocatur concubina Gen. 25. Sic etiam Cetura vocatur interdū vxor, & interdum concubina. e. c. Sic etiā mulier, quā Leuita habuit, quę improba libidine Beniamitarū occisa est. Nam interdum vxor, & interdum concubina dicitur Iudi. 19. cap. Et non solùm est hoc in veteri testamento, sed etiam in modo loquendi iuris humani, vt patet in Decretis xxxij. cap. Concubina. vbi vocatur illa cōcubina, quę desiderio matrimoniali ascisscitur non existentibus pactis dotalibus, & solennitatibus: & sic licitum est habere concubinam. Sic ait Isidorus, & habetur in Decre. 32. cap. Christiano homini licitum est habere vnam vxorem: vel si non pōt ꝙcubinā: & tñ si acciperetur concubina: pro illa, q̄ sinę matrimoniali fædere copulatur, nullatenus licitum esset illam accipi in copulam carnalem. Nunc autē dicendum quòd si accipiatur concubina primo modo, quòd peccatum erat quòd Roboam teneret istas concubinas: non solùm quia concubinę erant, sed ēt quia tot erant. Si autem accipiantur concubinæ secūdo modo, nō est absolutè illicitum habere cōcubinā cùm non solùm Iudæis, sed etiam Christiano homini habere concubinam licitum sit, dum tamen sit vna. Sed tunc dicetur, quòd peccabat adhuc Roboam, qa dicitur in Decre. di. xxxij. cap. quòd licitum est habere vxorem, vel concubinam: dum tamen sit vna. Et tñ Roboam habebat multas. Dicendum quòd ex hoc non sequitur adhuc, quòd peccaret: quia istud dictū decreti tenet locum in nouo testamēto, vbi vnica debet esse vxor, & simul non possunt multę vxores esse: et quia concubina illo modo non differt ab vxore nisi in nomine, et cęremonia quadam, siue sit concubina siue vxor vnica debet esse: et tamen in veteri testamento poterant esse multę vxores: vt declaratum est precedenti quæstione, ideo etiam poterant esse multę concubinę: quia concubinę sunt vxores. Sed dicēdū quòd tunc maneret difficultas, s. si istę concubinę erāt tales, etant verè vxores, & cùm habebat Roboam decem & octo vxores: & nunc habeat concubinas sexaginta, erunt vxores octoginta quasi: & istę erunt multæ, quę possunt vocari plurimæ, & tamen regibꝰ vetitū erat habere vxores plurimas. Deut. 17. ideo peccaret Roboam habendo tot concubinas, & vxores: quia tamen deus concesserat tot vxores cuilibet regi, quot sufficerēt ad prolis procreationem, vel cùm quibus posset conuenienter prolē procreare: & qa fortè tot vxores erant ipsi Roboam conuenientes ad procreationem prolis. Nam multam prolem procreauit, scilicet filios viginti octo, & filias sexaginta, vt patet in litera: ideo non apparet an Roboam ex hoc peccauerit: Et quia iura prōptiora sunt ad absoluendum, q̄ ad cōdēnandum, potꝰ dicere possumus ꝙ Roboā nō peccauit q̄ quòd peccauerit, & tamē si quis dicere velit quòd peccauit non multum contendimus excusando eum. Ad rationem primam in contrarium dicēdum, quòd accipiendo concubinam primo modo, sicut nos primo modo accipimus, communiter peccatum est habere concubinam, & tamen accipiendo secundo modo concubinam idem est, quod vxor: & non est peccatum habere concubinam, sicut nec est peccatum habere vxorem. Ad secundum dicendum, quòd ex multitudine poterat esse peccatum nō alio mō nisi sicut in multitudine vxorum, non est peccatum in multitudine vxrum in veteri testamento accipiendo quamcūque multitudinem, sed solùm in multitudine effrenata, quæ ad prolis procreationē non sufficit aliàs proficit: sed solùm ad eliciendum animum: & quia de ista multitudine vxorum, & concubinarum non constat an esset tanta, quòd non proficeret ad prolis procreationem, sed potius impediret, non apparet an peccauerit Roboam habendo tot concubinas.

An

*An Roboam peccauit constituendo Abiam regem, & non primogenitum. Quæstio. XXVI.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Roboam constituendo Abiam in regem, vel iustè egerit. Aliquis dicet, quòd peccauerit, quia priuauit iure suo alios filios, nam regnum pertinet ad primogenitos: & tamen Abia non erat primogenitus Roboã, ideo peccauit illum constituendo in regem, quia primogenito suo abstulit ius regni, quod ei competebat. Dicet aliquis, quòd non peccauit Roboam, nec cuiquam abstulit ius, quia Abia erat primogenitus, & competebat ei ius regnandi absolutè. Dicendum, ꝙ non ſtat, nam non erat primogenitus Abia, nec aliàs competebat ei iº regnandi, sed Roboam voluit in eũ transferre ius. Primò patet, quia dicitur in litera, quòd amauit Roboam Maacham matrem Abia super omnes alias vxores, & concubinas: & tunc sequitur, quòd cogitauit eum regem facere: & sic quia diligebat matrem eius, constituebat eum in regẽ, & non erat ei debitum de iure. Si autem ei de iure deberetur, non apponeretur ista causa extranea. ſ. quòd diligebat matrem eius super omnes alias vxores, & concubinas. Secundò patet, quia litera vult innuere, quòd non esset primogenitus Abia, quia cum magna diligẽtia ponit nomina vxorum Roboam, quæ præcedunt Maachã matrem Abiæ: & ponit filios earum, & postea ponit filios Maacha fratres Abiæ: in quo innuit, quòd illi, qui nominantur ibi filij aliarum vxorum erant priores Abia natiuitate. Nam ad nihil aliud tota litera illa vtilis esse potest. Vnde conatur hoc probare, scilicet quòd licèt non fuerit Abia primogenitus Roboam, quia tamen diligebat matrem eius super alias vxores, & concubinas, constituit eum in regem. Tertiò patet, quia dicitur in litera, quòd Roboam constituit Abiam in capite, & ducem super omnes fratres suos: si tamen Abia esset primogenitus, non diceret constituit eum: quia ipse de iure constitutus esset: & tamen verbum constituit, dicit voluntatem, vel ius attributum nouiter à patre Roboam super Abiam: ergo non erat primogenitus, nec competebat ei ius regnandi. Quartò patet, quia dicitur, ipsum enim regẽ facere cogitabat: & tamen si esset Abia primogenitus, & sibi esset quęsitum ius regnandi, nõ diceretur, quòd cogitabat eum facere regem Roboam, quia cogitare importat deliberationem in his, quæ dubia sũt. Nam in his, quæ debita sunt, & determinata ad fieri non est consilium, nec deliberatio: quia consilium solum est de contingentibus ad vtrumlibet æqualiter per nos agibilibus: vt patet 3. Ethic. ergo non competebat ius regnandi Abiæ, & cõsequenter non erat primogenitus, sed Roboam illud sibi tribuit. Quintò patet, quia dicitur in litera, quia sapientior, & potẽtior erat cunctis filiis eius, putabat, vel disponebat eum facere regem: & tamen si esset primogenitus, & debitũ esset sibi de iure, quòd regnaret, non oporteret, quòd ad hoc aliqua alia causa intercederet, nec aliqua expriꝛ meretur, nisi quòd erat primogenitus: & tamen ponũtur duæ causæ, quę habilitant aliquem ad dignitatem secularẽ: ergo videtur, quòd nihil aliud hẽbat Abias super fratres suos, propter quod efficeretur rex, nisi ꝙ erat sapientior, & potentior: & tamen si esset primogenitus competeret sibi potius ex illa parte, ergo non erat primogenitus. Respondendum, quòd non erat Abia primogenitus Roboam, sed potius Ieus filius Abigail, qui inter filios Roboam supra in litera enarratur primus, sed Roboam voluit sibi dare regnũ, & non peccauit dando, sicut declarabitur sequenti quęstione.

*An peccauit constituendo Abiam regem? Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius, cùm non esset Abia primogenitus Roboam, & regnum competeret primogenitis, sicut nunc competit, an peccauerit Roboam constituendo regem ipsum Abiam. Respondendum, ꝙ non peccauit: nam scriptura non vituperat istud factum tanquam malum, sed potius exprimit causas honestas, in quo potius videtur honestare factum quàm accusare illud· ergo non peccauit. Ad huius declarationem ostendendum est, ꝙ ius regnandi nõ erat primogenitorum: nam alioquin non excusaretur Roboam à peccato: sed vt videatur quid competebat primogenitis, considerandum est, ꝙ primogeniti secũdùm omnes gentes aut saltem secundùm plurimas habebant dignitatem super cæteros fratres, & tam inter homines plebeios, quàm inter viros magnos cõpetebat eis amplior successio quã fratribus: vnde si aliqua dignitas, vel honor erat proueniens iure hæreditario, quæ tamen diuidi non posset, soli primogenito proueniebat: & sic erat in dominiis terrarum, & iure regnandi. Nam soli primogenito competebat ius regni, cùm ius regni esset aliquid indiuisibile: quia regnum erat vnicum, & non poterat effici multa regna: & sicut olim seruabatur istud apud antiquos, ita vsque hodie conseruatur inter nos, & alias gentes quarum fama ad nos peruenit. In vetꝛi testamento eodem modo dicendum, ꝙ primogeniti gaudebat multiplici iure sup alios fratres: & istud erat generaliter in omnibus primogenitis siue plebeiorum, siue magnorum dominorum. Vnum ius erat, ꝙ primogeniti induebantur vestibus honorabilioribus, & in festiuitatibus magnis vtebantur illis: & non poterant illis vti minores fratres: sic patet de vestibus Esau, qui erat primogenitus Isaac, quas mater sua Rebecca vocauit valde bonas, quæ flagrabant vnguentis optimis, & induit se Iacob ad fallendum Isaac patrem suum', cuius oculi caligauerant, vt sic putaret eũ esse Esau, & sic factum est: quia cùm sensit Isaac vestimẽtorum fragrantiam, putauit quidem eum esse Esau, Gen. 27. Si tamen licitum esset minoribus filiis vti talibus vestibus, non cognouisset determinatè Isaac esse Esau eum, qui ad se veniebat. Secundum ius primogenitorum erat, ꝙ a patribus morientibus benedicerentur ipsi soli, vel saltem ipsi speciali benedictione: sic patet Gene. 27. nam super hoc contendebatur inter Esau, & Iacob: quia Iacob volebat benedici à patre antequam moreretur, & quia non erat ipse primogenitus, pater dixerat ipsi Esau, ꝙ volebat ei benedicere, & sic vocauit eum ad benedicendum, & Esau conquestus est, quòd suratus fuisset Iacob benedictionẽ eius: Gene. 27. & tamen non esset furtum nisi de iure competeret ipsi Esau tanquam primogenito: ergo competebat ei. Tertium ius erat, quia in mensa honorabantur primogeniti tam sedendo in loco excellentiori quàm percipiendo partem maiorem ciborũ: vt patet Gen. 43. ſ. Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua: & minimus iuxta ætatẽ suam, & mirabantur sumptis partibus, quas ab eo acceperãt: ergo aliquod ius primogenituręꝫ in mensa obseruabatur. Quartum erat quantum ad sacerdotium, quia solùm competebat sacerdotium solis primogenitis apud antiquos: etiam apud Hebræos quousque Deus separauit tribum Leui, vt ei ministraret in omnibus, quæ pertinebant ad cultum eius: Num. primo, & tertio: nam tunc soli Leuitæ ministrauerunt. Prius autem ministrabant primogeniti in sacerdotio, vt declaratum est: Gen. 14. & 15. cap. Quintum erat ius successionis duplicis: nam quicunque haberet primogenitum cogebatur ei dare duplum de hereditate sua quã cuilibet aliorum fratrum: vt patet Deute. 21. & dato quòd pater diligeret plus aliquem de minoribus fratribus quàm primogenitũ propter vxorem, quę erat mater illius (quia forsitan mater primogeniti erat sibi odiosa, & alia erat sibi dilecta) non poterat facere primogenitum æqualem alijs, vel trãsferre ius primogenituræ in aliũ, sed tenebatur dare primogenito cuncta duplicia de hæreditate. Sextum ius erat primogenituræ quantũ ad honores, vel dominia, scilicet quia honor pr̃nus, vel dominium, quod proueniret per successionem soli primogenito competebat: & sic erat regula, quòd quando bona erant diuisibilia in hæreditate succedebat primogenitº in duplo quã quilibet aliorum. Cùm autem bona erãt indiuisibilia, vt dignitas, principatº, dominium, vel officium, soli primogenito competebat. Ista duo iura tanguntur Geneſis 49. in benedictione Iacob, qua benedixit filiis suis: & ait: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior imperio. Dona pertinent ad successionem duplicis partis in hæreditatem: imperium pertinet ad principatũ vel honorem indiuisibilem: qui tamen hæreditariè dabatur, quia ille soli primogenito veniebat. Sciẽdum tamen, quòd licèt ista duo pertineant ad ius primogenituræ propriè, tamen ius primogenituręꝫ vel primogenita vocantur ipsa successio in duplici parte hæreditatis: sic patet prędcedenti lib. 5. cap. cùm dicitur, filij Ruben primogeniti Israel, ideſt Iacob, ipse ꝙppe fuit primogenitus eius: sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph: & non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinari fuit: primogenita ãt reputata sunt Ioseph. Ecce ꝙ primogenita siue ius primogenituręꝫ dicit trãslata fuisse ad filios Ioseph: & tñ filij Ioseph nõ habuerunt nisi duas portiones terręꝫ, scilicet quia sicut Ruben primogenitus Iacob accepturus erat duplicem partis hæreditatis, si non violasset thorum patris: ita nunc accepit illam Ioseph: ideo duo filij sui, scilicet Ephraim, & Manasse acceperunt duas sortes, sicut duæ tribus: & tamen ipsi efficiebant aliàs vnam tribum: quia ambo erant filij Ioseph, qui erat vnus de filiis Iacob. Item dato quòd filij Iuda acceperint principatum, non dicuntur accepisse primogenita, nec partem primogenitorum, sed absolutè dicuntur filij Ioseph accepisse primogenita. Ex quo apparet, quòd non pertinebat determinatè ad ius primogenitorum succedere in principatu, sicut succedere in duplici parte hęreditatis: & quia principatus regiatiuº erat maximus principatus, non pertinebat directè ad ius primogenituræ, nec videbatur iniuria si quis primogenitus nõ sortiretur principatum regnatium: & tamen erat inconueniens, si non sortirentur primogeniti duplicem partem hæreditatis. Consiꝛderandum vlterius, quòd cùm non pertineret ad primogenitos tam determinatè succedere in principatu sicut in duplici parte hæreditatis, tamen adhuc istud magis consideꝛabatur respectu principatus regnatiui. Et hoc quia iste principatus nõdum fuerat vsitatus inter Hebræos, et nõ erat modus de successione eius: imò non apparebat, an ex successione cõpetere dẽret. Deus ãt ostenderat, quod non: quia ipse instituerat primum regem Israel, scilicet Saulem, & postea non successerunt ei filij sui in regno, sed transtulit illud ad Dauid: primo Reg. 15. & 28. Cùm ergo non esset per successionem, non magis ptineret ad primogenitum quã ad alios. Istud enim fuit in principio regni, scilicet inter Saulem & Dauid. Postea tamen tradito principatui ipsi Dauid promisit Deus quod maneret semp



regnum in posteris eius, & tũc fuit per successionem hæreditariam, & tamen adhuc non constabat, an primogenitus succedere deberet in regno, vel minores succedere possent. Quia ante Roboam nullus primogenitus successerat. Nam Dauid qui voluntate institutus est rex, non erat primogenitus inter fratres suos, sed potius erat minimꝰ omnium: vt patet primo Reg. 16. Post ipsum regnauit Salomon filius eius: tamen non fuit primogenitꝰ, quia alij fratres fuerunt maiores eo. Nam Adonias, qui tunc regnare voluit, maior erat: post Salomonem regnauerat Roboam filius eius, & quia iste vnicus erat, non erat ptentio in eo an succederet primogenitus, vel minores. Nunc autem Roboam habebat multos filios, & poterat esse contẽtio quis succederet an primogenitus, vel aliquis aliorum: ipse autem determinauerat, quòd succederet Abia, qui non erat primogenitus, quia aliquæ causæ mouerunt eum potius quàm circa alios. Et putauit hoc esse in potestate sua: quia videbatur, quòd in electione patris esset, cui filio vellet dare regnum. Sic patet de Dauid 3. Reg. primo. cũ Adonias fecit se vngi in regem ignorante Dauid, et cùm enarraretur ei, ait Bethsabee mater Salomonis: Veruntamẽ domine mi rex ad te respiciunt oculi totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex. Et Dauid respondit, quòd ipsa die constitueret Salomonem in regem: & sic factum est. eo. cap. ita nunc Roboam putauit liberum esse sibi dare cui filiorum suorum vellet potestatem regnatiuam: vnde non repugnauerunt super hoc alij filij, nec viri de regno. Postea tamen succedente tempore factum est inter Iudæos sicut inter alias gentes, scilicet quòd primogenitꝰ succederet in regno. Et ista erat causa sufficiens constituendi aliquem in regem, scilicet quia primogenitus erat de filijs regis: sic patet infra 21. Nam dicitur, quòd Iosaphath rex Iuda habuit filios multos, & dedit eis munera: regnum autem tradidit Ioram, eo quòd eẽt primogenitus: & sic videtur, quòd iam ad primogenituræ iura inter Hebræos pertinebat regnum sicut inter alias gentes: sed nunc non erat sic: ideo Roboam potuit instituere in regem Abiam filium suum non primogenitum, & sic non pecauit: quia non abstulit ius aliquod primogenito.

*An motus sit ex iusta causa ad dandum regnum Abię.*

*Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd Roboam potuerit regnum dare cuicunque filiorum suorũ, an motꝰ fuerit ex iustis causis ad dandum illud Abię. Respondendum quòd tres causę vel motiua apparẽt in litera, quibus motus est Roboam ad dandum regnum Abię. Vna causa est, quia Abia erat sapientior, ideſt prudẽtior cunctis fratribus suis. Secunda erat, ꝙ erat animosior siue robustior animo & viribus, quod vocatur hic potentior. Tertia erat, quia Roboam diligebat matrẽ Abiæ super omnes alias vxores suas: & propter eam potius voluit benefacere filio eius. dãdo sibi regnum quàm alteri de filijs suis. Dicendum, ꝙ istę causę sunt satis rationabiles: & potissimè duæ primæ: quia quãdo non est ius quæsitum alicui ad habendum dignitatẽ, vel honorem: debet ille honor dari ei, qui ad hoc dignior, & aptior est: & istud competit secundum iustitiam distributiuam: alioquin erit acceptio personarum. Nullæ tamen erant conditiones, quæ magis possent aliquem habilitare ad habendum dignitatem regnatiuam, quàm esse prudentem, & animosum: ideo propter istas duas, merebatur quis principatum regnatiuum. Patet de prudentia, nulla nun-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nunquã virtus regibus vtilior est, et magis necessaria. Nã officiũ regis est gubernare omnia, quæ in regno sunt. Gubernatio autem non est actus alicuius virtutis directè insi prudentię, quia per ipsam iudicatur quid in singulis fieri debeat. Ideo hæc sola est conplens principem. Est autem ista virtus necessaria paci & bello: Nam res bellica magis prudentia quàm viribus ministratur, & vbi prudentia deest, magnæ copię inordinati exercitus magis sarcinam quàm vtilitatem afferunt, & multitudo, cùm prudentia caret, seipsam consumit. Animositas etiam nimis necessaria est principi, & prodest rei bellicæ, & paci. Nam cùm in pace viuitur: licèt princeps prudẽs sit: si tamen remissus est, & corde pauido nihil exequetur eorum, quæ concepit, & iudicauit fieri debere: & tunc à subditis non timetur: & rectę leges executioni non traduntur, & incidimus in illud, scilicet. Parum est iura condere, nisi sit qui tueatur. Proficit etiã bello ipsa animositas: nam si princeps formidat, totum exercitum faciet pauitare, & nulla bella rectè administrabuntur: nã si personę particulares formidolosè faciebãt pauere exercitum, & ob hoc ante bel li exordia præco clamabat in castris: siquis formidolosus est, & corde pauido recedat, ne pauere faciat corda fratrum suorum. Deutero. 20. & primo Macha. 2. cap. à fortiori esset in duce belli: & cùm tota virtus exercitus dependeat à duce: & illo fugiente, fugiendum est: & illo accedẽte ad hostes militandum est ad eos: valde ergo necessaria est animositas in principe: hoc signatum est in Abia inquantum ipse dicitur, quòd ipse erat potentior cęteris fratrib⁹ suis, idest robustior viribus, & corpore, & animo fortior. Ista causa erat valde legitima. Item patet hoc quòd à principio quã do inter Hebręos cepit esse principatus aliquis, datus est propter fortitudinem: sic patet præce. li. 5. c Porro Iudas, q erat fortissimus inter fratres suos de stirpe eius principes germinati sunt: sola ergo fortitudo tribuit ei ius principandi: à fortiori ergo vbi erat prudentia & fortitudo. Item patet hoc ex dispositione quam fecit Matathias circa habitudinem Iudæorum cũ moreretur. Nam dixit: & ecce Simõ frater vester scio, quòd vir est consilij, ipsum audite semp: & ipse vobis erit pater, & Iudas Machabæ⁹ fortis viribus à iuuentute sua sit vobis princeps militię: & ipse aget bellum populi. primo Machabę 2. cap. Ita ergo nunc de Abia, quia licèt esset minor quibusdam aliis fratribus suis, quia tamen erat animosior, debebat esse princeps. Vnde Abia tenebat nunc locum Simonis & Iudæ Machabæi, cùm esset simul robustior aliis, & potentior. Item dato, quòd aliqualiter competeret ius regnandi primogenito: tamen ꝑsideratis istis motiuis dari debebat regnum nunc ipsi Abię, quia publica vtilitas hoc exposcebat: nam regnum Iuda fuerat nunc nouiter diuisum à regno Israel, & erat paruum respectu regni Israel, habebant viri de regno Iuda in hostes viros de regno Israel, & cùm essent pauciores, nisi haberent principem prudentem, animosum, & solicitum circa defensionem regni, traderentur viri Iuda hostib⁹ suis. Ideo vtilitas publica debebat præponi viri priuato: & dato quòd competeret de iure regnum primogenito Roboam, dẽret tradi ipsi Abię, qa erat aptus ad defendendum regnum. Patet hoc ex operibus suis. Nam bellum graue instituit contra Ieroboam, & occidit in eo de Israelitis quinquaginta millia, & nunquam tantam stragem in aliquo bello vnico factam legimus, etiam in historiis Gentium, quibus magna fides adhiberi non debet in comparatione ad sacram scripturam. Etiam ipse ostendit se valde prudentiorẽ & animosiorem patre suo Roboam: nam cùm positus in acie loqueretur contra Israelitas, quòd iniuste recessissent à domo Dauid, dixit quòd pater suus Roboam nõ potuerat vindicare istam dissensionem, nec resistere faciẽtibus eam, cũ dicitur infra 13. Porro Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis: Alia causa tertia erat magis pertinens ad affectionẽ q̃ ad iustitiam: & tamen non erat contra ius, scilicet quòd dedit regnum Abiæ, quia diligebat matrem eius potius quàm alias vxores. Verum est, quòd dilectio ista specialis non tribuebat ius ipsi Abiæ, quia erat magis acceptio personæ quàm iustitia, & tamen non erat contra ius, quia vbi alicui datur libertas dispo nendi de re, est locus gratificationi & potest accipi persona, nec reputatur in vitium. Vbi autem certus modus dispositus est à iure, non est locus gratificationi: & si contra formam iuris quis distribueret, ibi esset acceptio personarum, & esset vitiosa: & tamen vt dictũ est nõ erat nunc determinatè pertinens ad ius primogenituræ principatus regnatiu⁹: ideo erat in potestate Roboam constituere in regem, quem vellet de filijs: hunc autem gratificare voluit, quia matrem eius magis diligebat quã cæteras vxores. Sed obiicietur, q̃ nullo modo petuerit Roboam dare regnum Abię cũ non esset primogenitus eius: sed quia diligebat matrẽ suam super alias vxores dabat ei regnum. Nam Deute. 21. dicitur quòd siquis haberet duas vxores, vnam dilectam, & aliam odiosam, & filius odiosę esset primogenitus, non posset pater facere filium dilectę esse primogenitum quantum ad iura: sed cogetur cognosere filium odiosę esse primogenitum suũ, quia est principium liberorum eius: & dabit ei de omnibus, quę habuerit cuncta duplicia: ideo licèt diligeret Roboam matrẽ Abiæ, scilicet Maacham plusquam alias vxores, & concubinas, non poterat auferre ius primogenituræ ipsi primogenito suo nomine Ieus, q̃ erat filius Abigail, vt patet supra in litera. Respondẽdum quòd pater mutare non poterat intra primogitu re de vno in alterum quãtum ad id, quod erat propriè de iure primogenituræ: & tamen quantum ad illa, quæ erant magis cõuenientia primogenito quàm aliis: quæ tamen non erant determinata de iure primogenituræ poterat pater mutare. Erat autem determinatum de iure primogenituræ quantum ad bona patris diuisibilia: quia in illis recipiebat primogenitus dupli cem portionem: & istud non potuisset Roboam tollere primogenito suo, & dare Abię: & tamen regnũ est de bonis indiuisibilibus, quæ non possunt prouenire nisi vni: & istud non erat determinatum ad iura primogenituræ. Et patet hoc, quia Deuter. vigesimo primo, vbi ponitur istud, dicitur, quòd pater dabit de omnibus, quæ habuerit primogenito suo cuncta duplicia. Manifestum est tamen, quòd illa bona, de quibus possunt dari cuncta duplicia, sunt bona diuisibilia, quia in eo quod est indiuisibile, nõ datur duplum, nec triplum: quia ista nomina propositionum dicunt partes rei diuisas: ideo nõ egit contra illud Roboam dando regnum Abię, qui non erat primogenitus. Item patet hoc, quia prędcedenti lib. quinto capitu. dicitur: Porro Iudas, qui fortissimus erat inter fratres suos de stirpe eius germinati sunt principes: primogenita autem reputata sunt Ioseph. Ecce quòd non posuit principatum inter iura primogenituræ, & licèt venirent filiis Ioseph primogenita, non euenit eis principatus, sed filius Iuda. De illis autem primogenitis, quę ibi vocantur primogenita, non poterat mutare pater à filio in filium propter amorem matris, sed solùm propter crimen sicut Iacob trãstulit primogenita Ruben in Ioseph, quia Ruben maculauerat thorum patris sui. eodem capit. illa autem quę non vocantur ibi primogenita sicut principatus, poterat pater transferre de filio in filium, etiam non existente crimine suo volendo vnum gratificare pro aliis: & ita factum est hic, licèt causa magis vrgens fuit quælibet duarum prędcedentiũ, scilicet quia erat Abia prudentior, & animosior cęteris fratribus suis.

*An sit continuatio ad præcedentia.*

*Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, an ea, quæ habentur hic de filiis Roboam, & de vxoribus eius sint continuata ad precedentia. Aliquis dicet, quòd sic, quia semper tenendum est cum ordine literæ, quẽ ponit sacra scriptura nisi constet aliunde, quòd alius fuerit ordo quàm iste, quem litera prætendit, ideo tenendum videtur, quòd iste ordo fuerit. Dicendum, quòd non stat, sed necesse est, quòd ista vel aliqua istorum fuerint ante præcedentia, quia supra dicebatur, quomodo Roboam constitutus est in regem, & voluit pugnare contra Ieroboam, & hic dicitur de vxoribus suis & filiis: & tamen manifestum est, quòd prius habuit vxores, et filios quã esset rex, quod patet: quia quando Roboam constitutus est in regem erat annorum quadraginta, & vnius: vt patet sequenti capitu. & tamen non est verisimile, quòd vsque ad tantam ætatem nullam accepisset vxorem, & nullum filium genuisset: quia filij regum in tenera ætate vxores accipiebant, vt vacarent proli, & non deficeret progenies eorum. Potissimè, quia Salomon nullum filium habebat nisi Roboam, & ille successurus erat in regno: non ergo erat verisimile, quòd tandiu expectaret sine vxore, et liberis, vt quando postea acciperet vxorem fortassis gignere non posset. Dicendum ergo quòd omnes vxores istas, vel plurimas earum acceperat, antequam esset rex, & genuerat omnes filios, de quibus hic dicitur, vel multos eorum: & tamen scriptura secuta fuit in hoc ordinem artificialem. Nam de quolibet rege prius historia ponitur: ideo necesse fuit prius poni de Roboam quomodo constitutus fuerit in regem, deinde omnia alia pertinentia ad eum: & licèt multa alia essent, quæ accidissent ante regni principium, tamen debuerat poni postea, quia aliàs necesse erat detruncari, & permisceri omnes historias, scilicet quòd cùm scriberetur de Salomone simul scriberetur de Roboam, & quædam de gestis Roboam intermiscerentur gestis Salomonis, et sic confunderentur historiæ. Ideo necesse fuit vti anticipatione, & recapitulatione, qualis est hic. Et cùm dicitur, quòd non est recedendum ab ordine literæ nisi propter necessitatem, concedendum est: & ita dicendum est, quòd hic fuit necessitas dicendi, quòd esset ordo mutatus: vt supra declaratum est.

*Quomodo Roboam viuens constituit regem Abiam.*

*Quæst. XXX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Roboam viuens constituit Abiam filium suum in regem: nam non erat consuetudo, sed solùm quòd post mortem vnius regis constitueretur alius in regem, ne vnquam essent simul duo reges eiusdem regni, & ad quid proficiebat ista constitutio. Respondendum, quòd dupliciter potest intelligi ista constitutio in regem. Vno modo, quòd Roboam viuens constituit in regem Abiam filium suum vngendo eum: ita vt nihil sibi deesset ad esse regem: sicut Dauid viuens fecit vngi Salomonem in regem. tertio Regum primo capitu. Alio modo, quòd Roboam non vnxerit Abiam in regem viuens, sed nominauit eum in regem pro tempore post mortem suam: & dicendum, quòd vterque modus satis conuenit rationi, & tamen litera magis consentit secundum quàm primum: & patet hoc, quia litera non dicit, quòd Roboam constituerit in regem ipsum Abiam, sed ipsum facere regem cogitauerat, ergo nondum fecerat: & sic dicendum est, quòd Roboam videns Abiam esse fortiorem, & prudentiorem aliis fratribus suis, etiam quia diligebat matrem eius super alias vxores, propter hoc eum diligebat super alios, nominauit eum in regem pro successione sua, & vt inciperet habere aliqua insignia velut rex futurus, tradidit ei pater suus potestatem inter reliquos fratres: fecitq; eum ducem, vt patet in litera, scilicet constituit in capite Abiam filium Maacha super omnes fratres suos: ipsum enim facere regem cogitauerat. Cùm autem quæritur ad quid proficiebat ista constitutio in regem: dicendum quòd siue ista constitutio esset primo modo, siue secundo proficiebat ad tollendum lites, & ad dandum pacem in regno. Nam si moreretur Roboam, & non determinaret sibi successorem, contentio esset inter filios Roboam, ad quem pertineret regnum, & quilibet contenderet regnum ad se posse pertinere, cùm pater nihil determinasset: et quia putabatur in potestate patris esse, quem filiorum volet determinare sibi in successorem, voluit determinare quis ei succederet, et determinauit Abiam, et erat istud loco testamenti. Sed nunc obiicietur, ad quid fiebat istud, quia sufficiens erat, quòd in morte sua in testamento nominaret successorem sicut decedens in testamento nominat hæredem: et tamen nominauit Roboam Abiam multo tempore ante mortem suam: et constituit eum principem, et ducem filiorum suorum. Dicendum, quòd conueniens fuit, quòd ante mortem nominaret Roboam in regem Abiam: quia si solùm nominaret eum in testamento, fortassis mortuo patre non conuenirent fratres in hoc, et contenderent de iure regni: voluit ergo viuens eum nominare, vt eo præsente, et præcipiente alij fratres obedirent Abiæ, et acciperent eum in regem: iurarentque ei obedire semper. Potestatem etiam magnam acciperet viuente patre, ita quòd dato, quòd postea vellent fratres de facto contendere contra Abiam, non possent, quia ipse esset confortatus propter potentiam magnam, quam ei pater viuens tradidisset: sic factum est de Salomone: nam vnctus fuerat viuente Dauid semel in regem. Et quia tunc factum fuerat in contentione, eo quòd Adonias fecerat etiam se vngi, fecit Dauid circa mortem suam cunctis reductis in pacem, quòd iterum vngeretur Salomon in regem, et tunc obedierunt ei fratres sui, et omnes potentes Israel: vt patet prece. lib. vlt. capi. et ex hoc mansit Salomon postea semper securus in regno: ita ergo vtile fuit nunc, quòd Roboam viuens nominaret Abiam filium suum in regem, et faceret eum ducem super fratres suos et obedirẽt ei, quia per hoc tolleretur contentio post mortem patris, et ita factum est: nam mortuo Roboam securè regnauit Abia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## CAPITVLVM XII.

CVNQVE Roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cũ eo.

*Cunque roboratum.* Dicto in præcedentibus de Roboam conditione, hic agitur de eius, & regni sui punitione: & diuiditur in tres partes, quia primò ponit humana transgressio: secundò hostilis flagellatio, ibi. *Anno autem quinto.* Tertio diuina propitiatio, ibi. *Semeias autem.*

*An sit continuato ordo tempore intermedium.*
*Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum an ea, quæ habẽtur hic sint facta immediatè post præcedentia: & an sit mutatus ordo: & an sit aliquod tempus intermendium. Ad primum dicendum, quòd est ordo continuus, quia supra actum est de conditione Roboam, & de confortatione regni eius, hic autem agitur de hostili inuasione, quæ facta est postquam regnum confortatum est. Item præcedenti cap. actũ est de principio regni Roboam, & de his, quæ tunc acciderunt: hic autem agitur de illis, quę acciderunt quinto anno regni sui: nam anno quinto regni Roboam accidit bellum Sesach contra terram Iuda, de quo bello hic dicitur: ideo necesse est, quòd iste ordo sit continuat⁹ ad præcedentia. Ad ſm dicẽ dũ, q ſm quosdã ista fuerunt duobus annis post precedentia: nã pc. ca. actum est de confirmatione regni Roboam. Hic autem agitur de inuasione eius. Confortatio autem regni durauit annis tribus solùm, vt patet præcedenti cap. & bellum, de quo hic habetur, incepit anno quinto regni Roboam: vt patet in litera: ideo duo anni interciderunt: dicendum tamen, quòd inter hæc & præcedentia nullum tempus intercidit, sed est tota historia continuata: nam precedenti cap. actum est de confortatione regni, quibus modis, & quanto tempore confortatum fuerit. Hic autem dicitur de confortatione etiam ipsa. s. q cõfortatũ est regnum Roboam: & tunc ipse dereliquit legem Dei, & totus populus cum eo. Vnde in principio eius repetitur quòd supra dicebatur: & sic idem tempus est istorum & illorum, cùm ea, quę ponuntur ibi ponantur etiam hic. Cùm autem obiicitur, quòd ea, quę ponuntur precedenti capitul. de confortatione regni Roboam durauerint vsque ad tertium annum regni: & ea, quæ habẽtur hic fuerint facta ãno quinto regni, non obstat: quia licèt bellum istud cęperit anno quinto regni Roboam, tamẽ cõfortatio regni & trasgressio legis, de qua habetur in principio capi. nõ fuit facta in quinto anno sed in tertio anno fuit, & in quarto dereliquerũt Israelitę Dominum, & in quinto iratus eis misit contra eos Sesach regem Aegpti ad affligendum eos. Circa principium dicitur. *Cunque, Roboratum esset regnum Roboam & confortatum.* Ista confortatio, & roboratio idem est: sed differunt nomine: sed ponitur multiplicatio verborum ad magis exprimendũ intentũ. & facta est cõfortatio ista p hoc q Roboã reficiebat ciuitates veteres restaurãdo, que corruerãt, & ꝓstituẽdo in singulis armamẽtaria scutorũ, & lancearũ: & ponendo in eis viros bellatores & horrea ciborũ parando: vt esset cibus p bellatoribus: hoc mõ fortificabatur regnum Roboam: quia quelibet ciuitas posset defendi ab hostibus, & non esset eis aditus in regnum. *Dereliquit legem Domini.* Scilicet quandiu durauit regnum in confortari, durauit Roboam in præceptis legis. Expleta autem confortatione, dereliquit legem. Ex quo apparet quòd tribus annis primis, quibus regnauit Roboam lex obseruata est, quia confortatio regni durauit tribus annis tantum, vt patet præcedenti cap. derelinquere legem fuit, quia cęperũt viri Iuda colere: nam fabricata sunt altaria in montibus: & sub omni ligno frondoso, & in collibus & ibi populus imolabat sacrificia, & cremabat Thymiama, & idola colebantur: ita vt simulachrum Priapi, quod erat idolum turpissimum, coleretur 3. Reg. 14. & 15. Alia etiam mala fiebant ad vniuersalem prẽuaricationem legis: & tamen in comparatione ad idolatriam alia mala non reputabantur peccata. Vnde quando quis in multis peccabat, si cum illis peccaret in idolatria, scriptura non curat nisi exprimere idolatriã: quia ista complet omnia mala, nihilque directius est contra Deum quàm idolatria. *Et omnis Israel cum eo.* Scilicet rex peccauit derelinquendo legem, & etiam tot⁹ populus cum eo iscilicet fauendo sibi, & imitando eũ. Nam peccata maiorum solent trahi facile in exẽplũ à subditis. Et hoc propter duo. Primò quia peccatum quod princeps exercet in subditis est impunitũ: nam si princeps alios sibi simile in facto puniret seipsum ex hoc argueret, & dignum punitione ostenderet, vt ergo seipsum non increpet alios impunitos relinquit. Secundum est, quia dato quod aliqui subditorum fortassis non inclinarentur ad peccata illa, quæ principes exercent, tamen illa frequentant: vt in hoc adulentur principi peccanti approbando factum eius. Nam si nullus vellet imitari principem in facto suo, videretur quòd omnes fugiebant actum illum tã quam damnatum, & in hoc ostenderent principem esse contemptibilem, qui talia faceret, quæ à subditis vetarentur: & vt sibi complaceãt peccant, sicut & ille. Istud est enim seruitium quoddam quod ei impẽdunt. Nam omnis peccans in aliquo actu detestabili vellet alios sibi similes esse, vt per aliorum frequentationem celetur sua inhonestas. Sic enim fuit de Setationem celetur sua inhonestas. Sic enim fuit de Semirami regina Babylonis, q̃ fuit vxor regis Nini, quo mortuo illa diu mansit in regno: & quia ardenter regnum cupiebat, sciebatque quòd si filius eius Ninias vxorem susciperet, quòd desineret ipsa regnare: potius tamen vita quàm regno carere volebat, concepit quoddam facinus, scilicet vt filium suum Niniam in virum acciperet, non tam libidine mota quàm regnãdi cupidine: quia dum eius vxor esset ipsa regnaret: qđ & factũ est: & quia tantum facinus cunctis detestãdum videbatur, vt tantam turpitudinem legis honestate velaret, legem statuit licere cuicunque matri filium suum in virum accipere: vt ait Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Tertium fuit hic, & speciale in Iudæis, scilicet quia proni erant ad istud peccatum. Ideo dato quòd rex non derelinqueret legẽ, ipsi derelinquerent. Quare autem Israelitæ tantum inclinati erant ad colendum idola, declaratum est Iudi. 3. in quadam quæstione. Et dicitur hic omnis Israel, ideſt omnis Iuda. Nam Israel vocatur multitudo virorum de decem tribubus: & non erant isti subiecti Roboam, sed Ieroboam, & non peccauerunt nũc peccante Roboam, prius namque peccauerant, scilicet in principio regni diuisi Ieroboam fecit duos vitulos aureos, posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan, vt non ascenderet populus ad adorandum Dominum in Ierusalem 3. Reg. 12. & 13. & tunc peccauit totus Israel. Viri autem Iuda maiori tempore mã serunt in custodia legis, scilicet tribus annis, quandiu durabat regnum in confirmari: vt patet prẽcedenti cap. & hic. Et sic non accipitur hic Israel nisi pro populo regni Iuda. Et dr omnis Israel siue Iuda. i. magna pars. Nam non est verum quòd oẽs dereliquerint, cũ magna multitudo manserit illorum, qui non declinauerunt ad idola, vt colligitur inf. in litera, s. siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona. s. multi erant in regno Iuda, qui bona operabantur, & tamen si omnes declinassent ad idola nullus faceret bonum: ergo non declinauerant omnes ad idola, sed scriptura solet ponere omnes pro multis ſm modum loquendi suum: & sic nos etiam in vulgari lingua loquimur.

*Quare populus, & rex dereliquerunt legem Dei.*
*Quæst. II.*

QVAERITVR circa hoc, quare rex, & populus confirmato regno dereliquerũt legem Dei. Aliquis dicet, quòd hoc accidit ex communi cõditione Hebræorum: nam quando Hebrei erant in prosperitate colebant idola, & recedebant à lege Dei. Cùm vero affligerentur à Dño, conuertebantur ad eũ implorantes clementiam eius. Iuxta illud psalmi. Cùm occideret eos, quærebant eum: ita nunc quandiu viri Iuda erãt in confirmando regnum suum, erãt adhuc timores viris de regno Israel, & timebant eos: & in timore non habebãt recursum nisi ad dominum, ideo custodiebant legem eius: quia tunc erãt opus eis habere Deum propitium. Cùm autem confirmatũ fuit regnum plenè, putauerunt se viribus suis sufficere cõtra oẽs Israelitas: ideo iam non credentes sibi Deũ necessarium, neglexerunt legem eius, et cõuersi sunt ad idola, recesseruntq; à cęteris mandatis legis. Sed dicẽdum quòd licèt hoc posset aliqualiter stare, tamen non est hoc putandum. s. quòd viri Iuda crederent sibi iam non esse Deũ necessarium: quia tanta superbia in paucos cadit. Sed dicendum, quòd hoc factũ est per modum cuiusdam oblinionis, vel per defectum incitatiõis. De primo patet: nam cũ homines sunt ĩ angustiis sunt valde cauti circa singula, considerando quid eis euenire possit, aut quid opus sit. Cùm verò peruenĩũt ad felicitatẽ, efficiuntur incauti, quia ad pauca aduertunt: sic etiam cũ viri Iuda confirmarent regnum, ga adhuc erant in quadam angustia, considerabant circa singula, et iudicabant quomodo lex obseruari debęret: cùm verò confirmatum fuit regnum: quia iã erãt in prosperitate, ad pauca attendebant: & sic nõ recordabantur de custodia legis: sed quidquid eis in mentem eueniebat hoc efficiebant. Alio modo poterat hoc esse per defectum incitatiui. Nam cùm in angustiis essent Israelitæ, necessitas diuini auxilij incitabat eos ad custodiendam legem: quia considerabant nullum habere, ad quem recurrerẽt nisi ad Deum: & ob hoc custodiebant legem eius, quia sciebant aliter eũ non esse sibi placandum. Cùm verò confirmatũ erat regnum, nullum incitatiuum habebant Iudæi ad hoc quòd considerarent de Deo, & de lege eius: ideo tũc dereliquerunt legem eius volentes delectari in omnibus, quæ desiderarent.

Anno autem quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalem, quia peccauerant Domino, cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum. Nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo ex Aegypto: Libyes, Scilicet Troglodite, & Ethiopes: cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Ierusalem.

*Anno autem quinto regni Roboam.* Hic ponitur secundum huius ca. i. hostilis flagellatio: nam Deꝰ misit hostes super viros Iuda, qui afflixerunt eos pro peccato deserti cultus diuini, & totius legis ꝓuaricatæ: & fuit hoc anno quinto regni Roboam: nam hoc modo se habuit Roboam: quia anno primo regni sui in principio regni instaurauit bellum contra decem tribus ad reducendum eas in vnitatem regni sicut prius, et à Deo prohibitus est pugnare præced. cap. deinde cępit confirmare Roboam regnum suum reficiẽdo vrbes, et ponendo in eis armamentaria, et viros belli, et horrea ciborum: et durauit hoc per tres annos. præced. cap. quo completo cepit prævaricatio. Nam istis tribus annis præcedentibus manserunt Israelitę in custodia legis, et in principio anni quarti, cùm esset iam cõfirmatum regnum, declinauerunt ad idolatriam: et cùm continuarentur peccata ipsorum misit Deus anno quinto regem Aegypti ad puniendum Iudæos.

*Ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalem.* Rarò ponuntur nomina propria regum Aegypti, sed vocãtur omnes Pharaones, quia Pharao est nomen cõmune signans regem: et tamen hic ponitur nomen: et 4 Regũ 23. de illo qui vocabatur Pharao Nechao, q occidit Iosiã Regem Iuda. *Quia peccauerant Domino.* Scilicet, nõ ascendit iste rex Aegypti in Ierusalem ad pugnandum, nisi quia peccauerunt contra dominum Iudæi, et inciauit Deus Sesac ad ascendendum, vel permisit ei, quòd ascenderet, quem aliàs non permisisset. *Cùm mille, & ducentis curribus.* Ponitur magnus apparatus bellicus, quem habebat iste Sesac. Et ponuntur mille, et ducenti currus, qui valde multi sunt. Nam etiam nongentos currus habere est magna potentia. Sic patet Iud. 4. de Iabin rege Chanaã, de quo dicitur, quòd oppresserat valde Israelitas per viginti annos: et hoc quia valde potens erat. Et declaratur potentia sua cùm dicitur, nongẽtos enim currus falcatos habebat. Quod enim iste haberet mille et ducentos valde magna potentia erat. Isti currus apud antiquos valde in vsum venerant pro bellis: nunc tamen in dissuetudinem abierunt. Erant autem currus falcati, ideſt habentes in rotis enses curuatos in modum falcis: et dilaniabant quidquid arriperent: habebat autem quilibet curr⁹ equos quatuor armatos, et super currũ erat vnus vir pugnator habens iacula, et lanceas: et in temone erat alius, qui solùm mouebat equos dirigens eos. *Et sexaginta millibus equitum.* Magna militia erat: quia rex Aegypti erat valde potens, et potuit congregare magnum exercitum. *Nec erat numerus vulgi, quod venerat ex Aegypto cum eo.* Isti erant pedites, qui ascenderunt cum rege Aegypti, et isti erant in tanta summa, quòd non numerabantur. Positus fuit autem numerus equitum: eo quod illi pauciores erãt: et difficilius erat haberi equitem quàm pedites multos, quia leuis erat peditum armatura. Etiam quia non poterat esse tanta copia equorum sicut hominum pugnatorum. *Libyes, scilicet & Troglodite, & Aethiopes.* Habuit iste rex Aegypti multos pugnatores secũ non solùm de terra Aegypti, sed etiam de regnis propinquis, scilicet de terra Libyæ, et de terra Troglodytorum, et de terra Aethiopum. Sunt autem omnes isti populi meridiani valde, scilicet in secundo clymate terræ, vel quasi: et est gens Libyę occidentalis respectu Aegypti: est tamen duplex Libya, quarum vna voca-

Universidad de Deusto
Biblioteca



vocatur Libya Cyrenaica, quia est circa ciuitatem F
Cyrenem, & de ista Libya habetur Act. 2. ſ. & partes
Libyę, quæ est circa Cyrenem: & satis signatur, quòd
sit coniuncta Aegypto: quia in regionibus illis, quæ
ponuntur Act. 2. ponitur Aegyptus iuxta Libyam Cy
renaicam. De ista Libya agitur hic: quia ista erat con
iuncta Aegypto: & ob hoc poterant venire quenien
ter Libyes cum rege Aegypti: Trogloditæ sunt mul
tum meridiani potius quàm aliæ gentes hic nomina
tæ, & sunt monstruosi homines: nam ora concreta ha
bent, & propter paruitatem foraminis non possunt ci
bum attrahere nisi calamo impositò ori, ita vt sic cibū
liquidum magis bibant quàm comedant. Et iste est
modus, quo pueri interdum calamis vtentes: & istis G
gentibus parua vox est: ita vt potius ganire sicut mu
res videantur quàm loqui: vt dicitur in lib. de proprie
tatibus rerum. Aethiopes multi populi sunt, quorum
quidam habitant in Aphrica apud Mauritaniam, &
diuersi per vastas regiones. Alij autem habitant in
Asia ad partem meridianā. Omnes autem Aethyo
pes vbicunque sint, Meridiani valde sunt, & nigri. Vn
de nos conuertimus abutentes hoc vocabulo vt om
nes nigros Aethiopes appellemus, sed nimis est largè
dictum: quia omnes valde meridiani, vtpote in secū
do, & primo climate ex ꝓditione regionis nigri sunt:
& tamen in his regionibus multæ sunt gentes. Po
nuntur autem hic in Hebræo nomina incognita pro
istis gentibus, & hebræi nesciunt dicere quæ gentes
sunt: nam vocātur Lubijm illi, qui à nobis vocantur H
Libyes, & Triquiim vocantur, quos nos trogloditas
dicimus: & Chusim vocātur Aethyopes: sed antiqui,
scilicet septuaginta interpretes, qui circa hoc erant vi
ri peritissimi, sic de Hebræo in Græcum transtulerūt.
*Cępitque ciuitates munitissimas in Iuda.* Idest omnes ciui-
tates munitissimas terrę Iuda cępit. Nullus enim fuit,
qui ei resistere posset, cùm veniret cum tanta multitu
dine: & Deus subtraxisset auxilium suum Iudæis, eo
quòd peccauerant. *Et venit vsque in Ierusalem.* Erat Ie-
rusalem ciuitas regalis, quia ibi erat sedes regni erat-
que ciuitas ista munitissima, & situ fortis, confuge-
runtque illuc plurimi de terra Iuda, vnde ibi manebāt
principes regni cum rege Roboam, quando Semeias
propheta ex parte domini eos allocutus est. I

*An Sesac esset cognatus Roboam.*

*Quæst. III.*

QVAERITVR quomodo iste rex Aegypti Se
sac ascendit in Iudam contra Roboam, quia dici
tur quòd ipse erat cognatus Roboam, vel attinebat ei
in aliquo: quia Salomon pater Roboam acceperat
vxorem filiam Pharaonis regis Aegypti. Dicendum,
quòd iste rex Aegypti non poterat esse cognatus Ro
boam regis Iuda: quia Roboam non erat filius filiæ
Pharaonis, sed cuiusdam mulieris Ammonitidis, quæ
vocatur Naama: vt patet infra in litera, & tertio Reg. K
decimoquarto. Item dicendum, quòd iste rex Sesac,
non solùm non attinebat in aliquo ipsi Roboam, sed
etiam non attinebat Salomoni saltem affinitate ali-
qua, quia non erat iste rex Aegypti de progenie illius
regis Aegypti, qui fuerat socer Salomonis, eo quòd
in Aegypto variantur reges per cognationes, & quo-
dam tempore sunt reges de quadam cognatione, &
quodam tempore de alia, & sic iste rex Aegypti non
erat de cognatione regis Aegypti soceri Salomonis:
ideo ascendit contra Roboam. Sciendum de isto
rege Aegypti, quòd ipse ascendit contra Ierusalem
cum apparatu magno bellico, scilicet cum mille, &
ducentis curribus falcatis, & sexaginta millibus equi-
tum, & populo peditum innumerabili de Aethiopia,
Libya, & Trogloditi. Pugnauit autem contra ciui-
tates munitissimas Iudęę, & faciliter capiebat eas, nec
poterant resistere ei Hebræi: quia peccauerant Do-
mino, & Dominus se ab eis subtraxerat: quòd cogno
scentes doluerunt, misitque Deus ad illos prophetā
Semeiam dicentem: vt quia humiliati fuerant misere
retur eorum: & tunc aperientibus Hebræis portas Ie
rusalē intrauit Sesac cępitq; thesauros regis, & domus
domini, & recessit in terrā suam non curans de ciuita
tibus quas acquisierat in terra Iuda. De hoc rege Se-
sac narrat Iosephus octauo Antiq. ponens dicta He-
rodothi Alicarnasæi historiographi, qui ait. Sesac an-
no quinto regni Roboam cum multis millibus exer-
cituum castrametatus est: sequebantur eum currus
mille ducentim, equites verò sexaginta millia, pe-
ditum quorum plurimos habebat Aethiopas, & Li-
byas. Inuadens itaque regionem Hebræorum muni
tissimas Roboam ciuitates sine dimicatione detinuit:
& nouissime armatus ad Ierosolymam venit, vbi Ro
boam, & eius exercitus propter militiam Sesac tene-
batur inclusus, deumque rogabant, vt eis salutem vi-
ctoriamque conferret: sed non exaudiuit Deus, nec
eis pugnaturis spē victorię promisit: propheta enim
Semeias ait, Deū eis interminari eosque relicturum,
sicut ipsi videbantur eius deseruisse culturam. Hoc
audientes animo sunt soluti, & dum omnes viderent
in se salutē nullam esse, confitebantur omnes, quòd
iustè despexerit eos, cùm ipsi circa eum impiè, crude
literque gessissent: & eius legitima cōfudissent: quos
videns Deus ita deiectos, & ad pœnitentiam fuisse per
ductos, nō se perditurum eos prophetæ dixit, sed Ae-
gyptijs tamen fore subdendos, vt agnoscerent an ser-
uire hominibus esset infatigabilius an certè Deo. Ca-
piens ergo Sesac non lege bellica sed pactis præceden
tibus ciuitatem Roboam eum suscipiente propter ti-
morem, postea ingressus fidem non seruauit: sed
& templum expoliauit, & thesauros dominicos, &
regios, & auri, & argenti multa millia, & innume-
rabilia deuehens ornamenta, & nihil omnino illis de
relinquens: abstulit autem, & aureas laneeas, & scu-
ta, quæ fecerat Salomon, sed nec pharetras aureas
dimisit quas Dauid sumptas à rege Sephone Deo di-
cauerat: vult etiam iste Herodotus gentem Iudæo-
rum subditam Aegyptijs: & ait quòd Sesac reliquē-
rit apud Iudæos statuas virorum, in quibus celauit
genitalia mulierum: eo quòd se sine bello tradidis-
sent, ad eorum ignominiam hoc faciens. Nam Ro-
boam rex sine prælio tradidit ciuitatem: dicit etiam
Aethiopes ab Aegyptijs didicisse circuncisionem ge
nitalium: etiam quòd Phœnices, & Tyrij in Palęstina
fateantur se ab Aegyptijs didicisse circuncisione: &
tamen in hoc errat Herodotus, & increpat eum Io-
sephus, quia palam est in tota Syria nullam gentem
præter Iudæos circuncidi.

*Cur Sesac ascendit contra Iudæos.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur
hic, quòd Sesac rex Aegypti ascendit contra
viros Iuda, quia dño peccauerunt. Nam non videtur
ꝙ tāti zeli fuerit Sesac rex Aegypti, quòd ascenderet
ad pugnandum ꝓtra Iudæos, eo ꝙ legem Dei prævari
cati fuerāt, ꝙa ad hoc necesse erat, ꝙ rex Aegypti esset
maior cultor Dei Hebręorum quantū ipsi Hebræi. Et



Et tamen non stat, quia nulla alia gens colebat Deum A
Hebræorum sub illis cæremonijs, quibus Deum co-
lebant Hebræi, nisi ipsi Hebræi. Dicendum ergo, ꝙ
hic fuit duplex causa ascendendi Sesac contra Iudęos:
vna fuit ex parte Sesac: alia fuit ex parte Dei: ex parte
Sesac non fuit causa ascendēdi, quòd peccauerint He-
bræi, sed alia longe distantior, de qua dicetur sequenti
quæstione: ex parte Dei fuit causa ista, scilicet, quia pec
cauerunt Iudæi Deo, & potest dupliciter accipi ex par-
te Dei. Vno modo permissiuè, alio modo incitatiuè.
De primo intelligendum, quòd Sesac rex Aegypti de-
siderabat ascendere contra Iudæos ad subdendos eos
sibi in tributarios, vel ad tenendum totum regnum
eorum: & tamen si non peccauissent Iudæi non per-
mississet Deus, quòd contra eos ascenderet Sesac, nec B
noceret eis saltem in modico. Et iste modus est, quo
se habent dæmones ad nos: nam dæmones sunt ho-
stes humani generis, & nullum tempus est, in quo nō
desiderent nocere nobis: & tamen non nocent nobis
semper, sed interdum, scilicet, quādo Deus permittit,
quòd noceant, & tunc non nocent quantum volunt,
quia tunc omnino nos destruerent, sed quantum eis
conceditur à Deo, sic patet Iob 20. de Sathan, qui asti-
tit quadam die coram Domino, & dixit ei Deus: nun
quid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit
similis ei in terra? & Satan ait: nunquid Iob fruſtra ti-
met Dominum? Nonne tu vallasti eum, ac domum
eius, ac vniuersam substantiam eius per circuitum? C
quasi dicat: vallasti eum, vt ego non possim accede-
re, & tangere eum: ideo petiuit, vt concederetur ei
licentia tangendi illum, & Deus concessit illam, ta-
men non absolutè, sed limitando, scilicet. Ecce vni-
uersa, quæ possidet, in manu tua sunt, tantùm in eum
ne extendas manum tuam. Ex quo apparet, quòd
diabolus desiderabat eum, & omnia sua simul delere:
ideo Deus limitauit potestatem nocēdi, scilicet, quòd
in res suas manum extenderet, sed non in eum. Idem
intelligēdum est de hominibus malis, quia interdum
unus homo cupit nocere alteri, & nequit, scilicet, quia
Deus non permittit ei facultatem, & opportunitatem
faciendi. Ita tamen interdum cùm homo peccaue-
rit permittit Deus dæmoni, vel hosti nocere ei quan-
tum voluerit, vel vsq; ad certum statum, & aliàs Deus D
non erat concessurus potestatem aliquam nocendi.
Sic fuit nunc: nam si Israelitæ, siue viri Iuda custodirēt
legem Dei, non permitteret aliquam gentem nocere
eis, sed potiꝰ ipse pugnaret ꝓ illis, iuxta illud Psal. 104. ſ.
Non ꝓmisit hoiem nocere eis, & corripuit ꝓ eis reges;
quia tamen nunc peccauerunt Israelitæ, cōcessit Deus
Sesac regi Aegypti, vt compleret desiderium suū ascē-
dendo in terrā Iuda, & capiendo vrbes, & thesauros in
detollendo. Secundo modo posset hoc intelligi per
modum concitationis, scilicet, quòd, quia peccauerūt
Iuda, & Deus volens punire eos, fecit executorem re-
gem Aegypti, vt ascenderet contra viros Iuda, & de-
dit ei in corde, vt ascenderet, & sic desideraret valde
ascendere illuc, & fortassis nullam causam ad hoc co- E
gnoscēret, sed solùm, quòd videret, quòd valde cupie-
bat illuc ascendere: sic enim consueuit Deus facere,
quando constituit aliquos executores circa aliquid.
Sam sic fuit de Adad Idumęo, qui erat de semine re-
gum Idumęorum: fugeratque in Aegyptum, quan-
do Ioab occidebat omnes masculos in terra Idumęæ:
transitque ibi longo tempore in magna prosperitate
nulla re indigens in domo Pharaonis regis Aegypti.
Cumque peccasset Salomon, & vellet Deus suscitare
Adad in hostem eius, dedit ei in corde, vt desideraret
valde redire in terram suam, & petiuit licentiam à
Pharaone rege Aegypti, qui ait: Qua enim re apud me
indiges, vt queras ire in terram tuam? & ille ait: nulla,
sed obsecro, vt dimittas me. 3. Reg. 11. Ecce iste desi-
derabat ire in terram suam, & nullam causam allega-
re sciebat, nisi quòd desideraret ire in terram suam, &
hoc erat, quia Deus suscitauerat eum in hostem Salo-
monis, vt patet eod. cap. Et impellebat cor eius ad de-
siderandum ire illuc. Ita nunc impelleret Deus Sesac
regem Aegypti fortassis ad ascendendum contra re-
gnum Iuda, & sic dicitur etiam Deus vocare aliquos
ad puniēdum peccata aliorum, vt patet de Nabucho-
donosor, quem Deus instituit ad puniendum Iudæos;
& dicitur vocasse eum, vt patet Isa. 5. ſ. Et leuabit signū
in nationibus procul, & ecce festinus veniet, & sibila-
bit ad eum de finibus terræ, non est deficiens, nec labo
rans in eo, non dormitabit, nec dormiet. Deus autem
non concitasset Sesac in hostem Iudęorum, nisi pec-
cauissent: ideo rectè dictum est, quòd ascendit Sesac
contra Iudæos, quia peccauerunt Domino, quia alias
non ascendisset, vel si ascendisset non prosperaret, sed
rediret confusus, & afflictus, sicut factum est de Sena-
cherib rege Assyriorum, qui cum maiori potestate a-
scendit contra Ierusalem, & tamen sub vna nocte oc-
cidit angelus Domini de castris eius centum octogin-
taquinque millia virorum. 4. Reg. 19.

*An Sesac peccauit bellando contra Roboam.*

*Quæstio V.*

QVAERITVR vlterius, an Sesac rex Aegypti
peccauit ascendendo contra regnum Roboam,
& faciendo ea, quæ fecit ibi. Aliquis dicet, quòd non,
sed potius meruit, quia fuit minister à Deo deputatus
cōtra Iudæos, & ascendit iusta causa motus cōtra eos,
scilicet, quia peccauerunt: nam dicitur in litera, quòd
ascendit Sesac rex Aegypti contra regnum Roboam,
quia domino peccauerant. Respondendum, ꝙ non
constat clarè, an peccauerit in hoc Sesac, & tamen sal-
tem dicendum, ꝙ ista, q̄ allegātur pro eo non adiuuāt
eum. ſ. ꝙ ascendit, quia dño peccauerunt: nam non est
intelligendum, ꝙ ista causa attendatur ex parte Sesac;
sed ex parte Dei, qui permisit, vel concitauit Sesac ad
ascendendum, quia peccauerant dño, & tamē ex parte
eius alia fuit causa: quod patet, quia non est credendū,
quòd tantum zelum de obseruatione legis teneret rex
Aegypti, ꝙ pp hoc solùm exponeret se tot difficulta-
tibus congregando tantam exercitus copiā, & pergēs
extra terram suam ad pugnādum, potissimè cū varius
sit euentus belli, & hoc solùm, vt vendicarēt delictum
deserti cultus Dei. Nam ad hoc necesse erat, quòd rex
Aegypti esset maior cultor Dei Hebræorū, & feruen-
tior zelator legis, quàm aliquis de Hebræis, & tamen
non est verum, quia nulla gens colebat Deum Israel
sub illis cęremonijs, quibus eum colebant Hebręi, nisi
ipsi Hebręi, quod patet Psal. 75. ſ. Notus in Iudea Deꝰ,
& in Israel magnum nomen eius. ſ. Non erat Deus no
tus, nec famosus, nisi in Iudęa, & Israel. Nam dato, ꝙ
in alijs regionibus cognosceretur Deus verus, non ta-
men sub eadem ratione, qua Iudæi eum cognoscebāt,
scilicet, vt creatorem, liberatorem, & legislatorem.
Quod patet, quia Atheniēses, ꝙ erant curiosiores inter
omnes homines propter sapientię copiam, quæ inter
eos erat, posuerunt aras omnibus dijs, quos existima-
uerunt, & inter eos posuerunt aram quandam, cuius
titulus erat, Deo ignoto. Actuum decimoseptimo. &
Beatus Paulus considerans illas aras, dixit, quòd ille
Deus ignotus cui aram statuerant Athenienses, erat
Deus ille, quem ipse prædicabat: & tamen Deus,
quem prædicabat Paulus erat Deus verus, quem
ipsi Athenienses colebant, & tamen non colebant
eum sub ea ratione, qua nos, & Iudæi, cùm eis esset
Deus ille ignotus, vt ipsi apponebant in titulo eius.

Non ergo rex Aegypti esset tantus zelator diuini cultus, quòd propter hanc causam veniret contra Iudam. Item patet, quia si venisset ex hac causa, nō reliquisset terram quousque redigeret Iudęos in legis obseruantiam, & circa hoc aliqua efficeret apponendo cohertionem, & modum ad colendum Deum, & obseruandum legem cùm tantum circa hoc operam dedisset: & tamen nihil horum fecit, sed solùm ablatis thesauris domus regis, & domus Domini redijt in terrā suā, vt patet infra in litera, & 3. Reg. 14. cap. ideo non ascēdit ex hac causa. Item patet hoc efficatius, quia dicitur hic in litera, q̄ Sesac sustulit thesauros domus dñi, & & thesauros regis: & tñ si ipse tantus zelator cultus diuini esset, vt solùm ad puniendum transgressores legis ascenderet de Aegypto in terrā Iuda, non auferret thesauros domus domini, sed potius multiplicaret fortassis mulctando in pecunia transgressores legis, & applicando illam multam templo Domini. Non ergo erat zelator cultus Dei, sed potius barbarus quidam non agnoscens Deū Israel. Item dato q̄ Sesac ascendisset in terram Iuda solū ex hac causa, vt puniret transgressores legis diuinæ, & cogeret eos ad obseruantiam legis, adhuc peccaret, quia licèt actus iste in se bonus esset materialiter, tamen non erat absolutè bonus, sed potius peccabat faciens, quia sine iurisdictione faciebat: sic.n. est in omnibus criminibus. Nā siquis adulteretur, aut hominem occiderit, reus mortis est, & tamen non licet cuiquā exequi sniam, nisi sit iudex, alias tenebitur, ac si occidisset sine causa. Ita autem erat hic, quia Sesac erat Aegyptius, & nemo illum constituerat iudicem super Iudęos ad vindicādum eorum delicta: ideo licèt transgrederentur legem, non licebat Sesac punire quemquam eorum ꝓpter hoc. Et sic si ex hac causa ageret peccaret. Sed aliquis dicet, q̄ non peccaret Sesac, eo quòd Deus eum instituerat iudicē ad puniendū ista delicta: nam vt dicitur hic ex eo quòd peccauit Iuda, ascendit Sesac, ideſt, Deus fecit, quòd ascenderet Sesac, quia peccauerant Iudæi: ageret ergo iste, vt potestatem habens. Dicendum, quòd dato, quòd Deus constituisset in iudicem super Hebræos ipsum Sesac, adhuc peccabat, quia non constabat ei de potestate ista sibi collata: ideo putabat se esse priuatam per sonam, & agebat, vt priuatus, & sic agebat contra conscientiam, sciens quòd priuatis non licet habere actus iurisdictionis. Potissimè quia non est dicendum, quòd Deus constituerit Sesac iudicem super Iudęos, sed potius permisit ei vt hosti agere contra Iudæos, & ista permissio fuit, quia illi peccauerunt. Dicendum ergo, quòd ex hac parte non potest excusari: sed fortassis habuit Sesac iustam causam pugnandi contra Roboam, vt quia fortè lęsisset eum in aliquo, vel prouocasset, quia regnum Aegypti, & Iuda erant coniuncta in quadam parte lateris Meridiani, cùm ponatur fluuius Aegypti terminus meridianus terræ Iuda, vt colligitur Genesis decimoquinto, & supra octauo. Existente autem iusta causa bellandi est bellum iustum, & quæcunque in bello fiunt, scilicet, pręda, occisio, destructio vrbium. Istud tamen moderandum est, scilicet, quòd tamdiu est bellum istud iustum, quādiu non est satisfactum de iniurijs, vel damnis datis, aut quamdiu resistit hostis nolens satisfacere de iniurijs, aut damnis. Dicendum tamen, quòd dato, quòd habuisset Sesac aliquam iustam causam pugnandi contra Roboam, quod non creditur, adhuc peccauit, quia non obseruauit ei fidem, quia vt ait Herodotus Alicarnaseus, & Iosephus octauo Antiquitatum, & potest colligi aliqualiter ex litera Sesac non cœpit vrbem Ierusalem bello, sed tradente eam Roboam interpositis pactis, quæ violauit postquam fuit intra vrbem: vnde sublatis thesauris redijt in terram suam:

F & tamen fides data, & pactum interpositum omni homini seruandum est, etiam hosti, nisi ipse prius fidem violauerit, quia tunc frangenti fidem frangenda est fides: extra de iureiurando capitulo peruenit. Nam si pacta non seruentur, nulla communicatio manebit hominibus: & tamen adhuc inter hostes communicatio quædam est, quia interdum tractant inter se, an bella cessent, vel continuentur, & ponunt conditiones pacis, vel belli. Et nulla istarum communicationum intercidere posset, si non seruaretur fides data, & pacta conuenta. Violauit tamen Sesac fidem datam: ideo grauiter peccauit. An tamen tollendo thesauros domus domini peccauit Sesac, declarabitur infra in quadam quæstione.

G

*An defenderent se iustè viri de tribu Iuda.*

*Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius, an viri Iuda haberent iustam defensionem contra Sesac regem Aegypti. Aliquis dicet, quòd non, quia viri Iuda peccauerant, & Sesac ascendebat, vt iudex eorum ad puniēdum eos pro peccatis: & tamen peccatum est resistere iudici quando vult punire delinquentem, ergo peccauissent Israelitæ defendendo se contra Sesac. Dicendum, quòd non peccabant Israelitæ defendendo
H se contra Sesac regem Aegypti. Nam ille erat hostis eorum, & inuadebat eos fortè sine causa iusta, ergo habebat defensionem, & non omiserunt se defendere quasi non liceret eis, sed, quia tanta erat potētia Sesac, quia non poterant prævalere se defendendo, & si tentarent se defendere, & caperet, eos postea crudelius ageret contra eos, ideo noluerunt se defendere, qa sub pactis, & fide data receperunt eum in Ierusalem. Alias quoque ciuitates nullo bello facto cœpit, vt ait Herodotus Alicarnaseus, & Iosephus supra octauo Antiquitatum. Cùm autem dicitur, quòd iste Sesac erat iudex Israelitarum veniens ad puniendum crimina eorum. Dicendum, quòd non veniebat ad delinquentes puniendum, sed magis ad prædandum, vt de
I spolijs ditaretur, & subijceret Iudæos sibi in tributarios, & dato quòd veniret ad puniendum crimina eorum, non erat iudex ipsorum, quia non effecerat eum Deus iudicem, & sic agebat, vt priuatus. Idem dato, quòd esset iudex: tamen non constabat de hoc Hebræis: ideo quousque constaret eis de institutione eius in iudicem à Deo, poterant se defendere iustè contra eum. Debebat autem constare de hoc per prophetam aliquem, q̄ diceret istum missum esse à Deo, vt iudicem executorem legis: hoc autem non ostendebat Sesac: ideo poterat ei resisti. Item dato, quòd constaret eum esse iudicem à Deo datum poterat ei nunc resisti armis, quia non procedebat vt iudex, sed
K vt hostis: nam si processisset vt iudex debebat petere prius, quòd citarentur Israelitæ: & tunc comparentibus coram eo probaretur notorietas criminum, & sentētiaretur, & si nollent comparere Israelitæ citati in contumaciam eorum factis eis, quæ de iure fieri debebant procederet contra illos ad executionem tanquam contra conuictos, vel iure confessos, & ista executio esset per bellum: & tamen nihil horum fecit, sed inuasit regnum Israel tanquam hostis, ideo non obligabantur Israelitæ parere ei, sed iustè poterant se defendere de eo. Sed dicetur, fortè, quòd iste Sesac non erat datus vt iudex, sed vt merus executor, & sic non debebat se interponere in audiendo de causa, & exercendo actus iudicis, sed simpliciter exequeretur contra Iudæos.

Dicen-



Dicendum, quòd adhuc isto modo nō erat illicitum A Iudæis se defendere de Sesac quousque cōstaret eum à Deo datum executorem pro peccatis Iudæorum, & adhuc dato, quòd constaret non illico tenebantur obedire ei, nisi viderent, quòd vellet secundùm legem pure exequi: ipse tamen veniebat, vt hostis: ideo licèt à Deo esset datus executor, non tenebantur ei obedire Iudæi, sed poterant iustè rebellare: sic enim fuit de Nabuchodonosor, & Senacherib regibus, qui dati sunt à Deo executores contra Iudæos: & tamen peccabant ipsi pugnando contra Iudæos, & ipsi Iudęi iustè se defendebant de eis. De Nabuchodonosor, quòd à Deo vocatus sit cōtra Iudæos patet Isaia quinto, & septimo, & etiā Abacuch primo dicitur de eo. Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corrigeres fundasti eum: & tamen ibidem dicitur quomodo ipse Nabuchodonosor non putabat se à Deo moueri, sed viribus suis hæc agere: ideo Deus eum etiam puniuit. De Senacherib patet clarius Isaię decimo, cùm dicitur: Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu eorum indignatio mea. Et sequitur: Ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendum erit cor eius, & ad deletionem gētium non pauerum. Et postea sequitur ibi quomodo Deus vindicaret in ipsum Senacherib, quia crudeliter gesserat contra Iudæos. Ita ergo esset de Sesac, quòd peccaret faciendo hoc, licèt esset Dei executor, & possent iustè Israelitæ defendere se contra eum.

Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem fugientes Sesac, dixitque ad eos: Hæc dicit Dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatique principes Israel, & rex dixerunt: Iustus est Dominus. Cumque vidisset Dominus, quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt non D disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac: veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. Recessit itaque Sesac rex Aegypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus Domini, & domus regis: omniaque secum tulit, & clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos E principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatij. Cumque introiret rex domum Dei: veniebant scutarij, & tollebant eos: iterumq; referebant eos ad armentarium suum. Veruntamen, quia humiliati sunt auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt pęnitus. Siquidē & in Iuda inuēti sunt opera bona. Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atque regnauit.



*Semeias autem.* Hic ponitur tertium huius cap. f. diuina propitiatio: nam licèt cępisset affligere Iudęos, non deleuit eos, quia misertus est eorum. Et diuiditur in duo. Quia primò ponitur p̄dicta diuina propitiatio. Secundò ponitur historię Roboam cōclusio ibi, quadraginta autem. Circa primum dicitur. *Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda.* Iste Semeias erat propheta famosus tempore Roboam: ipse enim fuit, qui ex parte Dei prenūciauit Roboam, & viris suis, vt non pugnarent contra Ieroboam cùm iam haberent exercitum congregatum præcedenti cap. & 3. Reg. 12. iste etiam scripsit totam historiam Roboam infra in litera. Ipse etiam nunc denunciauit misericordiam Dei Roboam, & principibus Iuda: vocantur principes Iuda. i. totius regni Iuda. f. de tribu Iuda, & Beniamin, vel principes Iuda, ideſt, de tribu Iuda. Sed primo modo melius accipitur, quia nunc omnes principes erant cum Roboam deliberando quid facere deberent. *Qui congregati erant in Ierusalem.* Scilicet, omnes principes regni congregati nunc erant in Ierusalem cum rege. *Fugientes Sesac.* Scilicet, ideo conuenerant in Ierusalem, quia Sesac prius inuaserat alias ciuitates regni, & non potentes principes defendere se in eis fugerunt veneruntque in Ierusalem, quia illa erat ciuitas munitissima, & ibi melius possent se tueri: licèt postea non deliberauerunt se defendere, sed posita fide, & pactis aperuit Roboam portas vrbis Sesac, & introiuit in Ierusalem. *Dixitq; ad illos hæc dicit* C *Dominus: Vos reliquistis me.* Subintelligendū est, quòd Iudæi orauerant Dominum, vt nunc liberaret eos de manu Sesac, quia ista erat conditio Iudęorum, scilicet, quòd quando essent in prosperitate, cōuerterentur ad idola, cùm autem affligerentur ab hostibus, & non haberent aliunde recursum, clamabant ad dñm, vt patet ex processu libri Iudicum: ita dicit etiam Herodotus Alicarnaseus, & Iosephus 8. Antiqui. q̄ Iudęi orauerāt Dñm, vt liberaret eos de manu Sesac, & tñ nec exaudiuit eos, nec spem victoriæ promisit, & tunc venit propheta Semeias ad ostendendum, cur Deus non exaudiret eos, ita vt non putaretur hoc esse ex impotentia Dei, sed ex demeritis eorum: & dicitur, vos reliquistis me. f. reliquistis legem meam, & non coluistis me, sed conuersi estis ad idola: nam aliter Deus non derelinquitur. *Et ego reliqui vos in manu Sesac.* Scilicet, reddam vobis iustè, vt relinquam vos, sicut me reliquistis: nam vos me abiecistis, vt non essem Deus vester, & ego vos repuli, nè sitis populus meus: & dicitur, reliqui vos in manu Sesac, ideſt, non adiuuabo vos contra Sesac, sed permittam ei, quòd noceat vobis. *Consternatiq; principes Israel, & rex dixerunt.* Scilicet, cùm audiuerunt ista verba, quæ erant desperationis defecerunt in cordibus suis, & turbati sunt valde: est enim consternari mente deficere, vel turbari: nam putabant, q̄ Deus adiuuaret eos: nam aliàs sic facere solitus erat. f. quia licèt peccauissent contra eū, qñ orarent ad ipsum exaudiebat eos: nunc autem audientes, q̄ non adiuuaret eos, sed permitteret in manu hostis, non habuerunt spi. itū. *Iustus est Dominus.* Videntes, quòd ipsi dereliquerāt Deum, & nunc Deus derelinquebat eos, viderunt esse æqualitatem conuitati: nam vtrinq; per contrapassum, & dixerunt: iustus est Dñs. f. non habemus iustam causam q̄relę de ipso, qa si ipse dereliquit nos, prius nos eū dereliqmus, & in hoc humiliauerunt se Israelitę aliquantum non conquerendo de Deo, sed approbando iustitiam eius. *Cumque vidisset Dominus, quòd humiliati essent.* f. quòd Deus vidit, q̄ licèt eis durè responderet, non exasperati sunt contra ipsū, sed laudauerūt, & approbauerunt iustitiam eius, & ista fuit q̄dam humiliatio. f. quia non superbierunt, dicentes iniustè secū agi, sed approbauerūt factum Dei: licèt esset eis durū respōsum suū.

*Factus est sermo Domini ad Semeiam dicens.* Ista locutio Dei ad Semeiam sunt distincta à prima, quia primò Deus locutus ē Semeiæ, quod diceret Israelitis, quòd dereliquerat eos in manu Sesac, quia ipsi dereliquerant eum, & Semeias proposuit istud regi, & principibus, & tunc consternati, atque humiliati dixerunt: Dominus est iustus. quam responsionem Deus acceptans, quia humilis erat, respondit secundò, dicens ipsi Semeiæ, quod misereret Hebræis, & tunc Semeias respondit secundò Iudæis quod habebatur hic. *Quia humiliati sunt non disperdam eos.* Scilicet, si nunc non humiliati fuissent respondendo blandè, ego eos deleuissem omnino, quia tamen humiliati sunt non disperdā eos, sed affligam aliquantulum. *Daboq; eis paululum auxilij.* Scilicet, non dabo eis plenam liberationem liberando eos de manu Sesac regis, quia tunc non potuisset ingredi vrbem Ierusalē, nec accipere thesauros aliquos: sed potius ipsi ignominiosè eum expulissent de terra, sed modicum auxilij dabo eis, scilicet, faciens quòd non desoletur terra, nec redigat habitatores in seruos, aut tributarios, sed thesauris sublatis abibit in terram suam. *Et non stillabit furor meus in Ierusalem per manum Sesac.* Stillare est ad modum stillarum, siue guttarum aquæ defluere, & est sensus: non descendet furor meus super Ierusalem, & rectè ponitur stillare, quia stillare est cum pluuiæ descendunt desuper: & ex hoc trahitur Metaphora, quòd omnia illa, quæ desursum descendunt, dicuntur stillare, & quia ista punitio, quæ euentura erat, veniebat ab ira Dei, & Deus super nos est in cælo dicitur ira eius propriè stillare super nos, & quia Deus non exequitur ista mala contra malos per se, sed per ministros suos iuxta illud Sap. 5. f. Pugnauit pro eo orbis terrarum contra insensatos: ponitur per quem debeat ista ira Dei stillare: & sic dicitur, non stillabit furor meus in Ierusalem. i. non veniet ira mea in Ierusalem per manum Sesac. f. ipse non erit minister iræ meæ contra Ierusalem. Et iste est modus loquendi scripturę. Nam sic dicitur de alijs ministris iræ Dei, vt patet de Senacherib, qui fuit minister iræ Dei contra multas gentes: Isa 10. Vę Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorū indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & cęt. Sic etiam de Nabuchodonosor dicitur, quòd fuit minister irę Dei, & Deus fortificauit eum ad hoc, q exequeretur cōtra Iudæos, vt patet Abachuc 1. f. Dñe in iudiciū posuisti eum, & fortē, vt corriperes fundasti eum. Et rectè dicitur non stillabit furor meus p manū Sesac: nā furor Dei stillauit postea in Ierusalē tñ non p manum Sesac, sed p manum Nabuchodonosor, & Nabuzardam. Illi namq; delerunt Ierusalem succendentes templū Dñi, & domū regis, & ducentes habitatores eius captiuos, vt patet 4. Reg. 25. & infra 36. *Veruntamen seruient ei.* Ista seruitus non fuit, q Iudęi efficerētur serui Sesac regis, quia liberi manserunt: etiam non effecti sunt tributarij eius, quia nunquam leguntur ei tributa soluisse, sed solū seruierunt ei in hoc, q introiuit Sesac in oēs ciuitates Iuda, sicut si essent suæ, & non restiterunt ei viri Iudæ, etiam abstulit oēs thesauros, quotquot voluit de Ierusalem, & de alijs vrbibus, & nemo ei potuit resistere tanquam si esset dñs, & voluit Deus, q seruirent, vel subijcerentur modicum ipsi Sesac, vt non maneret omnino culpa sua impunita, & vt ipsi erudirentur vexatione, & non recederēt iam à seruitute Dei. *Vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum.* Idest, licèt aliàs ppter magnam misericordiam meam ego remitterem pœnam debitam eis: tamen, vt experiātur distantiā. i. differentiā seruitutis meę, & seruitutis regū terræ volo, quòd ad modicum seruiant isti regi Sesac: quasi dicat: fuerunt Israelitę nimis stulti, quia reliquerant legē meā putantes valde graue esse seruire mihi, sed nunc ostendam eis, q valde grauius est seruire regibus terræ, vt tunc eligere possint quid magis facere debeant. scan seruire mihi, vel seruire regibus terrarū, & per hoc redeant ad sanum intellectum. *Recessit ergo Sesac à Ierusalem.* Scilicet, non occidit Sesac aliquos de Iudæis, nec intulit eis bella, sed solùm accepit thesauros eorum. In Hebræo dicitur: Ascendit Sesac à Ierusalem; & idem est. Nam cùm prius veniisset in Ierusalem, & tunc inde ascenderet in Aegyptum, dicebatur recedere, vel cùm recederet de Ierusalem, dicebatur ascendere de Ierusalem. Est litera ista decurtata: debet enim subintelligi quomodo venit Sesac in Ierusalem, & non pugnauit contra eam: sed Roboam, & principes Iuda aperuerunt ei portas vrbis, & cùm introisset sustulit thesauros, quos reperire potuit in domo domini, & in domo regis, & abijt in terram suam. Sciendum autem, quòd aliqui imponūt magnum crimen Roboam, & viris Iuda, quòd tradiderūt ciuitates regni, & potissimè Ierusalem sine bello, & etiam ipse rex Sesac iudicauit magnam esse pusillanimitatem Iudęorum, q saltem bellum tentare ausi non fuerint: & ob hoc non eos viros, sed fœminas in virorū effigie appellauit. Vnde ad æternam infamiam, & opprobrium ipsorum reliquit apud eos statuas virorum habentes celata genitalia fœminina, quasi solam virilem haberēt effigiem, & realiter fœmine essent, vt refert Herodot. Alicarnaseus, & Iosephus 8. Antiquit. Et tamen nō est putandum id pusillanimitatem magnam, quia consuluerant dñm per pphetam Semeiam, & ipse respōderat, q faceret eos seruire regi Sesac: & sic sciebant Iudæi hoc ineuitabile esse. Et dato q vellent pugnare, & haberent secum maximum exercitum, nō possent resistere regi Sesac, q a Deus cōuertebat eos in fugam pugnando pro Sesac, cùm ipse vellet istud tradi executioni, iuxta illud Leui. 26. f. Et qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium. Cadent nullo sequente, & corruet singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum audebit inimicis resistere, peribitis inter gentes. Et si tentarent bello se defendere cōtra regem Sesac, & postea subijcerentur ei, ageret grauius contra eos. Ideo consilio habito, deliberauerunt nullum bellum agere, sed aperire ei portas ciuitatis, & tamen non apēruerunt eas, nisi interpositis pactis, & data fide, & postquam fuit Sesac in vrbe, violauit fidem. Accepitq; de thesauris domus Domini, & domus regis quantū voluit: vnde non modicum eum accusat Herodotus Alicarnaseus, vt patet per Iosephum 8. Antiquit. & tamen licèt in hoc facto non fuerit Roboam pusillanimis fuit in alijs: sic enim accusauit eū filius Iuus Abia sequenti capitulo, scilicet, porro Roboam erat rudis, et corde pauido. *Sublatis thesauris domus Domini, & domus regis.* In domo Domini, idest, in templo erant thesauri magni, et illos abstulit Sesac. Erant etiam thesauri in domo regis, q non erant thesauri sacri: et hoc etiam rapuit Sesac: quomodo autem verum sit, quòd istos rapuerit, et an omnes rapuerit, declaratum est, et declarabitur infra in quadam quęst. *Omniaq; secum tulit.* Omnes thesauros domus Dñi, et domus regis. *Et clypeos aureos, quos fecit Salomon.* Fecerat Salomon trecēta scuta aurea, et singula eorum tegebāt trecentis aureis sicelis, et lanceas aureas ducentas, et quælibet tegebatur aureis sexcentis supra 9. et posuit omnia hęc in armamentario suo in domo saltus Libani: eodem capitulo, et tertio Regum decimo. *Pro quibus fecit rex æneos.* Scilicet, loco illorū fecit alios trecētos clypeos æneos, et hoc fuit, vt non auferretur officium illorum: nam pertinebat ad regis maiestatem apparatus ille, qui fiebat portando cōtra eo trecēta scuta aurea, et quia sine



fierent alia, cessaret gloria regis quantum ad illam cęremoniam, & nō poterat efficere alia de auro, quia sublati erant thesauri: ideo fecit alios trecentos clypeos æneos. *Et tradidit illos principibus scutariorum.* Scutarij vocabantur viri, qui erant assignati ad portandum scuta coram rege, & isti habebant inter se principes aliquos, & illis principibus commendabantur ista scuta, vt ipsi custodirent ea, & traderent illa portanda quibus vellent: possunt autem isti scutarij accipi dupliciter. Vno modo pro viris assignatis ad portandum istos clypeos: & quia erant isti clypei trecenti, erant quoque viri trecenti scutarij, & isti habebant super se principes, de quibus dictum est. Alio modo vocabantur scutarij omnes custodes domus Roboam, eo quòd omnes illi erant muniti scutis, & aliis armis propter timores nocturnos, & vt melius custodirent: sic dicitur Can. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes custodiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vnusquisque gladius super femur suum propter timores nocturnos. Isti custodes Salomonis. Et postea Roboam multi erant, & habebant super se principes, quibus committebantur ista scuta, & ipsi distribuebant ea custodibus, quibus volebant ad portandum ea coram rege. *Qui custodiebant vestibulum palatij.* Idest, qui erant ad portam palatij modicum ante portam, quòd tecto desuper pendente protegitur, & vocatur alio nomine porticus, quia ante portam erat, & in loco illo custodiebant isti scutarij per noctem, nè cui liceret accedere ad regem ad malum inferendum. *Cumque introiret rex domum Domini.* Idest, quando rex egrediebatur de domo sua ad eundum in domum Domini. Nam postquam erat in domo Domini, non sumebantur ista scuta: eo quòd ista solum erant ad portandum coram rege, & non dicitur hic, quod portarentur ista scuta aliàs, nisi quādo rex iret in domum Domini: & tamen etiam portabantur quando ibat ad alia loca, sed præcipuè quando ibat in domum Domini. *Veniebant scutarij, & tollebant eos.* Scilicet, veniebant ad armamentarium, vbi erant repositi in domo saltus Libani, & inde tollebant eos ad portādū coram rege. *Iterumq; referebant ad armamentarium suum.* Scilicet, postquam rediisset rex de templo in domum suam, referebant scutarij illa scuta rursus ad armamentarium domus saltus Libani, & manebant ibi vsque quo iterum rex exiret domum, & portanda essent scuta coram eo. *Veruntamen, quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Dei.* Ista litera potest intelligi dupliciter: vno modo, vt sit repetitio sententiæ superioris per alia verba, & tunc intelligitur, quod cum essent Iudæi in angustia, orarentque dominum, vt exaudiret eos, non exaudiebat ipsos: sed misit ad eos propheram Semeiam, qui dixit eis ex parte Dei: vos me dereliquistis, & ego dereliqui vos in manu Sesac, & tunc ipsi confestim confusi dixerunt: iustus est Dominus: & in hoc se humiliauerunt. Et videns Dominus humiliatem eorum locutus est Dominus iterum per Semeiam, dicens: non stillabit furor meus super Ierusalem in manu Sesac: veruntamen seruietis ei. & istud traditum est executioni, quia introiuit Sesac in Ierusalem, & subtilis thesauris inde abijt in terrā suā. Et ob hoc fuit ille clemens, quia non permisit, quòd Sesac occideret eos, vel in seruos, aut tributarios subijceret: sed solùm hoc mali intulit: & tunc est seruitus: Deus bis locutus est, & semel sententiam mutauit, scilicet, cùm intenderentur deleri, & videretur Deus deleturus eos, fecit, vt solùm Sesac introiret in vrbem, & auferret thesauros, & ista fuit seruitus, quam Deus imposuit: & positum fuerat supra quomodo Deus misertus fuerat propter humiliationem ipsorum, & hic repetitur.

Alio modo potest intelligi, quòd ista litera non sit repetitio præcedentis sententiæ, sed aliquid addat, & est sensus, quòd Deus comminabatur delendo Israelitas per Sesac, quia dereliquerant Dominum: ipsi autem humiliati sunt, & dixerunt: Iustus est Dominus. & secundò Deus locutus est per Semeiam, & dixit: quòd, quia humiliati fuerant, non deleret eos per manum Sesac: sed traderet eos seruituti Sesac. Et in hoc dabat eis modicum auxilij, vt ipse dicit in litera, quia seruitus est minor morte naturali: & tamen est modicum minor, & istam pœnam Deus determinabat eis inferendam, & cùm Israelitæ rursus audirent istam sententiam Dei mitigatam paululum à prima, erat tamen aliquantulum grauis, scilicet, quia redigebantur in seruitutem adhuc doluerunt, & humiliati sunt coram Domino, & Deus rursus alleuiauit secundam sententiam, & dedit tertiam, scilicet, quòd non seruirent regi Sesac, sed solùm nunc ablatis thesauris abiret in terram suam. Vterque istorum sensuum potest stare: & tamen iste secundus explicat magis literam, quia sicut in litera ponuntur tria ex parte Dei: ita dicit fuisse tres sententias, & tres locutiones Dei. Etiam, quia tunc stabit litera superior planè, scilicet: veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum, & signabitur, quòd Deus voluerit, quòd seruirent Iudæi Sesac, & quia postea humiliati sunt placata est magis ira eius, & adhuc non seruierunt Sesac, sed solùm thesauros abstulit. Ista tamen litera sequens concordat magis sensui primo, quia dicitur: auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt: ergo videtur, quòd ista auersio irę Domini, vel placatio eius ad nihil aliud fuit, nisi, vt non delerentur Iudæi, & non fuit ad liberandum ab aliqua seruitute, & sic non fuit, nisi vnica mutatio sententiæ: scilicet, quia prius dixerat Deus, quòd dimitteret Israelitas in manu Sesac, in quo signabar, quòd dimitteret eos, vt deleret ipsos. Et postea, quia humiliati sūt temperauit sententiam, dicens: quòd non descenderet furor eius super Ierusalem per manum Sesac, nec seruirent ei. Et sic repetitur hic ista sententia, & dicitur: quod, quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, & non deleti sunt. Si volumus tamen tenere secundam sententiam, bene respondebimus ad literam sequentem dicentes: quòd non deleti sunt Iudęi. i. nō fuerunt redacti in seruitutem ęternam, quod erat eos deleri, ideo tenendum quod voluerimus. *Nec deleti sunt pœnitus.* Idest, licèt mererentur omnes de regno Iuda deleri, ita quòd non maneret regnum iam, imò ferè nulli viri: tñ Deus non deleuit eos pœnitus, sed solùm punuit aliqualiter, permittendo quod Sesac auferret thesauros de Ierusalē. *Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona.* Istud est redditiuū causę superioris dicti. i. q nō deleti sunt pœnitus, quia opera bona inuenta sunt in Iuda, quæ promeruerunt, vt non delerentur omnino. Et intelligi potest dupliciter: vno modo quod inuēta sunt opera bona, scilicet, humiliatio. Nam humiliatio cordis coram Domino est opus valde bonū, & acceptum: sic patet Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies, & propter humiliationem Deus misertus est, nec deleuit omnino Iudæos. Alio modo intelligitur, quòd opera bona inuenta sunt in Iuda, scilicet, quòd plurimi Iudęorum declinauerunt ad idolatriam, & sic merebantur deleri, et si oēs tales fuissent, sicut erāt plurimi ipsorū, deleti fuissent: fuerūt tñ multi viri in Iuda, q non declinauerant ad idolatriā, sed sequebantur legem, & meritis istorū nō deletū est regnum, sed data est leuior pœna. i. quia ista bona opera inuenta sunt in Iuda. *Confortatus est igitur rex Roboam in Ierusalem, atque regnauit.* Dicit Nicolaus, q recedente Sesac confortatus est Roboam super malis, q toleraverat.

Et ex hoc apparet, quòd erat vir parui cordis, quia pau F
cum bonum sufficiebat ei, & de modico consolaba-
tur, scilicet, quòd maneret ei vnica ciuitas, & nomen
regium: & ob hoc dixit filius eius Abia seqnenti cap.
porro Roboam erat rudis, & corde pauido. Et tamē
dicendum, quòd non est hoc præsupponendum.
Nam putat Nicolaus, quòd vnica ciuitas mansit Ro-
boam, scilicet, Ierusalem, quia supra in litera dicitur,
quòd Sesac cepit omnes vrbes munitissimas Iuda, &
venit in Ierusalem, & postea de Ierusalem dicitur,
quomodo recesserit inde, & non dicitur de alijs ciui-
tatibus quomodo eas dimiserit: ideo putauit Nicola⁹,
quòd mansissent adhuc omnes illæ ciuitares in manu
Sesac præter Ierusalem de qua dicitur recessisse: & sic
consolaretur Roboam de modico bono. Sed dicen- G
dum, quòd non stat, quin potius Sesac ablatis thesau-
ris de Ierusalem recessit, & dimisit omnes ciuitates Iu
da, nihil amplius curans de Iudæis: quod aliqualiter
innuit Herodo. Alicarnaseus, & Iosephus 8. Antiquit.
Item patet, quia manifestum est, quòd Abia filius Ro-
boam, & filius suus Asa, & sequentes reges Iuda domi
nati sunt super totum regnum Iuda, vt colligitur se-
quenti capitulo, & infra decimoquarto: & tamen si
omnes ciuitates mansissent in potestate Sesac, necesse
erat, vt isti, vel aliquis eorum pugnaret ad eripiendum
istas vrbes de manu Sesac: & tamen nihil tale legitur:
ideo non est dicendum, quòd manserint in potestate
Sesac: sed recedens de terra Iuda omnia liberè dimisit
ipsi Roboā. Vnde repetitur hic istud non ad signan- H
dum paucitatem cordis Roboam, qui de modico con
solaretur, sed quia præcedenti tempore fuerat Roboā
in angustia, & deiectus, cùm occupasset omnes vrbes
Sesac rex Aegypti, vt sciretur post recessum eius in
quali dispositione maneret Roboam, dicitur, quòd
confortatus est rex Roboam in Ierusalem, atque re-
gnauit, idest, sicut ante aduētum Sesac erat Roboam
confortatus super totum regnum Iuda, ita recedente
Sesac rursus confortatus est super totum regnum,
& regnauit nullam habens offensionem: & dicitur,
quòd confortatus est rex Roboam in Ierusalem: non
quidem, quòd solùm in Ierusalem regnaret, sed, quia
ibi manebat semper cùm esset metropolis regni.

I

*Ad quid profuit locutio Semeiæ prophetæ.*
*Quæstio VIII.*

QVAERITVR circa prædicta, primò cùm Se-
meias propheta missus fuerit à Domino ad lo-
quendum Roboam, & principibus Iuda, ad quid pro-
fuerit ista locutio, quia dato, quòd non loqueretur,
nihilominus istud quod euenit euenturum foret.
Respondendum, quòd ista missio, & locutio profuit
ad multa. Primò, quia Iudæi videntes se in angustia
positos, & afflictos à Sesac orabant dominum conti-
nuè, vt liberaret eos de manu Sesac, & quia Deus mi-
sericors erat putarent se fortassis exaudiendos, & sic K
cùm veniret Sesac in Ierusalem, fortassis resisterent ei
cofidentes se exaudiendos: & tamen non exaudirē-
tur, & cùm ad vltimum à Sesac caperentur, grauiter
eos affligeret, quàm si ei se traderent sine bello. Vt
ergo scirent Iudæi quomodo se haberent contra Se-
sac, & non repugnarent ei frustra, & non affligerentur
postea grauius: conueniens fuit, quòd Deus mitteret
eis prophetam, & tunc factum est sic, quòd cognito
Iudæi, quòd tradendi essent in manus Sesac sententia
Dei, noluerunt resistere ei: sed tradiderunt vrbem sine
bello, & sic clementius se habuit ad eos. Et quia
Deus volebat, quòd Iudæi non paterentur maiora
mala, & istud esse non poterat, si non reuelaret Deus
eis istud per prophetam: ideo conueniens fuit, quòd
per prophetam admonerentur de voluntate Dei circa
hoc. Secundò, quia Deus non exauditurus erat Iu-
dæos nunc clamantes ad se: quia sic determinauerat,
& quia Iudæi nesciebant istud cùm postea experimē-
to probarent, quòd Deus non exaudiebat eos ināsster
clamantes, putarent quòd fortassis istud erat, quia
non poterat Deus liberare ipsos de tanta multitudine
exercitus, vel quia omnino abiecisset populum suum,
& vtrumque erat ad desperationem Iudæorum. De-
clarauit autem Dominus per prophetam, quòd non
exauditurus erat eos: non quidem quasi non posset,
sed quia volebat eis retribuere pro malo quod fece-
rant, cùm ait: vos reliquistis me, & ego reliqui vos in
manu Sesac: & sic non desperarent omnino, vel sal-
tem cognoscerent Deum suum non omisisse istud ex
impotentia. Tertiò, quia si nunc Iudæi afflicti fuis-
sent à Sesac, & Deus non locutus fuisset eis per pro-
phetam, non cognoscerent causam suæ afflictionis, &
fortè non putarent se iustè afflictos. Nunc autem lo-
quente propheta cognouerunt se iustè affligi, cùm di-
ctum est: vos reliquistis me, & ego reliqui vos in ma-
nu Sesac, & Iudæi dixerunt, iustus est dominus. Quar-
tò, quia si non diceretur aliquid Iudæis, nescirent cau-
sam suę afflictionis, & nō emendarent se in futurum.
Nunc autem cùm dictum est eis: vos reliquistis me,
& ego reliqui vos in manu Sesac: cognouerunt se af-
flictos propter peccatum, & se in posterum emenda-
rent cauendo peccata, nè inciderent in similes pœnas.
Quintò fuit hoc ad ostendendum, quòd erat vtilius
Israelitis colere Dominum, quàm recedere à cultura
eius. Nam colendo dominum seruiebant ei soli.
Si autem recederent à cultu eius cogerentur seruire
regibus terræ, quorum seruitus erat difficilior: & sic
saltem propter vtilitatem eorum debebant Iudæi co-
lere Dominum, & hoc signatum est cùm dixit pro-
pheta Semeias, quòd humiliati sunt Iudæi, & dixit
Deus, nō stillabit furor meus super Ierusalem per ma-
num Sesac. Veruntamen seruient ei, vt sciant distan-
tiam seruitutis meæ, et regni terrarum. Si autem non
loqueretur propheta, nescirent istud, nec inclinaren-
tur tantum ad colendum dominum, quod erat sibi
vtile: ideo fuit donueniens, quòd propheta loquere-
tur. Sextò, & principaliter fuit hoc ad faciendum, nè
Iudæi delerentur: nam Iudæi propter peccata sua prę-
terita merebantur deleri quasi totaliter, et si non hu-
miliati fuissent coram Domino deleuisset eos, vt pa-
tet in litera, scilicet, quia humiliati sunt non disper-
dam eos, daboque eis paululum auxilij, nec stillabit
furor meus super Ierusalem per manum Sesac. Et
iterum dicitur: veruntamen, quia humiliati sunt,
auersa est ira Domini, nec deleti sunt pœnitus. Iu-
dæi tamen non fuissent humiliati, nisi audiuissent ver-
ba prophetæ: quod patet, quia quando dixit: vos reli-
quistis me, & ego dereliqui vos: dixerunt Iudæi: Iu-
stus est Dominus, et in hoc humiliati sunt. Nam
postquam dixerunt ista verba, dicitur, quòd humilia-
ti fuerunt: fuit ergo valde necessarium, vt Deus mit-
teret prophetam ad Roboam, et principes, vt dice-
ret hæc.

*Quomodo locutus est Deus Semeiæ.*
*Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo locutus est
Deus nunc, pphetæ Semeiæ, et an semel, vel plu-
ries facta fuerit locutio pro omnibus, quę habētur hic.
Dicēdum, quòd poterat fieri, vt semel reuelaret Deus
omnia ista prophetæ: & tamen ipse non proponeret
omnia simul, sed diuersis vicibus, sicut conueniebat



rei, de qua agebatur: & sic Deus reuelaret Semeiæ, A
quòd diceret Roboam, & principibus, quòd Deus de-
reliquerat eos in manu Sesac, quia dereliquerāt eū, &
reuelaret etiam ei quid responsuri essent illi, & insuper
reuelaret quid replicare deberet, scilicet, quia humi-
liati sunt, non disperdam eos. Alio modo potest in-
telligi, quòd Deus à principio solùm reuelasset pro-
phetæ hoc, scilicet, vos dereliquistis me, & ego derelī-
qui vos in manu Sesac: & Semeias putaret, quòd sic
futurum erat, & sic diceret Iudæis: quo audito illi hu-
miliarentur, & dicerent: iustus est dominus: quorū hu
militatem respiciens dominus iterum loqueretur pro-
phetæ, dicens: quia humiliati sunt non disperdam eos, B
nec stillabit furor meus super Ierusalem per manum
Sesac: veruntamen, vt sciant distātiam seruitutis meę,
& seruitutis regni terrarum seruient ei. Et tunc rur-
sus Israelitæ dolentes, humiliatique, quia Deus eos
seruituti subijciebat, orauerunt, & tunc misertus Deus
rursus auertit iram suam ab eis, & non deleti sunt, nec
seruierunt Sesac. Et istud etiam reuelauit Deus pro-
phetæ tertia vice. Licèt vterque modus teneri possit:
tamen magis tenendus est secundus modus, quia ma-
gis consonat modo loquendi scripturę. Sic enim fuit
de Isaia quando per eum Deus reuelauit Ezechiæ re-
gi, quòd disponeret domui suæ, quia moriturus erat,
& tunc orauit Iachrymans Ezechias, & cùm recede-
ret ab eo Isaias, vix exierat mediam partem atrij, cùm C
factus est rursus sermo Domini ad Isaiam, vt denun-
ciaret Ezechiæ, quòd audierat Deus lachrymas eius,
& apposuerat ei quindecim annos vitæ. 4. Reg. 20. &
Isaiæ 38. Ita etiam faciebat in alijs prophetis, quia se-
per reuelabat eis aliqua, & postea per ipsos reuelabat
contraria, vel remissiones malorum, quæ prius com-
minatus fuerat, sicut fuit in Ioele, & in Iona, vt patet
Ioel 2. & 3. & Iona 3. & 4.

*Quis modus reuelationis factus sit à Deo.*
*Quæstio IX.*

QVAERITVR vlterius, quis modus reuela-
tionis fuerit, quo Deus vsus est ad Semeiā nunc.
Dicendum, quòd multi modi erant, quibus Deus po D
terat aliquid reuelare prophetæ, vt declaratum est
præcedenti capitulo in quadam quæstione. Vnus est,
vt appareat Angelus Domini habens humanam effi-
giem, & loquatur prophetæ reuelans ei occulta.
Secundus modus est: vt non assumat effigiem hu-
manam, sed aliquod corpus, quòd tamen non appa-
reat, & sic audiatur vox loquentis, & nulla effigies
videatur. Tertius modus est, vt in somnijs Deus im-
mutet phantasiam prophetæ nouas species creando,
vel veteres ordinando modo nouo: ita quòd faciat
prophetam intelligere aliquid, quod prius non intel-
ligebat, nec intelligere poterat. Quartus modus est
per immutationem solam intellectus in vigilia, quæ E
est duplex aliquando cùm ecstasi, & aliquando sine
ecstasi. Dicendum autem, quòd si teneatur, quòd
omnia hæc reuelauit Deus vnica reuelatione ipsi Se-
meiæ, poterit poni quilibet istorum modorum reue-
lationis præter modum, qui fit in ecstasi, quia iste non
erat, nisi ad magna reuelabilia, cum quibus nō stabat
manere animam intentam corpori quantum ad ope-
rationes suas. Non erat autem hic talis reuelatio, sed
fuit talis in Paulo, qui vidit arcana verba, quæ non li-
cet homini loqu. secundę ad Corin. decimo secundo,
Si autem ponatur, quòd ista dicta sunt in tribus reue-
lationibus. Dicendum, quòd saltem aliqua eorum,
scilicet, vltimæ factæ fuerunt per quartum modum,
scilicet, per solam immutationem intellectus in vigi-

lia. Patet hoc, quia mox, vt locutus est propheta regi, A
& principibus humiliati sunt, & dixerunt: Iustus est
Dominus. & illico Deus reuelauit prophetæ, quòd, qa
humiliati fuerant, non stillaret furor eius super Ieru-
salem, nec disperderet eos per manum Sesac. Ideo
necesse erat, quòd ista reuelatio fieret in vigilia, quòd
fiebat coram rege, & principibus, & non fieret per ap-
paritionem alicuius angeli in humana effigie: quia
tuncille angelus appareret regi, & principibus, & au-
dirent vocem eius, & tunc non magis responsio ista
fieret per Semeiam prophetam, quàm per quemli-
betaliorum, cùm omnes audirent vocem angeli.
Item non fieret reuelatio per solius vocis auditum,
sine effigie apparente, quia etiam sic omnes astantes
audirent vocem, & essent prophetæ per hoc, sicut ip-
se Semeias. Ideo, vt ponatur reuelationem soli Se-
meiæ factam, & tamen coram rege, & principibus fa-
ctam, debet poni factam fuisse per immutationem
intellectus in vigilia, sine ecstasi. Sic enim factum est
in Elyseo, quando coram tribus regibus prophetauit
quarto Regum tertio: sic etiam de Isaia, quando non-
dum exierat dimidium atrij, & Deus dixit ei, quòd ad-
diderat quindecim annos vitæ Ezechiæ, quia audiue-
rat lachrymas eius.

*An si non fuissent humiliati, Deus deleuisset regnum eorum.*
*Quæstio X.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd
humiliati sunt, non disperdam eos, in quo innui-
tur quod si non humiliati fuissent Deus deleuisset pe-
nitus regnum Iuda: quomodo stat hoc. Nam vide-
tur istud repugnare promissionibus Dei. Dixerat
enim, quòd semper maneret regnum in posteritate
Dauid, & dato quòd peccarent filij eius, non auferret
misericordiā suā ab eis, & istud erat, quòd nunquam
auferret eis regnum, vt patet secundo Regum septi-
mo, & præcedenti libro decimoseptimo capitulo: si
tamen delerentur pœnitus Iudæi, non maneret poste-
ritas Dauid, qui regnaret, nec aliquis super quem re-
gnaret: & sic nimis videtur repugnare promissioni- D
bus. Aliquis dicet, quòd intelligebatur ista deletio
secundùm comminationem non secundùm certam
Dei sententiam, & sic mutabilis erat. Dicendum,
quòd non stat, quia istud posset intelligi, si Deus abso-
lutè dixisset per prophetam, delebo eos per manum
Sesac. Quia tunc poterat credi, quòd dicebatur com-
minatorie: & sic erat mutabilis. Dicitur tamen, quia
humiliati sunt, non disperdam eos: ergo intendebat
delere eos, & deleuisset, si non humiliati fuissent.
Dicendum ergo est, quòd verum est, quòd si non hu-
miliati fuissent deleuisset eos Deus, & tamen istud stat
cum certissima promissione Dei de regno continuā-
do in stirpe Dauid. Nam Deus, qui determinauerat,
quòd maneret regnum semper in stirpe Dauid, de-
terminauerat omnia media, per quæ illuc ventura
erat progenies Dauid, & quia si nunc non humiliarē-
tur, Deus deleret Iudæos, & non maneret regnum in
posteris Dauid, ordinauit Deus taliter, quòd dolerent,
& humiliarentur nunc Iudæi. Ideo certissima mane-
bat promissio de regno continuando. Et etiam cer-
tissimum erat, quòd si nunc non humiliati fuissent, qp
deleti fuissent: & ob hoc procurauit Deus, vt humilia-
rentur aliter Israelitę, et non delerētur: et ad hoc misit
ad eos Semeiam dicens: vos me dereliquistis, et ego
dereliq vos in manu Sesac: et tunc ipsi humiliati sunt,
et doluerunt dicentes: Iustus est Dns. et Deus videns
humilitatē eorū misertus est, fecitq; qp nō delerentur.

Simile enim est in multis alijs in scriptura,& patet potissimè circa istud regnum Dauid, & virorum de tribu Iuda, quia in Iacob benedictione filiorũ suorũ prædixerat, quòd non auferretur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius,donec veniat, qui mittendus est. Ex quo apparet, quòd vsque ad tempus Messiæ semper mansuri erant principes, & reges in tribu Iuda: & tamen primo Regum decimotertio capitulo, dixit Samuel ad Saulem increpando, quia non expectauerat temp' sacrificij in Galgala, scilicet,stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi:quod si non fecisses,iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum vltra consurget: quæsiuit enim Dominus virum iuxta cor suum, & tamen manifestum est, quòd si regnum Saulis confirmatũ esset super Israel in sempiternum, non potuisset compleri prophetia de regno tribus Iuda, de qua sceptrum non erat auferendum vsq; ad tempus Messiæ. Dicendum tamen,quòd vtraq; prophetia est vera: nã Deus præuiderat,quod manerèt semper principatus in tribu Iuda vsq; ad Messiam. Gen.49.sicut postea factum est: erat etiam verum, quòd si Saul non præuaricatus fuisset mandata Domini, quòd regnum eius confirmaretur super Israel in sempiternum pro ipso, & stirpe sua: & tamen sciebat Deus certissimè, quòd Saul præuaricaretur legem Dei,& quòd non perpetuaretur regnũ suum super Israel, & sic staret certissimè prænunciatio de regno posteritatis Dauid continuando. Per hunc modum soluuntur multæ contrarietates, quæ videntur insurgere ex alijs prophetijs.

*An seruierint Israelitæ regi Sesac. Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius,quomodo fuit verum hoc,quòd dixit hic Deus,scilicet, verumtamen seruient ei,vt sciant distantiã seruitutis meæ, & regni terrarum. Nam non legitur,quòd seruierint Israelitę regi Sesac. Responderi posset secundùm intentionẽ Nicolai,quòd verè impleta fuit ista prophetia:nã vult, quòd solùm manserit vna ciuitas Roboam, scilicet,Ierusalem,& omnes alias tenuerit Sesac, quia dicitur in litera confortatus est Roboam in Ierusalem, & regnauit. Etiam dicitur supra quòd Sesac cœpit omnes vrbes munitissimas Iuda quousq; venit in Ierusalem: & sic omnes vrbes prẽter Ierusalem signatur quòd accepit,& sic tenuit illas in seruitutem. Dicendum,ꝙ non stat, quia nulla ciuitas terræ Iuda mansit subiecta regi Sesac. Nam non apparet,quomodo postea fuerint liberatæ: & tamen reges sequentes tenuerunt omnes ciuitates Iuda in potestate sua: ideo non est dicẽdum, quòd nunc subiectę fuerint ciuitates isti regi Sesac:potissimè,quia Herodotus historiographus, & Iosephus 8. Antiquit. signant fuisse in pace totam terram Iuda mox,vt Sesac abstulit thesauros de Ierusalem, & quia non curauerit vltra de terra Iuda. Et sic dicendũ est, quòd hoc modo non seruierit terra Iuda regi Sesac. Dici ergo potest dupliciter, vno modo, quòd seruitus ista, quam dixit Deus toleraturos viros Iuda, non fuerit,nisi quòd Sesac introiuit ciuitates eorum ipsis non resistentibus, & accepit de terra ipsorum de thesauris quantum voluerit, ac si ipse esset verè dominus terræ illius,& habitatorum eius:& ista seruitus erat grauior, quàm seruitus Dei,cùm Deus nihil auferret eis de bonis suis: sed potius augeret bona ipsorum,quando ipsum colebant: & iste rex in pauco tempore seruitutis suæ auferret eis omnia bona,quæ tenebant recondita à multis annis, & istam seruitutem subierunt Israelitæ: & tamen liberati sunt ab ea per recessum Sesac de terra Iuda:quia cùm semel recessit de terra illa, nunquam postea rediit illuc. Secundo modo potest intelligi,& fortè melius, quòd Deus seruitutem indixerit eis: & tamen postea non imposuit illam, quia misertus est illorum,scilicet,quòd Deus à principio dixit Iudæis, quòd derelinqueret eos in manu Sesac, quia ipsi eum dereliquerant. Et tamen respondit Rex, & Principes:iustus est dominus,& humiliati sunt. Cùm autem vidisset Deus illos humiliatos, temperauit sententiam dicens,quòd non deleret eos:& tamen,quòd seruirent regi Sesac, vt scirent differentiam seruitutis humanæ,& diuinæ. Et per hoc determinabat eos subijciendos Sesac in seruos: & sic futurum erat, nisi Israelitæ postea se humiliassent: sed adhuc humiliauerunt se, & Deus rursus misertus illorum reuocauit sententiam de seruitute,& damnauit solùm eos,vt Sesac auferret eis thesauros:& hoc signatur,cùm dicitur in litera: Veruntamen,quia humiliati sunt,auersa est ab eis ira domini: & sic ista seruitus licèt comminata fuerit, nunquam fuit executioni tradita, quia temperata est sententia, & iste modus loquendi verisimilior est, quàm præcedens.

*An Sesac tulerit thesauros. Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic, quòd Sesac tulit thesauros domus Domini, & domus regis, quomodo hoc verum fuerit. Circa thesauros regis dicet aliquis,quòd nunc fuerint non portati per regem Sesac, quia postea dedit thesauros istos Asa nepos Roboam Benadad regi Syriæ,vt patet.3.Re.15.& infra 16.& tamen si nunc fuissent portati per Sesac,nõ potuissent postea dari per Asa regi Syriæ. Respondendum est,quòd nunc Sesac portauit thesauros, qui erant in palatio regis in Aegyptum :& tamen postea potuit Asa dare thesauros, qui erant in domo regis. Quia quilibet rex congregabat aliquos thesauros: & nunc Roboam habebat thesauros,quos congregauerat Salomon,& illos trãstulit in Aegyptum ipse Sesac. Postea autem Roboam congregauit thesauros tempore suo: etiam congregauit Abia filius eius, & Asa nepos suus congregauit etiam vsque ad tempus, quo fuit bellum inter Asa regem Iuda, & Baasa regem Israel. Nam tunc Asa dedit omnes thesauros domus regis ipsi Benadad regi Syriæ, vt cogeret recedere Baasa ab eo. Aliter potest dici, quòd licèt dicatur, quòd abstulit thesauros domus regis: tamen aliquam partem eorum reliquit, & illam partem dedit nunc Asa ipsi Benadad. Et si obijciatur, quia dicitur hic in litera,quòd Sesac omnia secum tulit. Dicendum, quòd omnis & alij termini distributiui,non ponũtur in scriptura in viribus distributiuorum: sed ponuntur ꝓ multis: & sic omnia secum tulit,ideſt, magnam partem, & adhuc residuum fuit aliquid, quod postea Asa potuerit dare Benadad regi Syriæ,& ista est veritas, vt patet.3. Reg.15.s. Tollens itaq; Asa omne aurum,& argentum,quod remanserat in thesauris domus Domini,& thesauris domus ,regiæmisit ad Benadad.Verum est etiam, quòd supra dicebatur, quòd licèt tempore vnius regis auferrentur omnia, quæ erant in thesauris regis alius rex congregabat thesaurum, & poterat dari ille thesaurus. Nam multi reges fuerunt,de quibus dicitur, quod dederunt omne aurum, & argentum, quod erat in thesauris domus regis,vt patet de Ezech. 4.Reg.18. Patet etiam de rege Ioachim 4.Regum 24. Idem de rege Achaz eod.lib.16.capit. & infra 28. hoc autem non erat possibile, nisi quia sæpe congregabatur thesaurus in domo regis, & sæpe poterat dari, vel auferri totus thesaurus, qui ibi erat.

*Quomodo*



*Quomodo Sesac potuit auferre thesauros illos, & Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius,circa thesauros domus domini,quomodo potest stare, ꝙ Sesac potuit auferre thesauros illos. Nam si abstulisset illos, non mansissent aliqua vasa aurea, nec argentea in templo domini ad ministrandum, & tamen falsum est: quia semper durauit ministratio in domo domini. Respondendum, ꝙ sæpe dicitur de thesauris domus domini, ꝙ ablati sunt. Nam quandocunque aliquis rex dabat thesaurum suum,dabat etiam thesauros domus domini. Nam de Asa dicitur, ꝙ dedit regi Benadab omne aurum,& argentum,quod erat in thesauris domus domini.3. Regum 15. Idem dicitur:de Ezechia. 4.Regum 18.& de Achaz 4.Regum 16.etiam tempore regis Ioachim factum est sic, eodem lib.24. capitu. Aliquis ergo dicet, ꝙ fiebat de thesauris domus domini, sicut de thesauris regis, s. ꝙ licèt semel omnia, quę erant in thesauris domus domini darentur: postea rursum reges, & populus donabant multa ad vsum templi, & efficiebantur noui thesauri, & illi poterant iterum dari, & sic continuè fiebant. Dicendum tamen, ꝙ hoc non stat: quia hoc modo thesaurus, qui primò in templo reconditus est, non mansisset nisi tempore regis Roboam, & ille erat thesaurus, quem Salomon consistit. Nam ipse fecit omnia vasa aurea, argentea, & ænea in domo domini, & tamen falsum est,ꝙ vasa aurea,& argentea,quæ fecit Salomõ,manserunt in templo toto tempore regum Iuda vsque ad desolationem Ierusalem. Nam tunc Nabuchodonosor abstulit omnia illa in Babylonem. 4. Regum 24. ergo non fuerunt sublati thesauri domus domini per Sesac,nec per alios reges:sed aliquis dicet, ꝙ Sesac tulit thesauros domus domini, tamen non abstulit omnes,ideo mansit quædam particula eius, & de illa potuit postea dari tempore aliorum regum. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia tempore Ioachim regis, quando venit Nabuchodonosor in Ierusalem, adhuc erant in templo omnia vasa aurea, & argentea, quæ fecerat Salomon,quia.4.Regum 24. dicitur, ꝙ Nabuchonosor tulit omnia vasa aurea,quæ fecerat Salomon:ergo nulla abstulerat Sesac,nec alij reges, & tamen de multis dicitur,ꝙ dati fuerunt eis omnes thesauri,qui erant in domo domini. Aliqui dicunt,ꝙ Sesac tulit omnia vasa argentea, quæ erant in domo domini, & tamen nullum tulit de aureis. Sed dicendum, ꝙ istud est ridiculum, quia Sesac abstinuit à vasis domini propter reuerentiam ministerij domini. Nam dixerat Semeias,ꝙ quia humiliati fuerant Iudæi, non stillaret super eos furor domini per manum Sesac:sed daret eis paululum auxilij, & non disperderet eos:vt patet hic in litera. Non solùm ergo abstineret à vasis aureis, sed etiam ab argenteis, quia vtraque pertinebant ad ministrationem domus domini. Item est magnum ridiculum hoc: quia,si Sesac neglecta religione, & Deo inotus cupiditate acciperet vasa aurea, quia erant maioris valoris: vel vtraque potius acciperet, quia erant maioris ponderis, & valoris, & tamen constat, quòd non accepit aliquos de vasis aureis:quia 4.Regum 24. dicitur, ꝙ Nabuchodonosor abstulit de templo domini omnia vasa aurea, quæ fecerat Salomon: ergo necetiam abstulit aliqua argentea. Dicendum ergo, ꝙ istud procedit ex æquiuocatione nominis. Nam in templo domini erat multum aurum,& argentum, & erat dupliciter. Quia quoddam erat redactum in vasa ad ministrandum,& aliud erat in massa: illud aurum, & argentum, quod erat in vasis vocabatur vasa, & non thesaurus:aurum autem, & argentum, quod erat in massa non redactum in vasa vocabatur thesaurus. Et ratio huius est: quia thesaurus propriè vocatur repositio auri, s. vbi aurum,& argentum reponitur ad custodiam,& non ad vsum. Et quia aurum,& argentum domus domini quandiu manebat in massa non erat ad vsum aliquem,sed solùm conseruabatur: vocabatur thesaurus domus domini. Vasa autem erãt ad ministrandum in cultu domini:ideo non vocabantur thesaurus. Et sic dicendum,ꝙ Sesac quando stetit in Ierusalem, tulit omne aurũ, & argẽtum, quod erat in domo regis, & omne aurum, & argentum, quod erat in thesauris domus domini,& tamen non tulit aliqua vasa,& istud fecit ex reuerentia quadam Dei. Nã in vasis illis ministrabatur Deo,& noluit eum tantum offendere illa vasa accipiendo:sed accipiendo aurum, & argentum,quod erat in massa,in domo domini nõ putauit se offendere Deum sic, quia non proficiebat ad aliquam ministrationem suam. Factum est autem hoc principaliter, quia Deus mouit cor ipsius Sesac, vt non acciperet thesauros,qui erant vasa,vt non deficerent pro diuina ministratione, sed omnia alia acciperet. Et isto modo stat conuenienter,quod dicitur, s. ꝙ tempore multorum regum sublati fuerant thesauri templi:quia erat aurum,& argẽtum in massa,quod cùm auferretur semel, offerebant postea reges,& populus munera,& colligebatur aurum,& argentum,& ponebatur in thesauris domus domini, & illud iterum postea auferebatur cogẽtibus necessitatibus regum: & rursus aliud colligebatur:& sic licèt sæpe auferretur thesaurus totus domus domini,semper adhuc manebat thesaurus. De vasis autem domus domini nihil ablatum est:ideo omnia vasa,quæ Salomon fecit,& posuit in templo domini,manserunt semper ibi:nullusq; regum illa inde abstulit vsque ad Nabuchodonosor: qui illa portauit in Babylonem.4. Reg.24.& manserũt ibi quousque completis septuaginta annis captiuitatis Babylonicę, Cyrus rex remisit illa in Ierusalem cum Esdra,& alijs Iudæis redeuntibus: vt patet 1. Esdræ 1. Item patet ista distinctio supra data de thesauris,& vasis, ex eo quod habetur infra 36. c. s. vniuersa vasa domus domini, tam maiora, quàm minora, & omnes thesauros regis,& principum, & omnes thesauros tẽpli transtulit in Babylonem. Ecce, ꝙ distinguuntur ibi vasa à thesauris:quia nomine thesaurorum non intelliguntur aliqua vasa,sed ponuntur expressè omnia vasa tam maiora,quàm minora,& postea ponuntur thesauri, & de istis thesauris domus domini, qui erant in massa,verum est, ꝙ nihil reliquerit nunc Sesac, qđ nõ portauerit in Aegyptum. De thesauris autem domus regis,dicendum, ꝙ erant omne aurum, & argentum, & lapides precioſi,& alia iocalia preciosa,q̃ congregauerat Salomon:quia nullus regum tempore suo, nec ante ipsum, nec post tã diues fuit:vt colligitur. 3.Reg. 3. sup. 1.c.& istum finem habuerunt thesauri Salomonis, s. ꝙ portati fuerunt in Aegyptũ, & remansit Roboam filius eius pauper, & postea omnes reges Iuda. Hoc enim est, ꝙ conquerebatur Salomon de miseria conditionis humanæ, s. ꝙ ipse laborabat congregãdo diuitias,& nesciebat an ille cui relicturus esset,eas esset sapiens,vel stultus,qui eas disperderet:vt patet Eccl.2. Accidit autem ei, ꝙ cùm esset virorum sapientissim', propter suam nequitiam dedit ei Deus hęredem insipientem,qui prius stultitia sua perdidit ferè totum regnum respondendo insipienter populo, sup. 10. & 3. Reg.12.Postea verò iniquitate sua,quia ad Deum male se habuit, perdidit thesauros nimios,q̃ transtati sunt in Aegyptum ad hostes suos. Verè nimium laborabat frustra Salomon congregando thesauros nimia sollicitudine, & licèt ipse hoc dixerit speculatione verissima, peruertente tamen animum passione illud non benè considerauit.

Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quomodo se habuit postquam subiecit Hebræos. Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Sesac rex Aegypti cùm subiecisset sibi omnes Hebræos non occidit eos, vel saltem non rapuit omnia, quę erāt in thesauris terræ ipsorum, & tamen non fecit: nam non legitur accepisse nisi thesauros domus regiæ, & domus domini: & tamen mirum est quomodo non acceperit vasa aurea domus domini, quæ erant magni valoris, & magni ponderis. Respondebit aliquis, ꝙ Sesac non accepit aliquid aliud in toto regno Iuda: nec occidit quemquam de Israelitis: quia ciuitates traditę fuerunt ei sine bello data fide, & pactis interpositis, & in illis pactis exprimeretur, ꝙ neminem occideret nec prædaretur, & sic fecit. Dicendum, ꝙ hoc non ſtat: Primò, quia non est verisimile, ꝙ Sesac talia pacta interponeret cum Iudæis: quia tunc aduentus suus in terram Iuda nihil proficeret, & cogeretur expendere de suis toto tempore quo maneret in terra illa habens tantum exercitum. Secundò patet: quia dato ꝙ conueniret Sesac talia cum Hebræis, non seruaret ea. Nam sic etiam dedit fidem, & pacta interposuit cum Roboam, vt aperirentur sibi portę Ierusalem, & tamen cùm ingressus est violauit fidem datam: vt ait Herodotus Licarnasęus, & Ioseph. 8. Antiqui. Ita ergo violaret pacta conuenta cum alijs ciuitatibus, & occideret aliquos, & diriperet thesauros, & omnia quę possidebāt. Respondēdum, ꝙ Sesac cùm ascendit in terram Iuda, intendebat prædari omnia, quæ inueniret: vt inde ditaretur ipse, & distribueret tanto exercitui quem secū tulerat, & forrè intendebat occidere Iudæos propter aliquam hostilitatem, quæ interciderat, vel saltem intendebat occidere illos, qui sibi repugnarent ne caperet vrbes, & Deus mouebat eum ad delendum Israelitas. Quia tamen postea humiliati sunt, mutauit Deus sententiam, vt non deleret eos: sed solùm, vt premerentur quadam seruitute: & sicut mutauit Deus sententiam comminatoriam, ita mutauit animum Sesac, vt iam non desideraret occidere aliquos Israelitas, sed misereretur eorum cū videret eos miseros, ſ. quia sine bello tribuebant. Etiam cùm potuisset Sesac accipere Iudæos in tributarios cùm dimittiret eis vitam: noluit tamen, quia clementior illis fuit, & hoc non erat nisi quātum Deus animum eius mouebat. Nam desideria nostra sunt in manu Dei, & mouebit nos ad desiderandum, quodcunq; voluerit: iuxta illud Prou. 21. c. ſ. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini, & quocunque voluerit vertet illud. De prædā autem dicendum, ꝙ satis est verisimile, ꝙ aliquid prædaret in singulis vrbibus quas acciperet: quia ista est lex bellica, vel ꝙ permitteret habitatores egredi vrbes eum omnibus, quæ possidebant, & ipse retineret sibi vrbes ad ponendum ibi alios incolas: & tamen nō retinuit sibi vrbes, quia recessit de terra Iuda permittens in ea Iudæos. Ideo acciperet prædam de vrbibus: quia aliàs esset præda inutilis, & tamen scriptura nihil posuit de eis, quæ accepit Sesac de alijs vrbibus: sed solùm illa, quæ accepit de Ierusalem: quia ista erāt maiora. Cùm autem quæritur, cùm vasa aurea, & argentea templi essent tanti valoris, & ponderis quomodo non accepit aliqua Sesac cùm esset in potestate sua illa accipere. Dicendum, ꝙ hoc fuit: quia Deus mouit cor suum ad non accipiendum in reuerentiam Dei Israel. Nam sicut mouit eum ad non occidendum aliquem de Israelitis, cùm tamen concepisset iustam irā contra eos: ita mouit ad non concupiscendum vasa ministrationis diuinæ: sic etiam fuit de Pompeio Magno, qui tenēs hostiliter vrbem Ierusalem introiuit in templum, & in Sancta Sanctorum, & in loca thesaurorum, & tamen nihil de thesauris accepit: sed solùm considerauit loca templi: vt ait Iosephus 14. Antiq.

*An peccauit Sesac tollendo thesauros regios. Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Sesac tollendo thesauros domus regiæ? Respondendū, ꝙ non apparet veritas clarè: eo ꝙ non constat de causa belli an iusta esset, & de pactis conuentis: nam si Sesac iustam causam bellandi haberet contra Roboam regem Iuda, licita erant sibi omnia contra eum vsq; ad satisfactionem damnorum datorum, vel illatarum iniuriarum, & potissimè cùm Sesac nullum occideret de Iudæis insciis: poterat satisfactionem capere in pecunia. Et quia rex peccauerat, & contra ipsum esset directius iusta causa pugnandi quàm contra alios, eo ꝙ propter ipsum esset causa pugnandi, poterat potius accipere satisfactionem de thesauris regis quàm de bonis subditorum. Si autem causa pugnandi non erat iusta, sed solùm motus fuerat Sesac ad pugnandum desiderio rapiendi diuitias, non poterat iustè aliquid prędari: imò quidquid hostiliter ageret peccaret, & iniuriam inferret Iudæis in hoc. Sed adhuc dato, ꝙ foueret iustum bellum, de quo dubium est poterat peccare Sesac accipiendo thesauros regis dupliciter. Primò si accipiebat vltra satisfactionem damnorum, & iniuriarū nam iustum bellum est ad repetitionem satisfactionis damnorum, & iniuriarum. Expleta autem satisfactione non manet vlla causa pugnandi, & quidquid sequitur tale habetur ac si esset bellum sine causa, & tamen bellum sine causa iniustum est. Ergo quidquid sit in bello vltra satisfactionem iniuriarum, & damnorum iniustum est. Et sic si acciperet Sesac de thesauris regis vltra satisfactionem ei debitam pro damnis, & iniurijs peccaret. Secundum erat si contra fidem datam, & pacta interposita ageret. Nam licèt contra hostem existente bello iusto, licet malum quodcunq; agi, qđ excogitari possit, & iustum reputatur. Tamen veritas, & fides ei data, & pacta cōuenta seruanda sunt. Et ratio huius est: quia si fides interposita nō seruetur, tolletur omnis communicatio, & tamen inter hostes communicatio haberi debet, vt tractetur de pace, vel bello: ablata tamen fide impossibilis est communicatio. Ideo etiam hostibus seruanda est. Item hoc patet magis: quia cùm aliqui sint hostes inter se quilibet debet ab altero expectare, ꝙ est de conditione hostis, ſ. ꝙ mala ei inferat. Ideo quæcunq; mala vnus alteri intulerit, non infert tanquam incauto, & insperato, quod hoc ab hoste debet expectare, & in omnibus illis debet hostis esse suspectus de hoste, in quibus inter eos securitas non datur. Cùm autem interponitur fides, vel securitas inter eos quantum ad aliquid illud seruandum est: quia iam quantum ad illud non sunt hostes. Etiam quia si data fide super aliquo hostis frangeret illam, esset securus alius hostis quantum ad illud, & in hoc inferretur ei malum tanquam incauto, & insperato, quod iniustum est, & tamen in hoc dicunt peccasse Sesac. Nam pacta interuenerunt inter Sesac et Roboam, ad hoc ꝙ Sesac reciperetur in Ierusalem, & tamen dicit Herodotus Alicarnasæus, et Iosephus 8. Antiqui. quod mox vt receptus est in vrbe, fidem datam violauit. Quidquid ergo raperet cōtra fidem datam, licèt habās iustam causam rapiendi haberet, iniustum esset, & sic teneri posset, quòd Sesac peccauerit tollendo thesauros regis.

An



*An peccauit Sesac tollendo thesauros templi. Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Sesac accipiendo thesauros domus domini. Aliquis dicet, quòd manifestum est, quòd peccauerit. Nam peccauit accipiendo thesauros regis: ergo à fortiori peccaret accipiendo thesauros domini, qui sacri erant. Respondendum, quòd si præsupponatur, quòd peccauerit Sesac accipiendo thesauros regis, ex eo quòd erat bellum iniustum, ſ. quia sine causa, vel quia vltra debitam satisfactionem, vel quia contra fidem datam agebatur, manifestum erat, quòd peccaret accipiendo thesauros domus domini: & tamen quia non constat hoc omnino, non præsupponitur, quòd thesauri regis ablati fuerint iniustè. Tunc manebit dubium de thesauris domini. Dicunt tamen quidam, quòd etiam si thesauri regis iustè ablati fuissent, tamen thesauri domini auferrentur. Primò, quia rex, & Israelitæ potierant peccare, ita vt contra eos iustum bellum fieret, & caperentur bona ipsorum in satisfactionem delicti: & tamen Deus, vel templum domini non poterat peccare, ita vt thesauri domini possent iustè auferri, & sic auferendo illos peccatum esset. Secundò patet, quia Deo debetur maxima reuerentia, ideo propter reuerentiam non liceret tangi aliquam de rebus pertinentibus ad cultum eius: ideo accipiendo thesauros peccatum erat. Tertiò patet, quia ea, quæ erant in templo domini erant sacra, cùm applicata essent semel cultui diuino, & tamē sacra conuerti ad vsus prophanos peccatum est. Quartò patet, quia iudicatur nunc apud nos: nam dato, quòd aliquis rex bellum iustum gerat contra alium, & liceat ei occidere, & prędari in terra illius: tamen non licèt prædari res Ecclesiarum, & tenentur restituentes ad restitutionem, quia contra Ecclesias nunquam bellum geritur. Respondendum, quòd si Sesac iustum bellum foueret contra Roboam, & nō deesset ei fidem de non rapiendo thesauros domus domini, vel non esset iam satisfactum ei de iniuria, vel damno suscepto, propter quod erat bellum, quòd iuste poterat Sesac rapere thesauros domus domini. Et ratio huius est, quia Sesac non tenebatur ad aliquid Deo Israel? nam non putabat Sesac Deum Israel esse Deum verum, sicuti erat, nec eum tenebat vt Deum suum: sed sicut quemlibet alium de djs Gentium, & ob hoc bona templi respectu hostis non erant bona priuilegiata: quia non tenebatur ad honorem aliquē præstandum Deo Israel, sicut nec hosti. Ideo si rex aliquis iustè pugnat contra alium regem, non solùm potest occupare bona talium Deorum quales erant dij Gentium, & quales reputabantur apud eos. Nam Deus vnius gentis non erat Deus alterius, & non tenebatur gens vna Deo alterius gētis ad aliquid, sicut nec hostes hosti: Deus autem Israel Deus verus erat, cui omnes homines tenentur, & tamen sub ea ratione, qua colebatur ab Israelitis, non magis constabat eum Deum verum quàm Deum Sidoniorum, Ammonitarum, Moabitarum, vel Deos aliarum Gentium: & ob hoc Deus non obligauerat alias gentes ad cultum suum, & obseruantiam legis suę, nisi Israelitas, quia illis solis innotuerat, & ostenderat esse Deum verum. Si autem omnibus gentibus voluisset se ostendere esse Deum verum, omnes gentes obligasset ad legem suā: reputabatur ergo Deus Israel apud Gentiles, sicut vnus de Gentilibus djs, & non peccabant Gentiles, si non crederent Deum Israel esse verum Deum. Nam licèt obligarentur omnes gentes credere aliquem esse vnū verum Deum: tamen non obligabantur credere istū esse Deum Israel potius quàm Deum Ammonitarū. Ideo dato ꝙ se haberent ita irreuerenter Gentiles circa Deum Israel, sicut circa Deos Gentilium, non peccabant: dum tamen non constaret Deum Israel facere talia miracula, per quæ manifestaretur ipsum esse Deum solum. Nunc autem secus est: quia omnes homines obligantur Christum credere esse verum Deum, & nullum alium. Ideo siquis erga eum irreuerenter se habuerit, peccat. cùm omnes eum colere teneātur, cùm ipse dixerit: Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui autem non crediderit condemnabitur. Sed Deus Israelitarum in veteri testamento non iusserat se coli ab omnibus, nec prædicari legem suam per vniuersum, ita ꝙ ab omnibus teneretur: & sic licèt multi non seruarent legem, nec colerent eum, non peccarent: & sic erat de Sesac: quia licèt non crederet Deum Israel esse verum Deum, nec haberet se ad eum reuerenter, non peccaret. Vnde poterat licitè thesauros templi eius tollere, si bellum iustum gereret cōtra Roboam regem Iuda. Sed objicietur, ꝙ à rege Cęlesyriæ missus est Heliodorus ad tollēdum pecuniam de templo domini, sed apparuit ei ęquus habens terribilem alcēsorem, qui priores calces illisit Heliodoro, & duo alij iuuenes apparuerunt cum illo flagellantes Heliodotum, & non permiserunt eum tollere quidquam de templo: sed potius semiuiuum reliquerunt. 2. Mach. 3 c. Peccauit ergo ille volens accipere thesauros, qui erant in templo: à fortiori autem peccaret Sesac accipiens thesauros templi domini: quia illi thesauri, quos rapere volebat Heliodorus non erant sacri, nec pertinentes ad templum: sed erant ibi positi à priuatis personis, vt securius custodirentur: vt patet 2. Mach. 3. Isti autem thesauri, quos rapuit Sesac, pertinebant ad templum, & magis peccaret iste, quia tollebat rem ad Deum magis pertinentem. Dicendum, ꝙ Heliodorus peccauit tollere pecunias, quæ erant in templo, etiam si non essent sacræ. Et de Sesac non constat, an peccaret. Ratio differentiæ est, quia Heliodorus non habebat aliquam causam accipiendi pecuniam, quæ erat in templo, nec rex Cęlesyriæ habebat aliquam causam iubendi, vt sumeretur. Ideo licèt esset pecunia priuatorum peccaret, quia etiam si non esset in templo, sed in loco quocunq; prophano: dum tamen non haberet aliquam causam tollendi illam rex, & tolleret, vel tolli iuberet, peccaret. Secus de Sesac, quia ille poterat fouere iustum bellum contra Roboam, & tunc vsque ad plenam satisfactionem de damnis, & iniurijs poterat accipere de quibuscunq; bonis repertis in regno eius vbicunq; illa essent, & non referebat, ꝙ in templo, vel alibi essent: dum tamen nō constaret illud templum esse veri Dei. Quod non ꝙstabat apud Sesac de Deo Israel: sed putabatur, vt vnus alius de djs Gentium. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ licèt templum domini non posset peccare, nec Deus Israel: tamen poterat Sesac suscipere de templo eius quæcunque bona vsque ad plenam satisfactionem suam si bellum iustum foueret. Nam qñ cunque aliquis rex iustum bellum fouet contra alterum: etiam si solus rex peccauerit, potest satisfactionē recipere de bonis subditorum illius, & de quibuscunque bonis existentibus in regno suo. Nam ex eo, ꝙ sunt in regno, pertinere videntur ad eum, & quantum ad hoc bona sua sunt. Bona etiam templorum, licèt sint ipsius Dei, siue secundùm Gentiles erant ipsorum Deorum: tamen pertinebant ad regem, & regnicolas inquantum erant in terra sua, & non erant ad vsum aliarum gentium nisi illius, & quantum ad hoc illa etiā bona poterant tolli, nisi propter reuerentiam eius, cuius erat templum cessare deberet: quod non erat in ꝓposito, quia nō tenebatur Sesac ad aliquid Deo Israel: quia non cognoscebat Deum Israel esse verum Deū,

nec

nec tenebat eum, vt Deum suum. Ad secundum cùm arguit de reuerentia, responsum est supra, s. ꝙ non tenebatur Sesac ad aliquam reuerentiam Deo Israel: eo ꝙ Deus Israel in veteri testō non se ostendebat omnibus gentibus, vt Deum verū, nec se prædicari faciebat, vt talem, nec dicebat legem suam ab omnibus gentibus obseruandam: vnde nulla gens præter Hebræos obligabatur credere Deum Israel, vt Deum verum, nec reuereri ei sic: ideo, licèt nō reuererentur nō peccabant, sicut si nō reuererentur alicui de dijs gentium: nisi fortè per manifesta miracula constitisset alicui, ꝙ Deus Israel erat Deus verus, & ipse solus erat verus Deus, sicut cognoscebant interdum aliqui Gentiles, & confitebantur: vt patet de Raab Ierichontina, Ios. 2. & de Naaman Syro leproso. 4. Regum 5. & de Achior Ammonita. Iudith 5. & sic de multis alijs. Sed istud non erat cognitum omnibus: ideo poterant multi Gentiles habere se irreuerenter ad Deum Israel, & ꝙ non peccarent. Ad tertium dicendum, ꝙ quæcunq; sunt in templo alicuius idoli, sunt consecrata illi idolo, & quæ sunt in templo Dei sunt consecrata Deo. Consecratio tamen non sortitur vigorem, nisi ex illo, cui facta est, & si ille cui facta est non est verus Deus, consecratio ipsa nullius momenti est. Sic enim arguit Apostolus prima ad Cor. 8. probans, ꝙ liceat comedere de idolotithis, idest de cūsecratis idolo, dum tamen non sit infirma mens comedentis, & ait, idolum nihil est, idest nullius momenti est sicut putatur: quia putatur Deus, & non est: & sic consecratio facta illi nihil est. Licèt ergo comederet quis de consecratis idolo, nullam offensionem incurrebat, ita ꝙ quis acciperet res consecratas idolo conuertendo eas in vsus prophanos ex ea parte, qua erant cōsecratæ nihil oberat, nec committebatur aliqua irreuerentia. Ita autem existimabatur de Deo Israel apud plurimos Gētilium: quia non putabatur, vt vnicus verus Deus: sed vt vnus alius de dijs Gentium. Et sicut consecrationes factæ alijs dijs Gentilium non erant efficaces ad hoc, ꝙ non liceret conuerti res illis consecratas in vsus prophanos: ita consecratio facta Deo Israel respectu Gentilium non reputabatur tantæ efficatiæ, quin rem ei consecratam liceret conuerti in quoscunque vsus. Ad quartam rationem dicendum, ꝙ non est nunc sic de bonis Ecclesiarum, sicut erat quondam de bonis, quæ erant in templo Dei Israel: nam nunc, aut pugnabunt Christiani contra Christianos, aut infideles contra Christianos. Sed primo modo non licet prædari aliquid de bonis Ecclesiarum: quia licèt sint verè hostes quidam Christiani aliorum, & habeant iustam causam pugnandi contra eos. Tamen sciunt, ꝙ apud omnes ipsos Ecclesiæ sunt consecratæ nomini Christi, quem omnes credunt verum Deum, & sciunt bona Ecclesiarum esse bona Dei quantum ad proprietatem, & nullius mortalium quantum ad dominium, & proprietatem. Si ergo acciperent bona Ecclesiarum, scirent se offendere Deum suum, cuius templa violant, & cuius bona vsurpant: quantumcunq; ergo iustum bellum foueant Christiani contra Christianos, nunquàm licet tolli bona Ecclesiarum. Si autem pugnarent infideles contra Christicolas: etiam si foueāt bellum iustum, non licet eis, vt auferant bona Ecclesiarum. Nam licebit eis auferre bona Christianorum pro bello iusto, & tamen non bona Ecclesiarum: quia sunt bona Christi, qui est verus Deus. Et si dicas, ꝙ fideles hoc nesciunt: dicendum ꝙ licèt ignorent, ista ignorantia eis non prodest: quia obligantur omnes homines cognoscere Christum, vt verum Deum: cū ipse iusserit prædicari Euangelium omni creaturæ, & baptizari omnes: Matth. 28. Ignorantia autem eius, qđ quis obligatur scire, non excusat: vt patet 3. Ethic. vbi ponitur, ꝙ quædam ignorantia non prodest, alia autē sic. Secus autem erat in veteri testamento, quia Deus Israel. licèt esset verus Deus, tamen apud Gentiles non reputabatur verus Deus, nec obligabantur eum reputare talem, quia ipse non iusserat legem suam prædicari omnibus gentibus, sicut legem Dei veri, nec voluit se manifestare, nisi Israelitis. Ideo aliæ gentes non obligabantur eum credere Deum verum, & sic etiā si nō reuerentur ei, vt Deo, vero nō peccarent: dum tamen non constaret eis aliàs per miracula illum solum esse verum Deum. Vnde potuit esse, quòd Sesac non peccauerit accipiendo illos thesauros domus Domini.

*Cur Sesac mortuus non est introeundo in sanctuarium. Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, an peccauerit Sesac introeundo in sanctuarium ad accipiendum thesauros domus domini, & quomodo non mortuus est. Nam quandocunque ingrediebantur laici ad loca in quibus soli sacerdotes, & leuitę ministrabant, vel tangebant vasa, aut res sacras, moriebantur, & si leuitæ tangerent res pertinentes ad sacerdotes, s. videntes vasa sacra nuda, vel tangentes ea, moriebantur Numeri 1. & 3. & 4. Si autem sacerdotes minores introirent in Sancta Sanctorum quandiu manebat ibi arca moriebantur: quia ad solum sacerdotem magnum pertinebat illuc introire: Leuit. 6. & ad Hebræ. 9. & si sacerdos magnus introiret in Sancta Sanctorum nisi semel in anno, moreretur Leuit. 16. Ita ergo nunc cum Sesac esset Gentilis, & laicus, non liceret ei introire ad locum thesaurorum domini, & moreretur cùm intraret. Aliquis dicet, ꝙ non erat necesse, ꝙ moreretur introeundo: nam si introiret in Sancta Sanctorum, moreretur: & tamen non introiuit in Sancta Sanctorum, vel saltem non est necesse, ꝙ dicamus illuc introiuisse. Nam thesauri nulli erant in Sancta Sanctorum, sed solùm arca fœderis, & Cherubim de lignis oliuarum, vt colligitur 3. Regum 8. & supra 3. & 5. cap. Sed dicetur, ꝙ dato ꝙ non introiret in Sancta Sanctorum, moreretur. Nam introeundo in primam partem templi, vbi erant vasa sacra, s. candelabra, & mensa propositionis, & altare thymiamatis, eo ꝙ introeundo illuc videret vasa sacra nuda, & quicunque videret illa, si non esset sacerdos, etiam si leuita esset, moreretur: vt patet Num. 4. Ideo Deus iubebat, ꝙ nunquam illa vdierent leuitæ nuda cum portanda essent, sed prius inuoluerent illa sacerdotes, & sic traderent leuitis portanda. Cùm ergo illuc intraret Sesac ad tollendum thesauros domus domini, moreretur. Sed dicetur, ꝙ non oportebat, ꝙ intraret illuc Sesac: quia non portauit Sesac aliqua de vasis templi, sed solos thesauros, s. aurū, & argentum, quod erat in massa: vt declaratum est supra in quadam quæstione. Et tamen thesauri isti non erāt intra templum, sed in Exedris in circuitu templi. Intra templum autem erant vasa sacra, de quibus nihil tulit Sesac, ideo non oportuit, ꝙ intraret in templū, vbi erat periculum mortis. Sed adhuc dicetur, ꝙ dato ꝙ non introiret in templum, moreretur cùm introiret in Exedras thesaurorum, quia ad illum locum nō licebat alicui laico introire: quia in istis Exedris solùm licebat manere leuitis custodibus thesaurorum, & tñ Sesac erat laicus. Item (quod maius est) non solùm non licebat isti Sesac introire ad loca leuitarum, sed etiam non licebat introire ad loca laicorum, quia Gētilis erat, & Gentiles non intrabant in atrium, in quo orabant Israelitæ laici: quod patet, quia pœna mortis erat, si quis introduceret aliquem Gentilē in templū, vt colligitur Act. 21. & increpat Deus valde Israelitas, quòd introducerent illuc Gentiles, dicens Ezechiæ 44. Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, eo ꝙ introducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in domo mea, & polluant sanctuarium meum. Et non solùm intelligitur hoc de partibus secretis, ad quas introibant sacerdotes: sed ēt de illis locis patentibus, ad quæ introibant laici. Nam beatus Paulus non erat sacerdos, nec leuita, cùm esset de tribu Beniamin. ad Gal. primo c. & introibat ipse in sanctuarium ad purificandum se secundùm ritum Iudæorum, & cùm putaretur introduxisse secum duos viros Gentiles, accusatus est, & facta est seditio: nam volebant eum lapidare. Act. 21. Et tamen manifestum est, quòd non introiuisset in aliquem locum secretum pertinentem ad solos sacerdotes, vel leuitas: quia tūc ipse etiam accusaretur ad mortem, vel occisus fuisset à domino, & tamen solùm accusabatur, quòd introduxisset Gentiles in templum: ergo illicitum erat intrare Gentilibus ad loca illa, ad quæ intrabant laici Israelitæ. Sed Sesac erat Gentilis Aegyptius: ergo non licebat ei intrare ad aliquam partem templi, alioquin moreretur. Respondendum, ꝙ non apparet ad quæ loca templi introiuit Sesac, & tamen dato ꝙ introiret ad loca multum secreta, vel etiam in Sancta Sanctorū, non peccaret, nec puniretur. Et patet, quia duo erant loca illicita laicis in templo principaliter, s. Sancta Sanctorum, vbi non intrabat nisi sacerdos magnus. Et prima pars templi, ad quam non intrabant nisi sacerdotes minores, vbi erant vasa, & ad ista duo loca ingressi fuerunt Gentiles impunè: de prima parte templi, vbi erant vasa sacra patet, quòd illuc ingressus fuerit Nabuchodonosor, vel viri sui: quia abstulit inde omnia vasa aurea, & argentea, quæ fecerat Salomon, & erant in templo domini. infra 36. & 4. Regum 24. Et ista vasa erant in prima parte templi, vt declaratum est supra 4. c. Et tamen non mortuus est Nabuchodonosor propter hoc, nec quisquam de suis. De ingressu in Sancta Sanctorum patet, quia Pompeius Magnus, quando suis sacerdotibus, & alijs Iudæis cepit templum, introiuit in Sancta Sanctorum, & in alia loca inadibilia templi: vt ait Iosephus 8. Antiq. Et tamen ex hoc nihil læsus est. Sic etiam erat circa alias cæremonias similes, quia præuaricatio earum in Iudæis induceret mortē, & in Gentibus nihil mali afferebat. Sic patet de arca domini. Nam non licebat eam portare, nec tangere nisi leuitis, & si conarentur laici accedere ad eam, vel ad aliqua vasa ministerij, morerentur, vt colligitur Numer. 1. & 18. & tamen Philisthini portauerunt arcam de terra Israel in terram suam. 1. Reg. 5. & posuerunt eam in templis idolorum, & postea reduxerunt eam ad terram Israel ipsimet, & tamen non lædebantur, portando eam. Et si objicias, quòd percutiebantur Philisthini plaga magna. 1. Regum 5. & 6. Dicendum, ꝙ non erat illa percussio, quia portabant, vel tangebāt eam: quia quando Philisthini eam tulerunt in terram suam, vel postea reduxerunt in terram Israel, non legitur quisquam percussus, sed percutiebantur quandiu eam detinebant in terra sua, vt reducerent ipsam ad terram Israel. Et hoc patet, quia ex die illa, qua diuini, & sacerdotes Philisthinorum diffinierunt præferendā esse arcam in terram Israel, & obtulerunt ei munera, scilicet mures aureos, & anos aureos: non legitur quisquam percussus. 1. Regum 6. c. Et ita erat circa omnia alia cæremonialia à Deo instituta in lege, siue concernerent reuerentiam de non tangendo vasa, vel non introeundo in loca sanctuarij, siue concernerent puritatem ipsorum viuentium sub lege. Nam Iudæi si ista præuaricarentur, occidebantur. Gentiles autem omnia præuaricantes nihil mali patiebantur. Et ratio huius est, quia istæ cæremoniæ non obligabant ad obser-



uationem suam secundùm naturam, sed solùm ex lege data: ideo solùm obligabantur illi, qui tenebant legem illam, vel quibus data erat, & tamen non erat data lex nisi Iudæis. Gentiles autem non tenebant eam, ideo non obligabantur ad aliquam cœremoniarum istarū, & dato ꝙ præuaricarentur illas non peccabant, & sic Sesac ad quemcunque locum introiret non peccaret. Sed objicietur, ꝙ non liceret Gentilibus introire ad loca sancta templi, & ꝙ punirentur illuc introeuntes: patet de Heliodoro, qui ausus est intrare ad tollēdū pecunias de tēplo, qui cū illuc ītroiret, percussus est à Deo, & apparuit ascensor super equum terribilem, qui ei priores calces elisit, & duo iuuenes flagellantes ipsum. 2. Mach. 3. c. Et tamen iste Heliodorus erat Gentilis missus à rege Celesyriæ ad tollendum pecunias illas. Dicendum, ꝙ Heliodorus non fuit à Deo percussus, quia introiuit, vel introire volebat in locum sacrum: sed quia tollere volebat inde pecuniam. Tollere autem pecuniam non debitam est contra ius naturale, ideo non puniebatur tunc Heliodorus pro trāsgressione alicuius cęremonię, vel ob ingressum loci sacri, sed quia delinquebat circa ea, quæ erant mala secundùm iura naturalia. Interdum tamen Deus punit aliquos, qui valde in contemptum se habent circa ista, quæ pertinebant ad cultum Dei. Sic fuit de Pompeio Magno, qui victis Iudæis introiuit in templum, & in Sancta Sanctorum, & cùm vidisset omnia, quæ pertinebant ad cultum Dei Israel contempsit illa, & licèt tunc nō punitus fuerit, postea tamen semper fuit infęlix in omnibus, quæ aggressus est vsquequo mortuus est, & dicit Lucas Tuden. ꝙ merito istius contemptus mala multa ei venerint, & sumit argumentum, quia ante hoc fuit felicissimus, postea verò in magnas incidit calamitates.

*An Sesac abstulerit etiam lanceas. Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm haberet Salomon lanceas ducentas de auro, sicut tulit Sesac scuta aurea, cur non abstulit lanceas aureas: nam precioso-res duplo erant lanceæ quàm scuta, quia lancea quælibet tegebatur sexcentis siclis auri, & scutum quodlibet tegebatur trecentis siclis: vt patet supra 9. Respondendum, ꝙ Sesac abstulit etiam lanceas, & tamen nō fit hic mentio de lanceis, sicut de scutis. Nam certum est, ꝙ Salomon habebat multa iocalia preciosissima, quæ omnia filio eius Roboam manserunt, & illa tulit Sesac cùm dicatur, ꝙ tulit omnia, quę erant in thesauris regis, & tamen non fit mentio de illis nominatim, ita nec de lanceis fit mentio. Ratio huius est, quia ablatis scutis aureis loco eorum fecit Roboam alios æneos, & vtebatur eis ad illum finem, ad quem vtebatur aureis, & vt tangatur de ista subrogatione scutorum æneorum, tangitur hic, & 3. Regum 14. de scutis aureis, ꝙ tulerit ea Sesac, & non tangitur de lanceis. Aliquis fortè ducet, ꝙ non fit mentio de lanceis aureis: quia illas non abstulit Sesac, & cùm arguitur, ꝙ abstulit omnes thesauros regis. Dicendum, ꝙ abstulit omnes thesauros patentes, quosdam tamen occultauit Salomon, quos non potuit ferre Sesac. Nam Salomon ante mortem suam apud sepulchrum suum fecit octo loculos, quos auro, & lapidibus preciosis repleuit, & magicè actum est: ita vt non liceat cuilibet illos, vel inuenire, vel si inuenerit posse inde quidquam eripere, & in ijs maximam thesaurorum suorum partem Salomon recondidit. Fuit autem vnus loculorū istorum apertus tempore Ioannis Hyrcani filij Symonis Machabæi, qui se in angustia videns aperuit loculum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



lum, & inde immensam auri, & argenti massam protulit: alium autem aperuit Herodes Ascalonita, de quo ditatus est, & tamen cùm alios aperire vellet, non valuit facto in se quodam terrore propter ea, quæ intus visa sunt: de quo Iosephus 13. & 16. Antiq. In istis autem loculis fortassis recondidit Salomon lanceas aureas, & sic non potuit illas secum ferre Sesac. Dicendum tamen, q̃ hoc non stat, quia in loculis illis recondita sunt illa, quæ solùm pertinebant ad thesaurũ, & non ad aliquem vsum, & tamen lanceę aureę erant ad vsum aliquem, s. ad ostentationem gloriæ regni, sicut & scuta aurea: sed scuta aurea non fuerunt recondita in loculis, quia illa tulit Sesac post mortem Salomonis: ergo etiam non absconderentur ibi lanceæ aureæ. Sed dicendum sicut supra, s. q̃ non fit mentio de lanceis, sicut de scutis: quia non subrogatum est aliquid loco lancearum, sicut subrogatum est loco scutorum.

*Quare non subrogatæ sunt lanceæ æneæ, sicut scuta.*

*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm lanceæ factæ essent ad ostentationem gloriæ regni, quare non subrogatæ sunt lanceę æneę loco aurearum, sicut subrogata sunt scuta ęnea loco aureorum. Pro quo sciendum, quòd Roboam pauper effectus ablatis omnibus thesauris suis, non potuit alia scuta aurea, nec argentea facere, sed fecit de ære. Et hoc fuit, quia materia ænea poterat faciliter haberi ad faciendum ista scuta, & etiam multo plura, quia magna copia illius erat. Secundò, quia assimilabatur ista materia in colore ipsi auro, eo q̃ fortassis erat istud æs Corinthum, quod est preciosissimum æs: quia compositum est ex auro argento, & ære. Sic enim accidit fieri in vrbe Corinthi conflagrantibus quibusdam templis, cùm statuæ aureę, argenteę, & æneæ cremarentur, omnia metalla in vnum locum templi confluxerunt ibique mixtio quędam facta est, & vocatur species illa metalli æs: quia maxima pars de ære est, & vocatur æs Corinthũ, quia talis commixtio in Corintho casu inuenta est: vt ait Paulus Orosius libro de Ormesta mundi. Et scuta facta de isto ære Corintho fulgerent aliqualiter sicut aurea, & imitaretur Roboam gloriam paternam, licèt non exęquaret. Dicendum autem, q̃ voluit Roboam subrogare scuta ænea loco scutorum aureorum. Nam videretur magna diminutio status sui, si hoc non faceret. Quia Salomon solitus erat, quòd quandocunque egrederetur de palatio suo, & iret in aliquem locum, & maximè in templum, portarentur coram eo ista trecenta scuta. Roboam tenuit etiam hanc consuetudinem: vt patet 3. Regum 14. & supra in litera. Quòd autem Roboam vsque ad quintum annum regni sui tenuisset hanc consuetudinem, & postea ablatis scutis aureis nihil tale corã se ferret, videretur carere omni gloria sua. Ideo voluit vtcumq; imitari priorem gloriam, & fecit scuta ænea de ære Corintho: lanceas autem non instaurauit: quia non videbantur pertinere ad istam ministrationem. Nam licèt lanceæ essent ad ostentationem diuitiarum, & glorię Salomonis: tamẽ non portabãtur simul cum scutis, quia tunc tot essent lanceæ quot scuta. Sed falsum est, quia lanceæ erant ducentæ, & scuta erant trecenta supra 9. c. Ideo dicendum, q̃ lanceæ erant ad alium vsum minus necessarium, & sic non curauit Roboam subrogare lanceas æneas loco lancearum aurearũ, sicut subrogauit scuta ænea pro scutis aureis.

# Cap.XII.

Quadraginta autem, & vnius anni erat cum regnare cæpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalem, vrbe quam elegit dominus, vt confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammanites. Fecitque malum, & non præparauit cor suum, vt quæreret dominum. Opera verò Roboam prima, & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ Prophetæ, & Addo videntis: & diligenter exposita. Pugnauerunt que aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius eius pro eo.

*Quadraginta.* Hic ponitur gestorum Roboam conclusio, & dicitur. *Quadraginta autem, & vnius anni erat cum regnare cæpisset.* Scilicet, Roboam erat iam prouectæ ætatis cùm cæpit regnare, quia erat annorum quadraginta vnius. Sed de hoc quomodo stet, infra declarabitur in quæstione. *Et decem & septem annis regnauit in Ierusalem.* Dicitur regnasse in Ierusalem, quia ibi erat metropolis, & sedes regni: ipse tamen regnabat in toto Iuda, & Beniamin. Ex hoc patet, q̃ Roboã vixit solum quinquaginta & octo annis, scilicet quadraginta vno ante regnum, & decem & septem in regno. *Vrbe quam elegit dominus, vt confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israel.* Ideſt vrbe, quam elegit dominus de cunctis tribubus Israel, ad confirmandum ibi nomen suum. Sic enim dixit Deus supra 6. quòd à die, qua eduxit populum suum de Aegypto non elegit aliquam ciuitatem de cunctis tribubus Israel, sed elegit Ierusalem, vt sit nomen eius in ea, & dicitur vt confirmaret nomen suum ibi, i. vt ædificaretur sibi templum ibi, in quo inuocaretur nomen suum. Et dr̃, vt confirmaret nomen suum, i. firmiter poneret. Nam in quibusdam alijs vrbibus posuerat nomen suum, s. in Silo prius, vbi fixum est tabernaculum à filijs Israel: Iosue 18. & postea in Nobe 1. Regum 21. & 22. & postea in Gabaon. 3. Regum 3. & supra 1. Nam in ijs vrbibus fuit tabernaculum domini, & inuocatum est nomen eius, & tamen in nulla earum firmiter inuocatũ est nomen domini nisi in Ierusalem: quia in alijs vrbibus ponebatur tabernaculum cum intentione, vt maneret ad tempus ibi: ideo non ędificatum fuit templum in aliqua illarum. In Ierusalem autem mansum erat templum domini in æternum, & ob hoc inuocatum est nomen eius ibi firmiter, & templum ibi ædificatum est. *Nomenque matris eius Naama Ammanitis.* Ideſt, mater sua erat de terra Ammonitarum, & fortè erat filia regis Ammon: quia cùm ipse esset rex potẽs tempore suo accipiebat in vxores multas filias regum vicinorum. Nam fuerunt ei septingentę vxores quasi Reginæ. 3. Reg. 11. & licèt filia Pharaonis esset vxor dilectissima Salomoni, non habuit filium ex ea: sed ex Naama Ammonitide. An verò peccauerit Salomon accipiendo tales vxores de Gentilitate, declaratum est 3. Regum 11. in quadam quæstione. *Fecitque malum.* Scilicet, colendo idola: nam malum, quod faciebant reges Iuda, & Israel idolatria erat, licèt enim alia mala facerent non reputabatur aliud malum: nisi idolatria, quia in comparatione huius, cætera mala erant tolerabilia. Sed de hoc infra dicetur in quæstione. *Et non præparauit cor suum, vt quæreret dominum.* Scilicet, non se disposuit ad colendum dominum, sed magis inclinatus est ad idola, qui autem debet Deum colere, omnino debet idola fugere, sicut dixit Samuel Israelitis. 1. Reg. 7. s. si in toto corde vestro reuertimini ad dominum: auferte de medio vestri Deos alienos Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthijm. *Opera verò Roboam prima, & nouissima.* Expleta historia Roboam remittitur hic ad alios libros, in quibus habetur plenius ista historia Roboam, & dicitur opera prima, & nouissima, scilicet omnia gesta Roboam plenè habẽtur in libris, de quibus dicitur hic: quia ibi continẽt prima, & nouissima gesta, & per hoc subintelligitur, q̃ habentia intermedia. *Scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis.* Iste Semeias propheta fuit contemporaneus Roboam, & tempore eius fuit famosior propheta inter omnes prophetas regni sui. Ipse enim fuit, qui denunciauit Roboam, & viris Iuda, ne pugnarent contra decem tribus Israel, reducere volentes eas in vnitatem regni, sicut prius præcedenti cap. Ipse etiam venit ad Roboam, & principes Iuda congregatos in Ierusalem. quando Sesac inuaserat terram Iuda, & dixit eis, q̃ traderentur in manu Sesac: vt patet supra in litera. Iste etiam superuixit ipsi Roboam, & descripsit gesta temporis eius. Addo propheta fuit etiam contemporaneus Roboam, & descripsit gesta temporis eius. Sed non fuit tam famosus, sicut Semeias tempore Roboam. Ipse etiam fuit contemporaneus Salomoni, & scripsit illius historiam supra 9. Ipse quoque vidit multa contra Ieroboam regem Israel, quia Deus ei prænunciauit mala, & scripsit librum de visione illa, & in illo libro interseruit gesta Salomonis: vt patet supra 9. c. s. In visione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabath. Iste etiam Addo fuit posterior Semeia. Nam post mortem Semeiæ erat adhuc superstes Addo. Vnde licèt mortuus esset Semeias scripsit historiam Abię ipse Addo: vt patet sequenti c. & non scripsit eam Semeias, nec aliquis alius prophetа. De isto Addo putauerunt aliqui, q̃ esset ille propheta, qui venit de Iuda ad prænunciandum mala Ieroboam regi Israel, & tamen falsum est, vt probatum est supra in quadam quæstione. *Et diligenter exposita.* Scilicet in libris istorum duorum prophetarum diligenter fuerunt scripta gesta Roboam non omittendo aliquod. Hic autem non fuerunt scripta cum tanta diligentia, quia sacra scriptura non describit cum tanta diligentia gesta regum, sicut scripserunt isti prophetæ historiographi: quare autem scriptura sacra remittat ad libros istorum prophetarum, & quare non scripta fuerunt hic plenè illa gesta, ita vt non oporteret fieri remissionem aliquam, declaratum est supra 9. in fine quibusdam quæstionibus. *Pugnauerunt que aduersum se Roboam, & Ieroboam cunctis diebus.* Erant isti hostes, quia Roboam videbatur perdidisse id, quod acquisierat Ieroboam, & ob hoc insurrexerunt inter eos perpetua bella, & tñ an in ijs peccauerint infra dicetur. *Et dormiuit Roboam cum patribus suis.* Scilicet, sopore mortis, qui est sopor ęternus, quo cùm quis semel dormit, nunquam euigilat vsque ad diem iudicij. Et vocatur mors sopor per similitudinem, quia dormientes sicut & mortui nullam humanam operationem habent. Quia opera, quæ sunt in dormientibus sunt naturalia pertinentia ad vegetationem: sic testatur Aristoteles, dicẽs secundo de somno, & vigilia, q̃ sopor est quies virtutum animalium cum intensione naturalium. *Sepultusque est in ciuitate Dauid.* Vocatur castrũ



montis Sion ciuitas Dauid: eo q̃ ipse cępit castrum illud de potestate Iebusęorum, quando factus est rex super totum Israel, & ad memoriam victorię, & gloriam nominis sui vocauit castrum illud ciuitatem Dauid. 2. Regum 5. & prędcedenti lib. 11. c. In castro illo erant sepulchra regum: ideo dicuntur omnes reges Iuda sepulti in ciuitate Dauid. *Et regnauit Abia filius eius pro eo.* Iste Abia non erat primogenitus Roboam, sed fuit valde dilectus ab eo, quia erat filius Maacha, quam dilexit Roboam super omnes vxores suas, & concubinas, & propter amorem matris illectus fuit ad constituendum eum in regem. Etiam fuit Abia prudentior super omnes fratres suos, & robustior corpore, & ex hoc aptior ad gubernandum regnum quàm quilibet de fratribus. Ideo constituit eum Roboam in ducem super fratres suos cum adhuc viueret, & nominauit eum in regem sibi succęssorem, vt patet præc.

*An verum sit, q̃ Roboam esset tot annorum, cum cępit regnare.*

*Quæst. XX.*

QVAERITVR circa id, quod dictum est hic, s. q̃ erat Roboam quadraginta vnius annorum, cùm regnare cępisset, quomodo potuit esse hoc. Nam videtur, q̃ non poterat Salomon habere filium tantæ ætatis, quando mortuus est: quod patet, quia quando Salomon mortuus est regnauit annis quadraginta, vt patet supra 9. & 3. Reg. 11. & filius suus erat annorum quadragintaunius, quando cępit regnare, vt patet hic: & 3. Reg. 14. ergo oportebat, q̃ Roboam gigneretur anno vno, antequam Salomon inciperet regnare, & tñ Salomon cepit vxorem postquam factus est Rex aliquanto tempore: vt patet 3. Reg. 3. s. confirmatum est regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est regi Pharaoni Aegypti. Non potuit ergo habere filium tantæ ætatis, quem gigneret antequam inciperet regnare, & tamen 3. Reg. 3. dicitur de filia regis Aegypti, quam tunc cępit in vxorem postquam regnare cępit Roboam, tamen non erat filiæ Pharaonis filius: sed Naama Ammanitidis: vt patet hic in litera, & 3. Reg. 24. & sic potuit accipere eam in vxorem postquam cępit regnare, & confirmatum est regnum eius. Sed obijcietur, q̃ Salomon acceperit prius in vxorem filiam Pharaonis quàm aliquam aliam, quia non fit mentio de aliqua alia, quam acceperit Salomon in vxorem ante istam. Ideo licèt Roboan fuerit filius alterius quàm filiæ Pharaonis, illa fuit accepta in vxorem post filiam Pharaonis, & sic non posset moriente Salomone tantæ ætatis esse Roboam filius eius. Respondeti potest dupliciter, vno modo q̃ Salomon acceperit filiam Pharaonis in vxorem in principio regni sui: cępit tamen regnare Salomon viuẽte Dauid: quia vnctus est eo viuente, & illud tempus, quo regnauit Salomon viuente Dauid, non computatur in regno Salomonis, sed in regno Dauid. Mortuo autem Dauid cum cęperit regnare Salomon per se, tunc acceperit in vxorem filiam Pharaonis in primo anno regni sui, & simul quasi acceperit in vxorem Naama Ammanitidem matrem Roboam, & illa peperit ante finẽ eiusdem anni Roboam, & tunc Salomon regnauit quasi quadragintauno annis. Et tamen scriptura computat quadraginta solùm, eo quòd isti erant completi, & sequens erat incohatus, nec completus. In annis autem ætatis Roboam, quòd computauerit scriptura annos tam completos quàm incompletos, & sic cõputentur anni quadraginta vnius. Potissimè, quia in coronatione Roboam potest dici, quòd fuerit aliquãta difficultas, vt patet præcedenti cap. & 3. Reg. 12. & poterat dici secundùm quòd à multis creditur, quòd inter-

Universidad de Deusto
Biblioteca



intercidit aliquanta dilatio à morte Salomonis vsque F
ad coronationem Roboam, s. trium, vel quatuor mẽsium: & sic compleret annos quadraginta vnum Roboam vsque ad tempus coronationis suæ: licèt non compleret illos vsque ad morrem Salomonis. Ista autem circulatio, vt saluetur positio communis, s. q̃ filia Pharaonis fuerit prima vxor Salomonis, & q̃ Salomõ non accepit aliquam vxorem antequam regnaret. Sed ista præsuppositio non est necessaria, quia non patet ex sacra scriptura. Secundò potest dici, q̃ Salomon cepit filiam Pharaonis in vxorem postquam cepit regnare, & quòd non fuerit filia Pharaonis prima vxor Salomonis, sed quòd acceperit aliam vxorem, vel alias antequam regnare inciperet, viuẽte Dauid, & vna ista rum fuit Naama Ammanitis mater Roboam, & q̃ G
Roboam natus fuerit ante mortem Dauid, antequam Salomon regnare inciperet per vnum annum, & sic posset Roboam esse annorum quadraginta vnius in morte Salomonis, & ista est veritas. Nam ẽt filia Pharaonis non fuit accepta in vxorem à Salomone mox vt factus est rex post mortem Dauid, sed confirmato iam regno suo: vt patet 3. Regum 3. & tamen ante cõfirmationem regni Israel in manu Salomonis fluxerunt anni tres, vel quasi: vt declaratum est eodem cap. in quadam quæstione: & sic fortè per quinque annos susceptа est Naama mater Roboam in vxorem à Salomone ante filiam Pharaonis. Sed obijcietur, quomodo fit mentio de filia Pharaonis, quòd illam acceperit in vxorem. 3. Regum 3. ante omnes alias. Nam H
de nulla alia facta fuerat mentio. Sic etiam. 3. Regum 11. vbi agitur de multis vxoribus Salomonis, & concubinis, prius ponitur filia Pharaonis quàm aliqua alia. Item Can. 6. vbi fit mentio de vxoribus Salomonis, & concubinis, & adolescentulis ponitur vnica, quę vocatur electa, & columba quasi illa sit vnica vxor, vel prima omnium, & ista est filia Pharaonis, vt tenetur ab omnibus expositoribus. Respondendum, quòd filia Pharaonis non fuit prima vxor Salomonis tempore, sed prior fuit dignitate: quia Salomon tenuit eam semper in maiori statu quàm omnes alias vxores, & concubinas, & ob hoc fit mentio de ea tanquam de prima in dignitate. Et hoc patet, quia cùm Salomon haberet multas vxores, vt patet tertio Regum vndecimo, & Can. 6. nulli earum fecit domum per se, nisi filiæ Pharaonis, quam voluit habere vnam domum I
gloriosam, quæ vocaretur domus filiæ Pharaonis, vt patet tertio Regum septimo, & nono, & supra octauo capitulo. Sed tunc magis dubitabitur, & dicetur quòd hoc factum est: quia non videtur alia causa, nisi quia ipsa fuerit accepta in vxorem ante alias, & ex hoc quasi ipsa sola fuerit vxor. Dicendum tamen, quòd non erat propter hoc, sed fortè quia ista erat cæteris pulchrior, & Salomon, qui erat valde vxorius affectus fuit ad eam potius quàm ad cæteras, & honorabat eam nimis ex hoc. Vel dicendum, quòd erat istud: quia ista filia Pharaonis erat maioris status, quàm omnes aliæ vxores, quas acceperat Salomon, quia K
aliæ non erat filiæ regum, sicut ista: vel si aliquæ earum filiæ regum erant, patres earum erant reguli in comparatione ad patrem istius, qui erat rex Aegypti: & habebat regna latissima. Vel fortè, quia ista dotata fuit abundantius, quàm omnes aliæ vxores Salomonis. Nam Pharao rex Aegypti ascendens de terra sua pugnauit contra vrbem Gazer, excussitque eam, & cæpit: tradiditque in dotem filiæ suæ; tertio Regum nono.

## Quare Roboam non præparauit cor suum ad dominum.

### Quæst. XXI.

QVAERITVR vlterius circa Roboam, cùm dicatur hic, quòd non præparauit cor suum, vt sequeretur dominum, de quo tẽpore intelligitur istud, & cur factum est. Respondebit aliquis, quòd intelligitur de tempore paruo antequam veniret Sesac contra terram Israel. Nam Roboam, & viri Iuda secuti sunt dominum tribus annis in principio regni præcedenti cap. Et in anno quarto tradiderunt se idolatriæ derelinquentes legem, & tunc in anno quinto iratus dominus misit Sesac regem Aegypti contra Iudæos, & tunc ipsi humiliati sunt, & dominus placatus est: auersaque est ira eius. supra in litera: & sic tunc effecti sunt boni. Postea autem non legitur, quòd mali fuerint. Ideo credendum videtur esse hoc de illo tempore pauco, s. de quarto anno regni Roboam. Dicendum, quòd non intelligitur de illo tempore pauco, sed potius de tempore sequenti: postquam recessit Sesac de terra Iuda. Nam si solùm fuisset Roboam malus, quando ascendit Sesac vno anno, & postea semper fuisset bonus, non diceret scriptura, quòd non præparauit cor suum, vt sequeretur dominum: quia sic mortuus fuisset in cultu Dei. Attendenda est laus. vel vituperium hominis à fine eius. Nam siquis dies suos laudabiliter in cultu Dei finierit, licèt non vixerit semper sic à pueritia sua, laudatur tanquam iustus, & vocatur bonus absolutè, vel sanctus: & siquis omnes dies suos in bono egerit, ad extremum autem in malo finiat, vocatur impius, & damnatus: & tamen dicitur hic de Roboam, quòd non direxit, vel præparauit cor suum, vt sequeretur dominum: ergo in malo finiuit: quia aliàs non vituperaretur hic post mortem vituperatione absoluta. Pro quo sciendum, quòd de viro bono potest post mortem aliquod malum, quod fecit enarrari, & tamen non dicetur de eo absolutè, quod malum fecit: sed quòd tali tempore, & tali malum fecit, & quòd conuersus est ad dominum: ita q̃ non finiatur narratio in malo: & tamen quando de aliquo dicitur absolutè, quòd malum fecit nihil aliud addendo, signum est, quòd in malo finiuit. Ideo absolutè malus dicitur. Et non obstat, quòd Roboam & Israelitę humiliati fuerint, quando venit Sesac: quia ista erat conditio Hebræorum, s. q̃ quando affligerentur conuertentur ad dominum: cùm autem cessatur conuertentur ad dominum: cùm autem cessaret afflictio, cessabat conuersio, & iterum redibant ad idola, quæ reliquerant. Multa autem mala facta sunt in Iuda tempore Roboam, s. ædificauerunt sibi aras, statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter arborem frondosam: effeminatos etiam, idest Sodomitas passiuè habuerunt in lupanaribus tanquã meretrices: vt patet 3. Regum 14. Ista mala fuerunt incohata quarto anno regni Roboam, & cessauerunt ad modicum veniente Sesac in terram Iuda: postea redierunt ad illa, & fortius quàm prius in terra inualuerunt: quia iam quasi impunè transibant. Et ista fuit causa quare tempore Abię filij Roboam, fuerunt etiã ista vitia, s. quia venerant in magnam consuetudinem, in terram tempore patris sui Roboam. Cùm autem quæritur vnde prouenit hoc ipsi Roboam, s. quòd sequeretur sic idola. Dicendum, quòd fortassis venit ei, ex conditione matris. Nam mater sua fuit Ammonitis, & Ammonitæ erant idolatræ. Ita ergo poterat Roboam à matre sua induci ad colendum Deos alienos, & ad tenendum consuetudinem Ammonitarũ. Et patet hoc ex simili. Nam magis potest filius trahi à matre ad aliquid per modum obedientiæ, quàm vir ab



ab vxore, & tamen Salomon, qui erat vir sapientissi- A
mus illectus est ab vxoribus suis, vt faceret tẽpla idolis, & coleret ea: vt patet 3. Reg. 11. & 4. Reg. 22. c. à fortio ri ergo Roboam filius Naama poterat trahi à matre sua idolatra, vt coleret Deos gentium, & teneret ritus Ammonitarũ. Item pater hoc, quia sic fuit de Ochozia rege Iuda filio Ioram, qui habuit matrem idolatram, scilicet Athaliam, & ipsa impulit eum ad colendum idola, vt patet infra vigesimo secundo capitulo, scilicet. Sed ipse ingressus est per viam domus Achab, mater enim eius impulit eum, vt impie ageret. Fecit igitur coram domino, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt consiliarij eius post mortem patris sui in interitum eius: ita ergo mater huius Roboam impelleret eum ad agendum impiè. Quia cùm quis est in aliquo B
errore, cupit vt omnes imitentur eum, vt sic per aliorum imitationem error suus honestetur: & quia si Roboam, & omnes de regno eius contemptis idolis sequerentur dominum, putaret Naama mater Roboam contemni, cùm ipsa coleret idola, quæ alij, & potissimè filius eius abhominabantur: vt ergo non videretur contemni ipsa, nec Deus suus, nec regio sua, conaretur peruertere filium suum Roboam, vt sequeretur mores Ammonitarum.

## An pugnarunt Roboam, & Ieroboam tota vita sua.

### Quæst. XXII.

QVAERITVR vlterius, quomodo sit verum, quòd pugnauerunt Roboam & Ieroboam omnibus diebus vitæ suæ. Nam videtur, quòd non possit stare: quia cùm diuisum fuisset regnum nouies, parauit Roboam de Iuda, & Beniamin centum, & octoaginta milia virorum ad pugnandum contra Ieroboam, vt reducerẽtur decem tribus Israel, ad vnitatem regni, sicut fuerãt prius, & Deus misit Semeiã prophetam, & vetuit hoc, nec fuit aliquod bellum. præcedenti capitu. Ecce ergo, quòd non fuit bellum omnibus diebus Roboam & Ieroboam, cùm non fuerit tunc bellum. Dicendum, quòd cessauit bellum. illud pro tunc, & tamen postea fuerunt bella multa inter Roboam & Ieroboam, propter quæ diceretur D
durare bellum omnibus diebus eorum. Nam in scriptura non accipiuntur termini distributiui strictè, ita quòd semper distribuant terminum communem cui adiunguntur ad stadum pro omnibus suis suppositis: sed ponitur omnis pro multis: & sic dicitur durasse pugna omnibus diebus vitæ Roboam, idest magno tempore vitæ eius. Vnde si circa finem vitæ Roboam inciperent bella inter Roboam & Ieroboam, & durarent vsque ad mortem Ieroboam, dicerentur durasse omnibus diebus Roboam. Sed tunc obijcietur, quòd non sit istud verisimile: quia Deus iusserat Roboam, quòd non pugnaret contra Ieroboam: quomodo ergo pugnaret? Potissimè, quia quando Roboam conceperat maximam iram de decem tribubus E
propter nouam diuisionem regni, & habebat magnũ apparatum ad pugnandum, ipse Roboam cessauit propter mandatum domini. præcedenti cap. à fortiori ergo postea, quando non haberet tantam causam pugnandi non pugnaret. Dicendum, quòd pugna longa fuit inter Roboam, & Ieroboam, quę dicitur durasse omnibus diebus eorum: vt patet hic, & 3. Reg. 14. & cùm dicitur, quòd non erat verisimile. Dicendum est, quòd verisimile est, imò verum cùm sacra scriptura hoc testetur. Et cùm dicitur, quòd Deus vetuerat pugnam: dicendum quòd hoc non obstante poterant esse multæ occasiones pugnandi, & fortassis sine peccato pugnaretur, vt patebit sequenti quæstione.

## An peccauerint pugnando.

### Quæst. XXIII.

QVAERITVR vlterius, an peccauerit Roboam pugnando contra Ieroboam. Aliquis dicet, quòd sic, quia Deus vetuit Roboam pugnare contra Ieroboam præcedenti capit. & tertio Regum decimo secundo, & hoc non obstante pugnauit, & non solùm pugnauit, sed etiam longissimo tempore pugnauit, scilicet omnibus diebus vitæ suæ: vt dicitur hic. Et istud augmentat peccatum: quia tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatã: vt patet de consuet. capit. vltimo, & causa est: quia quando peccatum deducitur in consuetudinem, sæpè iteratur idem actus, & tamen quilibet actus peccati per se est culpabilis: ideo augebitur grauitas, sicut addendo quantitatem super aliam quantitatem eiusdem generis. Secundò, quia quando peccatum aliquod fit solùm semel, videtur factum ex passione, quando autem ducitur in consuetudinem fit ex deliberatione, & habitu, & tamen peccata facta ex deliberatione valde grauiora sunt peccatis factis ex passione, ideo consuetudo aggrauat. Tertiò, quia quanto aliquis maiori tempore manet in peccato, tanto est maior inobedientia, quia toto tempore, quo est in pec cato est inobediens, & inobedientia est peccatum gra uissimum, quia non obedire est, sicut idolatrare, vt patet primo Regum decimoquinto: & tamen crescit C
valde inobedientia, & contumacia stante consuetudine in peccato, quòd non fit si peccatum non veniat in consuetudinem: ergo consuetudo valde grauat peccatum. Ita in præsenti pugnare contra Ieroboam peccatum erat, quia contra præceptum Dei erat: ergo continuare diu in pugna ista grauissimum peccatum esset. Responderi potest vno modo, quòd verum est, quòd peccauerit Roboam pugnando: nam non cogimur excusare eum, cùm fuerit vir malus, qui non præparauit cor suum, vt sequeretur dominũ, sicut dicitur hic: ideo etiam si dicamus eum peccasse non est inconueniens. Secundo modo potest dici, quòd non peccauerit Roboam, quia solùm Deus vetuit pugnare Roboam contra Ieroboam, & tamen non vetuit, quòd se defenderet Roboam, si pugnaret contra eum Ieroboam. Nunc autem dici potest, quòd ista bella mota fuerint per Ieroboam contra Roboam, quia fortè desiderabat capere adhuc duas tribus Israel, quæ residuæ erant, vt esset rex super totum Israel, ideo Roboam iustissimè defenderet se contra Ieroboã, & pugnaret contra eum omni tempore suo. Tertiò modo potest dici, quòd Roboam mouit bellum istud contra Ieroboam, & tamen non peccauit: eo quòd non pugnabat ad recuperandum decem tribus, quas perdiderat: sed ad aliquod aliud propter quod fouebat iustam causam: Deus autem nõ vetuit Roboam absolutè pugnare contra Ieroboam: sed solùm vetuit pugnare contra eum ad reducendum Israel in vnitatem pristinam. Et patet, quia dicitur præcedenti capitulo, & tertio Regum decimo tertio, quòd voluntate Dei facta fuerat ista diuisio: ideo quòd non esset pugnandum ad reducendam vnitatẽ. Sed poterat pugnare nunc Roboam pro illa causa contra Ieroboam, & non pro vnitate regni, & sic non peccaret. Quartò posset dici, quòd fortè pugnauit ad reducendum vnionem regni, & non obstante illo mandato Dei poterat fortassis pugnare licitè: quia illud mandatum Dei non se extendebat ad aliud tempus nisi pro tunc, scilicet, quia tunc erat dispositus Roboam ad bellandum, & vetitus est bellare. Postea tamen non vetatur pugnare contra Ieroboam fa-

ex illo mandato Dei. Sed ista reuersio non est tam solida, sicut præcedentes. Quintò potest dici, quòd ista non fuerunt bella campalia inter Roboam, & Ieroboam: sed fuerunt quidam insultus, vel latrocinia, quæ consueuerunt fieri in extremibus regnorum, eò quòd hostes propter propinquitatem vicissim se mordent, & tunc non peccaret Roboam, quia fortè non prouocabant viri Roboam, sed viri de regno Ieroboam. Et dato, quòd prouocarent viri Roboam, non erat istud interdictum per mandatum illud Dei, quia ibi solùm vetabatur pugna ad reducendum decem tribus in vnitatem regni. Nunc autem ex multis alijs causis poterant bella oriri, quæ haberent ortum ex communicatione: potissimè, quia erant vtriq; hostes: sed an peccarent non multum differt.

## CAPITVLVM XIII.

ANNO octauodecimo regis Ieroboam regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalem. Nomen quę matris eius Michaia filiâ Vriel de Gabaa, & erat bellum inter Abia & Ieroboam.

*Anno octauodecimo.* In præcedentibus acto de regno Roboam, hic agitur de regno Abiæ, qui fuit successor eius, & filius. Et diuiditur in quatuor partes: quia primo ponitur Abię Genealogia. Secundò ipsius cum Ieroboam pugna habita, ibi. *Cumque iniisset Abia.* Tertiò Abiæ victoria: ibi. *Respicienſque Iudas.* Quartò occulta pęna, ibi. *Quem percussit dominus.* Et ista diuisio est secundùm intentionem quorundam, qui volunt attribuere percussionem illam Dei Abię regi, sed de hoc infra dicetur.

*An ista sint continuata, & immediata.*

*Quæst. I.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic habeant continuum ordinem ad præcedentia, & an fuerint immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, ꝙ iste est ordo continuus, quia præcedenti capitulo agebatur de rege Roboam: hic autem de rege Abia, & tamen Roboam regnauit ante Abiam, cùm fuerit pater eius. Ad secundum dicendum, quòd ista fuerunt mox post præcedentia. Nam dicitur præcedenti capitulo, de regno Roboam, hic autem dicitur de regno Abia, & tamen inter regnum Roboam, & Abiæ non fuit aliquod tempus medium: sed mox, vt mortuus est Roboam constitutus est Abia in regem. Non enim fuit difficultas aliqua in constitutione eius, quia pater eius Roboam viuens diffinierat Abiam debere regnare, & nominauerat eum in regem, & dum viueret ipse fecerat eum ducem fratrum suorum. Ideo cùm mortuus est Roboam mox omnes regnicolæ acceperunt Abiam in regem: potissimè, quia videbant eum vtilem gubernationi reipublicæ: eo quòd fortior, & prudentior erat omnibus fratribus suis: vt patet supra vtdecimo capitulo. Circa primum dicitur. *Anno decimooctauo regni Ieroboam regnauit Abia super Iudam.* Idest cepit regnare, & dicitur super Iudam, idest super regnum Iuda. Non accipitur Iuda pro tribu, quia non solùm regnabat super tribum Iuda, sed etiam super tribum Beniamin, & dicitur, quòd regnauit anno decimooctauo Ieroboam, quia Roboam, & Ieroboam ceperunt regnare simul: vnus super Iudam, & alius super Israel, scilicet cùm Roboam constituendus esset in regem super totum Israel, sicut pater suus Salomon fuerat, propter suam stultam responsionem non fuit constitutus, sed scandalizatus fuit populus, & diuisus, & tunc decem tribus constituerunt Ieroboam in regem, & duæ tribus reliquæ constituerunt Roboam. & sic eodem anno ceperunt regnare, & sic quando vnus compleret decimum septimum annum regni sui, etiam alius compleret annum decimumseptimum, & tamen Roboam regnauit annum septimum decimum pertingens: vt patet præcedenti capitulo: ergo erat tunc annus decimus septimus regni Ieroboam, & tamen Abias regnauit illico post mortem Roboam: ideo cepit regnare anno decimooctauo regni Ieroboam, scilicet in principio eius, vel quasi. *Tribus annis regnauit in Ierusalem.* Iste fuit rex fortissimus, & tamen pauco tempore regnauit, scilicet solùm tribus annis, cuius causam multi putant esse: quia à domino percussus est morte repentina propter aliqua peccata: de quo dicetur infra, & dicitur regnasse in Ierusalē: quia erat ibi sedes regni, & tamen non solùm regnabat super Ierusalem: sed etiam super totam tribum Iuda, & Beniamin. Et non ponitur de isto quot annorum erat, quando constitutus est in regem, sicut dicitur de patre suo Roboam præcedenti capitulo, quòd erat annorum quadraginta vnius, quando regnare cepit. *Nomenque matris eius Michaiæ.* Non solùm ponuntur nomina patrum in regibus Iuda, sed etiam nomina matrum propter dignitatem ipsorum regum: vt infra dicetur in quadam quæstione. *Filia Vriel de Gabaa.* Scilicet, pater istius erat de vrbe Gabaa: est ista Gabaa, de qua fuit oriundus Saul primus rex Israelitarum: primo Regum decimo, & est ciuitas ista in sorte Beniamin: Iosue decimo octauo. In hac ciuitate fuerunt viri pessimi, qui noluerunt recipere Leuitam hospitio, & postea per noctem voluerunt eum viri vrbis sodomiticè cognoscere, & coactus est eis vxorem suam dare, vt se redimeret ab improba petitione, quam viri Belial inaudita libidine tota nocte vexantes occiderunt. Iudic. decimo nono, & propter hoc post surrexit bellum inter vndecim tribus, & tribum Beniamin volentem defendere viros Gabaa: perieruntque omnes de tribu Beniamin nisi sexcenti viri: de quo Iudic. vigesimo, & vigesimo primo capitulis. Sed de isto Abia quomodo esset filius Michaiæ filiæ Vriel, cùm supra vndecimo dicatur, quòd Maacha mater Abiæ erat filia Absalom, dicetur infra in quadam quæstione. *Et erat bellum inter Abiam, & Ieroboam.* Scilicet, erat bellum continuum: nam toto tempore Roboam fuerat bellum inter Roboam, & Ieroboam: vt patet præcedenti capitulo. Constituto autem Abia in regem continuatum est bellum, quod pater suus incohauerat, & potentius incohatum est, quia Abia erat vir fortior animo quàm Roboam pater suus. Nam ipse comminans Israelitis, quòd non putarent, quòd bellum habebant cùm patre suo Roboam ait: porro Roboam erat rudis, & corde pauido: vt patet infra in litera.

Quare



*Quare non ponuntur hic gesta regum Israel.*

*Quæst. II.*

QVAERITVR Circa prædicta, cùm in libris regum enarrentur historiæ regum Iuda, & regum Israel mixtim, sicut fuerunt simul, & iste liber est suppletiuus eorum, quæ omissa fuerant in libris regum: vt patet per Hieronymum in Prologo Galeato, & in Epistola ad Paulinum capitulo septimo. Quare non ponuntur etiam hic gesta regum Israel ad enarrandum supplementa historiarum, sicut fit in historijs regum Iuda. Quidam respondēt, quòd non fuit necesse enarrari historias regum Israel hic: quia iste liber est suppletiuus eorum, quæ in libris regum plenè enarrata non sunt. Et quia ibi non fuerunt plenè enarratæ historiæ regum Iuda, debuerunt hic repeti, & suppleri: historiæ autem regum Israel fuerunt plenè enarratæ: ideo non oportuit, quòd hic enarrarentur. Dicēdum, quòd non stat, quia historiæ etiam regum Israel non fuerunt plenè enarratæ in libris regum, sicut historiæ regum Iuda. Quod patet, quia sicut in historijs regum Iuda, fit remissio in fine earum ad librum verborum dierum regum Israel: vt patet tertio Regum decimo quarto, & decimo quinto, & in multis locis, ita in fine historiarum regum Israel, fit remissio ad librum verborum dierum regum Israel: vt patet ibidem. Si tamen essent historiæ completæ, non fieret remissio dicendo: reliqua autem verborum talis, vel talis regis scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel. Aliter dicunt quidam, quòd verum est, quòd historiæ regum Israel etiam sunt incompletæ, sicut historiæ regum Iuda: & tamen non curauit hic Esdras ponere aliquid de historijs regum Israel, eo quòd ille populus erat iam abiectus in æternum non pertinebat ad populum Dei. Nam quando scriptus fuit iste liber per Esdram, iam ducti erant Israelitæ in Assirios nunquam inde reuersuri, vt constabat propheticis reuelationibus. Et ex hoc non pertinebat iam ille populus ad Deum: ideo non debebat in sacra scriptura aliquid de illo describi. De libro autem regum secus est, quia scriptus fuit ante translationem Israelitarum in Assirios, & pertinebant inc adhuc ad populum Dei: quia fuerant quondam pars populi Dei, & adhuc poterant conuerti ad eum, & esse rursus populus Dei, ideo ibi debuit describi regnum Israel, sed non in libro isto per Esdram. Dicendum etiam, quòd hoc non stat, quia sicut iste liber fuit scriptus per Esdram post translationem Israelitarum in Assirios. Ita etiam liber regum post prædictam translationem fuit scriptus: nam libri regum scripti fuerunt per Ieremiam, vt declaratum est in prologo Auctoris super tertium regum, & tamen Ieremias fuit multo tempore post translationem prædictam: quia ipse cæpit sub tempore Iosiæ prophetare, vt patet Ierem. primo, & prophetauit vsque ad captiuitatem Babylonis, & fuit tempore captiuitatis ipsius. Nam ipse captus est à Chaldæis, & quęsitum est ab eo, an vellet ire in Babylonem, & noluit, sed mansit in terra Iuda cum reliquijs Iuda: vt patet Ierem. quadragesimo. Non ergo debuisset etiam Ieremias in libris regum describere historias regum Israel, cùm iam translati essent in Assyrios, & constaret eos nunquam reditu-ros nec esse iam populum Dei. Dicendum ergo est, quòd fuit alia causa. Nam populus Iuda, & populus Israel fuerunt quondam vnus populus Dei, & vnum regnum sub iudicibus, & postea sub omnibus regibus vsque ad tempora Roboam, quando facta est diuisio regni. Postea tamen viri de regno Iuda permuerunt magis ad populum Dei, quàm viri Israel, quia licèt viri Iuda sæpè inciderent in idolatriam, & derelinquerent dominum, non tamen omnino derelinquebant: sed rursus redibant cùm haberent apud se sacerdotes domini, & templum, & fierent quotidie omnes cæremoniæ legis, viri autem Israel abiecerant dominum constituentes vitulos aureos in Deum, & expellentes sacerdotes domini de terra sua, sicut increpabat Abia rex loquens contra Ieroboam, & Israelitas, vt patet infra in litera, ideo principalius pertinebat regnum Iuda ad populum Dei, quàm regnum Israel. Et ob hoc debuit de vtroque historia describi. Nam sicut viri Iuda inquantum manebant cum domino prosperabantur in rebus suis: ta viri Israel inquantum à Deo recesserunt, in omnibus actibus suis infœlices erant, quousque translati sunt de terra sua in Assyrios nunquam redituri. Et tamen sicut pertinet ad iustitiam Dei, & gloriam suam benefacere cultoribus suis: ita pertinet ad iustitiam, & gloriam suam punire delinquentes. Sicut dicitur Deutero. vigesimo octauo, scilicet: Et sicut ante lætatus est dominus super vos benè vobis faciens vosque multiplicans: sic lætabitur dominus super vos disperdens vos atque subuertens, ita vt auferamini de terra. Et tamen populus Iuda mansérat cum Deo, vel manebat aliquando, & ob hoc Deus benefaciebat ei. Sicut ergo scriptura sacra debuit describere bona, quæ Deus faciebat regno Iuda propter hoc: ita debuit describere mala, quæ inflixit viris de regno Israel, quia eum dereliquerunt. Item viri regni Israel fuerunt quondam populus Dei, & data fuerat eis lex. Postea verò abiecerunt eam omnino à se: ideo rationabile valde erat, quòd scriptura sacra describeret exitum huius populi: vt videatur quidquid mali eis intulerit pro tanto delicto, ne videantur talia delicta manere impunita. Dicendum tamen, quòd principaliter agendum fuit de viris regni Iuda in scriptura, quàm de viris regni Israel: quia principalius pertinent ad populum Dei. Suffecit ergo semel scribi historias regum Israel, quod factum est in libris regum. Sed non curauit Esdras supplere, quod deerat eis repetendo eas hic: repetiuit autem historias regum Iuda: quia de istis mentio principalior fieri debebat, quia pertinebant ad populum Dei, & in ijs continuabatur populus Dei. Nam licèt in Babylonem captiui ducti fuerint, inde reducti sunt, & cæperunt esse populus Dei, sicut prius: ideo diligenter de eis agendum erat. Et sic solas historias regum Iuda suppleuit hic Esdras.

*Quare matres regum Iuda nominantur, Israel autem non.*

*Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, cùm ponuntur hic historiæ regum Iuda, & in libris regum, quare matres singulorum regum Iuda nominantur, & tamen matres regum Israel nunquam nominantur. Nam licèt in libris regum describantur historiæ regum Israel nunquam ponuntur nomina matrum: imò (quod maius est) interdum non ponuntur nomina patrum. Respondendum, quòd istud factum est propter differentiam dignitatis. Nam reges Iuda digniores fuerunt regibus Israel: tum quia isti manserunt in populo Dei: illi autem alienati sunt: tum quia de regibus Iuda venturus erat Messias: de regibus autem Israel nequaquam. Ideo omnia, quæ pertinebant ad dignitatem aliquam, magis obseruari debebant enarrando historias regum Iuda quàm regum Israel.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sed nominare patres,& matres regum, de quibus agitur, & extensius eorum retexere gesta, pertinet ad quandam dignitatem, ideo debuerunt ista potius obseruari in regibus Iuda, quàm in regibus Israel. Vnde enarrando historias regum Iuda, tam hic quàm in libris regum, obseruatum fuit in regibus Iuda hoc, quòd semper ponerentur nomina patris cuiuslibet regis, & matris suæ: licèt matres non essent de progenie regia. Etiam de illis ponebantur historiæ diffusiores quàm de regibus Israel, vt patet inquirendo continentiam tertij, & quarti regum. In regibus autem Israel nunquam describūtur nomina matrum: vt patet inquirendo totum tertium, & quartum libros regum: nisi interdum ex aliquo mysterio fiat mentio de matre, eo quòd mater fuit pessima, & induxit filios ad peius, quàm aliter ipsi facturi erant, & (quod magis est) interdum subticentur nomina patrum ipsorum regum Israel. Nam reges Israel omnes non fuerunt de eadem progenie descendentes, sicut reges Iuda, omnes fuerunt descendentes à Dauid. Sed primi duo reges fuerunt Ieroboam, & filius eius Nadab. tertio Regum decimo quarto, & decimo quinto: deinde fuerunt de alijs stirpibus: quia illi reges efficiebantur per violentiam, scilicet vnus rex insidiabatur alteri, & occidebat eum, regnabatque pro eo, sicut patet de multis. tertio Regum decimo quinto, & quarto Regum nono, & decimo quinto. Et quando vnus rex occidebat alium, & regnabat pro eo, rarò, vel nunquam ponitur nomen patris ipsius regis, qui sic per violentiam regnabat. Factum est autem hoc, quia reges Israel non reputantur in sacra scriptura magnæ dignitatis, nec enarratur de eis nisi ad malum. Reges autem Iuda reputantur digniores, & de illis enarrantur multa ad ipsorum laudes. Sicut de Dauid, Ezechia & Iosia, & in omnibus ijs ponuntur nomina tam patrum quàm matrum.

*Quare computatur tempus regum Iuda per tempus regũ Israel.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd anno decimo octauo Ieroboam regnauit Abia super Iudam: quare computatur hic tempus regum Iuda per tempora regum Israel: quia sic ponitur rex Israel tanquam mensura temporis regis, & tamen mensura est dignior, quàm res mensurata, & sic ponentur reges Israel tanquam digniores regibus Iuda, quod est contra determinata præcedenti quæstione. Respondendum, quòd in hoc non attribuitur aliqua excellentia regibus Iuda, vel regibus Israel. Sed iste est modus scripturæ, scilicet, quòd tempora regum Iuda computentur per tempora regum Israel, & tempora regum Israel computentur per tempora regum Iuda. Sic etiam tertio Regum decimo quinto, dicitur, quòd anno vigesimo Ieroboam regnauit Asa super Iuda: etiam Iosaphat rex Iuda regnauit super Iudam anno quarto Achab regis Israel: vt patet tertio Regum vigesimo secundo. Et sic de omnibus alijs. Nam quandocunque de aliquo rege Iuda dicendum est quòd regnauerit, ponitur rex Israel, qui erat tempore suo: vt patet ex toto processu tertij, & quarti regum. Hoc autem durauit vsque ad regem Achaz, & Ezechiã, qui cepit regnare anno tertio Oseæ regis Israel: vt patet quarto Regum decimo octauo, & postea anno sexto regni Ezechiæ, Oseæ rex vltimus Israelitarum cum populo suo translatus est in terram Medorum, & Persarum per Salmanasar regem Assyriorum. quarto Regum decimo septimo, & decimo octauo.

Reliqui autem reges Iuda, non potuerunt designari per reges Israel, quantum ad exordia regnorum suorum, eo quòd non erant iam aliqui reges Israel. Sic etiam erat de regibus Israel, quorum exordia regnorum computantur per tempora regum Iuda: vt patet de Nadab secundo rege Israel, de quo dicitur, quòd regnauit anno secundo regis Asa. tertio Regum quinto: de Baasa dicitur, quòd regnauit anno tertio Asa regis Iuda. eodem capitulo. Et sic de omnibus alijs regibus Israel dicitur, quomodo cęperint regnare sub tali, vel tali rege Iuda: vt patet ex processu tertij, & quarti regum vsque ad decimoseptimũ capit. vbi agitur de Oseæ filio Ela, qui fuit vltimus rex Israel. Ratio autem huius est vna, quia ista duo regna, scilicet Iuda, & Israel sunt correlatiua: quia fuerunt aliquando vnum regnum, & debet vnum cognosci per alterum, sicut in correlatiuis necesse est in vtrorumque diffinitionibus vtrisque vti: vt ait Aristo. Secundum fuit ad certificandum magis tempora regum. Nam reges Iuda, & Israel habebant inter se, vt communiter quandam hostilitatem, & vt sciretur quis rex, cum quo rege inimicitias habuerit, & bellum fouerit, vel pacem egerit, ponuntur tempora regum Iuda annotata per reges Israel, & tempora regum Israel annotata per reges Iuda, & sic sciretur perfectè de quolibet rege Iuda, vel Israel sub cuius regis tempore fuerit, & an habuerit duos, vel plures contemporaneos de regno contrario, sicut fuit de Asa rege Iuda, qui habuit septem reges Israel sibi contemporaneos, vt patet tertio Regum decimo quinto, & decimo sexto, scilicet. Ieroboam, Nabath, Baasa, Ela, Zamri, Amri, Achab. Fuit ergo conueniens, quòd computarentur tempora regum Iuda per reges Israel, & tempora regum Israel per reges Iuda.

*An mater Abiæ fuit Michaia.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd mater Abiæ fuit Michaia, quomodo potest stare: quia supra dicitur vndecimo, quòd mater Abiæ fuit Maacha. Respondebit aliquis, quòd iste Abias, & ille non sunt idem, ideo bene potuerunt habere diuersas matres. Dicendum, quòd non stat, quia ille fuit Abia filius Roboam, qui constitutus ex rex Iuda, vt ibi dicitur: iste autem fuit etiam Abia Roboam filius, qui regnauit in Iuda: ideo necesse est, quòd sit idem Abia, & consequenter mater sua, quæ ponitur hic, & ibi sit idem. Aliquis dicet aliter, scilicet, quòd verum est, quòd Abia iste & ille est idem, & tamen Michaia, quæ ponitur hic, & Maacha, quæ ponitur supra vndecimo, non est eadem, quod patet ex nomine patrum. Nam ista Michaia dicitur filia Vriel de Gabaa, & illa dicitur filia Absalom, quia tamen vnicam matrem, cus homo non potest habere nisi vnicam matrem, deberet dici vno de duobus modis. Vno modo, quòd vna istarum erat mater Abiæ vera, & alia adoptiua. Alio modo, quòd vna erat mater, & alia erat aua. Nam sicut auus vocatur interdum pater, ita & auia vocabatur mater. Dicendum tamen, quòd ista non stant: de primo modo patet, quia in scriptura semper debemus vti termino secundùm suam significationem primariam nisi cum necessitas cogat nos contraria sentire. Et tamen iste terminus mater est positus primariè ad signandum eam, quæ parit, & non eam, quæ adoptat. Ideo nunquam est accipiendus pro matre adoptiua nisi litera hoc exprimat, vel aliunde ad hoc cogamur, & tamen potest accipi pro



pro matre vera, vt declarabitur: ideo non debet accipi pro matre adoptiua. Secundò patet, quia præsupponitur falsum. Nam in veteri testamento nulla erat mater adoptiua, licèt nunc sint multæ. Ratio huius est, quia adoptio fiebat ad tribuendum ius succedendi, sicut si esset filius legitimus: & tamen in veteri testamento nemo poterat succedere matri, eo quòd matres nihil habebant, sed viri succedebant vniuersaliter: & licèt in aliquo casu mulier succederet non stantibus liberis, tamen tunc ipsa non poterat constituere hæredem adoptiuum: sed ille succedebat, cui secundùm legem competebat conseruare nomen aui materni, vt declaratum est Numeri vigesimo septimo capitulo. Secundum non stat, scilicet, quòd vna istarum esset mater, & alia esset auia: nam non est recedendum à significatione huius nominis mater, nisi propter necessitatem, & tamen iste terminus signat eam, quæ immediatè genuit: ideo non est accipiendum pro auia, nisi non posset alio modo accipi, & tamen potest hic accipi pro matre vera: ideo non accipietur pro auia. Dicendum ergo, quòd ista Michaia, de qua habetur hic, fuit mater Abiæ, & illa Maacha, de qua habetur hic, fuit mater Abiæ, & ambæ sunt eadem mulier: sed est mutatio quædam in literis, nec est magna mutatio, quòd dicatur Maacha, vel Michaia: sic enim consuetum est fieri mutationem in quibusdam alijs locis in Hebræo. Nam aliquis vir aliquando vocatur Phalti, & aliquando Phaltiel, vt patet primo Regum vigesimo quinto, & secundo Regum tertio. Etiam idem locus vocatur Ieramel, & Ieramelì: primo Regum vigesimo septimo, & trigesimo. Etiam eadem regio vocatur aliquando Gessur, & aliquando Gessuri: vt patet primo Regum vigesimo septimo, & secundo Regum tertio, & decimo quarto. Et sic de plurimis, in quibus contingit variatio ex parte finis. Interdum etiam fit mutatio in principio dictionis detruncando aliquam particulam: vt ille, qui vocatur Aram Ruth quarto, & Matth. primo, vocatur Ram detracta prima litera, præcedenti libro capitulo secundo. Etiam aliquando fit alteratio in literis in medio dictionis, sicut quòd Caleb vocetur Calubi, sicut patet præcedenti libro secundo capitulo. vbi vocatur aliquando Caleb, & aliquando Calubi. Vel potest esse, quòd interdum idem homo, vel mulier habeat diuersa nomina, & tamen in præsenti non dicemus, quòd Maacha, & Michaia sunt duo nomina: sed est idem nomen alteratum mutatis quibusdam literis: sicut diximus in Caleb, & Calub, & in Ilai, & Iesse. Nam pater Dauid vocatur aliquando Ilai, vt patet primo Regum decimo sexto, & decimo septimo. Et vocatur aliquando Iesse, vt patet Isaiæ 11. & Matth. primo, & ita dicendum est in isto nomine Maacha, & Michaia, quod idem nomen est. Cùm autem obijcitur, quòd Michaia, & Maacha sint filiæ duorum patrum declarabitur sequenti quæstione.

*An Maacha esset filia Absalom.*

*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur supra vndecimo, quòd Maacha mater Abiæ esset filia Absalom, an esset verum, quòd esset filia Absalom filij Dauid. Aliquis dicet, quòd sic. Primò, quia vocatur ibi filia Absalom absolutè, & sic videtur intelligendum de illo Absalom, qui erat famosior, vel excellentior, & ille erat Absalom filius Dauid. Secundò, quia isti reges accipiebant fœminas de sua progenie. Nam iste Roboam pater Abiæ accepit in vxorem Maalath filiã Ierimuth filij Dauid, & sic erant patrueles ambo, scilicet filij duorum fratrum. Ita nunc acciperet Maacham filiam Absalom, & essent patrueles ambo, quia Absalom, & Salomon erant fratres, & Roboam, & Maacha essent patrueles, & sic conueniens erat, quòd acciperet eam Roboam in vxorem. Tertio patet, quia conuenit nomen eus cum nomine matris Absalom. Nam mater Absalom vocabatur Maacha filia Tolmai regis Gessur, secundo Regum tertio, & præcedenti libro capitulo tertio. Et sic erat Maacha auia istius Maacha. Quartò videtur, quòd ista Maacha erat pulchra nimis, & ob hoc dilexit eam nimis Roboam, sicut omnes vxores suas, & concubinas. supra vndecimo. Hoc autem conueniebat sibi ex parte patris sui Absalom, qui erat pulcherrimus virorum. secundo Regum decimo quarto. Ideo conueniens est istam Maacha esse filiam Absalon filij Dauid. Respondendum, quòd non erat ista Maacha filia Absalom filij Dauid. Primò patet, quia iste non vocatur Absalom, sed Abisalon, vel Auisalon: nam sic habetur in Hebræo. supra vndecimo c. Litera autem nostra corrupta est, quia deficit ei vna litera, quod facilè accidit imperitia librariorum: potissimè, quia aliqui insipientes scriptores putantes literam corruptam esse, quę haberet Abisalon, cùm nunquam talem dictionem vidissent, correxerunt: imò corrumperunt Absalom: quia istud nomen erat vsitatum pro filio Dauid. Exignorantia ergo procedit putari hunc esse Absalom filium Dauid. Secundò patet, quia pater istius Maacha vocatur hic Vriel: ideo non potest dici, ꝙ sit Absalom filius Dauid. Tertiò, & efficatius patet, quia dicitur, quòd erat filia Vriel de Gabaa, & tamen si esset filia Absalom non poterat vocari de Gabaa. Nam Absalom non erat de Gabaa: sed potius erat de Ierusalem, cum Dauid rex habitaret in Ierusalem. Vel si consideretur locus natiuitatis vocaretur de Hebron: quia Absalom, & quinque alij primi filij Dauid nati sunt ei in Hebron: vt patet 2. Regum tertio, & præcedenti libro tertio capitu. Et tamen vocatur de Gabaa, ideo non erat iste Absalom. Quartò patet, quia iste pater Maacha erat de tribu Beniamin. Nam vocatur de Gabaa, & Gabaa in sorte Beniamin erat, vt patet Iosue decimo octauo. Absalom tamen erat de tribu Iuda, cùm esset filius Dauid. Ideo non erat Absalom pater istius Maacha matris Abiæ. Sed dicendum, quòd erat ista Maacha filia cuiusdam viri nomine Vriel de tribu Beniamin de vrbe Gabaa: eratque vir potens, & clarus in regno Iudæ: ideo Roboam accepit filiam eius in vxorem inter cæteras vxores. Ad primam rationem in contrarium, quòd licèt vocaretur filia Absalom absolutè non sequebatur, quòd esset filia Absalom filij Dauid, quia licèt cæteris paribus, quando ponitur aliquod nomen sic sine cõnotatione, debet intelligi de excellentiori, tamen interdum intelligitur non de excellentiori si scripturæ necessitas hæc exigat. Sic autem est in præsenti: vt patet de probationibus inductis, ideo non intelligetur de Absalom filio Dauid. Tertiò patet, & efficatius, quia ista ratio fundatur super falso, scilicet, quòd ille pater Maacha vocetur Abialom, & tamen falsum est, quia non vocatur Absalom, sed Abisalon, vt patet in litera Hebraica. Nostra autem litera corrupta est per defectum vnius literæ, vt supra declaratum est. Ad secundum dicendum, quod ista ratio non probat, quòd factum fuerit, sed quòd fieri potuerit, vel quod conueniens fieri fuerit, ꝙ Roboam acciperet in vxorem patruelem suam filiam Absalom, & tamen cùm constet, quòd non fuerit illa, sed alia, ratio ista non agit. Ad tertium dicendum, quòd

Rñsio ad obiectiones.

Ad secundum.

Ad tertiũ.

quòd de bellis ratio est, scilicet conuenientia nominis sui cum matre Absalom: nam ex hoc non probatur efficaciter aliquid, licèt sit rationabile, quòd vocentur posteri nominibus prædecessorum.

Ad quartã

Ad quartam dicendum, quòd istud non attestatur cognationem secundùm certitudinem: nam interdum ex pulchris parentibus deformes filij oriuntur. Interdum autem ex deformibus pulchri: licèt verum est, quòd Absalom filios habuit valde pulchros: vt patet secundo Regum decimo quarto. Non ergo militant istæ rationes ad probandum, quòd Maacha fuerit filia Absalom filij Dauid: imò præter supra positas, in contrarium est alia, scilicet, quòd nullo modo fuerit ista Maacha filia Absalom: quia secundo Regum decimo quarto: dicitur, quòd nati sunt Absaloni filij tres, & filia vna eleganti forma nomine Thamar. Cùm ergo diligenter ibi scribantur, tam filij quàm filiæ Absaloni, si Maacha fuisset filia Absaloni, non subticuisset illud ibi scriptura.

*An Maacha sit filia Absalom, cùm dicatur filia Vriel.*

*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd ista Maacha non esset filia Absalom filij Dauid, sed alicuius alterius, quomodo potest stare: quia supra vndecimo dicitur, quòd erat filia Absalom. Hic autem dicitur, quod erat filia Vriel. Respondeti potest dupliciter, vno modo quòd Vriel, & Absalom, siue Abisalon sunt nomina eiusdem viri: interdum tamen idem vir noĩa multa hẽt, sicut Iacob vocatur Iacob, & Israel, & Esau vocatur Seir, & Esau, & Edon, & sic de multis. Ita iste poterat vocari Abisalon, & Vriel, & aliquando alterum. Secundo modo potest dici, quòd non sunt nomina eiusdem viri, sed duorum, & vnus istorum erat pater Maacha, & alius auus eius, & tamen aui vocant patres: sicut patet Ruth quarto: cùm dicitur: Natus est Noemi filius, ideſt nepos. Nam ille, de quo ibi dicitur, erat Obed filius Ruth, qui non erat filius Noemi, sed nepos eius legalis. Nam reputabatur filius filij sui Maalon, & natus est ex suscitatione seminis, vt patet ibidem. Dicendum tamen, quòd primus modus verior est: quia ille communior est in scriptura, scilicet, quòd aliquis vir multis nominibus appelletur, & interdum vno modo, & interdum alio.

Cumque' inijſſet Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadraginta millia: Ieroboam instruxit è contra aciem octoginta millia virorum, qui & ipse electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboam, & omnis Israel. Num ignoratis, quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filijs eius in pactum Salis? Et surrexit Ieroboam filius Nabath seruus Salomonis filij Dauid, & rebellauit contra Dominum suum. Congregatique sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial, & præualuerunt contra Roboam filium Salomonis: porro Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.

*Cumque inijſſet.* Hic ponitur secundum huius cap. scilicet inter Roboam & Ieroboam pugna habita, & dicitur. *Cumque inijſſet Abia certamen.* Scilicet, ipse mouit bellum contra Ieroboam, & ex hoc patet, quòd ipse fuit prouocator. *Et haberet viros bellicosissimos.* Viri Abiæ erant viri bellicosi, quia habebat duas tribus in potestate sua, scilicet Iudam, & Beniamin, & isti erant bellicosiores inter omnes tribus Israel: nam quælibet istarum pugnauit aliquando contra omnes alias vndecim tribus Israel, vt declaratum est supra vndecimo in quadam quæstione. *Et electorum quadraginta millia.* Non ponitur hic, &, copulatiuè, sed expositiuè pro ideſt, scilicet, quòd isti viri bellicosissimi erant viri electi quadraginta millia. Nam tunc non certificaretur numerus virorum bellicosissimorum, si ipsi viri electi sunt bellicosissimi, & satis consonat, quia illi, qui erant electi erant bellicosissimi. Nam ex hoc erant electi, quia excellentiores erant cæteris ad bellum. *Ieroboam instruxit contra aciem octoginta millium virorum.* Erant in acie Ieroboam duplo plures quàm in acie Abiæ, scilicet octoginta milla virorum, & multo plura habere poterat fortassis Ieroboam, quia Roboam habebat solùm duas tribus, & Ieroboam habebat decem. *Qui & ipsi electi erant ad bella fortissimi.* Scilicet, etiam isti erant electi: quasi dicat, sicut viri, quos habebat Roboam erant electi: ita & viri Ieroboam erant electi. Etiam erant ad bella fortissimi, quia fortè erant iuuenes, & ad hoc mente, & corpore apti. Quamquam tamen isti dicantur excellentissimi, scilicet fortissimi, non est intelligendum, quòd accipiatur hic superlatiuus propriè. Nam tunc non conueniret omnibus ijs, sed raris: quia quod per excellentiam dicitur vni soli conuenit. Dato tamen, quòd accipiatur fortissimus pro valde forti, adhuc non est verum, quòd omnes isti essent fortissimi: quia non est excellentia aliqua, quæ in omnibus reperitur. Sed dicendum, quòd est modus loquendi scripturæ, quæ vocat fortissimum eum, qui aliqualiter fortis est, ideſt ex ætate dispositus est ad robur corporale, dato quòd non sit realiter fortis: sic patet in computatione exeuntium de Aegypto. Nam omnes Israelitæ quot erant à viginti annis, & supra computantur, & vocantur omnes viri fortissimi. Manifestum est tamen, quòd non erant omnes fortissimi: imò nec omnes essent fortes: quia in tanta multitudine, sicut accidere solet, plures essent debiles quàm robusti ad bella. Non ergo vocantur fortissimi quasi realiter sic essent, sed quia ex ætate erant dispositi ad hoc, quòd essent fortes, eo quòd nulla erat robustior ætas quàm illa, in qua computabantur isti, scilicet à viginti annis, & supra. *Stetit igitur.* Hic ponitur dispositio belli quantum ad locum, in quo factum est, & dicitur stetit igitur Abia. *Super montem Semeron.* Iste est mons Semeron, ideſt Samaria, & sic vocatur in Hebræo Semeron: quem nos Latinè vocamus Samariam reducentes nomen Hebraicum in formã Latinam, & vocatus fuit mons iste mons Somer à domino montis, qui possidebat illum, & postea vendidit illũ regi Israel nomine Amri, qui ædificauit ibi ciuitatem: vocauitq; eam Semerõ, siue Samariam à nomine



mine domini montis. tertio Regum decimo sexto. Aliqui putant, quòd vocatur iste mons Semeron, à quadam ciuitate alia, quæ vocabatur Semeron, quæ habuit regem quondam Chananæum, vt patet Iosue vndecimo. Et ponitur etiam in diuisione sortium ista ciuitas: Iosue decimo nono. Sed dicendum, quòd non stat: quia illa ciuitas Semeron erat in sorte Zabulon: Iosue decimo nono. Et ista de qua hic erat in sorte Ephraim: quia dicitur hic, quòd iste mons erat in sorte Ephraim. Sciendum tamen, q̃ ciuitas Semeron, siue Samaria à qua vocatur iste mons, nondum erat condita: quia fuit postea condita per Amri regem Israel patrem Achab, & ille fuit postea tempore Asa regis Iuda filij huius Abiæ. Ponitur tamen hic per anticipationem, quia liber iste scriptus est multo tempore postquam facta sunt ista' & sic poterat scire de Samaria, quæ iam condita erat, & tamen quando Abia, & Ieroboam bellum habuerunt in monte Semeron, nondum erat condita ciuitas Semeron, siue Samaria. *Qui erat in Ephraim.* Ideſt, iste mons Semeron erat in vrbe, vel terra Ephraim, & sic patet, quòd Abia aggressus fuerat ipsum Ieroboã, ideo introierat in terram eius ad pugnandum, & satis conueniebat hoc, quia iste mons non multum distat à terra regni Abiæ. Nam Abia dominabatur super tribum Iuda, & Beniamin, quæ erant habentes sortes Meridianas, & apud sortem Beniamin ex parte Aquilonis erat sors Ephraim, & sic mox, vt Abia egrederetur de terra sua, ingrederetur in terram Ephraim, & super montem quendam illius cõstituit nunc aciem, & ait: *Audi Ieroboam, & omnis Israel.* Ab isto loco vsq; ad locum illum, respicienſque Iudas, ponitur exhortatio Abiæ ad Israelitas, vt redirent ad vnitatem regni, & subijcerent se domui Dauid, sicut prius fuerant. Et ad hoc inducit rationes aliquas: & quia non potuit verbis, postea bello actum est, & locutus est ad Ieroboam regem, & ad totum Israel volens omnes exhortari ad vnionem regni. *Non ignoratis, quòd dominus Deus dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum?* Quasi dicat, non potestis ignorare, quòd iure diuino competat regnum Israel ad Dauid, & ad posteritatem suam: quia istud notorium est. Et istud ponitur ad probandum, quòd peccabant Israelitæ tenentes regnum diuisum, & Ieroboam, qui dominabatur illi parti regni, quia erat contra ius diuinum, & omnia talia peccata sunt. & dicitur in sempiternum, ad tollendum responsionem alicuius, quia aliquis diceret, licèt Deus dederit regnum Israel Dauid, & posteris eius: tamen iam elapsum est tempus, quo possidere debebat: ideo licèt nunc alij possideant, non peccant. Et obijcitur contra eum, quòd istud tempus non erat elapsum, eo quòd datum est regnum in sempiternum. *Ipsi & filijs eius.* Non soli Dauid, sed etiam filijs eius rite ei succedentibus. Nam licèt soli Dauid facta est promissio, non fuit facta pro eo solo, sed pro eo, & filijs eius. *In pactum salis.* Ideſt firmiter, & securè, & in perpetuum, quod vocatur pactum salis. Quare autem vocetur istud pactum salis infra dicetur in quadam quæstione. *Et surrexit Ieroboam filius Nabath.* Præsens erat Ieroboam, quando loquebatur ista Abia, & ad eum dirigebat sermones suos, cùm dicatur in litera, audi Ieroboam, & omnis Israel, sed loquitur coram eo quasi loqueretur de eo absente propter dedignationem, quam Abia fouebat contra ipsum. Et non vocauit eum regem, dicens surrexit rex Israel: quia noluit concedere eum esse regem: cùm diceret ius regnandi solùm pertinere ad domum Dauid: sed potius asserebat eum tanquam iniustum, & violentum inuasorem partis regni, & vocauit eum filium Nabath ad differentiam aliorum, qui vocabantur hoc nomine, & ferè vbicunque ponitur nomen Ieroboam, ponitur quòd erat filius Nabath. Erat autem de stirpe Ephraim: vt patet tertio Regum vndecimo. *Seruus Salomonis filij Dauid.* Vocauit eum seruum Salomonis, & non Roboam, quia tempore Roboam nunquam fuit ei subiectus Ieroboam, sed habuit semper dominium super decem tribus Israel, & cepit esse rex super illas eo tempore, quo cepit Roboam esse rex super duas tribus, scilicet Iuda, & Beniamin: Fuit tamen seruus Salomonis: quia Salomon videns Ieroboam iuuenem bonę indolis constituit eum principem super omnia tributa tribus Ephraim, & Manasse: vt patet tertio Regum vndecimo. *Et rebellauit contra dominum suum.* Quod potest intelligi de Salomone, qui erat dominus suus, & contra eum rebellauit Ieroboam, quando fugit in Aegyptum. Nam dicitur, quòd Ieroboam leuauit manum suam contra regem, & hæc causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Melo, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. tertio Regum vndecimo. Vel vocatur dominus suus Roboam, non quòd aliquando de facto dominus eius fuerit, quia toto tempore eius fuit rebellis: sed quia de iure erat dominus eius, & rebellauit contra eum concitans populum ad faciendum ruptionem belli. *Congregatique sunt ad eum viri vanissimi.* Ex hoc etiam probatur iniustum factum, quia non habuit originem istud factum nisi à viris stultis, & nullius auctoritatis. Nam si illi, qui fauerunt Ieroboam in faciendo rebellionem illam, fuissent viri iusti, & magnæ auctoritatis, esset præsumptio, quòd iustè moti fuissent, & diuisio ista esset iusta: & tamen erant viri vanissimi, scilicet nullius rationis, & auctoritatis, sed solam vanitatem, & stultitiam sequentes. Apparet ergo, quòd tale esset factum eorum, quia qualis vnusquisque est, talia dicit, & operatur. secundo Ethicor. *Et filij Belial.* Ideſt filij inobedientiæ. Nam Belial interpretatur absque iugo: sicut patet Iudi. vbi in litera exponitur filij Belial, ideſt absque iugo. Et ex hoc innuit, quòd isti non moti fuerunt ex aliqua causa legitima ad faciendum discessionem istam, scilicet, quia grauarentur, vel aliàs: sed quia erant filij Belial, ideſt ex seipsis inobedientes: & conditio inobedientium est, quòd velint iugum exuere, siue accipiendo nouos dominos, siue dimittendo quem habebant, & nullum accipiendo, & ita isti fuerunt: ideo diuisio ista regni fuit culpabilis. *Et præualuerunt contra Roboam filium Salomonis.* Scilicet, isti cæperunt rebellare tempore Salomonis, & rex sequens, scilicet Roboam debebat opprimere, sed non potuit: quia potius illi contra eum præualuerunt facientes diuisionem regni, & constituentes in regem super seipsum Ieroboam. *Porro Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.* Ista litera potest intelligi dupliciter: vno modo sic, quòd continuetur casus positus, & accusetur nequitia diuisorum regni, scilicet, sic factum est, quòd isti filij Belial fecerunt diuisionem regni, & non potuit eis resistere Roboam: & tamen ex hoc non tollitur culpa eorum, & est sensus, quòd aliquis diceret contra Abiam: licèt diuisio regni facta fuerit, sicut dicis, tamen voluntas Dei fuit, quòd continuaretur: ideo licèt Roboam voluerit illam tollere faciendo vnionem, non potuit: respondet Abias, quòd non factum fuit propter hoc, sed quòd Roboam erat vir rudis, & corde pauido, & non potuit resistere. Nam dato, quòd Deus non aduersaretur domui Dauid: cùm ipse Roboam esset tam rudis, & pauidus, non posset defendere se contra molestantes eum, & sic fieret necessariè diuisio. Vnde non facta est voluntate Dei, sed potius propter ineptitudinem Roboam, quia erat rudis

Cap.19.

& corde pauido. Secundo modo potest deduci aliter, quòd sit responsio ad obiectionem Israelitarum. Nam dicerent Israelitæ ipsi Abiæ, ꝙ incassum laboraret. Nam dato, ꝙ ista diuisio regni fuisset facta iniustè, ipse non posset eam tollere, quia pater suus Roboam non potuit eam tollere, ita ergo nec ipse, sed sicut prævalebant viri vanissimi contra Roboam, ita prævalerent contra eum. Respondet Abia, ꝙ ipse poterit bello reducere Israelitas ad vnionem regni: nam ꝙ non potuerit Roboam hoc efficere, non fuit ex magna potentia Israelitarum, sed ex ineptitudine Roboam, s. quia erat rudis, & corde pauido: sed ipse Abia non se innuebat talem, sed potius virum prudentem, & animosum, qui posset viros vanos opprimere. In Hebræo dicitur, Roboam erat puer, vbi litera nostra dicit rudis erat Roboam, & ista differentia potest esse propter duo. Primò propter aliquam similitudinem nominum: nam in Hebræo, Nahar, signat puerum, & Bahar, signat rudem, & faciliter potuit esse iste error, quia tamen iste non esset error librariorum, sed translatoris, scilicet Hieronymi, dicendum est aliter, quòd Hieronymus secutus est hic sententiam, & non literam: nam verum est, quòd in Hebræo ponitur, ꝙ Roboam erat puer, non tamen ponitur cuius ætatis, erat enim ista pueritia non secundùm ætatem, sed potius secundùm sensum: nam secundùm ætatem vir perfectus erat, quia quadraginta vnius annorum erat, quando cepit regnare: vt patet præcedenti c. & 3. Reg. 14. Sed erat puer iudicio: quia facta sua non deliberabat cum senibus, sed cum pueris. Vnde in illo facto tam arduo, quando respondere debebat toti regno volenti eum in regem vngere, non secutus est consilium seniorum, sed iuuenum, vt patet supra decimo. Et sic rectè vocatur puer. Etiam responsio sua valde stulta fuit, scilicet. Minimus digitus meus grossior est tergo patris mei. supra decimo. & sic rectè vocatur puer sensu. Hanc metaphoram voluit tenere Hieronymus ponens sententiam claram, & ait: Porro Roboam erat rudis, ideſt insipiens, scilicet nesciens, quomodo se haberet contra vos ad reducendum in vnitatem regni. Etiam vbi nos dicimus, & corde pauido, in Hebræo dicitur, & corde molli. Et idem est, quia cor molle vocatur, quod nihil tolerare potest, sed ab omnibus faciliter patitur. Cor durum est, quod multa grauia tolerat. Cor autem Roboam erat molle, & sic non erat ad tolerandum aliquid mali. Ideo licèt Israelitæ abstulerint ei maiorem partem regni, non habuit cor ad resistendum: & rectè posuit Abia ista duo, scilicet, quòd erat Roboam rudis, & corde pauido, quia ista duo sunt, quæ faciunt hominem omnino ineptum ad bella: & duo contraria sunt, quæ faciunt hominem aptissimum. Duo ergo requiruntur in humanis actionibus, scilicet deliberatio, & executio. Bellum autem est res humana, & de grauissimis quidem: ideo requiritur magnum consilium, quod requirit prudentiam, & quia bellum est res terribilis, requiritur magna virtus executiua, & ista est animositas: cùm ista duo concurrunt, fortiter pugnatur. Duo autem contraria sunt imprudentia, & timor, siue pusillanimitas: & ista erant in Roboam, inquantum dicitur, quòd erat rudis, & corde pauido.

*Quis faceret illud bellum, & propter quid.*
*Quæst. VIII.*

QVAERITVR circa prædicta, & primò de isto bello, quod nunc fiebat quis illud faciebat: an Abia contra Ieroboam, vel è contra, & propter quod fiebat. Ad primum dicendum, ꝙ Abia iniuit istud bellum contra Ieroboam, quod patet, quia in principio dicitur. Cumque iniisset Abia certamen. Secundò patet, quia si Ieroboam iniisset bellum contra Abiam, intrasset in regnum Iuda ad pugnandum: sed potius fuit è contrario: quia Abia intrauit in terram Ieroboam. Nam posuit aciem suam super montem Semeron, qui erat in terra Ephraim, vt patet supra in litera, & mõs Ephraim erat de regno Ieroboam, quia tribus Ephraim erat vna de præcipuis tribubus regni Israel, eo quòd Ieroboam rex erat de tribu Ephraim, vt patet 3. Regum 11. Abia ergo aggressus est Ieroboam, & intrauit terram eius ad pugnandum. Ad secundum dicendum, quòd litera non dicit ad quid factum sit bellum, & tamen ex verbis Abię colligitur, ꝙ erat ad reducendum decem tribus Israel ad vnitatẽ regni domus Dauid sicut erat prius. Nam enarrat hic quomodo iniustè facta fuit ista diuisio, & postea refert opinionem Israelitarum circa hoc, scilicet, quòd ipsi possint resistere viris Iuda, vt maneat semper ista diuisio, & in fine hortatur filios Israel, quòd non pugnent dicens: filij Israel nolite pugnare contra dominum Deum patrum vestrorum: non enim vobis expedit: & tamen ipse Abia ibat ad pugnandum contra Israelitas, & hortabatur eos, ꝙ non pugnarent: ideo apparet ꝙ volebat, ꝙ subijcerentur ei sine bello redeuntes ad pristinam vnitatem.

*An peccauit Abia pugnando contra Ieroboam.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Abia pugnando nunc contra Ieroboam. Aliquis dicet, quod sic, quia Deus vetuerat Roboam pugnare contra Ieroboam pro vnione regni dicens, quòd ista diuisio sua voluntate facta fuerat. supra vndecimo. Ideo si pugnaret Abia ad istam vnionem, peccabat: quia volebat contra id, quod Deus iusserat. Respondebit aliquis, quòd non obstat illud interdictum: quia solùm fuit datum Roboam. Nam solum Roboam admonuit tunc Deus, & sic præcepta, vel prohibitiones personales non extenduntur ad posteros. Poterat ergo illo non obstante pugnare Abia contra Ieroboam. Sed dicetur, quòd hoc non stat, quia licèt præceptum, siue probatio fuerat ad certam personam, tamen causa prohibitionis est semper manens, scilicet, quia dixit Deus, quòd sua voluntate facta fuerat diuisio illa regni. Quicunque ergo ageret contra illam diuisionẽ, volendo reducere vnionem, agebat contra voluntatẽ Dei expressam, & peccabat. Sed obijcietur, quòd non peccauerit Abias, quia ipse faciebat bellum istud in nomine domini, & ipsum inuocat in adiutorem contra Israelitas. Si tamen sciret se peccare in hoc non inuocaret eum, nec faceret in nomine domini, quia sciebat, quòd non exaudiret eum, quia Deus peccatores non exaudit. Secundò patet, quia Deus adiuuit supernaturaliter Abiam in isto certamine: nam cùm viri Israel insidiosè circundarent viros Iuda, clamantibus viris Iuda ad dominum, perterruit dominus Ieroboam, & omnem Israel, & tradidit eos in manus Abiæ. Si tamen peccarent facientes contra voluntatem domini, non adiuuaret Deus Abiam, & viros suos, & tamen miraculosè adiuuit, ergo non peccabat. Aliquis dicet, quòd ista ratio non stat, quia interdum aliqui fouent iniquam causam, & superant illos, qui mouentur bono zelo, & fouent causam iustissimam: sicut patet de vndecim tribubus Israel pugnantibus contra tribum Beniamin propter scelus virorum Gabaa: & cùm viri Beniamin fouerent causam iniquam, obtinuerunt bis, & occiderunt quadraginta millia virorum de Israelitis, vt patet Iudic. vigesimo. Ita



ita ergo nunc, licèt Abia, & viri sui superassent, non arguitur, quòd fouerent iustam causam. Dicendum, ꝙ non benè arguitur, hęc est simile. Nam verum est, ꝙ interdum Deus permittit, quòd fouentes iniquam litem superent, & tamen non adiuuat supernaturaliter ad talem victoriam, quia multum differt inter ista. Nam quando Deus permittit, quòd aliqui iniquam fouentes litem superent, nihil agit, sed solùm desinit obuiare malis. Cùm verò supernaturaliter adiuuat, ipse operatur. Quòd autem Deus permittat, quod malum est non concludit contra ipsum aliquid mali: & tamen quòd ipse adiuuet supernaturaliter in lite iniusta, concludit contra eum, quòd ipse iniustus est, vel ꝙ diligit iniquitatem, & hoc est inconueniens. Ideo est istud verum, quòd omne malum quod fit Deus permittit fieri, & tamen Deus nõ adiuuat vnquam supernaturaliter ad aliquod malum efficiendum: & tamen Deus adiuuit hic Abiam contra Ieroboam, imò ipse fecit totum bellum, quia perterruit Ieroboam, & Israelitas: ergo non peccauit Abia in isto bello. Respondendum est, quòd Abia non peccauit in isto bello, licèt pugnaret ad reducendum Israelitas in vnitatem regni, & hoc poterat esse, quia fortè istud bellum Abiæ nũc magis erat per modum defensionis, quàm aggressionis. Nam licèt secundùm veritatem nunc Abia aggressus fuerit Ieroboam, vt supra declaratum est, tamen faciebat hoc, quia fortè Ieroboam iterum, vel pluries aggressus fuerat ipsum Abiam, vel saltem occultè tentabat ei subtrahere regnum, vt regnaret Ieroboam super totũ Israel: & tunc cùm videret Abia necessarium esse sibi, quòd se defenderet, inuasit Ieroboam, quia sic melius se poterat defendere debilitãdo vires Ieroboam, quàm expectando eum contra se venire: & hoc, quia ista est experientia belli. s. ꝙ, qui paturalium aggredi cũ vtriq; sit causa aggrediendi, dat alteri animositatem ad aggrediendum, quia videtur ex timore expectare, siue non aggredi: & istud maximè apud antiquos obseruabatur quasi in augurium, scilicet, quòd quando aliquis intrepidè contra alium procedebat putabatur superaturus: sic fuit de Timotheo duce pugnante contra Iudam Machabęum: primo Machab. 5. Nam cùm esset Iudas apud torrẽtem ex vna parte, & Timotheus ex altera, dixit Timotheus exercitui suo, cũ appropinquauerit Iudas ad torrẽtem aquæ, si transierit ad nos prior, non poterimus eum sustinere, quia potens poterit aduersum nos. Si verò timuerit transire, & posuerit castra citra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus contra illum. Iste etiam modus auguriorum nihilominus erat apud Iudæos. Nam quando hostis dabat hosti facultatem veniendi contra se, putabatur vincendus. Sic enim dixit Ionathas filius Saulis ad armigerum suum, quando transire voluit ad castra Philisthinorũ. s. Cũque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos: si autẽ dixerint, ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manus nostras. 1. Re. 14. Cùm ergo videret Abia necessariò sibi pugnandum esse, credidit securius esse aggredi, quàm quòd expectaret aggressorem. Et sic non peccauit. Secundum est, quia potest dici, quòd Abia aggressus est Ieroboã, etiam si ille non daret necessitatem pugnandi. Fecit tamen zelo bono, quia intendebat Abia deducere regnum Israelitarum prĩcipaliter fortè, vt sicut erat vnũ regnium, ita esset vnitas cultus Diuini. Nam postquã decem tribus recesserant à domo Dauid, inciderant in idolatriam, & si nunc reducerentur ad vnitatem regni, redirent ad vnitatem cultus diuini, & hoc colligitur aliqualiter ex verbis Abiæ. Nam vituperat Israelitas, quòd fecerint sibi vitulos in Deos, & eiecerint sacerdotes de terra sua. Ipsos autem viros de regno Iuda laudat, quia semper tenuerunt cultum Domini: & sic dicebat, quòd pugnarent Israelitæ contra Dominũ si pugnarent contra Abiam volẽtem eos reducere ad vnitatem regni, & propter istum bonum zelum non peccauit pugnando pro vnione regni diuisi. Cùm autem obijcitur in cõtrarium, quòd Abia peccaret, quia faciebat contra mandatum domini, & semper manebat causa prohibitionis. Dicendum, quòd fortè illa causa prohibitionis militabat contra Roboam: eo ꝙ solo desiderio dominandi volebat pugnare contra decem tribus. Nunc autem Abia volebat pugnare magis desiderio reducendi ad cultum diuinum populum errantem, ideo contra eum non erat prohibitio. Vel fortè, quia pugnabat gratis Roboam. Abia autem pugnabat, quia videbat sibi necessitatem pugnandi, vt dictum est.

*Quare pugnare volebat Abia contra Israelitas, vt eos vniret. Quæstio X.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Abia pugnare volebat contra Israelitas ad reducendũ eos in vnitatem regni, cũ sciret hoc esse impossibile. Nam Deus dixerat, quòd fuerat facta diuisio regni voluntate sua, & quòd non pugnaretur ad reintegrandam vnitatem: quod tamen est contra voluntatem Dei, est impossibile fieri: ideo in vanum laboraret Abia. Respõdendum, quòd Abia putauit possibile esse, quòd decẽ tribus redirent ad vnitatem regni, & credebat bonum esse laborari ad hoc. Cùm autẽ obijcitur, quòd Deus vetuerat pugnari, ideo erat impossibile fieri vnionem. Aliquis dicet, quòd Abia nesciebat illam Dei prohibitionem, & ob hoc putabat possibile esse fieri vnionem. Sed dicendũ, quòd non est hoc satis verisimile, quia ista prohibitio facta fuerat publicè. s. cũ Roboã, & totus populus Iuda congregatus esset ad pugnandũ cõtra Ieroboam, venit Semeias propheta, & prohibuit pugnari dicens, voluntate Dei factam fuisse diuisionẽ. supra vndecimo. Et sic non poterat ignorare Abia rẽ tam notoriam. Dicendum ergo aliter. s. quòd licèt Abia sciret prohibitionem istam à Domino factam, putauit tamen eam factam per comminationem, & non secundùm certitudinem suæ sententiæ, sicut multæ prophetiæ fiunt, vt patet Iere. 18. & Ezech. 33. & tales prophetiæ sæpe mutantur. Ita nunc crederet Abia, quòd propter peccatum Roboam patris sui stultè respondentis populo de oppressione eorum, fuerit diuisum regnum, & cùm ipse voluerit dare operam ad reducendum vnionem, Deus noluerit pugnare, dicens factam diuisionem secundùm voluntatem suam. s. ꝙ volũtas sua fuerit punire eum, quia stultè se habuerat. Ideo quòd tempore suo non fieret reductio vnionis, & tamen Abia non peccauerat in hoc, sed bono zelo procurabat fieri vnionem: ideo non duraret fortassis tempore suo, & sic conari volebat ad vnionem. Vel saltem dubitabat quomodo intelligebatur prophetia, quia erant dubiæ istæ prophetiæ quomodo intelligerentur. s. an secundùm comminationem, vel secundũ certitudinem diuinæ sententiæ. Et hoc etiam apud ipsos prophetas ignotum est. Nam quantuncunque Deus per aliquem prophetam prænunciet mala futura alicui, adhuc prophetę dubitant, an sit comminatio, vel certitudo. Ideo hortantur semper, vt homo se disponat taliter, vt non compleatur in eo prophetia malum enuncians: sic patet Ioelis primo vbi Ioel prænunciauit brucum, locustam, & æruginem destructuros omnia terræ nascentia, & postea capitulo secundo hortatus est ipsos Israelitas ad agendum pœnitentiam, vt fortè conuerteretur Deus à furore suo, dicens, quis

scit

scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem? quasi dicat, incertū est an istud malum, quod prædixit compleatur, vel fortè det bona quamquam promisit mala. Sic etiam fuit de Niniuitis, q audierunt ex ore Ionæ: adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: putauerunt, quòd hoc poterat euitari, & prædicauerunt pœnitentiam dicentes: Quis scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & reuertatur à furore suo, & non peribimus? Ionæ. 3. cap. Ita ergo nunc poterat Abia putare de prophetia ista, & non putaret se laborare incassum cùm conaretur reducere decem tribus ad vnionem regni.

*Quomodo se habuit Abia loquens ad populum.*
*Quæstio XI.*

QVAERITVR vlterius, cùm Abia loqueretur ad Ieroboam, & totum populum: quomodo se habebat ad illos. Respondendum, quòd modus fuit, scilicet, quòd Abia volebat reducere decem tribus ad vnitatem regni domus Dauid, & ad hoc congregauit magnam multitudinem bellatorum, vt cogeret Israelitas ad istam vnionem, si ipsum eam sponte non susciperent. Cùm autem Ieroboam rex Israel sciret, q Abia se disponeret ad pugnandum contra ipsum, disposuit quoque se Ieroboam contra Abia congregando magnum exercitum. s. octingentorum millium virorum. Abia tamen, qui erat inuasor processit in terram Ieroboam, & castrametatus est in monte Semeron, qui erat in sorte Ephraim. Ieroboam autem erat ibi. Dispositis autem aciebus vtrinque voluit Abia tractare de pace proponendo alta voce coram toto Israel: ita quòd audiretur ab omnib⁹, vel à multis, vt ipsi vellent redire ad vnitatem regni sine bello. Si autem nollent, sic necesse est bellari, & dum Abia loqueretur verba ista ad Israelitas, ipse Ieroboam molliebatur insidias Abiæ, & populo suo: quod videns Iudas commisit pugnam, & fugatus cęsusque est Israel.

*Quomodo verba ab Abia fuerunt prolata.*
*Quæstio XII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo omnia ista verba Abię, quę habentur hic, fuerunt proposita Israelitis. Aliquis dicer, quòd fuerunt ꝓposita in scriptis, scilicet, quòd direxerit Abia literas ad Ieroboam, & totum Israel continentes omnia verba, quæ habentur hic. Nam si verbaliter debuisset proponere omnia ista Abia, non potuisset audire totus Israel. Primò, qa ad hoc, quòd audiret verba hæc, stare deberet Abia inter Israelitas, vel iuxta eos, & tamen nō erat sic, quia erant hostes. Secundò, quia dato, quòd esset Abia inter Israelitas, adhuc non videretur quomodo tanta multitudo Israelitarum posset audire vocem vni⁹ hominis: nam erant octingenta millia virorum simul, vt patet supra in litera. Dicendum tamen, ꝓ hoc non stat, sed necesse erat, quòd ista verbaliter locutus fuerit Abia ad totum Israel locatis castris vtrinq;. Primò patet, quia dicitur supra in litera, quòd stans Abia in monte Semeron ait: Audi Ieroboam, & omnis Israel: ergo loquebatur ad eos. Secundò patet, quia infra in litera dicitur: Hæc illo loquēte, Ieroboam retro molliebatur insidias: ergo omnia, quæ habentur hic, in voce fuerunt proposita, & non in scriptis. Sed tunc dicetur, quomodo poterat Abia loqui ad totum Israel, ita vt audiretur. Dicendum, quòd nunc non agitur principaliter, an omnes de Israel audire potuerint istam vocem: satis enim est, vt plurimi eorum audiuerint illā, & dicendum, quòd benè poterat audire maior pars exercitus. Nam erat Abia in monte, & castra Ieroboā in valle erant subiecta monti, & cū Abia poneret se in aliquo loco alto poterat audiri vox eius ex magna distantia. Sic enim fuit de Ioathan filio Gedeonis, qui venit ad loquendum contra Sichimitas. Nam Abimelech filius Gedeonis ex concubina occiderat sexaginta fratres suos filios Gedeonis, & vngebatur in regem à Sichimitis. Die autem, qua vngendus erat, venit Ioathan minimus filiorum Gedeonis, qui euaserat gladium, & stetit super montem Garizin, clamauitque ad Sichimitas, & proposuit eis parabolam de lignis vngentibus super se regem, & increpatus fuit eis mala, quia prauè egerant cum domo patris sui: Iudi. 9. Sic etiam, quando Dauid introiuit in nocte in castra Saulis, tulitque scyphum, & lanceam, quæ erāt ad caput Saulis, & cùm recessisset de castris stans longè in cacumine montis, clamauit & intellexit verba eius Saul, & exercitus suus. 1. Reg. 26. Ita ergo nunc poterat iste Abia esse in scopulo aliquo montis, & Israelitæ, q erant in valle subiecta poterant promptè audire, quæ ille proponebat. Cùm autem objicitur, quòd non erat Abia inter Israelitas, cùm essent hostes sui, ideo non audirent eum. Dicendum, quòd verum ē, quia castra Abiæ erant aliqualiter distantia à castris Ieroboam, & Abias loquebatur de castris suis: audiebatur tamen conuenienter ab Israelitis, quia ipse erat in loco excelso, & Israelitæ erant in valle. Ad secundum dicendum, quòd de hoc non contendimus. s. an totus exercitus Ieroboam posset audire verba Abiæ, vel nō: nam satis erat, ꝓ Abia taliter loqueretur, ꝓ Ieroboam, & plurimi de exercitu audirent eum, licèt aliqui distātissimi essent, ad quos non peruenit vox eius.

*Quæ esset intentio Abiæ loquentis.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, quæ erat intētio Abię loquētis ad Ieroboā, & Israelitas, & qd ex verbis suis volebat inducere. Respondendum, ꝓ sicut supra pœnultima quæstione inductum est, Abia volebat reducere Israelitas ad vnitatē regni domus Dauid: istud autem poterat bello, vel pace. Disposuit autem se ad bellum, & quia melius erat, si posset fieri, quòd in pace fieret ista reintegratio regni, locutus fuit Abias ad totum Israel proponens, quòd non pugnarent, sed redirent ad vnitatem regni sine bello, & si nollent pugnaret contra eos. In verbis autem ponit rationes aliquas persuadentes ad reditum: & vna est, quòd peccauerint Israelitæ faciendo diuisionem regni, & nunc, ꝓ iniustè, & violenter subtrahant obedientiam regibus de domo Dauid: & probat hoc, quia Deus dedit regnum super Israel Dauid, & posteris eius in sempiternum: ideo in æternum manere debebat in posteris Dauid, & consequenter quicunque conaretur auferre eis regnum Israel, vel partem eius, esset iniustus, & violentus vsurpator, & detentor, auferēs ius regni posteris Dauid, quibus debitum erat: debebant ergo aliquando redire ad dimittendum, quod iniustè vsurpabant. Secundò probat alio modo per modum timoris, scilicet, quòd si non concederent hoc Israelitę gratis, quòd pugnaret contra eos, & cogerentur ad subijciendum se regno domus Dauid. Et quia aliqui dicebant, quòd defenderent se de domo Dauid, probat Abia, quòd non possent se defendere, quia Deus adiuuaret viros Iuda contra Israel: & probat hoc per meritum virorum Iuda, & demerita Israelitarum. Nam viri Iuda erant boni, eo quòd non deseruerant dominum, sed habebāt templum illius iuxta se, & obseruabant omnes cœremonias legis exemplificando de sacrificijs, & alijs quotidianis cœremonijs, & ob hoc Deus adiuuaret eos, quia erant cultores eius.

Tales



Tales autem exaudit Deus, vt patet Io. 9. f. Siquis cultor Dei est hunc Deus exaudit. De Israelitis autem probat, quòd erant valde mali, ideo non solùm non exaudiret eos Deus adiuuando ipsos, sed potus affligeret eos, & impediret: & probat hoc: quia Israelitæ dereliquerant Deum, & constituerant sibi vitulos aureos in Deos, & fugauerunt à se sacerdotes domini ne ministrarent, omnesque cœremonias peruertebant. Aliæ rationes particulares multæ possunt colligi ex dictis Abiæ, sed istæ duæ sunt pręcipuę quas intendit, vt patet inducendo literam ad hoc.

*Quare dixit Abia, quòd regnum fuerat datum in pactum salis.* *Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, quare dixit Abia, quòd regnum fuerat datum domui Dauid in pactum salis. Respondendum, quòd iste erat modus loquendi ad signandum securitatem, & perpetuitatem, scilicet, quòd regnum Israel maneret in æternum in posteris Dauid: & signatur hoc per pactum salis, quia sal facit perpetuitatem, ita pactum salis vocabatur pactum perpetuum, sicut sal. Est enim sal perpetuum, siue in malum, siue in bonum. De malo patet, quòd quando hostes destruentes aliquem locum volebant eum facere in æternum inhabitabilem, arabant illum, & spargebant sal in eo, & sic tollebatur terræ fertilitas per sal, & reddebatur locus sterilis in æternum. Nam salsugo terram reddit sterilem, vt patet Psalmo 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem propter malitiam habitantium in ea. & sic salsugo, & feracitas terrę repugnant, & sic factum est in vrbe Sichem. Nam vt desolaretur in ęternum, Abimelech arauit eam, & sal sparsit in sulcis: Iudi. 9. Erat etiam sal æternum in bonum: nam in cœremonijs legis nihil erat certius, & regularius, quàm sal. Nam in omni sacrificio erat sal apponendum, & in quacunque oblatione, sic patet Leuit. 2. f. quidquid obtuleris sacrificij sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo: in omni oblatione offeres sal. Et sic, quia semper hoc obseruandum erat, quòd in omnibus oblationibus offeretur sal, & ex hoc erat perpetuum: vocatur omne pactum duraturum in perpetuum pactum salis. Nam etiam ipse Deus dixit fœdus salis esse, inquiens: Non auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. Et iste modus loquendi frequentatus est in Sacra Scriptura: & sic Abia volens signare pactum esse perpetuum, dixit datum esse regnum domui Dauid in pactum salis.

*An Abia rectè arguebat Israelitas de diuisione regni.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, an Abia rectè arguebat, quòd Israelitæ iniustè fecissent diuisionem regni, & vera essent, quæ proponebat hic: nam dixit, quòd datum fuerat regnum filijs Dauid in sempiternum in pactum salis: & tamen videtur, quòd non benè arguat ex hoc, quia ista promissio Dei intelligebatur secundùm conditionem, quæ postea fuit limitata, scilicet, si filij Dauid custodirent legem domini, quam non custodierunt. Item non obstante illa prophetia generali fuit postea data alia magis determinata, scilicet, quòd propter peccatum Salomonis diuideretur regnum, & decem tribus prouenirent Ieroboam, & duæ tribus prouenirent Roboam. 3. Reg. 11. cap. Ideo non erat iniustum, quòd fieret prædicta diuisio, nec probabat aliquid illa prophetia de pacto salis. Item & efficatius, quòd postquam facta fuit diuisio regni, Deus approbauit diuisionem illam, dicēs, quòd non curarent reintegrare regnum, quia sua voluntate facta fuerat diuisio ista. 3. Reg. 12. & supra 11. Et sic argumentum Abiæ ex illo pacto salis non tenet. Respondendum, quòd secundùm veritatem non erat sufficiens argumentum Abię. Nam diuisio regni iusta fuerat, nec poterant posteri Dauid cōqueri de illa, vt declaratum fuit supra vndecimo in quibusdam quęstionibus. Habebat tamen Abia colorem dicendi ista, & poterat putare, quòd legitimè probabat. Et ratio est, quia Deus promiserat, quòd posteri Dauid sederent in throno Israel in æternum, & adiunxit, ꝓ licèt filij Dauid peccarent, non auferret Deus ab eis misericordiam suam, sicut à Saule, quem abstulerat à facie sua, sed solùm corriperet eos in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. capit. Et sic quidquid euenirent filijs Dauid, nunquam erat cassandum pactum illud. Ad rationem primam harum poterat dicere Abia, ꝓ verum est, ꝓ si custodirent filij Dauid testimonia, & legem Domini, non solùm regnarent, sed etiam prosperarentur in omnibus actibus suis: si autem peccarent, euenirent eis multæ calamitates: & tamen nunquam priuandi erant regno, & sic conditio non erat referenda ad regni possessionem, sed ad alias prosperitates temporales. Regnum autem sine conditione mansurum erat, quia promiserat Deus, quòd etiam si peccarent, non auferret ab eis misericordiam suam, scilicet, regnum. Ad secundum diceret Abia, ꝓ verum est, ꝓ Deus prædixerat istam diuisionem facturam tempore Roboam propter peccata Salomonis, & tamen non debebat durare in æternum, sed ad tempus aliquod in pœnam ei⁹, qui peccauit, & quia Roboam per verba sua stulta occasionem dederat diuisioni regni, satis erat, ꝓ ipse tempore suo punitus esset carendo decem tribubus, & tā non esset mansura in ęternum ista diuisio, vt compleretur alia prophetia de pacto salis facto Dauid. Ad tertiam rationem quando dicitur, ꝓ Deus confirmauit diuisionem regni, dicens sua voluntate factam fuisse, dicere poterat Abia, ꝓ non fuit ista confirmatio diuisionis ad semper, sed pro tempore Roboam, qui peccauerat, & cui⁹ tempore diuisio facta fuerat, & ob hoc ipsi Roboam prohibitum fuit pugnare contra Ieroboam. Nunc autem non extēdebatur illa confirmatio diuisionis, ideo iam iniustè manebant Israelitæ recedentes à domo Dauid. Ista poterat rationabiliter respondere Abia ad prædicta obiecta, licèt si vellemus possent adhuc impugnari prædictæ responsiones, sed illud non est nobis necessarium.

*Quare dixit Abia, quòd Ieroboam rebellaßet contra Dominum.* *Quæstio XV.*

QVAERITVR vlterius, ad quid dixit hic Abia, quòd Ieroboam filius Nabath seruus Salomonis rebellauit contra dominum suum, quia modus diuisionis regni non fuit, nisi ex verbis stultis Roboā, quia dixit: si pater meus cœcidit vos flagellis, ego cœdam scorpionibus. Respondendum, quòd hoc fecit Abia propter duo. Primum erat, quia licèt in responsione praua Roboam fuerit consumata diuisio regni, tamen in rebellione Ieroboam fuit incohata. Nam cùm Ieroboā audisset ab Ahia Silonite, quòd futurus erat rex super decem tribus Israel post mortem Salomonis, tāta regnandi cupidine motus est, ꝓ viuente Salomone sollicitabat exercitum, vt à Salomone recederent, & eum regem constituerent: vt ait Iosephus 8. Antiqui. Cùm autem sensisset hoc Salomon, voluit tenere Ieroboam, & occidere eum. Ille autem fugiens recessit in Aegyptum, mansitque ibi vsque ad mortem Salomonis, qua audita illico venit in terram Israel, vel vt ait

Iosephus

Ioſephus principes miſerunt eum vocari,& venit.Ipſe autem præſtitit occaſionem aliquam ad diuiſionem illam,quę facta eſt ſub Roboam,ſcilicet,quòd ipſe cōcitauit animos populi, vt rebellarent ei. Nam cùm prius viuente Salomone conatus fuiſſet Ieroboam rebellare Salomoni ſubtrahendo populum ab obedientia eius,à fortiori nunc mortuo illo,& nullo conſtituto in regem conaretur impedire, nè Roboam eligeretur,& conſtitueretur in regem,& ſic vult retorquere cauſam diuiſionis iſtius Abia in Ieroboam: ideo incipit à rebellione ſua contra Salomonem,quę fuit origo poſterioris diuiſionis. Secundum fuit, quia Abia volebat probare diuiſionem regni factam fuiſſe iniuſtè, ideo eſſe regnum reintegrandum, & ſi ordiretur rationem ſuam à Roboam nihil probaret, ſed magis ſe confunderet, quia Roboam reſponderat ſtultè. Nam populus petebat iuſtum,ſcilicet,alleuiari iugum grauiſſimum quod impoſuerat Salomon. Roboam verò reſpondit iniquè, ſcilicet, quòd grauius eos affligeret, quàm pater ſuus. Vnde iuſtam cauſam diſceſſionis habuerunt Iſraelitæ à Roboam. Noluit ergo ordiri Abia ab hoc loco,ſed voluit, quòd rebellio Ieroboam contra Salomonem fuerit cauſa diuiſionis,& tunc benè probat, quia rebellio Ieroboam contra Salomonem fuit iniuſta, & tamen diuiſio regni ſecuta eſt inde, ideo iniuſta fuit. Dicebat autem hoc modo inde eam ſecutam fuiſſe,ſcilicet,quia Ieroboam ſollicitauit corda populi ad petendum aliquid nouum à Roboam, & quia dato, quòd non reſponderet grauiter,ipſe inquirebat alios modos, quibus diuiſio regni fieret. Procurare tamen modos ſublrahendi obediētiam ei,cui de iure debetur,peccatum eſt, & tamē debebatur Roboā de iure, & Ieroboam inquirebat modos iſtos,ideo peccabat,& conſequenter diuiſio ſecuta per modum iſtum iniuſta erat.

*Quare dixit Abia congregati ſunt viri vaniſſimi, & an verum fuerit. Quæſtio XVI.*

QVAERITVR vlterius, quare dixit Abia nūc, quòd cōgregati ſunt ad Ieroboam viri vaniſſimi, & præualuerunt contra Roboam, & an verum dixit, quòd eſſent viri vaniſſimi. Reſpondendum,quòd dicebat hoc Abia ad iuſtificandum intentionem ſuam, ſcilicet,quòd diuiſio regni fuiſſet facta iniuſtè. Nam quando aliquid fit à viris prudentibus, & magnæ auctoritatis,licèt nondum conſtet illud ritè factum præſumitur iuſtè factum. Si autem ſint viri inutiles, & inſipientes, vel vani, præſumitur ſtultè factum. Dixit ergo eſſe viros vaniſſimos, vt ex hoc appareret, quòd diuiſio facta fuerat ſtultè. Cùm autem quæritur, an verum eſſet,quòd iſti eſſent viri vaniſſimi. Dicendū, quòd non fuerunt vaniſſimi: nam iuſtum petierunt, & iuſtum fecerunt: petiuerunt enim, quòd alleuiaret Roboam iugum, quod impoſuerat eis Salomon, & iuſtum erat,quia premebantur velut iugo ſeruili,ſicut ipſi dixerunt.3.Reg.12.& ſupra 10. Et quia noluit cōſentire Roboam,ſed potius aggrauauit eos verbis, dicens,grauiora ſe facturum,iuſtè receſſerūt ab eo,quia non obligabātur manere in ſeruitute, cùm nullus eos effeciſſet ſeruos. Vocabat tamen eos Abia vaniſſimos ad confirmandum intentionem ſuam,quia interdum allegantes pro ſeipſis mentiuntur aliquid in fauorem ſuum. Vel vocat eos vaniſſimos referendo ad Salomonis rebellionem. Nam quòd rebellauerit Ieroboam contra Salomonē fuit malum,& fauentes ei in hoc dabant opera rei inhoneſtæ: & ex hoc vaniſſimi erant, quia cùm non appareret aliqua cauſa, quare rebellarent Iſraelitæ Salomoni, qui erat eorum rex à Deo datus, & erat bonus princeps, quòd acciperent nouiter in regem talem virum, à quo nihil vnquam beneficij ſuſceperant.

*An Ieroboam peccauit rebellando contra Salomonem. Quæſtio XVII.*

QVAERITVR vlterius, an Ieroboam peccauerit rebellando contra Salomonem. Aliquis dicet,quòd non: quia Salomon colebat idola, & peccabat præuaricando totam legem: ideo erat indignus regno,& ſic poterat ſibi repugnari, ſicut ſi Papa efficiatur hæreticus,non eſt ſibi obediendum, ſed eſt potius deponendus,vt patet in Decre.diſtinct.40.cap. ſi Papa. Sed dicendum, quòd iſtud non ſtat, quia dato,quòd Salomon eſſet indignus regno, tamen non poterat puniri per Ieroboam, quia ipſe non erat iudex ad corrigendum. Secus autem erat de toto populo, de quo erat maius dubium, an poſſet eum pro talibus delictis priuare regno,de quo declaratum eſt.3.Reg. in quadā quæſtione. Ieroboam tamen nullam habebat iuriſdictionem. Item Ieroboam dato, quòd eſſet iudex, quod non conceditur,non procedebat contra Salomonem modo iudiciario,ſed hoſtili, ſcilicet, conſpirando contra ipſum cum alijs de tribu ſua. Ideo commirtebat crimen læſę maieſtatis. Aliquis tamen dicet, quòd non peccabat Ieroboam, quia non inuadebat regnum Salomonis, ſed id quod ſuum erat, quia Deus promiſerat decem tribus dare Ieroboā, & quòd manerent poſteritati Salomonis duæ tribus, ſed Ieroboam non poterat modo iudiciali habere illas decem tribus,quas Deus ei promiſerat. Ideo licebat ei quocunque modo habere tribus illas. Ob hoc autem inter hoſtes, qui non habent aliquem iudicem ſuperiorem communem licita ſunt bella ad repetendum ſatisfactionem damnorum,vel iniuriarum: eo quòd aliter repeti non poſſunt, cùm non ſit aliquis iudex ſuperior communis. Sic autem erat inter Salomonem, & Ieroboam: quia non habebat Ieroboam aliquem iudicem ſuperiorem ad ſe & Salomonem,qui faceret ei iuſtitiam de Salomone. Sed dicendum,quòd adhuc iſtud non ſtat, quia Ieroboam nullum ius habebat patendi regnum Salomonis, eo quòd Deus nullum adhuc ei ius dederat: ſed promiſerat, quòd daret ei decem tribus,cùm dixit: Scindam regnum de manu Salomonis. tertio Regum vndecimo: eodem capitulo dixerat Deus, quòd non faceret iſtud tempore Salomonis,ſed tempore filij ſui Roboam. Non ergo habebat Roboam aliquod ius ad petendum decem tribus,& à fortiori non habebat aliquod ius ad repetendum per arma, & ad conſpirandum contra Salomonem, vt recuperaret iſtas decem tribus. Peccauit ergo Ieroboam rebellando contra Salomonem.

Nunc ergo vos dicitis, quòd reſiſtere poſſitis regno Domini, quod poſſidet per filios Dauid: habetiſque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos feeit vobis Ieroboam in Deos: & eiecistis ſacerdotes Domini, filios Aaron, atque leuitas, & feciſtis vobis ſacerdotes, ſicut omnes populi terrarum: quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum, qui non ſunt dij.

Nunc



*Nunc ergo vos dicitis,quòd reſiſtere poſſitis regno Domini.* Hic ponitur ſecunda ratio, vel inductio, quam intendit Abia contra Iſraelitas,ſcilicet,quòd Iſraelitæ putabant, quòd poterant defendere diuiſionem iſtam regni, quam fecerant, vt ſemper ſic maneret. Et Abia probat,quòd non poſſint defendere ſe,quia Deus pro eo pugnabit contra Iſraelitas, cuius cauſas aſſignat in litera,ſcilicet,quia viri Iuda erant cultores Dei, & viri Iſrael erant idolatrę, & dicitur,nunc vos dicitis, quòd reſiſtere poſſitis regno Domini. *Quod poſſidet per filios Dauid.* Quaſi dicat, non putetis vos pugnare contra homines,ſed contra Deum, quia regnum Iuda eſt regnū Dei,& filij Dauid,qui in eo ſuccedunt,non ſe habent tanquam ipſi ſint reges, ſed ſunt tanquam vicarij Dei poſſidentes regnum non nomine ſuo, ſed nomine Dei. Nam ſi pugnaretis contra homines,forſitan prævalere poſſetis, ſed cùm contra Deum pugnetis, impoſſibile eſt prævalere. *Habetiſq; grandem populi multitudinem.* Quia dixerat, quòd putabant Iſraelitæ ſe prevalituros contra Iudam ponitur hic,qua ſpe hoc agerent,ſcilicet, quia habebant ſecum magnam multitudinem exercitus. Nam Roboam ſolùm habebat duas tribus in regno ſuo: Ieroboam autem habebat decem. Etiam nunc in iſto bello dupla erat bellica congregatio Ieroboam, ſcilicet, octingentorum millium virorum, & Roboam habebat ſolùm quadringenta millia,& in hac confidebant Iſraelitę,ſed innuebat Roboam, quòd in hoc confidendum non eſſet, quia non eſt difficile in conſpectu Domini vincere in multis, vel in paucis, ſicut dixit Ionathas filius Saulis: primo Reg.14. *Atque vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in Deos.* Ideſt, habetis ad veſtrum adiutorium vitulos aureos, quos fecit Ieroboā eſſe Deos veſtros, & iſta eſt irriſio: quaſi dicat, non poſſunt vos adiuuare dij veſtri,quia ſunt de auro, & facti manibus hominum, & vos meliores eſtis dijs veſtris. Et dicitur quos fecit vobis Ieroboam in Deos ad ignominiam Ieroboam: quaſi dicat,iſti non erant dij,ſed Ieroboam fecit illos eſſe Deos. Iſti erant duo vituli aurei,quorum vnum poſuerat Ieroboā in Dan,& alterum in Bethel, vt populus coleret illos ibi, & non aſcenderent in Ieruſalē.3.Reg.12. *Et eiecistis ſacerdotes Domini filios Aaron.* Ideſt,eiecistis de terra veſtra ſacerdotes Dei,ideſt,quos Deus inſtituerat, qui erant filij Aaron. Nam Deus voluit, quòd ſacerdotes de nulla alia ſtirpe eſſent, niſi de ſtirpe Aaron,& quicunque alius accedere vellet ad miniſtrandum in ſacerdotio occidebatur: Num.3.& 16. & 18. Et ob hoc quando à principio ſacerdotes conſecrati ſunt, fecit Deus ſolùm Aaron, & quatuor filios eius,quos ſolos habebat vngi in ſacerdotes, vt patet Exo. 29. & Leuiti. 8. Quomodo autem eiecerint eos infra dicetur. *Atque leuitas.* Vocabantur Leuitæ omnes alij de tribu Leui præter filios Aaron,qui erant ſacerdotes, & iſti etiam erant miniſtri Dei in minoribus officijs,de quibus præcedenti lib.25.& 26.ſcilicet, in canendo,& cuſtodiendo theſauros, & obſeruando portas, & iudicando in diuerſis partibus Iſrael. Iſtos etiam eiecerunt eadem ratione,qua ſacerdotes. *Et feciſtis vobis ſacerdotes, ſicut omnes populi terrarum.* Intelligitur dupliciter. Vno modo, quòd fecerunt Iſraelitæ ſibi ſacerdotes voluntate ſua, ſicut omnes populi terrarum, ideſt, ſicut omnes gentes faciunt ſibi ſacerdotes quoſcunqne volunt nihil aliud obſeruando: ita & Iſraelitæ non tenuerunt illos, quos inſtituerat eſſe ſacerdotes,& leuitas,ſed ipſi arbitrio ſuo fecerunt, quos voluerunt: & hoc erat culpabile, cùm Deus poſuiſſet regulam,qui deberent eſſe ſacerdotes, & leuitæ, & non alij eſſent. Aliter poteſt intelligi,quòd fecerunt ſacerdotes, ſicut omnes populi terrarum, ideſt, ſicut non attenditur aliqua cōditio, vel genus perſonarum apud gentiles, de quibus ſacerdotes aſſumantur, ſed quicūque vult eſſe ſacerdos efficitur ſacerdos,ita apud nos quicunque vult eſſe ſacerdos fit, & iſte ſenſus literæ concordat cum ſequenti, ſcilicet. *Quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro.* Scilicet,quicunque venerit ad altare, & conſecrauerit manum ſuam offerendo taurum, efficitur ſacerdos: quaſi dicat,non eſt alius modus faciendi ſacerdotes,& hoc dicitur ad ignominiam Iſraelitarum, quia inter viros honorabilius conſtituebantur ſacerdotes. Primò, quia eligebantur perſonæ certæ,ſcilicet,quòd erant ſolùm de ſtirpe Aaron,& iſti non debebant eſſe habētes maculas aliquas: nam habentes maculam, licèt eſſent de genere ſacerdotali,non efficiebantur ſacerdotes, ſcilicet,non conſecrabātur,& dato quòd conſecrarentur, nunquam miniſtrabant,vt patet Leui.21. & ibi ponūtur maculæ, quas ſacerdotes non debebant habere. Secundum erat, quòd in conſecratione ſacerdotum obſeruabantur cœremoniæ multæ, & ſolennitates, quæ faciebant actum eſſe honorabiliorem. Iſtæ cœremoniæ patent Exo. 29. & Leuiti. 8. In ſacerdotibus autem, quos nunc faciebant Iſraelitæ,nihil iſtorum obſeruabatur. De primo patet, quia non eligebantur apud eos perſonę,nec quantum ad determinatum genus,nec quantum ad dignitatem aliquam,ſed quicunque volebat efficiebatur ſacerdos. Secundum erat, quia non obſeruabantur cœremoniæ aliquæ in conſecrando ſacerdotes iſtos, ſed immolabat quilibet eorum taurum,& quædam alia animalia,& ſic efficiebatur ſacerdos. Alia litera habet, quicunque venerit, & compleuerit manum ſuam, & intelligit Nicolaus de ingreſſu Simoniaco ad ſacerdotium, ſcilicet, quicunque veniebat ad Ieroboam, & implebat manum ſuam,ſcilicet,Ieroboam dando ei pecuniam in manu efficiebatur ſacerdos de mandato, & licentia Ieroboā, & huic conſonat litera,quæ habetur.3.Reg.13. loquēdo de hoc, ſcilicet, quicunque volebat implebat manum ſuam, & efficiebatur ſacerdos excelſorum. Dicendum tamen,quòd non accipitur complere manū, ideſt,dare munus aliquod in manu,ſed cōplere, ideſt, conſecrare,ſcilicet,quando fiunt omnes cœremonię, quæ requiruntur ad conſecrationem manus ſacerdotalis,dicitur manus compleri,ideſt,perfectè conſecrari,& nō poteſt intelligi pro Simoniaco ingreſſu,quod patet manifeſtè,quia dicitur: Quicunque venerit, & initiauerit manum ſuam in tauro: ergo iſta initiatio nihil aliud erat,quàm quędam conſecratio manus offerendo taurum,& tamen litera noſtra aliquando ponit complere manus,& aliquādo initiare,& idem eſt. Et paret hoc etiam ex litera Hebraica. Nam vbicunque nos habemus conſecrare manus ſacerdotum, vel initiare,in Hebræo ponitur complere, & inde Hieronymus traxit, quòd interdum imitaretur illum modum loquendi,& diceret compleri manus. *In tauro, & bobus,& arietibus ſeptem.* Iſta cœremonia obſeruabatur in quolibet, qui volebat effici ſacerdos, ſcilicet, qui deberet ſacerdos effici, offerret vnum taurum, & boues aliquos,& arietes ſeptem: de bobus non dicitur quot erant, ſed non eſſent multi, quia plures arietes offerentur, quàm boues, quia erant minora animalia. *In Hebræo dicitur in tauro filio vaccæ.* Vbi litera noſtra dicit,in tauro de bobus. Et hoc procedit ex æquiuocatione,quia ex illa litera Hebraica poteſt etiam trahi litera noſtra: videtur tamen ſenſus conuenientior, quem facit litera Hebraica, quia erit ſenſus, quòd deberet offerre vnum taurum, & ſeptem arietes. Et ſecundùm literam noſtram ſequuntur duo inconuenientia. Primum eſt, quia non ponuntur boues determinati ad cœremoniam iſtam conſecrationis ſacerdotalis, cùm tamen ponantur arietes determinati:

ita

Universidad de Deusto
Biblioteca



ita deberent poni determinati boues. Secundum est, quia fit differentia inter taurum, & boues, & tamen nulla est, quia nunc vocamus taurum bouem non castratum: vocamus autem boues absolutè ipsos boues castratos, & tamen apud Hebræos non erat talis differentia, quia nunquam castrabantur oues. Deus enim hoc vetuerat omnino fieri in terra Israel: Leuitici 22. Tenendo autem literam Hebraicam non sequitur aliquod istorum inconuenientium. Non primum, quia non ponuntur boues aliqui, sed solùm taurum filium vaccæ, & sic intelligitur de vnico tauro. Nec etiam secundum, quia non ponitur differentia inter boues, & tauros, quia solus taurus ponitur in Hebræo. Si tamen velimus tenere literam nostram, dicemus, quòd licèt Deus vetuisset inter Hebræos castrari animalia: tamē postquam Ieroboam fecit vitulos aureos præuaricatus est totam legem, & non obseruabatur aliqua cœremonia eius, & tunc castrabantur animalia, sicut apud gentiles, & erat differentia taurorum, & boum: & sic offerretur vnus taurus, & aliqui boues, quorum non ponitur summa. *Fit sacerdos eorum, qui non sunt dij.* Per hoc, quòd quis occidat ista animalia consecrat manus suas, & efficitur sacerdos idolorum, siue vitulorum, qui non sunt dij, sed simulachra ab hominibus facta: hoc dicit ad improperium Ieroboam, & Israelitarum, quia supra dixerat, quòd Ieroboam fecerat vitulos aureos in Deos Israelitis. Hic autem dicit, quòd non erant dij, vt confutet errorem eorum, qui colebant in Deos eos, qui non erant dij. In Hebræo dicitur, fuit sacerdos eius, quod non est Deus. Et est modus loquendi improprius, quia deberet poni præsens, & ponitur præteritum. Nam manifestum est, quòd quando quis offerebat ista animalia, de quibus hic dicitur, non erat factus sacerdos, sed tunc fiebat. Ideo debet dici fit, & non fuit, & tamen in Hebræo mutantur tempora, & dicitur in singulari eius, quod non est Deus: ponitur tamen pro plurali, quia ille, qui fiebat sacerdos simul efficiebatur sacerdos duorum vitulorum, quos fecerat Ieroboam. Hucusque probauit Abia, quòd Deus non adiuuaret Israelitas ad se defendendum, quia erant mali, & in litera sequenti probat, quòd adiuuaret viros Iuda, qui boni erant.

*An regnum Iuda esset regnum Dei.*
*Quæstio XVIII.*

QVAERITVR Circa prædicta. Et primò, cur dicitur hic regnum Dei regnum Iuda: nam dixit Abia, quòd non possent resistere Israelitæ regno Dei, quod possidebat per filios Dauid. Respondendum, quòd multis rationibus poterat vocari istud regnum Dei. Prima est, quia illud regnum à Deo datum erat filijs Dauid, & non possidebant illud alio iure, vel viribus, sed solùm Deo eis tradente, quia ipse dixerat, quòd Dauid, & filij sui regnarent in æternum super Israel. 2. Reg. 7. & præced. lib. 17. capit. Regnum autem Ieroboam, secundùm quòd præsupponebat Abia, non erat regnum Dei, quia non fuerat introductum Dei dispositione, sed potius violenter, & per insidias, cùm rebellauerit Ieroboam cōtra Salomonem, & inde traxit secum aliquos ad postea rebellandum contra Roboam, & faciendum diuisionem regni. Secundò vocabatur regnum Iuda regnum Dei, quia manebat in cultu Dei. Nam templum domini erat in terra Iuda, & sacerdotes domini, atque leuitæ, qui faciebant omnes cœremonias legis in sanctuario quotidie, sicut infra in litera innuitur. Regnum autem Ieroboam non erat sic regnum Dei, quia non manserat cultus Dei in illo, sed tota lex perierat, & vituli aurei colebantur loco Dei, & in hoc nullo modo illud regnum pertinebat ad Deum. Tertio modo vocatur regnum Iuda regnum Dei, scilicet, quia Deus dominabatur specialiter in terra Iuda. Nam Deus in omnibus terris dominatur dominio quodam generali, cùm ipse sit rex regum, & dominus dominantium, & princeps omnium regum terræ. Apoca. 1. capitulo. Et tamen inter viros Iuda dominabatur Deus specialiter, sicut si ipse solus esset rex Iuda: & sicut cùm aliquis est rex terræ, per manum eius disponitur de omnibus magnis negocijs, & nullus absq; eo audet quidquam facere: ita in omnibus rebus arduis viri Iuda recurrebant ad dominum, & consulebant eum per prophetas, & sacerdotes, & respondebat: sequebantur q; Israelitæ illam responsionem tanquam legem, & sic Deus disponebat de magnis rebus. Etiam sicut rex terræ est, qui facit bella cōtra hostes pro subditis suis, sicut dicitur primo Reg. 8. Rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: ita quando aliqua gens aduersabatur Iudæis, Deus habebat specialem curam de adiuuando eos, & destruebat aduersarios eorum, quod non fiebat in alijs gentibus, & istum principatum voluit Deus sibi retinere inter Iudæos. Vnde à principio noluit Deꝰ dare Israelitis reges, quia reges habēt plenissimam potestatem super subditos, & si haberent reges, viderentur totaliter subditi illis, & eos recognoscerent in dominos: vt autem solum Deum recognoscerent Israelitæ in dominum, noluit eis dare reges. Et ob hoc quando aliqui viri boni erant inter Israelitas, dato quòd illis offerretur principatus dominatiuus, non acceptabant illum, nè in hoc præiudicarent diuino iuri. Sic patet de Gedeone, cui dixerunt Israelitæ: dominare tu nostri, & filius tuus, & filius filij tui, quia liberasti nos de manu Madian. Et dixit Gedeon: non dominabor ego vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dñs Deus, vt patet Iudi. 8. Ex quo innuitur, quòd si dominaretur Gedeon super Israelitas nō dominaretur Deus super eos: ideo noluit ipse dominari, vt Deus dominaretur: quasi ista essent incompatibilia. Ex quo apparet, quòd istud dominium Dei erat valde specialiter acceptum, quia aliàs compareretur secum dominium hominū, cùm Deus sit domin⁹ omnium regnorum terræ, licèt illa regna sint subdita hominibus: sic etiam patet, quādo Israelitæ petierunt sibi regem dari à Samuele. Nam displicuit valde Samuelī, & Deus dixit ei, non te abiecerunt, sed me, nè regnem super eos: quasi dicat: si regem volunt hominem, ego non possum regnare super eos, sed me abijciunt. Non tamen abijciebant eum quantum ad dominium generale quod Deus habet super omnia regna, & reges, sed quantum ad dominium speciale, & immediatum: sicut si vnus sit rex alicuius regni, & regnicolę petāt alium in regem, abijciunt eo ipso priorem regem, quia non possunt duo esse insolidum reges eiusdem regni, sicut duo nō possunt in solidum esse dñi rei eiusdē. Istum autem principatum specialem dicebat nunc Abia, q̄ tenebat Deus in regno Iuda: ideo vocatur regnum Dei, & non hois. Et si obijciatur, q̄ non poterat Deus ibi regnare specialiter, cùm ibi essent reges aliqui homines. Respondetur, quòd illi non erant, vt reges, sed, vt tenentes regnū illud loco Dei, & quia possidens loco alterius, non habet aliud ius, nisi illud, quod habet ille loco cuius possidet, dicebatur Deus rex regni Iudæ, & nullus alius: filij tamen Dauid erant vicarij Dei, quia tenebant regnum nomine Dei, & hoc signauit hic Abia in litera, dicens: vos dicitis, quòd resistere possitis regno domini, quòd possidet per filios Dauid: quasi dicat, non possident illud filij Dauid, sed Deus possidet per eos.

Quod



*Quod fuit motiuum Ieroboam ad faciendum vitulos aureos.*
*Quæstio XIX.*

QVAERITVR vlterius circa vitulos aureos, quos fecit Ieroboam, & primò quod fuit motiuum Ieroboam ad faciendum vitulos aureos. Respondendum, quòd Israelitis præceptum erat secundum legem, quòd ter in āno, scilicet, in festo Azymorum, & in Pentechoste, & in festo Tabernaculorum ascenderent in locum sanctuarij omnes masculi Israelitarum: Exo. 23. & 34. & Deuter. 16. Erat autem nūc locus sanctuarij in Ierusalem, postquam Salomon ædificauit ibi templum. Ideo omnes Israelitę ascendere tenebantur in Ierusalem. Erat autem Ierusalem in regno Roboam, scilicet, in cōfinio Iudæ, & Beniamin. Si ergo decem tribus ascenderent illuc ter in anno, timebat Ieroboam, quòd reconciliarentur Roboam: in quo erat periculum Ieroboam propter multa. Primò, quia sacerdotes, qui erant in Ierusalem, & erant magnæ auctoritatis in populo, persuaderēt decem tribubus, q̄ redirent ad Roboam, quia ille erat verus dominus, & rex, cùm Deus promisisset posteritati Dauid regnum in sempiternum. 2. Reg. 7. & præcedenti lib. 11. capit. Populus autem faciliter assentiret sacerdotibus, & rediret ad Roboam: potissimè, quia populus assuetus erat toto tempore præterito obedire sententiæ sacerdotum quantum ad omnia, quia Deus dixerat, quòd quando aliquod dubium emergeret, consulerentur sacerdotes leuitici generis, & quod illi sentēsirēt, hoc teneretur, nec declinaret quisquam ad dexteram, vel sinistram: Deuter. 17. cap. Secundò, quia populus dereliquerat Roboam ex quadam perturbatione subitanea, scilicet, quia subito irati fuerunt contra ipsum propter eius verba dura. Cùm autem multotiens ascendere deberent in terram Roboam, & ille loqueretur eis pacificè, & ostenderet se velle eis complacere reconciliarentur ei. Tertiò, quia Roboam erat dominus antiquus: nam ipse, & pater suus Salomon, & auus suus Dauid fuerant reges Israel, & dominus præsiderat eis regnum in sempiternum. Ieroboam autem non erat dominus naturalis: ideo faciliter redirent ad dominum priorem, & dimitterent Ieroboam, & hoc tetigit Ieroboam. 3. Reg. 12. capit. dicens, convertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iudæ. Quartò, quia quando Israelitæ omnes de decem tribubus ascenderent peregrinando in terram Iuda in Ierusalem, porerat Roboam habere viros armatos de tribu Beniamin, & Iuda, qui opprimerent, & occiderent eos, nisi reconciliarentur regi Roboam. Quintò, quia non permitteret eos exire de regno suo, vel saltem non permitteret intrare in Ierusalem, si non reconciliarentur ei: ipse tamen populus erat cupidus religionis, scilicet, ad obseruādam legem de eundo ter in anno in Ierusalem: ideo reconciliarēter regi Roboam, vt permitteret eis intrare pacificè in sanctuarium, & non infligeret multa alia damna, quæ infligere poterat. Si autem decem tribus reconciliarentur Roboam, ad mandatum eius occiderent Ieroboam. Ideo ipse nesciebat aliquem modum, per quē conseruaret regnum suum, nisi, vt iuberet decem tribubus nō ascendere in Ierusalem ad sacrificia, & quia populus consuetus erat ter in anno sacrificare ascendendo ad locum sanctuarij præter alia sacrificia necessaria in lege, de quibus Num. 28. & 29. cap. & per totū Leuiticum, & in Deutero. ideo stauit eis duos vitulos aureos in duobus locis Israel, in quibus facerent omnes cœremonias legis, quas facturi erant in sanctuario Domini.

*An Ieroboam peccauit faciendo illos vitulos.*
*Quæstio XX.*

QVAERITVR vlterius, an Ieroboam peccauit faciendo vitulos aureos, vt non ascenderet populus in templo domini. Aliquis dicet, quòd nō, quia dñs promiserat ipsi Ieroboam facere domū fidelem. i. regnum semper durans, vt patet. 3. Reg. 11. Ergo licebat ei facere omnia illa, sine quibus regnum non erat perpetuum: si tamen Ieroboam permitteret decem tribus ascendere in Ierusalem, non poterat regnū esse perpetuum, quia conuerterentur subditi sui ad Ieroboam: ergo permittebatur ei facere vitulos aureos, quos non faciendo perderet regnum. Sic enim est in iure humano, q̄ si cui committitur causa examinādа, delegantur omnia sine quibus causa examinari non potest, ēt si ista nō exprimantur, vt patet ext. de offic. deleg. cap. præterea. Respondendum, quòd valde peccauit Ieroboam, quia nimis increpatur à Deo per Haiam Silonitem prophetam. 3. Re. 14. & per totum tertium, & quartum libros Regum. Nam dicitur, quòd peccauit, & peccare fecit Israel, & fortasis nullus hominum tantum peccauerat ante Ieroboam, sicut ipse peccauit, vt declaratum est 3. Reg. 14 in quibusdā quæstionibus. Fuit autem peccatum Ieroboam in duob⁹. Primò, quia fabricauit vitulos aureos: nihil tamē erat magis prohibitum in lege, quàm fabricare idola: Exo. 20. & Deut. 4. & 13. & 17. nec erat aliquid, q̄ tantum Deus abhominaretur, aut tam grauiter puniret, sicut peccatum idolatriæ, sicut patet ex omnibus libris legis Moysi, Secundò peccauit, quia prohibuit populo ire in sanctuarij locū. Deus tamen iusserat, q̄ oēs masculi de Israel ascenderent ter in anno in locum sanctuarij: Exo. 23. & 34. & Deut. 16. Primum tamē erat grauius, quàm secundum, quia primum erat contra præceptū morale, Secundum erat contra cęremoniale, sed cęremonialia non tantum obligabāt, sicut moralia, cùm moralia obligent secundùm naturam, etiam si nō imponātur à legislatore, vt patet ad Rom. 2. s. Gētes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quę legis sunt faciūt dictante eis conscientia. Ad rationem in contrariū. s. q̄ cùm permitteretur Roboam regnū decem tribuū permittebantur ei omnia illa, sine quibus non poterat illud regnum conseruare, & illud erat facere vitulos aureos, & habere illos. Dici potest vno modo, quòd non iubebatur Ieroboam, q̄ haberet regnum decem tribuum, sed promittebatur ei quasi in gratiam, sed poterat viuere vita priuata licitè, si vellet. Ideo à fortiori si ipse videret aliquid, per quod non poterat regnum tenere quin offenderet Deum, vt sibi videbatur, tenebatur dimittere illud. Aliter potest dici, quod Ieroboam non cogebatur perdere regnum, aut facere vitulos aureos, quos coleret populus, quia etiam si humano consilio ageret solùm nullam spem ponēdo in Deo, poterat facere melius. s. q̄ ædificaret vnum templum, sicut erat in Ierusalem, licèt non esset tam sumptuosum, & ibi faceret fieri per sacerdotes omnes cœremonias, quæ fiebant in templo Salomonis, & cogeret populum, non ascendere in Ierusalem: tunc tolleretur inconueniens, quod ipse volebat. s. quòd reconciliaretur populus Roboam. Nam non reconciliaretur, & ipse leuius peccaret. s. solùm in præcepto cœremoniali faciendo, q̄ extra templum fierent sacrificia, tamen non faceret vitulos aureos, sed coleretur Deus, sicut in Ierusalē: & tūc Deus faciliter remitteret illud peccatum, quia ante tempora Salomonis populus sacrificabat in excelsis: tamen Deus nō puniebat istud peccatum, licèt dicatur, q̄ esset peccatū, vt patet tertio Reg. 3. cap. Aliter etiam potest dici, q̄ si videret Ieroboam, q̄ necesse erat ipsum perdere regnum, & mori,

si

Universidad de Deusto
Biblioteca



si non faceret contra legē, tenebantur non facere contra illam. Sinon fabricando vitulos, nec vetando populum ire in sanctuarium dñi, vnde licèt esset praua præuaricatio, nō permittere populum ire in sanctuarium domini faciendo aliud sanctuarium, & colēdo idola: tamē potius debuisset mortem subire Ieroboam, quā vetare populum ire in sanctuarium. Aliter etiam pōt dici, quòd peccauit Ieroboam faciens idola, quia non credidit Deo. Nam Deus dixit ei, ꝙ si ipse ambularet in mandatis eius, sicut ambulauerat Dauid, faceret ei domum fidelem. Credere debebat ergo certissimè Ieroboam, ꝙ permittendo populo ire in templum ad adorandum dñm, non perderet regnum, quia Deus ꝓ miserat ei regnum in æternum si coleret ipsum. Ideo non solùm peccauit Ieroboam in idolatria, & faciēdo, quòd populus non iret in sanctuarium, sed etiam tertiò peccauit non confidendo Deo, qui promiserat ei conseruare regnum si coleret ipsum.

*Quomodo poterat conseruare regnum permittendo populum adorare in Ierusalem. Quæst. XXI.*

QVAERITVR Vlterius circa hoc, quomodo poterat Ieroboam conseruare regnum permittendo, ꝙ populus ascenderet in Ierusalem ad adorandum, quia tunc sequeretur inconueniens, ꝙ formidabat Ieroboā. si ꝙ conuerterentur Israelitę ad Roboam dñm suū, eo ꝙ manebant oīa motiua, q̄ assignata sunt quæst. superiori 19. Respondēdum, ꝙ ex hoc Ieroboā deliberauit facere vitulos aureos, quia videbatur ei difficile, ꝙ populus iret in Ierusalem, & non conuerteretur ad Roboam: fuit tñ cōsilium Ieroboam tāquam hominis diffidentis de promissione Dei, quia Deus ꝓmiserat ei cōseruare regnum, si coleret eum, sicut Dauid, vt patet. 3. Reg. 11. Ideo credere debebat, ꝙ Deus daret modum, quo licèt ascenderet populus in Ierusalem non conuerteretur ad Roboam. Item dato, ꝙ Deus non promisisset ei cōseruare regnum si coleret eum, credere debebat, quod Deus, qui dederat ei regnum cùm nō esset de progenie regum, cōseruaret ei illud, dum coleret ipsum. Modus autem erat ex parte Dei, quòd ipse incuteret tantum timorem Roboam, ꝙ nō auderet resistere Israelitis venientibus in sanctuarium nocendo eis in aliquo, nec auderet persuadere ipsis, ꝙ redirent ad eum, vel potius moueret cor Roboā ad diligendum Ieroboam, ita vt nullo modo desideraret subtrahere ei subditos suos, & contentus esset habere duas tribus, quas habebat. Istud autem facile erat Deo, quia in manu eius sunt corda nostra, & potest mouere illa quocūq; voluerit. Prouer. 21. scilicet. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu dñi, & quocunque voluerit vertet. Vnde aliquando inclinat nos Deus in amorem, in timorem, & in alias passiones, sicut ei placet, vt apparet Leui. 26. & Deute. 28. Istud autem maximè apparebat, quia quolibet anno Deus faciebat maiora in Israel. Nam quolibet anno ascendebant ter omnes masculi Israelitarum in Ierusalem, & manebant vrbes vacuę, vel saltē solę fœminę manebant ibi: & tñ hostes, q̄ erāt in circuitu Israel sciētes vrbes vacuas nunc̄ ascendebāt ad capiendū illas, q̄a vel non audebant Deo incutiente eis timorē, aut non desiderabant, ꝙ tunc capere illas, q̄a Deus mouebat illos ad non desiderandū, vt patet Exo. 34. s. Cùm tulerogentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terrę tuę ascendente te, & apparente in ꝓspectu dñi Dei tui ter in anno, multis aūt modis Deus facere poterat, quòd licèt Israelitæ ascenderent in Ierusalem non perderet Ieroboam regnum.



*Quare fecit Ieroboam duos vitulos. Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius, quare Ieroboam voluit facere duos vitulos, quia sufficiebat ei, ꝙ faceret vnum quem colerent Israelitæ. Item videtur, quòd ipse potius debuisset facere vnicum vitulum, & ponere illum in vnico templo, ad quod cōuenirent omnes Israelitę: & patet hoc, quia Ieroboam transferebat Israelitas à cultu Dei ad cultum idolorum, & hoc solū, vt non haberent occasionem recōciliandi se cum Roboam ascendendo in Ierusalem: debebat ergo ad hoc transferre eos quanto minus posset tenendo aliquam similitudinem cum cultu Dei, nè Israelitæ abhorrerēt omnimodam mutationē subito fieri. Cùm ergo inter Israelitas esset vnicus locus, vbi fierent sacrificia: Leui. 16. & Deut. 12. & Ios. 22. Ita debuisset Ieroboam constituere vnicum locum, & ibi ponere vnicum vitulū. Item Ieroboam transferebat Israelitas à cultu Dei ad idola, & videbatur difficile à principio transferre sine aliquo colore: ideo debebat esse color, ꝙ ipse non inciabat illos ad colendum imagines istas, sed potius ad colendum Deum in istis imaginibus, & quia Deus Israel vnicus erat, melius coleretur in vnica imagine, & repręsentaretur, quàm in duabus. Nam cùm viderēt duas imagines putarent eas repręsentatiuas esse duorum deorum. Ex hoc enim iussit Deus vnicum templum fieri in toto Israel, vt nō putarent Israelitę quòd multi dij erant, sed multa altaria essent, vel multa templa. Cùm ergo faceret Ieroboam vnicum vitulum, putarent Israelitę illum fieri ad repręsentationem vnius Dei, & facilius transferrētur ad hoc, cùm tamen duos vitulos viderent, putarent pro duobus dijs illos poni, & abhorrerent magis istud: ideo magis conueniebat ipsi Ieroboam facere vnicum vitulum. Respondendū, quòd Ieroboam voluit facere multos vitulos propter duo motiua, quæ eum potius ad multos vitulos, quā ad vnum incitabāt, & propter quæ simulabat Ieroboā se hoc facere. Pro quo sciendum, quòd Ieroboam secundùm veritatem non mouebatur ad faciēdum istos vitulos, nisi, vt populus non reconciliaretur Roboam ascendendo in Ierusalem, vt patet. 3. Reg. 12. Istud motiuum tamen non expressit rex populo, sed intra se sollicitus istud cogitauit. Finxit autem, ꝙ nolebat, quòd populus ascenderet in Ierusalem propter duo: primū erat, quia videbatur superuacuum illuc ascēdere, quia determinatio legis, scilicet, quòd esset vnicus locꝰ sanctuarij, non erat necessaria, quia Deus vbique est, ideo non magis in vno loco, quàm in alio coli potest. Ad hoc autē conueniebat potius, quòd ipse faceret plura templa, quàm vnicum, vt sic innueret in multis locis, imò vbique posse Deum æqualiter coli. Si autem vnicum templum fecisset, videretur coincidere cum positione legis, scilicet, quòd Deꝰ solùm colebatur in vno templo conuenienter. Fuit ergo conueniens intentioni suæ, quòd ad minus faceret duo templa, & ponere duos vitulos in eis. Secundum motiuū erat, quòd signabat Ieroboam se facere hoc ad tollendum laborē populi, scilicet, quia difficile erat, & laboriosum, quòd de toto Israel congregarentur in Ierusalem ad festiuitates: ideo posuit duo loca, in quibus coleretur Deus in regno suo, vt quædam pars regni iret ad vnum locum, & alia iret ad alium, & sic facile esset cuilibet ire in sanctuarium. Fuit ergo conueniens ad minus poni duo loca, & fuerunt ista Bethel, & Dan: eo quòd vnum erat in extremitate meridiana decem tribuum, scilicet, Bethel, & aliud erat in extremitate Aquilonari, scilicet, Dan, & conueniens ter in vrbe Dan fuit nunc positum idolum à principio habitationis suæ per Iudæos, scilicet, Idolum Michæ.

Nam



Nam ex eo die, quo filij Dan acceperunt ciuitatem illam de manu Laisenorum posuerunt ibi idolum Michæ: & mansit ibi vsque ad diem captiuitatis ciuitatis ipsius, Iudi. 18. Et hoc fuit vsque ad tempora Samuelis, vt declaratum est eodem cap. in quadam quæstione: & sic nunc conuenienter ibi idolum poneretur, quia non haberent illud molestum filiæ Dan. Ad rōnes in cōtrarium dicendū, ꝙ illę ꝓbant, ꝙ dēret Ieroboam vnicum vitulum & vnicum locum cultus cōstituere ad concordandum legi: & verum est: quia si intenderet concordare legi, quòd vnicum vitulum fecisset, & tamen potius intendebat discordare, ostendendo, quòd non solùm in vno loco Deus conuenienter colitur, sicut lex præsupponebat: sed etiam in multis, vel potius ubique: ideo potius debuit multos vitulos, & loca cultus constituere.

*Cur potius dixit populum ad colendum vitulos. Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Ieroboam vellet deducere populum ad cultum imaginum, cur potius ad colendum vitulos quàm aliquam aliam imaginem, cùm essent tunc apud Gentiles dij multarum figurarum. Respondendum, quòd magis fuit hoc rationi propinquum quàm facere Deos alterius figuræ. Voluit enim Ieroboam tales Deos Israelitis fabricare, de quibus verisimiliter possent cogitare, ꝙ erant dij. Est autem Deus secundùm omnem hominum conceptionem aliquid viuens & operans: ideo id quòd magis accedit ad naturā viuentis facilius potest credi esse Deus. Israelitæ autem in Aegypto viderant Deū Apin, qui apud Aegyptios singulis annis apparet: & ante eos currit: & de manu eorū cibum sumit: & aliquam futurorum significationem ostēdit, & cùm vna die apparuerit in anno, nō apparet postea toto illo anno. Est autem dies certus in quo apparet: & tunc Aegyptij præsto sunt celebrare magnam festiuitatem, & occurrere ei cum omni genere musico rum organorum. De quo latè dictum est Exo. 2. & 32. Inter Aegyptios autem nullus Deus in comparatione istius in veneratione aliqua habetur, ideo Israelitæ, qui in Aegypto fuerunt multo tempore, sæpe viderunt istum Deum Apin in forma bouis præcedentem Aegyptios: & ipsi eum coluerunt cū ceteris Aegyptiis. Et ista fuit causa quare in exitu de Aegypto nondum completis quatuor mēsibus ab exitu de Aegypto, manente Moyse cum domino in monte accipiendo legem, Israelitæ fabricauerūt sibi Deum: qui tamen nullam aliam figuram fecerunt nisi vitulum: Exo. 32. Ita ergo nunc memoriam habentes illi⁹ Dei Aegyptiorum, quem verisimilius Deum putabant, fabricauerunt mandato Ieroboam vitulum. Item istud factum est introducendo auctoritatem Aaron, qui erat summus sacerdos, & Deo acceptabilis: ipse tamen fabricauit vitulum aureum Exo. 32. Item plurimi Israelitarū putauerunt quòd cùm iste esset Deus viuens potens mouere ante eos, quòd iste erat Deus, qui eduxisset eos de Aegypto, & ob hoc fabricato vitulo per Aarō cantauerunt, ecce dij tui Israel, q̄ te eduxerunt de terra Aegypti: Exod. trigesimo secundo. Nunc igitur tenentes eandem opinionem fabricauerunt vitulos, & dixerunt: ecce dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. tertio Regū duodecimo, nulla alia imago conuenientior visa est ad fabricandū nunc quàm ꝙ fierent vituli, & illos excogitauit facere Ieroboam.

*Quomodo persuasit, vt colerent Deum in duobus templis. Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo potuit Ieroboam persuadere Israelitis, vt colerent Deū in duobus templis. Nam secundū legem Leui. 17. et Deute. 12. statutum erat vnicum esse locum sanctuarij. Respondendum est secundùm Iosephum 8. Antiqui. quòd persuasit hoc Ieroboā alquali ratione quasi naturali: dixit enim quòd Deus vbique est: ideo non magis in vno loco quàm in alio coli potest. Et si forte aliquis de populo diceret, cur Deus in vnico loco iussit sibi fieri templum. Responderet Ieroboam, istud factum fuisse ad maiorem solennitatem, vt totꝰ populus appareret ibi: & tamen nihil prohibet Deū vbique coli. Quia si Deus esset vt homo, qui vnicum locum habet, conueniens erat ei vnicum locum assignari ad colendum ipsum. Quia tamen Deus vbiq; est, vbique coli potest: & quia sine labore grauiori erat eum in multis templis coli quàm in vnico, voluit constituere multa templa ad relenandum laborem populi. Forte etiam Ieroboam dixit Israelitis, quòd tribus Iuda, & Beniamin erant hostes ipsorum, & si ascēderent in terram eorum ad sanctuarium, possent eis nocere: ideo licitum erat ipsis colere Deum in terra sua. Ista sunt aliqualiter colorata: & tamen potius videtur quòd Ieroboam trāstulerit clarè Israelitas ad idolatriam: quia non solùm fecit esse multa templa, sed etiam constituit sacerdotes quoscunque laicos de populo, qui non erant de filiis Leui: vt patet supra in litera, & 3. Reg. 12. Et tamen, istud erat contra legē Num. 3. & 16. & 18. & generaliter in omnibus recedebat à lege.

*Quomodo potuit perducere ad colendum vitulas, cùm sit abhominabile. Quæst. XXV.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo Israelitæ potuerūt perduci ad hoc ꝙ colerent vitulos, cū istud esset valde abhominabile eis. Respondet Iosephus 8. Antiq. quòd inducti fuerant ad hoc sub nomine religionis, scilicet tanquam colerent Deum sub effigie illorum vitulorum: sicut nos sanctorum habemus imagines: & dixit illās duas vitulas esse Deo æquiuocas, ideſt quòd non signabatur per quamlibet vitulā vnus Deus, nec erat quælibet vitula vt Deus, sed per quamlibet signabatur idem Deus, & vnicus. Sed obiicietur, quia 3. Regum 12. vbi ponitur de fabricatione istorum vitulorum dicitur: ecce dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti, & sic vocauerunt plures Deos, & tamen contra legem est nominari plures Deos: vt patet Exo. 20. & Deute. 4. & 5. Sed dicunt quidam, quòd accipitur plurale pro singulari ex conditione idiomatis Hebraici. Sicut patet Exo. 32. scilicet. Ecce dij tui Israel, & tamen ibi vnicꝰ vitulus erat. Sed dicendum, quòd istud nō stat: quia si intendisset Ieroboam Deum colere in vitulo, vel innuere populo, quòd colerent Deum in vitulo non deberet facere multos vitulos, sed vnicū, vt signaret vnitas Dei: fecit tamen duos vitulos, & dixit, ecce dij tui Israel: ergo volebat innuere plures deos. Item Ieroboam sciebat, quòd Deus puniuerat valde Israelitas, quia coluerant vitulum in deserto: ideo si ipse vellet Deum colere, non debuisset fabricare imaginē vituli. Sed videtur ꝙ rationabiliter debuisset Ieroboam facere vnum templum in terra sua, & ibi nullam ponere imaginem, sed facere oēs cęremonias legales, q̄ fiebāt in Ierusalem: & tunc non erraret à lege, nisi in vno. s. ꝙ extra vnicum locum sanctuarii faciebat sacrificia. Ad istud autem ipse poterat ostendere cām rationabilē vel verisimilem, s. ꝙ propter hostilitatē, q̄ habebāt

decem

Universidad de Deusto
Biblioteca



decem tribus cum Iuda, & Beniamin, non deberent ire in Ierusalem: & ob hoc quòd liceret eis facere in terra sua templum ad colendum dominum: Ieroboã tñ omnino deuiauit à lege, scilicet quia cõstituit duas imagines tanquam Deos. Quod erat potissimè contra legem: etiam fabricauit templa in diuersis locis. Item cõstituit sacerdotes non de leuitis, sed de quibuscumque de populo: vnde nihil de lege videbatur custodire. Dicendum igitur, quòd Ieroboam voluit totaliter detrahere intentionem Israelitarum à templo Ierusalẽ, ne illuc euntes reconciliarentur Roboam regi Iuda. Istud autem visum est sibi non posse facere nisi deducendo populum ad opinionem totaliter cõtrariam. Erat autem positio legis, quòd Deus in vnico loco coleretur, & sine imagine. Si autem Israelitæ habuissent vnicum locum, & sine imagine in terra Ieroboam, putarent aliquid sibi deesse ad obseruationẽ legis, scilicet q̃ nõ colebant Deum in illo loco, in quo ipse statuerat, scilicet in Ierusalem, ideo desiderarent ire in Ierusalem. Voluit ergo totaliter Ieroboã agere contra legem. s. introducendo imagines, & multa templa: & tunc cùm Israelitæ viderent nihil se seruare de lege, quàm olim seruabant, sed totaliter esse in opinione cõtraria, non inclinarentur ire in Ierusalem tanquam illud sibi deesset ad complementum legis. Sed voluit Ieroboam, quòd sicut populus Israel, & viri de regno Iuda erant nunc hostes, ita modi colendi Deum inter ipsos essent nimis diuersi. Ideo putandum est, q̃ Ieroboam voluerit ostendere illos vitulos esse Deos, qui eduxerunt Israelitas de Aegypto: & qa in lege Moysi non fuerat introductus talis modus dei talis consequenter non oportebat fieri aliquem modum cæremoniarum istis diis de cæremoniis, quæ fiebant in lege Moysi. Et si aliqui adhuc vellent proteruire q̃ isti vituli non fuerint facti, vt dij, scilicet ad hoc quòd colerentur: sed vt per illos intelligeretur Deus. Dicendum, q̃ non stat, quia supra in litera dicitur: habetis vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboã in Deos. Ergo non erant vt imagines Dei, sed vt ipsi dij.

*Quomodo potuit persuadere populo, quòd essent sacerdotes de populo. Quæst. XXVI.*

QVAERITVR deinde, circa sacerdotes istos quos constituit Ieroboam pro istis vitulis, scilicet quomodo potuit Ieroboam persuadere populo, quòd essent sacerdotes de populo, & non de leuitis sicut erat in Ierusalem. Respondendum, q̃ Ieroboam faciliter hoc persuasit, quia cultus idolorum. s. vitulorum differebat nimis à cultu Dei, fm legem Moysi. Ideo non solũ in ritu colẽdi, sed etiam in ministris poterat esse differentia. Nam variato principali, scilicet Deo, qui colebatur, poterant reliqua variari. Itẽ quia populo hoc placeret, q̃ essent sacerdotes de oĩbus tribubus, cũ in hoc esset quidam honor. Itẽ, quia à principio fuerat iste modus, & ẽt inter oẽs gentes erat, q̃ primogeniti haberent præcipuum honorem in sacrificando: cæteris tñ licebat facere sacrificium. Item arguëret ad hoc Ieroboam quadam ratione quasi naturali. s. Deus non est acceptor personarũ: vt patet Deu. 1. & 10. Iõ quicunq; voluerit colere ipsum recto animo, acceptabitur ab ipso, sed sacerdotes colebãt Deũ specialiter: ideo ad quemcunq; poterat pertinere fungi sacerdotio. Ista rõne vtebatur Chore, & socij sui q̃tra Moysen, & Aaron pro summo sacerdotio Aaron: & pro minori sacerdotio stirpis suæ. Nam volebant isti, q̃ ad totum populum pertineret sacerdotium: eo quòd oẽs erant viri sancti. Vnde dixerunt ad Moysẽ, & Aaron: sufficiat vobis, q̃ omnis multitudo sanctorũ est, & in ipsis est Deus, cur eleuamini super populum dñi? s. vsurpando vobis solis sacerdotium? Nõ ergo esset magna difficultas in persuadendo hoc populo.

*Cur Ieroboam sacerdotes constituit de populo non de tribu Leui. Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius, quod fuit motiuum ad faciendum sacerdotes de populo, & non de filiis Leui. Respondendum vno mõ, q̃ poterat istud esse ad faciendum diuersitatem inter cultum vitulorum, quem ipse nunc introducebat, & cultum dei, q̃ præexistebat. Nam prior cultus erat per sacerdotes de stirpe Leui. Iste autem cultus erat vt voluit Ieroboam per viros laicos quoscunque. Secunda ratio poterat esse, quia Ieroboam voluit excludere sacerdotes, & leuitas de terra sua, quia fortè senserat eos sibi repugnaturos in idolatria ista, & vt sacerdotib⁹ dissuadentibus, & detestantibus cultum istum populus non recederet ab idolatria rediẽs ad priorem cultum Dei, deliberauit excludere eos, & vt nõ videretur egere ministris, ante illorum recessum constituit sibi sacerdotes de quibuscunque de populo. Tertia ratiõ potuit esse, quia dato quòd non intenderet Ieroboam excludere de terra sua sacerdotes, qui erant de tribu Leui: & tñ interdũ poterant abesse: et tunc populus, vt haberet ministros, iret in Ierusalem vbi maxime residerent sacerdotes, & leuitæ, q̃d contra intentionem Ieroboam erat: ideo vt nunquam deessent sacerdotes, constituit sacerdotes de populo. Quartò, quia dato q̃ non expelleret Ieroboam sacerdotes, et leuitas de terra sua, ipsi recederent de ea propter vitulos aureos: ẽt tamen in defectum ministrorũ, oporteret populũ Israel ire in terram Iuda ad sacrificia, iõ constituit de populo sacerdotes, vt nunquã deessent sacerdotes, nec oporteret ire aliqs in Ierusalem. Istæ causæ oẽs sunt verisimiles: & tñ non sunt oẽs solidæ. Nam non est verum, quòd cõstituerit Ieroboã sacerdotes: quia recesserunt sacerdotes de filiis Leui. Nã antequam recederent, cõstituit sacerdotes de populo: imò ista fuit cã quare sacerdotes, & leuitæ recesserunt de terra decẽ tribuum. s. quia ipsi iã nõ ministrabant in officiis, & cõsequenter non habebant redditus aliquos, sed populares vsurpauerant istos. Sic. n. colligitur supra 11. s. Sacerdotes, & leuitæ, qui erant in vniuerso Israel venerunt in Ierusalẽ: eo q̃ abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio dñi fungerẽtur. Dicendũ igitur, q̃ motiuũ Ieroboã fuit, vt placeret populo. Erat. n. sacerdotiũ magni honoris, & magnorũ reddituum inter Israelitas, iõ Israelitæ pugnauerunt cõtra Moysem, & Aaron q̃ ipsi vsurparent sibi sacerdotium, & per hoc dominarẽtur super populũ: Nu. 16. Deus ãt abstulit ibi istã cõtentionẽ: Num. 17. Erat igitur cupidus sacerdotij, sed nõ audebat vsurpare illud propter legem, & principes vetantes. Nunc Ieroboam, vt posset inducere populum ad ea, quæ ipse volebat, scilicet ad totalẽ legis mutationem, voluit complacere populo in hoc constituendo sacerdotes de popularibus.

*Quare Deus non puniuit Israelitas. Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Deus non puniuit Israelitas vsurpantes sibi sacerdotium. Nam Deus dixerat, quòd quicunque accederet ad ministrandum, si non esset de stirpe Aaron, moreretur: Nume. tertio, & decimooctauo. Item patet hoc ex exemplo: quia Chore, & ducenti quinquaginta socij sui voluerunt vsurpare sacerdotiũ offerendo thus coram altari, & omnes simul cœlesti igne exusti sunt.



Num. 16. Rex quoque Ozias, qui alio nomine vocatur Azarias, voluit offerre thymiama in altari, & in fronte fuit percussus lepra 4. Regum 15. & infra 26. Responderi potest vno modo secundùm quosdam, quòd istud factum est ex misericordia Dei, qui expectabat conuersionem Israelitarum. Vnde misit prophetam ad eos: vt patet 3. Regum 13. & si voluissent reuerti libenter remisisset eis præterita mala. Sicut ẽt tolerauit eos multo tempore, quòd idola coluerint mittendo ad eos quotidie prophetas, quos non exaudierunt quousque facta est insanabilis plaga eorum, & fecit eos duci captiuos in terram Medorum, & Persarum: vt patet 4. Regum 17. Sed dicendum, quòd ista responsio potest esse conueniens, si quæratur quare Deus non puniuit Israelitas, cùm colerent idola, cùm ex sola misericordia tandiu expectauit: & tamẽ de sacerdotibus non est eadem responsio. Nam dato quòd Deus vellet agere secundùm rigorem cum Israelitis, non debebat eos occidere, quia peccauerunt sacerdotes de popularibus. Quia lex data Num. 3. & 18. non se extendebat ad istos, sed solùm ad illos, qui vellent in templo domini coram altari suo ministrare, si non essent de stirpe Aaron. Isti autem non ministrabant Deo, sed idolis. Etiam non ministrabant in templo domini, sed in tẽplis prophanis, & sic nõ obligabat eos lex illa. Vnde nõ magis peccarent Israelitæ, quòd populares facerent sacrificia illa, quam quam facerent ea sacerdotes de stirpe Aaron, sed peccabant solùm in hoc, q̃ colebant idola.

*Quomodo eiecerunt sacerdotes, & leuitas, & quare. Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, q̃ eiecerunt Israelitæ sacerdotes dñi, & leuitas de terra sua qũo hoc stet, & quare fecerunt. Respondẽdum, q̃ ista eiectio potest intelligi dupliciter: vno mõ q̃ eiecerunt eos non quidem iubentes, vel cõpellẽtes, q̃ recederent, sed eiicientes eos de honore suo. Nam honor sacerdotalis competebat solis viris de stirpe Aaron: quod aũt daretur iste honor etiam aliis, erat dimittere statum illorum, quibus solùm competebat. Et quia Israelitæ dederant potestatem sacerdotalem cuicunque de populo, quia quicunque volebat consecrabat manum suam, & efficiebatur sacerdos, vt patet in litera. Iõ eiiciebant sacerdotes à se, s. deiicientes eos de honore suo. Secundo modo dicebant eos eiicere non quidem de terra, sed de ministerio domini: nam Ieroboam faciebat, quòd in terra sua colerent vituli aurei. Sacerdotes aũt, & leuitæ non erant ministri vitulorum, sed Dei veri, & sic nõ permittebat Ieroboã, quòd permanerent in ministerio priori isti sacerdotes, & leuitæ: sed q̃ colerent idola si vellent: & sic eiiciebat eos de ministerio suo. Hoc signatur supra 11. scilicet sacerdotes, qui erant in vniuerso Israel venerũt in Ierusalem, eo q̃ abiecisset eos Ioroboam, & posteri sui ne sacerdotio dñi fungerentur. Tertio mõ potest dici, q̃ eiecerunt eos de terra sua nõ quidem directè iubendo eis, q̃ inde recederent, sed indirectè cogendo eos ad recedẽdum. Et hoc poterat esse dupliciter. Vno mõ q̃ subtraherent victum eis. Nam sacerdotes, & leuitæ habebant victum de iis, quæ percipiebant de laicis, cùm ipsi nullas possessiones haberent: vt patet Num. 18. & Deute. 18. & Iosue 13. Israelitæ tamẽ ista subtraxerant sacerdotibus, & leuitis, iõ cogebant eos recedere de terra sua. Et ista subtractio fiebat dupliciter, quia dupliciter sacerdotes, & leuitæ percipiebãt victum ab Israelitis. Primo mõ per viam iuris, vel de debiti, scilicet quia aliqua erant iura sanctuarij, vt decimæ, primitiæ, oblationes: & alij redditus, qui de iure competebant sacerdotibus, & leuitis: ita quòd essent sibi debiti: de quibus Nume. 18. Secundo mõ per viã eleemosynæ. Nam quandocunque Israelitæ faciebant sacrificia, & epulas magnas, cõmendabat Deus eis q̃ vocarent ad prandium leuitas, qui pauperes erãt Deut. 12. & 14. Etiam colligebant quolibet anno tertio vnam decimam pro pauperibus Israelitæ: & illam iubebat Deus, q̃ darent pupillis, aduenis, & leuitis, & omnibus pauperibus: Deut. 14. Etiam quandocunq; coquebãt panes Israelitæ iubebat Deꝰ, q̃ separarẽt de illis primitias quasdã. i. aliquas partes pro sacerdotib⁹, & leuitis, vt colligitur, & declaratum est Nu. 15. Omnia autem ista iura, & eleemosynas subtraxerant Israelitæ leuitis, & sacerdotibus. Vnde nihil hẽbant aliud vnde viuerent: & sic necesse erat, vt recederent de terra Israelitarum, cùm nihil haberent ibi, de quo sustentarentur. Secundo mõ indirectè eiiciebant eos de terra, scilicet quia cogebant eos non ministrare domino. Nam Ieroboam iusserat, quòd nemo de terra sua ascenderet in Ierusalem: vt patet 3. Regũ 12. Et sic sacerdotes, & leuitæ, qui erant in terra Israel, non possent ire ad ministrandum in Ierusalem, oportebat tamen eos ire illuc: ideo indirectè cogebant eos exire de regno, vt manerent foris: & sic possent ministrare in Ierusalem. Quod autem oporteret sacerdotes, & leuitas ascendere aliquando in Ierusalem erat propter duo. Primò propter cõscientiam: quia erat contra conscientiam manere in terra Israel colendo idola, vel dando fauorem cultoribus idolorum. Etiã erat contra cõscientiam non ascendere ad ministrandum in Ierusalem: cùm istud pertineret ad officium suum: & erant omnibus sacerdotibus, & leuitis assignata tempora ad ministrandum secundùm ordinationem Dauid: præcedenti lib. 24. & 25. capi. Nõ ministrare autem temporibus illis contra legem erat. Secundò propter necessitatem sustentationis. Nam sacerdotes, & leuitæ non habebant iura nisi de sanctuario, & eis quæ accessoria erant ad sanctuarium. Si autem non ministrarent non manebant eis iura de quibus viuerent. Ideo necesse erat, quòd ipsi irent ad ministrandum in sanctuario. Non permittere ergo eos illuc ire manendo in terra Israel, erat cogere eos indirectè ad hoc, quòd recederent totaliter de terra illa ad habitandum alibi. Et iste modus est valde conueniens, quia secundùm istum eiecerunt eos Israelitæ de terra sua, & etiam de ministerio domini. Quartò modo potest dici, quòd eiecerunt eos de terra, scilicet directè iubendo eis, quòd recederent, & hoc propter multa. Primò, quia forte timebat Ieroboam, quòd sacerdotes, & leuitæ obuiarent sibi valde in fabricatione vitulorum. Nam sacerdotes, & leuitæ erãt magis zelantes legis quàm alij. Ideo videntes tantam abusionem, scilicet quòd deserto Deo, colerentur vituli aurei, valde increparent Ieroboam auctorẽ huius: & vt non sustineret eorum increpationes eiecit eos de terra sua in principio huius fabricationis vitulorũ. Secundò poterat esse, quia forte sacerdotes, & leuitæ manserunt aliquanto tempore in terra Israel post conflatos vitulos, & cùm in hoc reclamarent, timeretque Ieroboam quòd eisdem suadentibus populus crederet, & ascenderet in Ierusalem sicut prius ad faciendum sacrificia, & conuerteretur ad Roboam: q̃d abhominabatur Ieroboam: ideo excusit eos ne eueniret, quod timebat. Tertiò forte factum est ad placendum populo. Nam populus erat cupidus sacerdotij, & non audebat illum vsurpare propter pœnam legis, & propter principes vetantes, & quia nunc erat data libertas à Ieroboam,

non ſolum voluerunt populares priuare ſacerdotes F viribus ſuis, & honore, ſ.ne ipſi miniſtrarent, & miniſtrarent laici, ſed etiam ad vindictam voluerunt eos excludere de terra ſua, quia toto tempore prēterito fuerant ſacerdotes, & Leuitę prælati populo inuitis popularibus, Deo tamen iubente. Modus tamen quartus, & tertius videntur eſſe conuenientiores quā omnes alij.

Noſter autem Dominus Deus eſt, quem non relinquimus: ſacerdoteſque miniſtrant Domino de filijs Aaron: & Leuitæ ſunt in ordine ſuo. Holocauſta quoque offerūt G Domino per ſingulos dies, mane & veſpere: & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in menſa mundiſſima, eſtque apud nos candelabrum aureum, & lucerna eius, vt accendantur ſemper ad veſperam: nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri, quem vos reliquiſtis. Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis, & reſonant contra vos: H Filij Iſrael nolite pugnare contra Dominum Deū patrum veſtrorum, quia non vobis expedit. Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur inſidias. Cunque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem Iudam ſuo ambigebat exercitu.

*Noſter autem Dominus Deus eſt.* Poſuit ſupra Abia cauſam quare Deus non adiuuaret Iſraelitas, ſcilicet quia mali erant. Hic ponitur cauſa, quare Deus deberet adiuuare viros Iuda: & deſcribitur rectituto religionis I ſuæ, & dixit: Noſter autem Dominus Deus eſt, ſcilicet veſter Deus non eſt Deus: ſed vituli aurei, quos fecit Ieroboam vobis in deos, & non ſunt dij. Noſter autem Dominus eſt Deus ver⁹ qui in cælis habitat. *Quem non relinquimus.* Dicit ad improperium Ieroboam, & Iſraelitarum: quia Deus eorum erat Deus Iſrael, ſed reliquerunt eum, & fecerunt vitulos aureos. Viri autem Iuda non reliquerunt Deum ſuū. *Sacerdoteſque miniſtrant Domino de filijs Aaron.* Hoc etiā dicit contra Ieroboam, & Iſraelitas: quia ipſi conſtituerant ſibi in ſacerdotes quoſcunque laicos ſicut cæteri populi terrarum, & reliquerant, imò eiecerant à ſe ſacerdotes Dei. Viri autem Iuda non excluſerant ſacerdotes, vel Leuitas: ſed potius omnes Leuitas, & ſacerdotes electos de terra Iſrael ipſi gratis ſuſceperūt K & prouiderunt eis. Nam omnes ſacerdotes, & Leuitæ, qui prius ſuſtentabantur de redditibus, & eleemoſynis tribuum duodecim, ſuſtentabantur nunc de duabus tribubus. *Et Leuitę ſtant in ordine ſuo.* Ideſt etiam Leuitæ miniſtrant apud nos ſecundùm ordinem ſuū: & poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ī ordine ſuo, ideſt in officijs ſuis. Quia officia Leuitarum erant diuerſa. Quidam enim erant cantores, & alij theſaurarij, & alij ianitores, alij iudices, & præpoſiti: vt patet præcedenti lib. 23. & 25. & 26. Alio mō in ordine ſuo, ideſt ſecundùm vices ſuas: nam erant Leuitæ diſtincti in eodem officio per ſortes, & tempora, vel partes ſicut cantores erant diſtincti in vigintiquatuor ſortes, & miniſtrabant per ordinem, ſcilicet prima ſors vna hebdomada, & ſecunda ſors ſequenti hebdomada, & ſic de omnibus aliis vſque ad ſortē viceſimam quartā, & tunc redibat ſors prima ad miniſtrandum: vt patet præcedenti lib. 25. Ianitores autem erant diſtincti per portas, ſcilicet quòd quidam ianitores erant vnius portę & alij alterius portæ, & ſic de alijs. Idem de thelaurarijs: vt patet præcedenti lib. 26. c. *Holocauſta quoque offerunt Domino.* Hic poſitis miniſtris legitimis, ſcilicet ſacerdotibus de ſtirpe Aaron, & Leuitis ſubminiſtrātibus eis, ponuntur miniſteria, quę faciebant. Et ponitur primum, quòd offerunt holocauſta. Et enim holocauſtum quoddam genus ſacrificij quando totū animal crematur, ſcilicet omnes carnes eius ſolis carnibus pelle, & ſimo detractis: Leu. primo cap. Eſt iſtud erat excellentius genus ſacrificiorum quàm alia. Erāt tamen alia duo genera ſacrificiorum, ſcilicet hoſtia pacifica, & hoſtia pro peccato, de quibus declaratum eſt ſupra ſecundo capitu. in quibuſdam queſtionibus. *Quid holocauſta.*

*Per ſingulos dies mane, & veſpere.* Hic tangitur ſacrificiū qđ vocatur iuge. Nam erant quædam ſacrificia, q̄ fiebant certis diebus, & ſolennitatibus anni. Alia autem fiebant quotidie, & iſta quotidiana vocātur iuge ſacrificium, Fiebat autē iuge ſacrificium bis quotidie, ſcilicet mane & veſpere. Nam in mane cremabatur vnus agnus annicul⁹ in holocauſtum: & in veſpere cremabatur alius: Exo. 29. & Nu. 28. De ritu autē ſacrificij iugis matutini, & veſpertini patet Leui. 6. & declaratum eſt ſupra 2. cap. in quadam queſtione. *Quid inge ſacrificiorum.*

*Et thymiama iuxta legis præcepta confectum.* Scilicet etiam quotidie offertur thymama confectū ſecundùm præceptum legis. Confectio autem thymiamatis erat, ga thymiama non eſt aliqua vna ſpecies ſimplex ſed coꝓpoſitū eſt ex multis aromatibus ꝓſiſtētibus in pōdere certo, & proportione, & nō poterat confici niſi ſumptis oībus illis ſpeciebus, & ēt exiſtentibus in illa proportione ponderis. De tota iſta confectione patet Exo. 30. *Et proponuntur panes in menſa mundiſſima.* Scilicet ponuntur panes, & ſemper ſtant coram domino in menſa mundiſſima. Iſti panes vocantur panes propoſitionis, & menſa mundiſſima, in qua erant: vocatur etiam menſa propoſitionis, & erat de auro puriſſimo, de quo infra dicetur in quadam quæſtione. *Et eſt apud nos candelabrum aureum.* Hic tangitur alia miniſtratio ſacerdotalis, quæ eſt quarta, ſcilicet ordinare, & locare lucernas candelabri, & dicitur, quòd eſt candelabrum aureum apud nos, ſcilicet in tęplo quod erat de auro mundiſſimo, & ibi lucebant ſeptem lucernę de oleo. Nam cremabatur ibi oleum in vāſis, & non cera, nec aliquid aliud. *Et lucerna eius, vt accendatur ſemper ad veſperam.* Ideſt lucerna candelabri materialiter veſpera accenditur vt luceat, quia per diem non eſt ardens. An verò ſit vna lucerna candelabri, vel plures, quæ accendantur per noctem, & an per diem luceant quædam lucernæ, dicetur infra in quadam quæſtione. In Hebræo dicitur, & lucernæ eius. Poteſt eſſe quòd ponatur plurale pro ſingulari, & ſic accepit litera noſtra, Vel poteſt proprie accipi, quòd multæ lùcernæ accenderentur per noctē: ſed de hoc declarabitur infra in quadam quæſtione. *Quid thymiama.* *Noſ quippe cuſtodimus præcepta domini.* Poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quòd poſitis ſupra præceptis quibuſdam in ſpeciali: hic agitur in generali de omnibus, ſcilicet quòd omnia præcepta legis cuſtodiebant viri Iuda. Aliter intelligetur, quòd ponatur iſta clauſula generalis ſolum ad intelligendū illa, quæ non expreſſa fuerunt. Nam nō poterant exprimi omnia, quæ cōtinebantur in lege. Ideo ſub iſta generali clauſula fuerunt incluſa oīa, quæ non erant expreſſa. *Quem vos reliquiſtis.* Ad



Ad ignominiam Ieroboam, & Iſraelitarum dicitur, A qui tenebant prius Deum Iſrael in Deum, & deinde dereliquerunt eum colendo vitulos aureos, quos fecit Ieroboam. *Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt.* Scilicet, ex præcedentibus ſequitur, quòd Deus ſit dux exercitus noſtri contra vos. Hic ponitur concluſio intenta ex præcedentibus: nam volebat deducere, ꝙ Iſraelitæ non poſſent defendere diuiſionem regni, quàm fecerant, quia Deus pugnaret contra eos: & hoc dicit hic, ſcilicet Deus eſt dux in exercitu noſtro, & ponitur per modum concluſionis ex dictis. Patet conſequentia: primò, quia ad regem pertinet pugnare pro ſubditis ſuis, & facere omnia bella ipſorum, ſicut dixerunt Iſraelitæ primo Regum octauo. ſcilicet Rex noſter egredietur ante nos, & pugnabit pro no- B bis bella noſtra: Deus tamen erat rex virorum Iuda ſicut dixit Abia ſupra in litera, ſcilicet nunc vos dicitis, quod poſſitis reſiſtere regno domini, quod poſſidet per filios Dauid. Ergo ipſe Deus pugnare debebat pro viris Iuda, & ſic dixit Abia, ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt. Ipſe quoque ſic dixit per Moyſen Exod. decimo quarto, Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis. Secundò, quia Iſraelitę offenderant valde Deum, quia cùm eſſent ſubditi eius, receſſerūt ab eo colentes vitulos aureos, & tamen quando aliqui ſubditi fugiunt ſine cauſa de dominio alicuius regis, habent cauſam pugnandi contra illos. Ita ergo nunc Deus pugnaret contra Iſraelitas: & iſta ratio tangitur ſupra cùm enarrantur mala Iſraelitarum. C Tertiò patet, quia Deus adiuuat cultores ſuos, & tamen viri Iuda erant cultores Dei. Ideo adiuuaret eos Deus contra Iſraelitas, qui non erant cultores Dei: et iſtam rationem tangit Abia in litera inquātum enarrat quomō viri Iuda non recedebant à lege Dei: ideo bene infert, quòd Deus eſſet dux in exercitu eius contra Iſraelitas. *Et ſacerdotes eius qui clangunt tubis.* Poteſt intelligi dupliciter vno modo, quòd Deus eſt in exercitu noſtro, & etiam ſacerdotes ſunt in exercitu noſtro, qui clangunt tubis. Alio modo, quòd Deꝰ eſt dux in exercitu noſtro: & etiā ſacerdotes eius ſunt duces in exercitu noſtro, & vocātur ſacerdotes duces, quia ipſi ſunt mediatores inter Deum, & populum cùm ſint miniſtri eius: & Deus committit eis virtutē D ſuam potiuſquam laicis. Etiam vocantur duces, quia ipſi dant ſigna pugnandi. Nam ad duces pertinet monere exercitum, & dare ſigna pugnandi, vel ceſſandi: ſic erat de ſacerdotibus in bello: quia ipſi clangebant tubis argenteis, quibus dabatur ſignum ad pugnandum, & fecit mentionem ſpecialem Abia de ſacerdotibus, qui erant in exercitu, & clangebant tubis: quia in eis conſiſtebat magna pars belli, eo quòd fortè portabant ſecum arcam Domini, in qua erat magna victoriæ ſpes. Sicut portabatur olim, ſcilicet tempore Heli primi ſacerdotis: primo Regum quarto, & item tempore Saulis contra Philiſthinos. eod. lib. decimoquarto ca. ſed hoc non eſt putandum, quia poſtquam fuit poſita arca in ſancta ſanctorum in templo E Salomonis, nunquam inde exiit, ſed dicitur, quòd mānſit ibi ſemper: vt patet tertio Regum octauo. & ſupra quinto cap. Sed dicendum, quòd erat magna ſpes victoriæ in ſacerdotibus propter tubas quibus clangebant. Nam Deus dixerat, quòd quando clangerentur iſtis tubis in bello igſe recordaretur Iſraelitarum, & adiuuaret eos: Nume. decimo capitu. Et huius ſignum eſt, quia dixit Abia, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis, quaſi dicat, quòd ex hoc, quòd clangunt tubis eſt ſpes victoriæ nobis contra vos. *Et reſonant contra vos.* Ideſt clangor, quem faciunt ſacerdotes contra vos eſt. Nam in hoc, quòd clangunt, concitant Deum contra vos. *Filij Iſrael nolite pugnare contra Dominum Deum.* Poſtquam probauit concluſionem, quam intendebat Abia, ſcilicet quòd Iſraelitæ non poſſent reſiſtere Deo pugnando contra viros Iuda, hic ponit exhortationem dicendo, quòd nō pugnarent contra Deum, quia non poſſent vllo modo ſuſtinere. Nam ſi eſſet pugnandum contra hominem fortaſſis poterat eſſe ſpes de incerto belli euētu, cùm tamen pugnetur contra Deum, nulla poteſt eſſe ſpes niſi de certiſſima calamitate: & dicitur, nolite pugnare contra dominum: quia probauerat ſupra, quòd Deus erat dux in exercitu virorum Iuda: pugnādo ergo contra viros Iuda pugnarent contra dominum, quia q̄ pugnat cōtra exercitum pugnat, directi⁹ cōtra ducem exercitus, & tamen volebant pugnare Iſraelitæ contra viros Iuda: ideo volebāt pugnare cōtra Deum. *Dominum Deum patrum veſtrorum.* Vocacauit eum Deum patrum ſuorum, ſcilicet quia iam non erat Deus Iſraelitarum cùm receſſiſſent ab eo, & colerent vitulos aureos: ſicut Deus vocauit Iſraelitas populum Moyſi, & non populum ſuum, quia peccauerant fabricando, & colendo vitulum in monte Sinai: Exod. trigeſimo ſecundo, ſcilicet: Peccauit populus tuus: à fortiori ergo cùm nunc Iſraelitæ duos vitulos colerent, efficiebantur non populus Dei, erat tamen Deus patrum ſuorum: quia patres ſui coluerāt Deum, licèt ipſi non colerent eum. Vel vocatur Deus patrum ſuorum ad ſignandum maiorem ingratitudinem, & errorem, ſcilicet non eſt Deus veſter de nouo, quem nunc acceperitis: ſed eſt Deus patrū veſtrorum, ideſt ab antiquo eſt Deus veſter, iō quòd nunc pugnetis contra eum peccatum eſt magnum, & ingratitudo. *Quia non vobis expedit.* Scilicet, dato quòd nō attenderetis hoc, quòd offendebatis Deum pugnando contra Iudæos, ſaltem conſiderare debetis vtilitatem veſtram: & tamen non eſt vtile vobis, ſed potius nociuum, quòd vos pugnetis contra Deum veſtrum, quia faciet vos incidere in magnas calamitates. Ideo non expedit vobis pugnare contra Deum, nec contra viros Iuda. *Hęc illo loquente Ieroboam retro moliebatur inſidias.* Abia protraxit ſermonem ſuum in longum enarrando hæc, & alia ſimilia: & cùm iſta diſplicerēt Ieroboam fecit poni inſidias Abiæ poſt tergum: vt interim poſſent eum incautum tenere. Et hoc potiſſimum faciebat, quia volebat Ieroboā quanto facilius poſſet tenere, & occidere Abiam, & ſic efficeretur rex ſuper vtrunque regnum. Hoc autem putauit poſſe efficere dum Abia loqueretur: quia tunc non ſe obſeruaret putās omnia ſecura eſſe, quouſque finiretur ſermo. *Cunque ex aduerſo hoſtium ſtaret ignorantem Iuda ſuo ambiebat exercitu.* Ponitur modus inſidiarum, ſcilicet quia Ieroboam ſtabat ex aduerſo, ideſt à fronte hoſtium, ſcilicet virorum Iuda, qui erant hoſtes ſui: & ſic putabant viri Iuda nihil mali moliri Ieroboam, cùm eum viderent coram ſe, & tamē occultè tranſmiſerat partem exercitus, qui ambiret Iudam: & incluſo in medio percuterent, & viri Iuda ignorabant hoc: quia non attendebant: & tamen vidit Iudas. iſtas inſidias, & clamauit ad dñm atque liberatus eſt.

*Quare locutus eſt de ſacrificijs, & miniſterijs ſacerdotalibus.*

*Quæſt. XXX.*

QVAERITVR circa prædicta, quare Abia loquens contra Ieroboam, & Iſraelitas dixit de ſacrificiis & iſtis miniſterijs ſacerdotalibus potiuſquam de aliquibus aliis. Rūdendum ꝙ Abia probauerat infidelitatem, & impietatem Iſraelitarum recedē, tiū à cultu diuino. Hic probat è cōuerſo ſuā fidelitatē, & obſeruantiā religionis, vt videantur oīno oppoſiti.

Sciendum autem, quòd Israelitæ fabricantes vitulos F
aureos transgressi fuerãt totam legem, nec obseruabant aliquam cæremoniam eius, & tamen principalis error erat in ijs, quæ pertinebant ad deum directè: pertinebat ad deum tota lex indirectè, quia quodcunque mandatum legis prævaricemur, facimus contra Deũ, eo quòd ipse est legislator, & offenditur legislator infringendo quamcunque legem eius. Directè autem contra deum agitur quãdo non solùm offenditur ex transgressione legis, tanquam legislator: sed etiam tã quam totum damnum, vel iniuria violatę legis Deo ꝓ ueniat, & nulli alteri. Nam aliquando Deus offenditur tanquam legislator, & tamen damnum prævaricatæ legis non incumbit Deo, sed alteri: vtpote siqs occidat proximum suum, vel cognoscat vxorem suã, G
vel furetur res illius: & generaliter in omnibus præceptis secundæ tabulę, quæ in proximum diriguntur. Nam ibi damnum, vel dedecus non obseruatę legis ꝓ uenit proximo. In aliis autem prouenit damnum, vel dedecus non obseruatę legis Deo, licèt ei non possit verè aliquod dedec⁹, vel damnum prouenire, cùm sũmum bonum sit: & omne malum siue culpæ, siue pęnæ ab eo in infinitum distet. Sed largè loquendo, eo quòd nulli alteri prouenit damnum, vel dedecus ex p̃uaricatione legis, sicut in omnibus præceptis primæ tabulæ. Nam ex hoc, quòd habemus deos alienos, vel nomẽ Domini in vanum assumimus, Deo soli dedecus prouenit eo modo, quo homines possunt Deo suo inferre dedecus, vel affligere eum. Sicut dicitur H
Mala 2. scilicet: Laborare fecistis Deũ in sermonib⁹ vestris, & dixistis: in quo fecimus eum laborare? Et Mala. 3. dicitur: Si affigit homo Deum suum, quia vos cõfigitis me, & dixistis in quo configimus te? In decimis, in primitijs, in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Ista autem sunt præcepta primę tabulę, quæ directè pertinent ad Deum, & ad eũ solum. Ista redeunt ad duo, scilicet ad fidem de Deo, & ad cultum eius. Ad fidẽ autem, quòd teneatur in Deum, & ipse solus reputetur Deus, istud tangit præceptum primum. Secundum est, quòd pertinet ad cultum, qui est impenditus tanquam sibi debitus, & istud est in præceptis cæremonialibus. Præuaricatio autem circa ista duo est grauissima: quia est directè cõ I
tra Deum, & obseruatio eorum est valde grata Deo: quia per hoc ad eum bene nos habemus. In obseruatione autem præceptorum, quæ tendunt directè ad proximum, non colitur Deus tam directè, nec offenditur tam directè. Ideo de istis duobus fit mentio. Et ponitur in viris Iuda, quòd ista duo obseruabant. Primum tangitur inquantum dicitur: Noster autem Deus est, quem non reliquimus, scilicet tenemus fidem eius, & nullum alium credimus esse Deum, nec adhæremus alteri. Secundum tangitur inquantum ponuntur cæremoniæ sacrificiorum, & alia, quæ fiebant in templo quotidie, quia ista sunt cerẽmonię cultus diuini. Ista duo per contrarium ponuntur in Israelitis, scilicet quòd non tenuerunt fidem Domini. Nã reliquerunt eum recedentes ab ipso: & fecerunt sibi K
vitulos aureos. Secundùm etiam non tenuerunt: quia prævaricati sunt cæremonias cultus diuini: nam eiecerunt sacerdotes Domini de terra sua, & non tenuerunt aliquas cęremonias cultus diuini. De aliis autem transgressionibus legis, quia illę non pertinebant ad idolatriam, cùm non essent directè contra Deum, sed contra proximũ, non curauit Abia facere mentionem.

# Cap. XIII.

*Quare posuit istas solas cęremonias. Quæst. XXXI.*

QVAERITVR vlterius, cùm Abia poneret hic prævaricationem legis diuinæ quantum ad obseruationem cęremoniarum, & custodiam earum ex parte virorum Iuda: cur posuit istas solas, quæ habentur hic, cùm sint etiam aliquæ aliæ. Nam solùm tãgitur hic de holocaustis, & sũt multa alia genera sacrificiorum, scilicet pro peccato, & pacificæ hostiæ. Etiã sunt multa holocausta nõ quotidiana. Hic aũt de solis quotidianis actum est. Respõdendum quòd voluit tã gere omnes cæremonias cultus diuini quomodo obseruarentur à viris Iuda, & illę sunt duplices, scilicet sacerdotales, & leuiticæ. Cęremonię Leuiticę sunt minores, & de istis non facta fuit mentio specialiter, sed in confuso dictum est, scilicet Leuitæ stant in ordine suo .i. exercent ministeria sua secundùm ordinem eis impositum. Ministrationes aũt sacerdotales erãt principaliores: & istas tangit hic specialiter Abia. Vnde omnes tetigit: nam quædam cæremonia est in sacrificijs, & istam tetigit dicens. Holocausta offerunt Deo per singulos dies. Secunda cęremonia est in oblatione: & cremationę thymiamatis quotidie in altari thymiamatum, & istud tetigit, dicens: & thymiama iuxta legis præcepta confectum. Tertia cæremõnia erat positio panum propositionis in mensa aurea: & istam tetigit dicens: & proponuntur panes in mẽsa mundissima. Quarta cæremonia est in dispositione lucernarum in candelabro: & istam tetigit, dicens. Est apud nos candelabrum aureum. Sed obiicitur, ꝙ reliquit aliquas cęremonias, s. intro ire in sancta sancto rum erat officium summi sacerdotis, & non tangitur hic. Item offerre sacrificia solennitatum, & oĩa extraordinaria pertinebãt ad sacerdotes, & non dicitur hic nisi de iugi sacrificio. Rñdendum, ꝙ Abia voluit tangere oẽs cęremonias cultus diuini, quæ fiebant quotidie per sacerdotes: istæ autem enarratę fiebant quotidie: ideo illas tetigit. Istæ autem, de quibus obiicitur, non erant quotidianæ: patet quia intrare in sancta sãctorum non erat quotidianum officiũ: sed semel tantum in anno. s. die propitiationis fiebat: Leu. 16. & ad Hebręos 9. Etiam offerre hostias pacificas, & pro peccato non erat quotidianum saltem de necessitate. Pro quo sciendum, quòd quędam sacrificia erant necessitatis, & alia erãt deuotionis: vel quędam erant determinata respectu temporis: & alia non habebant aliquod tępus determinatum. De non habentibus tempus determinatum non loquebatur aliquid Abia, de habentibus tępus determinatum dicendum, ꝙ quędã fiebant certis temporibus anni, & tñ non quotidie: alia fiebant quotidie. De his, quę fiebant quotidie nullum genus sacrificij erat nisi holocaustũ: ideo de solis holocaustis dixit. Sacrificia aũt pacifica, & pro peccato erant determinata pro quibusdam diebus, vt patet Num. 28. & 29. cap. Etiam cùm dicitur de sacrificijs solẽnitatum, & de extraordinarijs idem patet. Nam ista non fiebant quotidie, sed solùm determinatis diebꝰ. Sed tunc obiicietur, quòd quędam cęremonię istarũ erant, quę non fiebant quotidie sicut positio panum propositionis. Nam quolibet sabbatho ponebantur panes propositionis coram domino: Leu. 24. Dicendum, quòd positio panum reputabatur ministratio quotidiana: nam licèt non ponerentur quotidie panes coram domino, manebant semper positi: nã nunquam erat dies, qua non manerent isti panes in cõspectu domini. Vnde nulla ministratio erat magis quotidiana quam positio panum in mensa: ideo de ista dictum est cum aliis.

*Qualis*



*Qualis esset illa cæremonia. Quæst. XXXII.*

QVAERITVR vlterius, circa primam cęremoniam istarum, quæ erat de sacrificiis qualis erat. Respondendum, quòd licèt hic solùm tangatur de holocaustis: tamen tres species erant sacrificiorum, scilicet holocausta, hostiæ pacificę, & hostię pro peccato: holocausta erant sacrificia quorum torę carnes cremabantur, & intestina lota, & pedes, solis cornib⁹ pelle, & fimo demptis, de quorum cęremoniis patet Leui. primo capit. Hostia pacifica erat duplex, scilicet quædam ad gratiarum actiones, & alia votiua. Prima B
est quando quis à Deo impetrauerat aliquod beneficium, non poterat illud impetrare nisi Deo sibi placato siue pacificato: offerrebat gratiarum actiones pro illa pacificatione diuina: & illa placatiua hostia vocabatur pacifica, ideſt pro pace oblata, & ad gratiarum actiones. Alia erat votiua, scilicet quando quis desiderabat impetrare à Deo aliquod beneficium: & sciebat, quòd non poterat illud impetrare, nisi deo placato, offerebat hostiam, vt Deus sibi pacificaretur: vocabatur hostia ista pacifica à pace, ideſt pacificatione, quam homo desiderabat habere cũ Deo: de hoc Leui. 7. De ista hostia dicendum, quòd non cremabatur tota caro, sed soli adipes. Carnes autem diuidebantur inter sacerdotes, & offerentes. Nam sacerdo C
tes facientes cæremonias sacrificij recipiebãt petuscu-
lum, & armum dextrum: Leui. 7. Cęteræ carnes proueniebant offerentibus. Interdum autem offerebatur Deo ad cremandum caudam animalis cùm renibus in hostia pacifica: Leui. 3. De omnibus cęremonijs huius sacrificij patet Leui. 3. & 7. Hostia pro peccato erat, quę offerebatur ex mandato legis pro aliqua transgressione: & ista erat duplex, scilicet quædam ꝓ commissione, et alia pro omissione. Pro commissione vocabatur hostia pro peccato, illa, quæ erat ꝓ omissione vocabatur hostia pro delicto, & ista differebant secundùm multas cæremonias: quia aliter offerebatur pro peccato summi sacerdotis, aliter pro peccato totius populi, aliter pro peccato principis, aliter pro D
peccato priuatarum personarum: vt patet Leui. 4. De cęremoniis autem sacrificii pro peccato, & pro delicto habetur Leui. 4. & 5. & 6.

*De temporibus sacrificiorum.*

*Quæst. XXXIII.*

QVAERITVR Vlterius, de temporibus sacrificiorum. Et respondendum, quòd præter diuisionem præcedentem sacrificiorum, quæ erat diuisio per species, erat adhuc alia diuisio sacrificiorum, scilicet quædam erat spontanea, & quædam necessaria. Spontanea erant illa, quæ mera liberalitate offerebantur non præcedente aliqua necessitate siue à lege siue à voluntate introducta. Et ista erant aliquando holocausta, aliquando hostiæ pacificæ, aliquando hostię pro peccato: quia quilibet poterat spontaneè offerre quodcunque vellet, & acceptabatur: licèt verum est quòd oblata spontaneè cõiter erant holocausta vel hostiæ pacificę. Raro autem offerebantur hostię pro peccato spontaneè. Et ratio est, quia holocausta erant ad laudem Dei. Hostiæ autem pacificæ erãt ad gaudium offerẽtium, quia de hostiis pacificis proueniebat maxima pars offerentibus: vt dictũ est prędenti quęst. Hostiæ aũt pro peccato non proficiebant ad gaudium offerentium: quia potius erant sacrificia luctus, cùm essent pro peccato, quàm exulta-



tionis. Etiam quia de illis nulla pars proueniebat offerentibus, sed totæ carnes proueniebant sacerdotibus, sed totæ cremari debebant: vt patet Leu. 4. 5. & 10. Et ideo quandocunque dicitur de aliquo, quòd offerret sacrificia spontanea, rarò ponitur quòd oblata fuerint alia sacrificia nisi hostię pacificæ, & pro peccato. Alia autem erant sacrificia necessitatis: & ista erant duplicia. Quædam erant sacrificia necessaria absolutè, quorum necessitas nõ dependebat à voluntate humana. Alia erant necessaria, quorum necessitas dependebat ex voluntate, scilicet quòd aliquando fuerunt voluntaria, & per voluntatem facta sunt necessaria sicut sacrificia ex voto. Et de istis votiuis dicendum quòd poterat quilibet voueret, offerre quodcunque genus sacrificij vellet. Prędupponendum tamen, quòd sacrificia pacifica, & holocausta habebant quędã libamẽta determinata à lege: & eoipso ꝙ quis vouebat offerre sacrificium tale, vel sponte illud offerre volebat: debebat offerre secum illa libamenta determinata à lege, & ista sunt quinque, scilicet simila, vinum, oleũ, sal, & thus, vt patet Num. 15. & Leui. 2. Si autem essẽt sacrificia necessaria necessitate non dependente ex voluntate nostra, Dicendum quòd ista erant duplicia. Quędam erant habentia tempus determinatum, quo fierent: alia non habebant tempus determinatũ. Prima erãt illa, quæ à lege iubebantur fieri pro certis rebus quandocunque illę euenirent: sicut quandocũque mulier pareret: expletis diebus purificationis offerre tenebatur sacrificium, scilicet holocaustum, & pro peccato: Leui. 12. Item siquis fuisset leprosus, & postea purificaretur: debebat offerre sacrificia, quę habentur Leui. 14. Item siquis esset vir fluens semine, et mundaretur, offerrebat sacrificia: et si mulier liberaret à fluxu sanguinis extra tempora menstruorum offerrebat sacrificium: Leui. 15. Et sic in multis alijs purificationibus: simile etiam erat pro peccato: nam quando quis incideret in tale, vel tale peccatum offerrebat sacrificium à lege determinatum: et ista erãt multa, vt colligitur Leu. 4. & 5. & ista non limitabant tempus: sed quandocunque accideret peccatũ debebant offerri ipsa sacrificia. Alia erant habentia tempus determinatum, & ista offerebantur in diebus festis, & in aliis assignatis à lege. Pro quo sciendum, quòd lex iubebat quotidie offerri duos agnos anniculos in holocaustum: vnum in aurora, & alterum in vespere, & vocabatur istud sacrificium iuge: Exod. vigesimo nono, & Nume. vigesimo octauo. Erant alia sacrificia, quæ offerebantur in sabbathis: & duplicabantur, scilicet duo agni anniculi in aurora, & duo in vespere: Nume. vigesimo octauo. Erant aliæ festiuitates, quæ accidebant quolibet mense, scilicet Kalendę: quia prima die cuiuslibet mensis erat dies Kalendarum: & offerebantur in eo sacrificia, quę habẽtur Nume. decimo octauo. Erat autem alia festiuitas Phase, & Azymorum die quartadecima mensis primi ad vesperum incipiens, duransque vsque ad vigesimum primum diem mensis eiusdem ad vesperum. E
De sacrificiis huius festiuitatis Num. 18. Erat aliud festum, quòd vocatur festum Pentecostes, vel festum Hebdomadarum: & erat post festum Azymorum quinquaginta diebus siue septem Hebdomadis completis: vt patet Leuiti. vigesimo tertio. Et in isto offerebantur primitiæ de panibus tritici. eod. capi. & sacrificia in eo fiebant, quæ habentur Nume. vigesimo octauo. Alia festiuitas erat, quæ vocatur clangoris: & erat die prima mensis septimi, in qua offerebantur sacrificia, quæ habentur Nume. vigesimo nono capit. Aliud festum erat quod vocatur propitiationis siue expiationis, & fiebat die decimo mensis septimi: in quo sacerdos magnus confitebatur peccata totius

populi super cornua hirci, mittebatque eum in deser F
tum: & tunc introibat in sancta sanctorum aspergēs
sanguinem coram propitiatorio, & orans pro pecca-
to totius populi: Leui.16 fiebant tunc sacrificia, de
quibus patet Num. 29. Aliud erat festum tabernacu-
lorum die quintadecima mensis septimi durans vsq;
ad diem vicesimum secundum mensis eiusdem: & of
ferebantur sacrificia multa quolibet annor septem
diebus, de quibus Nume. vigesimo nono. Iste est mo
dus sacrificiorum in generali, quę fiebant in veteri te
stamento.

*De cęremonia thymiamatis. Quæst. XXXIIII.*

QVAERITVR vlterius, circa aliam cæremo- G
niam sacerdotalem, quæ erat oblatio thymia-
matis. Pro quo sciendum, quòd in sanctuario erāt
duo altaria solùm, s. altare holocaustorum, & altare
thymiamatū. Primum erat extra templū in atrio ei⁹,
& ibi cremabantur omnia sacrificia & fiebant. Aliud
erat in templo coram sancta sanctorum: & istud erat
de cedro.3. Regum 6. eratq; opertum auro: licèt quā-
do Moyses fecit illud in deserto erat de lignis setim.
Erat autem paruum longitudine, & latitudine: & in
isto cremabatur quotidie thymiama bis, mane, & ves-
pere: Exod.30. Et in isto altari nihil aliud fiebat. Nam
nūquam ibi offerebatur sacrificium aliquod, nec cre-
mabantur illę carnes, nec fundebatur sanguis super
cornua eius, sicut supra cornua altaris holocaustorū, H
nisi semel tantùm in anno, s. die propitiationis, quan-
do introibat sacerdos magnus in sancta sanctorum.
Nam tūc exiens inde fundebat sanguinem super cor
nua altaris thimiamatum: Leu. 16. & Exod.30. super
istud altare non cremabat incensum simplex necali-
qua cōfectio odoramentorum nisi solum thymiama.
Erat autem thymiama confectum ex multis aroma
tibus constitutis in pondere certo, & cùm essent om-
nia ista coniuncta comminuebantur in mortario vsq;
ad puluerem minutissimum. Et de illa cōfectione sic
facta, quæ vocabatur iam thymiama, assumebat sacer
dos quotidie certam partem mane & vespere, & cre-
mabat illam. Et modus erat, quòd sacerdos acciperet
vnum vas æneū, quod vocatur thuribulum, vel ignis I
receptaculum: & implebat illud de prunis altaris ho
locaustorum, quod erat in atrio templi foris, & ingre
diebatur in templum, ponebatque thuribulum super
altare thymiamatum: & tunc fundebat super prunas
thymiama, & cremabatur ibi, manebatque sacerdos
ibi donec cremaretur illud thymiama: & tunc educe
bat thuribulum cum prunis vel cinere: & dum mane
ret sacerdos interius, erat populus foris expectans quo
usque exiret: sic patet Lucę 1. quando Zacharias pa-
ter beati Ioannis Baptistæ introiuit ad ponendum in-
cēsum corā dño: & nō licebat poni prunas ad cremā
dū istud thymiama nisi de altari holocaustorū: qđ pa-
tet: quia duo filij Aarō, s. Nadab, & Abiu sumētes thu
ribula ad cremandū thymiama acceperunt in eis ignē
alienum, & tunc ignis a domino egressus deuorauit K
eos, & occidit: Leui.10. Etiam thymiama istud quod
cremabatur coram domino erat tantę æstimationis,
quòd Deus iusserat quòd sub pęna mortis nemo face
ret talem cōpositionem ad hoc, quòd frueretur odo-
re eius: Exod. trigesimo. De ista oblatione thymia-
matis ad quid fieret, scilicet an ad reprimendum feto
rem surgentem de crematione carnium in altari ho-
locaustorum, vel ad aliquid aliud, declaratum est
Exodi trigesimo.



c

*De cæremonia panum propositionis. Quæst. XXXV.*

QVAERITVR vlterius, de alia cæremonia pa
num propositionis. Et dicendum, quòd isti pa
nes erant semper duodecim, qui manebant semper
positi intra templum super mensam propositionis co
ram domino. Et sciendum primo, quòd isti panes vo
cabantur secundùm Hebræos panes facierum: vt dicit
litera Hebraica. Et dicit Rabbi Salomon, quòd hoc
ideo erat, quia isti panes ex vtraque parte habebant fa
ciem: & sic quilibet panis duas facies habebat vnde
panes facierum appellabantur: & hoc vult, quia dicit,
quòd coquebantur isti panes in vasis ferreis sicut pa-
nes parui, quos nos conficimus, & vocamus hostias,
quos vt albos efficiamus ex vtraque parte atque deli-
catos, in vasis ferreis coquimus. Istud autem non po
test esse de panibus propositionis, qa erant valde gros-
si, cùm quilibet haberet duas decimas de simila: vt pa
tet Leui.24. & nullo mō coquerentur propter eorum
grossitiem: & si deberent coqui, prius cremarentur
extremitates quàm medulla coqueretur. Et tamen
falsum est: quia coquebantur illi panes sufficienter si
cut alij panes: ita vt essent conuenientes ad cibum sa
cerdotum: ideo vocabantur panes facierum, idest pa-
nes faciei, scilicet quia coram domino siue facie do-
mini proponebantur. Nam in Hebræo ponitur sępe
plurale pro singulari, & è contra: & istum sensum se
cuta est litera nostra dicens istos esse panes propositio
nis, quia proponebantur coram domino: cùm Deus
specialiter esse putaretur intra sancta sanctorum, co-
ram qua domo erat ista mensa cum panibus. Et voca-
tur etiam mensa propositionis ex hac ratione, scilicet
quia in ea ponebantur panes propositionis. Sciendū,
quòd isti panes erant duodecim semper: & ponebant-
tur tot propter duodecim tribus Israel. Vt sicut isti
duodecim panes manebant semper coram domino:
ita maneret memoria illarum tribuum coram domi
no. Et ponebantur panes propter terræ nascentia, sci
licet quia panis est præcipuum pertinens ad terræ na-
scentia, quia de illo hō potissimè viuit. Et vt recorda
retur semper Israelitarum ad benefaciendum illis in
terræ nascētibus, ponebantur isti duodecim panes co-
ram domino. Et non est intelligendum, quòd isti pa
nes reducerent Deo semper Israelitas in memoriam.
Nam Deus nihil obliuiscitur. Ideo nihil ei in memo
riam pōt reduci: etiam quia omnia nuda sunt, & aper
ta oculis eius: Ad Hebræos quarto. Cùm ergo sem
per Deus videret Israelitas, non oportebat, quòd esset
aliquod reductiuum ad memoriam. Etiam si velle-
mus intelligere, quòd per panes positos in præsentia
Dei in templo Deus recorderetur Israelitarum sem-
per, nō pōt stare: quia Deus non poterat videre pa-
nes illos, cùm Deus nihil videat: quia nō est animal.
Ideo per hoc, quòd panes illi positi erant in præsentia
eius, non recordaretur magis Israelitarum quàm si ni
hil ibi positū esset: sed isti panes erant ad hoc ꝙ Deus
recordarerur magis Israelitarum dupliciter. Vno mo
do, quòd etant ad memoriam Israelitarum promeri-
torię, s. ꝙ per hoc, ꝙ Israelitæ ponebant istos duode-
cim panes coram domino pro se, merebantur quòd
Deus recordaretur eorum. Nam in hoc colebant
eum: & per istum cultū merebantur apud ipsum: &
in remuneratiònem istius cultus volebat Deus eis bo
na temporalia continue retribuere, quod erat recor-
dari ipsorum quantum ad terræ nascientia. Secundò
modo potest intelligi istud, scilicet quòd factum erat
hoc propter Israelitas. Nam Israelitæ erant viri rudes,
qui nesciebant conditionem Dei, & putabant, quòd
Deus



Deus se habebat ad modum hominis. Homo autem A
est obliuiosus, & quando aliquid est in præsentia eius
recordatur illius. Et ob hoc volebant quando panes
duodecim essent coram domino nomine duodecim
tribuum Israel, quòd non poterat Deus obliuisci eo-
rum: & alias putarent quòd Deus non recordabatur
ipsorum. Considerandum vlterius circa panes istos,
quòd erant sanctitatis magnę, & Deus non volebat
quod aliquis eos conficeret nisi sacerdotes, & ipsi ac-
cipiebant à filijs Israel similam, & conficiebant eos:
& non tangebant farinam illam, nec pastam fęminæ
aliquæ, nec laici, nec etiam Leuitæ: sed soli sacerdotes
conficiebant eos atque coquebant, & ponebant corā
domino: Leui.24. & præcedenti lib.9. & 23. cap. Ipsi B
quoque sacerdotes p singula sabbatha ponebant istos
duodecim panes recentes coram Domino, & tolle-
bant alios duodecim, qui manserant iā septem diebus
coram domino, & sic fiebat per singula sabbatha.
Istos panes soli sacerdotes comedebant, nec licebat
cuilibet alteri hominum comedere de illis, nisi es-
set in necessitate famis: & esset mundus à mulie-
ribus, vt patet primo Reg. 21. & Matth.12.

*De cæremonia candelabri. Quæst. XXXVI.*

QVAERITVR vlterius circa aliam cæremo-
niam candelabri, scilicet quomodo fiebat. Res-
pondendum, quòd tempore Moysi quando fabrica- C
tum est tabernaculum in deserto, Deus iussit fieri vnū
candelabrum cum septem calamis, & septem lucer-
nis. De cui⁹ fabricatione patet Exo.25. Et erat vnū can
delabrū in toto tabernaculo ī prima parte tabernaculi.
Nā in atrio tabernaculi nullū erat candelabrū: quia nō
erat opertū tecto, sed solis parietibus altitudine cubito
rū quinq; : vt patet Exo.27. intra sancta sanctorum nō
erat aliquod candelabrum: quia Deus volebat partem
illam esse nimis obscuram, vt quando illuc intraret
summus sacerdos, nō videret secretum corpus quod
iacebat inter alas cherubim super propitiatorium. Et
quando illuc intrabat summus sacerdos, adhuc fiebat
locus magis obscurus: quia coram se ferebat thuribu
lum plenū prunis quod erat aspersum thymiamate: & D
exhalabat inde crassus vapor, qui operiret oculos sum
mi sacerdotis, et non videret aliquid de eo, quod erat
in propitiatorio: Leui.16. cap. Manebat prima pars
tabernaculi in qua erat candelabrum, & non erat nisi
vnum: quia illud sufficiebat ad illuminandum totam
illam partem, quia domus satis parua erat, scilicet vi-
ginti cubitorum longitudine, & decem latitudine.
In templo autem Salomonis fuerunt plura candela-
bra, vt dicetur sequenti quæstione: in isto candelabro
ministrabat vnus sacerdos quotidie bis, scilicet in au-
rora, & vespere: disponendo lucernas, & locando il
las: Exo.3. cap. Et ad hoc iubebat Deus accipi oleum
purissimum, quòd tenerēt filij Aaron in vasis intra E
templum: & quando intrabat sacerdos ponebat oleū
in lucernis siue lampadibus, & emungebat lichnum,
ponebatque quod emunxerat in quibusdam vasis aq̄,
vt non fumigaret lichnum, vt colligitur Exo.25. Et ac
censio candelarum istarum erat de oleo: quia non cre
mabatur caro, nec sepū, nec alius liquor nisi oleum in
vasculis candelabri: & illa vascula vocabantur luce-
næ, quia lucebant, scilicet cremando in eis oleum.
Erat autem accensio candelarum tā ad necessitatem
quàm ad honorem. De necessitate manifestum est,
quia cùm tabernaculum esset vndique clausum, erat
obscurum, & egebat lumine. Et iam propter hono-
rem, quia lumen ad magnum honorē pertinet. Et
ob hoc in ecclesia dum celebrantur diuina officia da-
to, quòd sit magna lux diei, est semper lumen can-
delarum, & non licèt alicui sine lumine missam ce
lebrare: vt patet extra de celebra. missa. cap. vltimo.

*De candelabrorum numero. Quæst. XXXVII.*

QVAERITVR vlterius circa istud quod dicit
hic de cādelabro, quomodo dixit hic rex Abia:
est apud nos candelabrum aureum. Nam videtur ꝙ
non erat vnicum candelabrum, sed multa, quia Salo-
mon fabricauerat decem candelabra aurea 2. Reg.7.
Erant etiam candelabra multa argentea. Nam præ-
cedenti lib.28. cap. dicitur, quòd dedit Dauid aurum
ad candelabra aurea & argentum ad argentea. Item
supra 4 dicitur ꝙ Salomon posuit in templo candela-
bra aurea decem, quinque ad dextram & quinque ad
sinistram. Respondet Nicolaus, quòd Salomon fece
rat ista candelabra multa, & tamen non erat nunc in
templo nisi vnum: quia qñ rex Sesac ascendit de Ae
gypto ī Ierusalē, abstulitq; thesauros dom⁹ regis, et do-
mus Dñi, abstulit ista candelabra, & non reliquit ni-
si vnum. Et sic nunc tempore Abiæ non erat nisi vnū:
& de isto locutus est Abia hic. Dicendum tamen,
quòd non stat, quia in hoc præsuponitur, quòd Sesac
abstulerit de templo Domini aliqua vasa aurea vel ar
gentea, in quibus ministrabatur. Et tamen falsum est,
quia omnia vasa aurea, & argentea manserunt in tē-
plo vsque ad tempus regis Ioacim, quando Nabucho
donosor illa abstulit de Ierusalem 4. Reg.24. cap. Sic
etiam patet infra 26. & 2. Esdræ vbi dicitur ꝙ omnia
vasa aurea, & argentea tam maiora quàm minora trā
slata sunt in Babylonem. Et tamen si aliqua abstulis-
set rex Sesac, non mansissent omnia, vt illa asportaret
Nabuchodonosor in Babylonē. Et sic manebant tē-
pore Abiæ multa candelabra in templo, scilicet
omnia candelabra aurea, & argentea, quæ fece-
rat Salomon. Aliquis ergo dicet, quòd licèt ma-
nerent omnia candelabra, quæ fecit Salomon in tē-
plo: tamen facta est mentio de vnico, scilicet de illo,
quòd erat factum a Moyse in deserto. Sed dicendū,
quòd istud non est satis verisimile, quia non erat istud
candelabrum præcipuum inter alia cādelabra: sed po- D
tius quodlibet candelabrum, quod fecerat Salomon,
erat præciosius candelabro Moysi: quia erant maiora
candelabra, quę fecit Salomō propter multitudinem
auri. Nam tempore Moysi parum de auro, & argen-
to habebant Israelitæ ad faciendum multa, & magna
vasa sanctuarij. Primò vt declaratum est. 3. Regum
6. & supra 5. plurima de vasis tabernaculi Moysi quā-
tum ad vsum cessauerunt in templo Salomonis. Et cę
pit ministratio quantum ad vasa, quæ Salomon nouit
er fabricauerat. Iō non erat verisimile, ꝙ vnicū can-
delabrū qđ feceratMoyses, qđ erat minoris prętij quā
quodlibet de candelabris Salomonis, nominaretur
hic ab Abia rege, & subticerentur alia oīa. Sed di-
cendum videtur, quòd hic ponitur singulare pro plu
rali, idest candelabrum pro candelabris: sicut sæpe fit
in Hebræo. Et sic videtur fieri in litera vbi ponitur
lucerna pro lucernis pluraliter. Posset aliter dici, quòd
licèt essent omnia ista candelabra in templo, non lu-
cebant omnia hæc semper: sed vnicum semper luce
bat, & alia interdum in magis solēnitatibus lucebant.
Et sic nominauit Abia vnum candelabrum cuius lu-
cernæ semper lucebant. Istud licèt posset concedi, ta-
men non est valde verisimile: sed potius videtur, ꝙ
omnia quotidie arderent: ideo tenendum videtur, ꝙ
ponitur singulare pro plurali.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De numero lucernarum. Quæst. XXXVIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic de lucerna candelabri, ꝙ in candelabro erat lucerna, quæ accendebatur semper ad vesperam, quomodo dicitur lucerna. Nam non erat vnica lucerna, sed multæ: eo quòd quodlibet candelabrum habebat septem lucernas, vt patet Exo. 25. Respõderi potest vno mõ, ꝙ accipitur lucerna hic per excellentiam: nam quodlibet candelabrum habebat septem lucernas, & vna illarum, quæ erat ī medio erat maior aliis: & ista erat lucerna per excellentiam. Et istud põt colligi ex mõ loquendi Dei: Zacha. 4. ſ. vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput eius, & septem lucernæ eius super illud. Et accendebantur omnes lucernæ: fit tamen mentio de illa vnica, quæ vocatur lampas per excellentiam. Aliter dicunt quidã, ꝙ quodlibet istorum candelabrorum habebat vnicã lucernam, & illa accendebatur. Nam verum est, ꝙ candelabrum Moysi habebat septem lucernas: Exod. 25. Ista tamen candelabra, de quibus hic dicitur, non cõstat cuius figuræ essent. Ideo posset dici, ꝙ haberent singulum candelabrum vnam lucernam, & illa solùm accenderetur. Sed dicendum, quòd istud nõ est satis verisimile, quia cùm essent candelabra Salomonis pręciosiora candelabro Moysi, nõ erat verisimile, quòd cùm candelabrum Moysi haberet septem lucernas, ꝙ candelabrum quodlibet Salomonis haberet vnicam lucernam. Dicendum ergo videtur quibusdam aliter, scilicet ꝙ ponatur singulare pro plurali. Nam accedebantur omnes candelæ ipsius candelabri: & tamen vocantur omnes nomine vnius lucernæ: sicut ponitur supra candelabrum in singulari, cũ tamen essent multa candelabra. Aliter potest dici, ꝙ habebat candelabrum multas lucernas. Et tamen per noctem accendebatur vna candela illius. Et ista est positio Rabbi Salomõ, super Exodum, ſ. ꝙ per noctẽ ardebant omnes lucernæ candelabri, & per diẽ, cùm nõ esset necessaria tanta lux, erant pauciores lucernæ accensæ: & sic poterat esse, ꝙ maneret vnica candela per diem, quæ non arderet reliquis ardentibus, & illa accenderetur per noctem. Et sic dicitur hic, ꝙ erat candelabrum in templo, & lucerna eiꝰ, vt accendatur semper ad vesperam. Dicendum tamen, ꝙ ponitur hic singulare pro plurali: quod patet ex litera Hebraica. Nam vbi nos dicimus, & lucerna eius, vt accendatur semper ad vesperam, & ista est veritas.

*An semper accenderetur lucerna vesperi. Quæst. XXXIX.*

QVAERITVR vlterius circa hoc, quod dicitur hic, quomodo stat, quòd lucerna cãdelabri semper accenderetur ad vesperam. Nam potius videtur, ꝙ candelæ arderẽt tam per noctem quàm per diem: quia lumẽ erat necessarium tam per diem, quàm per noctem. Respõderi potest vno modo, quòd lucernæ omnes candelabrorum ardebant semper tam per diem quàm per noctem. Nam erat lumen necessarium omni tempore: de nocte manifestum est, quia tunc proper tenebras erat opus lumine. De die autem patet, quia tabernaculum erat aliqualiter obscurum, cùm ex omni parte esset clausum operimentis, & etiam porta claudebatur quodam tentorio, quod extendebatur siue trahebatur ante fores: Nume. 3. & 4. Etiam erat lumen necessarium per diem ad honorem. Nam dato, quòd sit lux diei, est magnus honor, ꝙ coram domino sit lumen candelabrorum: sicnamque fit in Ecclesiis: quia etiam per diem cùm diuina celebrantur est lumen in Ecclesia, & non licet celebrari missam sine lumine. Itẽ, si attendatur, magis necessaria videbat candelarũ accensio per diẽ ꝙ per noctem. Quia per diem ministrabatur in tabernaculo: quia erat aliqualiter obscuru m, & per noctem nõ ministrabatur. Ideo non erat per noctem necessarium lumen nisi ad honorem. Et tamen ad honorem erat ẽt necessarium per diem. Iõ debet esse lumen per diẽ in candelabris tabernaculi siue tẽpli. Et sic dicetur, ꝙ omni tempore erant candelæ accensæ omniũ candelabrorum. Dicit tamen hic, quòd accendebatur per noctem lucerna, ideſt erat accensa: & talis modꝰ loquẽdi ſępe habetur in ſcriptura, & in locutione nostra, & in legibus humanis, vt cùm dicitur: nemo cogitur seruire pro debito, ideſt nullus homo liber cogitur esse seruus pro debito. Et tunc dicetur, ꝙ lucernæ candelabrorum ita accendebantur, ideſt erant accensę per diem sicut per noctem: & tamẽ dixit Abia de nocte, quia tũc ex conditione temporis videtur lumen esse magis necessarium quàm per diem. Alij dicunt aliter, ſ. quòd lucerna accẽdebatur per noctẽ, ſ. quia erant in quolibet candelabro multæ lucernæ: & quædam illarum per diem lucebant, & non omnes. Per noctem autem omnes lucebant. Ideo illę, quæ p diem non ardebant accendebantur ad vesperam. Et de hoc intelligitur, quòd lucerna candelabri, ſaliquæ lucernę accendebantur ſemper per noctem, quæ per diem non ardebant. Aliter posset dici, licèt sit cõtra communem opinionem, ſ. quòd candelæ candelabrorum non ardebant per diem, ſed solùm per noctem. Et non erat per diem aliquod lumen in toto tabernaculo siue templo, & hoc satis colligitur Exo. 27. cùm agitur de institutione ministerij in candelabro. ſ. præcipe filiis Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum, vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij. Et collocabunt eam Aaron, & filij eius, vt vſque mane luceat coram domino. Ecce ergo, quòd lucernæ ſolùm ardebant vſque mane. Et ſic intelligitur iſta litera, ꝙ lucerna, ideſt lucernę cãdelabri accendebantur ſemper ad veſperam, ſ. ꝙ per diem non erant candelæ aliquæ incenſę: & per noctem accendebanꝰ. Iſta videtur eſſe veritas ſcripturæ, licèt communis opinio ſit, quòd lucernę ardebant per diem, & noctem: & tamen plures per noctem quàm per diem. Iſtud tenet Nicolaus & Hebręi. Et iſtam opinionem communiter nos ſequimur. Et tamen videtur mihi verior poſitio, ꝙ ſolũ accendebantur lucernę per noctem. Cùm autẽ obiicitur, ꝙ lumen ita erat neceſſarium in cãdelabro per diem, ſicut per noctem. Dicendum, quòd verum eſt, quòd ad honorem videbatur ſatis conueniens, quòd per diem eſſet lumen in candelabro, ſicut per noctem. Et tamen, quia erat ſanctuarium ſatis illuminatum lumine diei, non iuſſerat Deus, quòd lucernæ arderent per diem. De nocte autem ſecus eſt, ga licèt non fieret aliqua miniſtratio per noctem in tabernaculo intra templum: tamen cùm Deus iudicaretur ab Iſraelitis, vt ſtans ſemper in taberna culo, ſicut quidam rex in ſolio ſuo, videretur manere inhoneſte ſi maneret ſine lumine. Ideo lucernę coram eo ardebant. Per diem autem erat lumen, & nõ erat opus, ꝙ eſſent lucernę coram domino. Eccleſia autẽ attendit maiorem honorem Dei, & ſemper habet lumen ſiue per diem ſiue per noctem, potiſſimè quãdo diuina miniſteria celebrantur.

*De numero menſarum. Quæſt. XL.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, ꝙ erant panes propoſitionis in menſa mundiſſima: quomodo ſtat hoc, quia non erat vnica menſa, ſed multę: cùm Salomon feciſſet menſas decem, vt patet ſupra 4. Et poſuiſſet quaſdam à dextris, & quaſdam à ſiniſtris. Reſpondent quidam ſicut reſpondebat Nicolaus de candelabro, ſ. ꝙ licèt eſſent multa cãdelabra in templo: tamen Seſac rex Aegypti quãdo aſcendit in Ieruſalem abſtulit oĩa candelabra præter vnum. Et abſtulit etiam omnes menſas præter vnã: & de iſta loquitur nunc Abia hic. Et hoc patet, quia dicitur de Seſac, prędcedenti cap. quòd abſtulit theſauros domus Domini, & domus regis. Dicendum, ꝙ hoc non ſtat: quia ſicut oſtenſum fuit quæſtione eadem, non abſtulit Seſac aliqua de vaſis miniſtrationis domus Domini, ſed ſolùm aurum, & argentum, qđ erat in maſſa. Nam omnia vaſa aurea, & argentea, quę fecit Salomon portata ſunt in Babylonem per Nabuchodonoſor. 4. Regum 24. & infra vlti. & 2. Eſdrę 2. c. Ideo dicendum, quòd manebant nunc in templo Salomonis omnia vaſa miniſtrationis, quæ ipſe fecerat, & manſerunt vſque ad tempus Nabuchodonoſor. Aliquis dicet aliter, ſcilicet quòd manebant oẽs mẽſę, quas Salomon fecerat: & tamen fit hic mentio de vnica, ſ. de illa quam fecerat Moyſes. Nam vult Nicolaus, quòd fecerit Salomon decem menſas, & vna, quã fecerat Moyſes, manebat in medio illarum: & de illa agitur hic. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia mẽſa, quã fecit Moyſes non erat excellentior menſis, quas fecerat Salomon: ſed potius per contrarium: cũ eſſet menſa illa ſatis parua, vt patet Exod. 25. Salomon aũt habebat maiorem copiam auri, & argenti, & faciebat omnia vaſa maiora. Et hoc patet ex altari. Nam altare holocauſtorum, quod fecit Moyſes erat cubitorũ quinque longitudine, & totidem latitudine, & cubitorum trium altitudine. Et altare quod fecit Salomon erat longitudine cubitorum viginti, & latitudine totidem: & altitudine decem cubitorum. De altari Moyſi patet Exod. 27. De altari Salomonis patet ſupra 4. Ita ergo de menſis intelligendum eſt: & de omnibus vaſis templi: quòd maiora eſſent quàm vaſa illa, quæ fuerunt in tabernaculo Moyſi. Et ſicnõ erat prædioſior menſa, quã fecit Moyſes menſis, quas fecit Salomon. Et conſequenter non poneretur menſa Moyſi hic etiam per excellentiam. Aliter dicet aliquis. ſ. quòd erant hic multæ menſæ: & tamen ponitur de vnica, quia ponitur ſingulare pro plurali, ſicut ſępe fit in Hebræo. Ita etiam ponitur, quando dicitur de candelabro, & lucerna: quia non erat vnicum candelabrum templi, ſed multa. Etiam candelabrũ non habebat vnicam lucernam, ſed multas: quia quodlibet habebat ſeptem lucernas. Et tamen dicitur de lucerna, quòd accendebatur qualibet nocte. ſ. de lucernis. Sed dicendum, ꝙ non ſtat: quia menſa propoſitionis vnica erat: & non erat ſic de illa, ſicut de candelabris: quia multa candelabra lucebant in templo: Et tamen menſa propoſitionis vnica erat. Pro quo ſciendum, quòd Moyſes fecit decem menſas, quaſdã aureas, & quaſdam argenteas: & poſuit eas in templo quinque a dextris, & quinque à ſiniſtris ſupra 4. Et tñ inter omnes iſtas vnica erat menſa propoſitionis, ſcilicet menſa quædam aurea, in qua ponebantur duodecim panes. Reliquæ autem nouem menſæ manebãt coram domino in templo, & non ponebantur in eis panes. Nec vocabantur menſę propoſitionis, ſed erãt repoſitoria vaſorum aureorum, & argenteorum. Iõ licèt multæ menſæ eſſent nunc coram domino, non debuit fieri mentio niſi de vnica, quia in vnica erant panes. Nicolaus autem voluit ſupra 4. quòd eſſent vndecim menſæ: & in qualibet earum eſſent duodecim panes, & tamen ibidem in quadam quæſtione probatum eſt eſſe falſum. Et quòd ſolũ erat vna menſa propoſitionis.



*De dicto Abiæ de clangere ſacerdotum. Quæſt. XL.*

QVAERITVR vlterius, quare dixit Abia: in exercitu noſtro ſacerdotes ſunt, qui clangunt tubis, & reſonant contra vos. Reſpondendum, quòd hoc dictum eſt, quia ſoli ſacerdotes clangebant tubis in bello. Et ex hoc erat quoddam adiutorium à Deo ipſis Iudæis. Pro quo ſciendum, quòd Deus iuſſerat fieri per Moyſen duas tubas argenteas, quas ſacras eſſe voluit, & quòd iſtæ proficerent ad multos vſus. Ad conuocandum nobiles in concilium. Et ad congregandum totum populum in cętum. Et ad dandum ſignum mouendi caſtra. Et quòd quando Iſraelitæ haberẽt Kalendas, vel feſta aliqua aut ſacrificia vel ſolennes epulas clangerent tubis ſuper ſacrificiis ſuis: & venirent in recordationem coram domino. Num. de cimo. Etiam quandocunque Iſraelitæ irent ad bellum, iubebat Deus ꝙ clangerent tubis iſtis: & Deus liberaret eos ab hoſtibus. eod. cap. Et iuſſerat deus, ꝙ nullus clangeret iis tubis niſi ſacerdos. Ideo cũ nunc pugnarent viri Iuda contra Iſraelitas, habebãt in exercitu ſuo ſacerdotes clangentes tubis ſacris: & reſonabant cõtra Iſraelitas. Ex quo non modicam ſpem de victoria conceperant viri Iuda contra Iſraelitas. Nam ſępe per iſtum clangorem tubarum accidebant miracula, ſicut quando Iſraelitæ luſtrauerunt vrbem Iericho ſeptem diebus, vltima luſtratione clãgentibus ſeptem ſacerdotibus in tubis ſacris, corruerunt muri vrbis: Ioſue ſexto. Ita & nunc ſperabant futurum aliquod miraculum. Et quia etiam Iſraelitæ nouerant miracula iſta, quæ fiebant per clangorem tubarũ triũ: & in fauorem eorum interdum facta fuiſſent, quãdo ipſi, & viri Iuda erant ſimul vnum regnum. Ideo obijciebant hæc Iſraelitis viris ipſi viri Iuda, & per hoc timerent clangentibus contra ſe ſacerdotibus.

Reſpicienſque Iudas vidit inſtare bellũ ex aduerſo, & poſt tergum, & clamauit ad dominum: ac ſacerdotes tubis canere cęperunt: Omneſque viri Iuda vociferati ſunt: & ecce illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Iſrael, qui ſtabat ex aduerſo Abia, & Iuda: fugeruntque filij Iſrael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. Percuſſit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Iſrael quinquaginta millia virorum fortium. Humiliatique ſunt filij Iſrael tempore illo, & vehementiſſimè confortati filij Iuda, eo quòd ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorum. Perſecutus eſt autem Abia fugientem Ieroboam, & cępit ciuitates eius Bethel, & filias eius: & Ieſana cum filiabus ſuis: Ephron quoque, & filias eius. Nec valuit vltra reſiſtere Ieroboam in diebus Abia: quem percuſſit Dominus, & mortuus eſt. Igitur Abia, confortato imperio ſuo, accepit vxores

xores quatuordecim: prorceauitque viginti duos filios, & sexdecim filias. Reliqua autem sermonum Abia, viarumq; & operum eius scripta sunt diligentissime in libro Addo prophetæ.

*Respicienſque Iudas.* Hic ponitur tertium, scilicet Abiæ victoria: nam prœualuit Abia contra Israelitas: & dicitur *Respicienſque Iudas instare bellum ex aduerso, & post tergum.* Scilicet ante hoc dum Abia loqueretur contra viros Israel, viri Iuda erant securi non formidãtes aliquid mali: quia dum sermo trahebatur, credebãt Israelitas cessaturos, & tamen illi interim moliebant insidias vallando exercitum Iuda à tergo & ante: & tamen viri Iuda respicientes viderunt sibi vtrinque bellum imminere: eratque difficilè: quia ex quacunque parte vellent se defendere, ex alia ageretur contra eos, *Et clamauit ad dominum.* Scilicet, quòd exaudiret eos, & liberaret de illo bello periculoso, quod vndique sibi iminebat. *Ac sacerdotes tubis canere cœperunt.* Sacerdotes canere debebant in exordio belli: & quia nunc incohabatur cœperunt clangere, vt omnes Israelitæ acuerent animos. *Omnesque viri Iuda vociferati sunt.* Ista vociferatio erat inuocãdo dominum in auxilium suũ, vel potius erat cohortando se ad bellum. Nam vox mutua pugnantium apponit animos: & sic est consuetudo sociorum compugnantium, quòd clament ad se ipsos exhortando: sic patet quando pugnabant viri Israel contra vrbem Hai Iosue 8. Sic etiam quando pugnauerunt contra Madianitas tempore Gedeonis, vt patet Iudi. 7. *Et ecce illis clamantibus perterruit Dominus Ieroboam, & omnem Israel.* Posuerant viri Iuda omnem spẽ suam in Domino: & clamauerunt ad eum, quando se in arcto positos viderunt: & tunc exaudiuit eos Deus, quia perterruit Ieroboam & Israelitas compellendo vt fugerent à facie virorum Iuda. Quis autẽ modus terrendi eos fuerit, declarabitur infra in quadã quæstione. *Qui stabat ex aduerso Abia, & Iuda.* Scilicet Ieroboam, & Israel stabant ex aduerso Abiæ, & Iuda: quia conuenerant in bellum Israelitæ cõtra viros Iuda. Erant etiam quidam à tergo. Nam dum loq̃retur Abia ad Israelitas omnia verba præcedentia, Ieroboã fecit vt quidam ambirent posteriora exercitus Abię, vt sic eum incautum caperent, vt patet in litera. *Fugeruntque filij Israel Iudam.* Scilicet fugerunt à facie Iuda, quia nõ potuerũt sustinere Iudęos cùm Deꝰ adiuuaret illos. *Et tradidit eos Deus in manus eorum.* Scilicet fecit vt fugerent à facie eorum, & vt non expeditè fugerent, sed tanquam pauidi, & sic occiderentur à viris Iuda: & quia hoc fecit Deus, dicitur eos tradidisse in manus Iuda. *Percussitque eos Abia, & populus eius plaga magna.* Scilicet cùm non possent fugere expeditè Deo impediente, & ꝓtubante ꝓcusserũt Iudęi multos de illis: & sic exercuerunt plagã magnam, & verè magnã: vt patet ex numero interfectorum. *Et corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium.* Mirabilis occisio fuit nec vnquam legitur tanta fuisse facta in eodem bello vnico actu. Nam etiam in historiis gentium, quæ paruæ auctoritatis sunt, & multa falsa permiscent, nunquam legitur eodem actu continuo bellandi corruisse quingenta millia virorum. Habebat enim Ieroboam in bello isto octingenta millia virorum, & corruerunt de illis quingenta millia. De viris autem Iuda nulli leguntur corruisse: & satis veri simile est, quòd nullus eorum perierit: quia Deꝰ miraculose perterruit viros Israel, & nihil in eis nisi fugere. Viri autem Iuda eos fugientes, & turbatos trucidabant. *Humiliatique sunt filij Israel in tempore illo.* Postquam perierunt tot milia in isto bello humiliati sunt filij Israel de decem tribubus non habentes iam superbiam cõtra viros Iuda sicut prius: sed potius timentes eos. *Et vehementissimè confortati filij Iuda.* Scilicet roboratum est regnum ipsorum, quia deletis vel diminutis viribus aduersariorum suorum augebãtur vires ipsorum, & etiam roborati vel confortati sunt, scilicet in cordibus suis. Quia tamen nunc sperantes in domino superassent faciliter filios Israel: ita putabant quòd superarent eos quãdocunque cõgregarentur: & iam non timebãt eos sicut prius propter nimiam ipsorum multitudinem. *Eo quòd sperassent in domino Deo patrum suorum.* Scilicet prouenit eis ista victoria & confortatio, eo quòd sperauerant in Deo patrum suorum. Nam non pugnauerunt confidentes de viribus suis, sed de Dei adiutorio: & cùm essent in bello, clamauerunt ad dominũ. *Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam.* Istud bellum factum est in terra Ieroboam. Nam castra Abiæ erant in monte Ephraim: & tamen sors Ephraim ptinebat ad regnũ Ieroboam, & hoc non obstante per regnum Ieroboã persecutus est eum Abia quousque se incluserit in aliquas vrbes munitas. *Et cepit ciuitates eius.* Scilicet quasdam de ciuitatibus regni Ieroboam, quę hic nominãtur. *Bethel, & filias eius.* Bethel nomen ciuitatis est: filiæ eius vocantur villulæ siuę vici nõ murati subiecti ciuitati Bethel. *Iesana cum filiabus suis.* Ista ciuitas videtur esse in tribu Ephraim, & tamen non habetur nomen eius in diuisione sortium. Quòd sit in sorte Ephraim, patet, quia Abia cepit nunc ciuitates aliquas de illis, quæ erant proprinquæ regno Iuda. Nã alias multum intraneas regno Ieroboam non poterat nunc capere Abia. Nullã autem tribus erat ita propinqua regno Iuda de tribubꝰ Israel sicut sors Ephraim. Ideo videtur quòd de sorte Ephraim intelligatur, ꝙ essent ibi ciuitates istę. *Ephron quoque & filias eius.* Ephron (vt aliqui putant) est Hebron: sed falsum est, quia Hebron est ciuitas in sorte Iudæ: Iosue 15. in qua regnauit Dauid septem annis, & dimidio, quando erat solùm rex super Iudã 2. Reg. 2. & 5. Et tñ Ephron erat ciuitas de regno Ieroboam cùm nunc iure bellico ceperit eam Abia. Et dicendum, quòd ista ciuitas erat in sorte Ephraim, sicut duæ prædictę, licèt de ea non habeatur in diuisione sortium in libro Iosue. Est autem Ephron etiam nomen viri: nam ille, qui vendidit Abrahæ campum ad sepeliendum vxorem suã vocabatur Ephron Hethæus: Gen. 23. cap. *Nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abiæ.* Postquam tantam iacturam passus est Ieroboam in bello cùm Abia fuerunt aliqua bella inter eos, sed nunquam potuit resistere Abię: quia prœualebat Abia in omnibus. *Quem percussit Dominus.* Secundùm Nicolaum ponitur hic quartum huius cap. scilicet percussio occulta: & intelligitur de morte Abiæ secundùm eum & tamen magis videtur intelligendum de morte Ieroboam: de quo etiam magis infra dicetur in quadam quæstione *Et mortuus est.* Scilicet inflicta sibi plaga aliqua cælitus. *Igitur Abia confortato imperio suo accepit vxores tredecim.* Prius enim curauit de regni statu, deinde de habitudine personæ suæ. Ideo prius per bellum confortauit regnum suum, & postea accepit vxores tredecim. De his autem an sit rectus ordo infra dicetur in quadam quæstione. *Procreauitque viginti duos filios, & sedecim filias.* Isti reges prolificabant nimis. Nam pater huius, scilicet Roboam habuit filios viginti octo: & filias sexaginta supra vndecimo: & iste etiam habuit filios & filias multas: vt patet hic, habebat enim vxores multas, & concubinas. Et tamen Salomon auus Abiæ cũ habuisset plurimas vxores non legitur habuisse nisi vnum filium, & duas filias, scilicet Roboam, & duas filias



filias quas tradidit in vxores duobus præpositis suis, vt patet 3. Regum 4. ca. *Reliqua autem sermonum Abia viarumque.* Hic fit remissio pro residuis historiæ huius. Sacra enim scriptura expedit se hic de historia Abiæ. Et quia non fuerunt plenè enarrata omnia, quæ fecit Abia, remittitur ad libros, in quibus plenius habetur: & dicitur reliqua sermonum, & viarum, ideſt verborum, & factorum: quia via hominis est modus eius viuendi: ponuntur tñ sermones, viæ, & opera, ga opera sunt aliqua gesta notabilia, q̃ fecerit, sicut bellũ supra positum: sermones sunt dicta eius: vię sunt modi, vel conditiones eius, scilicet an fuerit vir deicola vel deditus idolis, & sic de aliis conditionibus ipsius. *Scripta sunt diligentissimè in libro prophetæ Addo.* Iste Addo propheta fuit contemporaneus Abiæ: & scripsit gesta eius: fuit etiam tempore Salomonis, & Roboam. Vnde istorum trium legitur scripsisse gesta, vt patet supra 9. & præc. ca. & hic: Non fuit alius prophetа famosus tpe Abiæ: iõ nulli alius historiã eiꝰ scripsit, sicut scripserunt multi historiam Salomonis, & multi historiam Roboam, & multi historiam Dauid.

*Quomodo Deus perterruit Ieroboam, & Israel.*
*Quæst. XLI.*

QVAERITVR circa prædicta, cùm dictum sit quòd Deus perterruit Ieroboam & omnem Israel à facie Abiæ, quomodo perterruit. Respondendum, ꝙ Deus poterat multis modis terrere Israelitas. Nam tot modis potest Deꝰ aliquid efficere, quot modis voluerit, cùm non sit apud eum aliquid impossibile: iuxta illud Gen. 18. & Lucæ primo, scilicet, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Poterat autem vno modo fieri, quòd Deꝰ fragorem magnum faceret in nubibus, & terram moueri sub pedibus Israelitarum: ita vt putarent Israelitæ totum vniuersum super eos volui, & terram aperiri à fundamentis, velleque eos deglutire: & cùm sentirent motum eius in vna parte fugerent ad aliam, & sic non poterãt consistere coram Israelitis. De hoc patet primo Reg. 7. quando Philisthini volebant irruere super Israelitas stantes in Masphat. Nam dicitur, quòd intonuit Deꝰ de cęlo fragore magno super Philisthiim: & exterruit eos, cęsique sunt à filiis Israel: & Iosephus dicit 6. Antiqui. ꝙ non solùm fuit fragor de cęlo: sed etiam fuit terremotus: quia sub pedibus Philisthinorum concutiebatur terra. Secundo modo poterat esse, ꝙ Deus faceret audiri magnum sonitum curruum, & equitum venientium contra viros Ieroboam: & ita nõ auderẽt cõsistere. Sic. n. fuit quando pugnauit Dauid ꝓtra Philisthinos in Baalpharasim: & Angelus Domini ambulabat in cacumine pyrorum ex aduerso exercitus Dauid: ita vt Philisthini essent inter pyreta, & exercitum Dauid. Putauerunt aũt Philisthini maximum exercitum latere inter pyreta, qui subito fecit fragorem magnum, quo turbati Philisthini fugerunt 2. Regũ 5. & præcedenti lib. 14. cap. Sic etiam fuit tẽpore Ioram regis Israel. cùm Syri serui Benadab obsiderẽt Samariã: ita vt perirent fame, qui erãt in vrbe: volens Deus tollere obsidionem illam fecit per noctem audiri in castris Syrorum sonitum magnum curruũ & equorum venientium cõtra eos, putaueruntque quòd Iorã rex Israel conduxisset reges multos contra Syros: & nũc subito irruerent super eos: vt patet 4. Reg. 7. s. siquidẽ dns sonitum fecerat audiri in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntque ad inuicem: ecce mercede cõduxit rex Israel reges Hethęorum, & Aegyptiorum: & venerunt super nos, & non habentes consilium nec animositatem ad pugnandũ fugerunt relictis diuitiis multis in castris. Tertiò modo fieri poterat, quòd Deus ostenderet Israelitis aliquam multitudinem Angelorum, vel dęmonum in specie exercitus venientis contra eos, qui haberent vultum, & armaturam terribilem, & sic non auderent consistere contra Iudam: sic fuit quando Syri circundabant vrbem Dothaim, in qua erat Eliseus vt caperent eum: cunque puer eius timeret multitudinem exercitus venientis contra se, rogauit Eliseus dominum, vt aperiret oculos pueri, vt videret exercitũ qui conuenerat in adiutorium Elisei: & vidit montẽ plenum curribus igneis, & equis igneis, qui erat exercitus angelorum 4. Regum 6. Ita poterat Deus ostẽdere exercitũ talẽ viris Israel ad terrorẽ: et nõ possent ꝓsistere cõtra Iuda. Quarto modo poterat hoc esse, ꝙ Deus de cęlo mitteret aliquid pęnale super Israelitas, scilicet lapides vel fulmina: ita vt percussi morerentur plurimi, & alij fugerent. Sic enim factum est qñ pugnabat Iosue contra quinque reges Ammorræorũ die, quo stetit sol. Nam cùm essent in descensu vrbis Bethoron, & fugerent à facie Israel, misit Deus de cęlo magnos lapides grandinis, qui occiderunt plures q̃ Israelitæ gladio occiderant: Iosue 10. ca. Quinto modo poterat hoc esse per solam incussionem timoris. Nam tantum timorem Deus alicui incutere potest, vt fugiat nemine persequente eum. Sic patet Leu. 26. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum: in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere, peribitis inter gentes. Multi alij modi poterant esse, quot Deus vellet habere ad terrẽdum Israelitas: sed satis videtur, quòd aliquis istorum fuerit: quia isti erant communiores.

*An potuerint mori tot in bello: & cur Deus voluit tantam stragem. Quæst. XLII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo in vno bello tot viri mori potuerint: & cur Deus voluit tã grauem stragem in Israelitas. Ad primum dicendũ, quòd valde magna plaga fuit ista cùm perierint quingenta millia virorum in vno conflictu, s. fugiendo, & numquam in tota sacra scriptura nec in historiis gentium, quæ interdum ad laudem aliquorum transcendunt veritatem, legũtur tot millia virorum vno actu bellandi periisse. Modus autem quo potuit hoc fieri manifestus est. Nam miraculosè actum est. Si enim vterque exercitus viribꝰ suis dimicaret etiã si vtrique essent fortissimi & pertinaces in bello, non poterant mori tot in vno bello, quia esset resistentia ex vtraque parte, & fieret valde minor strages. Hic autem non erat propriè bellum, sed occisio: quia Israelitę nõ resistebant, sed fugiebant à facie virorum Iuda: & cõturbati non poterant resistere, sed potius cadebant: & tradebantur sicut pecora. Ideo cùm exercitus Iuda esset satis magnus, scilicet quadringentorum millium virorum: vt patet supra in litera, poterant cito occidere quingẽta millia virorũ nihil sibi resistentium. Ad ſm dicendum, ꝙ Deus permisit istam stragem fieri nunc in Israelitas propter eorum peccatum grauissimum. Nam totam legem præuaricati fuerant colẽdo vitulos aureos, & dimittendo templum domini, constituendoque sacerdotes de populo. Ideo sicut in Israel nunq̃ tantũ peccatũ factũ est, ita Deꝰ nunquã tantam punitionem exercuit contra Israelitas: aliis. n. temporibus peccabant Israelitæ, non tñ omnes: sed in quibusdam ciuitatibus: etiam non satis publicè peccabant: etiam si peccabant red, ibant postea ad cor. Nũc autem peccauerunt omnes Israelitæ de decem tribubus, quia omnes conuersi sunt ad idola, & publicè

Universidad de Deusto
Biblioteca



blicè factum est hoc, atque ædificata sunt templa ido F
lis ac sollicitum esset ea toll. Etiam ista peruersio durauit magno tempore, quia non cessauerunt ab ea Israelitæ, quandiu manserunt in terra sua. Ideo nunquam fuit tam graue peccatum Israelitarum: & cõsequenter nec debuit esse aliquãdo talis punitio eorũ.

*Quare sicut puniuit Deus in principio Israelitas, ita perseuerantes non occidit. Quæst. XLIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Deus Israelitas nunc incipientes peccare tam graui pœna punierit, quomodo postea, cùm in eo delicto perseuerarent, non occidit omnes. Respondendum, quòd G
Deus à principio peccati Israelitarum noluit eos punire, sed procedente aliquanto tempore puniuit, & postea cùm cõtinuaretur vsque ad finem non deleuit eos. Patet hoc: nam punitio ista Israelitarũ non fuit in principio peccati eorũ quia peccatum suum fuit in exordio regni Ieroboam, Nam illico vt factus est Ieroboam rex, fecit duos vitulos aureos ne populus ascenderet in Ierusalem ad adorandum: vt patet 3. Reg. 12. Et Deus admonuit Ieroboã verbis ne hoc efficeret, mittens quendam prophetã qui prænuntiauit contra altare, quòd cremarentur ibi sacerdotes, & ossa mortuorum: & contra sacerdotes, quòd ipsi sacrificarentur ibi 3. Reg. 12. Et non reuersus est Ieroboam ab iniquitate sua. Nunc autem potuerat Deꝰ punire valde Israelitas, sed etiam punitionem prohi- H
buit. Nam Roboam, & viri regno suo congregati sunt, vt pugnarent contra Ieroboam & viros suos, vt reducerent eos ad vnionem regni: & potuissent tunc viri Iuda, qui pauci erant grauem stragem exercere in viros Israel adiuti à Deo, sicut nunc fecerunt Abia & viri eius, licèt pauci essent: Deus tamen prohibuit eos pugnare. 3 Reg. 12. & supra 11. cap. scilicet, quia cùm valde noui essent, voluit clementius cum eis agere solis verbis eos admonendo. Deinde manserunt in hoc crimine toto tempore, quo regnauit Roboam quòd fuit decem & septem annorum; & nunc in principio regni Abiæ accidit ista pugna: & nunc iustum erat eos grauiter admoneri, cùm permansissent decẽ & septem annis in peccato isto. Et sic fecit Deꝰ, quod I
morerentur quingenta millia de illis. Non tamen fecit Deus hoc ad delendum, sed ad emendandum: vt sic timore pœnæ redirent ad cultum Dei, quem reliquerant: & conuenienter secuta fuit ista punitio in eis tempore Abię: quia pte ante bellum increpauit eos de deserto cultu Dei, orando vt redirent ad vnitatem cultus diuini & vnitatem regni. Ipsi autem nõ solùm nõ consenserunt, sed potius dum ista loqueretur Abia, Ierobom fecit quòd multi de exercitu suo ambirent exercitum Iuda incautũ, & tenerent Abiã. Deus autem iratus malitiæ eorum puniuit eos grauiter tunc occidens quingenta millia. Deinde non redierunt ad cor, licèt grauiter castigati essent: sed manserunt semper in idolis suis. Ideo si Deus vellet eis re K
tribuere iustè, delere debuisset omnes: tum quia peccatum erat grauissimum: tum quia ipsi contumaces erant in eo. Nam nolebant conuerti castigati: noluit tamen Deus omnino delere expectans eorum quersionem: & inferrebat eis sæpe pœnas graues: quia in multis bellis à viris Iuda & Assyriis, & ab aliis nationibus puniebãtur, sicut factum est tempore Ioachaz regis Israel, cuius regnum tantum desolauit Azael rex Syrię, quòd non manserunt in toto regno Ioachaz nisi quingenti equites & decem currus, & decem millia peditum 4. Reg. 13. Et tamen tunc non recedebãt à peccatis Ieroboam. Nam lucus permanebat tunc in Samaria 4. cap. expectauit Deus nihilominus quouſ.

que visum est, quod inutilis erat expectatio: & tunc expulit Deꝰ Israelitas in æternum de terra sua faciens trãsferri in terram Medorum, & Persarum per Salmanasar regem Assyriorum 4. Reg. 17. cap. Nec tamen voluit tunc delere Deus Israelitas dans eis spacium pœnitendi in terra hostili. Nam ibi postea aliqui illorum boni effecti sunt. Patet hoc, quia beatus Iacobus scribit canonicam epistolam suam ad istos existentes in terra Medorum vocans eos fratres suos, & scribit eis tanquam viris virtuosis de tentatione superanda, de patientia, de refrenando linguam, & de multis aliis virtutibus: vt patet in ipsa canonica. Expectans ergo Deus viros bonos, qui aliquando prouenturi erant de stirpe hac, noluit delere Israelitas, sed punire castigãdo. Idem est de duabus tribubus, quæ fuerunt de tribu Iuda, quę translatæ sunt in Babylonem, & postea redierunt in terram suam: mãseruntque ibi vsque ad Christi mortem, & propter illud grauissimum peccatum Romani deleuerunt vrbem Ierusalẽ, & occiderunt multo plura millia de Iudæis quàm nunc perierint: & tamen non deleti sunt omnes: sed dispersit illos Deꝰ per totum orbem: & vbicũque sunt vbiq; seruiunt: nec aliquãdo vult Deus quòd omnes pereant, & hoc vt maneãt testes mortis Domini, scilicet quòd progenitores eorũ illã fecerunt. Etiam (quòd maꝰ est) quia Deus expectat magnam conuersionem de ipsis, quotidie enim multi conuertuntur, & magis erit circa finem sæculi. Nam omnes Israelitæ conuertentur: sicut dixit Apostolus ad Rom. 11. scilicet cęcitas ex parte contingit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fieret.

*Quare Ieroboam, & viri sui fuerunt humiliati. Quæst. XLIIII.*

QVAERITVR Vlterius, quare Ieroboam, & viri sui valde fuerunt humiliati coram Deo post istam percussionem factam per Abiam, vt litera asserit. Dicendum quòd Israelitæ humiliati fuerunt nunc valde, & viri Iuda valde confortati sunt. Primò quia viderunt, quòd viri Iuda, qui pauci erant leui impetu fuderunt totum exercitum eorum, & occiderunt plurimos: cùm tamen viri Iuda pauci essent. Ita ergo timebãt quòd quotidie possent facere, donec delerent eos. Secundò quia ista punitio prouenerat à Deo. Nam si fuisset accidens belli non erat tam dolendum: varius namque est euẽtus belli: & nunc hunc, nunc illum gladius occidit: sicut dixit Dauid ad Ioab. 2. Reg. 11. Nec debet res ista turbare virum fortem: quòd tamen Deus miraculosè velit contra aliquos pugnare, est dolendum: quia signum est quòd intendit eos delere. Tertiò quia dato quòd sequatur interdũ strages magna modo bellico manet victis spes posse reparare vires, & reddere similia hostibus suis victoribus: & tamen quando Deus est qui pugnat cõtra aliquos, nulla est spes de victoria, cùm nullus posset prævalere contra Deum: Ideo talibus omnino pereundum est: ita nunc erat de Israelitis, scilicet quòd Deus pugnauerat contra ipsos, & hoc ipsi senserant: quia quasi se sine bello victos atq; trucidatos senserunt: iõ nõ hẽbant spẽ de recuperando vires, et restaurãdo exercitũ. Quartò quia nũc Israelitæ valde diminuti erãt viribus suis. Nã dato quòd de cætero modo humano agendum foret bellum, & non adiuuaret Deus specialiter aliquam partem: tamen Israelitæ videbantur debere succumbere, eo quòd Israelitæ erant minorũ copiarum bellicarũ quàm viri Iuda, quia viri Iuda fuerant in bello Abiæ quadringenta millia virorum electorum: & nemo illorum legitur, nec creditur periisse. Viri autem Israel



Israel erant octingenta millia, & perierant de eis quin- A
genta millia, vt patet in litera. Ideo manebanteis paruę copię bellicæ: ita vt iam viribus impares essent viris Iuda. Quintò quia viri Iuda ex ista victoria conciperent animos contra Israelitas, pugnarentque fortius quàm prius. Nam quædam fortitudo causat ex confidentia, scilicet quia aliquæ gentes reputantur contra vt ineptæ ad bellum: tunc omnes aliæ audẽt contra illas pugnare, etiam habendo minores copias bellicas, & continget interdum quòd aliqui pugnent contra viros fortissimos, quos si cognoscerent nullatenus auderent expectare, & quia putant eos esse viros ineptos, de quibus habetur opinio: quia inutiles sunt, & prævalent contra illos pugnando confidenter ex ignorantia: & ista vocatur fortitudo ex ignorantia, B
sicut ponit Aristo. exemplum 3. Ethi. cap. de fortitudine. Ita nunc conciperent confidentiam viri Iuda cõtra viros Israel arbitrantes eos ineptos, & debiles ad bellum: & dato ꝙ iam pugnarent fortiter nõ prodesset, ꝙ viri Iuda concepta confidentis contra illos pugnarent acerrimè.

*Quare Abia non destruxit Ieroboam cùm prævaluerit cõtra eũ. Quæst. XLV.*

QVAERITVR vlterius, cùm nunc Abia prævaluerit contra Ieroboam, & tantam multitudinẽ eius fuderit, quomodo non conatus est ad acciC
piendum regnum illius, & reducendum ad pristinã vnionem, quia hoc valde desiderabat Abia: & propter hoc pugnauit superiori bello. Aliquis dicet, ꝙ licèt potuerit Abia fugare Ieroboam: tamen non potuit contra eum omnino prævalere, quia inclusit se in vrbibus regni sui: & contra illas non potuit prævalere Abia: licèt aliquas cæpit, scilicet tres de quibus hic dicitur: & sic non potuit capere regnũ. Dicendum quòd hoc non stat, quia non solùm nũc, sed etiam sæpe postea pugnauit Abia contra Ieroboã, & nunquam potuit resistere Ieroboam, sed semper prævalebat Abia, vt patet in litera, scilicet nec valuit vltra resistere Ieroboam in diebus Abiæ. Ideo potest nunc accipere regnum. Respondendum quòd D
potuisset Abia regnum Ieroboam accipere, & reunite regno Iuda: quia cùm in omnibus bellis prævaleret contra Ieroboam, si vellet continuare bellum cõtra ipsum, omnino deleret eum, & acciperet regnum: & tamen non factum est, quia forte Deus vetuit. Nam satis credendum est, quòd Abia cupidus vnionis regni, cũ videret se prævaluisse contra Ieroboam in hoc magno bello, vellet cõtinuare bella, quo usque accipiret regnum de manu Ieroboam: & tamẽ Deus vetuerit ei pugnare ad hoc. Sic enim vetuerat regi Roboam. Nam misit Deus Semeiam, qui hoc impediret cum iam esset exercitus suus dispositꝰ ad bellum: vt patet 3. Reg. 12. & supra 11. cap. Ita in isto vetaretur bellum: & licèt pugnauerit sæpe postea Abia contra Ieroboam, & prævaluerit: tñ nõ pugnabat ad vniendũ regnũ, sed ad alios fines, quia aliæ oc- E
casiones oriebãtur ad pugnandum, ſ. super limitibꝰ rerum, vel super damnis & iniuriis vtrinque illatis. Vel põt esse ꝙ dato ꝙ nõ fierẽt noua prohibitio de bello, putaret Abia se obligatũ ad nõ pugnandũ ꝓtra Ieroboã ex prohibitione facta patri suo Roboã supra 11. Nam dixit eiꝙ non pugnaret cõtra Israel ad reducẽdũ eos in vnitatẽ regni, quia illa diuisio facta fuerat volũtate sua: ex quo apparebat, quòd nunquam posset fieri vnio cùm esset contra voluntatem Dei, & sic esset superfluum pugnare ad talẽ vnionem faciendã: Primus tamen modus conuenientior est, scilicet ꝙ prohiberet Deus nunc prohiberet bellum inter Abiam, & Ieroboam.

*An peccauit accipiendo ciuitates Ieroboam. Quæst. XLVI.*

QVAERITVR vlterius, cũ nunc Abia cæperit ciuitates quasdã de regno Ieroboã, an peccauerit. Aliquis dicet quòd sic, quia Deus vetuerat pugnare contra Ieroboam ad reducendum Israelitas in vnitatem regni. Ideo peccatum erat quomodocunque conari ad istam vnionem, & tamen accipere ciuitates de terra Ieroboam erat reducere in partem Israelitas ad vnionem regni, ideo illicitum erat. Aliquis dicet, quòd non peccauit Abia accipiendo ciuitates istas: quia istę pertinebant ad eum cùm essent de sorte Beniamin, & Ieroboam tenebat illas: ga
fortè tempore Roboam patris sui illas ceperat: & nũc B
Abia habita opportunitate, potuit illas repetere. Patet hoc, quia Bethel ciuitas est in sorte Beniamin: Iosue 18. Dicendum ꝙ hoc non stat. Nã ciuitates istę quas nunc cæpit Abia non erant de regno suo: sed de regno Ieroboam: cùm dicatur hic persecutus est Abia fugientem Ieroboam: cæpitque ciuitates eius Bethel, & filias eius: ecce vocantur istæ ciuitates Ieroboam. Respondendum, quòd non apparet manifeste an peccauerit Abia, vel non: & tamen dicendum videtur quòd non. Primò, quia manifestum est ex præcedentibus quomodo Abia in isto bello miraculosè à Deo adiutus pręuauit contra Ieroboam, vt patet in litera, & ta-men C
in bello isto cępit ciuitates has. Ideo non peccauit, quia aliàs non adiuuaret Deus eum specialiter ad hoc. Secundò patet, quia Abia pugnauit nunc contra Ieroboam ad reducendum Israelitas ad se, vt colligitur ex litera: & tñ declaratum est supra in quadam quęstione, quòd non peccauerat in hoc, ergo à fortiori non peccaret accipiendo istas ciuitates. Tertiò patet, quia dato quòd illicitum esset pugnare ad reuniẽdum terram Israel regno Iuda. Tamen licitum esse poterat pugnare ad accipiendum ciuitates istas, quia solùm vetabatur pugnare ad reducendũ Israel in pristinam vnionem, & tamen poterat pugnari ad habendum istas ciuitates propter aliquam specialem vtilitatem, non intelligendo tamen reunire totũ regnum Israel regno Iuda. Quartò patet, quia poterat habere iu
stam cãm pugnandi contra istas ciuitates Abia. Nam D
dato ꝙ vetaretur omnino bellum, & cõtentio inter Iuda & Israel, poterat licitè pugnare Abia ad capiendum vrbes istas: quia fortè cùm istę vrbes erant in extremitate regni Ieroboam, ex illis inferebãtur damna regno Abię. Et quia habitatores illarum nolebant cessare ab ista illatione damnorũ, poterat licitè Abia delere vrbes istas: ita vt nunquam in eis esset habitatio: vel capere illas & vnire regno suo: & istud est satis verisimile. Cùm autem dicitur, ꝙ erat illicitum pugnare ad reducendum Israelitas in vnionem regni, & cõsequẽter accipere ciuitates eorum, quia per hoc reducebantur. Dicendum quòd non fuit illicitum Abiæ E
pugnare pro ista reditione, licèt fuerit illicitum Roboam: vt declaratum fuit supra. Aliter dici posset, ꝙ non pugnabat Abia ad capiendum istas vrbes: vt sic vniret regnum Israel regno suo: sed quia ex istis vrbibus inferrebantur multa damna regno suo: poterat illas licitè delere, vel laborare ad capiendum eas, & vnire regno suo.

*Quomodo cępit Abia Bethel. Quæst. XLVII.*

QVAERITVR vlteriꝰ, quomodo poterat esse, vt Abia caperet Bethel de regno Ieroboam: nã Bethel erat de terra Beniamin: vt patet Iosue 18. Ciuitates

Universidad de Deusto
Biblioteca



uitates autem de tribu Beniamin pertinebant ad regnum Iuda. Ideo non poterat capere Abia vrbem Bethel. Quidam dicunt, quòd erat Bethel de terra Beniamin: & tamen Ieroboam tenebat occupatam vrbem illam ex tempore Roboam. Nam erat potentior Ieroboam: & fortè acciperet aliquas de ciuitatibus regni Iuda. Dicendum quòd nō ſtat. Primò quia iſtę ciuitates vocantur ciuitates Ieroboam, cùm dicatur Abia perſecutus Ieroboam, cæpitque ciuitates eius. Si tamen iſta ciuitas Bethel eſſet de regno Abię: dato quòd teneretur occupata à Ieroboam, quando caperet eam Abia, non diceretur capere ciuitatem Ieroboam. Secundò patet, quia non eſt ſatis veriſimile, quòd Ieroboam cęperit aliquas vrbes de regno Roboam, quia valde confortatus fuit Roboam in regno ſuo in principio eius, ſcilicet in tribus annis primis, vt patet ſupra 11. capit. Et tamen Bethel à principio regni Roboam fuit de regno eius, quia ibi poſuit vnum de vitulis, vt patet 3. Regum 12. & fuerūt fabricati vituli aurei in principio anni primi regni Ieroboam: vt probatum eſt eod. cap. & præcedenti ca. Ideo dicendum, quòd iſta ciuitas Bethel, de qua hic dicitur erat de regno Ephraim, ſcilicet Ieroboam. Cùm autem abijcitur, quòd erat Bethel in tribu Beniamin Ioſue 18. Reſpondent quidam cp Bethel iſta ſecundū veritatem fuit ciuitas ſortis Beniamin à principio: & tamen tribus Beniamin, & Ephraim, quæ erant coniū ctę, permutauerunt aliquas vrbes inter ſe: ita quòd viri Beniamin darent viris Ephraim vrbem Bethel: & viri Ephraim darent tribui Beniamin aliam vrbem. Et iſtud erat ſatis veriſimile: quia Bethel erat in cōfinio Beniamin, & Ephraim, ſcilicet in latere ambarum ſortium: & tantum poterat pertinere ad vnam tribum ſicut ad aliam. Nam ponitur Bethel in limite & termino ſortis Beniamin: Ioſue 18. cap. Sic enim factum eſt inter viros Iuda, & Beniamin. Nam vrbs Ieruſalem eſt in confinio ſortis Iudæ, & Beniamin. Quod patet, quia ponitur in termino ſortis Iuda: Ioſue 15. & in termino ſortis Beniamin: Ioſue decimooctauo capit. Et cùm verè pertineret ad filios Beniamin: ipſi tamen tradiderunt eam habitandam filiis Iuda: & ipſi pugnauerunt ad eruendam eam de manu hoſtium: Ioſue decimoquinto, & Iudi. primo. Et hoc tenetur communiter: & tunc pertinebat Bethel ad reguum Ieroboam: cùm eſſet iam de ſorte Ephraim: & cùm nunc Abia caperet illam tempore Ieroboam, dicebatur capere vrbem Ieroboam. Aliter dicunt alij, quòd Bethel erat duplex ciuitas, ſcilicet vna, quæ erat in ſorte Beniamin: & alia, quæ erat in terra Ephraim in regno Ieroboam, & illa in qua erat idolum erat ciuitas terræ Ephraim, alia autem, de qua Ioſue 18. erat in ſorte Beniamin, & ſic fuit multoties: quia multæ ciuitates habent idem nomē: ſicut duplex, vel triplex ciuitas Aſor ponitur in ſorte Iudæ: Ioſue 15. Etiam Bethlehem erat duplex. Nam vna vocabatur Bethlehem Iudæ, quæ erat in tribu Iuda: Matt. 2. & Miche. 5. alia erat in ſorte Zabulon: Ioſue 19. Sic etiam Saraa, & Eſtaol erant duæ vrbes in ſorte Iudæ: Ioſue 15. & & Saraa, & Eſtaol erant alię duæ ciuitates in terra tribus Dan: Ioſue. 19. Et ſic de multis: & tunc diceretur quòd cæpit nunc Abia illam vrbem Bethel, quæ erat de tribu Ephraim. Sed tunc obiicietur, quomodo cępit nunc Abia vrbem Bethel? Nam in ea erat vnus vitulus aureus, quem fecerat Ieroboam: & cùm eſſet Abia nunc vir valde deicola, vt patet ex verbis eius, & geſtis ſupra in litera, deſtrueret altare factum in Bethel: & vitulum aureum combureret, vel contereret: & ſic non maneret poſtea Iſraelitis locus adorandi niſi in Dan: & non haberent niſi vnicum vitulum, ſed falſum eſt: quia ſemper manſerunt iſta duo loca ad adorandum: vnde tempore Ioſiæ, cùm capta eſſet ciuitas Bethel, fecit cremari Ioſias oſſa mortuorū ſuper altare, & occidi ſacerdotes in eodē. 4. Reg. 23. Si tamen capta fuiſſet ciuitas iſta tempore Abiæ nō permanſiſſet tanto tempore altare Bethel, ſed diuerteretur à regibus Iuda, ſcilicet ab ipſo Abia, qui erat nūc vir deicola. Vel ſaltem a filio eius Aſa, qui fuit excellentior circa Dei cultum, & deſtruxit omnia altaria idolorum, vt patet ſequenti cap. & infra decimo quinto, & tertio Regum decimoquinto. Et ſi Aſa non deſtrueret iſtud altare, ſaltem iſtud deſtrueret Ezechias, qui fuit vnius de tribus regibus bonis, qui laudatur nimis: quòd non fuerit ei ſimilis poſt Dauid quarto Regum decimo octauo. Et tamen non deſtruxit: ſed Ioſias iſtud fecit, ideo videtur, quòd ciuitas Bethel, ſi erat in terra Ephraim, in qua erant idola non fuit capta per Abiam. Reſpondet quidam quòd non erat vitulus aureus in iſta ciuitate Bethel quæ capta eſt per Abiam, ſed volunt quòd Bethel, vbi erat vnus vitulus aureus non erat nomen proprium vrbis, ſed commune: & vocatur Bethel, ideſt domus Dei: quod ſic interpretatur: & ſic quæcunque ciuitas eſſet, in qua poneretur vitulus aureus, qui reputabatur Deus, vocaretur Bethel, quia erat domus Dei, ideſt idoli. Patet etiam hoc, quia iſta ciuitas interdum vocatur Bethauem, vt patet ſępe in minoribus prophetis, vbi cùm fiat mentio de vitulo aureo dicitur vaccas Bethauem coluerunt. Oſee decimo. ideſt vaccas ſiue vitulos domus idolatriæ: quia Bethauem interpretatur domus idoli. Et ſic dicunt, quòd nomen illius ciuitatis, in qua erat idolus aureus vnus non erat Bethel, nec Bethauem, ſed quoddam aliud. Sed dicendum quòd non ſtat, ſed nomen proprium illius vrbis, in qua erat altare vbi immolauit Ieroboam, & vbi erat vitulus aureus, erat Bethel. Quòd patet, quia ſi Bethel eſſet nomen appellatiuum, non ſolùm vocaretur vna ciuitas iſtarum Bethel, ſed etiam ambæ: quia ambæ erāt domus Dei, ideſt domus vituli. Etiam quia tertio Regū duodecimo ponuntur tanquam duę ciuitates inquantum dicitur, quòd poſuit Ieroboam vnum vitulum in Dan, & alterum in Bethel. Aliter ergo dicunt quidam, ſcilicet quòd Bethel eſt nomen ciuitatis: & tamen idolum, ſcilicet vitulus aureus non erat in Bethel intra vrbem, ſed iuxta illam in aliquo templo: & ſic eſſet idolum iſtud in fine terræ Ephraim apud Bethel intra vrbem: ſed iuxta illam, & ſic aliquid dicitur eſſe intra alterum, quia eſt iuxta illud. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia neceſſe eſt, quòd intelligatur, quòd erat idolum & altare intra vrbem, quia tertio Regum decimotertio, dr quòd propheta Dei, qui iuit ad pronunciandum mala contra altare Bethel, quòd non debebat comedere in loco illo. Itē dicitur ibi de propheta falſo, q habitabet in Bethel: & ſic videtur, quòd erat altare in vrbe Bethel: & 4. Regum capitu. 23. capitu. dicitur quòd altare qđ erat in Bethel deſtruxit Ozias. Dicendum ergo, quòd erat altare in Bethel, & vitulus aureus: & tamen videtur dicendum, quòd non erat iſta Bethel, quàm nūc cæpit Abia tempore Ieroboā: ſed altera Bethel, quæ nunquam venit in poteſtatem virorum Iuda vſque ad tempora Ioſiæ regis Iuda, qui deſtruxit altare, & cremauit oſſa mortuorum ſuper altare. Nec eſt mirandum quòd eſſent tres, vel quatuor vrbes, quę vocarentur Bethel in eadem tribu ſicut ſupra declarātū eſt de Aſſor, quę erat duplicata vel triplicata in ſorte Iuda: Ioſue 15.

Quis



*Quis eſt, q̄ percuſſus fuit, & quomodo.*

*Quæſtio XLVIII.*

QVAERITVR vlterius circa hoc, quod dicitur hic, quem percuſſit Deus, & mortuꝰ eſt, quis eſt iſte, qui percuſſus eſt, & quomodo. Nicolaus dicit, quòd erat Abia, & reijcit opinionem quorūdam, qui dicebant iſtum eſſe Ieroboam: dicit. n. cp erat Abia, qa de eo fit hic hiſtoria, & non de Ieroboam: & tūc dicit, quòd cauſa ſuæ mortis fuit, quia cępit ciuitatē Bethel, & non abſtulit idola, quæ ibi erāt, & hoc diſplicuit valde Deo. Sic enim fuit de Amaſia, qui prævaluit cōtra Idumęos, cępitq; deos eorum, & coluit: propter quod Deus iratus fuit ei, tradiditq; eum in manus regis Iſrael, vt patet infra 25. Sed dicendum, quòd non intelligitur de Abia, ſed de Ieroboam. Nam non poterat vllo modo intelligi de Abia, quia poſtquam dicitur de iſto, quòd percuſſit eum Deus, & mortuus eſt, ſubditur, quòd Abia confortato imperio ſuo accepit vxores tredecim, & procreauit filios vigintiduos. Non tñ conueniebat, quòd dicto de morte alicuius diceretur illico quomodo acceperit vxores, & confortatus fuerit in regno. Secundò patet, quia dictis omnibus ijs, quæ pertinēt ad Abiam ſubditur in principio ſeq. cap. dormiuit Abia cum patribus, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid. Non enim illico poneretur hic de eius morte ſi ſupra dictum fuiſſet, quòd Deus percuſſiſſet eum. Sed dicendum eſt, quòd intelligitur de Ieroboam, & concordat hoc valde literę, quia dicitur, quòd non valuit Ieroboam reſiſtere Abiæ quem percuſſit dominus, & mortuus eſt. ſ. propter peccata Ieroboam Deus fecit Abiam potentiorē, quàm Ieroboā, quòd non poſſet reſiſtere Ieroboā habere, & ſicut perſecutus fuerat Deus eum viuentem, ita etiam perſecutus eſt, vt moreretur, & occidit eum. Item conſonat hoc ſententiæ domini contra eum per Haiam Silonitem. Nam prædixit Deus, quòd propter peccata ſua nullus de ſtirpe ſua ſepeliretur, ſed qui moreretur in agro, laceraretur à volucribus: qui autem moreretur in vrbe, comederetur à canibus. 3. Reg. 14. Veriſimile ergo erat, quòd ipſe, qui omnia hæc meruerat, ſuſciperet partem huius pœnę, ſcilicet, quòd Deus inferret ei aliquod genus mortis acerrimæ, & ſic dicēdum eſt, quòd licēt ſcriptura non exprimat hoc: tamen credēdum eſt, quòd Deus inflixerit aliquam plagam grauē Ieroboam, qua affectus moreretur: & quia non fuit mors illa naturalis, ſed ira cœleſtis intulit eam, dicitur Deus percuſſiſſe Ieroboam.

*An Abias habuit tot filios poſt bellum.*

*Quæſtio XLIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd accepit Abia vxores tredecim confortato imperio, & procreauit inde filios, & filias: an iſtud ſit factū poſt bellum præcedens. Aliquis dicet, cp non, ſed eſt hic mutatus ordo, ſicut ſæpè fit in ſcriptura: & patet hoc, quia non potuit Abia habere tot filios, & filias poſt bellum iſtud geſtum, cùm pauco tempore regnauerit, ſcilicet, ſolùm tribus annis, vt patet ſupra in litera, & 3. Reg. 15. cap. Sed obijcietur, quòd omnia hæc fuerunt poſt bellum prædictum, quia non ſolùm eſſet mutatus hic ordo, ſed etiam aſſereremus aliquid cōtra literam, ſi diceremus fuiſſe hæc ante bellum. Nam dicitur hic: igitur Abia confortato imperio ſuo accepit vxores tredecim. Ideo neceſſe eſt, quòd fuerit hoc poſt confortatum imperium, & iſta confortatio fuit poſt bellum. Reſpondendum, quòd aliquid iſtorum, quæ ponuntur hic fuit poſt bellum ſupra poſitum, & alia fuerunt ante bellum: de vxoribus iſtis tredecim dicendum, quòd Abia accepit illas poſt bellum factū, non tamen oportet, quòd dicamus omnes tredecim accepiſſe poſt bellum factum, ſed quòd aliquas eorum cęperit ante bellum, & poſtea facto bello cęperit alias vſque ad complementum tredecim vxorum. Vel fortè ante bellum habebat Abia vxores aliquas, quarū non ponitur numerus, & poſt bellum factum accepit tredecim, & de iſtis ponitur hic ſolùm. Et patet, quòd haberet vxores aliquas Abia ante hoc, imò antequam eſſet rex, quia filij regum in parua ætate accipiebant vxores, vt prolificarent nimis. Ideo cùm Abia eſſet filius Roboam, quem cogitabat, & diſpoſuerat facere regem, non eſt veriſimile, quòd permitteret eum ſine vxore quamdiu ille vixit, potiſſimè cùm iam eſſet vir aptus coniugio. Quod patet primò, quia ſupra vndecimo dicitur, quòd Roboam cogitauit facere Abiam regem, quia ſapientior, & potentior erat cœteris fratribus. Non poterat tamen apparere in eo robur bellicum, & potentia, ſecundùm quam mereretur eſſe dux, niſi iam eſſet in ætate iuuenili, vel aliqualiter matura, & illa iam erat apta coniugio. Secundò patet, quia dicitur ibi, quòd conſtituit Roboam Abiam principem ſuper fratres ſuos, & ducem: & tamen ad hoc, quòd eſſet dux eo modo, quo requirebatur tunc, ſcilicet, vt faceret bella, requirebatur, quòd eſſet ætatis maturæ, vel iuuenis iam fortis robore. Tertiò patet, quia eodem capitulo dicitur, quòd Roboam diſpoſuit filios ſuos per ciuitates Iuda, & Beniamin, & multas eis petiuit vxores, & plurimas iſtis præbuit. Quartò patet, quia ſi accepiſſet vxores poſtquam egit iſtud bellum, non potuiſſet habere filios tot quot habuit. Nam dicitur hic, quòd accepit vxores tredecim, & dicitur, quòd habuit inde filios vigintiduos, & filias ſexdecim, & ſic neceſſe erat, quòd ſaltem quælibet vxor haberet tres filios ex illo, & tamen non poterat hoc eſſe, quia ipſe regnauit ſolùm tribus annis, vt patet ſupra in litera. Et quando bellum illud fuit finitum, aliquantum tempus eſſet expletum, & ſic non maneret tempus ad hoc, quòd quælibet vxor poſſet ſuſcipere ex Abia filios tres: ideo neceſſe erat, quòd habuiſſet vxores aliquas antequam eſſet rex. Quintò, quia dato quòd eſſet poſſibile, quòd quælibet iſtarum vxorum, quaſi in tribus annis poſſet gignere tres filios: non erat tamen contingens, quòd quælibet tres gigneret, quia potius videtur hoc aliquid factum. Si autem velimus dare aliquibus eorum quatuor filios, hoc eſſe non poterat, cùm tempus eſſet paucum, vix vltra duos annos & dimidium. Sextò patet, & efficatius, quia hoc conceſſo in morte Abiæ nullus filiorum ſuorum eſſet ad plus anni & dimidij, vel quaſi duorum annorum, quia ſolùm regnauit Abia ſex annis ſupra in litera, & de iſtis ſubtrahatur tempus aliquantum quod tranſiuit dum geſſit bellum, & antequam acciperet vxores, deinde nouem menſes, quibus infans geſtaretur in vtero, vix poſſent manere duo anni quos ageret maximus filiorum Abiæ, qui ſucceſſit, & erat iam ætatis completæ quando ſucceſſit: ergo non accepit nouiter primum vxores Abia poſtquam cœpit regnare. Patet hoc, quia Aſa in principio regni ſui ſubuertit aras, & lucos, & ſculptilia, & totam idolatriam abſtulit, & dixit viris Iuda, ædificemus ciuitates iſtas, & vallemus muris, donec à bellis quieta ſunt omnia, vt patet ſequenti capitulo. Et dicere tália, & facere non pertinebat niſi ad virum perfectæ diſcretionis: & ſic erat Aſa tunc ad minus quindecim, vel ſexdecim annorum. Vnde neceſſe natus eſſet antequam pater ſuus Abia regnare inciperet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Septimò patet, quia erat Abia vir maturus, quando cepit regnare antequam faceret bellum. Ideo non erat verisimile, quòd nondum haberet vxorem. Patet hoc, quia ipse locutus est multa magnæ prudentiæ contra Ieroboam, & Israelitas, & ostēdit se virum magni cordis exponendo se tanto timori, ita vt pugnaret contra aciem duplam numero. Ideo dicendum, quòd iam habebat vxores. Veritas autem huius fuit, ꝙ quando Abia cepit regnare erat vir maturæ ætatis, habebatque iam vxores, & filios quos genuerat viuente patre suo Roboam. Vnde necesse est, quòd ipse haberet aliquem filium, qui esset duodecim, vel tredecim annorum, quando ipse inciperet regnare. Nam Asa, qui successit ipsi Abiæ tot annorum esset. Nam aliàs in principio regni sui, non poterat esse tantæ prudentiæ, vt faceret, & diceret, quæ habentur seq. cap. in principio, quę erāt opera iuuenis iam prudentis. Dicendum tamen, ꝙ cū Abia accepisset regnum pauco tempore post pugnauit contra Ieroboam, & cùm superasset eū, & ex hoc putaret iam regnum suum cōfirmatum, voluit vacare prolificationi, & accepit tunc vxores alias præter præcedentes, genuitq; filios, & filias. Non est tamen intelligendum, quòd omnes istos filios genuerit post bellum supra positum, sed multos eorum priꝰ genuerat. Ponitur tamen hic de filijs eius, quia debebat scriptura enarrare historiam Abię quantum ad oīa gesta eius, & quia non poterat de ipso aliquid enarrari quamdiu non erat rex, describuntur omnia gesta sua postquā incipit historia de regno suo, licèt aliqua eius gesta fuerint ante coronationem suam in regē. Cùm autem obijcitur, quod dicitur hic, quòd cōfirmato imperio accepit vxores tredecim: Dicendum, ꝙ accepit istas tredecim de nouo super illas, quas priꝰ habuerat. Vel quòd omnes vxores Abiæ simul fuerūt tredecim, quarum aliquas accepit antequam esset rex, & aliquas post bellum istud: tamen dicit, ꝙ confirmato imperio accepit tredecim vxores, ideſt, accepit aliquot vxores vsque ad completionem tredecim vxorum. De filijs etiam dicendum, quòd procreauit viginti duos filios, & sexdecim filias, computando omnes, qui fuerint geniti ante bellum, & ante regnum, & post fuerūt simul viginti duo, & filiæ decem, & sex.

## CAPITVLVM XIIII.

DORMIVIT autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitque Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit autem Asa quod bonum, & placitum erat in conspectu Dei sui, & subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas, lucosque succidit, & præcepit Iudæ, vt quæreret Dominum Deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda Aras, & Fana, & regnauit in pace. Ædificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem domino largiente. Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris · donec à bellis quieta sunt omnia, eo quòd quæsiuerimus Dominum Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per Gyrum. Ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta, & hastas de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò scutariorum, & sagittariorum, ducenta octoginta millia: omnesq; isti viri fortissimi.

*Dormiuit.* In præcedentibus descripto regno Abię. Hic agitur de regno Asa filij eius. Et diuiditur in tria, quia primò ponitur Asa bona conuersatio. Secundò prophetica ei facta denuntiatio sequenti cap. Tertiò Asa præuaricatio. infra 16. cap. Prima in duas, quia primò ponitur conuersatio Asa virtuosa: secundò eius victoria miraculosa, ibi. *Egressus est autem.*

*An ista sint continuata, & immediata.*

*Quæstio I.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an sint facta immediatè post illa, vel interposito aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus: nam præcedenti cap. actum est de regno Abiæ: hic agitur de regno Asa filij eius: manifestū est enim, quòd ista necessariò erunt post illa. Ad secundum dicendum, quòd non fuit interpositum aliquid inter præcedentia & ista. Nam inter mortem regis Abiæ, & coronationem Asa, nihil intercidit, cùm fuerit alius rex, vel dominus intermedius. Circa primum dicitur. *Dormiuit autem Abia cum patribus suis.* Scilicet, mortuus est, sicut & patres sui. Et mors est sopor æternus, quo semel oppressus nunquam euigilat, nisi in nouissimo die. Et verum est, quòd dormire signat mortem quietam, scilicet, quando quis sine vulnere moritur. Interdum tamen accipitur dormire pro morte, quæ accidit ex vulneribus. Sic patet secundo Machabęorum decimosecundo, cùm dixit Iudas, accepisse dormitionem cum pietate eos, qui cœciderant in bello. *Et sepelierunt eum in ciuitate Dauid.* Ideſt, in castro montis Sion, quia illud castrum vocabatur ciuitas Dauid, eo quòd accepisset illud de manu Iebusęorum pugnando, & ad gloriā nominis sui vocauit illud ciuitatem Dauid, vt patet præcedenti libro vndecimo capitulo, & secundo Regum quinto. Fecerat autem Dauid in castro montis Sion loca sepulchrorum regalium, & ibi sepeliebantur omnes reges de genere suo. *Regnauitq; Asa filius eius pro eo.* Credendum est, quòd iste erat primogenitus: nam viginti duos filios mares habuit Abia, vt patet præcedenti capitulo, & non fit hic mentio de isto, nisi quòd erat filius Abiæ. Ideo



credendū, quòd erat primogenitus, quia aliàs fieret mentio de ætate sua, & ordine ad alios fratres, quia erat quasi extraordinarium, quòd aliquis non primogenitus regnaret existēte primogenito, cùm ista esset cōsuetudo apud oīa regna terræ. Et ob hoc cùm Abia pater Asa, non esset primogenitus inter fratres suos, & tamen constitutus fuerit in regem, fit mentio supra vndecimo, quomodo nō erat Abia primogenitus, sed Roboam pater suus constituit eum in regem, quia erat sapientior, & potentior alijs fratribus suis. Quantæ ætatis esset Asa, quando regnare cœpit non habetur hic, nec tertio Regum decimoquinto, vbi ponitur sua historia. *In cuius diebus quieuit terra annis decem.* Scilicet, in principio regni eius quieuit terra à bellis annis decem. Et dicitur hoc, quia in tempore Roboam aui sui, & tempore Abiæ patris sui semper fuerunt bella inter illos & Ieroboam regem Israel. Nam Roboam, & Ieroboam pugnauerunt omnibus diebus suis. supra decimosecundo. Etiam omnibus diebus Abię & Ieroboam durauit bellum, sed nunquam potuit Ieroboam resistere Abiæ, vt patet præcedenti capitulo. Tempore autem Asa in principio regni cessauit bellum per decem annos. Quomodo autem computentur isti decem anni Asa, & reliquum tempus eius, & cur non fuerunt bella in istis decem annis declarabitur infra in quadam quæstione. Sciendum, quòd Asa cœpit regnare in Iuda, dum regnaret Ieroboam super Israel. Nam annus vicesimus regni Ieroboam erat quando cœpit regnare Asa. tertio Regum decimoquinto. Et patet hoc, quia regnauit Ieroboam vigintiduobus annis. tertio Regum decimoquarto. Roboam autem, qui cœpit regnare eodem tempore, quo Ieroboam regnauit annis decem, & septem. supra decimosecundo. Post quem regnauit Abia tribus annis, & sic regnaret vsque ad finem anni vicesimi Ieroboam, & in fine anni vicesimi inciperet regnare Asa, & regnante Asa super Iudam adhuc regnauit Ieroboam super Israel duobus annis vltimis vitæ suæ. *Fecitq; Asa quod bonum, & placitum erat in conspectu Dei sui.* Hic ponitur laus Asa, & dicitur, quòd fecit bonum, & placitum coram domino, ideſt, placuerūt valde Deo opera Asa, quia obseruauit legem, & destruxit idolatriam. Nihil enim erat Deo magis acceptum, quàm quòd coleretur ipse, & tolleretur idolatria de terra, & istud fecit Asa. *Et subuertit altaria peregrini cultus.* Duo erant bona, quæ faciebat Asa, scilicet, Deum colere, & idolatriam destruere. Primum signatur cùm dicitur, fecit Asa, quod bonum, & quod placitum erat coram Domino. Secundum signatur per omnia sequentia, scilicet, quòd subuertit altaria peregrini cultus, ideſt, subuertit idolatriam. Vocatur cultus peregrinus cultus idolorum, quia illa sunt dij alieni, siue peregrini, de quibus Deus dixerat: non habebis Deos alienos coram me. Erant autem in terra Iuda multa altaria idolorum, quando cœpit regnare Asa, quæ restituta fuerant ex tempore, quo regnauit Abia, & Roboam, & omnia illa subuertit nunc Asa. *Et excelsa.* Vocatur excelsum altare quodlibet vno modo, vel templum, siue domus, vbi est altare. Vnde etiam domus domini, vel altare eius vocabatur excelsum. Sicut dicitur tertio Regum tertio, quòd Gabaon erat maximum excelsorum, & tamen ibi erat templum, siue Tabernaculum Moysi illo tempore, de quo ibi agitur, & tunc est sensus, quòd Asa subuertit omnia altaria idolorum, & confregit excelsa, ideſt, domus, in quibus erant ista altaria. Vel vocantur excelsa ipsa altaria posita in locis excelsis, scilicet, in collibus, & montibus. Nam in omni colle, & sub omni ligno frondoso adolebant idolis thura viri Iuda tempore Roboam. tertio Regum decimoquarto, & decimoquinto. *Confregit statuas.* In templis idolorum erant istæ statuæ idolorum, & illas omnes confregit, vt non adorarentur. *Lucosq; succidit.* Vocatur lucus mons densus, & obscurus, vbi sunt multa fructeta, vel arbusta, quæ lucem impediunt, & vocatur lucus à lucendo per antiphrasim, scilicet, quia ibi lux nulla reperitur, vel pauca valde, & plantabantur isti luci interdum manu hominum, vt essent valde densi, & ibi ponebantur altaria idolorum. Istud autem fiebat à gentilibus ad vsum sacrificiorum Dei Priapi, vt infra declarabitur in quadam quæstione. Istos lucos iubebat Deus succidi, vt nullus esset locus ibi iam idolatrandi in sacrificijs Priapi, cùm non possent sacrificia illa fieri sine luco, aut specu subterranea. *Et præcepit Iudæ, vt quæreret dominum Deum patrum suorum.* Vocatur hic Iuda non ipsa tribus Iudæ, sed totum regnum Iuda, quia super totum illud imperauit Asa: est quęrere dominum imitari eum per viam præceptorum suorum. Nam Deus vbiq; est, & non oportet, vt quęratur, quia non quęritur, nisi quod à nobis abest, vel nobis occultū est. Manifestum tamen est Deum vbiq; esse, ideo quęrendus non erit. Posset autem quęri Deus dupliciter: vno modo, vt sciamus vbi est: alio modo, vt eum videamus, vel colloquamur. Primo modo, non oportet eum inquiri, quia certum est Deum vbiq; esse, nec possumus ab eo elongari, sicut dixit Dauid Psalmo centesimo trigesimo octauo. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitabo in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Etiam Ieremiæ decimotertio, dicitur: Si poterit occultari à me vir, & ego non videbo eum: nunquid non cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus. Non ergo quęrendus est Deus, vt sciatur vbi est. Secundo modo non est quęrendus, quia nusquam inueniri potest. Nam nemo Deum videre potest. Iuxta illud: Non videbit me homo, & viuet. Exodi trigesimotertio. & Ioannis primo dicitur: Deum nemo vidit vnquam. & hoc, quia Deus habitat lucem inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest. primę Timo. 6. Non est ergo Deus his modis quęrendus, sed Deus à nobis quęritur, & inuenitur per imitationem, & beneplacitum, quia homo Deum inuenit, quando ei similis efficitur. Est autem homo Deo similis, siue dei formis, quando est in gratia: datur autem gratia per obseruationem legis. Ideo via perueniendi in deum est obseruatio mandatorum, & isto modo aliquando Deus à nobis elongatus est, & aliquando eum inuenimus. Tantum enim à nobis elongatur, quanto nos longe sumus à lege eius, & tunc oberramus. Alio modo Deus inuenitur per communicationem beatitudinis, & tunc aliquis Deum inuenit, quando per communicationem eius homo beatus efficitur, & illa est gloria. Istud inuenire non contingit homini in vita, quia non videbit me homo, & viuet, ideſt, non poterit me aliquis videre per communicationem glorię, quamdiu viuit. Viuens tamen est in via inueniendi, & moriens inuenit, quia per mortem efficitur in termino, Via autem ad inueniendum sic est obseruatio mandatorum. Sic dixit Matthei decimo nono, si vis ingredi ad vitam serua mandata, scilicet, ad vitam æternam. Hic autem agitur de inuentione illa, qua homo Deo similis efficitur per gratiam. Aliter accipitur interdum quęrere dominum, vt inueniam eum placatum ad benefaciendum nobis, & isto modo Iudęi eum quęrebant. s. vt eis benefaceret, & sic etiam inueniebant eum, quando legem eius obseruabant, quia Deus benefaciebat omnibus obseruātibus legē.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Et faceret legem, & vniuersa mandata*. Idem sunt ista, scilicet, quærere dominum, & facere legem. Nam non quæritur Deus per aliud, nisi per obseruationem legis. Ponitur hic lex, & vniuersa mandata, scilicet, ꝙ lex intelligatur pro decalogo, qui est lex principaliter. Nam solus decalogus est lex data à Deo in voce. Cùm enim Deus incepisset in voce dare præcepta legis, dedit totum decalogum, & cùm peruenirent in finẽ eius, tam grauis erat vox Iudæis, quòd putauerunt se morituros, si vltra audirent vocem domini. Ideo petierunt, vt non loqueretur eis Deus, nè morerentur, sed loqueretur eis Moyses. Exo. 20 & Deuter. 5. Et sic solus decalogus à Deo datus est, cętera autem præcepta legis per Moysen fuerunt Iudæis proposita. Ideo excellenter decalogus vocat̃ lex. Per vniuersa mandata intelliguntur omnia alia præcepta legis data per Moysen, siue cœremonialia, siue iudicialia, siue moralia. Quia multa moralia sunt in lege præter decalogum, sicut sunt multa Leuiti. 19. & omnia hæc erant obseruanda, quia hæc complent legem integraliter. Aliter potest intelligi, ꝙ lex vocetur hic tota lex Moysi comprehensa in pentatheuco, vniuersa mandata vocentur multa alia mandata data à Deo, quę continebantur in libris prophetarum. Quia illa etiã obligabant eos ad obseruationem suam, sicut lex Moysi. Et quando qs omnia hæc custodierit, nihil habet, in quo Deum offendat. *Et abstulit è cunctis ciuitatibus Iuda Aras, & Fana.* Vocatur Iuda regnum, & non tribus. Nam in toto regno Iuda erat dispersa idolatria ex tempore Abiæ, & Roboam patrum Asa, & cùm ipse imperaret in his ciuitatibua omnibus, de omnibus abstulit aras, & fana. Vocantur aræ altaria. Vnde in Latino dicitur altare, quasi alta ara. Et erant aræ idolorum istæ, quas auferebat de ciuitatibus. Fana erant templa dæmonum, & vocantur fana omnia templa Gentilium à fane, qđ est apparere: quia ibi fiebant dæmonum apparitiones. In Hebręo habetur, solaria, vbi nos dicimus fana, & vocantur solaria à sole. Quia fortassis Deo soli, qui erat planeta excellentior omniũ, erant illa fana consecrata: nec est admirandum, quia Iudæi valde coluerunt solem, sicut & Gentiles. Nam reges Iuda consecrauerunt equos quatuor soli, & currum eius, & posuerunt in templo Domini, vt patet. 4. Reg. 23. Nam inde abstulit Iosias equos Solis, & currum Lunæ, & cremauit illos. Magis tamen debet hic accipi pro nomine cõmuni templi, quàm pro solo templo solis. Nam licèt essent multa templa solis in terra Iuda: tamen aliquorum deorum aliorum templa etiam essent ibi, quia cũ essent Iudæi dediti ritui gentium, non colerent vnicũ Deum de dijs gẽtium, sed multos. Et sic litera nostra proprius accepit, dicens fana, quod est nomen commune ad quæcunque templa idolorum. *Et regnauit in pace*. Scilicet, quia coluit dominum, Deus dedit ei pacem. Et non intelligitur, quòd toto tempore vitæ suæ manserit in pace, sed intelligitur de decem annis primis regni sui, de quibus dicitur supra in litera. Nam postea suscitata sunt ei bella per Aethiopes, vt infra patet. *Aedificauit vrbes munitas in Iuda*. Non est sensus, quòd de nouo aliquas ciuitates ædificauerit Asa, sed antiquas non bene muratas munierit. Vel fortè aliquas, quæ non habebant muros, & tamen erant magna loca, munierit. Quod patet, quia dicitur infra, quòd dixit Asa viris Iudæ: ædificemus ciuitates istas: & tamen non erant ciuitates de nouo construendę, cùm ipse eas demonstrauerit, dicens istas. *In Iuda*. Scilicet, in regno Iuda tam in sorte Iudæ, quàm Beniamin: imò magis necessarium erat ædificari vrbes in Beniamin, quàm in Iuda, cùm tribus Beniamin haberet sortem magis coniunctam regno Israel, quàm Iuda, quia sors Iuda erat ad austrum, & sors Beniamin erat magis aquilonaris, & tangebat sortem Ephraim in toto latere suo ab Oriente in Occidentem. *Quia quietus erat*. Scilicet, vacatio à bellis, & alijs perturbationibus faciebat intentum esse regem ædificationi vrbiũ. Nam cùm non haberet nunc Asa occupationem aliã cui intenderet, intendebat ædificationi vrbium. Si aũt esset tempus bellorum non posset vacare huic occupationi. *Et nulla temporibus eius bella surrexerant*. Scilicet, à principio regni sui vsque ad tempus, quo nunc ædificabat istas vrbes nulla bella surrexerant, & hoc durauit per decem annos, sicut patet supra in litera. *Pacem domino largiente*. Scilicet, Deus quem Asa colebat toto corde suo, dabat ei pacem toto hoc tempore, vt muniret vrbes regni sui, & sic quando contra eum bella consurgerent, esset confortatus contra hostes. *Dixit autem Iuda*. Ideſt, principibus regni Iudę. Nam Asa capiebat deliberationem cum principibus regni sui, & quia videbatur ei summè necessarium, vel vtile, dixit principibus, quòd facerent illud. *Aedificemus ciuitates istas*. Per hoc apparet, quòd designauit nominatim ciuitates aliquas, quia aliàs non ostenderet, dicens, ædificemus ciuitates istas. Erant autem istæ ciuitates aliquæ, quarum muri corruerant, vel erant debiliter muratæ. *Et vallemus muris*. Quia in quibusdam locis corruerant muri. Vel fortè nunquam fuerant ille vrbes muratæ, sicut nunc multæ sũt. *Et roboremus turribus, portis, & seris*. Ista pertinent ad robur vrbium. Nam turres procul hostes pellunt, & inde sunt fortia propugnacula contra illos. Portæ & seræ etiam ad robur faciunt, quia non prosunt muri, si portæ, & seræ non sint. *Donec à bellis quieta sunt omnia*. Ideſt, dum. Accipitur enim hic, donec, pro dum, quod rarò fit, scilicet, dum omnia secura sunt vrbes poterunt muniri. Et dicit, secura sunt omnia, quia ex nulla parte bellum insurgebat magnum, aut paruum. *Eo quòd quæsierimus dominum Deum patrum nostrorum*. Ista est causa, quare data est pax, scilicet: tem poribus prædecessorum nostrorum non erat pax, quia non colebant dominum: nunc autem, quia nos quæsiuimus dominum colendo eum, dedit nobis pacem. Et vocatur Deus patrum nostrorum, scilicet, ga non est Deus nouiter acceptus à nobis, sed patres nostri ab antiquo coluerunt illum, & sic omnes alij dij, quos Iudæi colebant interdum vocabantur dij noui, & recentes. Sic patet Psalmo octuagesimo, scilicet, Israel si me audieris, nõ erit in te Deus recens, nec adorabis Deum alienum. *Et dederit nobis pacem per Gyrum*. Ideſt, dederit nobis pacem cum omnibus gentibus, quæ in circuitu nostro sunt. Non solùm enim viri Iudæ habebant in hostes Israelitas, cum quibus maiorẽ sibi pugna erat, sed etiam omnes alię gentes, quæ erãt per gyrum habebant, ideſt, multas gentes per circuitum. Nam à meridie habebant Philisthinos, & Amalecitas, & Aegyptios, & omnes gentes Arabum, qui habitabant in desertis Arabiæ, quæ aliquo modo sunt meridiana respectu terrę Chanaan. Ab oriente est terra Idumæorum. Numeri trigesimoquarto. sed isti non erant nunc Iudęorum hostes, sed potius erant subditi tributarij, & semper fuerunt vsque ad tempus regis Ioram. Nam tunc rebellauerunt, vt patet quarto Regum octauo, & infra 21. cap. Habebant etiam ab Oriente Ammonitas, & magis Moabitas, vt colligitur Num. 34. quia in Iordane, qui erat terminus orientalis sortis Iudę coniungebantur terra Iuda, & terra Moab, quia campestria Moab pertingunt vsque Iordanem, vt patet Num. 33. A parte aquilonari habebãt Israelitas, à parte Occidentali ex quadam parte habebant Philisthinos, & ex quadam parte mare Mediterraneum, & ex quadam parte terram Israelitarum: & ab ijs omnibus dederat Deus pacem viris Iuda nunc.

*Aedifi-*



*Aedificauerunt igitur*. Scilicet, ædificauerunt vrbes, quas proposuerãt ædificare, & non fuit aliquid obstans. *Et nullum in extruendo impedimentum fuit*. Ista fuit causa quare cito ædificauerunt, scilicet, quia nõ fuit aliquis, qui impediret in ædificando, & hoc, quia nulla tunc bella surrexerant. In Hebræo dr̃. Et prosperati sunt, vel profecerunt, vbi nos dicimus, & nullũ in extruendo impedimentum fuit. Et idem est, quia tunc opus crescit, & prosperatur in manibus operantium, quando nullus impedit operantes. Cùm autem impeditur opus differtur, & non fit commodè. *Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta, & hastas*. Hic ponitur ordinatio regni Asa quantum ad exercitum, & nõ est intelligendũ, quòd fuerit iste exercitus aliquis specialis, quem congregauerit Asa in aliquo bello, sed est sensus, quòd licèt Asa nunc non haberet bella, tamen suspicabatur se illa habiturum, cùm multos hostes haberet per circuitum. Ideo congregauerat magnum exercitum, scilicet, ascribendo multos militiæ suæ, vt quando bella insurgerent haberet illos promptos in armis. Et sciendum, quòd omnes isti erant pedites cũ portarent scuta, & lanceas, & essent sagittarij. De eqtibus autem quòt haberet non ponitur. Manifestum est autem, quòd haberet aliquos currus, & equites, ꝙ prædecessores sui illos habuerant. Nam Salomõ habuerat quadraginta millia equorum curriliũ, & duodecim millia equitum, vt patet. 3. Reg. 4. Et postea sui successerunt in equis, & curribus. Ideo haberet nunc Asa currus aliquos, & equos, sed scriptura non curauit ponere numerum illius exercit⁹. *De Iuda trecenta millia*. Omnes isti erant ferentes lanceas, & scuta. *De Beniamin vero scutariorum, & sagittariorum ducenta octoginta millia*. Maior tribus erat Iuda, quàm Beniamin, & de ea erant plures bellatores, & tamen omnes erant scutarij: de Beniamin erant quidam scutarij, & alij sagittarij. *Omnes isti viri fortissimi*. Vocantur fortissimi, non ꝙ essent excellenter fortes, sicut significat superlatiuus, sed omnes apti ad bellum, & ex cõditione ætatis pugnare potentes vocantur fortissimi. Sic enim est modus loquendi in veteri testamento.

*Qualiter se habuerunt tempora regis Asa.*
*Quæstio II.*

QVAERITVR Circa tempora regis Asa, qualiter se habuerunt circa pacem, & bella. Respondendum, quòd Asa regnauit annis quadraginta vno, vt patet infra 16. & in his fuit talis ordo, quòd in primis decem annis regni habuit pacem cum omnibus hostibus, & de hoc dicitur supra in litera, scilicet, in cui⁹ diebus quieuit terra annis decem. In istis decem annis expurgauit Asa immunditiam idolorum de terra. Nam relicta fuerat plena idolatria. 3. Reg. 15. Et postea vacauit ædificationi vrbium, multasque vrbes muris, & turribus roborauit. Deinde anno vndecimo regni eius venit Zara Aethiops contra Iudam, pugnauitque cum eo, & obtinuit mirabilem victoriam, vt patet infra in litera. Postea autem non habuit aliquod bellum cùm regione aliqua vsque ad annum tricesimum regni sui Asa, & sic in triginta annis non habuit, nisi vnũ bellum, quod fuit cum Aethiopibus. Anno autem quintodecimo Asa, venit ad eum Azarias propheta, & prænunciauit sibi ea, quæ habentur sequenti capit. Et tunc conuocauit Asa omnes viros de regno suo. Multi quoque de viris Israel venerunt cum eo, & firmauerunt pactum legis iurantes, quòd custodirent illam, & tunc fecerunt sacrificia multa, & solennitates sequenti capitulo. Deinde ab ipso anno quintodecimo vsque ad tricesimum annum regni Asa, non legitur aliquid quod fecerit, nisi quòd solùm vacabat cu-



A stodiæ legis. Constat tamen, quòd vsque ad tricesimum annum, non fuit aliquod bellum post quintumdecimum. Post tricesimum autem fuerunt aliqua bella, sed non leguntur, quæ fuerint, vel qualia vsq; ad annum tricesimumsextũ. In ipso autem anno ascendit Baasa rex Israel contra Iudam, & muro circundabat vrbem Rama, vt nullus posset intrare de regno Iudæ in terram Israel, nec egredi. Et Asa putans se non posse resistere regi Baasa, misit aurum, & argentum quod habuit in domo regis, & in thesauris domini, & dedit illum regi Syriæ, vt cogeret regem Israel cessare ab ædificatione vrbis Rama, quod factum est. Misit autem Deus prophetam ad increpandum Asa, qui iratus, misit prophetam in carcerem, super quo indignatus dominus contra eum concitauit bella contra Asa, & percussit eum vehemẽtissimo dolore pedum anno tricesimonono regni sui: durauitque vsque ad mortẽ suam anno quadragesimoprimo regni eius. s. per tres annos. infra 16. Iste est processus regni Asa.

*Quare non fuerunt bella Asæ primis annis.*
*Quæstio III.*

QVAERITVR vlterius, quomodo factum est in Asa, quòd non fuerint bella decem annis primis regni sui. Respondendum, quòd hoc fuit propter duo. Primò ex parte Dei, quia Deus voluit dare pacẽ in diebus Asa, & hoc fuit, quia Asa afficiebatur ad cultum Dei, & in retributionem dabat ei pacem ab hostibus. Sic dicitur supra in litera, nulla temporibus ei⁹ bella surrexerant, domino pacem largiente. Et ipse Asa dixit, ædificemus vrbes, donec à bellis quieta sunt omnia: eo quòd quæsierimus Deum patrum nostrorum. Erat etiam hoc ex parte Israelitarum. Nã non habebant motiuum aliquod ex parte Israelitarum ad pugnandum contra Asa, quod patet. Nam quando cœpit regnare Asa in Iuda, regnabat in Israel Ieroboã, & complebatur tunc vicesimus annus regni eius, & postea regnauit duobus annis, erat autem fatigatus Ieroboam bellis, quia fortè erat senex, & erat iam in extremo vitæ suæ. Item (quod maius erat,) quia Ieroboam fuerat nimis afflictus tempore Abiæ patris Asa, qui habuerat bellum vnum potentissimum cum Ieroboam, & occiderat de exercitu illius quingenta millia virorum, vt patet præcedenti capitulo. Et postea fuerant alia bella particularia, & minora inter Ieroboam, & Abiam, & nunquam potuit Ieroboam resistere Abiæ. eodem capitulo. Nunc autem nolebat concitare contra se regnum Iuda, quia fortè putabat, quòd sicut Abia miraculosè deleuerat eius exercitũ, ita & nunc Asa deleret. Vnde in illis duobus annis, quibus superuixit Ieroboam regnante Abia, non ausus est pugnare cõtra Asa, nec pugnauit: post Ieroboã successit in regno Israel Nadab filius eius, qui fuit vir satis inutilis non audens contra aliquem suscitare bellum potenter. Ideo cùm esset Nadab, & totus Israel obsidendo vrbem Gebethon, quæ erat in terra Philisthinorum secũdo anno regni sui insidiatus est ei Basa seruus suus, & occidit eum, & sic transierant iam quatuor anni de regno Asa, dum hæc fierent. Cœpit autem anno quĩto regni Asa regnare Baasa super Israel, & ille etiam non mouit bellum aliquod contra Asa. Nam cùm non esset de genere regio, sed per insidias surrexisset, & occidisset regem Nadab, & occupasset regnum, tantum fuit sollicitus circa pacificationem regni sui, quòd non ausus est extraneis inferre bella. Et sic contingit, quòd in decem annis primis regni Asa, non surrexit bellum aliquod contra eum.

*Quare Deus non dedit bella domui regis Asæ in principio regni. Quæstio IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Deus specialiter dederit in donũ regi Asa, ꝙ non surgerent bella aliqua in principio regni sui vsque ad annum decimũ. Cur hoc faciebat, & propter quid. Respondendum, ꝙ Asa fuit vir deicola, & post Dauid vsq; nunc non fuerat aliquis tantum affectus ad cultum Dei, sicut Asa. Nam Salomõ auersus est à Deo, & fabricauit templa idolis coluitq; illa. 4. Reg. 23. & 3. Reg. 11. Roboam ẽt post tertium annum regni sui declinauit à lege Dei, quam cęperat custodire, & coluit idola, repletaque est terra immunditijs idolorum, ita vt etiam effœminati essent in terra, vt patet. 3. Reg. 14. capit. Abia autem in principio regni sui coluit dominum, vt patet ex verbis, quæ locutus est contra Ieroboam, & Israelitas præced. cap. Et tamen postea dereliquit eum, & fuerunt idola in terra, sicut tẽpore Roboam patris sui, vt colligitur. 3. Reg 15. tempore aũt Asa nihil tale factum est. Nam ipse fecit duo bona. Primum erat, ꝙ nunquam declinauit ad idola tota vita sua, sed coluit affectuosè dominum, quod erat mirabile secũdùm cõditionem aliorũ regum Iuda, vt patet seq. cap. sattamen cor Asa erat pfectum cũ domino cunctis diebus eius. Idem patet. 3. Reg. 15. Secundum erat, quia vniuersam idolatriam, q̃ reges præcedentes introduxerant in terram, expurgauit ipse diligenter, vt patet hic, & seq. cap. & 3. Reg. 15. Ideo Deus voluit ei benefacere dando pacem tẽpore eius, vt patet in litera. s. Omnia quieta sunt à bellis, eo quòd quæsierimus dominum. Finis autem ad quem Deus pacem dedit principio regni Asa fuit. Primò ad restituendũ cultum Dei. Nam si bella insurrexissent, non poterat Asa vacare alteri occupationi, nisi bellis, & non posset emundari terra idolis. Et si dicatur, quòd potius erat per contrarium, quia tempore bellorum, & angustiarum conuertebantur Iudæi ad dominum, & tempore prosperitatis deserebãt eum, iuxta illud Psal. 77. Cùm occideret eos, quærebant eum. Et patet de Roboam, quia tribus annis primis regni sui ꝙfirmabatur regnum, coluit dominum: deinde confirmato regno reliquit dominũ ipse, & omnes de regno suo. supra 22. Dicendum, ꝙ verum est, quia quantum ad conuersionem ad dominum: ita vt desererent idolatriam faciliores erant Israelitæ, quãdo erant in angustijs, q̃ cũ essent in prosperitate, & tñ quãtum ad expurgationem idolatriæ, & institutionem cultus diuini nõ erant proni: eo quòd occupatio bellica tollebat hæc. Cùm autem esset tempus pacis poterãt delere totam idolatriam. s. subuertendo altaria, & cõfringendo idola, diruendo templa, & succidendo lucos: omniaque faciendo, quæ ad hoc pertinebant. Etiam erat occupatio in reducendo cultum Dei perditum, & istud erat opus multorum dierum, nec poterat fieri, nisi cũ esset tempus vacationis. Voluit ergo Deus dare tempora vacationis regi Asa ad restituendum cultum suũ excludendumque cultum idolorum, & in hoc Deus attendit bonum statum legis, voluitque prouidere legi perituræ. Nam si Deus non suscitasset nunc animum regis Asa ad cultum suum, & non dedisset ei tẽpus vacationis, vt sic posset de terra excludere idolatriam, videbatur lex peritura. Nam duo progenitores sui, scilicet, Roboam, & Abia multum dediti fuerant idolis, & populus totus tempore eorum. Vnde si nunc non distraherentur ab ista idolatria, fortassis tantum peruerterentur, sicut Israelitæ, ita vt non possent postea retrahi inde. Nunc autem Asa extirpauit omnia hæc, & cùm ipse regnauerit longo tempore, scilicet, annis quadraginta vno, firmatus fuit populus in cultu Dei tempore eius, cùm ipse nunquam declinauerit ad idolatriam. Secundò fuit hoc ad confirmandum regnum ipsius Asa. Nam quando reges incipiunt regnare, non sunt confirmata regna eorum, & facilius est eos vinci in bello, quàm alias cùm adhuc non sint conciliati sibi animi subditorum suorum. Ideo si in principio regni Asa bella contra eum surrexissent: fortassis ipse non potuisset sustinere illa, & perijsset regnum eius. Deus autem voluit firmare regnum eius: ideo non permisit insurgere bella contra ipsum in principio regni sui: quousque ipse esset confirmatus, & roboratus sufficienter in regno, quia tunc licèt venirent hostes non nocerẽt ei faciliter. Tertiò factum est hoc ad fortificandum aliqua minus fortia in regno: nam erant aliquæ vrbes non munitæ, & aliquarum muri prompti erant ad ruinam, & vt fortificarentur muniendo eas data est pax Asa, quia non poterat munire vrbes, nisi quando esset in pace.

*Quomodo faciebat Deus auferendo bella ipsi Asa. Quæstio V.*

QVAERITVR vlterius, cùm Deus fecerit, quòd in decem annis primis regni Asa non essent bella contra ipsum, quomodo faciebat hoc. Respondendum, quòd hoc poterat facere multipliciter. Primo modo poterat facere istud auferendo omnibus hostibus Asa desiderium nocendi ei. Hostes namque desiderant nocere adinuicem, quia ista est conditio sua, & tamen Deus potest mutare corda, auferendo istud desiderium. Nam cor hominis est in manu Dei, & quocunque voluerit vertet illud. Prouerbiorum vigesimoprimo capitulo. Secundo modo potest hoc efficere reconciliando corda hostium, scilicet, faciendo, vt non solùm vnus hostis non desideret alteri nocere, sed etiam, quòd diligat eum, & faueat sibi: quia cùm ista accidant interdum ex causa humana, facilius euenient mouente Deo ad hoc: & sic fortè moueret Deus cor regum, qui erant in circuitu terræ Iuda ad diligendum regem Asa, & sic non mouerent bellum contra eum. Tertio modo poterat hoc fieri, quòd Deus auerteret corda illorum, nè considerarent circa hoc. Nam licèt aliquis habeat alterum exosum, Deus poterit sic immutare cor eius, vt nunquam consideret quomodo nocebit illi, & manebit tamen inter eos inunicitia. Similia enim Deus sæpè facit quando excęcat hominem, vt incidat in aliquod malum pœnale. Nam interdum est aliquod malum notissimum, in quo homo incidet si fecerit tale, vel tale quid, & cùm quilibet satis rudis concipiet illud quod euenire possit tale, Deus excœcat cor huius, vt non consideret illud, & incidat in pœnam, quam Deus ei inferre parat. Quarto modo poterat hoc esse ponendo impedimenta, scilicet, dato quòd aliquis desideret nocere alteri, & sit potens ad hoc, quòd Deus ponat ei impedimenta, scilicet, quòd quando voluerit ei nocere cogatur attendere ad alterum, quòd ei magis necessarium sit, & sic non occurrat ei posse nocere illi. Sic fuit de Saule, cñ obsedit Dauid in deserto Maon. Nam cingebat eum in modum coronæ, & Dauid desperabat se posse euadere: tunc subito venit nuncius ad Saulem, dicens: Ecce Philisthijm inuaserunt se super terram tuam, & tunc ille coactus est recedere ab obsidione Dauid, vt occurreret Philisthinis, & sic euasit Dauid 1. Regum 23. Sic fuit etiam quando tempore Ezechiæ regis Senacherib rex Assyriorum veniens cum magno exercitu comminabatur se destructurum Ierusalem, & Deus dixit per Isaiam. Ecce ego mittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deijciam eum gladio in terra



terra sua. quarto Regum decimònono. Ecce, quia iam erat promptus Senacherib ad eundum, vt obsideret Ierusalem, & tamen fecit Deus, quòd audiret nuncios dicentes: quòd Tharaca rex Aethiopum egressus esset, vt pugnaret cõtra eum, & relicto itinere quò intendebat ire ad obsidendum Ierusalem, perrexit ad pugnandum contra regem Aethiopum, eodem cap. quia illud magis eum vrgebat, quàm obsidio, quam intendebat facere contra Ierusalem. Quinto modo poterat hoc fieri per incussionẽ timoris, scilicet, quòd licèt aliquis desideret pugnare contra alterum, & nocere ei, Deus non permittat hoc facere incutiendo ipsi timorem magnum, ita quòd putet se superandũ: sic erat de hostibus Iudæorum. Nam quolibet anno Iudæi masculi omnes ascendebant ter in locum sanctuarium, & manebant tunc vrbes vacuæ, vel saltem non manebant ibi, nisi fœminæ, quæ nullum præstabant fulcimentum, & hoc sciebant hostes Iudæorũ, qui erant vicini eis, cùm quolibet anno fieret ter, & tamen nunquam temporibus illis audebant ascendere in terram Iudæorum ad pugnandum. Sic enim Iudæos securos reddiderat Exo. 34. s. Cùm tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Sic etiam fuit de Sichimitis, & regibus Chananæorum contra Iacob, & filios suos. Nam cùm Iacob cum filijs suis rediret de Mesopotamia, & in vrbe Sichem ipse filius regis Hemor defloraſſet filiam Iacob nomine Dinam, fratres eius armantes se, facto pacto de circuncisione, occiderunt omnes Sichimitas, qui erant circuncisi, & iacebãt in lectis die tertio, quando solet esse grauissimus dolor vulnerum, & tunc omnes reges Chananæorum, qui erant in circuitu commoti sunt, vt delerent Iacob, & domum suam, & tamen non fecerunt, quia terror domini inuasit eos, & non ausi sunt persequi recedentes. Gen. 34. & 35. s. Sexto modo poterat hoc esse, quando Deus resistit directè alicui incohanti bella, ita vt nõ pugnet cõtra alterum, scilicet, quòd interdum aliquis cupiens facere bellum contra alium disponit se, & vadit contra eum, & antequam pugnare incipiat Deus eum impedit, ita vt non possit pugnare. Sic enim fuit in Aegyptijs, qui se parauerunt cum rege suo Pharaone ad pugnandum contra Hebræos, & tamen Deus pugnauit contra ipsum per columnam nubis, & ignis subuertitque rotas curruum, & ferebantur in profundum maris. Exo. 14. Et sic non potuerunt pugnam incipere cõtra Iudæos: sic dixerat eis Moyses: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. eodem capitulo. Sic etiam fuit quando Senacherib redijt in Ierusalem postquam pugnauerat contra regem Aethiopum, & intendebat subuertere Ierusalem. Cùm non cepisset pugnam, nocte quadam venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinq; millia virorum, quod videns Senacherib fugit in terram suam. 4. Reg. 19. & tunc impediuit Deus Senacherib, nè pugnam incoharet contra Ierusalem, vt patet eodem capitulo, cùm dicitur: Non ingredietur vrbẽ hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. Multis autem modis potest Deus facere, quòd vnus homo non pugnet contra alterum, licèt aliàs desideret pugnare, & aliquis istorum modorũ esset quo Deus faceret, quòd reges vicini non pugnarent contra Asa.

*Quare permisit Deus bellum contra Asa. Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius, cur Deus fecerit, quòd decem annis primis regni sui non pugnaret contra Asa aliquis rex. Quare fecit, vel permisit, quòd anno decimo regni pugnaret contra eũ Zara Aethiops, vt dicitur infra in litera. Et videtur, quòd non debuisset Deus hoc permittere, quia hactenus non permiserat, quòd quis pugnaret contra Asa: eo quòd renuerat legem Dei, sicut dicitur in litera, scilicet: Abellis quieta sunt omnia, eo quòd quesierimus dominũ, & tamen nunc etiam quærebat Asa dominum. Ergo nunquam debebat contra eum bellum fieri. Aliquis dicet, quòd fortè Deus pmisit nunc bellum fieri contra Asa, quia dereliquerat dominum. Nam fortassis tanta decennali prosperitate elatus dereliquerat dominum, sicut Roboam elatus prosperitate trium annorum, in quibus confortatum est regnum eius dereliqt dominum. supra 12. capit. Dicendum, quòd non stat, quia Asa nũquam dereliquit dñm, ita ꝙ declinaret ad idolatriam, sed omnibus diebus suis fuit cor suum perfectum cũ dño, & licèt in fine vitæ suæ. s. anno tricesimosexto regni sui, non habuerit cõfidentiam in Deo, & recurrerit ad adiutorium regis Syrię, & in hoc peccauerit: tamen non incurrit in idolatriam, vt colligitur infra decimosexto, & sic nunquam contra eum debuerant bella insurgere. Verum est tamen, quòd interdum bella insurgunt contra reges pro alijs peccatis, quàm pro idolatria. Sicut fuit contra istum regem Asa. Nam quando non habuit spem in domino, sed in rege Syriæ, misit Deus contra eum prophetam, qui prædixit ei mala, & inter alia ait: stultè egisti, & propter hoc etiam presenti tempore aduersus te bella cõsurgent. infra 16. capit. & tamen adhuc non legitur aliquid simile feciſſe Asa ante decẽnium, in quo Deum offenderet propter quod bellum aduersus eum consurgeret. Respondendum, quòd Deus permisit istud bellum Aethiopum consurgere contra Asa propter tria. Primò propter demerita Aethiopum. Nam Aethiopes peccauerant contra Deum grauiter in aliquo, & cùm Deus sit iudex omnium hominum, voluit punire eos, & voluit vti rege Asa tanquam ministro suo ad hoc, sicut facit de omnibus alijs gentibus, scilicet, vt Deus puniat quosdam per alios, & illos mediantibus alijs, & sic de omnibus alijs. Secundò fuit ad laudem Dei. Nam istud bellum fuit mirabile, scilicet, quòd pauca multitudo Israelitarum fuderit tantum exercitum Aethiopum, in quo erant decies centena millia virorum, & currus trecenti, vt patet in litera, & factum est hoc opere Dei. Nam Deus exterruit Aethiopes coram rege Asa, vt patet in litera. Etiam, quia per inuocationem nominis Dei factum est. Nam cùm esset Asa in bello, clamauit ad dominum, dicens: adiuua nos Domine Deus noster, & non præualeat homo contra te. Tertiò fuit hoc ad honorem, & præconium regis Asa, quia cùm reges vicini viderent, quòd Asa fudiſſet exercitum, in quo etant decies centena millia virorum: nemo auderet congredi cum eo, nisi haberet maiorem exercitum, & erat in hoc magnus honor Asa, & securitas regni sui, inquantum nullus auderet pugnare contra eum.

*An Asa subuerterit altaria, & excelsa. Quæstio VII.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo potest stare ista litera, cùm dicitur, quòd subuertit Asa altaria peregrini cultus, & excelsa, & abstulit fana, & aras de cunctis vrbibus Iuda, quia sequenti capitulo dicitur: Excelsa autem derelicta sunt in Israel, ergo non subuertit illa. Respondendum, quòd duplicia erant excelsa, quædam erant, in quibus colebatur Deus verus, & alia, in quibus colebantur dæmones.

Alph. Tost. super lib. Paralip. Pars 2.

Pro quo sciendū, quòd Deus iusserat, quòd nemo auderet facere sacrificium, in quocūque loco vellet, sed solùm in vrbe, quam mandaret Deus, & eligeret, vt patet Deut.12.cap. & non solùm in vrbe, sed etiā non licebat facere sacrificium, nisi in altari holocaustorū, quod erat ad ostium Tabernaculi. Leuit. 17. & Iosue 22.cap. qui autem colebat dominum sacrificando alibi peccabat: fecerat tamen populus altaria multa extra vrbes in montibus, & etiam in vrbibus, in quibus immolarentur Deo sacrificia, & ista vocantur excelsa, & ibi aliqui sacerdotes secundùm ritum legis faciebāt sacrificia, nec deuiabant in aliquo, nisi quòd extra locum sanctuarij sacrificabant. Alia autem erant altaria idolorum tam in montibus, quàm in vrbibus, quia in omni colle, & sub omni ligno frondoso ponebantur altaria dæmonum. 3. Reg. 14. Excelsa autem illa, quæ erant ad cultum dæmonum subuertit Asa, quia nihil voluit relinquere de idolatria in terra. Altaria autem siue excelsa, quæ erant ad cultum Dei non subuertit Asa, licèt illa mererentur subuerti, quia erant ꝓtra legem: non tamen pertinebant ad idolatriam. De primis excelsis intelligitur litera sequenti capitulo, & illa non sunt deleta. De alijs intelligitur litera ista, & ista altaria, vel excelsa fuerunt deleta. Distinctio ista excelsorum colligitur.4.Reg.23.cap.Nam ibi dicitur, quòd Iosias occidit sacerdotes excelsorum super altaria, & dicitur de alijs sacerdotibus excelsorum, ꝙ non occidit illos, sed comedebant azyma cum alijs sacerdotibus fratribus suis. Vnum tamen erat, scilicet, ꝙ non permittebantur ministrare, si tamen omnes isti essent sacerdotes dæmonum, occidisset omnes illos Iosias. Etiam non permisisset vllo modo sacerdotes excelsorum dæmonum comedere de redditibus sanctuarij cum alijs sacerdotibus Dei. Ideo licèt essent omnes sacerdotes excelsorum, quidam erant sacerdotes Dei, & quidam dæmonum, & sic quædam excelsa erant Dei, & alia dæmonum, & quædam deleta sunt, alia autem manserunt. Dicit autem Nicolaus, quòd non fuit illicitum dimitti excelsa, in quibus colebatur Deus, sed de hoc sequenti capitulo declarabitur in quadam quæstione.

Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vsque Maresa. Porro Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ est iuxta Maresa, & inuocauit Dominum Deum, & ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es: non prævaleat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa, & Iuda: fugeruntque Æthiopes, & persecutus est eos Asa, & populus, qui cum eo erat vsque Gerara: Et ruerunt Æthiopes vsque ad internetionem, quia Domino cædente contriti sunt, & exercitu illius prælianti. Tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerunt vrbes, & multam prædam asportauerunt: Sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem & camelorum, reuersique sunt in Ierusalem.

*Egressus est autem*. Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet, Asæ victoria miraculosa: nam Deo agente superauit regem Aethiopum, & dicitur. *Egressus est autem contra eos Zara Aethiops*. Ista pugna fuit post decimum annum regni Asa. Nam supra in litera dicitur, quòd in diebus Asa quieuit terra decem annis. Et iste Zara Aethiops erat princeps magnus: vnde habuit secum valde magnum exercitum, & dicitur. *Egressus est contra eos*. Ideſt, contra Asa, & viros suos. Nam dicebatur ibi, quòd habebat Asa in exercitu suo trecenta millia virorum habentium scuta, & lanceas de tribu Iuda, & de tribu Beniamin ducenta, & octoginta millia habentium scuta, & lanceas, & sagittariorum, & contra omnes istos venit Zara Aethiops. *Cum exercitu suo decies centena millia*. Magnus exercitus valde erat iste, & rarò legitur tantus exercitus congregatus, qui compleat vnam milliadem. In Hebræo dicitur. *Aleph Alephim*. Vbi nos dicimus decies centena millia. Et signat Aleph mille, & Alephim millia, quia est plurale ac si diceret cum exercitu suo mille, & millibus, & est numerus determinationem non habens. Litera autem nostra posuit decies centena millia, quia fortè talem sensum dabant omnes antiqui Hebræi quando facta est ista translatio, & potissimè, quia fortè sic transcripserant septuaginta interpretes de Hebræo in Græcum. Iosephus tamen octauo Antiquitatum, vbi ponitur hæc historia, addidit ad hunc numerum, dicens, quòd habuit in exercitu suo nongenta millia peditum, & ducenta millia equitum, & trecentos currus: vnde ille addidit centum millia virorum, cùm hic ponantur solùm decies centena millia, & currus trecenti, sed de Iosepho, vel quocunque alio historiographo, non est multum insistendum, quando constat de veritate Sacræ Scripturæ, licèt vbi dubia essent, circa talia non est dubium, quin translator noster Hieronymus ad Iosephum recurrerit, qui fuit vir magnæ sapientiæ inter Hebræos tempore suo, & potissimè in historijs. *Et trecentis curribus*. Paruus numerus curruum erat secundùm hanc multitudinem exercitus, sed cur tam pauci currus fuerint infra declarabitur in quadam quæstione. *Et venit vsque Maresa*. Est Maresa quædam ciuitas in sorte Iudæ, vt patet Iosue decimoquinto, & de hac dicitur. Mich.1. scilicet, adhuc hæredē adducam tibi, qui habitas in Maresa vsque ad Odolam veniet gloria Israel. Est autem Maresa satis Australis ciuitas in terra Iudæ, & ibi locauit pro tunc castra sua Zareas rex Aethiopū intendens se extendere per totum regnum Iuda. *Porro Asa exiuit obuiam*. Licèt sciuerit Asa multitudinem valde maiorem esse Aethiopum, quàm suam, non formidauit exire illis obuiā, quia necessitas eum impulit. Nam si nō exiuisset obuiam deleuisset singulas vrbes per se rex Zareas. Sicut fecit rex Sesac rex Aegypti, qñ ascendit ꝓtra Roboā anno quinto regni eius. Nā non ausus est Roboam exire obuiā ei. Ideo ille discurrens per terram Iuda cœpit singulas ciuitates supra 12.cap.

*Et isti*



*Et instruxit aciem ad bellum*. Posuerat castra rex Aethiopum apud vrbem Maresa. Asa verò occurrit, & instruxit aciem non permittens eum inde recedere sine bello, quia si permitteret vagari per terram suam, multa damna inferret. *In valle Sephata, quæ est iuxta Maresa*. Satis propè exercitum Aethiopum posuit aciem suā Asa. Nam castra Aethiopum erant apud Maresam, & ipse posuit acies in valle Sephata, quæ est iuxta Maresa. Potest autem Sephata esse nomen vrbis, à qua vocetur vallis Sephata, & tunc dicetur, ꝙ illa ciuitas Sephata est iuxta Maresam, & sic signatur, ꝙ etiam vallis erat apud Maresam. Vel potest intelligi, quòd Sephata est nomen vallis, & vocatur vallis Sephata intransitiuè, ideſt vallis, quæ vocatur Sephata, & tunc dicetur, ꝙ est iuxta Maresam, ſ. ꝙ vallis Sephata est iuxta Maresam. *Et inuocauit dominum Deum*. Videns Asa, ꝙ viribus suis non sufficeret ipse ad resistendum tanto exercitui, inuocauit dominum: cuius viribus se liberandum confidebat. *Et ait domino non est apud te vlla distantia*. Ideſt nulla differentia. *Vtrum in paucis auxilieris, vel in pluribus*. Scilicet, isti multi sunt, & tamen non est differentia aliqua apud te, ꝙ auxilieris contra paucos, vel contra multos. Hic apparet magna spes, quam habebat Asa in Deo. Nam etiam si veniret obuiam exercitus infinitus, putabat certissimè, ꝙ Deus posset illum faciliter delere. Et rectè dixit, ꝙ non est maior difficultas Deo pugnare contra multos quàm contra paucos, quia potentia Dei est infinita, & ad qđcunque se habet sine aliqua resistentia: de quo declarabitur infra in quadam quæstione. Sic etiam dixit Ionathas filius Saulis, scilicet, non est difficilè Deo saluare in multis, vel in paucis: primo Regum 14. cap. *Adiuua nos domine Deus noster*. Scilicet nullum alium habemus adiutorem nisi te. Iuxta illud, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Ideo tu nos adiuua. *Quia in te, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem*. Scilicet, non habemus fiduciam aliquam in viribus, & etiam quando exiuimus ad pugnandum nullam fiduciam habebamus de eis: sed in te, & in tuo nomine sperabamus saluari contra hanc multitudinem. Rectè enim nunc inuocauit Asa dominum: quia quando homines nihil habent, ꝙ viribus suis agere possint: tunc se totaliter submittere debent diuino adiutorio orantes illum. Sic dixit rex Iosaphat filius regis Asa infra 20.ſ. sed tantùm ignoremus quid agere debeamus. Hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Dixit autem Asa, in te, & in tuo nomine sperantes: non ꝙ spes aliqua in nomine esset, quæ esset distincta à spe, quam habebant de Deo, sed eadem spes erat: declarabitur tamen magis de hoc, infra in quadam quæstione. *Domine Deus noster tu es*. Ideſt, tu es solus verus Deus, quia alij, qui vocantur dij non sunt, sed dæmones: vt patet Psal.95. quoniam omnes dij gentium dæmonia. *Non prævaleat contra te homo*. Scilicet, si prævalet contra nos Zara rex Aethiopum, non putabitur prævaluisse contra te, quod est inconueniens: ideo fac, ꝙ non prævaleat. Non est tamen verum hoc, quia dato quòd rex Aethiopum prævaleret nunc contra regem Asa, non prævalerent homo contra Deum. Quare tamen hoc dictum est, declarabitur infra in quadam quæstione. *Exterruit itaque dominus Aethiopes coram Asa*. Cùm inchoaretur bellum inter vtrunque exercitum, dominꝰ exterruit Aethiopes, ita vt non auderent consistere coram rege Asa, sed quis modus exterrendi fuerit declarabitur infra in quadam quæst. *Fugeruntque Aethiopes*. Cùm exterruisset eos Deus non ausi sunt stare. Nam si Israelitæ non essent nisi duo viri, non auderent Aethiopes consistere coram Iudæis postquam exterruisset eos Deus, quia intolerabiliores viderentur in bello, quàm ducenties millies millia armatorum. *Et persecutus est eos Asa, & populus, qui cum eo erat vsque Gerara*. Cùm Aethiopes fugere ceperunt direxerunt se contra terram suam: ideo processerunt per viam Gerarę. Est enim Gerara quædam ciuitas terrę Chanaan, in qua habitabant Philisthini. Nam in illa peregrinatus est Abraham, quando dixit Saram vxorem suam esse sororem suam, & ducta est in domum regis, & postea liberauit eam Deus reuelando regi veritatem Gen.20. Et tunc dicitur fuisse Abraham incola terræ Philisthinorum. eodem capit. & 21. Etiam in eadem vrbe peregrinatus est Isaac, & dixit vxorem suam Rebeccam esse sororem: Gen.26.cap. Iste locus est in fine terræ Chanaan, & ponitur tanquam limes eius: vnde cùm Gen.10. ponuntur termini terrę Chanaan, ponitur Gerara, ſ. Sidon, Gaza, & Gerara. Et est Gerara terminus ex latere Meridiano. Et ista fuit causa, quare Asa non persecutus est Aethiopes vltra Geraram, ſ. quia vsque ad illum locum procedebat per regnum suum, quod erat in terra Chanaan: cùm autem transcenderet, necesse erat, vt intraret in regna aliqua Arabum, vel Amalechitarum, vel Aegyptiorum, & noluit nouos hostes iniustè acquirere: Sed melius causa infra tangetur. *Et ruerunt Aethiopes vsque ad internetionem*. Ideſt consumpti fuerunt, & ceciderunt Aethiopes vsque ad totalem deletionem, quæ vocatur internetio. *Quia domino cædente contriti sunt*. Scilicet, si modo humano facta fuisset ista percussio, non potuisset tanta fieri: quia tamen facta est à Deo, fuit magna valde. *Et exercitu illius prælianti*. Potest vocari exercitus Dei multitudo Israelitarum, vel multitudo Angelorum, qui venerunt ad conflictum istum, vt declarabitur infra in quadam quæstione. *Tulerunt ergo spolia multa*. Scilicet, Aethiopes fugientes reliquerunt tentoria plena spolijs, & etiam mortuis auferebantur vestes, & arma, & omnia, quæ ferebant, & ista fuerunt multa spolia, quia multa fuerunt agmina Aethiopum. *Et percußerunt omnes ciuitates per circuitum Gerarę*. Vsque Geraram peruenit cęsio fugientium, & postquam cessauit persecutio conuersi sunt Iudæi ad pugnandum contra ciuitates, quæ erant in circuitu Geraræ, & occiderunt habitatores earum, ceperuntque spolia. *Grandis quippe cunctos terror inuaserat*. Scilicet, cùm viderunt habitatores terræ, ꝙ Asa deleuisset exercitum Aethiopum, quantus non legebatur toto prędcedenti tempore congregatus, exterriti sunt, & non poterant resistere: nec audebant se defendere contra Iudæos. *Et diripuerunt vrbes*. Scilicet, quæ erant iuxta Geraram. *Et multam prædam asportauerunt*. Scilicet de vrbibus illis. Nam præter prædam quam tulerunt de spolijs Aethiopū asportauerunt etiam prædam magnam de spolijs vrbium, & tota simul erat valde magna præda. *Sed & caulas ouiū destruentes*. Caulæ vocantur ouilia, scilicet claustra, in quibus tenentur oues in deserto, ne possint dispergi, & ne lupi, & aliæ feræ possint faciliter adire oues. Istas caulas destruxerunt nunc serui Asa, vt auferrent inde omnia pecora. *Tulerunt pecorum infinitam multitudinem*. Ideſt valde magnam, quia non est aliquod infinitum in actu, potissimè in quantitate discreta. *Et camelorum*. Cameli non intelligebantur nomine pecorum. Ideo de illis expressit per se. Nam pecora vocantur animalia parua, vel magna, quæ comestibilia sunt. Cameli autem non sunt animalia comestibilia, sed ad onera solùm proficiunt: ideo per se nominati sunt.

*Quomodo Aethiopes potuerunt pugnare contra Asa regem Iuda. Quæst. VIII.*

QVAERITVR Circa prædicta, & primò quomodo Aethiopes potuerunt pugnare contra Asa

Universidad de Deusto
Biblioteca



Asa regem Iuda. Nam Aetiopes habitant in terra distantissima in Aphrica, ita vt non sit opinabile, q̃ ipsi veniant in terram Chanaan ad pugnandum. Respondendum, q̃ Aethiopes non solùm habitant in Aphrica, sed etiam in Asia. Nam Aethiopes sunt populi valde Australes, quod demonstrat eorum nigredo, quæ non est nisi ex caliditate nimia regionis, & extenditur regio Aethiopum in longum nimis versus Oriẽtem. Sunt autem quidam de Aethiopibus circa Aegyptum citra tropicum cancri, quod demonstrat Lucanus dicens.

*Aethiopum solum, quod non premetur ab vlla*
*Signiferi regione poli, in poplite flexo*
*Vltima curuati procederet ungula tauri.*

Ex quo apparet, q̃ Aethiopes sunt citra tropicum cancrinnm: nulla regio, ideſt nullum signum Zodiaci transeat super eos. Sic dicitur in tractatu de sphæra. Isti Aethiopes sæpe pugnant contra Aegyptios, & interdum auxiliantur eis, quia sunt vicini: & sic cùm terra Chanaan sit coniuncta Aegypto, & sit magis Aquilonaris, quàm Aegyptus aliquantum, ipsi Aethiopes possunt venire interdum ad pugnandum contra terram Chanaan. Sic patet de bello, quod Sesach rex Aegypti fecit contra Roboam regem Iuda. Nam in illo bello venerunt Aethiopes & Libyes, & Troglodite: vt patet supra 12. capit. Ita & nunc poterat Zara venire ad pugnandum contra Asa regem Iuda. Non est enim credendum, quòd sit valde magna distantia inter terram Chanaan & Aethiopes.

*Cur rex Zara pugnauit contra Asa regem.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, cur iste Zara rex Aethiopum venit ad pugnandum contra Asa regẽ Iuda: nam non videtur aliqua causa quare veniret. Bella enim fiunt communiter propter iniurias, & dãna susceptа ab inuicem: damna autem, & iniurię suscipiuntur in communicatione, inter non communicantes autem non potest esse causa belli: & quia Aethiopes, & Chananęi non communicant cùm sint alia regna media inter eos: non videtur, quomodo haberent causam pugnandi Aethiopes contra Iudæos. Respondendum, quòd potuit moueri iste rex Aethiopũ à Deo, & à seipso quantum ad Deum. Dicendum, q̃ iste Aethiops fecerat multa mala, propter quæ Deus volebat perdere eum, & gentem suam: & quia solet Deus ista facere per ministros, voluit efficere regem Iuda ministrum huius executionis, & posuit in corde Aethiopum, vt venirent in terram Iuda ad pugnandũ, vt ibi caderent gladio Asa. Sic enim concitat hominem ad id, quod sibi malum pœnale est. Sicut Deus concitauit Sennacherib regem Assyriorum, vt rediret interram suam, vt ibi caderet gladio filiorum suorum: sicut dicitur 4. Regum 19. Ecce ego mittam ei spiritum, & audiet nũcium, & reuertetur in terram suam, & ibi eum deijciam gladio. Vel poterat esse secundo modo, s. q̃ Deus concitauisset istum regem Aethiopum contra multas gentes ad puniendum eas, & cùm in hoc indebitè se haberet, Deus voluit q̃ ipse puniretur ab aliqua istarum gentium, s. à Iudæis. Sic fuit de Sennacherib rege Assyriorum. Nam Deus fecerat eum instrumentum indignationis suæ contra gentes multas, & cùm se haberet inordinatè vltra id, quod Deus ei commendauerat, crudeliter agens ex desiderio suo, Deus voluit eum punire, sicut & cæteros. Nã fecit, quòd angelus vna nocte occiderit in castris Sennacherib centum octoginta quinquẽ millia virorum. De hoc patet Isaię. 10. scilicet. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu eorum indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internetionem gentium non paucarum. Et postea ibi dicitur: quomodo Deus puniret eum, & factum est, quando percussit angelus domini in castris eius centum octoginta quinque millia virorum. quarto Regum 19. cap. Alio modo mouebatur, & tertiò à Deo, s. vt solueret damna, quę intulerant Aethiopes Iudæis. Nam tempore Roboam regis Iuda ascendit Sesac rex Aegypti in terram Iuda, & cum eo Aethiopes, Libyes, & Troglodite ad prædandum, & acceperunt thesauros domus domini, & domus regis supra duodecimo. Voluit ergo nunc Deus, quòd illa damna, quæ intulerant tunc Aethiopes Iudæis iniustis, soluerent nunc quando Iudæi erant iusti tempore Asa. Nam nunc colebant dominum, & soluerunt damna, quia acceperunt Iudæi spolia multa de eis, quæ attulerant Aethiopes. A seipso autem poterat moueri Zara Aethiops ad veniendum contra Asa regem Iuda. Primò non intendendo specialiter pugnare cõtra Iudęos, sed etiam contra omnes gentes terræ illius, s. quia ipse erat potens nimium cùm haberet tantum exercitum, & vellet sibi subiugare omnes nationes, & ad hoc procedebat per diuersa regna, ad pugnandũ, & subijciendum illa sibi, & tunc contingit, vt veniret in terram Iuda, sicut in quamcunque aliam regionem, & accidit sibi hoc. Istud verisimile est, quia iste fuit modus multorum regum velle subijcere sibi omnes nationes. Sic enim fuit de Salmanasar rege Assyriorũ, & de Sennacherib, qui procedebant per diuersa regna, & subijciebant illi sibi, vt tenerent monarchiam vniuersæ Asiæ, & sic pugnabant isti reges contra Israelitas, contra Iudæos, contra Aegyptios, & contra alias nationes. De quibus quarto Regum 17. & 18. & 19. & Isaia 36. & vsque ad trigesimũnonũ. Sic etiam fuit de Nabuchodonosor rege Chaldæorum, qui vt teneret monarchiam orientis, pugnabat contra omnia regna, & multas gentes subijciebat, & volebat Deus, q̃ omnes gentes ei subderentur: Iere. 15. Sic etiam fuit de quodam alio Nabuchodonosor, sub quo contigit historia Iudith, qui misit principem militiæ suæ Holofernem, vt contra omnes gentes pugnaret, vt subijcerentur eius Imperio, & omnia templa idolorum destrueret: vt sic ipse solus putaretur Deus: vt patet Iudith tertio. Sic etiam voluit facere, & abundantius fecit Alexander Macedo: qui totam Asiam penè occupauit, vt monarcha effici posset. Ita ergo de isto rege Aethiopum putari poterat: scriptura tamen nõ curat enarrare de alijs regnis, quomodo se haberent ad illa pugnando, & subijciendo sibi: quia non attinebat ad propositum agere nisi de rege Asa, & Iudæis. Secundo poterat moueri à seipso cupiditate diuitiarum acquirendarum: sciebat enim vel scire poterat, q̃ Sesac rex Aegypti, quando ascendit in terram Iuda cum Aethiopibus, accepit inde thesauros infinitos de domo domini, & domo regia, & manebant omnia vasa aurea, & argentea in domo domini, quæ erant immensi ponderis, quæ non tetigerat Sesac: omnia illa poterat concupiscere iste rex Aethiopum: quia fortassis in nullo loco credebat se maiorem thesaurum inuenturum: potissimè, quia multas alias diuitias congregare poterat de vrbibus Iuda: ideo putauit sibi vtilius esse pugnare contra regem Iuda, quàm contra quemcunque alium regem.

*Quare*



*Quare potius tradidit Deus Aethiopes in manus Asæ.*
*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, cùm dictum sit, quòd rex Aethiopum, & populus suus peccauerant nimis Deo, & volebat Deus tradere illos in manus alicuius, vt luerent pœnas pro peccatis suis. Cur potius tradidit eos in manus Asa regis Iuda, quàm alterius de regibus gentium. Quia potius solebat Deus facere istas vindictas per reges gentium, quàm per reges Iudæorum. Sic patet de Salmanasar, & Senacherib regibus Assyriorum: quos Deus vocat virgam furoris sui, & quòd ipse misit eos ad gentem fallacem ad capiendum spolia. Isa. 10. Sic fuit etiam de Nabuchodonosor, quem Deus posuit tanquam iudicem, & punitorem peccatorum diuersarum gentium: vt patet Abachuc. primo, s. Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eum. Respondendum, quòd Deus voluit potius tradere istos in manus Asa regis, quàm alicuius Gentilis. Primò propter laudem ipsius Dei: nam Deus intendebat miraculosè adiuuare Asa regem exterrendo Aetiopes, sicut factum est: ex quo consequeretur magna laus Dei. Si autem per manum alicuius Gentilis fieret ista vindicta, etiam si miraculosum aliquid contingeret ibi, non attribueretur Deo Israel: sed magis ipse rex Gentilis attribueret sibi ipsi, vel attribueret dijs suis. Quòd attribuerent dijs suis: patet sicut quando captus est Samson à Philisthinis, conuenerunt Philisthini in templum Dagõ, obtuleruntque ei magnificas hostias, dicentes: tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras: Iudic. 16. capit. Sic etiam quando Philisthini occiderunt Saulem, & filios eius, posuerunt arma Saulis in templo Astaroth, & caput eius portari fecerunt per totam terram, & annunciari in templis idolorum, & ad extremum positum est caput illius in templo Dagon, vt patet primo Regum 31. & præcedenti lib. cap. 10. Quòd autem attribuerent sibiipsis victoriam miraculosam, patet de Sennacherib rege Assyriorũ, qui à Deo missus est contra multas gentes ad puniendum eas, & Deus adiuuabat eum conculcando coram illo gentes, & tamen ipse putabat se agere hoc in virtute sua, & superbiebat contra Deum Israel, qui dabat ei hanc victoriam, vt patet Isa. 10. s. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse: in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & de populo furoris mei mandabo illi, vt auferat prædam, & diuidat spolia. Ipse autem non sic arbitrabitur: sed ad conterendum erit cor eius. Et sequitur: Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublime residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Sic enim fuit de Nabuchodonosor, cui Deus vires dedit, vt exequeretur iram suã contra gentes multas: ipse tamen nõ sic arbitratus est, sed sibiipsi ascribebat, & immolabat sagenæ suæ: quia in ea incrassata est pars eius. Abachuc primo. Nunc autem cùm fieret vindicta per manum Asa, attribueretur Deo laus: ideo melius fuit fieri per manum eius. Secundò fuit hoc, vt Deus daret laudem Asa, & faceret eum terribilem inrer omnes vicinos suos, quia reges, qui erant in circuitu terræ Asa, desiderarent fortè pugnare contra eum, sicut pugnauerant contra prædecessores eius, & cùm viderent, quòd ipse superauerat exercitum fortissimum, qui vnquam cõgregatus fuerat, nemo auderet contra eum pugnare: imo quando ipse contra aliquem pugnaret, non auderet resistere ei, quia maior fuit exercitus iste, quàm ille, quem pater suus Abia superauerat. Nam Abia pugnauit contra Ieroboam regem Israel habentem secum octingenta millia virorum. præcedenti capitulo. Asa autem pugnauit contra Aethiopum regem habentem decies centena millia, & trecentos currus, vt patet supra in litera. Et sic factum est, quia postea non audebant pugnare contra eũ aliqui reges terræ, & ob hoc mansit in pace ferè tota vita sua. Tertiò fuit ad vtilitatem Asa, quia Deus voluit eum ditare. Nam quando Sesac rex Aegypti venit in terram Iuda, & abstulit thesauros domus domini, & domus regis mãsit terra in paupertate: voluit autem nunc Deus ditare regem Asa, & viros Iuda: ideo obtulit ei Aethiopes vulnerandos, & spoliandos, vt eorum spolijs ditarentur: sicut dicitur in litera, quòd acceperunt spolia multa non solùm de Aethiopibus, sed etiam de ciuitatibus, quas obsederunt, & cœperunt apud Geraram, vt patet in litera. Quartò factum est, vt Aethiopes satisfacerent ei, contra quem peccauerant: nam quando venerunt Aethiopes cũ Sesach rege Aegypti spoliauerunt terram Iuda iniustè. Ideo cùm deberent nunc puniri pro peccatis suis, non erat aliquis, cui tam dignè satisfacere deberent, quã ipsis viris Iuda, quibus multa abstulerãt, & potissimè de thesauris regis, & sic dignum fuit, quòd traderentur in manus virorum Iuda, & Asa. Et ista fuit vna de causis, quare Deus mouit regem Aethiopum, vt veniret ad pugnandum contra viros Iuda. Quintò factum est, quia vt præsuppositum fuit præcedenti capitulo, rex iste Aethiopum voluit prædari thesauros, qui erant in terra Iuda, & dignum erat, vt cùm ipse vellet Iudæos iniustè spoliare: Iudæi eum iustè expoliarent.

*An sit differentia in Deo pugnare contra multos, & paruos.*
*Quæstio XI.*

QVAERITVR vlterius circa hoc, quod dixit hic rex Asa, quòd non est apud Deum distantia auxiliari in multis, vel in paucis, ideſt pugnare contra multos, vel paucos, vel auxiliari aliquem habentem multos, vel paucos. Quomodo potest hoc stare, quia videtur esse falsum. Nam dato q̃ Deus possit pręualere contra paucos, & etiam contra multos: quia virtus sua est maior omni virtute: tamen non tollitur quin aliquid maius agat superando multos quàm paucos. Patet enim hoc in virtutibus naturalibus. Nam si aliqua virtus actiua est in mille gradibus, potest agere in quodcunque habens minorem resistentiam ad non patiendum mille gradibus, & tamen si agat in rem habentem resistentiam centum graduum faciliter agit. Si autem ageret in rem habentem resistentiam graduum noningentorum, aget difficilius: ita ergo Deus licèt possit superare multos, & paucos, tamen facilius superabit paucos, quàm multos. Item patet hoc, quia si Deus debeat pugnare cõtra decem millia virorum, aget in virtute sufficiente ad pugnandum contra eos. Si autem velit pugnare contra decies centena millia: necesse est, quòd agat in virtute centupla ad virtutem, qua pugnabat contra decem millia, & sic aget centuplum quàm prius, & videtur q̃ cum centupla difficultate hoc aget. Respondendum, quòd non est differentia virtutis apud Deum pugnando contra multos, vel contra paucos: sicut hic dicitur, ideſt, q̃ non est maior difficultas pugnare sic quàm sic: vt patet primo Reg. 14. s. Non est difficilè Deo saluare in multis, vel in paucis, ideſt, non est difficilius saluare exercitum habentem paucos contra multitudinem quàm habentem multos, vel non est ei difficilius saluare vnum hominem, contra quem multi pugnant, quàm illum, contra quem pauci pugnant. Pro quo sciendum, q̃ Deus potest in generali duobus modis superare aliquas gentes:

tes: vno modo subtrahendo virtutem, alio modo apponendo virtutem contrariam. Primo modo Deus faciliter destruet omnia quæcunque voluerit. Pro quo sciendum, quòd esse omnium rerum dependet à Deo in conseruari, sicut esse rerum, quæ fiunt dependet ab agente, vel artifice in fieri. Nam si in fieri cesset agens ab actione peribit res, vel non erit: ita si in conseruari postquam res facta est desinit Deus conseruare rem: necesse est quamlibet rem deficere, quia res quælibet præter Deum ex se nihilum est, & necesse est, ꝙ nihilum efficiatur, si Deus subtrahat omnino suam conseruationem, & influxum super rem. Et isto modo, sicut potest Deus destruere vnum hominem subtrahendo virtutem suam conseruatiuam: ita simul destruet totum vniuersum. Nam eadem virtus nunc est, G qua conseruatur vnus homo, & conseruatur totum vniuersum. Subtrahere autem virtutem conseruatiuam, non est aliquod agere. Nam minus est cessare ab agendo quàm agere. Ideo facilius est quantum est ex ipsa re, quòd Deus destruat totum vniuersum subtrahendo virtutem conseruatiuam, quàm quòd producat vnam guttam aquę: quia istud est agere, & illud non, & sic non est comparatio aliqua quantum ad istũ modum. Nam non est maior virtus, vel actio superare viginti millia virorum quàm vnicum. Iste tamen modus delendi, vel superandi non est Deo vsitatus: quia cùm ipse sit prima causa rerum in esse, & in conseruari: nulli rei deest tanquam causa prima, & sic nulli rei subtrahit virtutem suam ad hoc, quòd tali modo H desinat esse. Nec legimus vnquam, aut credimus aliquam rem perijsse per subtractionem virtutis conseruatiuæ: sed pereunt res modo naturali, aut miraculosè: non tamen subtrahendo conseruationem. Secundò modo Deus potest aliquos superare, vel destruere virtutem contrariam apponendo, & tunc potest stare dupliciter: quia aut aget per virtutem suam, aut per virtutem creaturæ subiectæ. Si agat per creaturam subiectam, non est difficilius Deo agere contra multos quàm contra paucos. Et ponatur primò exemplum de actione Dei per angelos, qui sunt administratorij spiritus. ad Hebræos primo cap. Nam per angelos pugnauit Deus cõtra Assyrios, qui erant cum Sennacherib. Nam angelus domini venit in castra per noctem, I & occidit centum octoginta quinque millia virorum in castris Sennacherib. 4. Regum 14. & Isaię 38. & non fuit difficilius illi angelo occidere omnes illos, quàm occidere decem viros. Nam omnes illos eadem nocte occidit. Et si dicas, quòd dato quòd angelus posset occidere quotcunque homines: tamen facilius occidet tres viros, quàm decies centena millia, eo quòd citius istos, quàm illos occidet. Dicendum, ꝙ eadem velocitate, qua vnus angelus potest occidere vnum hominem, eadem velocitate poterit facere Deus, ꝙ occidantur decies centena millia virorum per angelos: quia faciet decies centena millia angelorum istius occisionis ministros, & tam cito illi omnes occident ista decies centena millia virorum, sicut vnus angelus K vnum hominem. Et sic non est Deo difficilius occidere decies centena millia virorum quàm vnum. Et licèt sit eidem angelo difficilius, vel maius occidere decies centena millia quàm vnicum, & tamen quia Deo non est difficilius iubere hoc decies centum millibus angelorum, quàm vni angelo: non est difficilius ei occidere decies centena millia, quàm vnum. Et hoc quia Deus habet valde plures angelos ad iubendum eis, quod voluerit: iuxta illud Dan. 7. ſ. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Si autem Deus per homines vellet exequi iram suam contra multos, vel contra paucos, tam facile est contra multos, sicut contra paucos pugnare.

F Nam si pauci sunt, contra quos pugnandum est, paucos mittet contra eos, & si multi sunt, mittet multos. Non est autem Deo difficilius mouere corda multorum hominum ad faciendum aliquid, quàm mouere corda paucorum virorum: quia sicut diuisiones aquarum, ita cor hominis in manu domini, & quocunque voluerit vertet illud: Prouerb. 21. ca. ſ. ea facilitate, qua pauci pugnant contra paucos, eadem pugnant multi contra multos. Alio modo potest Deus hoc facere per homines. Nam si Deus potest faciliter pugnare contra mille viros obijciendo eis duo millia virorum. Ita potest pugnare contra decies centena millia obijciendo eis solùm duo millia virorum. Quia potest Deus tales viros, tam fortes efficere, ꝙ vnus pręualeat contra duo millia. Nam interdum aliquos Deus fecit: sic enim fuit Samson, qui in crinis semel existens facillimè occidit mille de Philisthinis, qui venerant eum ligare, & fugauit cæteros, & tamen non tenebat manu sua nisi mandibulam Asini: Iudic. 15. Aliquos etiam tales legimus in historijs gentium: licèt illę non sint comparandæ incertitudine sacræ scripturæ. Sic enim aiunt fuisse Hectorem, sic & Herculem: sic ferunt & Achillem, & Troilum. Famosior quoque viribus fuit, licèt non arte bellica quolibet istorum Milo toto orbe opinatissimus, qui nudo pugillo taurũ percutiens illico occidebat, & eadem die illum solidũ deuorauit nihil grauatus stomacho, vt ait Solinus in Polystor. cap. de his, quę fuerunt mirabilia in homine. Sic enim minus certè historiæ fecerunt tempore Arcturi regis, qui regnauit in magna Britania, quam Angliam vocant: fuisse centum quinquaginta milites orbiculatę mensæ: de quorum quibusdam magnalia fecerunt (si credere phas est.) Constat Gigantes fuisse viribus his omnibus fortiores. Constat, & nunc esse hominum monstra, quos nos sylueſtres, vel sylуaticos appellamus, corporibus quidem nostram magnitudinem incredibiliter excedentes, quorum viros corpoream consequuntur molem. Sic enim sunt cyclopes, qui vnicum quidem oculum media fronte gestant, à quo cyclopes appellantur, ſ. à circulo illo oculi vnius: de quibus ille Polyphemus extitit, qui Vlyſſis socios comedit, & ab Vlysse orbatus saxeas moles admirandę magnitudinis eum persecutus coniecit in mare, de quo Boetius de Consolat. lib. 4. metro vltimo. Et Ouidius 14. Meta. ꝙ licèt aliqui fabulam putent, non est admirandum historicam extitisse veritatem: cùm his maiora facta certissima veritate legamus. Sed de hoc quomodo se habeat, nihil refert. Constat autem, ꝙ Deus potest facere homines tam fortes, vt vnicus eorum armatus sufficiat pugnare contra decem millia virorum. Hoc autem efficere Deo nulla difficultas est. Ideo non est ei difficilius pugnare contra paucos, quàm contra multos. Si autem Deus pugnare velit contra homines mediantibus creaturis notabilibus, ſ. bestijs, poterit hoc efficere, sicut fecit ipse aliquando. Nam contra Chananæos sic pugnauit: mittebat enim crabones coram Israelitis, qui fugarent Chananæos, & cùm aliqui fugiebant à facie Israelitarum, & latebant, illi crabones ingrediebantur in loca occulta, vbi erant illi hostes Iudæorum, & occidebant eos: vt patet Exo. 23. & magis Deut. 7. Etiam pugnauit sic contra Gentiles Samaritanos, quos posuit Salmanasar in ciuitatibus Israelitarum translatis eis in Assyrios. Cùm enim nõ obseruarent legitima Dei terræ, misit Deus leones in illos, qui occidebant eos. 4. Regum 17. Sic etiam pugnauit iterum contra Israelitas. Cùm enim murmurarent cõtra Deum pro longitudine itineris, & quia non habebant nisi manna in cibum: misit Deus contra eos ignitos serpentes, & peribant plurimi morsibus eorum: Numeri 21. Dicitur etiam, Sap. 11. quòd Deus



Deus potest pugnare cõtra homines mittendo quod A cunque genus bestiarum, ſ. non ꝙ impotens erat omnipotens manus tua mittere ignis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias, aut vaporem igneum sonantes, aut odorem fumi proferẽtes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes, quarum non solùm læsura poterat eos exterminare: sed & aspectus per timorem occidere: & sic non erat facilius occidere paucos homines, quàm multos: quia tam facilè erat Deo creare multas bestias, sicut paucas, & multi veneni, aut læsionis, vel patui nocumenti. Si autem Deus per creaturas insensibiles nocere vellet, tam facilè erat nocere multis, sicut paucis: loquamur enim de entibus meteorologicis, sicut sunt fulmen, lapides, grandines, corruscationes, pluuiæ, & similia. Per talia enim solet Deus nocere hominibus, quando merentur indignationem suam. Patet de igne misso de cœlo, ideſt de aere. Nam sic Deus illis, quos interdum occidit, sicut bis quando inuocante Elia Deum misit ignem de cœlo, & combussit duos quinquenarios regis Ochoziæ, & quinquaginta viros cuiuslibet eorum. 4. Regum primo: non erat Deo difficilius mittere magnum ignis globum, qui occuparet exercitum deciescentenorum millium virorum, & omnes exureret, quàm ꝙ occuparet solùm duos viros, & illos exanimaret. Sic etiam de fulminibus, ꝙ mitteret vnum, vel multos. Nam & Gentiles hunc modum tradebant oĩpotenti Deo suo Ioui pugnandi contra hostes suos. Sicut quando pugnauit C contra Gigantes inuadentes cœlum: deiecitque centimanum Typhoeum, vt ait Ouidius primo Meta. & imposuit ei tres montes Trinachriæ, ideſt Siciliæ: vnde mons Aetna eius faucibus positus est, vt ait Ouidius 14. Meta. in principio, scilicet.

*Iamque Gigantęis iniectam faucibus Aetnam.*

Poterat etiam Deus mittendo lapides, vel grandines occidere exercitum hostilem. Nam sic fecit quãdo quinque reges Ammorrhęorum fugiebant à facie Iosue die, qua fecit solstitia vt iam euaderent propter noctis propinquitatem, cùm sese receptare possent in proximas vrbes, & castellas: & vt non euaderent, misit Deus de cœlo lapides grandinis magnos, qui occiderunt plures de exercitu Chananæorum, quàm gladijs D eorum corruerant. Iosue 10. cap. Ita poterat mittere super quemcunque exercitum hostilem lapides multos grandinis: ita vt occiderẽt omnes, vel mittere paucos, ita vt pauci morerentur. Poterat idem euenire per pluuias, & fluuiorum alluuiones. Potest etiam hoc effici per elementa. Nam aer potest tantum affici à Deo, vt omnes existentes in aliquo loco quasi subito occidat. Potest in terra fieri hoc. Nam nullum periculum facilius est, quàm terræmotus, vel voragines terræ, & si aperiat terra os suum simul peribunt, qui affuerint. Sicut factum est tempore Datan, & Abiron, quos cum familijs suis, & vniuersa substantia vivos terra absorbuit. Numeri 16. Nihil enim est in toto vniuerso, per quod non possit Deus omnes homines E faciliter perire facere, & hoc modo pugnant quælibet naturæ pro Deo contra hostes eius. Iuxta illud Sap. 5. scilicet. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Etiam corpora cœlestia contra hominem pugnant iubente Deo: vt patet Iudic. 5. scilicet. Stellæ manentes in ordine suo cõtra Sisaram dimicauerunt. Non oportet in hoc magis mirari. Ecce igitur, ꝙ si Deus pugnet contra aliquos mediantibus creaturis, non est facilius pugnare cum multis, quàm cùm paucis: si autem Deus per seipsum pugnet contra creaturam, facilius adhuc valde apparet hoc, scilicet, ꝙ non sit facilius pugnare contra multos, quàm contra paucos. Nam potestas Dei infinita est, & per illam Deus agit quidquid agat: vnde non erit aliquid Deo difficile facere: quia non est aliqua resistentia ex parte creaturæ, quæ vllo modo cõparetur potestati Dei in agendo, & consequenter non est difficultas: quia difficultas est resistentia patientis ad non patiendum. Et licèt absolutè vna res in se sit maioris difficultatis ad agendum quàm alia: quia in se valde maior est, tamen respectu Dei nõ est difficilior vna quàm alia, quia nulla earum habet aliquam difficultatem. Nam si aliqua difficultas esset in aliqua re ad fieri respectu Dei, necesse esset, ꝙ resistentia illius rei haberet certam portionem ad magnitudinem virtutis actiuæ Dei. Istud autem est impossibile, quia proportio est inter se quãtitatum determinatarum. Infinitum autem est indeterminatum, ideo licèt possit esse proportio finitorũ B ad finita, non potest esse proportio infiniti ad finita. Vnde dicendum, ꝙ respectu infiniti numeri, si esset, non haberẽt maiorem proportionem decem millia, quàm nouem vnitates. Nam si esset alia, & alia proportio istorum numerorum ad numerum infinitum: necesse erat, ꝙ esset determinata quælibet istarum proportionum, vtpotè ꝙ ille numerus infinitus esset ad vnum numerum millecuplus, & alĩ esset maior: sed hoc dato ille numerus infinitus esset finitus: quia quilibet numerus submultiplex ad alterũ aliquotiens sumptus solus, vel cum additione alterius partis suæ reddit illum cuius est submultiplex, & tunc si redditur aliquis numerus ex numeris finitis, ille necessariò est finitus, & tamen est infinitus: ergo nullam proportionem habet ad aliquem de assignatis numeris, & consequenter non habet maiorem proportionem, ideſt, non est magis multiplex ad nouem vnitates, quàm ad decem millia. Ita in quantitate continua, vel in quantitate virtutis, quæ assimilatur quantitati continuæ, licèt non sit quantitas, sed qualitas, vel substantia, quòd non potest comparari aliquid finitum rei infinitæ in aliqua specie proportionis, & tamẽ difficultas maior, vel minor prouenit ex inæqualitate proportionis resistentiæ ad agens, ergo non est aliqua actio Deo difficilior quàm alia. Item probatur hoc planius: quia Deus excedit quamcunque rem in virtute, & non excedit magis vnam quam aliam, ergo non est sibi difficilior vna res quàm alia, nec vna facilior quàm alia. Quod patet, quia Deus excedit quamlibet rem in infinitum. Nam si aliqua res sit valde parua, Deus excedit illam in infinitum, & nõ magis quàm in infinitum, quia nihil est maius infinito, per quod Deus possit excedere aliquam rem: & si aliqua res sit valde magna, sicut perfectio omnium rerum vniuersi simul: Deus excedit illam in infinitum. Nam non potest minus excedere, quàm in infinitum: quia si Deus excederet illam rem solùm excessu finito, esset Deus finitus, quod patet, quia cùm res illa excedatur à Deo excessu finito: illa aliquotiens sumpta reddet tantam perfectionem quãta est perfectio Dei, & tamen illæ vices quibus Deus excedit sunt finitæ, ideo Deus finitus esset. Et sic cùm Deus non possit excedere aliquam rem magis quàm in infinitum: nec possit excedere minus, quàm in infinitum, non excedit Deus magis vnam rem quàm aliã. Et tamen licèt concedamus, ꝙ Deus non magis excedit vnam rem quam aliam: non concedemus, quòd Deus tantum excedit vnam quantum ad aliam, quia ista falsa est. Nam prima est negatiua, & vera: quia negat proportionem determinatam excessus diuini ad res. Secunda est affirmatiua, & ponit determinatũ excessum, scilicet æqualitatem excessus, & similitudinem proportionis, & tamen infinito non competit magis, nec minus, nec æquale: sed istæ sunt passiones finitorum. Secundum hoc potest responderi ad duas rationes in contrarium. Prima erat, quòd licèt Deus

possit

Universidad de Deusto
Biblioteca



possit super quamlibet rem: tamē maius aliquid agat F superando vnam rem quàm superando alteram: sicut in virtute naturali, quæ est in mille gradibus, quæ facilius agit resistentiam in centum quàm in noningenta: licèt in vtramque possit. Dicendum, quòd non tenet similitudo: quia res naturales quantumcunque sint magnæ habent determinatam virtutem, & habent proportiones determinatas ad quamcunque resistentiam, siue minorem, siue maiorem, & cùm nō sit eadem proportio excessus, quem habet mille ad noningenta, & quem habebat ad centum: non aget tam faciliter ad rem noningentorum graduum resistentiæ, & ad rem graduum centum, & tamen de infinito secus est, quia nō magis excedit infinitum vnam quantitatem paruam quàm magnam, cùm non sit G proportio aliqua finiti ad infinitum, ideo non habet infinita virtus maiorem difficultatem faciendo rem magnæ virtutis quàm paruæ: quia nulla est sibi difficilis. Ad secundum quando confirmatur, scilicet si Depugnet contra decem millia virorum, & rursus pugnare habeat contra decies centena millia: necesse est, q primò agat in virtute sufficiente ad decem millia: deinde in virtute sufficiente ad decies centena millia, & illa est centupla ad primam, ideo aget cum maiori difficultate. Dicendum, quòd non stat hoc propter duo. Primò, quia licèt Deus agat res inæquales in se non oportet, q agat in virtute inæquali, sed omnia, quę per seipsum agit, aget ex virtute infinita. Et hoc colligitur: quia quidquid Deus agit per seipsum solum, agit in in- H stanti, & sine aliqua successione: tale autem agere est ex infinito vigore: ideo non est, q virtus, qua Deus pugnat ꝓtra decies centena millia sit centupla ad virtutē, qua pugnat contra decem millia, sed eadem in substantia, & in vigore est. Secundò non stat hoc: quia dato, q Deus pugnaret contra decies centum millia ex maiori vigore, quàm contra decem millia: tamen non sequeretur, quòd cum maiori difficultate ageret contra vnum, quàm contra alterum: quia cùm Deus sit agens rationale potest actionem suam intendere, & remittere, & quia virtus sua sit infinita, tam facilè est sibi agere secundùm magnam partem illius virtutis, sicut agere ex parua parte. Et sic patet, quòd non est differentia apud Deum, idest maior difficultas agere I contra multos, quàm contra paucos.

*An sit distinctum quid spes in Deo, & spes in nomine Dei.*
*Quæstio XII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd viri Iuda exierunt ad pugnam contra regem Aethiopum non habentes spem victorię in aliquo nisi in nomine suo, & in ipso: quomodo ponitur hic spes in Deo, & in nomine suo, & an sit distincta spes. Ad hoc considerandum, q spes est de aliquo bono arduo, & non speramus in aliqua re, nisi quæ bonum arduum nobis conferre potest. Si autem nomen domini con- K ferre aliquid potest, & in se virtutis alicuius est: potest esse spes in eo. Si autem non est aliqua virtus in eo, non potest esse aliqua spes in ipso. Dicendum autem, q in nomine Dei, vel in quocunque alio nomine nō est aliqua virtus actiua, quia illa virtus, aut inesset naturaliter, aut supernaturaliter. Non potest naturaliter inesse ei virtus: quia tunc haberet virtutem istā à causa sua: sed causa nominis est impositor eius, cùm nomina sint imposita ad signandum ad placitum: nō potest tamen homo dare virtutem aliquam voci à se formatæ: ideo nō potest habere naturaliter virtutem aliquam nomen. Item patet, quia si nomen Dei haberet virtutem, aut haberet in omni lingua, aut non. Si haberet in omni lingua satis, videtur irrationabile: quia substātia nominis est compositio ex elemētis, & tamen non sunt eadem elementa nominis nostri signantis Deum, & nominis, qđ signat Deum apud aliā gentem, ideo non habebit virtutem aliquam vnam omne illud nomen, quia non habent aliquid vnum in quo concordent naturaliter: ideo non possunt habere eandem virtutem naturaliter. Item patet, quia eadem dictio, quæ apud vnam gentem signat Deum, apud aliquam aliam gentem signat inhonestum, vel rem parui valoris: & tamen si naturaliter inesset ista virtus, necesse erat, q cùm elementa ambarum dictionum sint eadem, q virtus sit eadem, q tamen rei inhonestę nomen habeat virtutem aliquam non est satis conueniens: ideo non habebit nomen illud Dei naturaliter virtutem aliquam. Si autem nomen Dei apud vnam gentem dicas naturaliter habere virtutem, & nomina Dei apud alias gentes non habeant virtutem: non videtur hoc nisi inquantum non habent eadem elemēta, siue principia. Nam non differunt ista nomina in modo signandi, nec in ratione signādi, nec in re signata: sed solùm differunt ex elementis, idest literis, & tamen ponis in vno virtutem esse, & non in altero, ergo euenit hoc ex eo q differt in eis, s. ex elementis. Et tunc sequitur inconueniens, quia frequenter in eadē lingua nomen Dei est æquiuocum ad Deum, & ad alias res, sicut accidit in Latino: quia istud nomen Deus signat Deum, & etiam vinum, & signat iudicem, & sic in Hebræo nomen Dei est æquiuocum, ergo sequitur, q nomen vini habeat virtutem, sicut nomen Dei, cùm eadem elementa sint vtriusque. Istud autem est inconueniens. Item patet si quomodocunque nomen Dei haberet naturaliter aliquam virtutem, esset in eo semper manens: quia quę naturalia sunt semper insunt. Etiam non esset maior virtus illius nominis quantum ad vnum hominem, quàm ad alium, sicut q calidum est naturaliter, ita est calidum respectu boni viri, sicut respectu iniqui. Et tunc sequeretur, q nō esset differentia in efficatia: si quis indeuotè assumeret nomen domini, vel deuotissimè: quia æqualiter ambobus proficeret. Et si quis blasphemando nominaret nomen domini, vel orando cum lachrimis, & magna reuerentia. Vel si quis audiret illud volens, vel inuitus, & siue audiens esset christicola Deo deuotus, vel esset Iudæus hostis nominis Christi, in omnibus æqualiter proficeret: quod absurdissimè dictum est. Nam si quis deuotè illum inuocat, poterit ei proficere. Si autem indeuotè non solùm non proficiet, imò re- est, eo q taliter illud nominat. Nam contra secundum præceptum decalogi est, scilicet, Nō assumes nomen domini Dei tui in vanum: Exod. 20. & Deu. 5. Et non est solùm hoc circa nomen domini: sed etiam circa operā Dei scripta in lege. Quia si quis indignè illa enarauerit peccat, iuxta illud Psal. 49. s. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Ideo non est verū, q habeat nomen domini aliquam virtutem naturaliter. Si autem dicatur, q habeat virtutem supernaturaliter, etiam non stat: quia licèt quòd supernaturaliter inest non fit ab aliqua causa naturali, & tamen post quam illud causatum est semper manet, velut si esset aliquid naturale. Sic patet de anima. Nam anima supernaturaliter creata est, & corpus naturaliter est creatum aliàs formatum in quolibet homine, & tamen anima supernaturaliter creata ita manet, & habet operationes suas naturaliter, sicut corpus habet accidentia sua, & passiones naturaliter. Et sic licèt Deus virtutem istam dedisset nomini suo: licèt istud dare esset supernaturaliter: tamen semper maneret virtus in nomine, si verè virtus in eo esset. Istud autem est falsum:



sum: quia tunc sequerentur inconuenientia supra assig- A nata, s. q tantum proficeret nomen Dei deuotè prolatum, sicut blasphemando, & omni tempore æqualiter proficeret, & non magis Christianis, quàm infidelibus. Si autem dicas, q proficeret nomen proferentibus deuotè, & non alijs per virtutem suam, & christianis, & non alijs: necesse erat, q nomen domini cognosceret, & vellet, s. sciret, qui erant, qui illud proferebant deuotè, & qui non, etiam q vellet proficere istis, & illis nō. Et tunc sequeretur, q nomen Dei esset substantia rationalis: quia in nulla alia re inueniuntur istę duæ vires, s. intellectiua, & volitiua. Si autem nomen Dei non cognoscat aliquid, nec velit, & tamē proficiat deuotè proferentibus, alijs verò noceat, sequetur, q nō est ipsum, q habet virtutem faciendi: sed q aliquis B est, qui facit ista, quādo inuocatur nomen, & sic in nomine nulla virtus est. Et sic dicendum est, q nullum nomen est, in quo verè sit efficacia aliqua, vel virtus ad proficiēdum, vel nocendum. Sed obijcietur, q habeat nomen Dei virtutem: quia istud nomen Iesus habet virtutem saluandi nos. Sic. n. dicitur Act. 4. s. Nec est aliud nomē sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri nisi in nomine Iesu. Respondendum, q istud nomen, nec alia quæcunq; nomina Dei in se quidem non habent aliquam virtutem, & tamen quando illa debitè proferuntur, & deuotè, Deus exaudit inuocantes, & salutem tribuit, & tunc dicimur saluari per illud nomen Iesus: non quidem, q illud nomē in se habeat istam virtutē saluandi, sed quia Deus vult C inuocato illo salutem efficere, & ob hoc qñ vocatur indignè: vtpotè blasphemando non solùm non benefacit Deus, sed punit inuocantem. Et tamen si nomen Dei in se haberet virtutem, non posset habere virtutē ad oppositā: nisi fortè esset substantia spiritualis rationalis, & tunc cessant omnes probationes, & inconuenientia supra inducta: quia illa ꝓcedūt si ponatur istud nomen Deus, vel Iesus habere in seipso virtutem, siue supernaturaliter habeat. Tamen ponendo, q non habet nomen aliquod in se virtutem, sed efficatia boni, vel mali solùm est à Deo inuocato nomine illo, non sequitur aliquod inconueniens. Ex hoc resultat solutio dubij, s. an in nomine domini aliqua spes habenda sit, quæ distinguatur à spe, quæ est in Deo. Et dicendū, D q possumus habere spem in nomine domini: nō quidem, q speremus, q illud saluabat nos: sed si illud q dignè inuocauerimus, q saluabimur, & tñ salus non à nomine, sed à Deo proueniet, & sic non est verè spes in nomine domini. Et si velimus dicere spem esse in nomine domini, dicemus, q illa spes non est distincta à spe, quam habemus in Deum, quia cùm spes sit de arduo bono, & istud non possit procedere nisi à Deo, non erit spes nisi in Deum. In nomine autem Dei erit spes instrumentaliter, s. q speramus per illud tanquam per instrumentum inuocationis saluari. Et quia virtus agentis, & instrumenti eadem numero est, & non est virtus instrumenti: nisi quia deriuatur ab agente per illud non erit nisi vnicus actus agentis, & instru- E menti: ita nō erit nisi vnica spes in Deum, & in nomen suum. Cùm autem quæritur quomodo dixit hic Asa: in te, & in nomine tuo fiduciam habentes venimus contra hanc multitudinem. Dicendum, q non posuit Asa duas fiducias vnam in Deo, & aliam in nomine eius: sed vnicam, & ista erat in Deo. Expressit tamen de nomine eius, quia per inuocationem nominis domini ipse Deus exaudit. Et sic magis pertinet confidentia ad nomen domini, quàm ad aliquid aliud, cùm non sit aliud, per quod nos virtutem Dei imploremus, & sentiamus.

*An Deus possit superari ab homine.*
*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit Asa: adiuua nos Deus noster: non prævaleat contra te homo, in quo apparet, q si Asa superaretur nunc ab Aethiopibus, q superaretur Deus, & q prevaleret homo contra Deum. Respondendum, q Deus non potest superari ab homine, quia homo est virtutis paruæ nimis: Deus autem est virtutis magnæ, & infinitæ. Item dato, q homo tantæ virtutis esset, sicut Deus, nō superaretur Deus ab homine nunc, cùm rex Aethiopum prævaleret contra Asa regem Iuda. Nam non pugnabat rex Aethiopum contra Deum: ideo non poterat prævalere contra Deum. Sed istud ponitur secundum opinionem hominum, qui putarent Deū Israel victum si superaretur Asa confidens in eo. Pro quo sciendum, q istud procedebat ex præsuppositione Gentilium, qui ponebant Deorum multitudinem: & istos quidem contrarios, & disperatos in operibus suis, & dicebant, q dij erant familiares illis, à quibus colebantur, & afficiebantur singulariter ad illos, atque pugnabant pro eis contra hostes. Vnde interdum contingebat Deos pugnare cum Dijs: patet enim hoc ex bello Troiano. Nam secundum, q introducunt poetę Dea Græcorum Iuno erat, Dea autem Troianorum erat Venus, & Iuno ipsa habebat Troianos, vt hostes: sic introducit Virgilius primo Aeneidos Iunonem orantem apud Eolum Deum ventorum, q mitteret ventos in mare, & concuteret atque submergeret nauigia Troianorum venientium cum Aenea in Italiam. Vnde promisit ei vnam pulcherrimam de septem nimphis, cùm ait.

*Eole namque tibi Diuum pater atque hominum rex,*
*Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos*
*Gens inimica mihi thyrrenum nauigat æquor*
*Ilium in Italiam portans, victosque penates*
*Incute vim ventis, submersas obrue pupes,*
*Aut age diuersos, aut dissijce corpora ponto.*

Ecce Iuno potentissima Dearum vocauit Troianos hostes suos: cumque non posset per se illos delere orauit Eolum Deum ventorum hoc agere. Apparent etiam partialitates Deorum Gentilium. Nam cùm pugnaret Turnus rex Rutilorum contra Aeneam, & Troianos consistentes in Italia, introducit Virgilius decimo Aeneidos concilium Deorum decertantium super victoria. Et Venus quidem pro Aenea, & Troianis mesta erat Iouem supplex orans, vt daretur locus in Italia. Iuno autem è contrario magno concitata dolore pro Turno contra Aeneam loquebatur. Tandem Iuppiter in consistorio Deorum diffiniuit fauendum esse Troianis tunc contra Turnum, & dandum esse eis locum in Italia. Credebant etiam Gentiles solos Deos inter se pugnare pro cultoribus suis. Vnde interdum multorum dæmonum conflictus auditus est, & visus: quorum vestigia in campo manserunt: sicut magnorum exercitum conflictantium, & illos putabant Gentiles esse Deos suos. De hoc August. 3. de Ciuitate Dei in fine. Ita etiam ab antiquo creditū est inter Gentiles ante tempora Poetarum, q dij gentium pugnarent pro cultoribus suis, & bella, quæ faciebant populi attribuebant dijs suis. Sicut quando Philisthini tenuerunt Samsonem, fecerunt magnificas hostias Deo suo Dagon, & dixerunt: tradidit Deus noster in manus nostras inimicum nostrum Samson: Iudic. 16. Sic etiam quando Philisthini occiderunt Saulem, & filios eius: ascripserunt victoriam dijs suis: ideo

caput

Universidad de Deusto
Biblioteca



caput Saulis dedicarunt templo Dagon: & arma eius templo Astaroth 1.Reg.31. & præcedenti lib.cap.10. Et sic si vna gens prævaleret contra aliam putabant, quòd hoc erat: quia dij illius gentis erant tunc potentes. Si autem contingeret alio tempore, vel in alio loco illos esse impotentes: vinceretur illa gens. Sic patet de Syris seruis Benadab, qui quando superati fuerunt à rege Israel, dixerunt: Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. 3.Reg.20.cap. Et sic quandocunq; viderent aliquam gentem superatam, putarent deos illius gentis superatos à dijs hostium suorum: ita ergo nunc putarent gentes, quòd si rex Aethiopum prævaleret contra Asa, & Iudæos: cùm isti colerent nunc Deum suum, putarent nō potuisse Deum Iudæorum defendere eos: & consequenter ꝙ prævaluisset contra eum rex Aethiopum. Accedit etiā ad hoc alia præsuppositio gentilium, quia putabatur, ꝙ nunquam aliquis de dijs gentium permittebat cultores suos ab alijs gentibus opprimi: nisi cùm non poterat illos defendere: imò nunquam sinebant eos pati aliquod malum, nisi cùm nō poterant illos defendere. Sic patet Exo.32. quando Moyses orabat dominum ne disperderet Israelitas, quos simul volebat delere propter vitulum fabricatum. Sic etiam, & melius quando voluit delere eos in Cadesbarne propter murmurationem. Nam orauit Moyses dicens: vt audiant Aegyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem: & dicant non poterat introducere populum istum in terram, pro qua iurauerat eis: iccirco occidit eos in solitudine. Numeri 14. Ita ergo nunc à fortiori cùm pugnaret aliquis rex extraneus contra Iudæos, si Deus non defenderet eos, putarent gentiles, quòd non potuisset Deus eorum eripere eos de manu regis Aethiopum. Et sic quòd rex Aethiopum prævaluisset contra Deū Iudæorum. Et si aliquis vellet respondere excusando Deum, scilicet quòd poterat defendere Iudæos, sed noluit, quia non diligebat eos: non stat, quia constabat, quòd multa bona fecisset eis: ideo si nunc non adiuuaret eos, videretur quòd nō faciebat ex eo quòd non diligebat illos, sed quia non poterat eos defendere. Sic enim arguebat Moyses contra dominum ostendendo beneficia, quæ eis præstiterat, dicens, vt audiant Aegyptij, de quorum medio eduxisti populum istū: & habitatores terræ, ꝙ tu domine in populo isto sis: & facie ad faciem videaris, & nubes tua protegat illos: & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, ꝙ occideris tantam multitudinem, sicut vnum virum: & dicant: non poterat introducere populum istum in terram, pro qua iuratuit: iccirco occidit eos in solitudine: quasi dicat, si beneficia illa tam familiaria non præstitisset non poterat argui efficaciter contra Deum: sed pro tantis collatis apparebat, quòd si occideret eos: vel si non defenderet eos, hoc esset: quia non poterat defendere illos. Accedit etiam ad hoc aliud, scilicet, quia interdum putabatur, quòd homines possent prævalere contra deos. Sic enim putauit Sennacherib rex Assiriorum: qui dixit, quòd non haberet Ezechias fiduciam in Deo suo: quia non posset liberare eum de manu sua. 4. Regum 18. Et hoc confirmabat Sennacherib: quia patres sui prævaluerant contra deos gentium, & cremauerant eos: & gentes eorum subiecerant sibi. Ideo quòd non posset solus Deus Israel liberare eos de manu eius. quarto Regum 19. Ita nunc si rex Aethiopum prævaleret contra Iudæos putaret se superasse regem eorum. Ideò rectè dixit Asa: non prævaleat aduersus te homo, ideſt, fac quòd non putetur quòd homo prævaleat contra te. Nam secundùm veritatem benè sciebat Asa, quòd non poterat prævalere homo contra Deum: etiam si ipse superaretur à rege Aethiopum. Vsus est tamen Asa tali modo orandi: quia in hoc tangebat id quod pertinebat ad gloriam Dei. Nam licèt peteret liberationem suā videbatur eam petere magis ad honorem Dei, quàm ad vtilitatem suam, scilicet, vt non minueretur gloria Dei: si putaretur quòd vnus homo prævalebat contra Deum. Et iste modus orandi est valdè efficax apud Deum. Taliter enim solebat orare Moyses. Nam primò quando orauit, ne Deus deleret Israelitas pro vituli fabricatione dixit: Ne dicant Aegyptij calidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra, quasi dicat, magna ignominia Dei est, si talia de eo dicantur. Ideo non debebat occidere tantam multitudinem, licèt peccarent. Exo.32. Sic etiā quando murmurauerunt in Cadesbarne, & Deus vellet delere omnes: dixit Moyses, quòd populi audientes tantam familiaritatem, quantam Deus cum Israelitis habebat: cùm scirent, quòd occideret omnes illos quasi vnum vitum, putarent quòd non poterat introducere illos in terram: pro qua illis iurauerat. Ideo occideret omnes, ne haberet de quo erubesceret. Numeri 14. Et Deus mouebatur talibus persuasionibus ad suscipiendum preces Moysi: quasi vtile esset Deo sic facere. Ita nunc dicebat Asa, scilicet: putabitur, quòd tu non prævales nos defendere: sed rex Aethiopum prævaleat contra te, si non defendis nos, ideo adiuua nos.

*Quomodo exterruit Deus Aethiopes.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd exterruit Deus Aethiopes, & fugerunt à facie Asa: quomodo exterruit eos. Respondendum, quòd multipliciter poterat eos exterrere. Nam septem modi assignati fuerunt præcedenti cap. in quadam quæstione, qua agebatur quomodo Deus exterruit Ieroboam, & Israelitas à facie Abiæ: & quolibet illorum septem modorum poterat fieri: & non solùm illis, sed etiam quotcunque modis Deo placitis. Quocunque modo Deus voluerit aliquid facere, potest illud facere. Sed satis videtur, quòd istud exterrere fuerit incutiendo timorem cordibus Aethiopum. Nam tantum potest Deus homini incutere de timore, quòd fugiat nemine sequente: sicut dicitur contra Iudæos. Leuitic. decimosexto. Scilicet, Qui remanserint de vobis, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente: & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere. Sicut Deus incutiebat istum timorem Iudæis quando peccabant: ita incutiebat gentilibus contra quos pugnabant Iudæi, quando Iudæi mœrebantur adiuuari à Deo. Sic patet de Chananæis, quia Deus misit pauorem in corda eorum, quando Israelitæ pugnaturi erant contra eos: vt patet Exo. vigesimotertio. Scilicet, terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam: ita ergo & nunc putandum est, quòd incusserit timorem magnum Aethiopibus: ita vt non auderent consistere coram Iudęis.





*Quomodo Deus cædebat Aethiopes, & exercitus Dei.*
*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur in litera, ꝙ Aethiopes contriti sunt domino cedente, & exercitu suo præliante, quomodo Deus cædebat eos, & quomodo exercitus eius pugnabat: Quantum ad exercitum domini, dicendum, quòd potest accipi dupliciter, vno modo pro angelis: alio modo pro Israelitis. De primo modo patet, quia angeli possunt vocari exercitus domini, inquantum ipsi sunt milites eius. Sic patet Iob 25.f. Nunquid est numerus militum eius, & intelligitur de angelis. Etiam angeli mittuntur interdum ad operationes bellicas. Sic patet de illo angelo, qui percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia virorum vna nocte. 4.Regū 19. & Isa.38. Sic etiam angeli venerunt armati ad ostendendum adiutores Elisæi, s. quando formidante puero Elisæi exercitum Syrorum circundantium vrbem Dothain: petiuit Elisæus, vt Deus aperiret oculos pueri, & aperuit, viditq; montem plenum curribus igneis, & equis igneis. 4. Regum 6. Sicut ergo potuerunt apparere angeli illi ad ostendendum effigies virorum pugnatorum, ita poterant realiter venire ad adiuuandum. Sic etiam Christus angelos bellatores cōstituit: quando enim Petrus volens Christum defendere percussit gladio seruum pontificis: absciditque auriculā: dixit Christus: an putas, quòd non possum rogare patrē meū, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Matt.26. quasi dicat si vellē me defendere viribus, daret mihi pater meus plusquā duodecim legiones angelorum, qui subito consumerent omnes homines si opus esset, sed non est opus, quia quō implebuntur scripturæ? Etiam in sacra scriptura vocatur multitudo angelorum exercitus Dei: sic patet Gene.32. quando intrauit Iacob in terrā Chanaan veniens de Mesopotamia: nam fuerūt ei obuiam angeli Dei, & ait: castra Dei sunt hæc: sed castra vocantur exercitus vel loca, vbi sedet exercitus: ibi autē non accepit nisi pro exercitu angelorum. Item hoc eonuenit officio eorum: quia ipsi sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui habent hęreditatem capere salutis: ad Heb.primo, & quia interdum viris bonis, qui habent capere hęreditatē salutis necessaria est defensio ab hostib⁹, ipsi angeli ministrāt in hoc pugnando contra aduersarios. Item ipsi angeli sunt interdum principes exercituum humanorū contra hostes, & confortant, & adiuuant eos quorū sunt duces. Sic patet Iosue 5. de ipso Iosue, qui vidit in agro Iericho Angelum dñi habētem gladium euaginatū, quem putauit esse virum, & ait: Noster es an aduersariorum? & ille respondit nequaquam: sed sum princeps exercitus dñi: & nunc venio. Isti angeli poterāt esse nunc exercitus domini, & pugnarent contra Aethiopes, sicut infra declarabitur seq. quæstione. Secūdō mō potest accipi exercitus dñi pro Israelitis: & vocabuntur exercitus dñi: quia à Deo dirigebantur, vel Deus fauebat eis contra hostes. Et sic erat nunc: quia Deus exterruerat Aethiopes in fauorem Iudæorū. Sic etiam vocatur exercitus dñi. i. exercitus congregatus de cultoribus Dei. Ita habetur 1.Reg.17. cū dixit Dabid: Quis est iste Philisthæus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? Sic et accipitur præced. lib. cap.21. vbi vocatur exercitus Dei ipse exercitus Dauid. Licèt ibi magis accipi possit pro exercitu angelorum: & illi assimilabatur exercitus Dauid, quia erat magn⁹. Et sic videtur accipiendum in præsenti. s. quod Deus conterebat Aethiopes pugnando contra eos: & etiam exercitus eius, ideſt populus Iuda, & Beniamin, qui pugnabat modo contra Aethiopes.

Alph.Tost.super lib.Paralip.Pars.2

*Quomodo pugnauit Deus, & Angeli.*
*Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo pugnabat nunc contra Aethiopes, & quomodo pugnarēt angeli si ipsi vocarentur nūc exercitus Dei. Dicendū ad primum, ꝙ Deus multis modis pugnare poterat, scilicet mittendo de cęlo lapides super Aethiopes, sicut misit super Chananæos quinque reges fugientes: nam lapides grandinis magni oppressērunt plures eorum quàm occiderant Israelitæ à descensu Bethoron vsque ad vrbem Azecha: Iosue decimo cap. vel poterat pugnare faciendo terręmotū sub pedibus Aethiopum, vel fragorem cęli, quo exterriti fugerent: sicut quando pugnabant Philisthini contra Israelitas tempore Samuelis. primo Regum 7. Multis aliis modis poterat pugnare, quia tamen non exprimitur aliquis modus, sed solùm dicitur, quòd exterruit Aetiopes, credendum est, quòd solùm incusserit timorem Aethiopibus, ita vt fugerent: & istud fuit magnum bellū potius quàm illud quod faciebant Iudæi omnes simul. Nam per timorem magnum, quem De⁹ eis incussit, non audebant resistere Israelitis: sed fugiebant, & cedebātur ab Israelitis in nullo se defendentes. De angelis dicendum, quòd si ipsi acciperentur pro exercitu Dei nunc, quòd poterant pugnare contra Aethiopes multipliciter. Nam omnia illa, quæ diximus Deum agere, omnia illa angeli facerent, quia non facit Deus hæc nisi per ministros. Etiam angeli adiuuarent Iudæos impellendo Aethiopes, vt caderent in terram, & sic Iudæi occiderent illos non potentes fugere. Etiā ipsi angeli poterant multos Aethiopum occidere: sicut fuit de illo angelo, qui occidit in castris Assyriorū centum octoginta quinque millia virorū. 4. Reg. 19. Multis modis angeli poterant pugnare ꝓtra Ethiopes. Sed hic non est intelligendum, quòd exercitus angelorum esset exercitus Dei, sed exercitus ipsorum Iudæorū vocarē exercit⁹ Dei ex causa suprapositа. Et patet, quia aliàs non fieret hic mētio de pugna Iudęorū contra Aethiopes tāquam nihil ipsi fecissent, & tamē aliquid faciebant, quia ipsi occidebāt Aethiopes. Ideo dicendum videtur, quòd hic non fuerit aliqd aliud nisi terror Dei incussus Aethiopibus, quo fugere cogerentur, & quòd Israelitæ eos fugiētes occiderent, & incussio illa timoris vocatur bellum Domini. Occisio autem quàm faciebant Iudæi vocabatur bellum exercitus domini.

*Quare persecuti sunt Iudæi Aethiopes usque Geraram*

*Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, quare persecuti sunt Iudæi Aethiopes solùm vsque Geraram. Responderi potest vno modo quòd factum est, quia Gerara est terminus regni Iuda ex parte meridiana, & quandiu erant Aethiopes in terra Asa persequebatur eos vt effugaret ipsos de terra sua: etiam vt occideret, & non possent contra eum impugnare. Et quia hoc licitè poterat facere in terra sua, quia nullum offendebat in hoc: etiam quia nullus eum inquietaret in hoc. Cùm autem fuit in Gerara: quia ibi erat limes tertæ suæ, non ausus est persequi vlterius Aethiopes, quia cùm ingrederetur quomodocunque terram alterius regis nō petita licentia, haberet ille iustā causā pugnā ꝺiptra Asa: ideo noluit vltra persequi Aethiopes. Secūdò potest dici quòd vsque ad illū locū persecutus est eos, ga illic consumpti sunt omnes Aethiopes, ita quòd nullus eorū remanserit, quē persequeret Asa.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tertiò pōt dici, ꝙ persecuti sunt eos vsque illuc, quia F
semper cædebāt eos vsq; illuc, & quando illuc peruenerunt erant iam tam elongati Aethiopes, qui non percussi fuerant, quòd non poterant consequi eos Israelitæ, & cessauerunt persequi. Quartò potest dici, ꝙ illuc solùm peruenerunt Iudæi persequēdo, quia terra, quæ erat vltra Geraram pertinebat ad regem Aethiopum. s. quia subiecti erant ei: vel confederati sibi, ita ꝙ non posset Asa, & illi, qui erant cum eo introire illuc sine damno. Quintò potest dici, ꝙ vsque Geraram fugerunt Aethiopes: quia non habuerunt aliquē locum, in quo se colligerent, et tuerentur, eò ꝙ omnia illa loca pertinebant ad regionem Iuda, & cùm illuc peruenerunt, inuenerūt aliquas ciuitates apertas, G
in quas introierunt: & ibi se defenderunt à Iudæis per sequentibus eos: vñ nō poterat am persequi eos Asa.

*An Asa peccauit percutiendo illas ciuitates.*
*Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, cur Asa percussit omnes ciuitates, quæ erant in circuitu Geraræ: & an peccauit in hoc. Respondeti potest, ꝙ istæ ciuitates erant extra terram Iudæ in parte meridiana. Nam ciuitas Gerara ponitur terminus meridianus totius terræ Chanaan: & cùm terra Iuda esset intra terram Chanaan, necesse erat, quòd vltra Geraram ad meridiem non extenderetur terra Iudæ. Essent ergo ciuitates istę magis meridianæ quàm terra Iudæ, fortè in H
terra Amalecitarum, vel in desertis Arabicis versus Aegyptum, & haberet causam iustam pugnandi Asa contra illas ciuitates. Primò, quia fortè in ciuitatibus illis se recollegerant Aethyopes, et quia illi erant hostes Asa, habebat Asa iustam causam pugnandi contra omnes, qui receptarent eos: & qui fauerent sibi quandiu manerēt ibi Aethiopes. Hoc autem est verisimile: quia dicitur, quòd vsque Geraram persecuti sunt Iudæi Aethiopes. Ex quo satis innuitur, quòd circa Geraram in ciuitatibus propinquis se recollegerint, & ob hoc pugnauerint Iudæi contra vrbes quousque redderent Aethiopes, quos tenebant. Secundò esse poterat, scilicet quia aliqui de illis vrbibus venerant in adiutorium Aethiopum, quando introierūt illi in ter I
ra Iuda, & hoc satis verisimile est. Nam gentes, quæ erant in circuitu terræ Iuda satis erat, quòd haberent Iudæos exosos: quia inter confinia regnorum solent esse materiæ bellorum: & ob hoc videntes nunc Aethiopes venientes in potestate magna contra Asa, putarent delendos esse omnes Iudęos, & iungerētur eis, vt participarent partem spoliorum, & adiuuarent Aethiopes contra regem Asa. Et ob hoc habebat Asa causam iustam pugnandi conrra eos sicut contra Aethiopes. Vnde cùm fuit consumatum bellum cōtra Aethiopes cęsis, & fugientibus vniuersis, conuertit se Asa ad pugnandum contra ciuitates illas, de quibus erant illi, qui venerant in auxilium Aethiopum cōtra eos, & cępit ciuitates eorum. Tertiò esse poterat, ꝙ illi, qui habitabant in ciuitatibus istis ante hoc habe- K
rent discordias cum rege Asa, & inferrent damna regno suo: & non occurrerat ipsi Asa ante hoc pugnare contra eos. Nunc verò quia pugnauerat Asa cōtra Aethiopes pugnauit contra illos, quia habebat opportunitatem magnam ad hoc. Primò, quia nunc habebat Asa congregatum exercitum magnum, quē congreganerat contra Aethiopes, quem aliàs cum difficultate, & sumptibus congregaret: nunc autem congregatus erat, & non oportebat esse in hoc difficultatem aliquam. Secundò, quia euitabantur in hoc magni sumptus: quia nihil est, in quo magis principes expendant quā cum bella mouent, & ꝙgregant magnos exercitus. Nunc autē cū esset congregatus exercitus, non fierent aliqui sumptus proꝛista pugna, quæ fieret contra ciuitates istas. Quartò, quia occurrerat regi Asa ire ad terram illam, in qua erant hostes eius nunc. Nam persecutus fuerat Aethiopes vsq; Geraram: & ibi erant ciuitates illæ, in quibus erant hostes regis Asa: ideo erat nunc magna opportunitas pugnā di contra eos. Quintò, quia non poterant aliquo tempore viri Asa esse magis prompti ad bellum quā nūc. Nam cū Deus contulerat eis mirabilem victoriam, cū ipsi pauci fugauissent, & occidissent totum exercitum Aethiopum, qui erat valde magnus, scilicet decies cē tena millia virorum, & trecenti currus: & sic audaciā magnā ꝙciperent in cordibus suis, & facile esset eis pugnare nunc ꝙtra quoscūque, & quotcūque. Sextò erat opportunitas magna ex parte hostiū. Nā tātus terror inuaserat habitantes circa terram Iuda, qui viderant magnam, & subitaneam stragē Aethiopum cęlorum à Iudęis, quòd nullus haberet vires ad resistendum eis: iō faciliter poterant superari. Ista ratio tangitur in litera, cùm dicitur: & percusserunt omnes ciuitates per circuitum Geraræ, et sequitur: grandis quippe terror cunctos inuaserat, quasi dicat, quia magnus terror tenuerat oēs habitantes in terra, non ausi sunt resistere Iudęis, sed faciliter superati sunt.

*An peccauerunt Iudæi facientes prædam.*
*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, ꝙ Iudæi tulerunt prædā magnā de bello, an peccauerunt faciētes prędā. Rūdendū ꝙ duplicē prędā tulerūt nūc Iudęi: quandā. n. tulerūt de Aethiopibus cęsis, & fugatis. Aliā vero tulerūt de ciuitatib⁹ quas diripuerunt. Quod patet, quia dicitur in litera: tulerunt ergo spolia multa. s. de Aethiopibus. Et sequitur: Et percusserunt omnes ciuitates per circuitum Gerarę, & diripuerunt vrbes, & magnam prædam asportauerūt, sed & caulas ouium destruentes tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum. Quantum ad primam prædam, quę erat de Aethiopib⁹ cæsis, & fugatis, dicendum, ꝙ erat iusta, quia cū fuerit bellum iustum cōtra Aethiopes, qui venerant ad inuadendū terram erat licitum occidere ipsos, & prædari: & qdquid aliud facere, quia nihil est, ꝙ non liceat cōtra hostē. Si loquamur de secunda præda facta de vrbibus. Dicendū, ꝙ si cōfiteamur iustè pugnatum fuisse contra vrbes, confitebimur prædam iustè factam: quia in bello iusto licitum est facere quidquid occurrerit hosti facere. Quod aūt fuerit bellum iustum, satis credēdum est, quia non est verisimile, ꝙ Asa, qui erat vir iustus, maximè qui nunc à Deo supernaturaliter adiut⁹ fuerat, cōmitteret bellum iniustum. Nam non cōcurreret Deus cum eo ad adiuuandum eum in ipso, sicut adiuuaret contra Aethiopes, potissimè, quia præcedēti quæstione assignatæ sunt causę huius belli, & oēs fuerunt iustæ, vt patet ibidem. Ideo etiam credendū est fuisse prædam iustam, & oīa alia cōmissa in bello.

## CAPITVLVM XV.

AZARIAS autem filiꝰ Obed, facto in se spiritu Dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa, & omnis Iuda, & Beniamin. Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo.





Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum derelinquet vos. Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore, & absque lege. Cunque reuersi fuerint in angustia sua, ad dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax ingredienti, & egredienti: sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gēs contra gentem, & ciuitas contra ciuitatē: B
quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.

*Azarias autem.* Descripta in præcedentibus ipsiꝰ regis Asa virtuosa conuersatione, hic agitur de prophetica ei facta reuelatione: & diuiditur in duas: quia primò ponitur prædicta prophetica reuelatio. Secundò Asa, & Iudęorum consolatio, ibi *Quod cum audisset Asa.*

*An hic sit continuatio, & immediatio.* C
*Quæst. I.*

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic fuerint facta ordine continuato post præcedentia. Et an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Respondendum, quòd hic est rectus ordo, quia ista reuelatio propheti ca, quæ habetur hic fuit facta post victoriam collatā ipsi Asa contra Aethiopes: & de victoria illa habetur præcedenti capitu. Ideo rectè ponitur hic post illam pugnam quomodo facta fuerit ista reuelatio prophetica. Ad secundum dicendum, quòd fuerint facta ista immediatè post illa, quæ habentur præcedenti capit. Nam dicitur præcedenti cap. de bello facto cōtra Ae D
thiopes, & postea contra ciuitates, de quibus ibi: & hic dicitur, quòd cùm reuerteretur Asa de bello occurrit ei Azarias propheta, & locutus est ea, quæ habentur hic, ergo fuerunt hæc immediatè post præcedentia. Circa primū dr. *Azarias autem filius Obed facto in spiritu domini.* Iste Azarias erat propheta filius Obed, qui etiam putatur fuisse propheta: & venit super eum spiritus domini, scilicet spiritus propheticus, qui est à domino mouens eum ad egrediendum in occursum Asa, & Iudæorum venientium de bello. *Egressus est in occursu Asa.* Scilicet, cùm veniret de bello, & prędа Aethiopum, vt renunciaret ei bona ista, quæ sequuntur, per quæ consolaretur. *Et dicit, audite me.* Idest diligenter considerate verba mea. *Asa, & omnis Iuda,* E
*& Beniamin.* Ad regem primò direxit sermonem suum, quia erat precipuus, deinde ad Iudam, & Beniamin: quia istæ erant duæ tribus, super quas solùm dominabatur Asa, & viri de istis duabus tribubus veniebant cum eo de bello. *Dominus vobiscum: quia fuistis cum eo.* Idest dominus fuit vobiscum adiuuando vos miraculosè cōtra Aethiopes, & contra ciuitates, quæ erant in circuitu Gerare. Vel dominus vobiscum, sci licet est nunc ad adiuuandum, et quandocunque opꝰ fuerit contra quoscunque hostes, quia fuistis cum eo, scilicet colendo ipsum. *Si quæsieritis eum, inuenietis.* Scilicet, si quæsieritis eum seruādo legem eius. Nam non quæritur, nec inuenitur Deus alio modo, nisi



A vt lex eius custodiatur: quia per hanc legis obseruationem imitamur eum, quòd est eum inuenire & in eum tendere. *Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Scilicet, si dereliqueritis legem eius, quam nunc custoditis, derelinquet vos tradendo in manus hostium: & permittendo vos inauxiliatos. *Transibunt autem dies multi.* Hic autem incipit prophetia, quę durat vsque ad locum illum. *Quod cum audisset Asa.* Et exponitur multipliciter: quidam enim, scilicet expositores nostri communiter exponunt de tempore captiuitis Babylonicæ. Et dicunt. *Transibunt dies multi.* Scilicet, septuaginta anni quibus durabit Babylonica captiuitas: vt patet Iere. 25. cap. *In Israel.* Idest in terra Iuda, quę aliquando vocatur Israel: vt patet supra 12. scilicet: Cunque roboratum esset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem domini, & omnis Israel cum eo, idest totus Iuda. Nam de Israel non poterat intelligi, quia non dereliquerat Israel, scilicet decem tribus legem cum rege Roboam, sed multo prius cum Ieroboam rege suo, quando ille fabricauit vitulos aureos supra 11. & tertio Regum duodecimo. *Absque Deo vero.* Scilicet, quòd non tenebitur Deus verus, quia multi conuertentur ad idolatriam manendo in Babylone, & efficientur sicut Gentiles. Vel dicitur absque Deo vero, idest sine cultu Dei veri: quia non poterat coli Deus verus à Iudæis, licèt teneretur in Deum: & hoc quia non obseruabat cultus Dei descriptus in lege. Nam cęremoniæ legales, quas Moyses imposuerat non poterant obseruari tempore captiuitatis Babylonicę, quia plurimæ cęremoniarum requirebant certum locum: sicut erant cęremonię sacrificiorum, quę erant pręcipuæ, & maximè frequentatę. Nam istę non poterant obseruari in Babylone, dato quòd ibi Iudæi colerent Deum verum: eo quòd iste fieri debebant solùm in altari holocaustorum, qđ erat ante ostium tabernaculi. Leuit. 17. & Iosue 22. Et istud sanctuarium non poterat esse nisi in vna de ciuitatibus tribuum Israel, quàm Deus elegisset: & existente ibi sanctuario non poterant alibi offerri sacrificia, vt patet Deute. 12. cap. Et quia in Babylone nō poterat esse templum domini, cùm esset extra terram Chanaan, nō poterant fieri ibi sacrificia aliqua, licèt Iudęi tenerent ibi fidem veri Dei, & nō conuerterentur ad idola. Sic etiam erat de omnibus aliis cæremoniis sacerdotalibus, sicut est ponere panes in mēsa propositionis, & cremare thymiama quotidie coram domino in altari thymiamatum mane, & vespere: & disponere lucernas in candelabro, & intrare in sancta sanctorum semel in anno. Nihil enim horum poterat obseruari manentibus Iudęis in captiuitate Babylonica, quia omnia hæc concernebant locum determinatum, scilicet sanctuarium. Et istud esse non poterat nisi in terra Chanaan. Idē erat de ministrationibus Leuiticis: nam Leuitæ ministrabant in templo canentes coram sacerdotibus, & custodientes thesauros domus domini, & obseruantes portas, & alia similia faciebant. Omnia tamen hęc faciebant in tēplo dñi: ideo cōsequenter nō poterant obseruari, nisi manentibus Iudęis in terra Chanaā. Ista est cā quare nūc Iudæi manentes inter nos: licèt nō colant idola nō obseruant oēs cæremonias legis: quinimmo plurimas omittunt. Quia nihil de sacrificiis, & cęremoniis sacerdotalibus, & leuiticis obseruant, cùm illę concernant locum sanctuarij: & hic non potest esse locus sanctuarij. *Et absque sacerdote doctore.* Idest non habebunt Iudæi sacerdotes docentes, scilicet non habebunt eos quantum ad suum officium, & ad ministrationem. Nam officium sacerdotale erat facere tales cęremonias in sanctuario: & cū nunc nō facerent aliquas tales cęremonias, non viderentur habere sa-

cerdotes cum non haberẽt miniſtrationem, per quã F
apparebat eos ſacerdotes: licèt in Babylone multi ſacerdotes extiterint, quia omnes ſacerdotes, & leuitæ erant in regno Iuda, quia fugerunt de regno Iſrael: & nunc quando tranſlati ſunt Iudæi in Babylonem tranſlati ſunt cum eis leuitæ, & ſacerdotes, & redierũt cũ eis de Babylone, vt colligitur ex proceſſu primi libri Eſdræ. Etiam ponitur abſque doctore, quia nõ habebant docentes aliquos in Babylone: nam non exercebant ibi officium prædicationis ſacerdotes, & leuitæ ſicut in terra Iuda. Et dr̃ abſque ſacerdote doctore, & abſque ſacerdote, qui erat doctor. In quo innuitur, ꝙ ſacerdotes, & doctores iidem sũt, eo ꝙ ad ſacerdotes pertinebat docere legem, vt patet Mala. 2. ſ. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiã, et legem exquirent G
ex ore eius, quia angel⁹ domini exercituũ eſt. Etiam Aggęi 2. dicitur: Interroga ſacerdotes legem, ideſt ſiquis dubitat de lege à ſacerdotibus quærere debet. Ad leuitas etiam pertinebat prædicare: de quo declarabitur infra in quadam quęſtione. *Et abſque lege.* Scilicet non obſeruabunt legem, quia non erit tempus obſeruandi legem quantum ad omnes cæræmonias, vt declaratum eſt ſupra: cùm plurimæ earum determinent ſibi certum locum, ſcilicet ſanctuarium, quod ſolùm exiſtebat in terra Chanaan. *Cunque reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad dominum Deum Iſrael.* Scilicet, ꝙ poſtquam Iſraelitæ de Iuda, & Beniamin manſerunt in Babylone quaſi per ſeptuaginta annos, erant iam in anguſtia, & ꝙ non permittebantur H
redire in terram ſuam, & tunc conuerſi ſunt ad dominum gementes pro peccatis ſuis: & Deus exaudiuit eos. Sic enim fiebat in aliis anguſtiis Iudæorum, vt patet Leu. 26. cap. ſ. Et propter peccata ſua affligerentur donec confiteantur iniquitates ſuas, & malorum ſuorum recordentur, quibus præuaricati ſunt in me. tunc orabunt pro impietatibus ſuis, & recordabor fœderis mei. Etiam Deut. 30. cap. dicitur, quòd quando Iſraelitæ conuerterentur ad dñm dolentes de peccatis ſuis, licèt diſperſi eſſent ad cardines cęli, inde reduceret eos dominus. Et ita fuit in Babylone: quia doluerant Iudæi de peccatis ſuis completo tempore captiuitatis: & tunc reduxit eos dominus de Babylone. Fuerunt tamen ibi Iudæi abſque lege (vt quidam vo- I
lunt) ſcilicet ꝙ non habebãt aliquos libros legis, quia Nabuzardã, qui combuſſit templum, combuſſit etiã libros legis, qui erant in templo, nec habuerũt legem quouſque Eſdras ſcriptor legis Dei velociſſimus ſpiritu Dei in ſe facto ſcripſit legem diuinitus eã reparãs. *Et quæſierunt eum.* Scilicet, obſeruando legẽ, & faciendo omnia, quæ Deus iuſſit. *Reperient eum.* Scilicet repe
rient eum ſibi propinquum ad miſerendum eis, & liberandum de captiuitate illa, quod factum eſt in fine ſeptuageſimi anni, quando redierunt de Babylone. *In temporeillo.* Scilicet, dum durauerit captiuitas Babylonis: vel poſt regreſſum de captiuitate pauco tempore. *Non erit pax egredienti, & ingredienti.* Scilicet, nõ erit terra ſecura ad intrandum, & exeundum. Per intrare, & exire ſignatur tota operatio humana, ſcili- K
cet quòd non erit aliqua ſecuritas manendi hominibus in terra, & multo minus ambulandi per eam. Et poteſt intelligi de tempore, quo fuit terra Iuda derelicta tranſlatis Iudæis in Babylonem. Nam tunc non relicti ſunt in terra niſi viri pauperes agricolæ, & vinitores: & ſuper eos Godolias princeps. Tunc enim non erat terra Iuda ſecura: quia conuenerunt principes quidam de diuerſis regionibus ad Godoliam, qui fugerant de terra Iuda, quando erant ibi Chaldæi. Et ſcito quòd receſſiſſent Chaldęi, & reliquiſſent Godoliam principem terræ venerunt ad eum, & tunc venit etiam Iſmael filius Nathaniæ in dolo ad Godoliã; & occidit eum Iere. 40. & 41. Et tunc occidit multos alios, & prædatus eſt regionem, contra quem congregati ſunt principes bellatorum Iuda, & fugauerunt Iſmaelem de terra: ceperuntque prædam, quàm ferebat. Conſiderata autem morte Godoliæ timuerunt omnes Iudæi, & maxime principes bellatorum manere in terra Iuda, & petiuerunt conſilium à Ieremia, an deſcenderent in Aegyptum propter timorẽ Chaldæorum: & tandem eo punito, deſcenderunt in Aegyptum. Iere. 41. & 42. Et ſic non erat pax tempore illo, ita vt propter bella coacti fuerint Iudæi deſcendere in Aegyptum. Poteſt etiam intelligi de tempore, qđ fuit poſt reditum de Babylone, & durauit aliquantũ, ſcilicet dum Iudæi ædificarent templum & muros vr
bis Ieruſalem. Nam erant tunc Samaritani in terra, qui non permittebant eos in pace: ſed prius quidem accuſauerunt Iudæos apud reges Perſarum, quòd nõ deberent ædificare templum, nec muros, & abſolut⁹ fuit populus Iudæorum ab impetitione eorum per reges Perſarum: vt patet primo Eſdræ 4. & 6. Poſtea inſidiabantur eis, & dum eſſent vacantes ædificationi templi, & murorum ſubito veniebant Samaritani ſuper eos: & impediebant opus, atque nocebant eis: ita vt Iudæi conſtituere cogerentur quoſdam viros in armis ſemper, qui parati eſſent ad reſiſtendum viris Samaritanis cum venirent ad nocendum ædificantibus: & non poſſent illi impediri in operibus ſuis, vel non poſſet eis noceri: & ſic media pars tenebat lanceas, & arma, & alia medietas faciebat opus: vt patet Neemię 4. cap. Et iſta fuit cauſa quare tanto tempore durauit templi ædificatio. Nam templum Salomonis, quod fuerat valde maioris gloriæ quàm templum ſecundum: vt patet primo Eſdræ. 3. capi. ædificatum eſt in ſeptem annis: vt patet 3. Reg. 6. Et templum iſtud ſecundum ædificatum eſt in quadraginta ſex annis: vt patet Io. 2. cap. ſ. quia dum ędificaretur templum Salomonis erat pax magna, & ocium in Iſrael: & illam pacem Deus dederat ſolum, vt ędificaretur templum in diebus illis nomini ſuo: vt patet præcedenti lib. 22. c. & Eccle. 47. Templum autem ſecundum ædificatũ eſt tempore magnorum bellorum: ita vt media pars faceret opus, & media pars teneret lanceas, & ſcuta: iõ neceſſe erat valde maiori tẽpore durare opus in fieri. *Sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.* Hoc fuit quia accidit illo tempore eſſe multa bella per totum orbem, & omnes gẽtes patiebantur terrores formidantes hoſtes ſuos. Vel poteſt melius intelligi ſolùm de terra Iuda, & conuicinis, quarum bonum, vel malum redundabat in pacem, vel bellum Iſraelitarũ. Et vocantur omnes habitatores terrarum, ſcilicet vicinarum. Iſti terrores erant, qui dicti ſunt ſupra pugnantibus Samaritanis contra Iudæos. *Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatẽ.* Idem eſt qđ ſupra poſitum fuit, & tamẽ hic declaratur quod fuit ſupra poſitum. Nam erant terrores habitantium in terra: eo quòd pugnabat gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem. *Quia dominus conturbabit eos in omni anguſtia.* Ideſt Deus infliget eos omnia genera anguſtiarum ſuper Iſraelitas, & ſuper alias gentes. Et ſic pugnabunt adinuicem Domino mouente eos ad bellum. Sed quomodo Deus moueat homines ad bellum cùm illud ſit malum, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Vos autem confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ.* Scilicet, quãquam aliis gentibus iſta mala prænunciara ſunt: quia non colunt dominũ: & tamen vos non diſſoluamini timentes hæc: ſed confortamini, & manus veſtræ non diſſoluantur: ita vt non audeatis reſiſtere volentibus impugnare vos: ſed viriliter agite, vel confortamini, ſcilicet ad colendum dominum, & non deſiſtis



tis propter mala, quæ patientur aliæ gentes: nec diſſol A
uantur manus veſtræ ceſſando a cultu Dei, vel remiſſè agendo tanquam fugati ſitis. *Erit enim merces operi veſtro.* Scilicet, ſi coluerit⁹ dominum inceſſanter, & infatigabiliter, erit merces operi veſtro, quia non tranſibit irremuneratum bonum opus hoc. Et ex hoc patet, quia litera precedens magis debet intelligi de cõfortatione ad colendum Deum, quàm de cõfortatione ad bellandum: quia ex bello quod facerent ad ſe defendendum non merentur nec oporteret dari mercedem operi ſuo. Sed ſi confortarentur in colendo Deum, oporteret ei dari mercedem. Iſta expoſitio tenetur ſecundùm expoſitores noſtros: & tamen Nicolaus non multum attendit ad illam, quia ipſe ponit quandã aliam ſecundùm Hebrœos quæ infra ponetur, B
ſed etiam illa non multum conſonat literæ, quia magis conſonat iſta. Et tamen adhuc dicendum, quòd iſta non omnino ſtat. Primò quia dicitur: tranſibunt dies multi in Iſrael abſque Deo vero, & tamen in captiuitate Babylonica non fuerunt Iudei abſque Deo vero: quia ibi tenebant Deum verum Deum: ſed ſolùm ceſſabatur à cultu eius ſecundùm ceremonias legis: quia illę non poterant ibi obſeruari ex defectu loci. Et ſi aliqui conuerſi fuerunt ad idolatriam, pauci fuerent, quia non legitur de hoc in ſacra ſcriptura. Si autem dicatur, quòd tranſibunt dies abſque Deo vero, eo quòd non colebatur Deus. Dicendum quòd non ſtat, quia tunc diceretur, tranſibunt multi dies abſque Deo, & non adiungeretur abſque Deo vero: C
quia apponendo hoc ſignatur quòd Iudæi illo tempore Deum habebant, ſed non Deum verum, eo ꝙ colebant idola. Secundò patet, quia dicitur, abſque ſacerdote doctore abſque lege. Ex quo innuitur quòd tempore illo nõ obſeruaretur lex, nec ſacerdores miniſtrarent ſicut debebant: & hoc reputatur in peccatum. Quòd patet: quia dicitur hic, cũque reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad dominum: & reuerti eſt de peccato commiſſo: & tamen eſſe abſque ſacerdote, & abſque lege, & abſque Deo, ſicut erant Iudæi in Babylone, non erat peccatum aliquod, ideo non videtur intelligendum de hoc. Patet iſtud, quia non dicebantur Iudæi tunc eſſe abſque lege, quaſi non obſeruarẽt illam, & obſeruarent cęremonias idolorum: ſicut ali D
quando erant: ſed quia non licebat eis obſeruare eam ibi rotam. Nam cùm eſſent extra terram ſuam, non licebat facere cęremonias ſacerdotales, & leuiticas, & non faciendo non peccabant: imò potius ſi facerent peccarent: quia non obſeruando cęremonias legis in Babylone obſeruabant legem, & obſeruando illas faciebant contra legem. Idem eſt eſſe abſque ſacerdote, ideſt quòd non habebant ſacerdotes miniſtrantes ſecundùm legem, quia non erat hoc peccatum: etiã non habere Deum ſic non erat peccatum, ſed potius obſeruatio legis quę nõ obſeruaretur habendo Deũ. Tertiò patet, quia dicitur hic, quòd illis diebus eſſent Iſraelitę ſine doctore. Et tamen iſtud non videtur, ꝙ fuerit in Babylone, ꝙa licèt fieri cæremonias legis nõ E
liceat extra terram Chanaan: tamen eſſe docentes & vacare doctrinę legis, & prędicationi vbique licebat: nam docere & prędicare legem non erat aliqua cęremonia, quę determinaret ſibi certum locum, nec certum miniſtrum: de quo magis declarabitur infra in quadam quæſtione. Et ob hoc nunc Iudæi: licèt ſint extra terram Chanaan, & non habeant templum, nec cęremonias ſacerdotales aut leuiticas, tamẽ docent, & prædicant per omne ſabbathum, & feſta & in ſynagogis exponendo legem, et exortando, ideo nunquam inter Iudęos ceſſarent doctores legis niſi cum conuerterentur totaliter Iudæi ad idolatriã, & nolent obſeruare legem, nec vellent, quòd quis eam prædicaret aut exponeret. Et tamen nunc dicitur, quòd eſſent abſque doctore: ergo tempore de quo hic agitur eſſent conuerſi Iudæi ad idolatriam, & nolent audire aliquos prędicantes aut exponentes legem, & tamen quando erant in Babylone non erant conuerſi ad idolatriam, ideo veriſimile eſt, quòd haberent doctores, ſicut nunc habent manentes inter nos in captiuitate, cùm non declinent ad idolatriam. Quartò patet, quia non bene coaptatur litera: quia ſignatur hic, quòd in tempore illo, ſcilicet quo manſerint Iudæi in peccato idolatrię ſine Deo vero, & ſacerdote, & lege, non erit pax ingredienti nec egredienti: ſed gens pugnabit contra gentem, &c., quia dominus affliget eos in omni anguſtia. Et poſtea cùm conuerſi fuerint ad dominum, inuenient eum, ita quòd faciat ceſſare hæc ab eis. Et tamen non accidit hoc exiſtentibus in Babylone: nam tunc non appa
ret quomodo non eſſet pax egredienti nec ingredienti de eis, & quòd eſſent bella: tũ non erãt bella Iudæis exiſtentibus in Babylone, cùm eſſent captiui Babyloniorum: & nemo poterat pugnare contra Iudæos; quin pugnaret contra Babylonios: ſed ſignatur hic ꝙ manerẽt Iudæi in terra ſua in idolatria: & propter hoc fierent bella contra eos manentes ibi quouſque conuerterentur ad dominum. Secundi exponunt prophetiam iſtam de decem tribubus Iſrael: & ob hoc, quia valde conuenit litera iſta illis potius quàm viris Iuda, inquantum dicitur. Tranſibunt multi dies in Iſrael: & non dicitur in Iuda: & tamen Iſrael ſignat decem tribus, quæ erant ſub Ieroboam, & non duas tribus, quæ vocantur regnum Iuda: & applicatur litera ſic, ſcilicet. *Tranſibunt dies multi in Iſrael abſque Deo vero.* Et verum eſt, quòd fuerunt multi dies, quia toto tempore, quo durauerunt reges Iſrael fuit hoc. Nam erãt idola in terra, vſquequo totus Iſrael cum rege ſuo Oſee tranſlati ſunt in Aſſyrios 4. Reg. 17. cap. Et iſti fuerunt multi anni, ſcilicet plures quàm ducenti: vt patet inducendo tempora omnium regnum intermediorum. Nam regnauerunt reges Iſrael ex eo tempore, quo cæpit regnare Roboam vſque ad annũ ſextum regni Ezechię regis Iuda: quia tunc tranſlati sũt in Aſſyrios Iſraelitę, vt patet 4. Reg. 18. Et licèt poſſent computari iſti anni per reges Iſrael, tamen difficilior eſt computatio: ideo computandi ſunt iſti anni per reges Iuda, & non per reges Iſrael: & ſunt anni ducenti. Nam Roboam regnauit annis decem & ſeptem 3. Reg. 14. Abia annis tribus. ſupra 13. Aſa annis quadraginta vno 3. Regũ 15. Ioſaphat ãnis viginti quinq; 3. Reg. 22. Ioramãnis 8. 4. Reg. 8. Ochozias ſiue Achazias anno vno eo. cap. & infra 22. cap. Ioas ãnis quadraginta 4. Reg. 12. Amaſias anni viginti nouẽ. 4. Reg. 14. Ozias annis quinquaginta duobus. 4. Reg. 15. Ioathan annis decem, & ſex eo. cap. Achaz anni decem & ſex 4. Reg. 16. Ezechias regnauit ãnis ſex antequam tranſferentur Iſraelitæ in terram Aſſyriorum. 4. Reg. 18. Et ſunt ſimul anni ducẽti quinquagintaquatuor, quibus regnauerunt reges Iſrael in terra ſua: & tanto tempore fuerũt idola in terra, & recte dicit⁹ abſque Deo vero: quia nunquam habuerunt viri de regno Iſrael Deum verũ, ſed a principio regni Ieroboam primi regis ipſorum habuerunt vitulos aureos: & poſt alios Deos, ſ. Baal, & multos: ita ꝙ nunquam fuerunt ablata idola de terra toto tempore, quo fuerunt reges Iſrael in terrã ſua: ſed omnes reges coluerũt idola, & ſecuti ſunt viam Ieroboam regis, qui peccare fecit Iſrael. quarto Regum decimo ſeptimo capitu. *Abſque ſacerdote doctore.* Scilicet toto iſto tempore nunquam habuerunt Iſraelitæ ſacerdotes de tribu Leui. Nam cùm toto tempore præcedenti eſſent ſacerdotes in terra Iſrael, & Iuda: cùm Iſraelitæ feciſſent ſibi

Aliorum expoſi.

Regum Iſrael tempus.

Universidad de Deusto Biblioteca

uitulos aureos non habuerunt ſacerdotes de tribu Le F
ui: ſed eiecerunt omnes de terra ſua, & illi fugerũt in
terram Iuda, vt patet ſupra vndecimo, & præcedenti c. & tertio Regum duodecimo, & decimo tertio.
Et nunquam toto iſto tempore reduxerunt ad ſe ſacerdotes: quia cùm toto iſto tempore coluerint idola, & ob hoc receſſiſſent ſacerdotes ab eis, nunquam poſtea redire voluerunt, ſed manſerunt ſemper in regno Iuda. Et dicitur abſque doctore, quia non ſolũ non habebant Iſraelitæ ſacerdotes, qui miniſtrarent eis ſecundùm legem Moyſi toto tempore, quo habuerunt idola apud ſe: ſed etiam nunquam receperunt aliquos docentes aut exponentes legem, quòd peccabant ex malitia, & nolebant cognoſcere veritatem, vt non redirent ad cultum Dei: & non fieret G
vnum regnum Iuda, & Iſrael: vt patet tertio Regum duodecimo. *Et abſque lege.* Scilicet, quia noluerunt obſeruare legem: ſed ſicut receſſerant à Deo vero, & cultu eius: ita receſſerant à lege, vt non obſeruarent aliquas ceremonias eius, ſed alium modum cultus tenebant. *Cunque reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad dominum Deum Iſrael, reperient eum.* Scilicet, aliquando propter magnam anguſtiam reuerſi ſunt Iſraelitæ ad cultũ veri Dei Iſrael, & inuenerunt Deum tunc ſibi propitium. Sic fuit tempore Achab regis Iſrael: nam ſemel Deus propter peccata Iſraelitarũ, non dedit pluuiam ſuper terram tribus annis, & dimidio. tertio Regum decimo ſeptimo. & poſt illud tempus apparuit Elias coram rege Achab, & congregari fecit H
omnes prophetas Baal, & prophetas lucorum in mõte Carmeli octingentos, & quinquaginta viros: & dixit Elias ad totum Iſrael: quouſque claudicatis in duas partes? ſi Deus eſt dominus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini eum. Et poſtea conuenit cum prophetis Baal, quòd ipſi facerent ſacrificium nõ ſupponentes ignem, & ipſe etiam faceret ſacrificium nõ ſuppoſito igne: & ille, qui exaudiret dando de cælo ignem ſuper ſacrificium cultorum ſuorum, haberetur vt Deus verus, & prævaluit Elias: & tunc populꝰ tenuit omnes prophetas lucorum, & prophetas Baal, & occiſi ſunt octingenti quinquaginta viri. tertio Regum decimooctauo cap. & ſic conuerſi ſunt tunc Iſraelitæ ad dominum derelinquentes idola. Sic enim I
fuit iterum tempore iſtius Achab, cùm Benadad rex Syriæ perſequebatur Achab regem Iſrael: nam tradidit tunc Deus Benadad in manus Achab, ſcilicet qa exercitus eius deletus eſt, & ipſe fugit, & tunc Syri dixerunt de Deo Iſrael, quòd dij Iſrael erãt dij mõtiuũ, ideo præualuerant Iſraelitæ contra Syros in montibꝰ: ſed pugnarent contra eos in vallibus, & non præualerent: & tunc iratus Deus mandauit dici Achab regi per prophetam, quòd præualeret contra Benadad in vallibus. tertio Regum vigeſimo ca. Ecce tunc conuerſi erant Iſraelitæ ad dominum, cùm Deus conuerſus eſſet ad eos: ſic fuit etiam iterum tempore iſtius Achab. Sed cùm feciſſet lapidari Naboth virum iuſtum, vt tolleret vineam, & Deus prænunciaſſet per
Eliam, quòd canes lingerent ſanguinem Achab, ipſe K
propter anguſttam iſtam conuerſus eſt ad dominum, & fecit pœnitentiam in cilitio, & ambulauit humiliatus: & Deus dixit, quòd non mitteret malum in diebus eius, ſed in diebus filij eius. tertio Regum 21. Sic etiam fuit in diebus Ioram regis Iſrael. Nam cùm Benadad rex Syrię obſideret Samariã, quę erat metropolis terræ Iſrael, quia eſſet ibi Ioram rex, tandiu obſeſſa eſt ciuitas, quòd fuit fames grauiſſima ibi, ita vt venum daretur caput aſini octoginta argenteis, & ſtercora columbarum caro prætio emerentur. Et (quod magis erat) mulieres iam comedebant filios ſuos. quarto Regum ſexto. & tunc voluit rex occide

# Cap. XV.

re Eliſeum prophetam: quia non orabat dominum F
pro famis, & obſidionis ceſſatione: & Eliſæus prænunciauit tunc ſequenti die famem deſituram, & fecit mirabile quòd exterruit per noctem Syros exeuntes in caſtris, & fugerunt putantes veniſſe ſuper ſe magnos exercitus, & reliquerunt caſtra plena cibis, & diuitiis: de quibus ſaturati ſunt Iſraelitæ. quarto Regũ 7. Et ſic tunc conuertebantur Iſraelitæ ad Deum, & Deus ad eos in anguſtiis ipſorum. *In illo tempore non erit pax ingredienti, & egredienti.* Scilicet, dum Iſraelitæ fuerunt in iſta idolatria non fuit pax in terra ipſorum, ſed ſicut ipſi non ſe habebant bene ad Deum nec Deus ad eos, ſed dabat bellum in terra ipſorum concitando gentes multas contra eos. Nam pugnabant Syri contra Iſraelitas, & affligebant eos in- G
tantum, vt aliquando paucißimi viri ad bellum relinquerentur in terra. Sic enim factum eſt tempore Ioachaz regis Iſrael. Nam Hazael rex Syriæ perſecutus fuit Iſraelitas, & crudeliter occidebat eos: ita vt non relicti fuerint cum ipſo Ioachaz niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum. quarto Regum decimotertio capit. Et Deus cõcitabat iſtos hoſtes contra Iſraelitas, quia ipſe miſit Eliam prophetam in Damaſcum ad vngendum Hazael in regem cõtra Iſraelitas prænunciauit, quòd Eliſęus, quando vnxit Hazael quanta mala Hazael in- Alicurus
fligturus eſſet Iſraelitis, ſcilicet quòd ciuitates eorum muniras igne ſuccenderet: & iuuenes eorum interficeret gladio: & paruulos allideret: & prægnantes diuideret. De hoc tertio Reg. decimonono, & quarto Regum octauo. Et fuerunt etiam poſtea multa bella in Iſrael, non ſolùm, quæ infligebantur Iſraelitis ab aliis gentibus, ſed etiam quæ infligebantur eis a ſeipſis, vt patet quarto Regum decimoquinto, cùm quidam de ſubditis occidebant reges, & regnabant pro eis: & alij rurſus occidebant illos, & regnabant pro illis: vt patet de multis tertio Regũ decimoquinto, & ſexto, & quarto Regum decimoquinto, & ſic non erat pax ingredienti, nec egredienti, ideſt non erat ſecuritas aliqua volentibus diſcurrere per terram: ideo non audebant diſcurrere. *Sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.* Scilicet, omnes habitatores terrarum erant in terrore, quia Deus infligebat eis mala inducendo bella, & alias aduerſitates. Et propter illa erant ſemper in terrore peiorum euentuum. Et vocantur habitatores terrarum nõ quidem multorum regnorum, ſed ſolius regni Iſrael. Et tamen ſcriptura interdum loquitur de vno regno ſicut de toto orbe, vel de magna parte eius. *Pugnabit enim gens contra gentem.* Scilicet, vna pars gentis contra alteram partem gẽtis: & iſtud erat in Iſrael: nam cùm declinaſſent ad idolatriam Deus infligebat eis bella inteſtina, & quędam pars Iſraelitarum pugnabat contra aliam, & quidam ſubditi inſurgebant et occidebant regem: et alij tenebant partem regis: et poſt alteri inſurgentes occidebant eum, qui nouiter rex effectus fuerat: et ſic erant bella grauia inteſtina. Sic fecit Baaſa de genere Iachar, qui ſurrexit contra dominum ſuum Nadab regem Iſrael filium Ieroboam cùm eſſet in Gebeton, vt patet tertio Regum decimo quinto. poſtea cum Ela filius Baaſa regnaret ſurrexit contra ipſum Zauri, et occidit eum. Erat autem ſeruus eius, ſcilicet princeps partis militiæ. tertio Regum decimo ſexto: poſtea Amri ſciens, quòd Zauri occidiſſet regẽ Ela, et regnaſſet pro eo: venit contra ciuitatem in qua erat Zauri, cùm pugnaret contra eum cõbuſſit Zauri palatium regis, et ſe ignibus inuoluit. eo. capi. Sic etiã fuit tempore Oziæ regis Iuda. Nam regnabat tunc in Iſrael Azarias quidam vltimus de genere Iheu, et coniurauit contra eum ſeruus ſuus Sellum filius





Iabes, & occidit ipſum. quarto Regum decimoquinto. Poſtea aſcendit Manahen de Samaria, & occidit Sellum regem Iſrael, & regnauit pro eo. eodem cap. Poſtea cùm regnaret Phadaia filius Manahen coniurauit contra ipſum Phacee filius Romeliæ: & occidit ipſum. eod. capitu. Et ſic plurimi de regibus Iſrael occiſi ſunt à ſeruis ſuis. Et cùm inſurgerent quidam contra alios, neceſſe erat, quòd fierent multa bella inteſtina, in quibus diuideretur ſępe totus Iſrael in duas partes, & pugnarent inter ſe gens contra gẽtem, ideſt pars gentis Iſraeliticæ contra aliam partem gentis. *Et ciuitas contra ciuitatem.* Iſtud conſequens erat ex præcedentibus, ſcilicet quòd cũ pugnaret gens cõtra gentem, quòd pugnaret ciuitas contra ciuitatem. Nam quædam pars regni tenebat cum vno rege, qui B
occiſus fuerat, & cum progenie eius: & alia pars cũ rege nouo, qui inſurgebat: ideo neceſſe erat, quòd ciuitas contra ciuitatem pugnaret. *Quia dominus conturbabit eos in omni anguſtia.* Scilicet, quia Iſraelitæ erant peccatores colendo idola, Deus conturbabat eos, & ſic paterentur omne genus anguſtiarum. Et iſtę cõturbationes bellorum non veniebant quaſi voluntate humana, ſed Deus inducebat eas, vt non poſſent gaudere diu mali in malitia ſua: quia non eſt impiis gaudere dicit Dominus. *Vos autem confortamini.* Scilicet, licèt videatis qꝑ Iſraelitæ vicini veſtri tanta mala patiũtur propter idola, quæ colunt, vos non concidatis animo: ſed confortamini ad obſeruandum legẽ, & con- C
fortamini contra hoſtes: quia nemo poterit vos affligere quandiu manſeritis in obſeruatione legis. *Non diſſoluantur manus veſtræ.* Ideſt non laxentur ceſſando à bono opere, vel non diſſoluantur perdendo vires, ſi aliquando videritis hoſtes vobis inſtare: non enim vos affligent ſicut Iſraelitas quandiu obſeruare volueritis legem. *Erit enim merces operi veſtro.* Ideſt non peribit incaſſum labor veſter: ſed præmium dabitur: ſcilicet ſi coleretis Deum, & non adiuuaret vos contra hoſtes, videretur eſſe ſuperuacuus labor veſter in obſeruatione legis: ſed non erit ſic, quia erit merces operi veſtro, ſcilicet dabitur remuneratio liberando vos ab hoſtibus, & alia bona dando: ideo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ. Iſte modus exponendi adhuc magis videtur conuenire literæ quàm præcedens de captiuitate Babylonica, quia in multis magis ſatisfacit iſti literæ quàm alię: vt patet comparando vtrunque quantum ad ſigulas particulas inter ſe. Sed hoc non obſtante adhuc iſte modus non ſtat, quia non conuenit omnino literæ, & propoſito. Primò, quia ſi iſta prophetia intelligeretur de viris de regno Iſrael, non faceret ad propoſitum: quia illa erat diſtincta gens à viris Iuda: ita quòd non pertinebant ad vnum regem, nec vnquam pertinere debebant, ideo quòd aliquid mali vel boni euenturum eſſet Iſraelitis, non attinebat aliquo modo ad Iudæos: & ſic non prenunciaretur eis, vt ex hoc gauderent Iudæi: quia non habebãt, de quo gauderent. Secundò patet, quia præſupponi- E
tur hic, quòd iſti, de quibus hic agitur, aliquando reuerterentur ad Deũ Iſrael, & tamen non competit Iſraelitis: quia illi non fuerunt vnquam conuerſi ad dominum. Nam non poterat aliquis plenè conuerti ad dominum niſi abiiceret omnia idola, ſicut dixit Samuel toti Iſrael: ſi in toto corde veſtro reuertimini ad dominum, auferte de medio veſtri Deos alienos Baalim, & Aſtaroth: & præparate corda veſtra, & ſeruite Deo ſoli 1. Reg. 7. cap. Nunquam tamen Iſraelitę abſtulerunt idola de terra: quia licèt auferrẽt quædam idola, permittebant alia manere. Sicut fuit tempore Iehu regis Iſrael, qui fuit magnus perſecutor cultorum Baal. Nam ipſe occidit omnes illos in Samaria, & fecit in



A templo locum laternarum 4. Reg. 10. & tamen nõ ablata fuerunt tunc illa idola terrę Iſrael, nec aliqua templa, ſed oẽs luci manebant. Nam ẽt in Samaria manſit lucus conſecratus Baal, licèt templum eiꝰ deſtructũ fuerit: & tempore maximarum aduerſitatum Iſrael adhuc manebãt idola in terra: ſicut patet de terra Ionathan regis Iſrael filij Iehu: quia nunquam fuit tanta deſolatio terræ Iſrael per Aſſyrios, ita vt non remanerent regi niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum 4. Regũ 13. & tñ tunc manebant idola in terra, vt patet ibidem, ſ. & non receſſerunt à peccatis Ieroboam, qui peccare fecit Iſrael. Siquidem, & lucus permanſit in Samaria. Nunquam ergo reuerſi fuerunt ad dominum in anguſtia aliqua, cùm nũquam dereliquerint idola. Tertiò patet, quia dicitur hic, reperient eum, in quo ſignatur qꝑ aliqñ gens iſta, quæ patiebatur mala propter peccata ſua, inueniret remedium clamando ad dominum, & quærẽdo eum, & tñ viri Iſrael nunquam inuenerunt remedium: ſed poſtquam cæperunt eſſe alieni à Deo ſemper fuerunt, quouſq; fuerunt trãſlati in Aſſyrios: vnde nunquam ſunt rediturí: vnde nõ repererunt dominum in anguſtia ſua, nec vnquam eum reperient. Tertij exponunt literam iſtam de captiuatione facta per Romanos, & deſtructione Ieruſalem, & dicitur qꝑ multi dies tranſibunt in Iſrael abſq; Deo vero. ſ. totũ tempus, quod fuit poſt captiuitatem Iudęorum, & deſtructionem Ieruſalem, & durãt adhuc nunc illi dies. Tertia interpretatio aliorũ.
Et dicitur, qꝑ erunt abſque Deo vero, quia non colunt ipſum ſm cæremonias legis: nã cũ nunc maneant Iudæi extra terram Chanaan, non licèt eis facere ſacrificia, & alias cæremonias legis: quia non habent templum, quod erat locus determinatus ad faciendũ hęc, & extra ipſum fieri non poterant. Vnde ſciendum qꝑ quędã cæremoniæ legales erant, quæ determinabant locum certum, & aliæ non. Primæ non obſeruantur nunc à Iudæis, quia illicita eſſet obſeruatio. Sic eſt de ſacrificiis, quæ fieri debebant ſuper altare holocauſtorum, quod erat ad oſtium tabernaculi, & de oblationibus omnibus, & de poſitione panũ in menſa propoſitionis, & de cremationę thymiamatis quotidie, & de omnibus aliis miniſtrationibus ſacerdotalibus, & leuiticis: quia oẽs iſtę in templo fieri debebant: & D
nunc nulla iſtarum apud Iudæos manentes inter nos obſeruatur. Secundæ ceremoniæ ſunt, quæ non cõcernunt locum: ſicut circunciſio, obſeruatio ſãbbathi, comeſtio Azymorum, oſeruatio oĩum ſolennitatum, & ſic de aliis: quia iſtę non determinabant tabernaculum ad hoc qꝑ ibi obſeruarentur: ſed vbicunque eſſent Iudæi obſeruarentur, & ſic nõ obſeruãtur diſtinctè apud eos. Vnde lex eſt apud eos truncata: qa maxima pars cæremoniarum omittitur: eo quòd nõ eſt licitum illas ſeruari. Nam dato qꝑ maneret adhuc obligatio legis Moſaicæ, ita quòd nondum veniſſet Chriſtus, ſicut Iudæi exiſtimant, & manerent Iudæi captiui inter nos, qui eſſemus gentiles: nõ licebat eis obſeruare hic cæremonias omnes legis. Nunc autem E
cùm Chriſtus venerit, & euacuata fuerit lex Moſaica, non licet obſeruari iſtas cæremonias, nec illas. *Et abſque ſacerdote.* Scilicet, quia non habent ſacerdotes nũc inter Iudæos miniſtrationes ſacerdotales. Nam licèt ſint nunc inter Iudæos multi ſacerdotes, quia ita diſperſi fuerunt per orbem ſacerdotes, & Leuitæ ſicut viri de tribu Iuda, & de tribu Beniamin: & tamen qa nunquã miniſtrant in officiis ſuis, vix cognoſcuntur qui ſunt ſacerdotes, & qui Leuitæ, & q de tribu Iuda: & qui de tribu Beniamin. *Doctore.* ſ. quod nõ ſunt nunc inter Iudæos ſacerdotes docẽtes ſicut erãt ante deſtructionẽ Ieruſalem per Romanos. *Et abſque lege.* ſ. non obſeruant legẽ, quia vt ſupra dictum eſt, Iudæis nõ eſt

licitum exercere hic omnes cęremonias legis, cùm F
sint extra terram Chanaan, in qua erat templum: &
in templo illo fiebant cæremoniæ: & non obseruantes legem dicuntur esse absque lege. *Cunque reuersi fuerint in angustia sua ad dominum Deum Israel.* Scilicet Iudęi, sunt dispersi inter oēs gentes qui vbique opprimū tur, vbique seruiunt, & angustiam patiuntur. Si tamē patientes istas angustias conuertuntur ad dominum, suscipientes fidem euangelicam, liberantur ab angustia spirituali, & corporali, cùm iam non teneantur, vt captiui: sed euadant in libertatem Christianorum. *Reperient eum.* Scilicet benefaciendo eis dando vt gaudeant priuilegiis Christianorum: & sint vnus popul' cum eis. *In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti.* Exponunt quidam de bellis maximis, quę ac- G
ciderunt quādo Iudæi capti sunt à Romanis: quia tūc tam in Ierusalem quam per alia loca terræ Chanaan fuerunt bella grauissima: vt refert Iosephus in libro de bello Iubaico, & propter ista bella grauissima nō erat pax ingredienti, & egredienti, ideſt non erat securitas incedendi per terram Chanaan, quę erat terra Iudæorum. *Sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum.* Scilicet in tota terra Iudæorū erant terrores: quia omnes timebant pati à Romanis, sicut & factum est. Vel dicitur, quòd erant terrores in cunctis habitatoribus terrarum, scilicet quia non solùm in terra Iudęorū erant tunc persecutiones bellicæ: sed etiam inter omnes gentes in toto orbe fuerunt tunc multa bella. Nā sicut Christo nascente in toto orbe fuit pax, ita vt im- H
perante Octauiano nullus esset hostis Romanorum: sed omnes se subiecissent Romano imperio: & antequam nasceretur Christus volens Octauianus scire multitudinem hominum totius orbis sibi subiectorū fecit, quòd omnes profiterentur fidem Romanis: & quòd soluerent singulos denarios: & scriberentur quomodo profitebantur. Et cùm iret Domina nostra in Bethlehem cùm Ioseph viro suo, qui ibi profes surus erat: contigit eam parere in Bethlehem: & ibi natus est dominus noster benedictissimꝰ Iesus: Lucę 2. Ita post mortem Christi quasi sublata luce ab hoc sęculo, & auctore pacis: quoniam impia sæcula non meruissent, omnia se bona impiorum manibus subtraxerunt, & multa bella toti superuenerunt orbi. I
*Pugnabit enim gens cōtra gentem, & ciuitas contra ciuitatem.* Hoc exponunt de diuisione Iudæorum inter se, aduenientibus Romanis. Nā inter se acria bella gerebant, quibusdam fouentibus partem vnam, & aliis aliam': & sic vna pars gentis pugnabat contra aliam: & vna ciuitas contra aliam: imò eadem ciuitas in se diuisa erat. Sic fuit in vrbe Ierusalem pro tunc. Nam erāt ibi contrarij duces, qui acriorem pugnam inter se, & cædes agebant quàm cum Romanis, vt refert Iosephus lib. de bello Iudaico. *Quia dominus conturbabit eos in omnia angustia.* Ideſt ista mala & dura bella euenient Iudæis non tanquam ipsis eligentibus ea oīno, sed quia Deus conturbabit eos ad hoc quòd mala ista sequantur. Ipse enim propter demerita Iudęorum in
duxit seditiones inter eos, & postea superduxit Roma K
nos, ita vt affligerent Iudæos, & delerent de terra sua. *Vos autem confortamini.* Scilicet, licèt talia mala euentura sint posteris vestris, vos non timeatis, sed confortamini in cordibus vestris ad obseruandam legem, vt non timeatis hostes aliquos, quia ista mala non euenient in diebus vestris. *Et non dißoluantur manus vestræ.* Scilicet, à bono opere, quòd cępistis. *Erit enim merces operi vestro.* Ideſt obseruatio legis, quæ est opus laudabile à vobis factum, non transibit irremunerata, sed pro illa liberabimini à malis. Sed dicendum, quòd adhuc ista expositio non stat: quia non satis consonat literæ sensus in multis. Primò, quia dicitur hic,

Superior explanatio tertia reprobat.

quòd transibunt multi dies in Israel absque Deo vero: sed hoc non stat, quia nunquam dicebantur Israelitæ esse absque Deo vero nisi quando tenebant aliquē Deum, qui non erat verus, scilicet idola: & tamē Iudæi non tenent nunc idola. Nam antequam Iudæi captiuarentˉ per Romanos, sępissime declinabant ad idola: & vt communiter propter hoc accidebant mala, quæ Iudæi patiebantur. Nunc autem non colunt idola, nec leguntur coluisse illa post destructionem Ierusalem: ideo non possunt dici absque Deo vero. Secundò patet, quia dicitur hic, quòd erunt Israelitæ absque sacerdote & lege: & istud ponitur quasi in vitium Israelitarum, quòd absque Deo, sacerdote, & lege essent: & tamen esse nunc absque Deo, & sacerdote, & lege non est vitium, propter duo. Primò quia post aduentum & mortem Christi cessauit lex Mosai ca: ita quòd non solùm ad seruandum eam non obligat: sed etiam est mortifera volentibus ipsam obseruare. Vnde melius est esse sine lege, & sacerdote, & Deo isto modo, quàm habere Deum, & legem, & sacerdotem. Secundò, quia dato quòd duraret adhuc obligatio legis, vtpote quòd Christus non venisset: tamen existentibus Iudęis extra terram Chanaan: melius erat non obseruare legem eo modo, quàm obseruare illam: & illud erat non hēre legem nec sacerdotē, nec Deum verum: ergo nō erat peccatū non habere Deum verum, nec legem, nec sacerdotem: & tamen ponitur hic vt peccatum: ergo non intelligitur de statu Iudæorum post mortem Christi. Tertiò patet, quia cū dicatur hic, quòd filij Israel erunt multis diebus absque sacerdote, & lege, & Deo vero: & postea dicit quòd conuertentur: signatur quòd redibunt tunc ad sacerdotes, quos dimiserant: & ad legē & ad Deum verum, ideſt ad cultū Dei eo modo quo illum tenebant: & tamen Iudæi nunquam redituri sunt ad cultum illum legis: nec habebunt vnquam sacerdotes illo modo: ideo nō intelligatur de hoc tempore. Quartò patet, quia dicitur quòd cùm essent Israelitæ in angustia quærerent dominum, & inuenirent ipsum: & tamen iam nunquam inuenient ipsū: quia quādiu voluerint manere in obseruatione legis Mosaicæ, nunquam Deus miserebitur eis. Quintò patet, quia cùm exponitur ista conuersio Iudęorum de conuersione, quæ est ad legem euangelicam, non cōuenit litera: quia auersio à Deo signatur hic fuisse recedendo a lege Moysi, & sacerdotibus, & omnibus cæremoniis, quas prius tenebant: ideo conuersio debebat esse per hoc, quòd redirent ad ea, quę omiserant: & tamen nunquam tenuerant Israelitę legem euangelicam, nec ritus nostros: ideo non est conuersio, quę hic signatur per hoc, quòd redeant ad legem euangelicam, & sic nō potest intelligi de statu Iudæorum tempore isto. Sextò patet, quia dicitur quòd diebus istis essent Israelitæ absque doctore: & tamen non sunt nunc absque doctore, quia habent doctores multos: nam in Synagogis Hebræorum per omnia festa, & sabbatha legitur liber Moysi. Sic patet secundo Corinth. tertio capitu. & quidquid aliud velint doctores Hebræorum possunt prædicare: & tamen dicitur hic, quòd Iudæi essent sine doctore tempore illo, de quo hic dicitur: ideo non intelligitur de statu Iudæorum nunc. Septimò patet, quia dicitur hic, quòd in tempore illo essent bella genti contra gentem, & ciuitati contra ciuitatem, & expositum fuit de bellis, quæ fuerunt quando capta est Ierusalem per Romanos, sed non conuenit: quia bella illa esse debebant, sicut litera signat, dum essent Iudæi in illa auersione, & statu, qui est post captiuitatem factam à Romanis, quæ nūc durat: & tamen nunc nihil tale est contra Iudæos: quia nulla bella sunt: cùm non



non sint Iudæi per se aliqua gens, contra quā pugnari A
possent: & tamen signatur hic, qꝺ cōtra Iudæos erat bellum: & qꝺ erat aliqua vna gens, quæ non poterat securè ingredi, & egredi: ergo non intelligit de statu isto, quem nunc habent Iudæi, cū non sint nunc vna gens: sed de aliquo statu, quem haberent ante hoc. Quarti exponunt de quodam tempore, quod fuit partim ante tempus regis Asa, cui ista dicebātur, & partim tūc. Et istam expositionem sequunt Hebręi, & Nicolaus. Et ad videndum expositionem istā, & quomodo accedat ad veritatem vel recedat ab ea ponenda est litera, sicut habetur in Hebræo in cortice. *Et dies multi in Israel ad non Deum verum, & ad non sacerdotem docentem, & ad legem, & reuersus est in angustia ad Dominum Deum Israel, & requisierunt eum, & inuentus est eis: & in temporibus illis non pax egredienti, & venienti, & consumptiones multæ super omnes habitantes terrarum, diminutæ sunt gens in gentem, & ciuitas in ciuitatem: quia Deus consumpsit eas in omni angustia: vos autem confortamini &c.* Et dicitur: Et dies multi ad non Deum verū, vbi litera nostra dicit: transibunt dies multi in Israel absq; Deo vero, & satis concordat: sed litera nostra supplet verbum. Hebræi autē supplent aliud verbum præteriti. s. transierunt: & intelligunt de diebus regis Roboā, & regis Abia, quia tūc non erat Deus verus: quia non tenebant illum Iudæi, vt verum Deum, sed potius idola. Et hoc cœpit anno quarto regni Roboam: nam Roboam cùm cœpit regnare, coluit dominum in tribus annis primis, quibus confirmauit regnum, & confirmato regno recessit à C
dño, & dimisit legē ipse, & totus Israel: vt patet supra 11. & 12. & sic ex principio quarti anni regni sui fuit idolatria, & nō fuit Deus verus in Israel vsq; ad finem regni sui: sed manserunt semper idola in terra, vt colligitur 3. Reg. 14. cui successit Abia filius eius: qui & si aliquo tempore ad dūm valdè affectus fuerit, vt patet quando pugnauit contra Ieroboam regem Israel, supra 13. tamen illicò rediit ad idolatriam, vt colligitur 3. Reg. 15. Nam tempore Asa, qui successit Abię, erat tota terra plena idolis, & immunditiis, vt patet eo. ca. *Et ad non sacerdotem.* Scilicet tempore illo non erant sacerdotes ministrantes in officiis suis. Nam licèt in terra essent multi sacerdotes: tamen non ministrabant, cùm esset cultus idolorum præcipuus pro illo tempo D
re, in quo non ministrabatur iuxta cœremonias legis Moysi, quas exercebant sacerdotes. *Et ad legem.* Ideſt non accedebant ad legem, siue erant absq; lege, vt dicit litera nostra, eo qꝺ obseruabatur lex: nam idolorū cultus erat secundùm alias cœremonias, & nō secundùm cœremonias legis Moysi: ideo tunc de ea nihil obseruabatur. *Docentem.* Scilicet non erat tempore illo doctores: quia cùm colerent Iudęi idola tunc, nolebant audire aliquos exponentes legem, qui auerterēt eos ab intentione sua. *Et reuersus est in angustia.* Scilicet Israel reuersus est ad dominum in angustia, quando erat afflictus ab hostibus. Et hoc exponunt de tempore regis Asa potissimè quando venerunt Aethiopes E
ad inuadendum terram. Nam tempore Asa coluerūt Iudæi dūm reuersi ad ipsum, cū tempore duorum regum præcedentium non colerent eum. Erat autē angustia ista tempore aduentus regis Aethiopū, qui venit cum potestate magna contra Asa. *Et requisierunt eū.* Mutatur numerus, quia supra dicebatur, & reuersus est in angustia. Hic autem dicitur, & requisierunt eū, s. requisierunt illum obseruādo legem. *Et inuentus est eis.* Quia adiuuit eos contra Aethiopes debellando illos, præcedenti cap. *Et in temporibus illis non erit pax egredienti & venienti.* Intelligunt de tempore Roboam, & Abiæ antequam conuerterentur Israelitæ ad dominum. Nam tunc non erat pax egredientibus, & ingredientibus. s. ambulantibus per regnum Iuda, cùm fuerint inter Ieroboam, & Roboam bella omnibus diebus vitæ suæ, supra 12. cap. Etiam tempore Abiæ, & Ieroboam fuerunt semper bella, vt patet supra 13. cap. *Et consumptiones multæ super omnes habitatores terrarum.* Intelligunt de bellis multis, quæ erant temporibus Roboam, & Abiæ in aliis gentibus terrarum. s. quia in illis erant consumptiones multæ. i. damna, quæ infligebantur opere bellico. *Et diminutæ sunt gens in gentem.* Scilicet, gens pugnabat contra gentem, & sic diminuebant se inferendo vicissim damna, & occisiones, per quæ regiones minorabantur quātum ad habitatores. *Et ciuitas in ciuitatem.* Ideſt ciuitas pugnabat contra ciuitatem sicut gens contra gentem. *Quia Deus consumpsit eos in omni angustia.* Ideſt istæ consumptiones, & bella
sequebantur: quia Deus volebat infligere angustias, B
& cōsumptiones gentibus propter peccata sua, & concitabat quasdam contra alias, & omnes patiebantur damna. *Vos autem confortamini.* Scilicet, tempore præterito fuerunt bella in terra propter peccata regum & populorum: vos autem confortamini nunc ad benè agendum secundùm legem: & etiam in cordibus vestris confortamini non timentes hostes, quia non erunt, cùm legem seruaueritis. Ista est intentio glosæ hebraicæ, quam glosa illa ponit breuissimè: sed Nicolaus aperit eam aliquantulum magis: ego verò more meo magis explicui: sequendo tamen omnino intentionem glosæ ipsius. Nicolaus dicit istam esse sententiam tenendam, & non alias & hanc tenet. Dicendum tamen, qꝺ ista sententia nō stat, sicut nec præcedentes: imò minus quàm præcedentes: quia quælibet præcedentium ponit literam, sicut est in litera nostra, & ista non. Et primò patet, quia litera nostra dicit: Transibūt dies multi in Israel absque Deo vero, in quo signatur futurum esse quod prænunciatur: cùm dicitur transibunt: & tamen isti exponunt transierunt: cùm dicunt qꝺ fuerit completum tempore Roboam, & Abiæ regum præcedentium. Et sic dato, qꝺ ista expositio posset competere alicui Hebræo, qui non tenetur attendere literam nostram: tamen ad nos non attinet: quia litera nostra de futuro loquitur. Secundò patet, quia non conuenienter mouetur Nicolaus ad tenendum hanc positionem, quia si in Hebræo poneretur verbū
præteriti temporis, & in litera nostra Latina esset ver- D
bum futuri: licèt sæpè ponatur vnum tempus pro altero, & in hoc sæpè litera nostra declaret Hebræam: tamen saltem poterat Nicolaus tenere cum litera hebraica, qꝺ esset verbum præteriti tēporis: sed nunc nullum colorem habet: quia in Hebræo non ponitur aliquod verbū, sed dicitur: Et dies multi in Israel ad non Deum verum: & potest subintelligi ibi verbum præteriti, vel futuri sicut voluerimus exponere. Et quia rationabilius intelligebatur verbum futuri quàm præteriti, dixit litera nostra, transibūt multi dies in Israel absque sacerdote, & absq; Deo vero. Tertiò patet, quia si intelligatur de præterito, ista litera erit quasi irrisoria prophetia: nam nō erit verè prophetia, sed magis narratio historica eorum, quæ sciebant Israelitæ, & videbant, & erant ista quasi non remota à præsentia, cū parum ante hoc contigissent. Ad quid enim proderat enarrare, qꝺ tempore Roboam, & Abiæ non fuerat Deus verus in Iuda, nec sacerdos, nec lex: & qꝺ tempore Asa conuersi fuerant ad dominū? quia ipsi hoc sciebant, qui hoc fecerant: & tamen nō est intelligendū, qꝺ frustra propheta veniret ad aliquid denunciādum. Potissimè, quia egressus est obuiam Asa, & Israelitis venientibus de bello tanquam aliquid magnum nunciaturus: ergo nō erat præteritum, sed aliquid futurū. Quartò patet, quia ex verbis prophetæ consolatus est Asa & totus populus, & fecerunt bona, quæ habentur in litera: & tamen non consolaretur: quia non habe-

Hebręorū & Lyrani quarta opinio reijcitur.

bat

Universidad de Deusto
Biblioteca



bat aliquid, de quo consolaretur, si ista, quæ referre. F bantur essent præterita, ergo erant futura. Quintò patet, etiam non potest ista litera conuenire omnino tēpori Roboam, & Abiæ: quia licèt tunc essent idola in terra, non tamen fuerat desertus cultus diuinus, qa colebatur adhuc Deus in templo Salomonis: nec cessauerat vnquam iste cultus tempore Roboam, licèt tunc superinducta fuerint à quibusdā idola: sic patet ex verbis Abię contra Ieroboam, scilicet habetis vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam, in deos: no ster autem dominus Deus est, quem non dereliquimus. supra 13. ideo non fuit terra sine Deo vero. Etiā non consonat quod dicitur: Absque sacerdote. Nam non fuit verū, qp temporibus illis non ministrarent sacerdotes, quia ministrabant sicut tpibus pteritis. Licèt G enim colerent tempore Roboam & Abiæ multi Iudæi idola: tamen non cessabant ex hoc ministrationes sacrę in templo: sed ita fiebant omnes cæremoniæ sacerdotales, & leuiticæ plenè, sicut tēpore, quo nulla idola erant in Israel. Et patet hoc, quia quando Abia loquebatur contra Ieroboā tetigit de oībus ministrationibus sacris, qp quotidie fierēt, dicēs: sacerdotes ministrant Domino de filiis Aaron, & Leuitæ stant in ordine suo: holocausta quoque offerūt Domino per singulos dies mane & vespere, & thiamiama iuxta legis precepta confectum: & proponuntur panes in mē sa mundissima, estque apud nos candelabrum aureū, & lucerna eius vt accendatur semper ad vesperam. Ec ce quòd tetigit omnes cæremonias sacras, quòd quo H tidie fierent supra 13. cap. licèt coluissent aliquando Iudæi idola. Non ergo erat verum de temporibus illis, quòd manerent Iudæi absque sacerdote. Etiam non consonat: quia dr. s. qp reuersi fuerint Israelitæ ad dñm tempore angustiæ: quia in hoc innuitur, quòd Iudei de quibus hic dicitur, erant in peccato, & Deus affli- I gebat eos: & magnitudo afflictionis coegit eos redire ad dominum. Et tamen hoc non potest stare respectu regis Asa, quia Asa coluit dominum ex principio regni sui: & ob hoc Deus prosperauit tempora sua dā do pacem, sicut ipse dixit seruis suis: vt patet præcedenti. cap. & bellum Ethiopum factum est anno decimo regni eius, vt ibi colligitur, cùm dicatur ibidem quòd quieuit terra tempore Asa decem annis. Non ergo propter angustiam Ethiopum conuersi sunt viri Iuda ad dominum, sed potius: quia viri Iuda fuerūt boni toto tempore Asa, scilicet decem annis, Deus voluit dare eis victoriam contra Ethiopes. Octauò patet ex conclusione prophetiæ: quia in fine verborum prophetię: dicitur Vos autem confortamini & K non dissoluantur manꝰ vestrę, quia erit merces operi vestro: in quo innuitur, quòd de prophetia ista nihil attinebat ad istos, quibus dicebatur nisi particula ista vltima. Nam in ea conuertitur propheta ad loquendum cum eis, dicens: vos autem confortamini: ergo præcedentia non pertinebant ad eos: & tamen si intelligatur secundùm expositionem Nicolai, necesse est quòd etiam precedentia pertineant ad istos, quibus p pheta loquitur, scilicet ad Asa, & seruos eius, scilicet quòd reuersi sunt ad dominum in angustia, & inuerunt eum: ergo non potest intelligi sic. Quintò modo, & verè exponenda est ista prophetia de futuro, sicut litera nostra vult, scilicet de viris Iuda, qui fuerūt ante captiuitatem Babylonis dum adhuc manerent in terra sua, & tunc coaptabantur bene omnes particulę literę vnius, cùm dicitur. *Transibunt dies multi in Israel*. Scilicet in terra Iuda. Nam interdum vocatur Israel ipsum regnum Iuda solū, sicut accipitur supra 12. scilicet. Cūque roborarum esset regnum Roboā, & cōfortatum, dereliquit legem Dei, & omnis Israel cum eo, ideſt totum rgnum Iuda. Nam regnū Israel, ideſt decē tribus iam dereliquerant legem Dei cum Ieroboam, quando fabricati sunt vituli aurei & colue runt illos deserentes legem Dei 3. Reg. 12. & supra 11. & 13. *Absque Deo vero*. Ideſt multi dies fuerunt, in quibus in Israel non erat Deus verus, ideſt non tenebatur vt Deus nec colebatur: & istud fuit tempore Ioram filii Iosophat regis Iuda: & tempore filii eius Ochoziæ, 4. Reg. 8. & infra 21. & 22. fuit etiam tempore Achaz potiusquam aliorum regum, qui omnino se idolatriæ tradidit. infra 28. & 4. Reg. 26. fuit etiam tempore Manasse, & Amon regum, qui enormes fuerūt circa idolatriam. infra 33. & 4. Reg. 21. *Absque sacerdote*. Istud nunquam fuit completum verè, & plenè nisi tē pore Achaz regis, qui fuit pessimus idolatra. Nam alii idolatrę licèt vacarent idolatrię, permittebant tñ quòd coleretur Deus: & fierent cęremonię in tēplo Achaz: tamē subuertit vasa templi auferendo ea de locis suis. Nam fecit quòd in altari ęneo, in quo solebant omnia sacrificia fieri, iam nullum fieret: sed in quodam alio altari magno, quod fecerat ad similitudinem altaris Damasci. 4. Reg. 16. & mutauit mare ęneum de loco suo, et luteres atque bases. e. c. clausit etiam templum Domini vt nullus intraret in illud, nec fierent ibi cęremonię aliquę cultus diuini, sed repleuit illud idolorum immunditiis: et mansit sic vsque ad primum annum regni Ezechię, qui aperuit ostia tēpli, & exclusit immunditias idolorum de illo, fecitque vt inciperet cultus diuinus in templo sicut prius erat. infra vigesimo nono & sic non erant tunc sacerdotes aliqui ministrantes: & non solùm non ministrabant, sed etiam non erant ferè iam aliqui sacerdotes. Vnde quando in primo anno regni Ezechiæ iussit Ezechias, quòd exclusis immunditiis idolorum ministraretur in templo, non reperti sunt nisi valde pauci sacerdotes, quia cùm tempore Achaz non ministrarent, non consecrabātur in sacerdotes: ita vt non sufficerent ad faciendum omnes ministrationes suas in die festo. Nam pelles animaliū non valebant detrahere, & ob hoc adiuuerunt eos Leuitæ ad talem ministrationem, donec consecraren tur plures sacerdotes. infra vigesimo nono capitul. *Absque doctore*. Istud etiam contigit tempore illo. Nam in tantum Achaz abiecerat cultum Dei, & legē suam, quòd etiam omnes sapientes eius contemneret nolens audire expositionem illius legis, quā nullo modo seruare volebat. Istud etiam accidit tempore regis Manasse, & Ammon, qui non solùm noluerunt habere, & audire doctores legis, sed etiam occidebant illos, quando loquebantur contra eos. Vnde Manasse, & Ammon multos viros iustos, & prophetas occiderunt, ita vt replerent Ierusalem sanguine vsque ad os. quarto Reg. vigesimo primo, & infra trigesimo tertio. Et sic Manasse asseritur occidisse Isaiam prophetam serra diuidens caput eiꝰ: de quo declaratum est quarto Regum vigesimo primo capitu. in quadam quæstione. Videntes autem hoc doctores legis non audebant loqui aliquid de doctrina legis: & sic erat populus nunc sine doctore. *Absque lege*. De isto eodem tempore intelligitur: nā obseruabatur tunc aliquid de lege quantum ad cæremonias sacerdotales, & leuiticas, nec quantum ad aliquid aliud. Ita etiam vt nesciretur, vbi erant li-

sed



bri Regis, sic factum fuit tempore Manasse, & Am A mon: nam perierunt libri legis, nec inueniebantur, sed postea tempore regis Iosię, qui successit regi Amon cum reædificaretur templum domini inuentus est à casu liber legis, & adductus est ad regē. quarto Regum vigesimo secundo. & super illo consulue runt dominum eo. cap. *Cunque reuersi fuerint in angustia sua reperient eum*. Scilicet in tempore angustiæ recedebant à cultu idolorum, & conuertebantur ad dominum. Sic fuit tempore Ezechię regis, q videns mala, quę passus fuerat populus ab hostibus tempore patris sui Achaz, fecit reuerti populum ad dominum colendo eum, & istud fuit reuerti in angustia. infra 29. Sic etiam fuit in principio regni Iosię regis: nā tempore Manasse, & Amon prædecessorum eius vacauerat po B pulus omnino idolatriæ, & in principio regni Iosię inuento libro in domo Domini expauit Iosias auditis illis, quæ erant in lib. 4 Reg. 22. Et ob hoc cæpit emundare totam immunditiam idolorum de templo, & de terra: & emundauit eam plenius quàm omnes reges præcedentes: vt patet 4 Reg. 23. cap. Et angustia, & timor eorum, quæ audierat in libro legis Domini fecit eum reuerti ad cor: & licèt multis aliis regibus Iuda hoc competere possit: tamen nulli ita plenè competit sicut regi Ezechiæ propter Achaz prædecessorē suum: & regi Iosiæ proper Manasse, & Amon præcedentes eum. Et dicitur, reperient eum: quia isti duo reges repererunt Deum, ideſt clementiam eius, quia cùm toto animo ad ipsum reuersi fuerint, reperiebāt C eum valde clementem sibi. *In tempore illo non erit pax ingredienti, nec egredienti*. Istud erat tpe regum malorū, qñ erat populus absque Deo vero, absq; sacerdote, & lege, & signatur in hoc bella, & nulla securitas, scilicet quòd non audebant aliqui securè discurrere per regnum, quia non erat pax ingredienti & egredienti, ideſt nulli discurrenti, quòd signatur per egredi, & ingredi. Sic enim fuit: nam tempore Achaz, qui fuit magnus idolatra erant bella in terra: nam rex Syriæ, & rex Israel voluerunt auferre regem Iuda, & ponere alium, vt patet Isai. 7. Israelitæ etiam cōtra Iudæos pugnauerunt contra illū: & magnas strages dederūt, & multæ aliæ gentes. Nam rex Syriæ pugnauit contra Achaz, & occidit multos de Iuda, cepitque prædam D magnam, quam asportauit in Damascum infra 28. & 4. Reg. 16. cap. & ipse Achaz coactus est ire ob hoc in Damascum ad regē Syriæ 4. Reg. 16. Etiam Phacee filius Romeliæ rex Israel occidit centum viginti millia virorum de Iuda die vno: & tunc occisi sunt quidam de filiis regis & cognatis, & ducenta millia puerorū, & mulierū de Iuda ductę sunt in Samariam. infra 28. Omnes quoque gentes terrarum, quæ erant in circuitu inuadebant viros Iuda, & inferebant eis mala tē pore Achaz. eo. cap. Et sic tantum erant tunc afflicti Iudæi, quòd non audebant ingredi, & egredi, ideſt discurrere per regnū, cùm ex omni parte insurgerēt bella. Idem fuit tempore Manasse, & Amon. Nam multa bella surgebant vndique intantum quòd ipse E rex Manasse ductus est in captiuitatem in Babylonē à principibus exercitus Assyriorum. Sed tunc cū esset in angustia clamauit ad dñm, & exaudiuit eū: reducique fecit in Iudā, & regnauit postea in cultu Dei. inf. 33. tē pore etiam Amon tanta mala fuerunt, ita vt etiam ip se Amon occideretur à seruis suis 4 Reg. 21. infra 33. *Sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum*. Intelligitur de omnibus habitatoribus terræ Iuda, scilicet qp non audebant Iudæi ire de vna vrbe regni in aliam, quia in omnibus partibus regni erant pericula, & sic non erat tutum egredi, & ingredi. Vel dicitur, terrorum vndique in cunctis habitatoribus terrarum, ideſt terrores vndique à cunctis habitatoribus terrarum, scilicet quia ex omni parte terrarum vicinarum erat A terror Iudæis, quia oēs gentes vicinæ afligebāt eos. Nā Syri, & Israelitæ affligebant viros Iuda partim ab oriēte partim ab aquilone: Idumæi, & Philisthini partim à meridie, et partim ab occidēte affligebāt Iudęos tēpore Achaz: vt patet inf. 26. *Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas cōtra ciuitatem*. Potest intelligi de aliis gentibus terrarum, quæ erant tempore istorum regum idolatrarū: & tamen melius intelligitur de Iudeis inter se: quia bella aliarū gentiū nihil attinebāt ad Iudæos. Vel intelligitur de bellis Iudæorum cum aliis gentibus, quia Deus concitabat Iudæos, vt pugnarēt contra alias gentes: & alias gentes, vt pugnarent cōtra Iudęos, & ciuitates, vt sic sequerētur mala p vtrisque. *Quia dominus conturbabit eos in omni angustia*. Scilicet, ista bella sequentur non quasi ex voluntate Iudęorum, sed quia Deus volet affligere eos, & alias gentes, & inducer mutuo bella, vt sic turbētur & pereant. *Vos autem confortamini*. Scilicet ista mala licèt euentura sint posteris vestr. spropter peccata eorum, vos nō timeatis quòd vobis talia eueniant, sed confortamini, scilicet in cordibus vestris ad bene faciendum obseruando legem. Confortamini etiam, & non paueatis corde credentes, quòd talia mala vobis euentura sint, quia non euenient quamdiu custodieritis legem Dei. *Et non dissoluantur manus vestræ*. Scilicet, non agatis remissè circa legem, quasi dissolutis manibus. Vel nō dissoluantur manus vestræ per timorem, ita quòd qñ aliqua gens pugnauerit contra, credatis quòd non poteritis resistere contra eam: & quòd infliget vobis talia mala, qualia posteris vestris infligenda sunt: sed confortentur manus vestræ ad resistendum cuicunque pugnanti, quia certissime prealebitis contra eum si manseritis in cultu Dei. *Erit enim merces operi vestro*. Ideſt non cessetis à bona operatione: sed confortamini in ea, quia non perdetur merces vestra: sed remuneratio erit pro opere vestro bono. Ista expositio sola visa est conuenire literæ. Sed obiiciet aliquis qpsonat ista literæ nr̄æ, sed nō literę Hebraicæ: qa in Hebręo dicitur: dies multi in Israel ad non Deū verū, & ad non sacerdotem, docentem, & legem: vbi nos dicimus, trāsibunt dies multi in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote doctore, & absque lege. Sed dicendum quòd ad idem redit. Solùm autem quòd litera nostra explicat magis quàm litera Hebraica, cùm litera Hebraica modo suo sit barbarica in quibusdam detruncando sententias, & in aliis mutando: & ponitur hic oratio sine verbo, scilicet dies multi in Israel: & non ponitur, quid determinet istos dies. Et litera nostra dixit. *Transibunt dies multi*. Quia iste erat sensus, qui magis videbatur, scilicet vt intelligeretur de futuro cùm esset prophetia. Cùm autē dicitur in Hebræo. *Ad non Deū verum, & ad non sacerdotem*. Idem est ac si dicatur: Absque Deo vero, & absque sacerdote. Cùm autem dicitur in Hebræo. *Et reuersus est in angustia ad dominum Deum Israel*. Dicitur in litera nostra. *Cunque reuersi fuerint in angustia*. Et hic est duplex mutatio. Vna quia ponitur plurale in litera nostra, cùm in Hebræo ponatur singulare. Et alia, quia in Hebręo ponitur verbum pteriti temporis indicatiui, in latino ponitur futurum subiunctiui. Prima mutatio fit rationabiliter, quia necesse est, quòd intelligatur ibi pluralis numerus: eo qp ex litera sequenti apparet: Nam dicitur, reuersus est in angustia ad dominum Deum Israel, & requisierūt eum. Si tamen esset sententia in singulari non poneretur, & requisierunt eum: sed iidem sunt, de quibus dicitur, & requisierunt eum: & de quibus dicitur, & reuersus est: ideo ponitur singulare pro plurali, vnde rectè posuit litera nostra numerum plu

ralem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ralem. Secunda mutatio rationabiliter fit, quia ista F
est prophetia: & debet intelligi de futuro. Litera tamen Hebraica, quæ mutat numeros, tempora, & personas, mutauit numeros, & tempora hic ponens præteritum pro futuro: ideo litera nostra non tolerauit, quòd poneretur in præterito, sed redegit ad sensum suum ponens futurum, quia litera nostra ex proprietate Latini idiomatis non tolerat improprietates, quæ sunt in idiomate Hebræo, quòd ex modo loquendi est barbarissimum: licèt ex dignitate sit de principuis: quia in illo lex scripta est: & digitò Dei scripta fuerunt præcepta decalogi: Exod. trigesimo secūdo, reliquæ partes literæ in Hebræo, & Latino consonāt, quia vbi nos dicimus, sed terrores, vndique, in Hebræo dicitur, sed consumptiones, & idem est: & G
vbi dicimus, pugnabit gens contra gentem, dicitur in Hebræo, diminutæ sunt gens in gentem, & ciuitas in ciuitatem: & idem est: quia per pugnam diminuitur gens, & ciuitates.

*Quis prænunciauit istam prophetiam.*
*Quæst. I.*

QVAERITVR circa prædicta, primò circa istam prophetiam, qui prænunciauit hæc quis erat. Respondendum, quòd sicut dicitur in litera iste vocabat Azarias filius Oded: & nō fuit iste de prophetis, qui reliquerūt nobis libros scriptos, sicut quatuor prophetæ maiores, & duodecim minores, sed fuit de H
illis prophetis, qui temporibus suis multa prænunciauerunt, & non confecerunt librum aliquem ex dictis suis: sic fuit Elias, & Eliseus, & multi alij, de quibus fit mentio in sacra scriptura: & multi de istis erant. Nam tempore Achab regis Israel cùm impiissima Iezabel regina occidit prophetas domini, abscondit Abdias dispensator Achab centum prophetas domini in duabus speluncis pascebatque eos pane, & aqua quousque liberarentur ab illa persecutione. tertio Regū decimooctauo. Ita tempore isto regis Asa erant multi prophetę. Nam erat tunc iste Azarias filius Oded, qui prænunciauit hęc. Erat etiam Anani propheta, qui renunciauit postea mala contra Asa, qui non sperauit in domino, sed in rege Syriæ, quando voluit, ꝙ I
recederet ab eo rex Israel. sequenti cap. fuit etiam tūc Iehu filius Anani, qui prænunciauit mala contra Baasa regem Israel. 3 Regum decimosexto, & ille scripsit historiam tempore regis Iosaphat: vt patet infra 20. Iste Oded pater Azariæ fuit etiā propheta sicut Azarias, licèt non reperiatur quid prophetauerit: & ob hoc ponitur nomen eius signando, quòd fuerit Azariæ pater. Nam ista regula est apud Hebræos, & Latinos, qnòd quando in titulo alicuius prophetæ ponitur nomen patris sui, aut aui, vel aliorum prædecessorum, omnes illi fuerunt prophetæ. Sic dicit Hierony. in quodam prologo super prophetas minores, qui incipit. Tradunt Hebræi, & quia ponitur nomen patris
Azariæ, scilicet quòd vocaretur Oded, erit ille pro- K
pheta etiam. Simile patet in alio propheta contemporaneo, scilicet Iehu, de quo dicitur infra 20. & 3. Regum 16. quòd erat filius Anani: & etiam ille Anani erat propheta: quia ille fuit, qui prænunciauit mala contra Asa, sequenti cap.

*Ad quid profuit ista prænunciatio prophetæ.*
*Quæst. II.*

QVAERITVR vlterius, ad quid profuit quòd propheta iste prænunciaret hoc Asa, & viris ei⁹, quia ista non attinebant ad eos: non enim euentura erant eis, sed posteris eorum. Respondendū, quòd ista dicta sunt ad consolationem, & confortationem Asa: & virorum suorum, quod patet, quia dicitur, ꝙ cùm audisset ista Asa confortatus est, & abstulit ista alias idola de omni terra Iuda. Proficiebat ergo ad multa. Primò vt gratias Deo ageret, scilicet ꝙ licèt Deus multa mala inflicturus esset posteris eorū, non inferret eis aliqua, & de hoc multum referre debebant Deo laudes. Secundò vt gauderent Israelitæ & confortarētur in cordibus suis scientes, quòd non erant eis mala hæc euentura sicut posteris suis, & sic dicitur, quòd confortati sunt audientes hæc: vt patet in litera. Tertiò vt non timerent, quando insurgerēt contra eos aliqua bella. Nam si contingerent aliqua bella grauia contra Iudæos timerent, quòd in eis superandi, & delendi essent, et ex hoc remissius se defenderent: vt ergo non dissoluerentur manus eorum nec corda, sed viriliter pugnarent confidentes de victoria, certificati sunt, quòd eis non euenirent talia mala. Quartò vt Israelitæ magis Deum colerent. Nam hic signatur quòd posteri eorū propter iniquitates suas, scilicet, quia futuri erāt sine sacerdote, et lege, et Deo vero affligendi erant: ita quòd non esset pax ingredięti et egredienti. Ideo cùm viderent hoc isti, conarentur non offendere dominū, vt non traderent in istas calamitates, in quas deuēturi erant posteri sui: et hoc signatur in litera, cùm dicitur: vos autem confortamini, et non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. Quintò, quia istud erat motiuum ad augmentum cultus diuini, ad quem valde afficerentur Iudæi audita ista bona prænūciatione futurorum, et sic factum est: quia dicitur infra, quòd cùm audisset Asa verba Azariæ confortatus est, et abstulit idola de terra Iuda, et Beniamin.

*Quando Azarias prænunciauit, & quare.*
*Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Azarias prænunciauit ista verba regi Asa, et quare tunc. Ad primum dicendum, quòd facta est prænuntiatio quando redibat Asa de bello contra Ethiopes. Et patet, quia dicitur, quòd Azarias facto in se spiritu domini egressus est in occursum Asa: et dixit ei, audite me Asa et omnis Iuda, et Beniamin. Ad secundum dicendum, ꝙ fuit tunc facta potius ista prænunciatio quàm alio tempore, quia magis tunc conueniebat: quia volebat Deus confortare Iudæos, et volebat eis innuere, quòd sicut nunc confidentes in nomine domini superauerant faciliter tantam multitudinem Aethiopum: ita postea quamcūque multitudinē hostium confidentes in domino poterant superare, et magis imprimeretur hoc menti eorum tunc, quando acciderat bellum grauissimum ꝓtra Aethiopes, et deuicti fuerant, quàm alio tempore, eo ꝙ tunc victoria illius temporis videbatur ineſſe. Cùm autem esset tradita obliuioni per aliquantum tempus, non tantum infigeretur mentibus eorum confidentia ex verbis ꝙ phetę, sicut quando noua, et recens erat ista victoria. Erat autem præcipua intentio prophetæ confortare Asa, et viros suos, vt non timerent, qñ insurgerent ali qua bella contra eos: sed confidentes in nomine domini procederent contra quoscunque hostes. Et patet ex verbis positis in cōclusione prophetiæ, scilicet. Vos autem confortamini, et non dissoluantur manus vestræ. Et hoc principaliter dictum est propter quoddam accidens quod euenturum erat tempore Asa, in quo Asa fuit valde timidus. Nā anno tricesimo sexto regni



regni Asa Baasa rex Israel ædificabat Rama vrbem: A
ita quòd vt nullus de regno Iuda transire posset in terram Israel, & è contra: & tunc timuit Asa pugnare cōtra Baasa ad impediendum illam ędificationem, sed misit nuncios ad regem Syriæ, & dedit ei aurum, & argentum quantum repertum est in domo domini, & in domo regis, vt cogeret regem Israel dimittere ædificationem, quam incohauerat sequenti cap. Et de hoc fuit ibi valde increpatus quòd dissolutę fuissent manus eius, & timuisset. Nam multo plures erant Aethiopes, quos inuocato nomine domini superauerat. Ideo sic considere debuerat contra Israelitas, ꝙ inuocato nomine domini, posset eos effugare, vel occidere. Fuit ergo valde conueniens quòd nunc quādo nouiter superati fuerant Aethiopes prænunciaB
rentur ista cordibus eorum.

*Ad quos pertineret magisterium doctoratus.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicat hic ꝙ essent Iudæi multis diebus absque sacerdote doctore, istud magisterium vel dignitas doctorat⁹ an ptineret ad sacerdotes, vel ad Leuitas, vel ad quos. Aliquis dicet, ꝙ ista dignitas non pertinebat ad aliquos nisi ad sacerdotes: nec audebat quisquam hoc officium sibi vindicare, nisi sacerdotes. Patet primò, quia dicitur hic absque sacerdote doctore, & ponuntur ambo intran C
sitiuè, in quo signatur, quòd idem erat sacerdos, qui erat doctor: aliàs poneretur coniunctio copulatiua inter eos, quæ facit diuersitatem. Secundò patet, quia Malach. 2. ca. dicitur: Labia sacerdotis custodient scięntiam: & legem exquirent de ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Esse ergo scientificum, & docere, & ad inquisita respondere officium sacerdotis erat. Tertiò patet: quia Aggæi 2. cap. iussit Deus sacerdotibus respondere ad questiones de lege dicens: Interroga sacerdotes legem: ergo non erat officium docendi, nisi sacerdotum. Respōdendum quòd officium docendi in veteri testamento non solùm pertinebat ad sacerdotes, sed etiam ad sacerdotes & leuitas & laicos. De Leuitis patet: quia Iosaphat rex Iu- D
da constituit sacerdotes, & Leuitas: vt docerent populum Iuda habentes librum legis, & circuibant omnes ciuitates Iuda. inf. 17. Item patet, quia postquam propheta Iehu locut⁹ est ꝓtra Iosaphat, fuit adhuc magis sollicitus circa cultū Dei: & instituit sacerdotes & Leuitas, qui docerent populum: & responderent de oibus quæstionibus. infra 19. Item patet hoc infra 35. cùm dicitur: Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur domino, locutus est. Ecce ergo quòd Leuitæ docebant totum populum circa sanctificationem: De laicis, quòd pertineret ad eos docere populum patet, quia Christ⁹ erat laicus, cùm constaret eum esse de tribu Iuda, in qua nec erāt sacerdotes nec Leuitæ: & tamē prædicabat apud E
Iudæos: & non repellebant eum ab illo officio: si tamen fuisset officium datum in lege sacerdotis, vel Leuitis, nequaquam permisissent Iudæi quòd Christus prædicaret: & tamen in synagogis prædicabat, sicut illa die, qua legit in libro Isaiæ, & dixit, hodie completa est scriptura hæc in oculis vestris: Lucę. 4. Etiam discipuli Christi prædicabant per diuersa loca, ad quę Christ⁹ mittebat eos: & non erant de sacerdotibus & Leuitis, & permittebantur: de hoc patet Luc. 12. Patet etiam de prophetis: quia ad quemcunque prophetam pertinebat prædicare: & tamen non erant omnes prophetæ de sacerdotibus, & Leuitis, sed pauciores: ideo ad laicos pertinebat prędicare. Patet hoc etiam de Paulo & Barnaba, qui introierunt in Synagogam quandam die sabbathi: & Paulus predicauit ibi, vt patet Actu. decimo tertio. Et rogauerūt Iudæi vt sequenti sabbatho prædicaret eis eadem verba, quæ prius. eo. ca. Et tamen Paulus erat laicus, quia erat de tribu Beniamin. ad Gala. primo ca. Item patet hoc: qa quando rex Iosaphat dedit doctores super populum, dedit sacerdotes & Leuitas; & laicos quosdam: vt patet infra 17. & 19. vbi ponuntur nomina eorum: ergo nō competebat solis sacerdotibus docere populum, sed etiam Leuitis & laicis. Cùm autem obiicitur ꝙ solis sacerdotibus docere competebat populum. Dicendum quòd verum est, quòd sacerdotibus competebat directius docere populum quàm laicis & Leuitis: eo quòd ipsi erant principes magis sacri super populum: & erant principes extremi: nā principes omnium erant sacerdotes: & tamen accipiendo generaliter, scilicet an competeret solis sacerdotibus docere populum: Dicendum quòd non competebat eis solis, sed etiam competebat Leuitis & laicis. Aliter dicendum, quòd docere populum quantum ad quæstiones, quæ erant purè dubia legis solis sacerdotibus competebat. Ipsi enim soli respondere debebant de dubiis, quæ oriebantur quantum ad legem: & non competebat aliis hominibus docere per modū diffinitionis in dubiis legis, nisi sacerdotibus. Aliis autem potest competere docere, & tamen non quantum ad dubia legis: & secundùm hoc potest intelligi quod inducebatur supra ad probandum, quod solis sacerdotibus competebat docere. Et primò quādo dicitur, ꝙ vocabātur hic sacerdotes doctores, scilicet quia excellentius competit sacerdotibus. Etiam quia ad eum solum competebat diffinire in dubiis legis, & sententia ipsius solius valebat. Sed etiam intelligitur, quòd secundò obiicitur, scilicet labia sacerdotis custodient scientiam: & subditur, & legem exquirent de ore eius: & sic legis scientiam determinatè attribuit sacerdotibus: licèt quantum ad alia licitum est tam Leuitis quàm popularibus docere. Sic etiam quando tertio obiicitur, scilicet: Interroga sacerdotes legem, apparet, quòd quantum ad legis dubia recurrendum est ad sacerdotes. In cęteris aūt ad Leuitas, & laicos recurri potest liberè: & competit eis docere. Aliter potest dici, quòd verum est, quòd omnibus hominibus licitum erat prædicare legem, & docere: & tamen quantum ad obligationem dicendum quòd soli sacerdotes obligabantur: & hoc satis erat rationabiliter dictum: quia vt legis doctrina magis diuulgaretur, omnibus licebat prædicare illam: quia si daretur, quòd solis sacerdotibus liceret: arctaretur via ad fructificationem in prædicatione legis: quia tamen non habebant alii aliquem gradum excellentem, propter quem deberet competere eis obligatio ad prædicationem: quia quælibet obligatio ad certi officij ad ministrationem debet cōmitti certis hominibus, vel certo statui hominum, ne sequatur confusio, & periculum cessantibus multis ab executione illius administrationis. Non est autem status hominum, cui magis imponi deberet necessitas ad docendum, & prædicandum quàm sacerdotibus, cùm ipsi sint ministri supremi cæremoniarum legis: ideo solis sacerdotibus conuenire debuit, quòd obligarentur ad doctrinam legis: & ob hoc scriptura loquitur de illis solis quasi ipsi obligarentur: vt cùm vocatur hic sacerdos doctor, scilicet cui ex officio competit docere. Aliis autem non competit docere sic ex officio, & obligatione. Sic etiam dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, i. ipsi soli obligantur ad custodiendam scientiam: & vt de ore ipsorum audiatur responsio circa dubitationes legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



gales. Sic etiam intelligitur illud, scilicet interroga F
sacerdotes legem, scilicet ad eos competit respondere, quia ipsi obligantur, & ab eis poterit quilibet securè quærere de lege: quia ipsi obligantur respondere: ideo non dixit Deus de aliis: quia videretur per hoc obligare eos ad respondendum, si diceret quòd quæreretur ab eis de lege. Aliter potest dici, quòd ad sacerdotes pertinet officium docendi, & prædicandi excellenter vel supremè, scilicet quòd licèt ad alios pertineat: tamen illi reducũtur in sacerdotes vltimatè: & quando dubitatur de aliquo, & quæratur ab alio laico, vel Leuita, & respondeat: & postea dubitetur: quæri debet a sacerdote & ille respondet, qui postquã diffinierit, non est vltra dubitandum, nec reducenda est quæstio ad examen cuiſquam. Sic colligitur G
Deut. 17. vbi quandocunque erat iudicium ambiguũ super aliqua re, deuoluebatur ad sacerdotes: & postea non licebat alicui dubitare de veritate illius.

*Quomodo administrabatur officium docendi.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius circa officium docendi inter Hebræos quomodo administranbatur. Respondendum quòd docere, & prædicare non erat aliqua ministratio sacra: ideo nõ seruabatur idem modus sicut in cæremoniis sacris. Nam apud Hebræos H
erat vnicum templum, in quo fiebant omnes ministrationes sacræ: & non licebat extra illud aliquid sacrum fieri. Leu. 17. & Deute. 21. & Iosue. 22. Prædicationem autem fieri licebat in quocunque loco. Nam sicut non determinabat sibi prædicatio certum ministrum, ita non determinabat certum locum. Patet quia quilibet sapiens inter Hebræos poterat prædicare siue sacerdos esset siue laicus, vt declaratũ est præcedenti quæstione. Ministratio sacra determinabat sibi certum ministrum, scilicet solum sacerdotem in quibusdam: & in aliis solos Leuitas. Ideò etiam determinabat certum locum. Ob hoc autem inter Iudæos licèt vnicum templum esset in toto regno, in quo fierent sacrificia, & aliæ cæremoniæ: tamen erãt in quibuslibet locis domus factæ, quę vocabantur sy- I
nagogæ, ad quas totus populus conueniebat ad orationem, & ad audiendam doctrinam legis: & quia in diebus vacatiuis totus populus conuenire poterat: cõgregabantur omnes in synagogis, & ibi singulis sabbathis & aliis festiuitatibus prædicabatur. Sic colligitur Luc. 4. cùm dicitur: Et venit in Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundùm consuetudinem suã in die sabbathi in synagogã, & surrexit legere, & traditus est ei liber Isaiæ. Ecce ergo, q̃ cõsuetudo erat Christo intrare in synagogã quolibet sabbatho, & cõsuetudo erat populo conuenire illuc. Item hoc patet magis Act. 13. cũ Paulus esset in Antiochia. Nam dicitur, q̃ intrabat in synagogam diebus sabbathorum, & tunc quæsitum est ab eo si sciret prædicare, & prædicauit K
ea, quę continentur ibi. Et cùm expleuisset sermonẽ, rogauerunt eum Iudæi, vt sequenti sabbatho repeteret eis verba illa prædicans in synagoga. eo. cap. Modus autem erat, quòd conueniebant diebus sabbathorũ, & aliis festiuitatibus omnes Iudæi ad synagogam: & ibi legebatur de libris Moysi aliquid primò: & postea legebatur aliquid de lectione librorum prophetarũ. Et deinde siquis sapiens esset inter illos, qui haberet verba salubria ad admonendum populum in moribꝰ surgebat, & proponebat quod volebat. Cessante illo recedebant Iudæi de synagoga in domos suas. Sic patet Actu. 13. cùm staret Paulus in Antiochia, & dicitur: & ingressi in synagogam diebus sabbathorum

redierunt. Post lectionem autem legis, & prophetarũ miserunt principes ad eos. i. ad Paulum & Barnabã dicẽtes, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens ait: Viri Israelitæ & cætera. Confirmatur etiam istud, quia Act. 15. dicitur: Moyses enim à tẽporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathũ legitur: & sic lectio de lege Moysi legebatur quolibet sabbatho ante omnia alia. De prophetarum etiam lectione confirmatur, quia quando Iesus intrauit in synagogam, traditus est ei liber Isaię ad legendum; & sic erat consuetudo quòd liber ille, & aliorum prophetarum legerẽtur per singula sabbatha: & post eos prædicabat, qui volebat.

*An Deus monebat ad bellum.*

*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic de bello, quod pugnabit ciuitas contra ciuitatem, & gens contra gentem, quia Deus conturbabit eos in omni angustia: Ex quo videtur, quòd ista bella faciebat Deus quòd haberent Israelitæ, & aliæ gentes inter se. Et tunc est dubium quomodo Deus monebat ad bellum, cùm bellum sit malum: & Deus nõ est actor malorum: sed ad dæmonem pertinet hoc, q̃ sollicitat ad malũ. Deus autem incitat interdum bellum inter homines: nam ipse est vltor malorum nostrorum, & quia est quoddam genus puniendi mala infligendo bella, facit Deus, quòd quędam gens pugnet contra aliam ad affligendum ipsam: & interdũ facit hoc epresse iubendo. Sicut quando iussit Israelitis, quòd pugnarent contra Chananæos, & non parcerent eis: sed omnes occiderent in ore gladij. Deut. vigesimo. sic etiam iussit quòd pugnarent contra Madianitas, quia deceperant eos, & concitauerant ad peccandum apponendo eis mulieres alienigenas. Nu. 25. & 31. cap. Sic etiam mandauit pugnari contra Amalechitas quousque delerẽtur. Deut. 25. & primo Reg. 15. Aliquãdo autem Deus non iubebat expresse quibusdam gentibus, quòd pugnarent contra alias. Dabat tamẽ eis occasionem ad pugnandum sollicitãdo corda earum, & exterius adhibendo causam ad faciendum hoc. Sic fuit de Senacherib rege Assyriorum, quem Deus mouit ad pugnandum contra Iudæos, & contra alias gentes: vt patet Isa. 10. scilicet. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & de populo furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia: & tamen Senacherib nesciebat se missum à Deo, vt patet ibidem, scilicet ipse autem non ficabitrabitur, scilicet se missum: sed ad conterendũ erit cor eius, & dicet in fortitudine manus meę feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorũ, & principes eorum depredatus sum. Sic etiam fuit de Nabuchodonosor rege Babylonis, quem Deus concitauit contra multas gentes ad puniendum eas, & volebat eas subiici ei propter peccata earum: sicut dixit Ieremias 25. ca. scilicet: Et seruient omnes gentes regi Babylonis septuaginta annis: & Deus dedit robur magnum regi Nabuchodonosor ad affligendum oẽs gẽtes, sicut dixit Abacuch primo, scilicet: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes, fundasti eum: & tamen Nabuchodonosor non putabat se à Deo adiuuari, sed potius à seipso habere omnia hæc, & se prævaliturum contra dominum, sicut putabat Senacherib 4. Regum 19. Ita est de multis aliis: nã quando-



quandocunque aliquis pugnat cõtra alium, ille qui af- A
fligitur à Deo punitur, qui concitat alium, vt pugnet contra eum. Sic etiam est in omnibus malis, quę homines casualiter inferunt: quia Deus incitat eos ad faciendum illa, vt inde sequatur aliqua pœna, quam ipsi non intendunt: & Deus intendit illam dare, & propter hanc mouit hominem agere aliquid præter intẽtionem: & sic quando quis occidit alium casu, Deus mouit eum ad occidendum illum. Sic patet Exo. 21. scilicet: Qui autem nõ est insidiatus, sed Deus tradidit eum in manus eius, constituam tibi locum, quò fugere debeat. & sic innuit, quòd quando quis occidit aliũ & non per insidias, vel ab intentione, tradidit eum Deus in manus eius: & sic ipse voluit quod occideretur. Ita ergo in proposito dicendum de istis gentibus B
de quibus hic agitur, quòd Deus mouebat eas ad pugnandum vicissim: quia vtrę que peccauerant, & vtrę que punirentur per hoc quòd vna affligeret alteram à Deo, Deus dabat vtrique occasionem pugnandi cõtra aliam: ita quòd non possent effugere bellum. Cùm autem obiicitur, quòd bellum malum est, & Deus non est causa malorum, sed dęmon incitat ad illa. Dicendum quòd Deus non est actor, nec incitator ad mala culpę: quia ista sunt mala absolutè, & incitare ad ea competit Dæmoni. Deus tamen benè incitat ad mala pœnę, & ordinat ea: quia ad distributorem iustitiæ pertinet moderari pœnas: & quia Deus habet prouidentiam omnium rerum pertinebit ad C
eum dare vnicuique pœnas: & quia illę vocantur à nobis mala, Deus est actor, & ordinator malorum, & sic intelligitur quòd habetur Amos 3. scilicet: Nõ est malum in ciuitate, quod Deus non fecerit, idest nullum malum pœnæ est, quod Deus non intulerit.

Quod cùm audisset Asa, verba scilicet, & prophetiam Azariæ filij Obed prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus, quas cęperat montis Ephraim: & dedicauit altare domini, quod erat ante porticum domini: congregauitque vniuersum Iudam, & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & Manasse, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes, q̃ Dominus Deus illius esset cum eo.

*Quod cùm audisset.* Hic ponitur secundum huius capit. scilicet Asa, & virorum suorum consolatio: nam audita prophetia ista lętati sunt. Et dicitur. *Quod cùm audisset Asa, verba scilicet & prophetiam Azariæ filij Obed.* Scilicet, audiuit prophetiam istam, quando E
veniebat de bello contra Aethiopes. In Hebræo dicitur. *Quod cum audisset prophetiam Obed.* Sed litera nostra magis expressit, quia manifestũ erat, q̃ nõ fuit ista prophetia Obed, sed Azariæ filij Obed: vt patet supra in litera. Et licèt litera Hebraica subticuerit aliqd, exprimit hic litera nostra. *Confortatus est.* Ista confortatio fuit, quia intellexit per hoc, quòd non superaretur tam quandocunque in Deo speraret: licèt posteri sui erant affligendi: & istud erat aliquid magnum, quia cùm Asa esset nunc nimis exaltatus per victoriam tam celebrem, quam contra Aethiopes habuerat, esset nimis sollicitus, an postea ab hostibus superaretur, quòd cederet sibi in magnum dedecus: & Deus certificauit eum, quòd non superaretur quãdocunque confideret in eo: ideo confortaretur ex hoc. *Et abstulit idola de omni terra Iuda, & Beniamin.* Scilicet. Istę duę tribus erãt subiectæ dominio Asa, & de terra earum poterat auferre idola, & abstulit. Nam viri Iuda declinauerant ad idolatriam temporibus Roboam, & Abiæ regum præcedentium: vt patet tertio Regum quarto, & decimoquinto, & idola, quæ isti dimiserunt in terra, abstulit Asa. Sed quomodo potuerit nunc auferre idola veniens de bello, cùm prius illa abstuliſſet, declarabitur infra in quadã quæstione. *Et ex urbibus, quas cęperat montis Ephraim.* Licèt solùm esset Asa rex duarum tribuum, scilicet Iuda, & Beniamin: tamen adhuc habebat quasdam vrbes, quæ fuerant de monte Ephraim, ideſt de sorte Ephraim, & de istis etiam cępit idola, & abstulit. Vocatur mons Ephraim, sors Ephraim, quia illa terra sortis Ephraim est montuosa, & vbique vocatur mons Ephraim. De illa cœperat Asa vrbes, quia nõ erat alia sors tribus alicuius, de qua promptius accipere posset Asa vrbes, quàm sors Ephraim, quia illa erat valde coniuncta, de quo infra dicetur. *Et dedicauit altare domini quod erat ante porticum domini.* Istud est altare Salomonis, de quo habetur supra quarto. Et de dicatum est faciendo nunc in eo sacrificia. Sed quomodo hoc stet, declarabitur infra in quadam quęstione. Et dicitur, quòd erat ante porticum domini, qa altare holocaustorum erat in atrio sacerdotum, vt patet supra quarto. Et altare, & atrium erant ad partem orientalem porticus. Nam porticus erat spatium quoddam apud portam templi opertum tecto pendenti ad portam. Et vocatur porticus à porta: erat autem cubitorum viginti longitudine, & decem latitudine iuxta magnitudinem tecti pendẽtis super portam. 3. Regum 6. Et quia atrium sacerdotum erat magis orientale quàm templum, necesse erat etiã, quòd esset magis orientale quàm porticus templi: & sic dicebatur, quòd erat ante portam domini, ideſt ad oriẽtem porticus domini, ideſt porticus templi quod tẽplum pertinebat specialiter ad Deum. *Congregauitque uniuersum Iuda, & Beniamin.* Postquam confortatus est & abstulit idola, voluitque facere domino solennitatem magnam, congregauit omnes de Iuda, & Beniamin. Et non est intelligendum, quòd venerint vniuersi, licèt dicatur hic de vniuersis: sed intelligitur de multis, & præcipuis, quia iste est modus loquendi scripturæ. *Et aduenas cum eis de Ephraim, Manasse, & Simeon.* Scilicet congregauit aduenas, qui venerant ad habitandum in regno Iuda. Erant tamen de regno Israel de sorte Ephraim, & Manasse, et Simeon. Et isti conuenerunt ad solennitatem hanc, quia propter desiderium cultus diuini fugerant de terra sua in terram Asa: et de istis tribubus venerant aduenæ: quia facilius erat de eis venire quàm de aliis. *Plures enim ad eum confugerant ex Israel.* Hic redditur causa præcedentis dicti, scilicet quomodo potuerat Asa congregare aduenas de Manasse, Ephraim, et Simeon, scilicet quia multi de Israel, ideſt de regno Israel, quod erat regnum decem tribuum confugerant ad Asa. *Videntes, quòd dominus Deus illius esset cum eo* Ista est causa, quare venerunt ad eum, scilicet quia viderunt, q̃ Deus erat cũ eo: et volebant sibi adhærere, quia non poterant melius esse cum aliquo quàm cum illo, in quo Deus habitabat, et acceptabat. Quomodo autem esset Deus cum Asa, declarabitur infra in quadã quæstione.

*Quomodo*

*Quomodo Asa propter verba Azariæ abstulit idola de terra sua. Quæst. VII.*

QVAERITVR circa prædicta. Primò quomodo Asa propter cõfortationem verborum Azariæ prophetæ abstulit idola de terra. Respondendum quòd Asa auditis verbis prophetæ affectus fuit magis ad cultum Dei quàm prius,& voluit quantum potuit cultum Dei dilatare: & quia nihil erat, quo magis Deus coleretur, quàm quòd auferretur cultus contrarius cultui eiº, abstulit idola omnia,quæ inuenit in terra. Et hoc faciebat Asa: quia perspexerat sibi vtile esse ex prophetia: & hoc propter duo. Primò propter præteritam victoriam. Nam dixit propheta, dominus vobiscum, quia fuistis cum eo,ideſt Deus fuit vobiscum adiuuando vos in bello contra hostes:quia fuistis cum eo,scilicet obseruando cultum eius: & istud fuerat,quia antequam pugnaret Asa cõtra Aethyopes,abstulerat idolatriam de terra quantum potuerat.præcedenti cap.vt ergo Deus placaretur regi Asa,sicut placatus fuerat prẽterito bello propter ablationẽ idolatriæ voluit quantum potuit auferre totam idolatriam de terra. Secundò propter futura. Nam dixit propheta, quòd futurum erat in Iuda siue Israel, quòd dies multi transibunt absque Deo vero,absque sacerdote, & absque lege: & quia tunc essent angustiæ multæ in terra: ita quòd non esset egredienti pax,nec ingrediẽti quousque conuerterentur ad dominum in angustia sua. Vt ergo non accideret sic ei,voluit diligenter facere quantum poterat, quòd diebus suis esset in terra Deus verus, & lex & sacerdos. Præcipuum autem horum erat, quòd esset Deus verus: & istud non erat nisi auferrentur idola de terra, ideo confortatus est ad auferendum idola. Item fuit hoc propter exhortationem propheticam, quia dixit:vos autem confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. Erit enim merces operi vestro, ideſt ex hoc, quòd bene operati fueritis non eritis sine remuneratione. Et hoc erat, propter quod non subiicerentur hostibus. Voluit ergo Asa confortari in bono opere,de quo posset reportare mercedem in futurum, scilicet quòd nullus hostium prẽualeret contra eum. Et sic audita prophetia commotus fuit valde ad auferendum idola de terra.

*Quomodo potuit auferre idola cùm ablata essent.*

*Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius,quomodo potuit nunc auferre idola de terra, quia iam ablata erant. Nam priori tẽpore antequam iret Asa ad bellum ꝓtra Aethiopes,abstulit totam idolatriam de terra,vt patet prædicti cap. Aliquis dicet, quòd ista ponuntur hic per recapitulationem, scilicet quòd fuerunt facta prius, & ponuntur hic, sic enim fit sæpe in scriptura, quòd mutetur ordo anticipando, vel recapitulando: & sic ista ablatio idolorum erit illa, de qua habetur pcedenti cap. Dicẽdum quòd non potest esse hic ordo mutatus, quia necesse est dici, quòd ista ablatio idolorum fuerit post bellum contra Aethiopes, quia propheta iste Azarias fuit in occursum Asa veniẽti de bello, & locutus est ista ei: & tamen dicitur hic,quòd cõfortatus verbis prophetæ abstulit idola de terra. Ergo fuit ista ablatio idolorum post bellũ ꝓtra Aethiopes: & sic non erit ordo mutatus. Secundò patet,quia ad istam ablationem idolorum, & solennitatem conuenerunt aduenæ de Ephraim, Manasse, & Simeon: & tamen isti venerunt in regnum Iuda post bellum contra Aethiopes,ergo fuit ista ablatio idolorum post illud bellum. Patet hoc, quia dicitur hic, quòd isti aduenæ congregati sunt ad Asa,quia viderunt Deum esse cum eo:& tamen istud fuit per hoc,quòd adiuuit eum mirabiliter in bello cõtra Aethiopes,ideo postea fuit ablatio idolorum. Aliquis dicet aliter,ſ. qꝫ verũ est qꝫ fuerit ista ablatio idolorum post bellum contra Aethiopes, & tamẽ sit eadem cum illa, quæ habetur præcedenti cap.& tunc dicetur, quòd illa fuit per anticipationem: quia fuit tota illa ablatio idolorum post bellum cõtra Aethiopes, & ponitur pars eius ante,& quædam pars post. Dicendum est,quòd non stat: quia necesse est, qꝫ illa ablatio idolatriæ de qua præcedẽti c. fuerit ante bellum cõtra Aethiopes:& ista, de qua hic fuerit post bellum. Quod patet, quia Deus adiuuit miraculosè Asa, vt patet præcedenti cap.& tamẽ non adiuuisset eum sic si maneret adhuc tota idolatria in terra, quæ manebat tempore progenitorum suorum. Secundò patet, quia Asa abstulit idola de terra à principio regni sui. Nam dicitur præcedenti cap. qꝫ in diebus Asa quieuit decem annis primis terra à bellis: & ipse Asa dixit, quòd hoc fuerat, quia quæsierant dominum: vt patet ibidem. Ergo in principio regni sui abstulit idola: & tamen bellum cõtra Aethiopes non fuit in principio regni, sed anno decimo, vel quintodecimo, vt infra declarabitur: quia decem annis primis fuit pax in terra. Ergo ablatio idolatriæ: de qua præcedenti c. fuit in principio regni Asa, & propter illam data est ei pax, & omnia bona, & quòd prẽualeret cõtra Aethiopes. Ablatio autem idolatriæ,de qua hic,fuit post bellum contra Aethiopes, ideo nõ coincidit vna cum alia, & sic manet semper dubium, quo modo potuerunt nunc auferri idola de terra, cùm prius ablata fuissent. Aliquis ergo dicet aliter,scilicet quòd Asa abstulerat quandam partem idolatriæ ante bellum cõtra Aethiopes, & reliquerat aliqua idola in terra, & ista abstulit post bellum contra Aethiopes. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia si Asa dimisisset sponte aliqua idola in terra: ita esset idolatra, sicut si tota terra esset plena idolis, & non conuerteretur ad dominum in corde perfecto: qui tamen ad Deum cõuertitur in corde suo,debet auferre de medio omnes deos alienos: sicut dixit Samuel ad totũ Israel: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum,auferte de medio vestri deos alienos Baalim, & præparate corda vestra, & seruite illi soli, & eruet vos.primo Reg.7. Ecce ergo ad hoc, quòd quis in toto corde suo, & fructuosè conuertatur ad dominum, debet illi soli seruire. Si ergo Asa vellet, quòd manerent aliqua idola in terra,nihil proderat ad cultũ Dei, quòd auferret alia: & tamen Deus acceptabat cultũ Asa, quia propheta testatus est hoc, dicens: Dominº vobiscum,quia fuistis cum eo: & tamen non est cum eo, nisi quis perfectè colat eum. Item patet, quia ipse Asa putauit ante hoc cultum suum Deo esse acceptum, cùm ait: à bellis quieta sunt omnia, eo quòd quæsierimus Deum patrum nostrorum: præcedenti cap.non poterat tamen quærere dominum, si vellet, quòd manerẽt idola in terra: ergo non dimiserat aliqua idola Asa prima vice, qua abstulit alia, & quòd nunc illa abstulerit. Aliqui dicunt aliter, quòd ista idola,quæ nunc abstulit Asa,erant in ciuitatibus, quas cepit de monte Ephraim, & in vrbibus aliorum aduenarum. Nam cæperat Asa vrbes de monte Ephraim, vt patet in litera. Etiam multi aduenæ ad eum conuenerant de tribu Manasse, Ephraim, & Simeon: & de ciuitatibus istorum poterant auferri idola. Prius autem ablata fuerant idola de regno Iuda: quia quando facta est prima ablatio, nondum conuenerant aduenæ de terra Israel ad Asa. Dicendum, quòd hoc non stat, quia in litera dicitur, quòd abstulit idola de terra Iuda, & Beniamin, & de vrbibus, quas cœperat de monte Ephraim. Responderi ergo potest dupliciter. Vno modo, quòd Asa prima vice,qua abstulit idola de terra,abstulit omnia, quæ inuenire potuit,& sic putauit, quòd plenè abstulerat illa,& verè in corde perfecto egit,& Deus ita benefecit ei, sicut si omnia abstulisset de terra. Mansерunt tamen aliqua,quæ effugerant manus Asa,quæ ille non potuit inuenire,& reseruata sunt. Quia tamen nullo modo euenerat hoc culpa Asa, non imputauit ei Deus quidquam,sed ita acceptabat eum, & adiuuit in bello contra Aethiopes, sicut si omnia idola ablata fuissent, & sic etiam Asa putabat se colere Deum tanquam ablatis omnibus idolis: cùm ait, à bellis quieta sunt omnia,eo quòd quæsierimus dominum. Postquam autem factum est bellum contra Aethiopes, voluit adhuc diligenter inquirere, an mansissent aliqua idola, quæ nunc possent auferri de terra, & inuenit aliqua in Iuda, & Beniamin & fortassis hoc factum est,quia in prima idolorum ablatione non accepit populus tam gratè,quòd expellerentur,ideo occultauit aliqua. In secunda autem vice viderant mirabilia in bello contra Aethiopes, quæ Deus fecerat pro rege,quia eiecerat idola de terra: ideo gratissimè acceperunt, quòd omnia excluderentur de terra, & reuelauerunt regi ea, quæ prius occultauerant,& sic poterat rex nunc expellere idola de terra Beniamin, & Iuda. Aliter potest dici,quòd Asa prima vice,qua eiecit idola de terra,nullum dimisit in ea:quia diligenter inquisiuit illa,& tamen nunc eiecit aliqua, quæ nouiter pullulauerant. Nam inter primam expulsionem, & istam magnum tempus intercidit. Quia prima facta est in principio regni sui, vt declaratum fuit supra. Bellum autem contra Aethiopes factum est anno decimo, vel quintodecimo regni sui, vt infra dicetur, & sic in isto tempore intermedio potuit crescere aliquãtulum idolatria, & abstulit illam nunc Asa. Et si dicatur: quomodo poterant introduci idola cùm Asa illa eiecisset,& esset vir deicola? Dicendum,quòd aliqui quasi latenter poterant illa introducere:ita vt pauca essent,& sic rex fortassis non attenderet ad ea,& tamen nunc confortatus verbis prophetæ nouum desiderium habuit eijciendi omnia idola de terra siqua erant.

*Quomodo Asa accepit illas vrbes, & abstulit idola. Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius circa vrbes, de quibus dicitur hic, quòd accepit Asa vrbes de monte Ephraim,quomodo cœpit illas, & quomodo abstulit idola de illis. Respondendum,quòd istæ vrbes erant de monte Ephraim,ideſt, de sorte tribus Ephraim, & vocatur semper mons Ephraim, quia terra illa montuosa est:sicut colligitur Iosue decimo septimo.Et de illa terra acceperat, & tenebat Asa aliquas ciuitates. Quomodo autem acceptæ fuerint de terra Ephraim potest dici, quòd fuit dupliciter. Vno modo poterat esse,quòd acceperit vrbes istas Abia pater Asa. Nam pugnauit Abia contra Ieroboam bello grauissimo, qui occidit quingenta millia virorum de Israelitis, & tunc cœpit de terra Ephraim ciuitates aliquas,scilicet, Bethel, & alias, quæ nominantur in litera, supra decimo tertio, & illas tenebat nunc Asa: quia non perdiderat aliquid de eo,quos dimiserat ei pater suus Abia. Et dicebatur ipse cepisse illas:quia tenebat eas,quæ captæ fuerant. Vel attribuuntur ei illa, quæ pater suus fecerat,cùm censeatur eadem persona cum patre suo,





quia succedit ei. Et de illis ciuitatibus conuenienter poterant tolli idola, quia istę erant ciuitates idolatrarum. Nam viri de regno Israel omnino cessauerunt à cultu Dei, & vocabantur idolatræ: quia Ieroboam fecerat eos recedere à Deo frabricando vitulos,& prohiberenẽ ire in templum domini in Ierusalem. Et quia terra Ephraim erat de potestate Ieroboam, cùm ipse Ieroboam esset de tribu Ephraim. tertio Regum vndecimo: esset ista tribus vacans idolatriæ, & fortè magis;quàm aliæ tribus, vt in hoc faueret regi suo, qui introduxerat idolatriam.& cùm captę sunt vrbes istæ, potuit idolatria excludi de eis. Aliter potest dici,quòd captæ fuerunt vrbes istæ tempore Abiæ, & quòd abstulerit idola de illis, & hoc magis consonat literæ: quia dicitur, quòd abstulit idola de ciuitatibus quas ceperat de monte Ephraim. Sed tunc obijcietur:quia si dicatur,quòd Abia cepit ciuitates istas Ephraim, & tenuit eas post Asa filius eius,quomodo potuit nunc auferre idola de illis: quia prima vice abstulisset cum haberet illas ciuitates ex prima die,qua regnaret, quia pater suus acceperat illas, ideo non permisisset in eis manere idola vsque ad tempus istud. Dicendum, qꝫ poterat hoc esse,sicut responsum est præcedenti quæstione. Nam bis abstulit idola Asa de terra Iuda, & Beniamin, scilicet, semel in principio regni sui. Et iterum post bellum finitum contra Aethiopes, et hoc, quia poterant omitti aliqua idola occulte prima vice, quæ non deleta fuissent, & illa expellerentur secunda vice. Vel quia omnia ablata sunt prima vice, & inter illam & secũdam vicem succreuerunt aliqua idola, quæ postea ablata sunt. Ita poterat esse in istis vrbibus, quæ acceptæ fuerant de terra Ephraim, ſ. quòd ablata fuerint idola tunc,quando ablata sunt de terra Iuda, & Beniamin, & tamen mansерunt aliqua pauca occultè, quæ durauerunt vsque post bellum Aethiopum, & illa ablata fuerunt nunc. Vel,qꝫ in ciuitatibus illis introducta fuerunt postea aliqua idola latenter ab idolatris, & illa abstulit nunc Asa. Sed tunc obijcietur,si dicatur,quòd Asa cœpit istas ciuitates montis Ephraim, quomodo cepit eas. Nam non apparet,quòd habuerit aliquod bellum Asa contra reges Israel, in quo potuit accipere ciuitates has. Aliquis dicet, quòd Asa cepit ciuitates istas, in aliquo bello,& si non fiat hic mentio de eo non est inconueniens,quia multa facta sunt, quæ non exprimuntur in scriptura sacra. Dicendum, quòd non stat, quia non potest dici,quòd omissum fuerit aliquod tale bellum, quia nullum habuit Asa. Nam in toto tempore Asa vsque ad decimum annum regni eius fuit pax,vt patet præcedenti capitulo,& post hoc fuit bellum Aethiopum. Nullum ergo bellum habuit Asa contra reges Israel, in quo potuisset capere istas vrbes montis Ephraim. Respondendum,quòd potest dici,quòd cepit Asa istas vrbes,quando fuit bellum contra Aethiopes. Nam finito illo,dicitur quòd pugnauit contra omnes vrbes,quæ erant in circuitu Geraræ, & accepit spolia ipsarum.præcedenti capitulo:tunc ergo poterat capere vrbes de terra Ephraim, & vnire regno suo, & acciperet idola,quæ erant in eis. Si tamen velimus dicere,quòd Abia pater Asa cœpit istas vrbes, & sint illę, quæ nominantur supra decimo tertio, satis est rationabiliter dictum. Quomodocunque autem euenerit satis erat facile, quòd caperentur vrbes de terra Ephraim per reges Iuda: quia inter omnes sortes tribuum Israel, non erat aliqua sors tam propinqua regno Iuda,sicut sors tribus Ephraim. Nam regnum Israel erat ad partem Aquilonarem regni Iuda, & nulla sors erat magis Meridiana regno Israel,q̃ sors Ephraĩ, quia illa coniungebatur sorti Beniamin, quæ erat de regno Iuda, vt colligitur ex terminis sortis Ephraim,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& Beniamin: Iosue decimo sexto, & decimo octauo. Ideo potius poterant capere viri Iuda vrbes de sorte Ephraim, & adiungere eas terræ suæ, quàm de alijs sortibus tribuum.

*An peccauit Asa capiendo vrbes.*

*Quæst. X.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Asa capiendo vrbes de regno Israel. Aliquis dicet, q̃ sic, quia Deus vetuerat pugnam inter reges Iuda & Israel pro reparãda diuisione regni, quia dixerat illam factam esse de voluntate sua, supra vndecimo. Ideo non licebat regi Asa pugnare pro hac re, nec capere aliquas vrbes de regno Israel. Respondendum, quòd non peccauit Asa capiendo istas vrbes, quia aut istæ vrbes fuerunt illæ, quas cepit Abia, & habentur supra decimo tertio. Aut sunt aliæ, quas nouiter cœpisset Asa. Si primo modo dicendum, quòd non peccauit Asa: quia non cepit eas, sed recepit in successione hæreditaria. Etiam non peccauit Abia, quia supra decimo tertio, in quadam quæstione declaratum est, quomodo non peccasset, & cœpisset eas iustè. Si autem dicatur, quòd Asa cepit eas. Etiam dicendum est, quòd non peccauit, quia pugnauit contra illas pro causa iusta. Nam istę vrbes erant in extremitate regni Israel in confinibus regni Iuda, & inde inferebantur sæpe multa mala regno Iuda. Et quia habitatores locorum nolebant satisfacere, nec desistere ab istis damnis, & iniurijs inferendis, potuit iustè pugnare contra illas vrbes, & delere illas, vel subijcere illas regno suo, & vnire sibi, & sic factum est: ideo non peccauit. Cùm autem obijcitur, quòd Deus vetuerat pugnam inter reges Iuda & Israel super reparanda diuisione regni. Dicendum, quòd verum est, quòd non licebat regibus Iuda pugnare contra reges Israel hac intentione, vt totum regnum efficeretur vnum: quia Deus hoc nolebat, & tamen licebat regibus Iuda pugnare contra reges Israel pro alijs iniurijs, & damnis. Et quia Israelitæ habitantes in vrbibus istis mala multa infligebant regno Iuda, poterat Asa licitè pugnare ad subijciendum sibi vrbes istas, vt amplius non nocerent ei. Et postquam semel subijcerentur ei, non tenebatur eas dimittere regibus Israel, quia quod suum semel legitimè effectum fuerat, non tenebatur dimittere, nisi iterum illud iustè perderet.

*Quomodo dedicauit Asa altare.*

*Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Asa dedicauit altare, quod erat ante porticum domini. Respondendum, quòd propriè dedicare est nouiter applicare aliquid ad aliquem vsum. Et tunc dicitur altare dedicari, quando aliquid nouiter in eo offertur, vel nouiter fit sacrificium: quia per illud applicatur altare ad cultum Dei. Sic etiam Ecclesia dicitur dedicari, quando erat prius domus facta, & non erat applicata ad cultum Dei: sed erat indifferens, vt posset applicari ad cultum Dei, vel ad vsus prophanos. Cùm autem in Ecclesia fiunt ministrationes aliquæ sacræ primò, & cæremoniæ benedictionis eius, applicatur per hoc cultui diuino: ita quòd non potest iam transire ad humanos vsus, & per hoc dedicatur. Cùm ergo altare dedicaretur nunc, videtur quòd non fuerant adhuc facta in eo aliqua sacrificia, & tamen non competit hoc altari, quod erat in atrio templi, quia istud dedicatum est per Salomonem, quando prima die dedicationis templi obtulit sacrificia multa super altare: ita quòd in eo capi non possent, & descendit ignis de cœlo super altare: vt patet supra septimo. Aliquis ergo dicet, quòd intelligatur hoc de altari Moysi, quod fuerat in tabernaculo, quòd fecerat Beseleel, de quo habetur Exod. vigesimo septimo, & in isto facta fuerant omnia sacrificia vsque ad tempus, quo fabricatum est aliud: quo fabricato cessauit fieri sacrificiorum oblatio, & crematio in altari Moysi, & fortassis nunc Asa obtulit sacrificia in illo altari, & sic dicitur dedicasse illud altare. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia dedicatio, vt dictum est, est applicatio noua rei ad vsum, qui in ea exerceri debet: & quia iam altare illud dedicatum fuerat solenniter in deserto, quando duodecim principes tribuum obtulerunt munera sua per duodecim dies: Numeri septimo, & postea magno tempore fuerunt facta in eo sacrificia, scilicet à principio legis datæ vsque ad principium dedicationis templi Salomonis, non videtur, quòd nunc posset dedicari illud. Aliquis ergo dicet, quòd esset aliquod aliud altare nouum, in quo nunquam oblata fuissent sacrificia, & nunc oblata sunt, & sic dedicaretur. Dicendum, quòd hoc non stat, quia istud erat contra legem. Nam lex iusserat effici vnicum altare, quod poneretur ad ostium tabernaculi: Leuiti. decimoseptimo. & in nullo alio poterant offerri sacrificia, & siquis aliud fabricaret, aut in alio offerret, peccabat, & erat suspectus de idolatria. Sic patet de duabus tribubus, & dimidia, quæ recedentes de terra Chanaan, fecerunt altare nimiæ magnitudinis apud tumulos Iordanis: quod audientes nouem tribus, & dimidia indignatæ sunt putantes ex hoc feciſſe aliquid sacrilegium, & incidisse in idolatriam, & parauerunt se ad pugnam cõtra duas tribus, & dimidiam, & pugnauissent contra illas nisi ille se excusassent: dicentes, quòd non fecerant ad offerendum sacrificia: sed, vt esset in signum. Iosue vigesimo secundo capitulo. & ibi dicitur, quòd nefas erat offerre sacrificium in alio altari nisi in illo, quod erat ad ostium tabernaculi. Cùm ergò Asa esset vir deicola, & ista die, qua dedicauit altare veniebat ad faciendum fœdus cum domino, vt obseruaret legem ipse, & totus populus suus, non erat vllo modo verisimile, quòd vouendo eam seruare infringeret ipsam, & sic non offerret in aliquo nouo altari. Sed dicendum est, quòd istud altare, de quo hic dicitur, erat altare æneum, quod fabricauit Salomon: de quo habetur supra quarto, & erat ante porticum templi. Et colligitur ex hoc, quia dicitur, quòd ante porticum domini, id est porticum templi erat, scilicet in atrio sacerdotum. Nam in illo atrio non erat nisi vnicum altare, quod vocabatur altare holocaustorum, & istud est quod fecerat Salomon. Cùm autem obijcitur, quòd non poterat nunc dedicari, quia iam multo ante hoc dedicatum fuerat. Dicendum, quòd non accipitur propriè dedicari pro applicare ad diuinum cultum, quia istud erat per primum actum cæremoniarum, qui fieret in eo, & nunc non fiebat sic. Sed vocatur dedicatio quædam festiua oblatio sacrificiorum ad similitudinem dedicationis. Nam dies dedicationis altaris fuit magnæ festiuitatis: quia multa sacrificia super altare cremata sunt, vt patet supra 7. Et quia nunc, quando factum est fœdus cum domino tempore regis Asa, facta fuerant sacrificia multa super altare die vno, vocabatur ille dies dedicationis. Patet hoc, nam die isto multa animalia obtulit Asa, scilicet boues septingentos, & arietes septem millia, vt patet infra in litera.

Qui



*Qui essent illi aduenæ, & cur de illa tribu.*

*Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius circa aduenas, de quibus hic dicitur, qui erant, vel quomodo erant in terra Iuda, & quare potius erãt de tribu Ephraim, & Manasse, & Simeon, quàm de alijs tribubus. Ad primum dicendum, quòd isti aduenæ erant de regno Israel de idolatris, & venerant in terram Iuda desiderio cultus diuini. Nam regnum Israel erat totum subiectum idolatriæ. Quia Ieroboam fecerat vitulos aureos, & vetuerat Israelitis ire in Ierusalem ad templum domini. tertio Regum decimosecundo. Et ob hoc omnes Israelitæ erant conuersi ad idola. Et siqui desiderabant Deum colere, non permittebantur ire in templum secundùm legem. Aliqui autem nimis zelantes legem Dei potius se exponebant periculo, & perditioni omnium bonorum, & transibant in terram Iuda ad manendum. Isti autem vocabantur aduenæ, quia de extraneo regno veniebãt, vt habitarent in terra Iuda. Etiã quia de cultu Deorum alienorum veniebant ad cultum veri Dei. Nam terra Israel erat cultus idolorum: quia accepti fuerant vituli in Deos: vt patet supra decimo tertio. Terra autem Iuda erat, in qua Deus verus colebatur. Ideo isti aduenæ veniebant ad nouum cultum deitatis, & alienum ab illo, qui erat in terra sua. Sciendum, quòd isti non veniebant solùm ad adorandum in Ierusalem, sed etiam ad manendum in terra Iuda. Nam si solùm venirent ad adoraudum, & illico redirent, non vocarentur aduenæ: quia aduenæ principaliter vocantur propter habitationem. Etiam non poterant isti sæpe in terram Iuda venire ad templum si irent, & redirent: quia reges Israel tenerent eos, & occiderent, vel affligerent, cùm ipsi inhibuissent istam ascensionem. tertio Regum decimo secundo. Sciendum etiam, quòd isti aduenæ exposuerant possessiones suas perditioni propter cultum Dei. Nam eo ipso, q̃ veniebant de terra Israel in terram Iuda ad habitandum, confiscabantur possessiones eorum, vel transibant ad alios, quia iam nunquam redituri erant, vt manerent in terra cultus diuini: & tamen potius volebant perdere temporalem substantiam, & viuere vtcunque quàm contra legem agere manendo semper in terra idolatrarum, & nunquam ascendendo in templum domini, sicut lex iusserat. Ad secundum dicendum, quòd isti aduenæ potius erant de tribu Ephraim, & Manasse, & Simeon, quàm de alijs tribubus, quia istę erant propinquiores regno Iuda ad eundum illuc facilius. Patet de tribu Simeon. Nam tribus Simeon habebat sortem suam intra terminos sortis Iuda. Fuit enim data tribui Iudæ quædam terra valde magna à principio non attenta proportione ad alias tribus. Et quia repertum est postea illam esse magnam, abscisa est quædam pars eius, & data est tribui Simeon, quę erat minor omnibus tribubus. Et sic accepit tribus Simeon sortem suam in medio sortis Iuda: vt patet Iosue 19. Et sic de tribu Simeon manifestum erat, quòd erat prompta ad eundum in templum domini, si vellet, eo quòd erat intra sortem Iuda. De sorte Ephraim, & Manasse dicendum est, quòd erant coniunctissimæ regno Iuda. Nam tribus Iuda, & Beniamin erant de regno Iuda. Tribus autem Beniamin erat magis Aquilonaris, & erat coniuncta tribui Ephraim, & Manasse ex parte Aquilonari: nam sors Ephraim, & Manasse erant coniunctæ, vt colligitur Iosue decimo sexto, & decimo septimo capitu. Ideo cùm essent istæ tribus in confinibus regni Iuda, poterant facilius ascendere in templum domini in Ierusalem, & effici aduenæ in terra Iuda, quàm viri de alijs tribubus.

*Quomodo isti aduenæ viderant Deum esse cum Asa.*

*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo isti aduenæ viderant Deum esse cum Asa. Respondendum, quòd aduenæ isti illecti sunt ad veniendum, vt habitarent in terra Iuda desiderio cultus diuini, & ad hoc aliqualiter alliciebantur ex prosperitate temporali Iudæorum, scilicet, quia videbant Deum esse cum Asa, & quia ex hoc cognoscebant manifestè, quòd Asa tenebat rectam legem, & Deus benefaceret ei, & quòd abiecerat viros de terra Israel, transierũt ad terram Iuda, vt morarentur in ea. Esse autem Deum cum Asa poterat intelligi dupliciter: vno modo, quòd Asa coleret Deum rectè, & per hoc Deus esset cum eo, inhabitando cum eo per gratiam. Nam quando quis est in charitate, tunc est Deus cum eo, & non aliter: vt patet prima Ioan. quarto capitulo, scilicet. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Secundo modo potest intelligi, quòd Deus erat cum Asa, scilicet, specialem fauorem ei dando. Dicendum, quòd licèt vterque modorum istorum posset hic accipi: tamen non debet accipi nisi secundus, eo quòd Iudæi erant rudes, nõ cognoscebant istum modum essendi Dei cum aliquo, qui erat per gratiam. Sed tunc dicebant Deum esse cum aliquo, quando ostendebat ei specialem fauorem, & prosperabat actus eius. Iste modus loquendi erat in veteri testamento. Sic patet de Isaac, quem cum persequerentur Philisthini subito Deus ditauit. Nam cùm quodam anno seminasset in terra Philisthinorum, inuenit centuplum, quod erat admirandum. Gen. 26. quod videntes Philisthini, & aliam eius subitam multiplicationem in pecoribus, & armentis admirati sunt nimis, & putauerunt Deum esse cum eo, quia ista nõ poterant euenire nisi spãliter Deus eum adiuuaret, & sic cùm prius persequerentur eum, venerunt postea ad ipsum, vt efficerentur amici eius, & dixit Isaac, quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis, qui responderunt: vidimus tecum esse Deum, iccirco diximus, sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus. Gen. vigesimo sexto capitulo. Ecce dixerunt, esse Deum cum illo, quia augmentauit subito substantiam eius. Sic etiam patet de Ioseph, de quo dicitur, quòd erat Deus cum eo, scilicet, quia omnia, quæ ille ageret prosperabantur: vt patet Gen. 39. scilicet. Ioseph habitauit in domo domini sui: fuitque dominus cum eo, & fuit vir in cunctis prospere agens: habitabatque in domo domini sui, qui optimè nouerat dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret ab eo dirigi in manu illius. Ita nunc viderunt Israelitæ, quòd erat Deus cum Asa. Et hoc poterant videre dupliciter. Vno modo per hoc, q̃ Asa habuerat pacem tam diuturnam, scilicet, decem annorum, & tempore illo regnum suum fuerat valde roboratum, & tamen non contingebat hoc in alijs regnis, quia erant frequentia bella. Sic etiam fuerat tempore Abiæ patris Asa, & Roboam aui sui. Nam illi habuerant bellum contra Ieroboam omnibus diebus suis. supra 12. & 13. Asa autem nullum bellum habuit in primis decem annis regni sui: quod erat satis admirandum, & hoc non erat, nisi quòd Deus eum adiuuaret specialiter, ideo dicebant, quòd Deus erat cum eo. Secundò, & melius poterat hoc dici, scilicet, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

viderant quomodo mirabiliter deuicerat Aethiopes. Nam fuit tantus exercitus Aethiopum, quantus nunquam legitur fuisse congregatus, scilicet decies centena millia. præcedenti capitu. & tamen viri Iuda cùm essent pauci, latissimè totum illum exercitum dispersiderunt cogentes eum in fugam, & occidentes plurimos. præcedenti capitulo, hoc autem non poterat esse, nisi speciali Dei adiutorio: ideo putabant Deum esse cum eo, & desiderantes seruire tali viro, vt ipsi quoque participarent aliquid de felicitate eius, veniebant ad habitandum in regno suo, & ibi colerent Deum.

Cumque venissent in Ierusalem mense G tertio, anno decimo quinto regni Asa, immolauerunt domino in die illa de manubijs, & præda quam adduxerant boues septingentos, & arietes septem millia. Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Siquis autem inquit non quæsierit dominum Deum Israel, moriatur à minimo vsque ad maximum, à H viro vsque ad mulierem. Iurauerunt que domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum omnes, qui erant in Iuda cum execratione. In omni enim corde suo iurauerunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt. Præstitit que ei Dominus requiem per circuitum. Sed & Maachan matrem Asa regis ex augusto deposuit Imperio, eo quòd fecisset in luco simulachrum Priapi: quod omne contriuit, & I in frusta comminuens combussit in torrente Cedron. Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. Eaque quæ vouerat pater suus, & ipse, intulit in domum domini, argentum & aurum, vasorumque diuersam suppellectilem. Bellum verò non fuit vsque ad trigesimum annum regni Asa. K

*Cumque venissent in Ierusalem.* Scilicet Asa, & omnis Iuda, & Beniamin, & aduenæ venerunt in Ierusalem, quia ibi erat templum domini, vt ibi facerent sacrificia magna, & fœdus, quod cùm domino iniuerunt. *Mense tertio.* In isto mense apud Iudæos est festum Pentecostes semper (Vt quidam putant.) Sed falsum est: quia necesse est, quòd sit semper in mense quarto die sexto, vel septimo: vt patet computando septem hebdomadas à die decimo sexto mensis primi, quando mittebatur falx in messem: Leuit. vigesimo tertio capitulo. Et sciendum, quòd non est iste mensis tertius Martius, sicut apud nos: quia Hebræi incipiunt annum suum in Martio. Non quidem prima die Martij: sed in lunatione Martij, scilicet, quòd illa lunatio, quæ est magis coniuncta medietati Martij est principium anni. Et deinde quamlibet lunationem dicunt vnum mensem, & mensis tertius est tertia luna incohando à lunatione Martij. *Anno quinto decimo regni Asa.* Quomodo autem potuerit istud esse anno quintodecimo cùm videatur, quòd deberet esse multo prius propter bellum Aethiopum, declarabitur infra in quadam quæstione. *Immolauerunt domino in die illa.* Scilicet die, qua venerunt in Ierusalem immolauerunt sacrificia multa, quæ ponuntur infra in litera. *De manubijs, & præda quam adduxerant.* Scilicet, ista magna oblatio, quæ habetur hic fuit, de præda, quam abstulerant de bello Aethiopum. Nam præcedenti capitulo dicitur, quòd Asa, & viri sui tulerunt spolia multa, & percusserunt omnes ciuitates per circuitum Gerare, & diripuerunt vrbes, multamque prædam asportauerunt, sed & caulas ouium destruentes tulerunt ouium infinitam multitudinem, & camelorum. Reuersique sunt in Ierusalem, & sic de illis pecoribus, quæ habebant de præda, obtulerunt domino. Et vocantur manubia ipsa, quæ capiuntur in præda, & propriè vocantur manubia res, quæ manu capiuntur, dictæ à manus, & bios, quod est mensura, quasi mensura manus, quæ autem rapiuntur, & tamen manibus non tenentur, sed per se mouentur, sicut pecora, & iumenta, non vocantur propriè manubia, sed prædæ, & tamen largè vocantur manubia, & sic accipitur hic, scilicet, quod de manubijs obtulerunt domino sacrificia. *Boues septingentos, & arietes septem millia.* Fuit quippe magna multitudo animalium captorum præda: quia dicitur præcedenti capitulo: sed & caulas ouium destruentes tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & ob hoc magnifica sacrificia fecerunt, quia de his, quæ gratis acceperant, & sine labore liberalitet erogabant. *Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent dominum.* Scilicet, quando obtulerunt sacrificia hæc intrauerunt, scilicet in sanctuarium ad corroborandum fœdus, idest ad componendum pactum cum domino, vt quærerent eum, scilicet, custodiendo legem suam. Et dicitur ex more, scilicet, quia consuetudo erat Israelitis sæpe facere talia fœdera cum domino: de quo magis infra declarabitur in quadam quæstione. *Deum patrum suorum.* Istud ponitur ad distinguendum ab alijs dijs, scilicet iste, qui erat verus Deus patrum Iudæorum: quia ab antiquo Iudæi acceperant eum in Deum, & ob hoc iustum erat, quòd eum colerent. *In toto corde, & in tota anima.* Scilicet, non solùm vouerunt quærere dominum obseruando legem eius, sed etiam vouerunt, quòd in tota anima, & in toto corde quærerent. Istud autem ponitur ad excludendum quandam iniquitatem Iudæorum: quia volebant quidam Iudæi colere Deum Israel obseruando legem eius, & insuper obseruando cœremonias idolorum: & Deus hoc vetuit, dicens, quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino Deo tuo, nec addas quidquam, nec minuas. Deutero. decimosecundo. Etiam quidam volebant colere Deum Israel obseruando cæremonias legis, & insuper colere idola, sicut fecerunt Samaritani, qui Deum cœli timebant, & nihilominus Deos suos colebant: vt patet quarto Regum decimo septimo. Et sic quando aliquis ad Deum reuerti debebat non sufficiebat, quòd coleret Deum obseruando cæremonias legis, si prius non obseruabat illas: sed etiam, quòd recederet à cultu idolorum, si prius colebat



bat illa, quia aliàs licèt conuertatur ad dominum: tamen non in toto corde, sed claudicat in duas partes. Et ob hoc dixit Samuel Israelitis. primo Regum septimo: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra, & seruite Deo soli, & liberabit vos. Et quia ista sola reuersio est Deo acceptabilis, vouerunt isti Israelitæ, quòd quærerent dominum in toto corde suo, scilicet, & solùm Deum quærerent, & nullo modo declinarent ad idola, & dī in toto corde, & tota anima, quod idem est. Nam cor non potest accipi hic pro illo membro, à quo est origo vitæ: quia ad illud non pertinet obseruatio legis, cùm istud non pertineat nisi ad partē cognitiuam immaterialem. Cor autem est corporea pars B non habens aliquem actum cognitiuum, vel deliberatiuum, sed accipitur cor pro anima, & tamen ex modo loquendi multiplicamus verba pro eadem re signata. Vel potest dici, quòd ista duo non accipiuntur pro eodem, sed signant duas particulas animæ: nam ad complendum actum humanum requiruntur duæ potentiæ, scilicet intellectus, & voluntas. Istæ enim solæ efficiunt actum humanum, vt patet sexto Ethic. in principio. Et signatur intellectus per animam, quia anima dicit aliquid spirituale cognitiuum, quem admodum nos concipimus intellectum. Cor autem signat voluntatem, quia ad eam pertinet desiderium, & nos putamus cor nostrum desiderare aliquid, & sic vulgi appellatione accipitur cor pro voluntate. *Siquis autem inquit non quæsierit dominum Deum Israel, moriatur.* Scilicet, rex Asa inquit, ideſt, dixit, siquis non quæsierit dominum Deum Israel, scilicet, obseruando plenè legem suam, moriatur, ideſt occidatur, & sic Iudæi obligauerunt se spontaneè ad pœnam mortis præter pœnam, quæ in lege posita erat, & Deus istas pœnas magis repetebat à facientibus fœdera, quàm illæ, quæ veniebant inferrendæ peccantibus ipso iure, eo quòd turpius est alicui facere contra id, quod ipse spontè facere promittit, quàm contra id, quod sibi iubetur: & sic Deus repetebat pœnas istas: vt patet Ierem. trigesimo quarto, de illis, qui fecerunt cum domino fœdus de dimittendo seruos, & ancillas, & liberos, qui erant de genere Iudæorum. Nam dicit inferrenda mala D illa, quæ ipsi super se sponte susceperunt. *A minimo vsque ad maximum à viro vsque ad mulierem.* Ideſt, ab istius fœderis obseruatione nemo excluditur, sed omnes tam magni, quàm parui viri, & fœminæ tenentur ad obseruationem eius. Non est autem intelligendum, quòd quando erant paruuli tenerentur obseruare istud fœdus, quia non erat possibile cùm non essent capaces rationis, sed intelligitur, quòd quando peruenirent ad ætatem adultam, in qua essent rationis capaces, quòd obseruarent fœdus: sed quomodo possent obligari paruuli, qui nesciebant se obligari, nec quid erat obligatio, declarabitur infra in quadam quæstione. *Iurauerunt que domino voce magna.* Scilicet, obseruationem fœderis iurauerunt. Erat enim cæremo- E nia fœderis, quòd iuraretur super obseruantia eius, & dicitur, quòd voce magna iurabant ad hoc, vt audirentur ab omnibus: ita quòd omnes scirent quid est, quod iurabant, & quomodo se obligabant ad obseruationem legis, & sub qua pœna, scilicet, sub pœna mortis, vt sic audientes timerent facere contra fœdus, & obseruarent legem. *Et in iubilo.* Ponitur tota cœremonia iuramenti, scilicet, qualiter publicatum est. Nam scriptum fuit fortè, & lectum est nomine totius populi petito consensu omnium, & quando publicatum est, totus populus præ gaudio voces altissimas lætitiæ resonabat, quæ voces vocantur iubilus, & clangebatur tunc in tubis, & resonabant multa ge- A nera musicorum instrumentorum ad ostendendam lætitiam solennem pro istius fœderis positione. *Et in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum.* Scilicet, clangebatur tubis, & buccinis: ista duo non habent magnam differentiam, sed interdum ponimus tubam pro buccina, & è conuerso, & tamen hic ponuntur, vt distincta. Erant autem in figura, sicut est in omnibus artificiatis. Possent autem vocari tubæ illæ, quæ erant tubæ argenteæ sacræ, quas iussit Deus Moysi facere, de quibus habetur Numeri vndecimo, & in istis solis sacerdotibus licebat clangere. eodem capitulo. Buccinæ autem vocantur, quæcunque aliæ: licèt interdum ponitur tuba pro omnibus tubis, & buccinis, siue sacris, siue non sacris, etiam pro corneis, vt patet Psalmo 98. scilicet. Psallite domino in voce Psalmi in tubis ductilibus, in voce tubæ corneæ. Et sic quomodocunque se habeant, dicendum quòd tubæ, & buccinæ erant hic diuersarum figurarum, vel materiarum. *Omnes, qui erant in Iuda.* Scilicet omnes, qui erant in regno Iuda iurauerunt hoc, scilicet, tam viri de tribu Iuda, quàm de Beniamin, & aduenæ, qui ad hanc solennitatem conuenerant. *Et cum execratione.* Scilicet, cum imprecatione maledictionis, quia Israelitæ imprecati sunt mala super se, si non custodirent istud fœdus. *In omni enim corde suo iurauerunt.* Scilicet, cùm toto desiderio iurabant. Dicitur enim aliquis non iurare in toto corde, quando iurat aliquid facere, & non intendit illud facere. Nunc autem viri C Iuda intendebant ex totis viribus suis complere id, quod vouebant: ideo dicebantur iurare in toto corde nullam duplicitatem gerentes. *Et in tota voluntate quæsierunt eum.* Scilicet, non solùm iurauerunt, sed etiam compleuerunt, quia cæperunt obseruare legem, & omnino eam seruauerunt non declinantes ad idola, sed tota voluntas sua erat in cultu domini. *Et inuenerunt.* Scilicet, inuenerunt eum propitium sibi: quia sicut ipsi colebant eum toto corde: ita ipse tota opera dabat eis prospera, non permittens eos vexari ab aliqua gente, & dedit eis bona temporalia ad abundantiam, & declarabitur in litera sequenti, cùm dicitur. *Præstitit que eis dominus requiem per circuitum.* Scilicet, fecit dominus, quòd non insurgerent aliqui hostes contra Iudæos de omnibus gentibus habitantibus in circuitu terræ Iudæ. Nam non fuit bellum aliquod, nec commotio aliqua in regno Asa vsque ad annum trigesimum sextum regni sui, vt patet infra in litera. Quomodo autem Deus det pacem istam, & quomodo multi modi sunt, quibus Deus mouet corda hominum ad hoc, vel cogit homines ad tenendum pacem, declaratum est latè præcedenti capitulo, in quadam quæstione. *Sed & Maacham matrem Asa ex augusto deposuit Imperio.* Scilicet, non solùm Asa fecit bona custodiendo legem, sed etiam inferendo pœnam violatoribus eius. Et ostenditur maximus affectus ad legem, quia non solùm puniuit homines populares nullius dignitatis, de quibus ad se nihil attinebat, sed etiam matrem suam, quæ erat regina deposuit de principatu, quia peccauerat grauiter circa idolatriam. *Eo, quòd fecisset in luco simulachrum Priapi.* Lucus erat congregatio arborum multarum densarum reddentium magnam opacitatem propter densitatem, & talia loca erant ad colendum idola, & potissimè ad sacrificia Priapi, & cœremonias eius. Nam erat concubitus post sacrificia, & ad hoc, quòd fieret sine verecundia, fiebat in loco opaco, scilicet in luco, vel in locis subterraneis: de quo magis dicetur infra in quadam quæst. In Hebræo dicitur. *Eo, q̄ fecisset sculptile in luco.* Vbi litera nostra dicit, eo q̄ fecisset in luco simulacrhum Priapi, & verum est, q̄ simulachrū Priapi erat sculptile, & tamen non expressit nomen idoli:

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed litera nostra collegit hoc partim ex eis, quę habentur tertio Regum 15. cur autem hoc sit dicetur infra. *Quod omne contriuit.* Erat de ligno factum sculptile, vel de alia materia: magis tamen dicendum, quòd erat de ligno, eo quòd combustum est, & contriuit illud Asa ad ignominiam, vt saltem igne cùm cremaretur, non maneret figura illius. *Et in frusta comminuens combussit in torrente Cedron.* Scilicet, diminutum est in frusta, & combusta fuerunt illa frusta in torrente Cedron, ideſt apud torrentem Cedron, quia fortassis locus ille erat immundus. Vel dicitur in torrente Cedron, scilicet, quòd combustum fuit sculptile, & cineres eius in torrente Cedron fuerunt proiecti, sicut proijciebantur ibi cineres aliarum immunditiarum, quæ cremabantur. Sic patet, quarto Regum 23. Nam rex Iosias proiecit ibi cineres omnium idolorum, quæ combussit. *Excelsa autem derelicta sunt in Israel.* Licèt tantam diligentiam fecerit Asa circa expurgationem idolatriæ: tamen non fuit tota expulsa: quia excelsa derelicta sunt in Israel. Possunt autem accipi excelsa, ita quòd pertineant ad idolatriam, vel ꝙ non: sed quòd in eis Deus colatur, sicut declarabitur infra in quadam quæstione. *Attamen cor Asa perfectum erat cunctis diebus.* Istud ponitur ad excusandum præcedentia: quia dictum est, quòd excelsa derelicta sunt. Et tunc dicet aliquis, quomodo poterat Asa colere Deum in toto corde suo, sicut iurauerunt viri Iuda: quia ad hoc necesse erat, quòd omnino conuerteret cor suum ad dominum, & recederet ab idolatria. Respondet litera, quòd licèt dimisisset Asa excelsa in terra, tamen cor suum perfectum erat cum domino, ideſt totaliter inclinabatur ad colendum dominũ, & nullo modo ad idola, vel peregrinum cultum: sed quomodo omnibus diebus fuerit cor Asa perfectum cum Deo declarabitur infra in quadam quæstione. *Ea verò, quę vouerat pater suus, & ipse, intulit in domum domini.* Reges solebant vouere munera aliqua ad ditandum domum domini, & quia Abia pater Asa vouerat aliqua, & non occurrerat sibi soluere illa, soluit ea Asa. Etiam ipse Asa aliquando vouit munera, & illa soluit. Et dicitur, intulit ea in domum domini, ideſt, posuit in thesauris domini. *Argentum, & aurum, vasorumque diuersam suppellectilem.* Scilicet, dedit argentum, & aurum, & vasa. Hic accipitur argentum, & aurum pro illo, quod erat in massa, nulla re inde fabricata. Suppellex varia vasorum erat, quando de auro, & argento erãt aliqua fabricata ad vsus, vel honorem templi. *Bellum verò non fuit nisi vsque ad trigesimum annum regni Asa.* Istud ponitur ad signandum prosperitatem temporis Asa, scilicet, quia non fuerunt bella tempore eius. Nam ea, quæ habentur supra, fuerunt facta anno quintodecimo regni Asa, vt patet supra in litera, & dicitur hic, quòd vsque ad annum trigesimum regni, non surrexit bellum aliquod. In Hebræo dicitur. *Bellum verò non fuit vsque ad trigesimum quintum annum regni Asa.* Ista litera verior est, & satis potest dici, quòd translator noster Hierony. verè transtulerit, & tamen postea imperitia librariorum perierit illa particula: ita vt deberet dici trigesimum quintum, & dicatur solùm trigesimum, & hoc magis videtur conuenire veritati, quia in principio sequentis capituli dicitur, anno trigesimo sexto regni eius ascendit Baasa, & sic vsque ad trigesimum sextum annum non legitur aliquod bellum, & tamen si diceretur in litera vsque ad trigesimum annum regni Asa, non legeretur quid medio tempore factum fuerit.

F *An anno quintodecimo regni Asa facta sit illa solennitas.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR Circa prædicta, primò quomodo potest stare, quòd anno quintodecimo regni Asa facta fuerit ista solennitas fœderis. Nam videtur, quòd potius facta fuerit anno decimo, vel vndecimo regni Asa, quia facta est tempore belli Aethiopum, & istud bellum fuit anno decimo regni Asa, cùm dicatur præcedenti capitulo, quòd decem annis fuit pax in regno Asa, & postea sequitur de bello contra Aethiopes. Ex quo apparet, quòd fuerit factum anno decimo, vel vndecimo. Aliqui dicunt, quòd bellum contra Aethiopes factum est anno decimo regni G Asa finito, inchoato vndecimo, eo quòd solis decem annis primis continuis durauit pax, & tunc superuenerunt bella aliqua, & tamen nõ legitur bellum aliquod nisi Aethiopum. Ideo credendum videtur, quòd fuerit factum bellum contra Aethiopes anno vndecimo in principio. De solennitate ista fœderis dicunt, quòd facta est quintodecimo anno, eo quòd litera hoc exprimit, scilicet anno quintodecimo mense tertio. Et sic volunt, quòd non fuerint simul facta ista duo, scilicet bellum contra Aethiopes, & fœdus istud. Dicendum tamen est, quòd necesse est, ꝙ bellum Aethiopum fuerit, quando fuit istud fœdus. Quod patet, quia quando veniebat Asa, & Iudęi de bello, exiuit eis in occursum Azarias Propheta, & locutus fuit ea, quæ habentur hic, & illico venit Asa in Ierusalem, & fecit solennitatem fœderis, vt colligitur ex litera continuando eam, & tamen fœdus factum est anno quintodecimo regni Asa: ergo etiam bellum tunc factum est. Secundò patet, quia dicitur in litera, quòd venerunt in Ierusalem mense tertio anno quintodecimo regni Asa, & immolauerunt in die illa de manubijs, & præda, quam adduxerant boues septingentos, & arietes septem millia. Apparet ergo, quòd tunc venerunt de bello, quia aliàs non poterant offerre sacrificia de præda. Necesse est igitur, quòd bellum contra Aethiopes factum fuerit anno quintodecimo, quando celebratum est istud fœdus. Cùm autem obijcitur, quòd anno decimo, vel vndecimo regni Asa fuerit factum I illud bellum, quia pax durauit decem annis primis regni Asa. Dicunt quidam, quòd verum est, quòd pax durauit annis decem, & tamen non factum est illico bellum post decimum annum, sed post quartum decimum, & sic vsque ad principium quintidecimi duravit pax. Et cùm dicitur, quòd durauit pax decem annis, siue quòd quieuit terra in diebus eius decem annis, Dicunt, quòd verum est, & tamen non quieuit solis decem annis, sed etiam pluribus. Sed dicendum, quòd istud est ridiculum, quia si pax duraſſet annis quatuordecim, non poneretur solùm de decem annis, quia nihil proficiebat poni decem annis durasse, quia ita poterat poni, quòd duraſſet annis tribus, vel duobus, & istud ridiculum est. Et sic dicendum, quòd K quieuit terra annis decem, scilicet, solùm decem annis. Alij ergo dicunt, quòd solùm decem annis durauit pax in terra Asa, & bellum Aetiopum inchoatum fuit illico, & continuatum est vsque ad annum quintumdecimum in principio, quia satis poterat durare hoc tempore quatuor annorum. Sic enim est de multis alijs bellis, quæ magno tempore durant: sicut bellum Troianum durauit decem annis, vt ait Boetius de Consolatio. libro quarto metro vltimo, scilicet.

*Bella bis quinis operatus annis*
*Vltor Atrides.*

Ideſt Atrides, qui est Agamennon, egit bella annis decem contra Phrygios, qui sunt Troiani.

Sed



Sed dicendum, quòd istud non stat, quia non durauit istud bellum aliquanto tempore: sed illico, vt ingressus est rex Aethiopum in terram Iuda, egressus est ei in occursum Asa rex Iuda, & castrametatus est contra ipsum, & in prima congressione bellica fugati sunt Aethiopes, & occisi: quia Deus exterruit eos, vt colligitur præcedenti capit. non ergo durauit bellum illud nisi vna die, & sic anno quintodecimo regni Asa inchoatum est, & finitum. Respondendum ergo, ꝙ quidam volunt bellum Aethiopum fuisse anno decimo, vel vndecimo regni Asa, & tunc debent dicere, ꝙ ista spolia, quæ oblata sunt in Ierusalem, non fuerunt de bello contra Aethiopes, sed de aliquo alio, quod subticeatur hic, quia multa subticentur in sacra scriptura. Nam quomodo ponatur necesse est, quòd subticeatur hic aliquod bellum, vel præcedenti capitulo. Dicendum tamen, quòd magis consonat literæ, quòd fuerit bellum contra Aethiopes anno quintodecimo regni Asa, licèt contrarium communiter teneatur, & tunc consonat tota litera, & dicetur, quòd spolia ista, de quibus oblata fuerunt sacrificia in Ierusalem fuerunt de bello contra Aethiopes. Sed tunc dicetur quomodo ergo potest stare, quòd in diebus Asa quieuerit terra decem annis: quia videtur, quòd quieuerit quatuordecim, quia vsque ad annum quintumdecimum, in cuius principio fuit bellum Aethiopum, non legitur aliquod bellum. Dicendum, quòd decem annis primis regni Asa fuit terra in pace, ita quòd nulla omnino surrexerunt bella. Post decimum autem annum surrexerunt aliquæ contentiones paruæ contra vicinos, per quas iam terra non erat omnino in pace, & tamen nõ fuerunt bella famosa, de quibus oporteret fieri mentionem. Vnde scriptura dixit, quòd cessasset terra annis decem à bellis scilicet, & nõ plus. Et tamen, quæ bella fuerint in istis quatuor annis, vel in aliqua parte ipsorum non fuit expressum, quia non erant memoria digna, & istud magis tenendum est.

*An obtulerint domino de præda tot boues, & arietes.*
*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd obtulerunt domino de præda boues septingentos, & arietes septem millia, quomodo possit hoc stare. Nam videtur, quòd hoc erat illicitum, quia sacrificium de furto illicitum est, & Deus abhominatur talia. Dicendum, quòd sacrificia fecit Asa de animalibus habitis in præda, & fuit oblatio ista Deo accepta. Nam quando obtulerunt ea inierunt cum domino fœdus de obseruando legem suam, & scriptura laudat istos facientes fœdus, quòd in toto corde suo fecerunt, & sic obseruauerunt, & tamen si illicitum esset fieri sacrificia de præda, nullatenus fecisset illa Asa: quia nunc erat nimis deuotus circa legem Dei, & non infringeret eam vouendo obseruare ipsam. Cùm autem obijcitur, quòd de præda oblata erant ista sacrifi- E cia. Dicendum, quòd fuit licitum, & etiam fuit meritorium, & laudabile potius offerri de præda, quàm de illis, quæ non erant de præda. Primum patet, quia offerre, & donare aliquid Deo gratis in cultum suum: nemo autem potest donare, nisi quod est sui iuris: ideo oblatio, vel eleemosyna non est licita nisi de eo, quod proprium est: & quia id, quod quis furatur, vel rapit non est suum, non potest oblationem facere, nec eleemosynam gratam, sed potius peccat talia offerendo, cùm potius teneatur hæc dare ei cuius ista sunt. Contingit tamen interdum, quòd accepta in præda sint eius, qui rapuit ea, & tunc sicut liceret de proprijs dare, quæ à nullo ablata sunt: ita licebit dare de eo, quod in

A præda captum est, & quia quandocunque bellum est iustum, licita est præda, & occisio, & quæcunque alia mala pœnalia inflicta hosti vsque ad satisfactionem iniuriarum, & damnorum illatorum, & istud bellum contra Aethiopes erat iustissimum, & Deus in eo miraculosè adiuuerat Israelitas, vt patet præcedenti cap. Videtur, quòd præda facta fuerat iusta, & consequenter transierunt in ius prædantium, & licebat prædantibus facere quidquid vellent de illa: poterant igitur offerre domino de illa. Secundum est, quòd erat meritorium, & laudabile Deo offerre de præda ista, quod patet, quia Deus dederat victoriam mirabilem contra Aethiopes, vt patet præcedenti capitulo, & sic iustum valde erat, quòd ipsi tanto beneficio gratias agerent, B & tamen non poterant magis expresè gratias agere, & attribuere Deo illud bellum, quàm offerendo de præda capta in illo: ideo meritorium, & laudabile erat offerre de præda capta in bello isto. Tertium est, quòd magis erat laudabile offerre de ista præda, quàm de aliquo alio, scilicet si vellent Israelitæ offerre septingentos boues, & septem millia arietes domino, melius erat, quòd offerrent eos de ista præda, quàm de alia substantia sua. Et patet, quia quantum ad ipsos Iudæos æquale erat. Nam cùm ista præda transisset in ius eorum, nihil magis erat, quòd offerrent septingentos boues de præda, quàm de illis, quos prius habebant: quia vterque erant sui, erat Deo acceptabilis, quòd offerret de eis, quæ in præda acceperant. Quia C sacrificia in se non proficiunt Deo, sicut dicitur Psal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos: meæ enim sunt omnes feræ syluarum. Et postea dicitur: Si esuriero, non dicam tibi, meus est orbis terrarum, & plenitudo eius. Et postea infertur: Immola Deo sacrificium laudis. Et sic apparet, quòd sacrificia absolutè non proficiunt Deo, nec sunt ad cultum eius, nisi inquantum per ea laudatur: ideò illa sacrificia erunt Deo magis acceptabilia, per quę magis laudatur, & tamen magis laudabatur Deus offerendo sibi sacrificia de præda, quàm aliqua alia: eo quòd illa offerendo innuebatur, quòd Deus dedisset victoriam Iudęis in hoc bello, & ascribere ei hanc victoriam erat magna laus. Nec est dubitandum in D hoc, quin aliquando munera facta de præda sunt domino acceptabilia: nam illa, quę potissima fuerunt in cultu Dei fuerunt de præda. Nam à principio datę legis locus colendi Deum vnicus fuit, tabernaculum Moysi: totum tamen factum est de præda, vel potius de furto. Nam Deus dixit Israelitis, quòd peterent vasa aurea, & argentea, & vestes ab Aegyptijs commodata, & acceperunt multa: Exod. trigesimo, & vndecimo, & de auro illo, & argento, & diuitijs, quas de Aegypto tulerant, fabricatum est sanctuarium offerentibus Israelitis munera: Exod. vigesimo quinto, et trigesimo sexto. Idem patet de templo Salomonis. Nam ille fuit locus excellentissimus cultus diuini, et tum factus est de præda: quia Dauid dedit omne aurum, et argẽtum, ferrum, et æs necessarium pro fabricatione templi: vt patet secundo Regum octauo, & præcedenti lib. vigesimo secundo, vigesimo nono ca. Et tamen omnia illa fuerunt de præda quam accepit, quando pugnauit Dauid contra diuersas gentes, scilicet contra Amalechitas, Idumæos, Moabitas, Amonitas, Siros, & Philisthinos, & omnes alias gentes contra quas pugnauit. secundo Regum octauo, & præcedenti lib. 18. c. Nunc ergo à fortiori poterant accipi sacrificia de præda pro cultu Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quid fuit istud fœdus, & quæ cæremoniæ, & ad quid.*

*Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, quid fuit istud fœdus, quod fecit nunc Asa, & totus Iuda cum domino, & quæ cæremoniæ eius erant, & ad quid fiebat. Respondendum ad primum, ꝙ istud fœdus erat quædam promissio de obseruanda lege, quam faciebant Israelitæ in honorem Dei, quod patet: quia dicitur in litera, & intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent dominum: & erat istud fœdus promissio quædã cum quibusdam cœremonijs, ex quibus causabatur obligatio, & poterat fieri pro quacunque re quam vellet aliquis cadere sub obligatione, & fiebat cũ multis cæremonijs ad hoc, ꝙ obligatio inde causata esset indissolubilis, & formidarent homines facere contra eã. Sciendum autem, quòd in fœdere semper est obligatio, & promissio, & tamen interdum est promissio ex vna parte, interdum ex vtraque. Sic enim sæpe factum est fœdus inter Deum & Israelitas, & interdum in fœdere Deus solus obligabat se Israelitis ad aliquid faciendum, & interdum obligabant se soli Israelitæ Deo, & interdum se obligabat Deus Israelitis, & Israelitæ Deo. De primò patet, sicut quando Deus fecit fœdus cum Abraham de dando sibi, & semini suo terram Chanaan. Nam tunc solùm obligauit se Deus ad dandum terram illam, & Abraham ad nihil se obligauit: vt patet Gen. 15. De secundo patet, quando Israelitæ tempore Iosue fecerunt fœdus cum domino de obseruando legem suam, & posuerunt lapidem in testem. Iosue vigesimo quarto. De tertio patet exemplum, quando factum est fœdus in datione legis, cùm Deus obligauit se ad accipiendum Israelitas in populum peculiarem, & benefaciendum eis plusquam alijs gentibus, & Israelitæ obligauerunt se ad custodiendum legem Dei: Exod. decimo nono, & vigesimo quarto. Cæremoniæ autem fœderis erant istæ, quòd primò ille, qui debebat facere fœdus, promitteret alteri vocaliter, vel ambo vicissim id, quod vnus obseruare debebat alteri, & alter alteri, & ista promissio, vt firmior esset fulciebatur iuramento. Sic patet hic, nam omnes viri de regno promittebant Deo, quòd obseruarent legem eius, & iurauerunt hoc facere, vt patet in litera: & non solùm iurabant homines, quando vicissim promittebant, sed etiam Deus quando faciebat fœdus cum hominibus interdum iurabat, vt videretur firmior promissio sua. Sic factum est de fœdere, quod fecit Deus cum Abraham de dando ei, & semini suo terram Chanaan, Gen. decimo quinto. Nam postea iuramento confirmatum est Gen. vigesimo secundo, & vigesimo sexto. Iterum benè Deus locutus fuit Isaac faciens mentionem de iuramento, quod præstiterat Abrahæ. Secunda cæremonia erat, quòd illi, qui faciebant fœdus si essent homines, imprecarentur mala super se si non obseruarent illam promissionem: vtpotè si dicerent, si nõ obseruauero hoc, Deus infligat mihi mortem amarissimam, vel auferat mihi lumen oculorum meorum, vel carcam bono, & desiderabili maximo. Sic obseruatum fuit hic: nam isti Iudæi iurauerunt seruare imprecantes mala super se, sicut dicitur in litera, scilicet, quòd iurauerunt omnes, qui erant in Iuda cum execratione. Vocatur execratio malorum imprecatio, quando quis mala imprecatur sibi venire, si non fecerit tale, vel tale. Deus autem non iurat cum imprecatione, vel execratione, quia ista sunt de malis: Deo autem non potest malum aliquod euenire: ideo frustra esset, quòd mala imprecaretur: quia ipse summum bonum est, & valde videretur agere contra naturam suam si imprecaretur sibi mala, cùm nullo modo sibi euenire possint. Tertia cæremonia est, quòd occidantur aliqua animalia, & secentur in partes, & ponantur altrinsecus partes diuisæ: ita vt maneat vna in medio. Sic patet, quando Deus fecit fœdus cum Abraham de dando sibi terram Chanaan. Nam iussit, quòd Abraham acciperet tertem trinum, capram trinam, & vaccam trinam, & turtures, & diuideret pecora per medium, & poneret partes altrinsecus. Gene. decimo quinto. Quarta cæremonia erat, quòd ille, qui ꝓmittebat aliquid alteri, transiret inter partes animalium diuisorum. Sic patet, quando Deus fecit prædictum fœdus cum Abraham: nam diuisis animalibus Deus, qui promittebat hic aliquid, debebat transire inter diuisiones, & quia Deus est incorporeus, & non poterat transire, nec moueri, nec etiam voluit apparere in aliqua effigie, vt non esset causa idolatrandi: misit ignem, qui transiuit per medias diuisiones. Nam cùm occubuisset sol, & occupasset sopor ipsum Abraham facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones: Gene. decimo quinto. Abraham autem non transiuit inter illas diuisiones: quia nihil promittebat Abraham Deo: sed Deus Abrahæ promittebat dare terram. Ratio huius cæremoniæ erat, quia facientes fœdus volebant signare, quòd violans fœdus deberet grauiter puniri, scilicet, quòd occideretur: & ad hoc transibat inter diuisiones animalium, vt signaretur, quòd ipse diuideretur in partes, sicut illa animalia si violaret fœdus. Quinta cæremonia erat, quæ interdum seruabatur in fœdere, scilicet, quòd acciperetur sanguis animalium occisorum pro fœdere, & de illo aspergeretur super facientes fœdus, vel super illum solum, qui aliquid promittebat alteri. Sic factum est quando Deus, & Israelitæ pepigerunt fœdus, & Deus promisit Israelitis, quòd acciperet eos in populum peculiarem, & populus promisit Deo, quòd obseruaret totam legem eius, & ad hoc acceptus est sanguis animalium in crateris, & aspersus totus populus de sanguine illo. Et quia Deus erat spiritus purus, & non poterat aspergi sanguine, aspersus fuit liber legis sanguine, & etiam altare: Exod. vigesimo quarto, & magis ad Hebræ. nono. Et hoc fuit, sicut in fœdere inito cum Abraham, quia cùm non posset Deus transire inter diuisiones animalium transiuit ignis loco eius. Hic autem non poterat aliquid accipi, quod magis expresè repræsentaret Deum quàm altare in quo fiebant sibi sacrificia, & liber legis, in quo scripta erant præcepta Dei, & sic ista pœna, quàm aliqua alia aspersa sunt sanguine. Ista cæremonia fiebat ad signandum, quòd si quis fœdus eius violaret, sanguis eius aspergeretur, & occideretur, sicut aspergebatur super eos ille sanguis animalium. Quòd autem cum fœdere fierent aliæ cæremoniæ, fuerunt factæ sunt hic, scilicet, quòd omnes iubilarent voce magna, & quòd resonarent in clangore tubæ, & sonitu buccinarum: non erat ex conditione fœderis, sed solùm quia in magna lætitia factum est istud fœdus.

*Ad quid fuit factum fœdus.*

*Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid fiebant fœdera, & potissimè de isto fœdere ad quid factũ est. Respondendum, quòd fœdera fiebant ad fortissimam cautelam, sicut iuramenta, vt patet ex his, quæ supra declarata sunt. Nam fœdus est promissio inducens obligationem certis cæremonijs limitata: obligatio autem nascitur ex promissione: nam verbo simplici homines ligantur ad faciendum quod promiserint, & non erat necesse aliquid aliud apponi, sed apponuntur multa alia propter malitiam humanam, cui non videtur sufficere simplex promissio: & hoc fit, vel propter malitiam se obligantis, qui non credit se firmiter obligari verbo simplici, nisi aliqua alia apponantur, vel propter malitiam eius, cui fit promissio, qui non credit sibi fidem seruandam, si simpliciter promittatur, sed volunt addere multas alias firmitates: sic patet Matth. 5. cùm Christus dissuasit iurare, dicens, ꝙ non iuraretur per cœlum, nec per terram, nec per aliquam creaturam, & subintulit, sit sermo vester: est est, non non: quasi istud sufficeret inter homines ad rectè viuere. Et declarauit subiungens, quod amplius autem est à malo est, ideſt, petere aliquid super simplicem promissionem à malo est, ideſt, à mala conditione hominum, quod est malum culpæ, vel malum pœnæ. Ista autem malitia humana, quæ dicta, est introduxit multos alios modos confirmationis promissionis super simplicem promissionem, & fuit vnus modus iuramentum, quo per Deum, cuius est auctoritas summa, promittimus aliquid nos facturos, vel dicturos. Et fuit rationabilis modus introducendi talem confirmationem, quia nihil est, quod magis homines timere debeant, vel honorare, quàm Deum: eo quòd est summum ens, & maximum bonum. Ideo verisimile est, quòd inuocato nomine Dei in testem non debeat homo falsum dicere tanquam timens, quod Deus, cuius reuerentiam lædit eum debita pœna affligat. Ista est etiam causa quare interdum homines iurant per reges suos, vel per salutem ipsorum: sicut iurauit Ioseph fratribus suis per salutem Pharaonis dicens: per salutem Pharaonis, non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus: Gen. 42. cap. Et apud quasdam gẽtes consuetudo est, quòd quando quis iurauerit per salutem regis, si mentitus fuerit, ꝙ occidatur, quia lęsit regiam maiestatem, & dicunt talem consuetudinem esse in Aegypto, & ob hoc Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. Et quia homines tanto magis obseruant aliquid, quanto magis timent contraire. Si ergo aliquid sit quod homines magis timeant, quàm Deum, vel magis ament, per illud firmius iurant, quàm per Deum: & sic iurãt aliqui per vitam filiorum suorum, quia illos maximè diligunt, vel per vitam suipsorum, & sic de alijs rebus, quas maximè diligunt, vel venerãtur. Et quia quando omnia ista coniunguntur maius est, sicut funiculus triplex difficile rumpitur, iurant interdum homines per id, quod maximè timent, & id quod maximè amant, & sic est firmissimum iuramentum. Sic patet de quodam modo iurandi, qui erat inter antiquos. s. viuit Deus, & viuit anima mea: vel viuit anima tua, quia nihil est quod homo magis timeat, & veneretur, quàm Deũ, & nihil est quod magis amet, quàm seipsum, siue vitam suam. Per hoc autem tanquam per firmissimam confirmationem promissionum, & probationem veritatum terminabantur apud antiquos omnes dubitationes, & discordiæ. Sicut dixit Apostolus: homines per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ eorum finis est iuramentum. Ad Hebr. 6. Postea tamen humana malitia, & infirmitas, non credens sufficere istam iuratoriam confirmationem inuenit aliam. s. fœdus, in quo adhibentur iuramenta, & adiunguntur aliæ cæremoniæ signantes indissolubilitatem fœderis. Deus autem sciebat sufficere simplex verbum ad affirmationem, vel negationem, sicut dixit Christus Matth. 5. Volens tamen condescendere humanæ infirmitati, cui communicat cũ hominib⁹, vel olim communicauit in quibusdam apparitionibus, vtitur iuramento ad cõfirmationem eorum, quæ promittit, & interdum etiam fœdere: non quidem, quòd ex parte Dei maiorem cõfirmationem faciat iuramentum, quàm simplex promissio, nec magis efficit fœdus, quàm iuramentum, sed quia credunt homines maiorem certitudinem per quædam, quàm per alia designari: ideo Deus interdum promittebat quædam simplici verbo, sicut quando primò promisit benedicere Abrahæ, & multiplicare semen suum: Gen. 12. & quãdo prima vice promisit Abrahę terram Chanaan. Gen. 13. aliquando cũ iuramento promittebat aliquid, sicut quando promisit multiplicare semẽ Abrahæ, sicut stellas cęli, & ꝙ possideret semen suum portas inimicorum suorum postquam Abraham voluerat immolare filium suum Isaac ad mãdatum Dei: Gen. 22. & quando iterum sub eodem iuramento promisit Isaac terram Chanaã. Gen. 26. Interdum autem faciebat fœdus, & hoc ad signandum maximam firmitatem. Sicut quando ꝓmisit dare Abrahæ, & semini suo terram Chanaan: Gen. 15. & iterum quando promisit Israelitas accipere in peculiarem populum, quia tunc confirmata est promissio fœdere: Exod. 19. & 24. capitulo.

*Ad quid factum est fœdus istud.*

*Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd fœdera, ad aliquid proficiant, istud tamen ad quid factũ est. Nam nõ videtur, ꝙ ad aliquid proficeret: quod patet, quia fœdus interponitur ad confirmandum aliquam promissionem, quæ fit inter partes, & sic cum fœdere causatur noua obligatio, & tamen in præsenti non poterat causari aliqua obligatio, quia promiserunt hic Israelitæ, quòd quærerent dominum. i. ꝙ obseruarent legem, quia istud erat quærere dominum, & tamen Israelitæ erant obligati ad obseruandum per hoc, ꝙ à principio receperant eam, & Deus volebat eos obligare: ad quid ergo proficeret istud fœdus, quia nõ poterant nouiter obligari? Respondendum, quòd istud fœdus, & similia proficiebant valde inter Israelitas, vnde sæpè illa faciebant. Primò proficiebant directè ex parte obligationis, quam intendebãt causare Israelitę. Nam verè obligabantur per talia fœdera. Et cũ obijcitur, ꝙ erat causata iam obligatio. Dicendum, quòd verum est, quòd necesse erat Iudæos obligatos esse ad istud quod in fœdere promittebant etiam si fœdus nullum facerent, & tamen per fœdus istud causabatur noua obligatio. i. nouus gradus super obligationem veterem. s. ꝙ nunc erant magis obligati, quàm prius, quia duo vincula fortius ligant, quàm vnicum, potissimè quando quodlibet eorum sufficiens est per se ligare. Erant autem Iudęi obligati ex Dei mandato, & ex antiquorum suorum fœdere, & ista obligatio erat in eis necessaria. Alius modus obligationis adhuc erat, scilicet, spontaneus, & iste est per votum, vel fœdus: ideo supra primam obligationem, quæ erat ex necessitate, inducebant Iudæi obligationem secundam, quę erat spontanea: ideo ad aliquid proficiebat. Sic enim fit interdum inter nos, quia aliqua sunt necessaria secundùm legem Euangelicam, & tamẽ nos interdum vouemus illa facere. Sicut si quis homo consueuit incurrere in aliqua delicta, & postea vult cauere ab eis, & vt efficatius caueat, vouet se nunquam talia cõmissurum, qui si postea commiserit, grauiꝰ peccat, q̃ si nõ vouisset, dato quòd etiam sine voto erat obligatus qui libet non facere talia. Sic etiam est de voto, quod facimus in Baptismo, quia ibi vouemus abrenunciare Satanæ, & pompis eius, & tamen dato quòd non vouerimus, tenebamur ad obseruandum. Secundò ꝓficiebat istud fœdus ad mouendum magis Israelitas ad custodiam legis, quia licèt tenerentur aliàs legem obseruare

Universidad de Deusto
Biblioteca



seruare, tamen quando viderent, q̃ ipsi fecerunt fœdus de obseruando, & imprecati fuerant super se pœnas grauissimas, si non obseruarent mouebãtur efficatius ad obseruandum. Et ista est causa, quare aliqui nostrum sæpè vouent facere, q̃ aliàs lege obligati erant facere, vel cauere. Tertiò proficit ad maiorem timorem, quia quando quis fecit fœdus de obseruando legem, & non obseruat incidit, in valde maiores pœnas, quàm si non fecisset fœdus de obseruando. Etiam, quia Deus valde magis repetit pœnas, in quas aliqui incurrunt violando fœdus, quàm si violarent legem. Quod patet, quia Iudæi obligabantur dimittere seruos, & ancillas de genere Iudæorum liberos anno septimo. Exod. vigesimo primo, & Deuteron. decimo quinto, & si non facerent, incurrebant in pœnam, quam Deus dignam arbitraretur. Aliquando autem Iudæi vouebant, & faciebant fœdus de dimittendo huiusmodi seruos liberos. Et factum est sic tẽpore Sedeciæ regis, & quia nõ seruauerunt fœdus, Deus comminatus est Iudæis, quòd dispergeret eos, & traderet hostibus: Iere. 34. & sic non allegauit ibi Deus contra Iudæos, quòd peccassent contra legem, sed solùm, quòd violassent fœdus, licèt etiam verum esset, quòd violassent fœdus.

*An illud fœdus esset ex more.*
*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius circa istud fœdus, quia dicitur ['hic'], quòd iurauit Asa ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent dominum: quomodo dicitur, quòd hoc erat ex more. Respondendũ, quòd inter Iudæos erat consuetudo sæpè faciẽdi fœdus cum domino super diuersis rebus obseruãdis, & interdum super eadem, & sic quando erat aliquid, quod volebãt cum desiderio obseruare, vt magis mouerentur ad obseruandum illud, faciebant fœdus cùm domino de obseruando. Istud autem sæpissime fiebat super obseruatione totius legis, & interdum super obseruatione partis eius de vno præcepto obseruando. Patet, quia erat in lege cautum, quòd cùm aliquis de genere Hebræorum venderet se in seruum propter inopiam, exiret liber septimo anno remissionis. Exo. 21. & Deuter. 15. & ad hoc erant obligati Israelitæ, etiam si non vouerent hoc obseruare, nec facerent fœdus de obseruando: & tamen ipsi legũtur fecisse fœdus cum Deo super hoc. Nam tempore regis Sedeciæ omnes Iudæi promiserunt dimittere seruos suos Iudæos liberos, & occiderunt vitulum, diuiseruntq́ illum in duas partes, & transierunt omnes Iudæi viri, & fœminæ, laici & sacerdotes inter diuisiones vituli: Iere. 34. Et postea non seruauerunt fœdus illud, & Deus comminatus est eis mala multa. eodem capitulo. Aliquando autem Iudæi faciebant fœdus super obseruanda tota lege. Et primò factum fuit istud fœdus, quando lex recepta est, vt patet Exo. 24. Iterum autem tempore Iosue congregati sunt omnes Israelitæ in Sichem, & ibi fecerunt fœdus cum domino de obseruando legem, positusq́ est lapis in testimonium initi fœderis. Iosue 24. cap. Iterum legitur fœdus factum super ista obseruantia legis tempore istius regis Asa, de quo hic. Iterum etiam factũ est fœdus tempore Iosiæ regis 4. Reg. 23. & sic tempore multorum aliorum Regũ, & fortassis idem rex sæpè faciebat fœdus super obseruatione legis. Et sic innuitur hic, cùm dicitur, quòd iurauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent dominum. Consuetudo erat ergo talem fieri corroborationem fœderis. Et rectè vocatur ista magis corroboratio fœderis, quàm fœdus, quia non erat istud fœdus nouum, cùm sæpè super eadem re fœdus factum extitisset, sed confirmabatur fœdus antiquum.

*An omnes obseruare debebant istud fœdus.*
*Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicitur hic, quòd omnes à viro vsque ad fœminam, à paruo vsq; ad magnum obseruare debebant istud fœdus, quomodo poterat stare. Nam dicitur hic, q̃ siquis non quæsierit dominum Deum Israel, moriatur à minimo vsque ad maximum, 'à viro vsque ad fœminam'. Non videtur tamen quomodo parui possent obligari, quia non potest aliquis obligari, nisi sciat se obligari, & cognoscat quid sit obligari. Paruuli tamen non sunt capaces huius: ideo non possunt obligari. Item dato quòd possent obligari, tamen non possent exequi quod continebatur in obligatione. Nam qui est infra annos discretionis, non potest quærere dominum, quia non potest facere actum laudabilem, nec vituperabilem, nec est propriè actus humanus cùm nõ sint principia operandi perfecta. Respondendum, q̃ secus est de obligatione, quæ causabatur per fœdus, quàm de operatione, vel executione fœderis. De executione dicendum, quòd non tenebãtur paruuli ad executionẽ, quia ipsos excusabat naturæ defectus: & cùm dicitur hic, siquis non quæsierit dominum, moriatur à minimo vsq; ad maximum: intelligitur, q̃ isti, qui erant nunc minimi, quando fiebat istud fœdus, etiam si essent infantes vnius diei, obligabantur ad fœdus, quia licèt non obligabantur pro nunc, obligabantur pro tempore illo exequi, quo essent potentes ad exequendũ: & sic illi, qui nunc erant paruuli, & postea non essent paruuli, quãdo operarentur, obligabantur quærere dominũ custodiendo legem. Et de hoc intelligitur litera. s. siquis inquit, nõ quæsierit dominũ, à minimo vsq; ad magnũ moriat, qñ. s. illi, qui sunt numero minimi fuerint magni. Dicendũ, q̃ causabatur nũc statim tam in obligatione dicendũ, q̃ causabatur nũc statim tam in paruulis, q̃ in magnis, nec ad hoc faciebat aliquid differentia ætatis. Et qñ obijcit, q̃ non potest obligari, nisi qui scit se obligari, & videt quo causatur obligatio, dicendũ, q̃ est q̃dam obligatio, q̃ sponte introducitur, & alia, q̃ ex necessitate. De obligationibus sponte introductis dicendũ, q̃ non possunt cadere, nisi in habente ætatẽ perfectã, vt sciat se obligari, & quo obligatur. In obligationibus aũt necessarijs obligantur ẽt illi, q̃ non sunt capaces rationis, sicut oẽs homines obligantur ad baptismum sub pœna mortis æternę. Siquis verò decedat non baptizatus, etiam si sit infans vnius diei perit æternaliter. Hoc autem non poterat esse, nisi ẽt ille obligatus esset ad susciendum baptismum. Ita est de q̃busdam alijs obligationibus, quæ inducuntur à patribus in filios ex necessitate, & istę in quacunque ætatibus causantur. Sic fuit in præsenti, quia ista obligatio introducta per fœdus erat de obligationibus necessarijs, scilicet, quia in fœdere obligantur Israelitæ ad obseruãdum legem, obseruatio autem legis cadebat sub necessitate quantum ad omnes: ideo paruuli illico obligabantur. Et ista est causa, quare etiam non existentes obligabantur: nam illi, qui nondum erant tempore huius fœderis, quando nascerentur, obligabantur obseruare fœdus, quia obligatio erat necessaria, etiam si non fuisset positum fœdus. Et non solùm obligabantur obseruare legem sub pœnis, quæ aliàs prouenient non obseruantibus legem, sed etiam sub pœnis, quæ veniebant non obseruantibus fœdus, ad quod erãt aliæ pœnę speciales.

An



*An cor Asæ fuerit perfectum cum domino. Quæst. XXI.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd cunctis diebus Asa fuit cor eius perfectum cum domino, quomodo est verum hoc. Nam manifestũ est, quòd post hoc peccauit, vt patet seq. cap. Respondet Nicolaus, quòd fuit cor Asa perfectum cum dño omnibus diebus. s. omnibus diebus quousq; peccauit, sicut signatur seq. cap. Et posset hoc confirmari, quia in scriptura sæpè multi vocantur omnes, & multi dies alicuius vocantur omnes dies eius. Sed dicendum, q̃ non stat, sed secundum veritatem tenẽdum est, q̃ cor Asa fuit perfectum cũ domino omnibus diebus suis: ita quòd nunquam declinauit ab hac perfectione, vel integritate. Pro quo sciendum, quòd hic accipitur perfectio pro integritate: differunt autem hæc, quia perfectio signat complementũ bonitatis alicuius, & tunc vocatur aliquis perfectus, quando peruenit ad magnũ gradum bonitatis: imò ad maximũ propriè accipiẽdo. Integritas autem est quantum ad coexistẽtiam partiũ. Vnde quando alicuius rei omnes partes coexistunt, dicitur illa res esse integra: deficiẽte vna particula, res integra non est: & sic integritas dicit totalitatem, vel cõpositionem, & perfectio dicit complementum, & nõ compositionem. Hic autem non accipitur propriè perfectus, q̃ perfectio est in obseruatione supererrogantiarum. s. consiliorum, & obseruantia solius legis neminem efficit perfectum, sic vt patet Mat. 19. cùm quæsiuit iuuenis à Christo, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? & ille ait, serua mandata, qui respondit: oĩa hæc custodiui, quid adhuc mihi deest? & Christus ait: si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & sequere me. Ecce ergo, quòd custodienti legem multum deest adhuc ad perfectionẽ. s. q̃ vendat vniuersa, quæ habet, & faciat alia opera cõsilij. Et tamen in veteri testamento vocatur aliquis perfectus obseruans solam legem, cùm nondum essent ibi istæ supererrogationes, ideo non accipitur, sicut nũc, sed vocatur perfectus. i. integer. Et ista integritas potest dupliciter assignari. Vno modo pro integritate cordis. Alio modo pro integritate legis. Accipiendo pro integritate legis, dicendum q̃ tota lex est tanq̃ vnum corpus, & simultas omnium partium facit integritatem, & sic quando quis obseruat totam legem, ita vt non desit ei aliqua particula, dicitur perfectus. i. integer: & deficiente vna particula, non est perfectus cum Deo. Accipiendo integritatem cordis, dicendũ quòd est aliquis perfectus. i. integer corde, quando toto corde suo inclinatur ad colendum Deum, & nullo modo inclinatur ad colendum deos alienos: isto modo ille vocatur perfectus. i. integer, qui solum Deum colit non declinans ad idola, etiam si nõ compleat totam legem, & iste modus loquendi est frequẽtatus in Sacra Scriptura. Sic enim habetur Deut. 18. vbi vocantur incantatores, & pythones, & omne genus diuinationis, quia homines subdunt se dæmonibus, vt ab eis rerum occultarum veritatem addiscant. Et sequitur ibi: Perfectus eris cũ domino deo tuo. i. totus adhęrebis Deo, & nõ inclinaberis aliqualiter alicui harum superstitionum secundùm quas itur ad deos alienos. Sic etiam dicitur aliquis in toto suo corde conuerti ad dominum, quando ita colit Deum, & cum eo aliquod idolum, non conuertitur ad Deum in toto corde suo, & sic non est integer, siue perfectus. Hic autem dicendum, quòd accipitur perfectio pro integritate cordis, quod satis apparet, quia dicitur: Attamen cor Asa perfectum erat cunctis diebus. i. integrum totaliter inclinatum ad colendum dominum, & nullo modo inclinatum ad idolum. Et istud verum est, q̃ non legitur Asa aliquo tẽpore vitę suę coluisse idola: ideo tenẽda est litera, sicut iacet. s. q̃ cor Asa fuit perfectum omnibus diebus suis. s. vsq; ad mortem: ita q̃ nũquam idola coluit. Et cùm dicitur, q̃ Asa peccauit contra dominum, vt patet seq. cap. Dicendũ, q̃ verum est, quia peccauit in diffidentia quadam, tñ non in idolatria, & non est aliud peccatum, quod tollat integritatem cordis secundũ modũ loquendi scripturæ, nisi idolatria: ideo licèt peccaret in illo, & in alijs multis, semper erat cor eius perfectum cùm domino omnibus diebus.

*An Maacha esset mater Asa, & vxor Abiæ. Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius circa Maacham matrẽ Asa, quomodo poterat esse Maacha mater Asa, & vxor Abię, quia supra 11. dicitur, quòd Maacha filia Absalõ erat mater Abiæ, & quam dilexit Roboam inter oẽs vxores, & concubinas suas, & sic sequeretur, q̃ eadem esset vxor Abiæ, & mater Abiæ, quod est absurdissimum. Aliqui respondent, quòd iste Absalom, siue Abisalon habuit duas filias, quarum vtraq́ue vocabatur Maacha, & vnam earum habuit Roboam in vxorem, de qua genuit Abiam, & de ista, habetur supra vndecimo: aliam suscepit Abias in vxorem ex qua genuit Asa, & ista est de qua dicitur hic, & quæ erat princeps in sacris Priapi, sicut dicitur. 3. Reg. 15. Sed dicendum, quòd istud non stat, quia nullus poterat accipere in vxorem sororem patris, aut matris suæ, & tamen hoc modo haberent hic pater, & filius duas sorores in vxores, quod erat vetitum. Leuit. 18 & 20. capit. Aliquis dicet, quòd verum est, quòd Abia suscepit in vxorem sororem matris suæ, & verum est, q̃ fecit contra legem, quia sicut & multa alia peccata fecit, ita & istud faceret. Sed dicendum, q̃ non stat, quia nunquã aliquis debet concedere id, quod est inconueniens secundùm quid, vel simpliciter, nisi cogatur ad illud, & tamen hic nemo cogit nos ad dicendum, q̃ Abia fecit cõtra legem, quia possumus aliter, & benè respõdere: ideo non est asserendum, q̃ sumpserit vxorem contra legem. Aliter dicet aliquis, q̃ habuit Roboam Maacham in vxorem, de qua genuit Abiã, & quòd habuit Abia aliam Maacham in vxorem, de qua genuit Asa. Et sic erant diuersæ mulieres, sic vocatę, sicut multæ apud nos eodem nomine appellantur. Sed obijciet, quòd sit eadem Maacha, quia Maacha vxor Roboam, & mater Abiæ erat filia Absalom. supra vndecimo, & Maacha vxor Abię, & mater Asa erat etiam filia Absalom. 3. Reg. 15. ergo necesse est, quòd eadem Maacha esset. Responderi potest dupliciter: vno modo, quòd fuerunt istæ duæ mulieres eiusdem nominis, non attinentes sibi in aliquo gradu consanguinitatis prohibito secũdùm legem, & quòd essent filiæ duorum virorum, quorum quilibet vocaretur Absalom: & non erat hoc difficile, q̃a sicut istæ duę mulieres erant eiusdem nominis, ita patres earum poterant esse eiusdem nominis: quia sic & nunc cõtingit, q̃ duo viri sunt eiusdem nominis: ita ergo tũc esset, & vtraq; Maacha istarum esset filia Absalom, sed nõ eiusdem Absalom, sed duorum. Aliter poterat dici, q̃ istę duę mulieres erãt descendentes ab eodem viro, ita q̃ idem sit, qui vocatur hic Absalom pater vnius, & pater alterius, & non erit pater vtriusq́ue secũdùm veritatem, sed erit pater primę. filius, quam accepit Roboam in vxorem, & ille Absalom habuit quandã neptẽ nomine Maacha ex alia filia, & non ex Maacha, & istam neptẽ Absalõ potuit accipere Abia in vxorem, & ex illa gignere Asa, & non erat hoc contra legem, quia iste gradus affinitatis non erat vetitus in veteri testamento, licèt nunc esset vetitus secundùm leges canonicas. Et vterq; istorũ modorum potuit esse conueniens.

Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quis esset iste Priapus, & quæ cœremoniæ ipsi fiebant. Quæstio XXIII.*

QVAERITVR vlterius, quis erat iste Priapus, cuius simulachrum fecit Maacha in luco, & quæ cœremoniæ sacrificiorum fiebant ei. Dicendum, quòd Priapus fuit quidam de dijs gentilium, turpissimus quidem inter omnes, quos illa rudis ætas excogitauit. Fuit autem iste Deus iuuenis quidam in insula, quæ vocatur Hellespontus, & est circa Troiam in confinibus Europæ, & Asiæ, qui magnitudine membri virilis omnes homines intantum excessit, vt admirandū foret, & monstro simile putaretur. Propter quod de insula Hellesponto exilio traditus est, & vt ferunt in Græciam venit: ibiq́ue post mortē inter cęteros deos insanę gentilitatis propter hanc insolitam magnitudinem honore nimio cultus est, & altaria ei, atque sacerdotes, & templa tradita sunt: huic fiebat imago turpissima. s. habens genitale virile insolitæ magnitudinis extensum, & patens populo. Sacerdotes autem faciebant huic sacrificia turpissima. Nam immolabant ei asinos, cuius causam reddit Ouidi⁹ primo libro Fastorum, dicens, quòd Priapus iussit sibi immolari asinos in vindictam offensę, quam ab asinis susceperit. s. q̄ cùm Priapus in amorem nympharum exardesceret, easque opportunitate captata semel sopore grauatas inueniret, propinquusque esset, vt iam suo potiretur amore, asinus quidam magno clamore perstrepuit, nymphasque expergefaciens fugere compulit, & sic ipsæ, quæ iam manibus Priapi tenebantur, euaserunt. Nullā autem vnquam maiorem sibi iniuriam Priap⁹ factam credidit, eamque indelebilem animo tenens destinauit de asinis continuam, & nunquam explēdam capere vltionem, & ob hoc iussit asinos sibi in sacrificijs immolari. Expletis autem istis infandis sacrificijs turpissimus sacerdos genitalia nuda, & extenta toti populo ostendebat, & hoc quasi quodam salubri præcepto ad moniti ad vacandum libidini tendebant. Erat autem ista lex sacrorum Priapi, q̄ cùm multi viri & fœminæ astarent, nullus sibi ad libidinem pro illa vice certā vindicaret, sed ei, quam quisque prius caperet, vel quam sibi sors in tenebris offerret misceretur. Soluebatur autem hic omnis honestas: omnis legis seueritas: omnis coniugalis fides, tota certitudo prolis, quia efficiebantur homines degeneres, & aborigines. s. quia non poterat de aliquo sciri de quo genere, aut à quo patre descenderet. Nulla ergo maior inter gentiles insania fuit: quia tamen ista sacra Priapi libidini laxabant habenas, cui rude illud seculum oīno inhiabat tanquam veri boni ignarum, sacra illa libentissimè susceperunt: ita vt vix esset aliquis Deus inter Gentiles, cui tantus honor, & tam vniuersaliter præstaretur. Et non solū ista labes Gentilium nationes infecit, sed etiam turbauit populos Hebræorum, quia etiam ipsi ad omnem libidinem proni erant, & sic colebatur inter Hebræos Priapus. Ista fuit causa, quare Priapus vocabatur idolum turpissimum. 3. Reg. 15. s. quia sacrificia sua turpia erant, & quia effigies sua erat turpissima. s. habens genitale rubrum nimiæ magnitudinis extentum.

*De loco vbi colebatur Priapus. Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR Vlterius, de locis, in quibus colebatur Priapus. Dicendum, quòd colebatur in duobus locis. s. in luco, vel specu subterranea. De luco patet, quia hic dicitur, quòd Maacha mater Asa consecrauerat simulachrum Priapi in luco. De specu subterranea patet, quia 3. Reg. 15. dicitur, q̄ Asa subuertit specum Priapi. Lucus est mons manibus hominum consitus. s. quādo arbores plantantur multum densæ, ita vt opacum locum reddant, nō permittendo lucem subintrare locum. Ratio huius est, quia sacra Priapi, & cœremoniæ eius erant turpes: nam expletis sacrificijs de carnibus asinorum, vacabant libidini, quolibet accipiente eam quam sibi sors obtulisset, sicut declaratum est præcedenti quæstione. Ad hoc autem erat conueniens locus tenebrosus propter duo. Primò, quia iste actus erat turpis, & licèt sciri vellent Gentiles de seipsis, quòd tali vacabant libidini, tamen nolebant videri, eo q̄ in fieri turpitudo magna est, quam nullus hominum, nisi amēs, vult de se videri propter nimiam verecundiam. Cùm autem essent in tenebris tollebatur verecundia, & quilibet iuxta libitum libidini vacabat. Secundum erat ad tollēdum discordiam: nam si fieret in loco patenti videret quilibet eam cui miscebatur, & quia aliquæ differentes præ cœteris pulchritudine occurrerent, quas quisque sibi rapere cuperet, contenderetur super eis, & lites, atque homicidia sequerentur, quæ turbarent, & omnino auferrent sacrificia Priapi tanquam scandalosa, ideo ad tollendū hæc debuerunt ista in loco tenebroso fieri, vt nemo haberet facultatem eligendi, nec contendendi, sed raperet eam, quam sibi sors offerret.

*An Asa amouit matrem suam propter consecrationem simulachri Priapi. Quæst. XXV.*

QVAERITVR vlterius, quomodo potest stare, quod dicitur hic. s. q̄ Asa amouit matrem suā ex Augusto Imperio, quia consecrauit simulachrum Priapi luco. Nam 3. Reg. 15. ponitur, quòd amouit Asa matrem suam Maacham, nè esset princeps in sacrificijs Priapi. Et ista non concordant inter se, quia vnū est amouere eam, nè peccet: alterum est punire eam, quia peccauit. Dicendum, quòd vtrumque factū est, quia vtrumque scriptura asserit, & dicendum, q̄ Maacha erat princeps in sacris Priapi. Potest autem intelligi hoc vno modo. s. q̄ ista Maacha erat princeps in sacris Priapi. i. erat principalis inter illas fœminas, quę turpissimę libidini post sacra Priapi vacabant, & ipsa quoque eandem patiebatur libidinem. Rex autem Asa erubescens istud de matre sua amouit eam ab ista turpitudine. Vel fortè, quòd honestius, aut minus turpe est ista Maacha sedebat tanquam princeps, & index in sacris Priapi, & hoc quasi feruore religionis, quia putabant Gentiles istam vitā esse dijs placitam, & per hanc homines fieri Deo acceptos. Et sic docebant sacerdotes, & principes templorum esse veram religionē. Vt patet in legenda Afræ, & comitum eius, qui se omnibus amatoribus exposuerant, non tam libidinis desiderio, quàm religionis feruore, quia dicebant pontifices templorum, q̄ tanto aliqua mulier deæ Veneri magis accepta erat, ampliusque eam colebat, quanto plures susciperet amatores: & sic Maacha feruore religionis, nè turbarentur sacra Priapi, sedebat tanquam princeps, & iudex. s. si orirentur aliqua scandala, propter incertam libidinem, quæ erat post sacra Priapi, ipsa iudicabat componens inter partes iuxta sceleratissimas leges sacrorum Priapi. Vel fortè ipsa præbebat, quę necessaria erant ad sacrificia ipsius Priapi, & ob hoc princeps dicebatur. Rex autem Asa abstulit omnem immundiciam idolorum de terra, & potissimè istam, quæ pertinebat ad Priapum. Et sic confracto simulachro, & subuersa specu, succisoque luco, & euersis altaribus Priapi, nō poterat Maacha manere princeps in sacrificijs Priapi cū iam nulla essent. Vel dicitur amouisse eam, nè esset princeps in sacris Priapi fortè comminando sibi mortem, vel mala grauissima si malo huic communicaret. Istud autem totum pertinet ad culpam Maacha, scilicet, quomodo Asa abstulit occasionem



sionem peccandi ipsi Maacha. Cùm autem dicitur hic, quòd amouit Asa matrem suam Maacha ab augusto Imperio: eo quòd consecrauerat simulachrum Priapi in luco. Dicendum, quòd istud fuit pœna, quā Asa inflixit matri suæ. Nam vacauerat idolatriæ turpissimę in sacris turpissimi Priapi, & cùm propter hoc magna mala mereretur, inflixit hoc ei in pœnam, vt non esset in illa dignitate augustali, in qua prius erat. Pro quo sciēdum, quòd Asa erat rex, & cùm Maacha mater sua viueret, tenebat eam in statu regio velut si ipsa esset regina: & iste vocatur status augustalis, quia augustus est imperator, & augusta vxor imperatoris, quæ gaudet priuilegio imperatoris, & tenebat Maacha imperium augustum, idest, statum imperatricis, siue reginæ, & in pœnam deposuit eam Asa de illo statu, & sic vtrumque fecit Asa. s. matrem suam amouit, nè esset princeps in sacris Priapi, & etiam propter sacra Priapi deposuit eam de honore, quam tenebat.

*An poterat, & obligaretur Asa matrem occidere. Quæstio XXVI.*

QVAERITVR vlterius, an poterat, & an obligabatur Asa occidere matrem suam Maacham, quia erat princeps in sacris Priapi. Aliquis dicet, quòd poterat imò obligabatur Asa occidere illā, quia Deus dederat regulam generalem de omnibus idolatris, q̄ occiderentur, & pertinebat executio ad Asa tempore suo, quia rex erat, ergo indifferenter tenebatur quoscunque occidere. Item non debebat dici, quòd ex hoc, quòd mater erat Asa, non debebat occidi, quia q̄cunque persona esset quantuncunque coniuncta cognatione non debebat ei parci, vt supra Deutero. 13. s. Si tibi voluerit persuadere frater tu⁹ filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, vel vxor, quę in sinu tuo est, &c. Ibi sequitur, quòd quemlibet istorum occidere debemus: si nos ad idolatriam sollicitaret, ergo Asa poterat, & debebat matrem suam occidere. Respondēdum, quòd nō tenebatur Asa occidere matrem suam propter cultum idolorum, quia si teneretur nō posset ipse remittere pœnam, & remittendo peccaret. Et tamen non peccauit fauendo alicui idolatræ cùm dicatur hic, quòd cor eius erat perfectum cū domino omnibus diebus vitæ suæ: ergo non tenebatur occidere matrem, sed egit Asa ad quod tenebatur. s. tollere omnem idolatriam de terra, & prohibere matrem suam esse principē in sacris Priapi. Et si ipsa repugnaret, tenebatur eam vinculare, vel aliàs ponere in custodia: ita vt non posset vacare cultui idolorum, scandalizando alios: occidere tamen ipsam non tenebatur, quia contra naturam est auctorem vitæ nostræ occidere. s. vt id ei nos subtrahamus, q̄ ipse nobis præstitit. s. vitā. Ideo pro nullo crimine quantuncunque graui licet filio occidere patrem, vel matrem: nam non licet filio desistere à benefaciendo patri, & matri in necessarijs, etiam si sceleratissimi sint, dum tamen communicatio eorum non sit filio ad mortem, vel ad malum grauissimum, vt patet per Arist. 8. Ethic. cap. vlt. à fortiori ergo pro nullo crimine licebit filio occidere patrem, vel matrem. Et etiam iura non possunt eum obligare ad hoc rationabiliter, quia ius rationabile est, ideo nunquam obligabit contra naturalem pietatem. Et sic dato quòd filius sit iudex, & pater deliquerit in legem capitaliter, non tenebitur eum occidere, nec tradere eum alicui occidendum, sed per alium iudicem causa illius ventilari, & diffiniri deberet. Vel potius iste renunciare deberet iudicaturæ, vt non offenderet legem publicam, & non occideret patrem. Ad rationem in contrarium dicendum, q̄ licèt generaliter iubeatur, quòd occiderentur omnes homines intelligebatur, quòd hoc fieret per iudices illos, qui legitimè, & non agendo contra naturalem ordinem, & deb⁹ū poterant istud exequi, sed filius contra patrem ad causam capitalem non est conueniens iudex: ideo non teneretur occidere patrem, sed prouidere aliter, sicut prouidit Asa. s. q̄ abstulit crimen idolatriæ matris suæ faciendo, nè vltra esset princeps in sacris Priapi, & remittendo pœnam cùm non posset licitè inferre illam. Ad aliam rationem dici potest dupliciter, vno modo, quòd illud non intelligitur de omnibus idolatris, sed solùm de illis, qui sollicitant alios, vt perducant eos ad cultum idolatriæ. Nam sic dicitur ibi, quòd si tibi voluerit persuadere frater tuus, &c. Est autem longè maius peccatum, quòd aliquis conetur subuertere alios ad idolatriam, quàm quòd ipse idola colat neminem sollicitando: ideo rationabilius fuit, quòd daretur pœna grauior in primo, quàm in secundo modo. Et istud est etiam, quòd cognati in gradibus propinquissimis tenerentur agere capitaliter contra cognatos suos. In secundo autem casu non dicitur hoc, sed solùm iubetur quod occidantur idolatræ, & non dicitur à quibus, mater autem Asa, non sollicitabat ipsum ad colendū idola, sed solùm ipsa erat princeps in sacris Priapi: ergo non tenebatur ipse occidere eam. Aliter etiam dici posset, quòd dato q̄ mater Asa sollicitaret ipsum ad colendum idola, non teneretur occidere eam. Nam Deutero. 13. cap. vbi ponitur hoc, solùm ponitur de filio, & filia, & fratre, & vxore, & amico. De patre autē & matre non ponitur, ergo videtur, q̄ lex non se extēdat ad illos: maximè, quia leges pœnales restringendæ sunt. Sed obijciet aliquis, quia adhuc per legem possent pater, & mater occidi, quia ponūtur ibi gradus ad signandum, quia dato q̄ aliquis maximo amore teneatur ad aliū debet ipsum occidere, vel accusare ad mortem, si persuaserit ei tendere ad idolatriam, sed maiori amore feruntur patres, & matres in filios naturaliter, quàm filij in patres, & matres, vt probat Arist. 8. Ethic. ergo si pater tenetur occidere filium, vel filiam in casu isto, à fortiori tenebitur & filius occidere patrem, vel matrem. Item, quòd aliquis occidat alium, videtur tanto magis cōtra naturalem inclinationē, quanto magis in gradu cōsanguinitatis approximatur, sed pater est magis cognatus filij, quàm filius patris, quia, vt dicit Aristot. 8. Ethic. magis coapproximatur quo ad quod quàm genitum facienti. i. magis coapproximatur pater filio, quàm filius patri. Et satis apparet causa naturalis huiusmodi, ergo quando pater occiderit filium magis agit contra iura consanguinitatis, quàm quando filius occiderit patrem, & tamen licet patri occidere filium in casu dato: ergo licebit à fortiori filio occidere patrem. Respondendum, q̄ non licet filio occidere patrem, vel matrē, quia magis tenetur in immensum filius patri, & matri, quàm pater filio. Nam filius tenetur honorare patrem. nono Ethicorum, sed pater non tenetur honorare filium. Idem de reuerētia, & obedientia, & omni subiectione. Item pater potest abnegare filium dicendo se ei nihil debere. Filius autem non potest abnegare patrem, quia qui semper debet, nunquam potest abnegare, qui autem nihil debet, sed ei debetur potest abnegare, vt probat Aristot. 8. Ethic. cap. vlt. Est autem iniuria tanto maior, quanto aliquis agit contra maius debitum, sed nullus potest teneri alteri magis, quàm filius patri, cùm teneatur ei ad totum quidquid est: ergo non poterit esse maior iniuria, quàm si filius patrem, vel matrem occiderit. Cùm autem obijcitur de consanguinitate maiori, & amore patris ad filium, quàm è conuerso. Dicēdum, quòd istud verum est, & tamen ista non causant obligationem aliquam, quia conditio naturæ constituit amorem, & coapproximationem. Ratio autem constituit

Universidad de Deusto
Biblioteca



stituit differentiam debiti secundùm id, quod datum, & acceptum est. Sed filius omnia, quæ habet accepit à patre, & pater nihil suscepit à filio: ergo filius tenetur patri in immensum. Pater autē non tenetur filio ad aliquid. Intantum quòd Aristo.8.Ethi. constituit debitum hominis ad Deum, & ad patrem suum quasi æquale, dicens: Dijs, & parentibus nō possumus retribuere æqualia. quamquam ergo liceat patri aliquando occidere filium, quia ei ad nihil tenetur, nunquam licebit filio occidere patrem, quia tenetur ei ad immensum, & propter peccata patris, non cessat debitum filij.

*An Asa teneretur occidere idolatras. Quæst. XXVII.*

QVAERITVR vlterius, cùm tempore Asæ, quando purgauit idolorum immunditiā de terra essent multi idolatræ, an tenebatur occidere omnes. Aliquis dicet, q̄ tenebatur Asa occidere omnes idolatras, qui erant in terra sua, quia sic iussit Deus Deut.17. Item non solùm si essent pauci idolatræ, sed etiam si esset vna ciuitas, tenebantur eos occidere Israelitæ, vt patet Deuter. 13. Item (quod maius est) si essent duę, vel tres tribus, vel plures idolatræ, tenebantur delere eas Israelitæ, sicut pugnare volebatur nouem tribus, & dimidia contra duas tribus, & dimidiam pro altari ædificato apud Iordanem ab eis. Ios.22. Aliquis dicet, quòd non tenebatur occidere omnes, quia totus populus ferè erat in idolatria, ideo omnes occidere teneretur, quod erat absurdum. Respondendum, quòd hic poterant considerari duo. s. aut peccatum eorum, qui permanere volebant in idolatria, aut pœna illorum, qui peccauerant, & tamen iam spontè redibant ad cultum Dei. De primò dicendū, q̄ siue multi, siue pauci essent, tenebatur Asa occidere illos, & si non posset, vt iudex, quia multi erant debebat committere bellum contra eos, sicut contra hostes, & occidere ipsos. Et in isto casu intelligitur, quod habetur Ios. 22.s. quia duæ tribus, & dimidia videbantur permanere adhuc in idolatria: eo quòd habebant magnum altare fabricatum apud Iordanem: ideo reliquæ nouem tribus, & dimidia parauerunt se ad pugnam contra illas, & pugnauissent, nisi duæ tribus, & dimidia se legitimè excusassēt. Sic facere deberet Asa, nisi fortè multitudo volētium manere in idolatria tanta esset, contra quam nullo modo posset pugnare, quia tunc non debebat aggredi pugnam, sed prius consulere debebat dominum quid agere deberet, cùm Deus faciliter posset consuli per prophetas super quocunque negocio, & tunc sciret, an pugnandum sibi esset, vel quiescendum. Sic enim quando totus populus peccauit in fabricatione vituli præter tribum Leui, quamquam illa esset parua multitudo in cōspectu totius populi, cū Moyses sciret, quòd Deus volebat punire Israelitas, aggressus est eos cum solā tribu Leui, & occidit vigintitria millia. Exo. 32. Si autem quæratur de peccato illorum, qui olim peccauerant in idolatriam, & tamen iam volebant spōtè conuerti ad Deum. Dicendum, quòd secundùm leges humanas tam canonicas, quàm ciuiles parcēdum esset eis propter multitudinem, vt patet extra. de clerico excommunicato, vel deposito ministrante cap. latores, & in Decre. dist. 50. cap. vt constitueretur, & 54. dist. cap. commessationes. In lege autem Dei secus videtur, quia ipse iussit occidi omnes peccantes in hoc crimine, quia etiam si esset vna ciuitas, vel multę totaliter debebant dirui, & exuri, vt nūquam habitaretur, & occidebatur omne viuens repertum in ea vsque ad pecora: Deute. 13. Dicendum tamen, q̄ Asa non tenebatur nunc occidere omnes idolatras spontè redeūtes, quia si deberet seruare tenorem legis, oportebat, q̄ non relinquerentur in toto regno Iuda aliqua loca, sed omnia cremanda erant, & diruenda, ponendaq; in cumulos æternos, eo q̄ in omnibus locis fuerant altaria in collibus, & lucis, & subter arbores frondosas. 3. Reg. 14. cap. Et sic perirent duæ tribus Israel, quæ faciebant regnum Iuda. Et quod deterius videbatur, periret terra, quia locus, qui semel subijciebatur anathemati propter idolatriam, fiebat cumulus æternus, & non licebat ibi alicui habitare: ideo non liceret regi Asa destruere sic terram propter idolatras. Et dato quòd vellet hoc Asa, non posset, quia ferè totus populus peccauerat in idolatria. Sed adhuc dato, q̄ posset destruere totum populū habendo auxiliatores aliūde, non liceret ei hoc facere incōsulto Deo, quia iste erat casus grauissimus, qui videbatur esse contra voluntatem Dei propter duo. Primò, quia Deus volebat, q̄ manerent omnes duodecim tribus Israel semper. Secūdum erat, quia dederat terram illam in possessionem Israelitis in æternum, q̄ ergo ipse destrueret oēs ciuitates illas faciendo, quòd nullus iam in eis habitare posset propter anathema positum, videbatur contra voluntatem Dei, ideo nō debebat ista facere Asa Deo inconsulto: potissimè, cùm eius responsum posset faciliter haberi per prophetas, vel sacerdotes. Vnde dicendum, quòd Asa non occidit aliquos de Israelitis, qui fuerant idolatræ tempore regum priorū, sed hortatus est eos, vt quærerēt dominum in toto corde suo, & illi sic fecerunt cōponentes fœdus cum Deo, & obseruantes illud tempore Asa, vt patet supra in litera. Ideo neminem occidit, quia nemo repugnauit, sed omnes vnanimiter redieruntad Deum. Pro peccato autem prēterito nullum occidit, quia si vnum occideret omnes pariter occidere deberet, quia eadem ratio erat. Credendum est autem, quòd hoc fecerit Asa de consilio prophetarum, qui tunc erant, quia erat tunc Azarias filius Oded, vt patet supra in litera. Erat etiā Iheu filius Anani, vt patet seq. cap. & infra 20. & tertio Reg. 16. Et hoc colligitur, quia Asa in ijs omnibus rectè fecisse laudatur, vt patet in litera. Et tamen si obliuisceretur facere contrarium, peccaret.

*An excelsa derelicta fuerint ab Asa confracta. Quæstio XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd excelsa derelicta sunt in Israel, quia præcedenti cap. dicitur, q̄ subuertit Asa altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas. Dicendum, quòd excelsa vocantur altaria à celsitudine, sicut nomē Latinum sonat, cùm dicimus altare. Et ista excelsa erāt in collibus, & locis frondosis: dicunt ergo quidam, q̄ excelsa, siue altaria facta extra templum Dei erant duplicia, quædam erant facta ad cultum dęmonum, quia ibi offerebantur sacrificia idolis, & ponebantur statuæ. Alia erant excelsa, quæ fiebant ad honorem Dei, in q̄bus fiebant sacrificia Deo vero secundū cœremonias legis, & ibi offerebāt sacrificia sacerdotes de stirpe Aaron. Solùm autem erat contra legem in vnica cęremonia. s. quia faciebant sacrificium extra locum determinatum à lege. De primis excelsis, quæ erant ad honorem dæmonum dicendum, q̄ Asa illa destruxit. De secundis excelsis, quæ ad cultum Dei erant, dicitur hic, excelsa tamen derelicta sunt in Israel, & istud videtur satis rationabile, quia talis distinctio excelsorum ponitur. 4. Reg. 23. s. q̄ quædam excelsa destructa sunt, & sacerdotes eorum cremati sunt super altaria. Alia erant excelsa, quæ destructa fuerunt, & tamen sacerdotes eorum, nihil mali passi sunt, sed comedebant Azyma cùm alijs sacerdotibus filijs Aaron, licèt non permitterentur accedere ad altare, & ad reliquas administrationes, & tamen non permitterentur comedere



dere isti sacerdotes excelsorum de Azymis consecratis, si fuissent sacerdotes idolorum: imō nec permitterentur viuere, cùm occideret Iosias alios sacerdotes idolorum: ideo ista excelsa erant, in quibus Deus colebatur. Et sic nunc Asa destrueret omnia excelsa, in quibus colebantur dæmones, & permitteret excelsa, in quibus Deus colebatur. Nam etiam Ezechias, qui fuit rex valde bonus, non deleuit huiusmodi excelsa. Aliter dicendum est, & melius, q̄ excelsa erant duplicia, quædam erant, quæ fecerat rex Salomon. s. tēpla, quæ fecit in monte Oliueti petentibus cōcubinis suis, & vxoribus, in quibus posuit deos, & deas ipsarum. 3. Reg. 11. alia erant excelsa, quæ postea fecerunt populares tempore Roboam regis, & Abiæ, in quibus colerent idola in collibus, & sub lignis frōdosis, & etiam ibi faciebant aliqua altaria, in quibus offerebant sacrificia Deo verò. Fecerunt quoque reges aliqua altaria pro idolis in eisdem locis. Prima excelsa, quæ fecerat Salomon non fuerunt destructa, sed manserunt vsque ad tempus Iosiæ, qui illa deleuit. 4. Reg. 23. s. excelsa quoque, quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem montis offensionis, quę ædificauerat Salomon. Et ista sunt excelsa, de quibus loquitur scriptura, quandocunque dicitur de aliquo rege bono, q̄ abstulit idolatriam de terra, & postea subditur, excelsa tamen non abstulit, vt patet ex discursu tertij, & quarti Regum, quando agitur de regibus Iuda. Omnia autem excelsa, siue facta ad cultum Dei, siue dæmonum deleuit Asa: ideo de illis solis templis factis per Salomonem videtur intelligenda ista litera.

*Quare Asa non destruxit templa. Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, quare Asa non destruxit templa, quæ fecerat Salomon pro idolis vxorum, & concubinarum suarum. Aliquis dicet, quòd istud fuit propter honorem Salomonis regis, qui fuit magis honoratus in toto Israel. Sed dicendum, quòd istud non stat, quia si Asa attendisset ad honorem Salomonis, etiam attendisset ad honorem Abiæ, & Roboam regum prædecessorum suorum, in quibus magis erat sanguine iunctus, quàm Salomoni, & tamen non attendit ad illos, quia 3. Reg. 15. dicitur, quòd Asa purgauit vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres sui. Item si ad honorem alicuius attendisset Asa, maximè attendisset ad honorem patris sui Abiæ, quia magis ei tenebatur, quàm auo, & proauo. s. Roboam, & Salomoni, & tamen idola facta per Abiam patrem suum destruxit: ergo destrueret etiam idola facta per Salomonem. Item Asa purgabat idolatriam de terra, vt placeret Deo: ideo non attenderet ad honorem alicuius, per quem prę iudicaretur honori diuino, sicut dixit Apostolus ad Galathas primo: Si hominibus inquit placerem, seruus Christi non essem, quia Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderāt. Dicendum ergo est, q̄ non destruxit Asa ista templa, quia videbatur quædam ratio diuersitatis inter ista, & alia. Nam cętera templa, & altaria facta à regibus Iuda, & à popularibus erant facta ad colendum idola, & ibi Israelitæ colebant illa, vt ergo nō colerent vltra ibi Iudæi idola, debebant destrui ista idola, & altaria. Templa autem Salomonis non fuerant facta, vt Israelitæ colerent ibi idola, sed pro vxoribus, & concubinis Salomonis, & erant pro dijs gentium, de quibus originem traxerant istæ fœminæ. s. pro Astarthe dea Sidoniorum, & pro Chamos deo Moabitarum, & pro Moloch, siue Melchon deo Ammonitarum, vt patet terti° Reg. 11. & 4. Reg. 23. Israelitæ autem non colebāt ista idola, sed alia: ideo non introibant in illa templa ad idolatrandum: vnde illa modicam occasionem præstabant Israelitis ad idolatrandum, nisi inquantum videntes illa templa sciebant idola esse in terra sua, & quantum ad hoc offendebantur. Et quia templa ista erant in monte Oliueti, vocabatur mons ille mons offensionis, vt patet 4 Reg 23. & sic Asa videns modicā offensionem, vel quasi nullam præstari populo ex his excelsis, cùm subuertisset omnia alia altaria, & templa idolorum, non subuertit ista. Eadem fuit causa in rege Ezechia, qui licèt fuerit rex valde bonus, & diligenter destruxerit idolatriam, tamen non subuertit ista tēpla, vt patet 4. Reg. 18. cap. Et manserunt sic vsque ad Iosiam regem, qui postea illa deleuit 4 Reg 23. quia iste omnino eradicauit idolatriam de terra sua, qa ipse fuit consumatio omnium regum bonorum.

*An Asa peccauit non destruendo templa. Quæst. XXX.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Asa non destruendo illa templa, quæ fecerat Salomon. Aliquis dicet, quòd sic, quia Deus iusserat, quòd quandocunque notum esset in aliqua regione, vel ciuitate esse idolatras, siue multi essent, siue vnus, debebant occidi. Sed nunc notum erat esse in terra Iuda altaria pertinentia ad idolatriam, cùm essent ibi illa templa Salomonis: ideo tenebatur Asa illa destruere ex officio suo, cùm rex esset. Item patet, quia si non fuisset peccatum permitti illa templa idolorum in terra, non curasset Iosias destruere templa ista, & tamē destruxit illa, & deus valde placatus est: ergo peccatum erat dimitti ipsa. Item quandocunque aliquis rex bonus erat in Iuda, & narrantur eius bona opera dicitur in fine: veruntamen excelsa non abstulit, & dicitur hoc quasi improperium: ergo peccatum quoddam erat non auferre illa templa. In contrarium videtur, q̄ non peccauit Asa, quia quando dicitur hic: Excelsa autem derelicta sunt in Israel, subditur, attamen cor Asa perfectum erat cum domino omnibus diebus vitæ suæ, & tamen non poterat esse perfectum, si peccaret non delendo idolatriam: ergo non peccauit. Item patet hoc de rege Ezechia, qui fuit optimus intantum, quòd 4. Reg. 18. dicitur de eo: ita q̄ in posterum non fuit ei similis de cunctis regibus Iuda, nec in ijs, qui ante eum fuerunt. & tamē Ezechias cùm destruxisset reliquam idolatriam, non destruxit excelsa, quę ædificauit Salomon: ergo non erat peccatum non destruere illa. Respōdendū, q̄ si præceptū erat in lege destrui idolatriam, & occidi omnes idolatras. Deuter. 13. & 17. & si præceptum erat, quòd aræ idolorum, quas fecerant Chananæi, qui fuerant in terra ante introitum Israelitarum destruebantur. Deutero 7. & Ios. 23. & Iudic. 2. à fortiori ipsa altaria, & idola, quæ facerent Israelitæ destruenda erant, quia magis abhominabilia erant, quàm altaria, quæ facerent Gentiles, quia magis illicitum erat Israelitis facere idola, quàm Gentilibus. Hoc apparet, quia si in aliqua ciuitate Israel colerentur idola à Gentilibus, postquam caperetur ciuitas ab Israelitis, solùm debebant destrui altaria, & occidi habitatores, & tamen non debebat destrui ciuitas. Si tamen Israelitæ publicè colerent idola in aliqua ciuitate, non solùm ipsi occidendi erant, sed etiam tota ciuitas cremanda, & pecora, & iumēta, & paruuli, & quidquid in vrbe erat, & muri diruendi erant ad solum, vt non maneret iam ibi locus habitandi, sed tumulus æternus. Deut. 13. Idola ergo, & templa facta à quibuscunque Israelitis destruenda erant, & peccabant quicunq; habentes potestatem, si ea non destruerent. In idolis tñ, & templis factis à Salomone erat specialis ratio, vt declaratum est præcedenti quæstione, scilicet, quia non videbantur causare aliquod scandalum. ideo Asa, & Ezechias tanquam non habentes conscientiam mali

de

de templis istis reliquerunt ea intacta. Postea autem Iosias videns, quòd aliquale scandalum sequebatur Israelitis ex templis illis, diruit ea, vt nihil omnino de idolatris maneret in terra: quòd tamen isti duo reges non peccauerint, non destruendo illa templa Salomonis patet, quia de Asa dicitur hic, quòd excelsa derelicta sunt in Israel, & tamen subditur, attamen cor Asa perfectum erat cum domino cunctis diebus: quasi dicat, licèt non destruxerit Asa ista excelsa, tamen cor suum perfectum erat cùm Deo. Et tamen non dicitur cor alicuius perfectum cùm Deo, quando aliquo modo sequitur idolatriam, vel fouet illam, aut fauet ei, sed toto corde debet eam expugnare, quia vt supra declaratum fuit, licèt non requiratur innocentia totalis alicuius ad hoc, vt dicatur cor eius perfectum cum Deo, requiritur tamen, quòd nullo modo peccet circa idolatriam directè, vel indirectè. De Ezechia, quòd non peccauerit, non destruendo illa tẽpla patet, quia 4. Reg. 18. dicitur, quòd in omnibus diebus suis non recessit à domino: si tamen teneretur destruere templa illa Salomonis, & non destruxisset, recessisset à domino: ergo non tenebatur, & consequenter non peccabat non destruendo. Item patet hoc Eccl. 49. cùm dicitur, prẽter Dauid, Ezechiam, & Iosiam omnes reges peccatum commiserunt: ergo videtur saltẽ, quòd Ezechias nullo modo peccauit, & tamen ipse non destruxit, sed permisit manere templa facta à Salomone pro idolis: ergo etiam Asa, qui dimisit illa manere, sicut Ezechias non peccauit. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd præceptum illud traditum erat de omni, quod propriè pertinebat ad idolatriam, per quod cultus Dei turbabatur, templa autẽ facta à Salomone non erant huiusmodi: ideo non apparebat directè, an caderent sub hoc præcepto, & propter dubium non peccabant Asa, & Ezechias. Ad secundum dici potest dupliciter: vno modo, quòd licèt tempore Ezechiæ, & Asa non apparerent templa Salomonis scandalosa populo: tamen apparuerunt postea tempore Iosiæ, scilicet, quia fortè populus colebat iam idola in illis: vnde mons Oliueti in quo erant, vocabatur tunc mons offensionis tempore Iosiæ. 4. Reg. 23. & non vocabatur mons offensionis tempore aliorum regum. Aliter potest dici, quòd Iosias destruxit illa templa non ex necessitate, sed ex supererrogatione, sicut quædam opera, quæ faciunt viri boni, qui etiã si omitterent non peccarent, & tamen faciunt ea ad magis merendum: sed primum verius est. Ad tertiũ dicendum, quòd excelsa erant duplicia, quædam quæ facta sunt à Salomone; alia, quæ facta sunt ab alijs regibus, & popularibus. De primis dicunt, quòd non erat diminutio laudis, non auferri illa excelsa. De secundis autem erat diminutio. Et cùm dicatur hic de Asa, quòd excelsa non abstulit, non ponitur in vituperium eius, quia sequitur: Attamen cor Asa perfectum erat cum Deo omnibus diebus suis. Aliter potest dici, quòd verum est, quòd non peccauerunt Asa, & Ezechias non destruendo templa Salomonis, & tamẽ minus fuerunt laudabiles, quàm Iosias, qui abstulit illa, & sic videtur, quòd ponitur istud de regibus valde bonis, quòd non abstulerint ista excelsa, non ad signandã aliquam culpam, sed ad signandum, quòd non peruenerũt ad summum gradum laudis, ad quem peruenit Iosias, qui destruxit hæc.

*An Asa polluerit aquas Cedron ponendo illos cineres in eis.*

*Quæstio XXXI.*

QVAERITVR vlterius, quare posuit Asa cineres sculptilis Priapi in torrente Cedron, & an per hoc polluit aquas. Respondendum, quòd torrens Cedron potest hic accipi non pro ipsa aqua, vel alueo torrentis, sed pro locis coniunctis, & illa vocantur conuallis Cedron. Erat autem illa conuallis immunda, quia ibi spargebantur, vel fundebantur omnia immũda: nam apud Iudæos erant quædam secundùm legẽ immunda, quæ tangi non licebat, nè hominem contaminarent, & ista fundenda erant in loco quodam determinato extra vrbes singulas, nè si indifferenter per singula loca spargerentur, contaminarentur ipsi tangentes ea. Et sic in Ierusalem locus spargendarum immunditiarum erat cõuallis Cedron, ideo quidquid immundum esset, spargerentur ibi cineres, tamẽ idoli combusti erant aliquid immundum, cùm idolum reputaretur sordes, & inquinamentum secundùm legẽ. Deuteronomo. 7. ideo debuerunt spargi cineres isti in cõualle Cedron, & sic omnes immunditiæ idolorum, quas extraxit Iosias de tẽplo domini cremauit, & sparsit in conualle Cedron. 4. Reg. 23. Et ista est veritas, scilicet, quòd apud torrentem Cedron in conualle fuit iste cinis sparsus, & non in aqua torrentis. Quidam autem dicunt, quòd sparsit cinerem istum Asa in ipsa aqua torrentis Cedron. Et dicunt, quòd hoc erat, qa ipsa aqua torrentis Cedron erat immunda. Sed hoc non stat, quia tunc diceremus, quòd nõ liceret Iudæis accipere aquam de illo torrente ad aliquem vsum, & accipiendo illam polluerentur, cùm esset aqua immunda. Et tamen istud est rationabile, quia illa aqua poterat prodesse vrbi ad multas necessitates cùm laberetur apud mœnia vrbis. Põtissimè, quia terra illa est aquarum nimis egena, & ob hoc tenetur aqua in cisternis ad necessitates humanas. Alij dicunt aliter, scilicet, quòd puluis idoli proiectus est in torrentem Cedron ad polluendum illum, sicut ossa mortuorum sparsa fuerunt super loca templorum idolorum, & lucorum suorum, vt essent immunda, vt patet 4. Reg. 23. Etiam super altare, quod erat in Bethel combussit Iosias ossa mortuorum ex eadem causa. eodẽ capitulo. Sed dicendum, quòd istud non stat, quia ista positio minus rationabilis est, quàm præcedens, scilicet, quòd Asa vellet aquas Cedron, quæ aliàs erant mundæ, facere immundas, & tamen illę erant nimis necessariæ vrbi propter causam dictam supra: ideo non intenderet polluere illas, sed potius si essent pollutæ, intẽderet illas mundare. Secundò non stat, quia præsupponitur falsum, scilicet, quòd aquæ non poterant esse immundę: nam Leuit. 11. dicitur de morticinis, & alijs immundis, quòd si caderent super quamcunque rem facerent eam immundam, & tamen si caderent super fontes, aut cisternas, aut quascunque aquarum cõgregationes, non polluerentur. Ideo etiam si nunc isti cineres Priapi combusti proijcerentur in torrentem Cedron, non essent aquę immundę. Dicendum ergo sicut supra, scilicet, quòd cineres isti fuerunt proiecti in torrente Cedron, idest, iuxta illum in conualle Cedron. Aliter dicunt quidam, quòd Asa proiecit cineres istos in aquas torrentis Cedron: non quidem ad polluendum eas, sed potius, vt nihil aliud polluere tur. Nam in quocunque loco spargerentur isti cineres efficeretur locus immundus, cùm ipsi essent immundi, aqua autem non poterat pollui, etiam si proijcerentur in ea omnia immunda. Leui. 11. Ideo proiecti fuerunt cineres in aquam, quia per hoc nihil polluebatur, scilicet, nec ipsa aqua, nec aliquid aliud, cùm i nullo alio proijcerentur, præcedens tamen modus verior est. Aliquis tamen instabit dicens, quòd Asa proiecit cineres in aquam ad imitandum Moysen. Nam Moyses combussit vitulum, quem fabricauerant Israelitę, & cineres sparsit in aquam, vt patet Exo. 32. & Deuter. 9. Sed dicendum, quòd hoc nõ stat, quia Moyses habuit iustam



iustam causam spargendi cineres in aquam, quam nõ habuit Asa, quia Moyses voluit scire, qui erant illi, qui peccauerant in fabricatione vituli: & ad hoc cõbussit illum, & redigens in puluerem sparsit in aqua, & coegit Israelitas inde bibere: Exo. 32. & hoc fuit, vt cũ biberent appareret aliquod signũ in quolibet peccante: vtpotè, quòd aqua illa inflaret ventrem eius, vel faceret aliud signum apparens, & posset ipse sic occidere peccatores. Nunc autem nihil tale erat: ideo non spargeret Asa istos cineres idoli in aquam, vt imitaretur Moysen. Et sic dicendum, quòd proiecit Asa in torrentem Cedron, idest, in conualle torrentis cineres istos, & non in aqua torrentis.

## CAPITVLVM XVI.

ANNO autem tricesimo sexto regni eius, ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circũdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi, & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum, & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regijs: misitque ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœdus inter me & te est. Pater quoque meus, & pater tuus habuere concordiam: quamobrem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere, quod habes cum Baasa rege Israel facias eum à me recedere. Quo comperto Benadad misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt Ahion, & Dan, & Abelmain, & vniuersas vrbes Nephtalim muratas. Quod cùm audisset Baasa desijt ædificare Rama, & intermisit opus suum. Porro Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna, quæ ædificationi præparauerat Baasa: ædificauitque ex eis Gabaa, & Maspha.

*Anno tricesimo.* In præcedentibus dicto de Asa laudabili conuersatione: hic agitur de eius præuaricatione. Nam circa finem vitæ suæ præuaricatus est, cùm semper à principio fuisset bonus, & diuiditur in duas partes. Et primò ponitur Asa præuaricatio. Secundò ꝓuarications obstinatio, ibi. *In illo tempore venit.*

*An ista sint continuatè, & immediatè facta.*

*Quæstio I.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus, & an fuerint ista facta immediatè post præcedentia, vel interiecto aliquanto tempore.

Alph. Tost. super lib. Paralip. Pars 2.

A Ad primũ dicendũ, q̃ est ordo continuus, quia præc. c. actũ est de vita Asa, hic agitur de eius morte, ideo necesse est, q̃ fuerint ista post præcedentia. Ad secundum dicendũ, q̃ inter ista & præcedentia fuit interpositum aliquantũ tempus. s. annorũ viginti, vel plus. Nam ea, q̃ habentur præc. c. de fœdere facto cũ dño, & ablatione idolarrię fuerunt facta anno quintodecimo regni Asa, vt patet ibid. & tñ ea, q̃ habentur in princ. c. huius cœperũt fieri anno tricesimosexto regni ei⁹, vt patet in Ira. Fuerũt ergo anni quasi viginti vnus intermedij. Circa primum dr: Anno tricesimosexto regni eius: regnauit Asa annis quadraginta vno, vt patet infra in litera. Et gesta priorũ temporum regni describuntur in duobus cap. præced. Hic autem describũtur illa, q̃ gesta sunt ab B anno tricesimosexto vsq; ad quadragesimum primũ, q̃ fuit annus mortis suę. *Ascendit Baasa rex Israel in Iudam.* i. ascendit ad terram regni Iuda. Iste Baasa fuit contemporaneus regi Asa, & regnabat vnus in Iuda, & alius in Israel: regnauit. n. Asa magno tempore. s. quadraginta vno annis: ideo habuit multos ꝓtemporaneos successiuè de regibus Israel, qui pauco tpe regnabant. s. Ieroboam, Nadab, Baasa, Hela, Zamri, Amri, & Achab. Nam anno vicesimo regni Ieroboam cœpit regnare. 3. Re. 15. & regnauit vsq; ad annũ quartũ regis Achab. Nam Iosaphat filius Asa cœpit regnare anno quarto Achab regis Israel. 3. Re. 22. c. *Et muro circundabat Rama.* Est Rama ciuitas in sorte Beniamin, Ios. 18. Et dicunt quidam, q̃ Baasa circũdabat Rama muro. s. illam vrbẽ C murando, vt pro se teneret illam, licèt pertineret ad regnum Iuda. Alij dicunt, q̃ apud illam faciebat quoddam fortalitium ad impediẽdum introitum, & egressum, sed de hoc declarabitur infra in quadam quæst. *Vt nullus tutè posset ingredi, & egredi de regno Asa.* Potest intelligi dupliciter. Vno modo, q̃ erat iste murus ad impediẽdum singulos de regno Asa intrare in vrbem Rama. s. cũ esset fortalitium istud apud vrbem Rama, non poterat intrare aliquis in vrbe Rama, quia existentes in fortalitio prohiberent inuadendo portas vrbis, vt etiam intrarent cũ volentibus intrare in Rama, vel sagittarent eos: ita vt non pmitterent illos accedere ad portam vrbis, etiã non pmitterent egredi de vrbe aliquos volentes egredi, quia impedirent eos existẽtes in fortalitio, & sic cogerentur fame perire, quia erat ista obsessio æterna. Secundo modo põt intelligi, q̃ vocabatur introit⁹, & egressus viris de regno Asa in terram Israel. Et põt intelligi, q̃ transitus de terra Asa in terrã Israel erat p vrbem Rama, & erant oĩa loca vicina inabilia propter incõmoda viarum. Vtpotè, si in circuitu erant magni alpes, vel alia incõmoda viarum: ita vt non posset esse trãsitus, nisi apud vrbem Rama, & ille esset valde strictus. Et sic manentes in fortalitio, quod faceret Baasa, viderẽt omnes venientes de terra Asa in terram Israel, & nullũ pmitterent transire, quia erant ipsi apud viam, & necesse erat transeuntes venire iuxta castrum. Et si aliqñ pmitterent aliquos de regno Iuda intrare in terram Israel, non permitterent eos postea D exire, & tenerent captiuos: erat etiam magnum damnum regno Asa, q̃ illud castrum ædificaretur, quia poterat ibi Baasa rex Israel tenere multos viros paratos semper ad bellum, qui repentinis incursionibus vastarent loca propinqua regni Asa, & etiam loca longinqua subitò discurrentes, & venientes ex insperato. Et ob hoc nimis doluit Asa, quòd fieret talis ædificatio. *Protulit autem Asa argentum, & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regis.* Hic ponitur peccatum regis Asa, scilicet, quia non habuit spem in domino, sed recurrit ad regem Syriæ. Nam videbat Asa pugnandum sibi esse contra Baasam regem Israel, nè continuaret ædificium suum: & si non pugnaret, fieret sibi magnum præiudicium, & quia putauit se non E

posse pugnare contra regem Israel, voluit concitare contra eum regem Syriæ, & ad hoc dedit ei munera, scilicet, aurum, & argentum, quod erat in thesauris tẽpli, & illud quod erat in thesauris regis. Sed quomodo potuit ista dare cùm non viderentur aliqua esse tempore Asa, & an peccaret dando declarabitur infra in quibusdam quæstionibus. *Misitq; ad Benadad regem Syriæ.* Benadad erat rex in Syria eo tempore, quo regnabat Asa in Iuda, & Baasa in Israel, & erat rex potẽs: ideo petiuit ab eo auxilium Asa, & obtulit ei munera, est enim regnum Syriæ coniunctum regno Israel ex parte Aquilonari: nam Euphrates diuidit inter Syriam & terram Israel, & ponitur terminus eius Aquilonaris Gen. 15. De isto Benadad quis sit, & an sit ille Benadad: de quo aliàs sæpè fit mentio in scriptura declarabitur infra in quadam quæstione. *Qui habitabat in Damasco.* Est Damascus ciuitas nobilissima totius Syriæ: est enim magna nimis, & opulenta habens flumina famosa, scilicet, Pharphar, & Abana. 4. Reg. 5. Et ob hoc rex magis ibi morabatur, quàm in alio loco quocunque Syriæ. Est etiam Damascus ciuitas Metropolitana Syriæ, sicut dicitur Isa. 7. scilicet. Caput Syriæ Damascus. & est duplex Syria, & quædam illarum vocatur specialiter Syria Damasci, vt patet 2. Reg. 8. scilicet: Venit Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarezer regi Soba, & tamen ille Adarezer erat rex Syriæ, vt patet ibidem, & eod. lib. cap. 10. Ex quo apparet, quòd erat alia Syria præter Syriam Damasci. *Fœdus inter me, & te est.* Idest, tu debes mihi succurrere, quia fœdus est inter me & te: & ex conditione fœderis tenentur se mutuo adiuuare confœderati. *Pater quoque meus, & pater tuus habuere concordiam.* Istud ponitur ad magis persuadendũ, scilicet, non putes, quòd istud fœdus nouum sit inter me & te, & quòd ob hoc ad pauca vicissim teneamur, sed est fœdus ab antiquo inter nos, quia non solùm inter nos est fœdus, sed etiã inter nostros patres fuit fœdus, & concordia, & in tãto tempore verisimile est, quòd in multis sibi mutuo proficerent: ideo non solùm ex conditione fœderis nos vicissim tenemur, sed etiam ex bonorum operũ erogatione antiqua. Pater istius Benadad fuit Tabremon, vt patet 3. Reg. 15. & ille habuit fœdus cum Abia patre Asa. Erant hic tres reges confœderati, scilicet, Benadad rex Syriæ, & Asa rex Iuda, & Baasa rex Israel, & non erant omnes tres confœderati mutuo, sed Asa rex Iuda erat confœderatus cum Benadad rege Syriæ, & Baasa rex Israel etiam confœderatus erat cum Benadad: sed rex Israel & rex Iuda inter se non erant cõfœderati, sed potius nunc erant hostes. Erant autem isti tres reges vicini, & poterant confœderari. Nam rex Syriæ, & Israel erant coniuncti terra. Nam terra Syriæ tangebat terram Israel in latere Aquilonari Israel, vnde erat magis aquilonaris terra Syriæ, quàm terra Israel: terra autem Iuda erat adhuc magis meridiana, quàm istę duę, & tamen inter ista tria regna nõ intercidebat aliud regnum medium alicuius alterius gentis. Poterant ergo inter se conuenienter habere fœdera. Nam fœdera non prosunt, nisi illis regionibus, quæ aut terra, aut mari coniunguntur: ita vt quãcunque opus fuerit possint mutuos sibi prębere fauores, & ita erat de regionibus istis. *Quamobrem.* Scilicet, quia cõfœderatus mihi es, & teneris me adiuuare. *Misi tibi argentum, & aurum.* Scilicet, omne aurum, & argentum quod inuentum est in thesauris domus domini, & in thesauris regis. *Vt rupto fœdere quod habes cum rege Israel facias eum à me recedere.* Idest, facias eum recedere à terra mea, vt non me concludat, nec coangustet faciendo nouas munitiones contra regnum meum. Et dicitur rupto fœdere, quia præsupponendũ est, q; Benadad rex Syriæ habebat fœdus cũ Baasa rege Israel, & non poterat pugnare contra eum manente fœdere: ideo volebat Asa, q; Benadad rumperet fœdus quod habebat cum rege Israel, & cogeret eum recedere de Rama, quam claudebat muris. *Quo comperto.* Scilicet, q; Asa mittebat multum aurum, & argentum Benadad, vt adiuuaret eum contra regem Israel, & ẽt comperto, q; rex Israel grauaret regem Iuda faciendo nouas munitiones contra ipsum. *Misit principes exercituum suorum.* Erat rex valde potens Benadad, & non oportuit, q; ipse veniret personaliter, sed misit principes exercituum suorum, qui cogerent Baasa regem Israel cessare ab ædificatione, quam inceperat. *Qui percusserunt Ahion, & Dan, & Abelmain.* Istę erant ciuitates de regno Baasa in terra Israel, & erant coniunctę terrę Syriæ in latere aquilonari terræ Israel. Pro quo sciendum, q; principes exercituum, quos misit Benadad nõ iuerunt contra Baasa manentem in Rama ędificando, vt pugnarent contra eum, & cogerẽt eum cessare, sed intrauerunt in regnum Israel, & primas vrbes, quas inuenerunt, inuaserunt, & fuerunt istę, quę nominantur hic. Et vna ciuitas istarum habet hic muratũ nomẽ. s. Abelmain, de qua infra dicetur in quadam quęstione. Erant istę tres ciuitates in tribu Dan. Et patet hoc, qa ponitur hic ciuitas Dan, & tñ ista erat in tribu Dan. Istę patet hoc, qa tribus Dan habebat fortẽ extremã, q̃ habebat in extremitate regni Israel, vnde ponitur nouissima inter oẽs sortes terrę Chanaan, vt patet Ios. 19. c. Et sic ista sors tangit terram Syrię in latere meridiano eius, & mox, vt exirent Syri de terra sua contra terram Israel tangerent fortẽ Dan, & puenirent ad istas ciuitates. De ista vrbe Ahion putant aliq. q; sit ciuitas Aialõ, quæ etiam ponitur in sorte Dã, vt patet Ios. 19. Sed nõ apparet hoc, & potius credendum est, q; sit alia ciuitas eiusdem tribus. De ciuitate Dan considerandum est, q; est quędam ciuitas in extremitate lateris aquilonaris terrę Chanaan: ita q; nulla terra est tam aquilonaris, & ob hoc sæpè q̃n scriptura vult nominare duos terminos terrę Chanaan. s. meridianũ, & aqlonare, ponit ista duo loca. s. Dã, & Bersabee, vt patet 1. Reg. 3. & 2. Re. 17. & in multis alijs locis. Est etiam ista ciuitas declinans versus partem Occidentalem ad terram Sidoniorũ in terra deserta, sed apud desertum Syriæ. Et ob hoc Israelitæ potuerunt eam capere, quia inuenerũt eam cũ nullis hominibus habentẽ conuersationem. Iudic. 18. Ista ciuitas vocabatur prius Lais, vel Lesen, dum teneretur à Gentilibus. Postea verò filij Dan inquirentes loca ad habitandum inuenerunt vrbẽ istam vacantem otio, & ceperunt eam, vocauerũtq; illam de nomine patris sui Dã, siue Lesendan, vt patet Iudi. 18. & Ios. 19. Et ibi magis de vrbe ista declaratum est. *Et vniuersas vrbes munitas Nephtali.* Scilicet, non solùm vrbes supraposĭtas, quę erant de tribu Dan nominauit scriptura, dicens fuisse eas occupatas à viris Iuda, sed etiam dixit, q; vrbes sortis Nephtali fuerunt occupatę, & inuasæ à viris de terra Syrię. Et istud erat satis rationabile, quia terra Nephtali erat satis cõiuncta terræ Syrorum, scilicet, apud sortem Dan, & mox, vt trãsissent sortem Dan, in qua ciuitates quasdam percusserant, intrarent in terram Nephtali. Sciendum quòd tertio Reg. 15. vbi ponitur ista hystoria, ponuntur plures vrbes nominatim, scilicet, domus Maacha, & vniuersa regio Cineroth, & est domus Maacha aliqua regio in sorte Nephtali, quæ erat satis coniuncta terræ Syrorum. Regio Cineroth, siue Cenereth erat quędã regio maritima apud mare Cenereth, qđ vocatur alio mõ mare Tyberiadis, vel mare Galilęæ, siue stagnum Genesareth. *Quod cum audisset Baasa.* Scilicet, quòd exercitus Benadad regis Syriæ vastabat terram suam. *Desiit ædificare Rama.* Cognouit enim, quòd venerat exercitus ille ad nocendum terræ suæ in fauorem regis Asa. Et



Et quia ipse non poterat resistere regi Syriæ, desijt ædificare Rama. i. facere fortalitium apud vrbem Rama. *Et intermisit opus suum.* Idest, cessauit ab opere quod incohauerat. *Porro Asa rex assumpsit vniuersum Iuda.* Scilicet, videns Asa, quòd Baasa cessasset ab opere suo quasi fugiens de vrbe Rama: iuit ipse illuc ad accipiẽdum lapides, & ligna, & omnem materiam, quam parauerat Baasa ad ædificandum, & ad tollendum illam materiam assumpsit secum vniuersum Iuda, idest, omnes viros de regno Iuda, vt promptè fieret opus, vnde misit nuncium per totam terram suam, dicens: nemo sit excusatus. s. nemo se excuset nunc ab ista portatione lapidum, & lignorum prætextu alicuius priuilegij, vt patet. 3. Reg. 15. *Et tulerunt lapides de Rama, & ligna, quæ ædificationi parauerat.* Intendebat Baasa ædificare fortalitium prædictum, & volebat illud promptè construere, nè dilatio longi temporis noceret, cùm locus ille esset apud hostes. Et ob hoc parauerat prius omnia necessaria comportans materias ad locum ędificationis, vt illis paratis velociter cõsumaretur opus, & sic materiæ erant multæ. Vnde Asa congregauit omnes viros de regno suo ad tollendũ inde congregatas materias. *Ædificauitq; ex eis Gabaa, & Masphа.* Scilicet, ædificauit muros istarum vrbim. Nam Gabaa non fuit de nouo ędificata, sed muri eius, qui fortè corruerant, vel ad ruendum propinqui erant. Est enim Gabaa ciuitas in sorte Beniamin: Ios. 18. Ista est ciuitas, de qua fuit oriundus Saul prim⁹ rex Hebręorũ, vt patet 1. Re. & 13. Est Masphа alia ciuitas, quæ etiam erat in sorte Beniamin: Ios. 18. & non est ista Masphat, quę erat locus orationis, vbi Israelitæ conuenerunt cum Samuel, & iudicabat ibi eos semel quolibet anno. primo Reg. 7. quia illa videbatur ẽe vltra Iordanẽ in terra duarum tribuũ & dimidiæ. s. in sorte tribus Gad, vt probatum est Iudic. 11. Istę duę ciuitates, quas hunc reædificauit Asa rex erant in confinibus regni sui, & Israel, cùm essent de sorte Beniamin, & volebat eas munire muris.

*Quo tempore fuerit factum istud bellum.*
*Quæstio II.*

QVAERITVR Circa prædicta id, quod dicitur hic, & præced. cap. Nam dicitur hic, quòd anno tricesimosexto regni Asa ascendit Baasa ad ædificandum Rama, in quo inferrebat bellum regi Asa, & tamen præced. cap. dicitur, quòd bellum non fuit vsque ad annum tricesimum regni Asa. Quomodo potest stare cùm non appareat aliquod bellum inter annum tricesimum, & tricesimumsextum, & videtur, q; vtrobique dici debeat de anno tricesimo, vel vtrobique de anno tricesimosexto. Respondit, q; bellum istud, qđ factum est propter ædificationem Baasa, non fuit vsq; ad annum tricesimũsextũ regni Asa, cùm litera nostra hoc dicat, & etiam litera Hebraica. Cùm autem obijcitur de anno tricesimo, de quo dicitur præcedẽti cap. Dici potest vno modo, q; verum est, quòd inter annum quintumdecimũ, de quo agebatur præced. cap. in quo factum est bellum Asa contra Aethiopes, non fuit bellum aliquod in regno Asa vsq; ad annum tricesimũ, & post annum tricesimum vsq; ad tricesimum sextũ fuerunt aliqua bella, quę scriptura non nominat, eo q; fuerunt parua non digna relatu, quia illę erant, quædã paruæ commotiones, quę parum disturbabant pacem regni Asa. Istud autem bellum propter ædificationem Baasa fuit magis famosum propter duo, q̃ inde secuta sunt. Primum erat, quia propter Asa regem Iuda, misit rex Syrię exercitum suum contra regem Israel, qui vastauit magnam partem regni Israel, vt patet supra in litera. Secundum fuit, quia ex hoc facto secuta fuit increpatio prophetica contra Asa, & ex increpatione in-



A dignatio regis orta est, & incarceratio pphetæ, ex qua secuta est diuina punitio super Asa, & populũ, de qua infra in litera. Ideo saltem propter istud secundum debuit scribi istud bellum Baasa contra Asa anno tricesimo sexto regni eius. Aliter potest dici, q; dubitatio ista procedit ex errore literæ nostræ: nam præcedenti cap. vbi dicitur bellum non fuit vsque ad tricesimum annum regni Asa. Et hoc patet, quia sic habetur in Hebræo, & sic credendum est, quòd trãstulerit Hieronymus, & tamen postea librariorum inaduertẽtia litera defalcata fuit, & corrupta, & hoc faciliter fieri poterat ex inaduertentia librariorum. Cùm autem dicatur bellum non fuit vsq; ad annum tricesimũ quintũ. s. qa nec in ipso tricesimoquinto anno factum est bellum, B sed sequenti anno. s. tricesimosexto bellum factũ est, & sic dicitur hic, q; anno tricesimosexto ascẽdit Baasa.

*An anno trigesimosexto regni Asa ascenderit contra ipsum Baasa rex Israel.* *Quæst. III.*

QVAERITVR vlterius, quomodo põt stare, q; anno tricesimosexto regni Asa ascenderit cõtra ipsum Baasa rex Israel. Nam videtur hoc impossibile, cũ non potuerit tanto tpe viuere Baasa, sed necessariò ante annũ tricesimum sextum regni Asa mortuus est, quod patet, quia Baasa cępit regnare super Israel anno tertio regis Asa. 3. Reg. 15. & regnauit Baasa annis vigintiquatuor. eod. cap. Ideo qñ moreretur Baasa esset C annus vicesimus septimus regni Asa, vnde nequaquã posset viuere anno tricesimo sexto regni Asa, ad hoc, quòd tunc inferret ei bellum, & ædificaret Rama. Nicolaus respondet soluendo istã intricationẽ per diuersitatẽ annorũ alicuius regis, quia anni regum nõ computantur semper eodem modo, sed aliqñ computãtur à prima die, qua regnare cęperunt, & aliquando ab aliquibus gestis notabilibus ipsorum: vt si aliquis rex septimo, vel octauo regni sui fecerit aliquid valde notabile, computabuntur anni eius ab illo tempore. Ita probat in rege Nabuchodonosor, de quo dicitur Danielis primo, quòd anno secundo regni sui vidit somnium, & tamen secundùm expositores non fuit ille secundus annus regni incohando à tempore, quo re- D gnare cępit, quia multo post fuit, sed dicit, quòd computatur ab illo tẽpore, quo Nabuchodonosor habuit bellum notabile contra regem Aegypti. Sic dicit fuisse de rege Asa, scilicet, quòd anni sui computantur vno modo inchoãdo à prima die, qua regnauit, & alio modo incohando à bello, quod gessit contra Aethiopes: nam bellum contra Aethiopes fuit valde famosum, quia in illo perierunt decies centena millia virorum, quasi subitò. supra 14. & ex tunc inciperet computari primus annus regni sui. Et fuit bellum istud secundùm Nicolaum anno decimo regni Asa in fine, vel in principio vndecimi, et sic annus tertius regni Asa esset annus tertiusdecimus eius, vel quartusdecimus inchoando à prima die, qua regnauit, et tunc superaddantur viginti quatuor anni, quibus regnauit Baasa, E peruenirent ad annum tricesimumseptimum, vel octauum computando à prima die qua regnauit Asa, et sic potuit Baasa viuere anno tricesimo sexto regni Asa ad hoc, quòd ascenderet contra ipsum ad ædificandũ Rama. Et tunc dicit Nicolaus, quòd cito post hoc mortuus est Baasa, scilicet, anno sequenti. Et hoc affectus tædio, primò, quia magnum damnum ei euenerat, scilicet, quia non potuit ędificare vrbem Rama. Secundò, quia perdidit omnes impensas operis, et materias, quas congregauerat. Tertiò, quia rex Syriæ ruperat fœdus quod cum eo habebat, vt faueret regi Iuda. Quartò, quia vastauerat multas vrbes regni eius. Sed dicendum, quòd ista responsio non stat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam licèt præsupponatur, quòd anni regum computantur dupliciter: quia hoc verum est: & præsupponatur probatio, quæ fit de Nabuchodonosor, non potest stare, quia applicat de rege Asa. Nam præsupponit, q̃ computentur anni sui, vno modo à bello quod gessit contra Aethiopes anno vndecimo regni sui, vel in fine decimi, & istud nõ est verum, quia bellum illud gestum est anno quintodecimo regni sui, vt probatum est præced. capit. in quadam quæst. Sed etiam si staret secundùm Nicolaum esset falsum, quod patet computando annos regum præcedentium, qui necessariò discordabunt à litera tenendo hunc modum. Nam Roboam rex Iuda, & Ieroboam rex Israel simul regnare cęperunt, & Roboam regnauit annis decem, & septem. Et successit ei Abia, qui regnauit annis tribus. 3. Reg. 14. & 15. Post hunc regnauit Asa, & quando cœpit regnare Asa transierunt anni viginti à principio regni Roboam, & totidem à principio regni Ieroboã regnauit Asa. Computando autem lineam regum Israel, pcedit sic, quia Ieroboã regnauit vigintiduobus annis. 3. Reg. 14. Et post eum filius suus Nadab duobus annis. 3. Reg. 15. Et post eum Baasa. eod. capitulo. Et sic à principio regni Ieroboam vsque ad principiũ regni Baasa transierunt quasi vigintiquatuor anni, & à principio regni Ieroboam vsque ad principium regni Asa transierunt viginti anni. tertio Regum 15. ergo inter principium regni Asa & Baasa non fuerunt nisi tres, vel quatuor anni. Et sic necesse est, quòd quando dicitur, quòd anno tertio regni Asa cœpit regnare Baasa, quòd ille fuerit tertius annus computando ab exordio regni sui, & non à bello Aethiopum. Nam si hoc staret, esset annus tertius regni Asa annus decimus octauus computando à principio regni, eo quòd anno quintodecimo regni sui fecit bellum contra Aethiopes, vt probatum est præcedenti capitulo. Et tunc cùm Asa cœperit regnare anno vicesimo regni Ieroboam. tertio Regum decimoquinto. additis decem & octo annis prędictis erit annus tricesimus octauus à principio regni Asa, & in illo inciperet regnare Baasa. Et hoc est falsum, quia vigintiquatuor annis post principium regni Ieroboam cœpit regnare Baasa, scilicet, quia Ieroboam regnauit vigintiduobus annis. tertio Regum 14. Et post eum Nadab filius eius annis duobus. tertio Regum 15. Et post eum Baasa. eodem capitulo. manerent ergo quatuordecim anni intermedij, in quibus nullus regnaret, cùm inter Nadab & Baasa nullus rex Israel fuerit. Item patet hoc, quia Asa regnauit annis quadraginta vno solùm, vt patet tertio Regum 15. & 16. & infra in litera. Et tamen computando sic, vt vult Nicolaus. s. q̃ cœperit regnare Baasa anno tertio Asa, cõputando annos eius à bello contra Aethiopes, sequitur, quòd vixerit Baasa vsque ad annum tricesimum septimum Asa inclusiuè, cùm regnauerit Baasa vigintiquatuor annis. tertio Regum 15. & annus tertius Asa secũdùm Nicolaum est tertiusdecimus annus eius. Et hoc non potest stare, vt probatur. Et adhuc secundùm veritatem grauius est, quia bellum contra Aethiopes fuit anno quintodecimo regni Asa, & annus decimus octauus regni eius erit annus tertius computando hoc modo cũ superaddantur vigintiquatuor anni regni Baasa superueniet ad annum quadragesimum secundum Asa, & tamen non regnauit tot annis Asa, sed solùm quadraginta vno, vt patet in litera, & tertio Reg. 15. ergo prius mortuus est Asa, quàm Baasa, quod falsum est, vt probabitur, & tamen dato, q̃ computemus secundùm Nicolaum, & fuerit mors Baasa anno tricesimo septimo Asa, dabimus, q̃ vixerit Asa super Baasa annis quatuor tantùm. s. vsque ad annum quadragesimum primum. Et tamen falsum est, quia post Baasa regnauit Hela duobus annis, & Zamri septem diebus, & Amri duodecim annis, & post eum Achab, qui adhuc regnauit tribus annis, vel quatuor tempore Asa. Nam cepit regnare anno tricesimo octauo regni Asa. Hæc omnia patent. 3. Reg. 16. Etiam, quia post Asa regnauit filius eius Iosaphat, vt patet sequenti capitulo, & tamen ille regnauit anno quarto Achab. 3. Reg. 22. necesse est ergo, q̃ vixerit Asa post mortem Baasa annis quindecim ad minus, & sic non potest vllo modo stare ista positio Nicolai. Dicendum ergo est, quòd Baasa cœpit regnare anno tertio Asa regis Iuda inchoando à principio regni eius, & regnauit vigintiquatuor annis, & sic durauit regnum suum vsq; ad finem vigesimisexti anni regni Asa, vel quasi, & istud consonat literæ. tertio Regum 15. nam cùm dicatur, quòd Baasa regnauerit anno tertio regni Asa: postea tertio Regum 16. dicitur, quòd Hela filius Baasa regnauit anno vicesimosexto Asa, & ita debet planè dici, nisi litera ista obuiaret dicens, q̃ anno tricesimosexto regni Asa ascendit Baasa contra Asa. Quomodo ergo soluatur ista difficultas, & ambiguitas fateor esse difficile, & quasi impossibile, cùm non viueret Baasa in anno tricesimo sexto regni Asa. Aliquis autem fortè volet soluere, dicẽs, quòd fuit istud anno trigesimosexto regis Asa, sed non anno trigesimosexto regni eius, quia multo tempore ante natus est, quàm regnaret, & fortè annus trigesimus sextus eius, erat annus vigesimus regni sui. Sed istud non consentit litera, cùm dicatur anno trigesimo sexto regni Asa ascendit Baasa. Oportet ergo, vt videtur, quòd fateamur nos nescire solutionẽ. Vel quòd dicamus literam hic esse corruptam, quia fortè deberet dici anno vigesimosexto, & dicitur anno trigesimosexto. Vel fortè diceretur anno decimo sexto. Et si obijciatur, q̃ in Hebræo, sic etiam habetur: dici posset, q̃ in Hebreo interdum etiam est corruptio aliqua: nam vt probatum est: Ios. 22. cap. ibi deficiunt duo versus in Hebræo, qui habentur in litera Latina, & sunt de necessitate literæ, & confitentur doctores Hebræorum illos deficere, vt patet per Rabbi Dauid Kimhi in eodem loco: ita ergo poterat esse hic. Sed ista est periculosa solutio, quia si in vno loco scripturæ corruptionem esse fateamur: de omnibus alijs locis dubitabimus, an corruptio ibi sit, sicut dicit Augustinus. Et habetur in Decretis dist. 9. cap. si ad scripturas sacras. s. q̃ si aliquod mendacium in Sacra Scriptura confitemur nullam auctoritatem inde relinquemus: ideo aliam solutionem cogita si occurrat.

*De loco Rama, & quomodo circundaretur à Baasa.*
*Quæstio IIII.*

QVAERITVR vlterius, quæ ciuitas, vel locus erat Rama, quẽ Baasa muro circundabat, & qũo circundabat eam Baasa. Respõdendum, q̃ Rama erat quædam ciuitas in sorte Beniamin: Ios. 18. & pertinebat ad regnum Iuda. Erat autem illa in confinibus regni Iuda & Israel: quod patet, quia dicitur hic in litera, q̃ Baasa circundabat Rama, vt non pmitteret aliquem ingredi, & egredi de regno Asa. Et tñ hoc non posset stare, nisi ciuitas hęc esset in regnorũ ꝓfinio: distat autẽ ciuitas hęc modicũ ab vrbe Ierusalẽ. i. per quadraginta stadia, vt dicit historia schola. & sunt quasi duæ leucæ, & parum plus. Et ista est illa Rama, de qua habetur Iudic. 19. s. q̃ leuita ille, cuius vxor occisa est in Gabaa, trã siuit apud Ierusalem, qñ occidebat sol, et dixit, q̃ nolebat intrare ī Ierusalem, quia erat oppidum Iebusæorũ, sed quòd declinaret in Gabaa, vel in Rama: ergo erat Rama propè Ierusalem, quia si procul esset, non posset illuc ire illa nocte ad manendum ibi, si sol occideret ei apud Ierusalem. Ista Aama est, de qua dixit Iere. 31. c. Vox



Vox in Rama audita est ploratus, & vlulatus. Et hoc A satis conuenit, quia infantes occisi sunt in terra Beniamin, & Iuda circa Bethlehem. Et Rama non multum distabat à Bethlehem: ideo etiam illuc peruenire occisio innocentum, & sic audiretur vox plorantium in Rama pro filijs occisis. Et non est ista ciuitas Ramatha, de qua erat oriundus Samuel propheta, vt patet 1. Reg. 1. & 2. & 7. quia illa vocatur Ramatha, & ista vocatur Rama. Etiam Rama distat à Ierusalẽ quatuor milliarijs, distat autem Ramatha decem & sex milliarijs, vt patet in libro de situ terrę Sanctę. De modo circundationis vrbis Rama poterat intelligi dupliciter. Vno modo, q̃ Rama esset ciuitas in regno Iuda in extremitate eius, & esset deserta, vel carẽs muris, & Baasa rex Israel occupasset eã, & ædificare vellet muros eius, B & tenere sibi, vt poneret ibi viros bellicos, qui non permitterent aliquos de regno Asa ingredi, nec egredi. Et tunc satis consonat literæ. s. q̃ Baasa muro circundabat Rama, quasi prę supponeretur, quòd Rama non habebat muros, & nunc apponebat ei muros Baasa. Aliter potest intelligi, quòd Rama esset ciuitas regni Iuda, & possideretur à viris Iuda, & nõ acceperit illam vrbem Baasa, nec muro circundaret eam: sed q̃ iuxta illam voluit facere quoddam fortalitium, in quo essẽt viri bellatores, qui pugnarent contra viros Rama, & contra alios habitantes in extremitate regni Iuda. Et isti non permitterent viros Iuda exire de terra sua, & ingredi in regnũ Baasa, & sic dicebatur muro circundare Rama, quia cùm illud fortalitium esset apud vrbẽ C Rama, non permitterent viri ibi existentes egredi aliquos de vrbe Rama, quasi essent viri illi clausi muro.

*Quomodo protulit Asa aurum, & argentum regis.*
*Quæstio V.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Asa protulit aurum, & argentum de thesauris domus domini, & de thesauris regis. Nam videtur, q̃ nullum aurum, & argentum erat in thesauris domus domini, nec in thesauris regis. Et patet, quia tempore Roboam regis aui istius, venit Sesac rex Aegypti, & abstulit omne aurum, & argentum, quod fuit D in thesauris domus domini, & in thesauris regis. supra 12. & 3. Reg. 14. Dicet aliquis, q̃ potuit nunc aurum, & argentum tolli de thesauris domus domini, quia tẽpore Roboam fuit ablatum aurum, & argentũ de thesauris domus dñi, qđ erat in massa, & non erant ablata vasa aurea, nec argentea, vt probatum fuit ibidẽ, & ista vasa poterant nunc accipi de thesauris. Sed dicendũ, quòd hoc non stat, primò, qa prę supponit falsum. s. q̃ nunc Asa acceperit vasa, quæ erãt in thesauris templi, & dederit illa regi Benadad. Et tamen falsum est, quia vasa omnia aurea, & argentea, q̃ fecit Salomon manserunt semper in templo domini vsque ad tempus Nabuchodonosor regis, qui transtulit omnia in Babylonem. 4. Reg. 24. & 25. & infra 36. & Iere. 52. non ergo fuit acceptum de illis aliquod vas tempore præcedenE tium regum. Et sic Asa nullum illorum dedit. Secundò, quia ista positio non respondet sufficienter, cũ non dicat aliquid de thesauris regis, quomodo potuerint nunc dari regi Benadad. Dicendum ergo, q̃ tempore regis Roboam datum fuerat omne aurum, & argẽtum, quod erat in thesauris regis, & in thesauris dñi regi Aegypti, & nunc etiam Asa dedit aurum, & argẽtum, quod erat in thesauris suis, & ī thesauris domini regi Benadad. Et patet hoc, qa sicut hic dicitur, quòd Asa protulit aurum, & argentum quod erat in thesauris domus domini, & in thesauris regis, & dedit Benadad: ita dicitur. 3. Reg. 15. tollens itaque Asa omne aurum, & argentum quod remanserat in thesauris dom̃ domini, & in thesauris domus regiæ. Sciendum tñ, q̃ licèt omnia ista data fuissent, poterant nunc dari multa de thesauris domus domini, & domus regiæ. Patet de thesauris domus regis, quia licèt tempore regis Roboam tulisset Sesac omne aurum, & argentum, quod erat in thesauris domus regis: tamen ex ipso tempore vsque nunc adhuc poterat multum aurum, & argentum congregari, & poni in thesauris regis. Nam illa pręda facta fuit anno quinto regni Roboam. supra 12. & Roboam regnauit decem & septem annis. 3. Reg. 14. & manebant duodecim anni de regno eius, in quibus poterat congregare thesaurum aliquãtum, & postea regnauit Abia filius eius, qui etiam potuit congregare thesaurum multum, licèt solùm tribus annis regnauerit, quia ipse pugnauit contra Ieroboam regem Israel habentem in exercitu suo octingenta millia virorum, occiditq̃ue quingẽta millia de illis, & reliquos fugauit. supra 12. & in bello illo poterat capere multã prædam, de qua ditaretur, & quia postea semper fuit bellum inter eum, & Ieroboam, & nunquam potuit ei resistere Ieroboam. eodem capitulo. Ideo caperet ipse prædam semper de regno Ieroboam, & ditaretur inde: postea Asa regnauit magno tempore, qui potuit multo maiores congregare thesauros, quàm reges pcedentes, quia ipse pugnauit cõtra regẽ Aethiopum habentem in exercitu suo decies centena millia virorum, & occidit illos, atque fugauit subito, & mansit tota præda regi Asa, quæ esset multa nimis. Præterhæc autem pugnauit contra ciuitates, quæ erant in circuitu Gerarę, & accepit prędã multam, scilicet pecora infinita, vt patet supra 14. Haberet ergo nunc Asa, vel habere posset thesauros satis magnos, de quibus hic dicitur, quòd dedit Asa aurum, & argentum de thesauris domus regis. Circa thesauros domus domini, dicendum, quòd etiam nunc erãt ibi thesauri, de quibus dari posset aliquid. Pro quo considerandum, q̃ in domo domini erat aurum, & argentum dupliciter. Quoddam aurum, & argentum erat in vasis ad sacram ministrationem, quæ vasa fecerat Salomon, aliud erat in massa, & seruabatur ī domo domini ad necessitates tẽpli: illud enim quod erat in vasis, non dicebatur esse in thesauris, sed illud quod erat in massa erat propriè in thesauris. De vasis aureis, & argenteis domus dñi. Dicendum q̃, nec nunc, nec antea, nec postea acceptа fuerũt aliqua vsque ad tempus Nabuchodonosor, qui accepit omnia vasa, quæ fecerat Salomon de templo domini, & transtulit illa in Babylonem. 4. Reg. 24. de auro, & argento, quod erat in massa, dicendum, quòd accepit Sesac rex Aegypti, quando introiuit in Ierusalem, & tñ nõ accepit totum quod inuenit, sed aliquid reliquit, licèt dicatur, q̃ acceperit omnia, quæ erant in thesauris domus domini, & dom̃ regis. Et patet hoc, quia 3. Reg. 15. dicitur tollens Asa omne aurum, & argentum, quod remãserat in thesauris domus domini, & domus regię: ergo apparet, q̃ non abstulerit omnia Sesac rex Aegypti, sed aliquid dimiserat de vtroq; thesauro, & illud dedit nũc rex Asa regi Syrię: potissimè, quia dato, q̃ omne aurum, & argentum, quod erat in thesauris domus domini tempore Roboam fuisset sublatum per regem Aegypti, adhuc poterat nũc esse multum, q̃ reges, & populus offerebant dona magna domino ad necessitates templi, & illa ponebantur in thesauris templi. Patet hoc de ipso rege Asa, de quo dicitur præced. cap. & 3. Reg. 15. q̃ intulit in domum domini ea, quę vouerat ipse, & pater eius argentum, & aurum, & vasa. Et ex istis donis crescebat thesaurus domus dñi, & de isto poterat nunc dare Asa regi Syrię.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*An sit Benadad ille, de quo sæpe loquitur scriptura.*
*Quæstio VI.*

QVAERITVR vlterius de isto Benadad, de quo hic dicitur, an erat ille, de quo fit sæpè mētio in scriptura. Nam de Benadad fit hic mentio, & postea tempore Achab regis Israel: nam pugnauit bis ꝙ tra illum, vel ter, vt patet 4. Reg. 20. & 22. Iste etiam pugnauit contra Ioram regem Israel, & obsedit vrbē Samariæ, quando fuit magna fames in vrbe, ita vt venundaretur caput asini in vrbe octoginta siclis. 4. Reg. septimo. Aliquis autem dicet, ꝙ non fuit idem Benadad, sed fuerunt multi reges Syriæ, qui vocarentur sic, sicut reges Aegypti vocabātur omnes Pharaones, & Imperatores Romanorum vocabantur Cęsares. Et patet hoc, quia non poterat aliquis rex tanto tempore durare. Nam postquam fit mentio de isto Benadad vsquequo vltimo fit mentio de illo. 4. Reg. 8. transierunt in Israel reges septem. Nam nunc erat rex in Israel Baasa, contra quem misit exercitum iste Benadad in fauorem Asa regis Iudæ. Postea regnauit Hela: deinde Zamri, postea Amri, deinde Achab, postea Ozias, deinde Ioram, & tempore Ioram mortuus est ille Benadad in Damasco. 4. Reg. 8. de istis septem regibus patet tertio Regum 15. & 16. & quarto Reg. primo, & 28. & tamen tanto tempore non videtur, ꝙ posset durare vnus rex. Respondendum, quòd iste rex Benadad idem videtur esse de quo fit hic mentio, & in alijs locis allegatis, quia scriptura non facit mentionem, quòd fuerint plures: ideo concedendum est esse vnum, quia non est ponēda pluralitas sine necessitate: hic autem non est necessitas ponendi aliquam pluralitatem, ideo non est ponenda. Et cùm obijcitur, ꝙ nō poterat aliquis vnus rex durare tanto tempore, scilicet tempore septem regum. Dicendum, ꝙ non est aliqua difficultas in hoc, quia interdum aliqui reges pauco tempore durant, sicut dicitur Eccl. 10. omnis potentatus vita breuis. & potest vn⁹ rex viuere tempore omnium illorum. Et sic dicendum est, quòd fuit hic, quia isti reges pauco tempore viuebant. Nam quidam illorum fuit, qui non regnauit, nisi septem dieb⁹, scilicet, Zamri, vt patet 3. Reg. 16. & sic poterat aliquis viuere tempore mille regum. Vnde dicendum, quòd ad hoc, quòd regnaret Benadad tempore omnium istorum regum nō requirebatur, ꝙ regnaret nisi annis quadraginta quinq;, vel ad plus quinquaginta, quia primus rex cuius tempore regnabat Benadad erat Baasa: in cuius regni fine facta sunt hæc. Et sic sufficiebat, ꝙ diceremus vno, vel duobus annis cępisse regnare Benadad ante mortem Baasa. Post istum regnauit Hela filius eius annis duobus. 3. Reg. 16. Post ipsum regnauit Zamri septem diebus solùm. eodem capitulo. Et post illum regnauit Amri annis duodecim. eod. cap. Et post ipsum Achab filius eius regnauit viginti duobus annis. eodem cap. Post illum regnauit Ochozias duobus annis nondum completis. quarto Reg. primo. Et post ipsum regnauit Ioram frater eius, cuius tempore mortuus est Benadad. Et sic poterant transisse solùm duo, vel tres anni de regno Ioram, quādo mortuus est Benadad. Et omnes isti anni simul sūpti sunt quadraginta vnus annus. Non erat autem difficile, ꝙ aliquis rex regnaret annis quadraginta vno, & multo pluribus. Nam Ozias rex Iuda regnauit annis quinquaginta duobus. quarto Reg. 15. Item patet hoc conformius per omnia, quia Asa rex Iuda, qui erat contēporaneus istius regis Benadad, & Baasa regis Israel, regnauit totidem annis, scilicet, quadraginta vno, & regnauit tempore septem regum Israel, quod patet, qa infra in litera, & tertio Regū 15. dicitur, quòd iste Asa regnauerit annis quadraginta vno: etiam tempore septem regum, quia Asa cępit regnare tēpore Ieroboā, scilicet, anno vicesimo regni eius. 3. Reg. 15. deinde fuit Nadab filius eius, postea Baasa, deinde Hela. Deinde Zamri, postea Amri, deinde Achab. Nam annus trigesimus octauus regni Asa erat quando cępit regnare Achab super Israel. 3. Regum 16. Ideo non est aliquod inconueniens, vel difficultas, quin iste Benadad fuerit, de quo fit mentio in omnibus ijs locis. Ista positio est multum rationabilis, & consona modo loquendi scripturæ. Et tamen dicendum, quòd non est vera, quia saltem fuerunt duo reges succedentes, qui vocarentur Benadad, quod patet, quia ille, qui pugnauit contra Achab regem Israel erat Benadad. 3. Reg. 20. & tamen non erat iste, sed filius eius. Quod patet, quia eodem cap. quando Achab cępit Benadad, & leuauit eum secum in curru, dixit Benadad: ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam, & plateas fac tibi in Damasco, sicut pater meus fecit in Samaria. Ergo ille Benadad, qui pugnauit contra Achab non erat ille, qui regnabat tempore Amri patris Achab regis Israel, & tamen iste Benadad, de quo hic dicitur regnauit tempore Amri patris Achab, & aliorum regum præcedentium, scilicet, Baasa, & Hela, & Zamri: ergo non erat iste Benadad ille cū illo, de quo fit mentio, quòd pugnaret cum Achab. Sed dicendum, quòd ad minus fuerunt duo reges Syriæ succedentes sibi, qui vocabantur Benadad. Et primus illorum fuit iste, quia iste fuit filius Tabremon. 3. Reg. 15. & sequens Benadad fuit filius istius.

*Quare misit munera Asa regi Syriæ, vt pugnaret contra Baasa.*
*Quæstio VII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid mittebat Asa munera magna regi Syriæ, vt veniret ad pugnādum contra Baasa. Respondendum, quòd fortè hoc fecit, quia non confisus est se posse resistere toti multitudini, quam habebat secum Baasa veniēs in Rama. Et ob hoc voluit, quòd rex Syriæ, qui erat potentissimus pugnaret contra eum. Et hoc videtur ex verbis Anani prophetæ redarguentis regem Asa ex parte Dei infra in litera, scilicet, Nōne Aethiopes, & Libyes multo plures erant, quos cum domino credidisses tradidit in manus suas? Aliter potest dici, quòd Asa non formidabat solùm regem Israel contra se veniētem, sed etiam regem Syriæ, quem sciebat fœderatum esse cum Baasa rege Israel, & si Asa inciperet pugnare contra Baasa fortè Benadad rex Syriæ adiuuaret Baasa contra Asa, & non posset Asa vtrumque sustinere: ideo præoccupauit Asa attrahere ad se regem Syriæ muneribus, nè eum traheret Baasa rex Israel. Aliter potest dici, quòd Benadad habebat fœdus cum rege Iuda, & cum rege Israel, & cùm esset bellum inter vtrumque, videbatur, quòd non deberet aliquem eorum de iure adiuuare Benadad, quia quemcunque adiuuando videbatur facere contra fœdus initum cum alio: sed poterat concordare eos amicabiliter, nè pugnarent. Asa tamen timens, quòd Benadad poterat corrumpi pecunia, & quicunque ei prius pecuniam offerret, posset eum habere in partem suam violato fœdere cum altero. Et putans, quòd fortè Baasa videns insurgere bellum contra se corrumperet Benadad pecunia, vt esset pro parte sua: præoccupauit facere quod facturus erat Baasa, & sic ante tempus misit pecuniam Benadad regi Syriæ, vt haberet eum pro parte sua in adiutorem.

Quare



*Quare volebat Asa, vt Benadad violaret fœdus ipsi Baasa.*
*Quæstio VIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo volebat Asa, quòd Benadad violaret fœdus quod habebat cum Baasa, vt recederet ab eo. Respondendum, quòd Baasa rex Israel cęperat ædificare fortalitiū apud vrbem Rama, quod erat in præiudicium magnū Asa, scilicet, quia nullus posset egredi, aut ingredi de regno Asa, vt patet supra in litera. Et volebat, quòd Benadad rex Syriæ cogeret Baasa recedere de Rama dimissa ædificatione, quam inceperat, & hoc fieret si Benadad veniret ad pugnandum contra Baasa, quia ille non potens sustinere Benadad recederet dimittēs ædificium, quod cęperat. Et sic factum est, quia Asa misit aurū, & argentum ad Benadad, & ille misit principes exercitus contra Baasa: quod ille videns recessit de Rama dimittens ibi omnes materias, quas congregauerat ad ædificandum, & venit in hersa: tunc Asa & omnes de regno Iuda iuerunt in Rama, & accipientes inde lapides, & ligna congregata per Baasa, tulerunt ea ad ædificandum inde duas vrbes. s. Maspha, & Gabaa. Aliter potest dici, quòd Baasa voluit, ꝙ Benadad iuberet Baasa, nè ædificaret fortalitium apud Rama, & ad hoc pugnaret contra eum primò, & ille nō potens sustinere bellum, faceret quod iubebat Benadad. Vel aliter. s. ꝙ Baasa videns, quòd exercitus Benadad veniebant contra eum, sciret, quòd veniebat propter regem Asa: ideo illico desineret infestare eum cessando ab ædificatione fortalitij.

*An peccauerit Asa vocando in auxilium regem Baasa.*
*Quæstio IX.*

QVAERITVR vlterius, an peccauerit Asa vocando in auxilium regem Benadad contra Baasa regem Israel. Respondendum, quòd Deus nolebat, quòd cultores sui peterent auxilia à Gentilibus, vel à quibuscunque idolatris, sed sperarent in ipso, & ipse daret eis fortitudinem sine adiutorio extraneorum. Sic patet de rege Amasia, qui accepit de viris Israel centum millia robustorum, vt adiuuarent eum contra Idumæos, & quia erant isti Israelitæ idolatræ, venit homo Dei ad Amasiam dicens: O rex non ingrediatur tecum exercitus Israel: non est enim dominus cū Israel, & cunctis filijs Ephraim: quòd si putas in robore exercitus bellū consistere, superari te faciet dominus ab hostibus: & tunc Amasias dimisit centum millia virorum Israelitarum, quos conduxerat, sed dixit ad prophetam, quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? Respondit propheta, habet De⁹ vnde possit tibi dare multo plura ijs: vt patet infra 25. peccaret ergo à fortiori Asa ducendo exercitum de Gentilibus. Item peccauit Asa, quia fuit valde ingratus Deo, & diffidens bonitati eius. Nam ipse pugnauit ante hoc contra Aethiopes, qui erant decies centena millia, & inuocato Deo vertit illos in fugam. supra decimoquarto capitulo: nunc autem multo pauciores erant viri Israel, qui erant cum Baasa: ideo debuerat confidere in auxilio Dei, & pugnare contra Baasa, non vocato Benadad rege Syriæ. Quòd autem peccauerit in hoc, patet, quia propheta Anani ex parte Dei increpuit Asa, dicens: Nonne Aethiopes, & Libyes multo plures erant multitudine nimia, & quadrigis, & equitibus, quos cùm domino credidisses tradidit in manus tuas? Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem ijs, ꝙ corde perfecto credunt in eum. Item patet, ꝙ peccauerit, quia Deus influxit ei pœnam propter hoc, & fuerunt duæ pœnæ. Prima erat, quia Deus traditurus erat Assyrios in manus Asa. Nunc autem, quia ipse inuocauit illos in auxilium, meruit, ꝙ nō posset eos superare. Secunda erat, quia Deus daturus erat vitam quietam regi Asa. Et quia nunc confidentiam habuit in auxilio humano, Deus fecit, ꝙ insurgerent bella cōtra ipsum. De prima pęna patet infra in litera. s. cùm dixit, ꝙpheta Anani ad regem Asa: quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in domino Deo tuo: iccirco euasit exercitus regis Syriæ de manu tua. De secunda pęna patet etiam infra, cùm dicitur: stultè egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersum te bella consurgent.

*An peccauit Asa habendo fœdus cum Benadad.*
*Quæstio X.*

QVAERITVR vlterius, an peccauerit Asa habendo fœdus cùm Benadad rege Syriæ. Nam manifestum est, ꝙ fœdus habebat cum illo, quia quando ad eum dixit, fœdus est inter me & te, & pater meus & pater tuus habuerunt concordiam. Aliquis dicet, quòd peccauit, quia prohibitum erat Iudæis habere fœdera cum Gentilibus, & propter hoc Deus sæpe inferebat eis malaꝑ, vt patet Iudi. 2. Secundò patet, quia in hoc videbatur diffidere misericordiæ Dei. Nam, qui quærit auxilium humanum in casu, quo solum diuinum auxilium quæri iubetur, diffidit diuino auxilio. Et tamen sic volebat Deus, ꝙ Iudæi cōfiderent soli ei, & non peterent auxilia à Gentilibus, & tamen faciendo fœdus petebatur auxilium à Iudæis, quia propter hoc fiebat fœdus, vt confœderati se adiuuarēt: ergo peccabat Asa faciendo fœdus. Confirmatur hoc, qa nunc probatum est, quod peccauerit Asa mittendo nuncios suos ad petendum auxilium à rege Syrię, & tamen faciendo fœdus petebatur auxilium, quia ad hoc fiebat, vt mutua fierent adiutoria: ergo peccabat Asa faciendo fœdus cum rege Syriæ. Respondendum videtur, quòd non peccauit faciendo fœdus, quia fœdus istud nō fuit nunc nouiter initum, sed ante hoc erat inter eos: ideo si peccaret Asa faciendo istud fœdus, peccaret quamdiu maneret in isto fœdere: & sic semper esset in peccato mortali, & potissimè esset in diffidentia. Et propter hoc verisimile est, quod Deus iratus fuisset ei ante hoc, & increparet eum, sicut postea nunc iratus est quando petiuit auxilium à rege Syriæ. Et tamen ante hoc non legitur, quod Deus iratus fuisset regi Asa, sed potius fauebat ei in omnibus operibus suis: ideo non peccauerat faciendo fœdus. Item dato, quod contrahere fœdus cum Gentilibus ad mutuas compugnationes esset aliqualiter malum: tamen non peccaret Asa, quia non apparet, quod ipse de nouo contraxerit, vel posuerit fœdus cum rege Syriæ, sed magis videtur, quod istud fœdus contractum fuerit inter Abiā patrem Asa, & Tabremon patrem Benadad. Et quia nunquam ruptum fuerat diebus eorum, videbatur manere in posteris, scilicet, inter Asa, & Benadad. Et hoc videtur signari in litera, cùm dicitur, fœdus est inter me, & te: pater meus, & pater tuus habuerunt concordiam, ideſt, ex eo quod inter patres nostros fuit concordia nunquam rupta, deriuata fuit ad nos. Aliter adhuc posset dici, quod faciendo fœdera non esset hic aliquod peccatum. Nam si Asa faceret fœdus ad hoc, quod rex Benadad adiuuaret eum, quasi aliàs diffidens se posse pugnare contra hostes, erat peccatum, cùm diffideretur de Dei bonitate: & tamen poterat fieri fœdus non ad compugnationes, sed solùm ad pacem habendam, vt non nocerent sibi inuicem, sicut rex Abimelech voluit facere fœdus cum Isaac dicens sit iuramentum inter te & nos, ne noceas nobis, sicut nos nihil tuorum attigimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ecce qualiter iuramentum, vel fœdus solùm erat ibi ad non nocendum: ita posset esse nunc, & in tali fœdere non videbatur esse diffidētia Dei, nec peccatum. Ad rationem primam in contrarium dicēdum, quòd non erant prohibita fœdera Iudæis cum oībus Gentilibus, sed erant cum Chananæis vetita, quia Chananęi erant gentes, quas Israelitę excluſuri erant de terra, vt habitarent in ea, & ad hoc pugnaturi erant cum eis. Si autem liceret eis facere fœdus cum eis, non pugnarent contra ipsos, & sic possiderent Chananęi semper terram suam, & nunquam Israelitę possiderent totam terram Chanaan, sicut eis Deus promiserat quod erat inconueniens: ideo Deus iusserat, quòd inter Israelitas & Chananęos nullum esset fœdus, nec permitterentur aliquo modo viuere, sed occiderentur in ore gladij. Deute. 20. & quando vetantur fœdera inter Israelitas & Gentiles, non agitur de omnibus Gētilibus, sed de solis Chananęis, vt colligitur. 34. & Deutero. 7. Benadad autem, & serui sui non erant Chananęi, sed Syri, & ista est alia gens distincta à Chananęis. Et patet hoc, quia termini terrę Chanaan sunt apud terminos terrę Syrię. ſ. ꝙ est Syria magis Aquilonaris, quàm terra Chanaan, vt colligitur Num. 34. Ideo non erant Syri de populis Chananęorum, & consequenter non erat vetitum fœdus fieri cum illis. Ad secundum cùm dicitur, quòd videbatur diffidere misericordię Dei ipsi Asa faciendo istud fœdus, dicendum quòd non diffidebat, quia fortè non factum fuit istud fœdus ad cōpugnandum, ideſt, vt mutuo se adiuuarent in pugna, sed vt non nocerent sibi inuicem, & velle non pugnare inuicem non erat diffidentia, & tamē quòd realiter peteret adiutorium à rege Syrię, cùm Deus promisisset ei, quod non deberet timere, quia ipse adiuuaret eum quamdiu coleret ipsum, precedenti capitulo, erat diffidentia, & peccatum: ideo de hoc increpatus est. Vel potest dici, quod non contraxerat Asa aliquod fœdus cum Benadad. ſ. pater Asa cum patre Benadad, & illud nūquam ruptum fuerat inter illos, nec etiam postea inter Asa, & Benadad: ideo cùm nūc Asa putaret, quod illud fœdus antiquum posset sibi proficere, voluit se adiuuare ex illo petendo auxilium à Benadad allegando fœdus, quod erat inter eos.

*An peccauit Asa accipiendo thesauros sacros.*
*Quæstio XI.*

QVAERITVR vlterius, an peccauerit Asa accipiendo de thesauris domus domini, vt mitteret Benadad regi Syriæ. Aliquis dicet, quòd sic, quia illa, quæ erant in domo domini erant sacra, & q̄ sacra sunt non debent conuerti ad vsus prophanos, maximè dando illa viro gentili. Respondendū, ꝙ dando thesauros domus dñi regi Benadad peccauit multipliciter Asa. Primò peccauit, quia accepit rem alienā domino non concedente, & non cum voluntate soluendi illam. Secundò peccauit, quia accepit ad malum finem. ſ. ad dandum regi Syriæ; istud autem erat malum, vt supra probatum est. Tertiò peccauit, quia fortè isti thesauri erant consecrati, & non licebat trāsferri vllo modo ad vsus humanos. Nam Balthasar, qui erat rex Chaldęorum peccauit bibendo in vasis, quę trāstulerat Nabuchodonosor in templo domini in Ierusalem, vt patet Dan. 5. cap. Et ob hoc vidit contra se tres digitos scribentes in pariete, & regnum suum ablatum est, vt ibi dixit Daniel: à fortiori ergo peccaret vir Iudæus dans vasa domus domini alicui Gentili, vt posset in illis facere quidquid vellet. Considerandum tamen, quòd licèt Asa peccauerit dando thesauros domus domini, tamen poterat dare in aliquo casu, in quo non peccaret. Pro quo sciendum, quòd aut illi thesauri erant aliqua vasa consecrata, quibus ministrabatur in altari holocaustorum, vel thymiamatum, vel alia sacra ministratione. Vel non erant aliqua vasa ad ministrandum, sed solùm aurum, & argentum rude, vel pecuniæ magnę. De primo patet, quòd nō licebat aliquatenus trāsferri in vsus humanos, quia omnia talia vasa erant consecrata, sicut nunc sunt consecrati calices nostri, eo quòd illa vasa vngebantur oleo Sancto vnctionis, quo vngebantur summi sacerdotes, & reges, nec erat in toto sanctuario aliquod vas ad quamcunq; ministrationem pertinens, qđ nō vngeretur oleo Sācto: Exo. 31. & 40. & Num. 7. sed nullo modo licet calices nostros consecratos alicui sęculari dari, vel transferri ad alias ministrationes non sacras: ergo etiam, nec vasa domus domini. Si autem intelligatur de secundo, scilicet, de auro, & argento, & alijs thesauris, qui non erant vasa. Dicendum, ꝙ ista poterant in aliquo casu trāsferri ad vsus sęcularium, eo ꝙ ista, licèt essent sacra non erant consecrata. ſ. vncta oleo Sancto, erāt autem sacra inquantum erant Dei. Ad hoc autem, ꝙ possent licitè accipi ad vsum sęcularium, oportebat, quòd esset magna necessitas, quia nō debebant ex causa facili ea, quæ semel data erāt Deo, redire ad vsum sęcularium. Etiam requirebatur, quòd acciperentur de sanctuario ad bonum finem, scilicet, ad aliquem actum honestū, quia alioquin peccatum esset vti re sacra in negocio turpi, vel illicito. Etiam requirebatur, quòd ille, qui accipiebat haberet intentionem soluendi illa, quæ accipiebat quia alioquin quantumcumque esset causa honesta, pro qua acciperetur, non erat honesta acceptio, eo quòd illę res sacræ erant alienæ. ſ. quia dei erāt: ideo sicut si acciperetur ab alio homine, esset necessaria solutio: ita & voluntas soluendi: ita accipiendo à Deo, & à fortiori, quia grauius est tollere res Dei, quā res hominum. Quòd autem cum ijs conditionibus liceret rem sacram transferri ad vsum sęcularium apparet, quia Dauid dederat gladium Goliath Philisthęi templo domini, & conseruabatur cum vestibus sacris, & tamen cùm Dauid fuit in necessitate non habens alium gladium, & habēs causam iustam, scilicet, quia ibat in via, accepit illum gladium, vt patet primo Reg. 21. capit. Sic autem Asa si accepisset pecunias templi domini existens in necessitate magna, & non ad dandum viro Gentili pro illicito adiutorio, & cum voluntate restituendi non peccasset.

*An peccauit Asa, & Benadad rumpendo fœdus.*
*Quæstio XII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Asa dederit hic pœcuniam, vt Benadad rupto fœdere quod habebat cum Baasa rege Israel pugnaret contra ipsum, & Benadad reciperet pecuniam ex hac causa, & pugnauerit, an peccauerit. Aliquis dicet, ꝙ ambo peccauerint, quia violare fœdus peccatum est, & reputabatur valde graue inter Gentiles. Et ob hoc in cœremonijs fœderis diuidebantur animalia in duas partes, & transibant facientes fœdera inter diuisiones, vt signaretur, ꝙ qui violaret fœdus diuideretur in frusta, sicut illa animalia: & tamen hic ruptum fuit fœdus, quia habebat Benadad fœdus cum Baasa rege Israel, & pugnauit contra ipsum, ergo peccauit Benadad. Et cōfirmatur hoc, quia non fuit factum hoc ex causa honesta, sed ex turpi, scilicet, quia oblatæ sunt ei pecuniæ ab Asa rege Iuda. Et videtur, ꝙ peccauerit Asa, quia ille, qui incitat aliquem ad malū, peccat, & tamen Asa incitauit Benadad ad malum: imò dedit ei pecuniam pro malo, scilicet, vt rumperet fœdus, quod habebat cū Baasa rege Israel, vt patet in litera, ergo peccauit.

Respon-



Respondendum, ꝙ non est idem iudicium penitus de Asa, & de Benedad: quia in isto negocio poterat vnus peccare, & alius benè agere secundùm differentiam causæ, quam haberet ad agendum, & finis, qui moueret ad hoc. Circa Asa dicendum primò, ꝙ aut Asa habebat iustam causam vetandi regi Israel ædificare Rama, aut non. Si poterat iustè vetare, Dicendum, ꝙ poterat pugnare contra ipsum faciendo cędes, & & prædas quousque consequeretur id, quod intendebat. & poterat etiam licitè conuocare quoscunque in auxilium contra Baasa, & si non posset gratis illos mouere, posset eis pecunias offerre. Et sic dicendum, ꝙ liceret Asa conuocare Benadab regem Siriæ, vel quē cunque alium ad bellum contra Baasa. Et si verum sit, ꝙ Asa peccauerit conuocando aliquos in auxiliū contra Baasa, eo quòd diffidebat de certo adiutorio, quod Deus eis promiserat si coleret ipsum, vt supra probatum est: tamen non erat peccatum istud in ruptione fœderis, quia dato, ꝙ non fuisset aliquod fœdus inter Benadad, & Baasa regem: peccasset Asa: si conuocasset Benadad ad pugnandum contra Baasa, & ipse non auderet pugnare. Sic etiam peccaret cōuocando quēcunque de regibus gentilium contra Baasa, qui non erant confœderati cum eo. Et si arguas, ꝙ cùm Asa incitaret Benadab ad pugnandum contra Baasa incita bat eum ad malum. ſ. ad violandum fœdus. Dicendū, ꝙ Benadad respicere deberet an bonum, vel malū faceret adiuuando contra Baasa regem Israel: quia Asa iustam causam habebat petendi auxilium à quocunq; homine contra Baasa, contra quem ipse bellum iustū fouebat. Si autem Asa non habebat iustam causam vetandi ipsi Baasa ædificationem Rama: nō licebat ei pugnare contra illum pro hoc, & consequenter nec conuocare quoscunque ad istam pugnam, & sic peccaret conuocando Benadab. De ipso Benadab dicendum, ꝙ aut ꝙfœderatus erat cum solo Baasa rege Israel: aut cū Baasa, & Asa. Si cum solo Baasa, dicendum, ꝙ peccaret adiuuando Asa contra Baasa, quia siue Baasa foueret iustum bellum, siue iniustum: non poterat pugnare contra eum Benadad: cùm esset confœderatus ei, & non esset fœderatus illi, pro quo pugnabat. Nam licèt non teneretur adiuuare eum contra Asa in bello iniusto, tñ saltem tenebatur non pugnare contra ipsum, eo ꝙ sic erat conuentum, & nō erat aliqua causa, quæ eum impelleret ad pugnandum. Si autem esset Benadad confœderatus vtriq;. ſ. Asa regi Iuda, & Baasa regi Israel: distinguendum aut fouebat Asa iustam causam vetando ipsi Baasa ædificationem vrbis Rama, aut nō. Si non fouebat iustam causam, peccabat grauiter Benadad adiuuando Asa contra Baasa propter duo. Primò, quia adiuuabat in bello iniusto, quod semper est illicitum. Secundò, quia adiuuabat contra fœderatum sibi. Si autem fouebat Asa iustum bellum, videtur ꝙ Asa non peccabat adiuuando eum, & pugnando contra Baasa, quia in fœdere de compugnando interueni ret ista conditio, ꝙ vnus adiuuaret alium: quandocunque eum requireret: quod intelligitur de bello iusto. Et sic cùm nunc Asa foueret bellum iustum, & requireret Benadab sub virtute fœderis, ꝙ adiuuaret eū cōtra Baasa, videretur teneri illum ad hoc. Cùm autem obijcitur, ꝙ erat Baasa confœderatus iosi Benadad: & non poterat pugnare contra eum. Dicendum, ꝙ hoc erat verum in bello iusto: & tamen in bello iniusto poterat pugnare contra ipsum: si confœderatus esset alteri, qui gereret bellum iustum contra eum. Nam virtute fœderis obligabatur pugnare adiuuando illū contra alterum cōfœderatum gerentem iusta bella. Istud autem verum est, nisi fortè in conditionibus fœderis aliter interueniat. ſ. ꝙ vnus de confœderantibus non posset pugnare contra alium pro quocunq; alio: nisi prosequendo causam ipsius: quia tunc quamcunque foueret causam iustam Asa contra Baasa non poterat Benadab adiuuare Asa contra Baasa: sed solùm interponeret se, vt amicabilis compositor inter eos, ne pugnarent. Si autem obijcias, ꝙ in omni casu peccauerit Asa, quia voluit concitare Benadad ex turpi causa. ſ. offerendo pecuniam, & ipse etiam Benadad peccauerit, quia motus est pecunia ad pugnandum contra fœderatum sibi, & non est alia causa. Dicendum, quòd hoc non stat, quia poterat esse, ꝙ Asa non daret illam pecuniam Benadad: vt per hanc moueret eum ad pugnandum contra Baasa: sed vt prouideret ei de expensis, p bello. Nam dato, ꝙ confœderatus esset Benadad cum rege Asa, & teneretur eum adiuuare: quandocunque requireretur: tamen non tenebatur suis stipendijs militare: sed expensis illius, cuius esset bellum, & sic teneretur Asa dare omnes expensas regi Benadad pro exercitu suo. Et vt non moraretur Benadad venire, vel mittere exercitum suum, misit illico Asa pecuniā: de qua viueret exercitus Benadad dum pugnaret contra Baasa regem Israel. Et sic datio ista pecuniæ non probat sufficienter, ꝙ peccauerit Asa, vel Benadad.

*An vastauit illas urbes exercitus Benadad.*

*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd exercitus Benadad vastauerunt ciuitates istas, quæ nominantur hic, ſ. Dan, Ahion, & Abelmain: quia 3. Reg. 15. vbi dicitur, vel ponitur ista historia, dr Abel. Respondent quidam, ꝙ istæ sunt duæ ciuitates distinctæ, & non coincidunt, ſ. Abel, & Abelmain. Et hoc satis verisimile est, quia multæ ciuitates fuerunt vastatę per exercitum Benadad, quæ non nominantur hic. Et ob hoc cum ponatur ista historia hic, & 3. Reg. 15. quædam ciuitates nominantur hic, & aliæ ibi, quæ non exprimuntur hic, & sic Abelmain fuit hic nominata, quæ non nominantur 3. Reg. 15. Et Abel nominatur ibi, quæ non nominatur hic. Et hoc patet, quia etiam aliæ ciuitates nominantur ibi, quæ non ponuntur hic, ſ. domus Maacha, & tota regio Ceneroth: ita poterat esse de istis. Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ aliquæ vrbes, vel regiones exprimuntur ibi, quæ non exprimuntur hic, & tamen non est hoc quantum ad Abel, & Abelmain, sed eadem ciuitas est. Et vocatur diuersimodè, quia iste modus est apud Hebræos, ꝙ in nominibus proprijs fiunt multæ mutationes: nam interdū additur aliquid, & interdum minuitur, & interdum alterantur nomina mutando in eis aliquas literas, ita vt non assimilentur prioribus nominibus. De additione patet, quia vnus vocatur Phalti, & idem vocatur Phaltiel: vt patet 1. Reg. 15. & 2. Reg. 3. quia in vno loco vocatur Phalti filius Lais, ille cui datus est Michol in vxorem, quæ erat prius vxor Dauid, & in alio loco ipse vocatur Phaltiel. Etiam idem homo, vel locus vocatur diuersis nominibus mutatis: vt Gessur vocatur interdum Gessuri, & est nomen regionis: vt patet 1. Reg. 17. & 2. Reg. 3. & 14. Sic etiam vocatur eadē regio Ierameel, & Ierameeli: 1. Reg. 27. & 30. aliquando fit subtractio, vt in isto nomine Aram: nam ille, qui vocatur Arā, & ponitur in Genealogia Christi Matth. 1. & in Genealogia Dauid Ruth 4. vocatur Ram, præcedenti lib. 2. c. computando eandem Genealogiam Dauid. Aliquando autem alterantur aliqui nomine: ita vt non videātur esse idem nomine, vt patet in isto nomine Caleb, & Calibi: nam ille, qui vocatur Caleb vocatur interdum Calibi, præcedenti libro capitulo 2. Ita poterat esse in isto nomine Abel, & Abelmain, quod fiat aliqua additio in fine nominis; ita vt ille locus,

Universidad de Navarra Biblioteca



cus, qui verè, & propriè vocatur Abel per quandam F additionem vocaretur Abelmain, ſicut Phalu vocatur Phaltiel.

*An Aſa rogauit regem Benadad pro receſſu Baaſæ ab ædificatione. Quæſt. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, an Aſa rex Iuda rogauerit regem Benadad, ꝙ faceret, ꝙ Baaſa recederet ab eo, ſ. ab ædificatione Rama pugnando contra ipſum: quomodo exercitus Benadad, non iuerunt ad pugnadum contra Baaſa, ſed inceperunt vaſtare regiones eius iuxta Syriam. Reſpondendum, quòd hoc poterat fieri propter multa. Primò ad euitandum ſuper- G fluum laborem: nam id quod poterant facere exercitus Benadad eundo contra Baaſa in Rama, poterant facere vaſtando loca propinqua Syriæ. Nam cùm Baaſa videret, ꝙ exercitus Syrorum vaſtabat vrbes regni ſui, & hoc, vt deſiſteret ab obſidione, vel ædificatione Rama, deſiſteret illico ſciens, ꝙ non poterat ipſe reſiſtere exercitui Syrorum, & regi Iuda, & ſic non laborarent tranſeundo per totam latitudinem regni Baaſa. Nam tranſeundum erat à latere Aquilonari in Meridianum: quia terra Syrorum erat in latere Aquilonari Chanaan, ſiue regni Iſrael. Et Rama erat in latere Meridiano terræ Iſrael, cùm eſſet in latere regni Iuda, & de ipſo regno Iuda. Secundò fuit factum hoc propter periculum, quia cùm exercitus Syro- H rum tranſiret per terram Iſrael totam in tranſuerſo vſquequo veniret in Rama, vbi erat rex Baaſa, fortè totum regnum Iſrael congregaretur ſuper Syros, qui procul erant à regno ſuo, & eſſent in periculo. Cùm autem vaſtarēt loca propinqua terræ Syrorum, & poſtea procederent vaſtādo verſus medium terræ Iſrael; non erat eis periculum: quia nō relinquebant à tergo aliquos hoſtes, qui poſſent eis nocere. Tertiò fuit facta, quia ſi irent iſti Syri ad pugnandum contra Baaſa regem Iſrael in Rama, forſitan committeretur bellū, & eſſet difficultas, quia tam exercitus, quem Baaſa habebat ſecum in pugna, quàm omnes de regno congregarentur, & poſſent Syri periclitari: ideo maluerunt vaſtare extremitates regni ſine periculo, quàm ſine I cauſa exponere ſe magno periculo.

*An licuerit Aſæ auferre ea, quæ parata erant pro ædificatione. Quæſt. XV.*

QVAERITVR vlterius, cùm Aſa rex Iuda tulerit omnes lapides, & ligna, quæ parauerat Baaſa ad ædificandum Rama, an licuerit ſibi hoc. Dicendū, quòd ad hoc præſupponendum eſt de iſtis lapidibus, & lignis, ꝙ non erant poſita in opere: ita ꝙ non eſſet iam ædificatio facta, vel magna pars ędificationis: quia tunc eſſet magnus labor diruere ędificia, & tollere inde materias. Nam ſic conuenientius erat regi Aſa, ꝙ occuparet ipſe fortalitium ædificatum per Baaſa, & po- K neret ibi viros bellatores contra regnum Iſrael, quàm cum magno labore diruere ipſe ædificium, & auferret inde materias, quæ iam non eſſent tam aptæ ædificio, ſicut prius. Sed intelligendum, ꝙ Baaſa rex Iſrael voluit ædificare feſtinanter aliquod fortalitium apud Rama Iudæis, & vt velociter fieret opus voluit prius congregare omnes materias neceſſarias, & tunc ſubito volebat ædificare, & ſic congregauerat iam omnes materias ferè Baaſa, cùm venit ad vaſtandum terram ſuam exercitus Syrorum, & nondum cęperat ædificare fortalitium: ideo dimiſit omnes materias congregatas ad opus non inchoato opere. Vnde venientes Iudæi tulerunt omnes illas, & quia erant multæ, & eſſet magna mora in tollendo illas, ſi non venirent omnes Iudæi, iuſſit, ꝙ venirent omnes, & nemo eſſet excuſatus: vt patet 3. Reg. 15. ſ. ꝙ nemo prætextu alicuius priuilegij ſe excuſaret. Nam aliqui erant, qui ſecundùm legem excuſabantur à bellis, & omnibus publicis laboribus: ſ. illi, qui nouiter vxores acceperant quouſque manerent per annum in domo cum vxoribus: Deuter. 24. Et alij ſimiles erant: nemo tamen eorum nunc excuſatus fuit propter magnam neceſſitatem, & velocitatem operis. Sed tunc dicetur quare Aſa, non ædificauit in loco illo fortalitium, quod volebat ædificare Baaſa, quia ſicut erat illud fortalitium vtile regi Baaſa contra Aſa, vt nō permitteret aliquos de regno Aſa ingredi in regnum Iſrael, nec egredi. Ita Aſa vteretur illo caſtro ad non permitteudum aliquos venire de terra Iſrael in terram Iuda. Dicendum, quòd hoc factum eſt propter multa. Primò, quia fortè non erat vtile illud fortalitium regi Aſa: quia licèt vtile eſſet regi Baaſa contra Aſa, poterat eſſe, ꝙ non eſſet vtile regi Aſa contra Baaſa, & hoc poterat eſſe ex diſpoſitione terræ, & vrbium vtriuſque regni. Et hoc ſatis apparet conſideranti diſpoſitiones multorum regnorum confinium: quia vnum fortalitium nocet vni contra alterum, & non alteri contra alterum. Secundò, quia fortè timebat Aſa ædificare ibi fortalitium, quia timebat, ꝙ cito bella conſurgerent antequam finiretur ædificatio fortalitij, & fortaſſis caperet illud Baaſa de manib⁹ Iudæorum. Tertiò factum eſt, vt non relinqueretur locus quærelę Baaſa regi Aſa cōtra Iſrael regem Iuda: nam Aſa habuit iuſtam quærelam contra Baaſa regē Iſrael, quia ædificabat fortalitium illud in tali loco in præiudicium regni ſui, ita poterat conqueri Baaſa contra Aſa, ꝙ ſi ipſe ædificaret fortalitium illud: etiam erat in præiudicium regni Iſrael, & ob hoc moueret bellū contra eum, & tunc Benadad rex Syriæ adiuuaret regē Iſrael contra regem Iuda, ſicut prius adiuuerat regem Iuda contra regem Iſrael: voluit ergo Aſa vitare iſtud inconueniens, & non ædificauit in loco ipſo fortalitium: ſed tulit lapides, & ligna inde, & ædificauit vrbē Gabaa, & Maſpha, vt patet in litera, & 3. Reg. 15. Cùm autem quæritur, an licuit ipſi Aſa tollere lapides, & ligna de illo loco, in quo poſuerat illa Baaſa, vt inde faceret aila ædificia: Reſpondendum, quòd licuit, primò, quia ſi nunc dimitteret ibi lapides, & ligna Aſa, licèt recederet nunc Baaſa timore exercitus Syrorum, rediret denuo, & ædificaret cùm haberet omnes materias in promptu, & iſtud erat incidere in incommodum, quod intendebat nunc euitare Aſa. Secundum erat, quia Baaſa iniuſtum fecerat volendo ædificare fortalitiū in terra aliena in præiudicium domini terræ: ideo merebatur perdere materias iſtas, quas ad hoc iniuſtum ædificium congregauerat: ideo poterat facere de illis Aſa rex Iuda quidquid vellet. Tertiò, quia Aſa rex Iuda fouebat iuſtum bellum cōtra Baaſa regem Iſrael cùm ædificaret fortalitium in terra ſua: ita licita erat occiſio, & præda vſque ad condignam ſatisfactionem. Erat autem ſatisfactio condigna, vt primò ſoluerentur omnes expenſæ quas ſuper hoc fecerat Aſa, ſcilicet omnes pecuniæ, quas dederat regi Benadad: vt mitteret exercitum ſuum contra Baaſa, & cogeret eum recedere de Rama. Et quia culpa Baaſa fuerant factę omnes iſtæ expenſæ, tenebatur ad illas: & ſi quæ aliæ huiuſmodi erant: etiam inflixerat iniuriam magnam Baaſa rex Iſrael regi Iuda ædificando aliquid in regno ſuo eo inuito, vel in præiudicium ſuum. Et pro hac iniuria etiam ſatisfactio aliqua fieri debebat in pecuniam. Vnde ſatis iuſte poterat Aſa accipere omnes materias quas congregauerat Baaſa: quia adhuc non fieret ſibi condigna ſatisfactio accipiendo omnes has.

In



In tempore illo venit Anani Propheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei: Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in domino Deo tuo: iccirco euaſit Syriæ regis exercitus de manu tua. Nonne Aethiopes, & Libyes multos plures erant quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos cùm in domino credidiſſes tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde B perfecto credunt in eum. Stulte igitur egiſti, & propter hoc etiam præſenti tempore aduerſum te bella conſurgent.

*In tempore illo.* Hic ponitur ſecundum huius cap. ſ. præuaricationis obſtinatio: nam cùm peccauiſſet Aſa diffidendo bonitati, & promiſſo Dei, debuerat increpante propheta dolere, & conuerti ad dominum, & tamen potius indignatus eſt, & poſuit prophetam in carcerem. & dicitur in tempore illo, ſ. poſtquam Aſa duxit lapides, & ligna de Rama, quæ dimiſerat Baaſa rex Iſrael. *Venit Anani propheta ad Aſa regem Iuda.* C Deus miſit iſtum prophetam, vt loqueretur iſta, quæ in litera habentur: de iſto Anani, quis ſit infra dicetur in quadam quæſtione. *Et dixit ei.* Scilicet increpando, quia quæ ſequuntur verba increpatoria ſunt, & comminatoria mali. *Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ.* Habuit fiduciam, ꝙ Benadad rex Syriæ poſſet eum liberare de manu Baaſa regis Iſrael, & cogere, vt ceſſatet ædificare, & dedit ei pecunias multas, vt faceret hoc: vt patet in litera. *Et non in domino Deo tuo.* Scilicet, non habuit Aſa fiduciam in domino, ꝙ ipſe ſuperaret exercitum Baaſa: ideo recurrit ad Benadad, & dedit ei pecuniam. Nam ſi confideret certiſſimè, ꝙ Deus faceret eum ſuperare exercitum Baaſa, non offerret fruſta tantum theſaurum regi Benadad, & tamen obtulit: nō D non confidit, ꝙ Deus virtute ſua liberaret eum, ſed cōfidit, ꝙ poſſet eum liberare exercitus Syrorum, & ob hoc dedit regi Benadad pecuniam multam, ſ. theſauros domus domini, & theſauros regis. *Iccirco euaſit exercitus regis Syriæ de manu tua.* Scilicet, tradendus erat exercitus Syrorum in manu tua: quia tamen tu demeruiſti hoc ſubdēdo te eis, noluit De⁹ tibi ſubdere illos: ſed euaſerunt de manu tua. Ecce qualiter Syri euaſerunt de periculo non meritis ſuis, ſed demeritis eorū, quibus ſubijciendi erant: Ita ſæpe fit, vt aliqui digni ſint multa mala pati, & tamen propter demerita eorū à quibus puniendi erant non puniuntur, ſed liberant: de quo infra dicetur. Quomodo autem Syri liberati fuerint de manu Aſa propter demerita eius, declarabi E tur infra in quadam quæſtione. *Nonne Aethiopes, & Libyes multo plures erant?* Probatur quomodo iuſtè increpandus erat Aſa, ſ. quia maius bellum, quàm iſtud ſuperauerat facilliimè nullo adiuuante: niſi nomine domini inuocato, & nunc in paruo bello non habuit confidentiam in Deo: ſed recurrit ad auxilium regis Syriæ. Iſtud autem fuit quando venerunt contra regem Aſa Aethiopes cum rege ſuo Zara anno quintodecimo regni ſui, & cùm illo veniebant Aethiopes, & Libyes. Sunt tam Aethiopes iſti, quàm Libyes apud Aegyptum: vnde quando Seſac rex Aegypti aſcendit contra Roboam filium Salomonis, duxit in exercitu ſuo Aegyptios, & Aethiopes, & Libyes, & Troglodi-

A tos: vt patet ſupra decimo ſecundo. Et hoc non poterat eſſe niſi iſtæ gentes eſſent ſatis coniunctę Aegypto. Libyes dicuntur à Libya, & eſt duplex Libya: quędam enim eſt Libya Cyrenaica, quæ eſt circa Aegyptum, & de iſta dicitur Actuum 2. Et partes Libyæ, quæ ſunt circa Cyrenem. *Quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia*, quaſi dicat. Maior valde erat exercitus Aethiopū quàm Iſrael: quia erant decies centena millia ſupra, & in exercitu Baaſa non poterant eſſe tot. Et dicitur quadrigis, ideſt curribus, quia in exercitibus antiquit⁹ ſemper ſolebant eſſe currus, & tamen reſpectu tanti exercitus nō fuerunt multi currus in exercitu Aethiopum: nam ſolùm leguntur fuiſſe currus trecenti ſupra 14. & tamen adhuc in exercitu Baaſa nō erant tot currus: de equitibus non legitur quot erant: ſed de omni exercitu Iſrael dr, ꝙ erant decies centena millia. Et ponuntur iſta tria, quia nomine multitudinis nimiæ intelliguntur pedites, eo ꝙ in exercitu ſolent eſſe iſtæ tres partes, ſ. currus, equites, & pedites. Et quia pedites ſolent eſſe valde plures, quàm omnes alij, vocantur ipſi hic multitudine nimia. *Quos cum domino credidiſſes tradidit eos in manu tua.* Ideſt, cùm habuiſſes confidentiam in Deo, ꝙ prævaleres contra eos, tradidit eos in manus tuas. Nam nihil aliud fuit hic niſi confidentia. Patet hoc ex verbis Aſa ſupra 14. ſ. & inuocauit dominum, & ait: Domine non eſt apud te vlla diſtantia, an in paucis auxilieris, vel pluribus: adiuua nos domine Deus noſter: quia in te, & in tuo nomine fiduciam habentes venimus contra hanc multitudinem. Domine Deus noſter tu es, non prævaleat contra te homo. Et non accipitur hic propriè credere pro credere, ſed pro confidere: nam credere eſſet ſi Deus aliquid dixiſſet, & aſſenſiſſet firmiter illi dicto Aſa, & tamen non habet, ꝙ Deus prædixiſſet aliquid ipſi Aſa de victoria contra Aethiopes: ſed ſolùm cùm venerunt Aethiopes confortatus eſt Aſa in corde ſuo à Deo, & exiuit cōtra eos ſperans certiſſimè, ꝙ eos ſuperaret, vt colligitur ex verbis ſuis ſupra allegatis, ſ. in te, & in tuo nomine fiduciā habentes venimus cōtra hanc multitudinem. Ex hoc datur magnum documentum homini, ſ. ꝙ nihil aſcribat virtuti ſuæ, ſed omnia aſcribat Deo, nec confidat ex parte ſua de aliquo bono, quia quantumcunq; homo perfectus ſit, ſi permittatur à Deo errare, incidit in magnos errores. Sic fuit de iſto rege Aſa, qui anno quintodecimo regni ſui, cùm non eſſet adhuc probatus in omni bonitate: habuit tantam confidentiam de Deo, ꝙ cùm veniſſet contra eum rex Aethiopum cū decies centenis millibus virorum, non dubitauit exire contra eum in bellum confiſus Dei ope, quod & factū eſt: Deus tamen nihil ei dixerat de victoria futura. Nūc autem cùm eſſet iam Aſa vir probatæ virtutis, qui fędus ſeruandę legis cum Deo fecerat, & ſeruaret illam. præcedenti c. & expertus fuerat fructum diuinæ confidentiæ ſuperando faciliter Aethiopes ſupra 14. & inſuper dederat Deus ei ſpem certam, ꝙ quandiu legem obſeruatent adiuuaret eos: & tamen is omnibus exiſtentibus, & veniente contra eum bello paruo, quod inferebat Baaſa rex Iſrael, non confiſus eſt in domino, ꝙ virtute Dei poſſet liberari: ſed recurrit ad adiutoriū Benadad regis Syriæ. Iſtud autem fuit propter ſolam Dei immutationem: nam à principio Deus eleuauit cor Aſa, & confortauit illud, vt confidenter pugnaret contra Aethiopes: ideo licèt tunc eſſet Aſa paruæ virtutis, & magna reſiſtentia Aethiopū, auſus eſt pugnare contra eos. Nunc autem cum eſſet iam probata virtus Aſa, & multa aſſiſterent adminicula, & parua eſſet copia exercitus Baaſa, non auſus eſt Aſa pugnare contra illum, ſed recurrit ad regem Syriæ offerens ei pecuniam multam, vt pugnaret contra Baaſa regem Iſrael. Hoc autem ideo erat, quia prius eleuauerat Deus

Libya duplex.

cor

cor Asa ad audendum hoc: nunc verò eleuauit illud. Et sic quando Deus eleuat hominem ad magna, efficitur magnus: si autem relinquat eum sibi ipsi, cadit ab omni bono, quod prius tenebat: ita vt nihil aliud homo sit, nisi quantum Deus ei concedere dignatur. Et quia interdum homines, quibus Deus magnam virtutem contulit aliqualiter superbiunt, ascribentes sibi ipsis aliquid de bono, permittit illos cadere Deus in magna peccata, & ignominiosa, & sic confunduntur, & erubescunt de se ipsis. Et tunc verè experiuntur, q̃ in homine nulla sit virtus: sed omne bonum humanum à Deo est secundùm actualem influxum. *Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram.* Iuxta illud Prouer. 15. s. in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos, & ad Hebræ. 4. omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. Non est tamen intelligendum, q̃ oculi domini contemplentur vniuersam terram, ideſt videant, quia nec vident vniuersam terram, nec partem eius, cùm Deus oculos non habeat: quia non est animatus, nec corporeus. Habere autem oculos soli animali competit, quia ista sunt organa virtutis visiuæ, quæ est instrumentum animæ determinans sibi certum organum per quod operetur. Deus autem cùm sit natura quædam, & essentia simplex, non est corporeus: quia quod corporeum est, compositum est. Sed dicitur, oculi domini contemplantur vniuersam terram ad satisfaciendum simplicibus. Nam asserimus Deum cuncta scientem, & cuncta regentem: vulgares autem putant nihil nos certè scire, nisi quod videmus: ideo vt attribuatur Deo cognitio certissima de rebus, & omnibus rebus, dicit scriptura, q̃ Deus omnia videt, & sic dicit, q̃ oculi domini contemplantur vniuersam terram. Eodem modo dicere debem⁹ de auditu, q̃ Deus omnia audit, vt putaretur scire omnia, quæ dicuntur, quia aliàs nõ putaretur scire ea, quæ nos loquimur. *Et prabent fortitudinem ijs, qui corde perfecto credunt in eum.* Ideſt Deus dat fortitudinem ad vincendum omnibus, qui credunt in eum, ideſt sperant ex toto corde, s. nihil hæsitantes. Nam qui dubitant nihil consequuntur de eo, quod desiderant. Quomodo autem quis credat in Deũ corde perfecto ad hoc, q̃ det ei fortitudinem, & quomodo Deus det fortitudinem, declarabitur infra in quibusdam quæstionibus. Dicitur autem hic de oculis domini, q̃ contemplant vniuersam terram ad tollendum dubium, quia aliquis dicet: licèt ego confidam in domino, & credam, quomodo prębebit mihi fortitudinem? quia fortè non videbit hoc, vel non aspiciet ad illud, & sic non cognoscet, q̃ ego confidam in eo. Respondetur, q̃ Deus omnia hęc cognoscit, & scit quis confidit in eo, & quis non. Et hoc probat dicens, q̃ oculi domini contemplantur vniuersam terram, ideſt vident eam, & sic vident omnia, quæ fiunt in terra, ideo videbunt si quis confidit in eo, vel nõ, & poterit dare fortitudinem eis, quos cognouerit in eis confidere. *Stulte egisti.* Scilicet, confidendo in rege Syriæ, q̃ posset te liberare de manu regis Baasa, & nõ Deus tuus, & mittendo ei pecuniam, quia vtilius tibi esset confidere in Deo tuo. Nam nihil dedisses de thesauris tuis, & acquisiuisses maiores thesauros, & non offendisses Deum. Nunc autem perdidisti thesauros, & offendisti dominum, & non potuit esse maior stultitia. *Et propter hoc etiam in præsenti tempore contra te bella consurgent.* Scilicet in pœnam huius delicti consurgent bella contra te nunc: quasi dicat, Deus intendebat tibi dare pacem subijciendo tibi hostes in circuitu. Nunc autem, quia tu demeruisti hoc inuocando humana auxilia contra eos, consurgent bella contra te, quia Deus faciet, quòd contra te illico insurgant. Qualiter autem Deus concitauit bella contra Asa, & qualiter illa fuerunt F in præsenti tempore, declarabitur infra in quadam quæstione.

*Quis esset iste Anani.* *Quæst. XVI.*

QVAERITVR circa istum prophetam Anani, qui venit ad nunciandum ista, quæ habentur hic regi Asa, quis erat. Respondendum, q̃ iste prophe ta, & multi alij erant ignoti: erant enim tunc, & tempore aliorum regum Iuda multi prophetæ. Nam fit hîc mentio saltem de tribus in scriptura, s. de Azaria filio Obed, qui venit ad Asa nunciando ei mala futura in regno suo post vitam suam, & tamen q̃ ipse confortaretur in domino. præcedenti c. Secundus propheta G erat iste Anani, qui venit ad increpandum regem Asa, quia non confisus fuerat in domino, vt patet in litera. Tertius erat Iheu filius Anani, qui etiam fuit propheta tempore istius regis Asa, & ipse missus est contra Baasa regem Israel ad denunciãdum vastationem generis sui, & suscitationẽ alterius regis: vt patet 3. Reg. 16. Quartus poterat assignari ipse Obed pater Azariæ. Nam licèt de illo non legatur aliqua operatio prophetica, sicut de præcedentibus: asserendum tamen est eũ fuisse prophetam: quia regula est apud Hebræos: quia quandocunque aliquis propheta nominatur, cuius pater exprimitur, ille etiam fuit propheta: & istam regulam tenet Hieronymus in quodam prologo super Sophoniã, qui incipit: Tradunt Hebræi, & satis patet hoc H in Iheu propheta, qui ibi ponitur vocatur filius Anani, vt patet infra 19. & 20. & 3. Reg. 15. & manifestum est, q̃ ipse Anani pater suus propheta erat, cùm ponatur hic prophetasse contra Regem Asa. Ita dicendum de Obed. Nam quando nominatur Azarias propheta, præcedenti c. nominatur pater eius Obed: ideo dicendum hũc esse prophetam, & aliqua faceret, & diceret tempore suo propheticè: quia aliàs nunquam cognosceretur esse propheta, & tamen illa non habentur in sacra scriptura, quia nõ fuerunt necessaria, sicut ea, quę dixerunt alij prophetæ, quæ faciebant ad propositum de historijs regum, quæ describuntur: omnes autem isti prophetæ fere erant ignoti. Et ratio huius est, quia illi ꝓphetæ sunt apud nos cogniti, quos scripta sua no- I bis notos efficiũt, vel aliqua magnifica gesta valde vulgata: sed adhuc apud prophetas magis eos notos efficit scriptura, quã reliquerunt, quàm gesta alia. Et sic apud nos sunt quatuor ꝓphetæ maiores, qui magnos in respectu aliorum confecerunt libros, s. Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & duodecim minores, qui propter hoc, q̃ parua scripta reliquerunt vnius voluminis angustia coarctantur, s. Oseæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Sophonias, Abacuc, Naum, Aggeus, Zacharias, Malachias. Nulli alij prophetæ fuerunt, qui aliqua scripta prophetica nobis reliquerunt: ideo cùm ꝓphetas allegamus ad istos restringimur. Alij autem quidã fuerunt prophetæ, qui licèt non reliquerint aliqua scripta, satis noti sunt miraculorum operatione. Sicut K Samuel, propter quem Deus multa fecit, & de quo multa refert scriptura, & ponuntur specialiter laudes eius inter patres Eccl. 25. Fuerunt etiam Elias, & Eliseus viri magni miraculorum operatione: nã ipsi mortuos suscitauerunt, quod ante eos nemo vnquam fecerat. De laudibus istorum patet Eccl. 48. Ponuntur historiæ istorum in processu tertij, & quarti librorum regum. Isti autem, de quibus dictum est, & multi alij, de quib⁹ fit mentio in libris regum, & in isto, sunt quasi incogniti, quia nulla reliquerunt scripta, per quæ allegentur, & in notitiam veniant. Etiam non fecerunt aliqua opera miraculosa tam magnifica, per quæ valde cogniti sint.

An



*An peccauit Asa habendo fiduciam in rege Syriæ, & non in Deo.* *Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius circa Asa, an peccauit habendo fiduciam in rege Syriæ, & non habendo fiduciam in Deo Israel. Et quomodo non peccauit propter non habere fiduciam. Respondendum, quòd certissimè peccauit Asa habendo fiduciam in rege Benadad, & non in domino. Quod patet primò, quia increpatur hic rex Asa, quia confisus est in rege Syriæ, & tamen non increparetur nisi peccauisset confidendo. Secundò patet, quia prænunciatur vna pena propter hoc, s. iccirco euasit exercitus regis Syriæ de manu tua: non poneretur autem ista pęna, nec aliqua alia nisi peccauisset. Tertiò patet, quia ponitur alia pę- B na, & alia increpatio, s. stultè egisti, & propter hoc etiã præsenti tempore contra te bella consurgent. Cùm autem quæritur, quomodo confidere debebat in domino rex Asa, est dubium. Et quidam dicunt, q̃ non videtur quomodo peccauerit. Nam si propter hoc peccaret Asa, quia non confisus est in domino, q̃ prævaleret contra exercitum Israelitarum: etiam nos peccaremus, quandocunque pugnamus contra alios habentes bellum iustum, si non crederemus certissimè, q̃ Deus nobis daret victoriam. Etiam peccaremus si conuocaremus aliquos auxiliatores ad bellum, quia sic videtur peccasse Asa, qui conuocauit Benadad in auxilium suum contra Baasa, sed istud est valde durũ, s. damnare omnia bella nostra, in quibus auxiliatores C quærimus, & in quibus agimus per prudentiam humanam quantum possumus, & tamen prudentia humana est, q̃ occurrat quis hosti suo cum maiori potestate, quam congregare potuerit, siue de suis, siue de auxiliatoribus, & sic destruerentur omnia, quæ communiter asserere consueuimus. Respondendum, q̃ confidere in domino potest dupliciter intelligi. Vno modo confidere, q̃ Deus poterit facere id, de quo dubitatur. Alio modo, q̃ firmiter teneamus, q̃ illud efficiet. Primò modo dicitur aliquis credere, & non propriè confidere. Secundo modo dicitur verè confidere. De primo dicendum, q̃ omnes tenentur confidere de Deo illo modo, s. si quis pugnet contra alterum, debet credere, q̃ Deus potest eum liberare de D manibus alterius, vel facere superare etiam si aduersarius multo maiorem copiam exercitus habeat, quàm ipse. Sic enim dixit Asa, quando pugnauit contra Aethiopes, s. Domine non est apud te vlla distantia, vtrũ in paucis auxilieris, vel in pluribus. supra 14. Sic etiam dixit Ionathas filius Saulis armigero, quando ipse solus volebat pugnare contra totum exercitum Philisthinorum, s. Non est Deo difficilè saluare in multitudine, vel in paucis. Istud ꝓfidere est de necessitate salutis in quolibet homine, quia istud est de integritate fidei cùm pertineat ad articulum de omnipotentia Dei: nam aliter Deus non esset omnipotẽs, nisi posset pugnare contra quoscunque, & quotcunque, & saluare quos vellet, & delere quos vellet. Omnes tamen E obligantur ad integrè tenendam fidem: quia fidem catholicam nisi quisque integram, inuiolatamq; seruauerit, absque dubio in æternum peribit: vt ait Athanasius in Symbolo. Ideo omnes obligantur ad confidendum de Deo isto modo: non confidere autem de Deo sic, non est diffidentia solùm, sed magis hæresis. Secundo modo accipitur confidere, ideſt tenere firmiter, quòd Deus efficiet illud, quod nos desideramus. Et dicendum, quòd isto modo non tenentur homines confidere Deo semper: imò interdum confidere Deo quibusdam esset stultum, quia manifestũ est, quòd licèt interdum speremus aliquid, non euenit nobis. Etiam tenerentur homines ad opposita. Nam A si duo inuicem contenderent, & quilibet putaret se fouere causam iustam pugnandi: teneretur quilibet confidere, quòd superaret alterum in pugna, & tamen istud est impossibile, quia vnus solus debet alterum superare. Dicendum ergo, q̃ non obligamur confidere isto modo in Deo nisi circa illa, quæ Deus dixit, se facturum, & de quibus nobis dedit spem certam, quia cùm talia ex parte Dei iam non sint mutabilia nisi nos demereamur illa mutari: benè debemus confidere, quòd non mutabuntur, sed certissimè euenient. Et sic erat in rege Asa, cui Deus dederat certam spem de vincendo hostes si coleret eum. Et dedit istam spẽ in duobus. Primò dedit illam in rei ostensione. Secundò in promissione. De primo patet, quia conuenerat exercitus nimius contra Asa de Aethiopibus, s. decies centena millia, quos cùm Asa confisus fuisset in domino, tradidit eos in manus suas Deus, supra 14. certissimè ergo confidere debuisset in domino Asa, quòd quandocunque irruerent hostes si confidenter aggrederetur eos superaret. De secundo patet, quia Azarias propheta, qui egressus fuerat obuiam regi Asa venienti de bello, prænunciauit ei mala futura cõtra aliquos posteros, dixit tamen ei, & subditis suis: vos autem confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. Ecce qualiter dixit eis, q̃ confortarentur, ideſt, q̃ confiderent, & non soluerentur manus eorum, ideſt non timerent, ideſt tenebantur ad non timendum, & ad confidendum. C Et quandocunq; sic Deus dat certam spem in aliqua re, non est locus prudentiæ humanæ, s. quòd non debet homo per prudentiam humanam agere quantum potuerit, vt euitet timorem, & eueniat prospere, si Deus dedit securitatem de euentu alicuius rei, & dedit modum de faciendo: quia tunc agere aliquid per prudentiam humanam, esset non habere confidentiã in Deo. Sic patet de Apostolis, quibus Deus dixerat: Cùm steteritis ante reges, & præsides, nolite præmeditari qualiter, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: quia non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Matth. 10. Si autem Apostoli timentes, q̃ non rectè, vel nõ ornatè proponerent si indeliberatè loquerentur, vellent præcogitare singula, quæ locuturi essent, peccarent mortaliter: quia non haberent spem in Deo, sed confiderent cogitatione sua melius posse formari orationes, & præpositiones, quàm Spiritu sancto mouente indeliberatè. Sic ẽt erat de Iudæis, quibus Deus dixerat Exod. trigesimo quarto. Cùm ejecero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ ascendente te, & apparente ter in anno in conspectu domini Dei tui. Et sic iubebat Deus, quòd ter in anno ascenderet omne masculinũ de Israelitis in templum domini. Et quia tunc timerent Israelitæ, quòd ascendentibus eis omnibus in templum domini, & vrbibus manentibus vacuis, hostes venirent, & occuparent. Dixit Deus, quòd non F insidiaretur quisquam terræ eorum ascendentibus ipsis in locum sanctuarij. Si ergo Iudæi timentes semper, quòd aliqui hostes inuaderent vrbes vacuas ipsis ascendentibus in locum sanctuarij, assignarent aliquos, qui manerent ad custodiam vrbium, peccarent, quia iam non confiderent Deo. Ita si Deus dixerit alicui, quòd prævalebit contra nimiam multitudinem hostium cum solis decem viris, & ipse timens velit secum habere maiorem multitudinem, peccat, quia diffidit Deo. Ita fuit de rege Asa: cùm prophetа prænunciauerat, quòd confortarentur manus eius, & non timeret, quia esset merces operi suo: quòd ergo nunc non confidens verbis prophetæ non auderet pugnare contra regem Israel, sed inuocaret Benadad

regem

regem Syriæ in auxilium, diffidentia, & peccatum erat: potissimè, quia maiora horum fecerat Asa confidendo in solo Deo, scilicet, quando pugnauit contra decies centena millia Aethiopum, & propter hoc quando propheta eum increpuit ex parte Dei, dixit: Nonne Aethiopes, & Libyes multo plures erant, quos cùm domino credidisses tradidit eos in manus tuas: quasi dicat, à fortiori debuisses confidere contra Israelitas, qui pauciores erant. Cùm autem objicitur, quòd si debet poni ista spes, & confidentia certa in Deo, auferretur omnis operatio per humanam prudentiam. Dicendum, quòd locum habet humana prudentia, & labor, vbi Deus nihil determinauit: quia etiam tunc non tenemur sic confidere de Deo. Vbi tamen ipse aliquid determinauit standum est ei firmiter, & non est curandum de alia humana cautela, vel prouidentia.

*An euaserit exercitus Syriæ de manu Asa.*

*Quæst. VXIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quod euasit exercitus Syriæ de manu Asa, quia habuit spem in rege Syriæ: quia non videtur quomodo aliàs tradendus esset in manus Asa exercitus Syriæ. Nam Asa erat confœderatus cum rege Syriæ, & non videtur, quomodo pugnaturus esset contra eum ad hoc, quòd traderetur in manus eius. Respondendum, quòd exercitus Syriæ, aliquando moturus erat bella contra regnum Asa, & Deus volebat tradere Syros propter peccata sua in manu Asa, & quia nunc Iudæi habuerunt confidentiam in Syris, non dedit Deus occasionem illam, per quam Syri traderentur in manus Asa. Alio modo poterat hoc esse, scilicet, quòd Asa erat confœderatus cum rege Syriæ, & Baasa rex Israel, erat etiam cum rege Syriæ confœderatus: ideo si Asa non petiuisset auxilium à Benadad rege Syriæ, sed pugnaret contra Baasa: forsitan Baasa peteret auxilium à Benadad contra Asa, quia vterque erat ei confœderatus, & sicut offerrente Asa pecunias Benadad, pugnauit Benadad contra Baasa sibi confœderatum, ita si prius Baasa obtulisset pecunias Benadad pugnauisset contra Asa confœderatum sibi. Et tunc Asa poterat pugnare licitè contra Syros, licèt essent sibi confœderati: quia ipsi pugnabant contra eum, & tunc traderet Deus in manus eius Israelitas, & etiam Syros: esset que mirabilis victoria.

*Increpando propheta dixit regi Asæ, quia fiduciam, &c.*

*Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, quare propheta increpando regem Asa dixit, quia fiduciam habuisti in rege Syriæ, iccirco exercitus Syrorum euasit de manu tua, quia istud non videbatur pertinere ad increpationem. Et sicut dicitur de exercitu Syriæ, quòd euasit manus Asa: quare etiam non dicitur de exercitu Israel, quia etiam exercitus Baasa tradendus esset in manus Asa, sicut exercitus Syrorum, quia contra illum erat directè pugna. Ad primum dicendum, quòd istud ponitur in pœnam: nam si Asa non habuisset confidentiam in Syris, traditi fuissent in manus eius, & quia habuit confidentiam non traditi sunt, & non tradita fuit pœna. Aliquis dicet, quòd non fuit pœna aliqua quasi Syri pugnarent contra Iudæos, & tradendi essent in manus eorum, & propter peccata ipsorum fugerent: ita vt non posset obtinere victoriam, quam aliàs obtenturi erant esset pœna, & tamen non pugnauerunt, nec intulerunt aliquid mali Iudæis, sed potius bonum: quia loco eorum pugnauerunt contra regem Israel ad cogendum eum cessare ab ædificatione, quam faciebat in terra Iuda, ergo non erat pœna. Dicendum, quòd pœna fuit, quòd euaderent manus Asa, quia quandocunque priuatur aliquis eo, quod certissimè habiturus est, pœnam est. Ita autem erat nunc: nam certissimè Asa habiturus erat victoriam contra Syros, si non habuisset fiduciam in eis: quia Deus asserit istud hic: ideo pœna fuit ei carere tanto bono. Erat autem multiplex bonum Asa ex hoc. Primum erat, quia non expendisset pecunias suas frustra: nam multas pecunias expendit, quia accepit thesauros domus domini, & domus regis, & dedit illos Benadad, vt pugnaret contra Baasa regem Israel, vt patet in litera, & si confisus fuisset in domino, & non in Syris, nihil dedisset regi Benadad: ideo perdidit illud, quod dedit. Secundum erat, quia non offendisset dominum. Nam Deus dixerat ei, quòd confideret, & non dissoluerentur manus eius, & cùm nunc non confisus in domino petiuit auxilium à rege Syriæ, offendit dominum. Si autem non petiuisset auxilium à Benadad, placuisset Deo, & erat hoc magnum bonum ipsi Asa. Tertium erat, quia obtinuisset Asa magnas diuitias de præda. Nam si pugnauisset Asa contra Syros, prædaretur castra eorum postquam fugaret eos, & inde magnas diuitias haberet. Etiam prædaretur Israelitas, & nunc nihil ipse obtinuit: sed potius thesauros suos tradidit regi Syriæ. Quartum erat, quia obtineret magnam gloriam, scilicet, quòd rex Asa superaret reges tam potentes: potissimè regem Syriæ, qui subijciebat tunc sibi regem Iuda, & regem Israel. Quintum erat, quia magna vtilitas, & securitas sequebatur ex hoc. Nam ante hoc rex Syriæ erat quasi dominus regis Iuda, & si vellet ei inferre bellum, timeret rex Iuda, & subijceret se ei. Nunc verò si Asa superaret regem Syriæ, timeret de cætero rex Syriæ regem Asa, & non auderet pugnare contra eum: erat ergo in pœnam datum regi Asa, quòd exercitus regis Syriæ euasisset manus eius, & de hoc doleret, quando illud cognosceret, ideo nunciatum est ei.

*Quare non dicitur de rege Israel, q euasit manus Asa.*

*Quæst. XX.*

QVAERITVR secundò, scilicet, sicut dicitur de exercitu regis Syriæ, quòd euasit manus Asa, quare non dicitur de rege Israel: quia etiam rex Israel euasit manus Asa. Responderi potest vno modo, quòd non dicitur de exercitu Israel: sed solùm de exercitu Syriæ. Et hoc, quia solus exercitus Syriæ tradendus erat in manus Asa. Nam si non confisus fuisset Asa in rege Syriæ, & non dedisset ei pecunias, fecisset hoc Baasa rex Israel, & concitasset eum ad pugnandum contra Asa regem, & tunc solus rex Syriæ pugnaret contra regem Asa, sicut nunc ipse solus pugnauit contra Baasa regem Israel, pro Asa rege Iuda, & sic eius exercitum solum caperet. Alio modo potest dici, quòd Deus solùm dixit hic per prophetam de exercitu regis Syriæ non quidem, quòd non caperetur exercitus regis Israel, sed quia capi exercitum regis Syriæ erat magis clarum, quàm capi regem Israel, quod videbatur admirabile: ideo expressit scriptura de eo, quod minus notum erat. Et hoc patet per duo.

Primò



Primò, quia pugna erat directè contra regem Israel: & non contra regem Syriæ, ideo quòd caperetur exercitus regis Israel per Baasa non erat admirandum, quia tamen caperetur exercitus regis Syriæ, qui non pugnabat nunc contra regem Syriæ, erat mirabile, vel inexcogitatum. Secundò patet, quia rex Syriæ erat potentissimus rex, cui nullo modo videbatur æquiparandus rex Asa, qui habebat valde minorem exercitum, quòd ergo contra regem Syriæ præualeret Asa, & caperet eius exercitum erat admirandum: quòd tamen præualeret contra regem Israel, non erat sic admirandum: quia non erat rex Israel tam potens. Aliter potest dici, & fortè melius, quòd dicitur de solo rege Syriæ, quòd exercitus eius euaserat manum Asa: quia licèt ambo pugnare deberent contra Asa regem Iuda, de solo rege Syriæ dici debebat hic. Nam verum est, quòd ambo pugnare deberent, vel possent, & tamen rex Israel traditus est nunc in manus Asa, quia sicut opere Dei tradendus esset in manus Asa, ita vt fugeret de Rama, & cessaret ædificare atque cederent spolia eius regi Asa, ita & nunc factum est, quia per exercitum regis Syriæ coactus est rex Israel recedere de Rama, & dimisit ibi omnes materias, quas parauerat pro ædificatione, quæ erant magni pretij, & illas habuit rex Asa loco spoliorum belli.

*An propter peccata Asæ euasit exercitus Syrorum.*

*Quæst. XXI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo est verum, q propter peccata regis Asa euasit exercitus Syrorum. Respondendum, q interdum Deus aliqua faceret in fauorem hominum, quæ tamen non facit interuenientibus aliquibus occasionibus ex parte hominum. Sicut interdum Deus cogitat benefacere alicui, & interuenientibus quibusdam demeritis suis non benefacit. Sicut Deus cogitabat facere regnum manere in domo Saulis in æternum: quia tamen peccauit offerendo sacrificia ante tempus aduentus Samuelis, non factum est: vt patet 1. Reg. 13. cùm dixit Samuel ad Saulem: Stultè egisti, nec custodisti præcepta domini Dei tui: quod si non fecisses, iam præparasset nũc dominus regnum tuum in sempiternum: sed nequaquam regnum tuum vltra consurget. & non solùm cessat Deus benefacere homini propter aliqua, quæ eueniunt ex parte eius, sed etiam interdum Deus intendebat alicui nocere, & propter aliquid quod intercidit ex parte alterius non nocet. Sic fuit de Syris, & rege Ioas. Nam cùm Elisæus esset morti propinquus, & Ioas rex Israel veniret ad eum dixit: percute iaculo terram: & cùm percussisset tribus vicibus stetit: & iratus est cõtra eum Elisæus: & ait si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies: percussisses Syriam vsq; ad consummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. 4. Reg. 13. Ecce qualiter videbatur Deus velle percutere Syriam sæpè vsque ad consummationem. Nam si percussisset terram sæpè Ioas sæpè Syriam percussisset: quia tamen ter solùm percussit terram, solùm ter tradidit dominus Syros in manu eius. Ecce Syri merebantur ibi multa mala, ita vt delerentur, & tamen quia non percussit rex Ioas terram, nisi ter non percussit Syriam nisi ter. Sic etiam interdum gens aliqua apud Deum demeruit mori, & Deus vult eam tradere in manu alterius gentis, vt moriatur, vel vt lædatur: & tamen quia gens illa, cui Deus vult tradere aliam in manus etiam peccauit contra dominum, & demeruit habere illum honorem: subtrahit ei Deus hoc, scilicet, vt non tradatur alia gens in manus eius. Sic patet in casu isto. Nam Syri peccauerunt, & Deus volebat punire eos tradendo in manus Hebræorum: sed quia peccauerant Hebræi cùm ipsi se subdidissent Syris, videbatur indignum, quòd Deo auctore illi subijcerentur eis, quos ipsi sponte, & iniustè acceperant: & sic Syri puniendi erant, euaserunt tamen nunc, propter indignationem Iudæorum puniendi erant. Sic etiam interdum erat de Iudæis, qui peccabant contra dominum: & puniendi erant per gentiles: & tamen Deus sæpè volebat tradere eos manibus gentilium propter indignitatem gentilium, quia erant magni peccatores. Etiam, quia si ipsi subijcerent sibi Iudæos, putarent quòd hoc faciebant viribus suis, & non voluntate Dei tradentis eos potestati ipsorũ, in quo minuebatur gloria Dei. Sic patet de Nabuchodonosor cui Deus subiecit Hebræos, & ille putauit, quòd in magnitudine virtutis suæ omnia fecerat: Abachuc 1. Sic etiam de Sennacherib, qui superbiuit contra dominum, qui subiecerat ei gentes multas. Isa. 10. & ob hoc Deus sæpè non tradidit Hebræos manibus gentilium cùm aliàs sæpè meruissent, & tradendi forent. Et si aliquando tradebantur: quia ipsi gentiles iniustè se habebant, Deus rursum opprimebat eos. Sicut patet in calamitatibus Sennacherib, & Nabuchodonosor. Nã Sennacherib exercitus ab angelo in vna nocte deletus est, scilicet centum octoginta quinque millia: & ipse tandem à duobus filijs suis in templo Dei sui Nesroch occisus est. quarto Regum decimo nono. Nabuchodonosor in bestiam per septem annos mutatus est, & expulsus ab hominibus cum bestijs habuit communicationem, donec cognouit Deum cœli. Danielis quarto. Aliquis tamen obiiciet tunc, si vna gens iusto Dei iudicio punienda est, & tradenda in manus alterius: & postea propter demerita illius, in cuius manus tradenda est non traditur euadit, impunita: quod est contra rectissimum ordinem Dei. Dicendum, quòd nihil euadit impunitum de eo, quod prauè gestum est: nec omnino hic cessat pœna, quæ alicui genti infligenda est, sed mutatur, vel dilatatur, scilicet, vt si Deus inflicturus erat mala magna alicui genti tradendo illam in manus alterius gentis, & illa demeretur sibi alteram subijci: Deus infert illam pœnam per se dando pestem, vel alia genera nocumenti. Sicut quando mittebat Deus leones contra Samaritanos, & occidebant eos. quarto Regum decimo septimo. quia illud nihil aliud erat, ac si mittebat hostes contra eos. Etiam quando peccauit Dauid numerando populum, Deus inflicturus erat plagam populo, & erat vna de plagis, quæ ponebantur sub electione, quòd hostes tribus mensibus affligerent terram, & factum est, quòd potius Deus per se puniret mittendo pestem in terram, quàm quòd venirent hostes. secundo Regum vigesimo quarto, & præcedenti libro vigesimo primo. Interdum autem differuntur pœnæ infligendæ propter indignitatem executorum, et gens, quæ nunc punienda erat non punitur vsque ad aliquot annos, & tamen ista dilatio non tollit debitam punitionem. Sic enim fit interdum in iudicio humano: quia sine scandalo non potest ministrari aliquo tempore iustitia de aliquo, & supersedetur vsque ad aliquod tempus.

Quid

*Quid est credere in Deum corde perfecto.*

*Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic,quòd Deus præbet fortitudinem illis, qui in corde perfecto credunt in eum, quid est credere in eũ corde perfecto. Rñdendum,q̃ credere accipitur dupliciter, vno modo prout credere dicit actum fidei, scilicet quo assentimus aliquibus veritatibus, quæ sunt vltra capacitatem nostram quantum ad dandum de ipsis rationem naturalem. Et sic dicimus nos credere omnes articulos fidei, qui non sunt demonstrabiles. Alio modo accipitur credere pro confidere, scilicet, quòd confidamus in Deo, quòd certissimè aliquod tale, vel tale,pro quo rogamus efficiet, & tunc credere est magis actus spei, vel confidentiæ, quàm fidei, & non vocatur propriè credere. Accipiendo primo modo credere corde perfecto est, quòd quis credat de Deo omnia, quæ credenda sunt, & non habeat aliquem errorem admixtum. Et tunc dicendum, quòd non est verum, quòd oculi domini, qui contemplantur vniuersam terram præbeant fortitudinem omnibus, qui corde perfecto credunt in eum, quia cum plena fide potest stare diffidentia omnimoda, & diffidentibus Deus non benefacit. Etiam patet, quia Asa perfecto corde credebat in Deum, & etiam ei toto corde adhærebat nullo modo declinans ad idola: vt patet præcedenti capitulo, scilicet, attamen cor Asa perfectum erat cum domino omnibus diebus vitę suę,& tamen Deus non benefacit ei nunc: ideo non dicebatur credere corde perfecto, sicut hic accipitur. Secundo modo accipiendo credere pro confidere,dicendum,quòd ille credit perfecto corde, qui totaliter confidit de Deo quantum ad aliquid, ita quòd nihil dubitet: sicut si quis petit à Deo, quòd liberet eum de aliqua angustia,& omnino credit,quòd liberabit eum nihil dubitans. Si autem petens dubitauerit aliquid nihil consequetur, vt patet Iacob. primo capitulo, scilicet. Postulet autem in fide nihil hæsitans:qui enim hæsitat similis est fluctui maris,qui à vento mouetur, & circunfertur: non ergo extimet homo ille, quòd accipiat aliquid à domino, & quando quis cum tanta fide petierit certissimè accipiet. Nam si quis tantam fidem,idest confidentiam habuerit,sicut granum synapis, & dixerit arbori, eradicare, & transplantare in mare, obediet ei. Lucæ decimo septimo. Quando autem quis aliqualiter confidit, quòd Deus concedet ei id,quod petit, & aliqualiter dubitat, non habet cor perfectum credendo, & tunc nihil accipiet à Deo de eo, quod petit,quia hæsitat, & similis est fluctui maris, qui à vento circunfertur: Iacob. primo. Sic erat de Asa, qui non confidebat in domino se nunc liberari de manu regis Israel,sed magis confidit in rege Syriæ, & dedit ei pecuniam, vt liberaret ipsum: ideo Deus non liberauit eum. Si tamen confisus fuisset in domino, ipse dedisset ei fortitudinem contra Israelitas, & etiam contra Syros, & posset prævalere contra omnes.

*Quomodo præbent Dei oculi fortitudinem.*

*Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius,cùm dicatur hic,quòd oculi domini prębent fortitudinem his,qui corde perfecto credunt in eum, quomodo præbeant. Respondendum, quòd ista est locutio figurata. Nam Deus non habet oculos, ideo oculi eius non possunt præbere fortitudinem alicui: sed cùm Deus sit substantia simplex quidquid in ipso esse dicitur, est ipse Deus, & sic oculi domini sunt Deus ipse, & oculi domini præbent homini fortitudinem,scilicet,quia ipse Deus præbet homini fortitudinem: quomodo autem Deus præbeat homini fortitudinem. Dicendum, quòd potest multipliciter hoc facere: vno modo, quòd ipse Deus faciat bellum, quod homo facere debet homine nihil faciente. Sicut dicitur: Exod.decimo quarto: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, idest vos videbitis quomodo Deus pro vobis pugnat, & nihil facietis: & tunc dat Deus homini fortitudinem, non quòd aliqua fortitudo ibi homini detur: sed quòd fortitudo Dei proficit homini ad id, quod intendit,ac si esset fortitudo hominis. Alio modo potest hoc fieri Deo adiuuante hominem in aliquibus mirabilibus ostensis de cœlo. Sicut mittendo fulmina super hostes, vel lapides grandinis: aut alia genera tempestatum. Sicut fuit quando pugnante Iosue contra quinque reges Amorrhæos, & fugientibus illis manus Iudæorum descenderunt lapides grandinis de cœlo, & occiderunt plures, quàm perijssent gladio Iudæorum. Iosue decimo capitulo. Alio modo poterat hoc fieri, quòd Deus ostenderet aliqua terribilia hostibus illorum,quos iuuare vult,scilicet multitudinem armatorum in cœlo, vel in terra discurrentium, & terrerentur hostes atque fugerent. Sic fuit quando Syri volebant capere Elisæum inclusum vrbe Dothaim,quia cùm timeret puer eius exercitum Syrorum, orauit Elisæus dominum, quòd ostenderet ei omnes adiutores eius, & ostendit ei montem plenum curribus igneis, & equis igneis. quarto Regum sexto. Ita potuisset ostendi iste exercitus hostibus, & fugerent à facie eius. Alio modo poterat fieri, quòd Deus ostenderet aliquem strepitum magnæ militiæ, licèt non videretur,& conturbati hostes fugerent. Sic fuit quando Syri obsidebant Samariam, & per noctem Deus fecit audiri in castris Syrorum sonitum equorum,& curruum,& exercitus plurimi, & putauerunt Syri, quòd rex Israel conduxerat contra eos reges Hethæorum,& Aegyptiorum, & nunc veniebant contra eos: fugeruntque relinquentes omnia, quæ habebant in castris. quarto Regum septimo. Sic etiam fuit quando Dauid pugnauit contra Philisthinos, & processit mandato domini ex aduerso pyrorum: auditusque est strepitus grandientis in cacumine pyrorum,& putantes Philisthiim, quòd magnus exercitus latebat inter pyreta, quæ ederet eos à tergo fugerunt. secundo Regum quinto, & præcedenti libro decimo quarto. Alio modo poterat fieri per solam incussionem timoris in corde non apparente aliquo signo, vel facto exterius: & tantus potest interdum timor iste esse, quòd nullo persequente aliqui fugiant. Sic patet Leuiti. vigesimo sexto, scilicet, & qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volantis,& ita fugient quasi gladium:cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere: peribitis inter gentes, & hostilis vos terrà consumet. & sicut ista faciebat Deus contra Hebræos, quando contra ipsum peccabant: à fortiori faceret ea contra Gentiles. Alio modo poterat hoc fieri per hoc, quòd Deus augeret robur corporis eis, quos vellet, & animositatem, & tunc centum viri auderent pugnare contra mille, imò contra decem millia. Sicut fuit de Samsone, cui Deus dedit vires, ita quòd ipse solus inermis sola mandibula asini armatus pugnaret contra multitudinem



nem nimiam Philisthinorum: & occideret subitò de eis mille: vt patet Iudicum decimoquinto. Sic etiam dicitur Leuitic. vigesimosexto. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem millia: & Deuteronomij trigesimosecundo. dicitur: Vtinam saperent, & intelligerent,ac nouissima prouiderent: quomodo persequebatur vnus mille, & decem fugarent decem millia. Istud autem erat, quia Deus dabat fortitudinem Iudæis contra hostes augendo animositatem eorum, & robur corporis: vt patet Deuteronomij octauo. Scilicet, Ne fortè dicere, in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, quòd ipse tibi vires præbuerit vt impleret pactum suum. Multis alijs modis potest accipi, quòd det Deus fortitudinem ijs qui confidunt toto corde in eo.

*Quæ sunt bella, quæ Deus concitauit contra Asa.*

*Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, quæ sunt bella, quæ Deus concitauit contra Asa. Nam quando propheta locutus fuit increpando Asa, dixit ei: stultè egisti: & propter hoc etiam præsenti tempore contra te bella consurgent, quæ fuerunt ista bella, quæ consurrexerunt contra Asa tunc. Respondendum, quòd Asa regnauit magno tempore, scilicet quadraginta vno annis, & fuit rex valdè pacificus in comparatione ad alios reges, qui præcesserant eum, & qui consecuti sunt. Nam in principio regni sui fuit pax per decem annos: & postea non legitur habuisse bellum nisi anno quintodecimo regni sui, quando pugnauit contra Aethiopes. supra quartodecimo. Et ista pax erat domino concedente eam, quia Asa colebat eum, vt patet ibidem. Postea verò post magnum tempus Baasa rex Israel voluit insurgere contra Asa, & ædificare Rama: & tunc conuocauit Asa regem Syriæ, sicut habetur hic: & quia in hoc peccauit, prænunciauit propheta, quòd insurgerent bella contra eum in præsenti tempore. Nam ferè toto tempore præcedenti fuerat in pace quandiu confidebat in domino: nunc iustum erat cum confideret in hominibus, quòd consurgerent bella contra ipsum, & ista bella surrexerunt per regem Baasa. Nam post hoc semper habuit bellum cum Asa rege Iuda: verum est autem, quòd post hoc pauco tempore vixit Baasa: & tamen ipso tempore bella fuerunt inter Baasa & Asa, & quia non fuerunt illa bella campalia magna, non exprimuntur, sed fuerunt bella in confinibus regni, sicut esse solent semper in regionibus hostilibus. Quòd autem intelligatur de hoc, patet: quia tertio Regum decimoquinto, vbi ponitur ista historia, postquam positum est de ædificatione Rama, dicitur, quòd fuit bellum inter Asa & Baasa cunctis diebus eorum. De alijs autem regibus vicinis, quòd habuerint aliqua bella cum rege Asa post hoc non legitur, ideo intelligendum est, quòd fuerint ista bella, quæ fecit Baasa contra Asa regem Iuda.

*Quomodo concitauit Deus bella contra Asa.*

*Quæstio XXV.*

QVAERITVR vlterius circa ista bella, quomodo Deus concitauit illa contra Asa, cùm aliàs non concitaturus esset ea. In quo est duplex dubium. Primùm cùm bellum sit malum, quomodo Deus concitat illud, vel est auctor eius. Secundò, dato quòd Deus concitet bella, quis est modus, quo illa concitat. Quantum ad primum dicendum, quòd istud non obstat. Nam malum est duplex, scilicet malum culpæ, & malum pœnæ. malum culpæ est verè malum: quia est solùm defectus boni, & nullum bonum astruit: ideo mali huius Deus non est causa, quia nec est aliqua causa efficiens peccati, sed deficiens. Nam culpa est non ens, ideo non potest habere causam positiuam. Deus autem est causa positiua non deficiens: ideo non potest esse causa mali culpæ. Malum pœnæ non est simpliciter malum, sed solùm est malum respectu illius, cui infligitur: quia aufert ei quoddam bonum delectabile, vel vtile. Huius autem mali Deus auctor est: quia istud est ens positiuum, & non potest aliquod positiuum subsistere, cui Deus causalitatem non ministret, & conseruationem: vt patet Sapient. vndecimo. Secundò, quia ista mala pertinent ad regimen vniuersi: nam malum culpæ, quod est simpliciter malum, non potest corrigi nisi per malum pœnæ. Si tamen non corrigeretur malum culpæ,maneret vniuersum sine ordine: ideo spectat ad Deum rectorem vniuersi, quod inferat mala pœnæ: & non solùm Deus infert mala pœnæ, sed etiam nullum malum pœnæ esse debet, quòd Deo auctore non inferatur: quia aliàs esset aliquid, quod non caderet sub prouidentia Dei, & illud esset sine regula. Et sic est in veritate quod nulla pœnalitas est in vniuerso, quæ Deo auctore non inferatur, aut ab eo moueatur quicunque sit eam infligens. Sic dicitur Amos tertio. Non est malum in ciuitate, quòd dominus non fecerit, scilicet nullum malum pœnæ est in ciuitate aliqua, nec in toto orbe, quòd dominus non fecerit per se, vel per alium sibi obedientem: bellum autem est malum pœnæ: & interdum malum culpæ: est enim malum pœnæ pro illo, contra quem suscitatur: quia in eo aliquid patitur, vel perdit: quia saltem cogitur habere sollicitudinem. Est autem malum culpæ pro illo, qui suscitat bellum iniustè: Deus ergo potest esse, & est causa bellorum in quantum in eis est malum pœnæ: & non quantum est in eis malum culpæ: & sic non est aliquod inconueniens.

*Quomodo Deus suscitat bella.*

*Quæstio XXVI.*

QVAERITVR quantum ad secundum de modo,quo Deus suscitat bella. Respondendum, quod cùm bellum, & pax opponantur, Deus suscitat illa bella, & pacem modis oppositis. Nam primus modus est deducendo materiam discordiæ: insurgunt enim bella semper aliquibus occasionibus, quæ incidunt inter homines, & quando auferetur materia iurgiorum, non est bellum: est autem in potestate Dei introducere quamcunque materiam iurgiorum, vel auferre illam de medio: ideo potest Deus pacem concedere vel bel-

Universidad de Deusto Biblioteca

la ſuſcitaret. Secundò modo poteſt facere hoc ſuſcitando in aliquo animoſitatem. Nam interdum aliqui ſunt læſi, & libenter bella mouerent, ſed non audent, quia animoſitas eis deficit. Si autem Deus apponat eis animoſitatem audebunt pugnare, & concitabunt bellum: nam ex oppoſita cauſa Deus aufert bella, ſcilicet quando aliquis habet animoſitatem ad pugnandum, & Deus incutit ei timorem. Sicut erat de Iudeis, quibus propter peccata ſua tantum timorem Deus incuteret quòd fugerēt nullo ſequente, & caderent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes, & terreret eos ſonitus folii volantis, & ita fugerent quaſi gladium. Leui. vigeſimo ſexto. Tertiò modo poterat hoc effici ſi Deus concitaret cor alicuius ad perſequendum alterum, ita quòd nihil videatur ei eſſe melius quàm perſequi illum, & iſtud facile eſt, quia Deus poteſt mouere cor noſtrum quocunque voluerit: iuxta illud Prouerb. vigeſimo primo c. ſicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: & quocunque voluerit, vertet illud. Et ſic factum eſt quādo Deus ſuſcitauit duos hoſtes Salomoni tertio Regum vndecimo, nam Adad Idumęus erat in terra Aegypti habens omnia bona, quæ deſiderabat: & tamen non poterat manere ibi, quia Deus cōcitabat cor eius, vt iret in terram ſuam: & ſic pugnaret contra Salomonem, vt patet ibidem. Quartò poteſt hoc fieri per hoc, quòd offert Deus opportunitatem pugnandi ei, qui deſiderat pugnare contra alterum: quia tunc opportunitas ipſa cum leui cauſa mouet. Per contrarium autem quando Deus vult auferre bella, vel cauſare pacem tollit opportunitatem bellorum: vt patet de rege Sennacherib, qui comminatus fuerat ſe iturus in Ieruſalem ad deſtruēdum eam, & Deus ſuſcitauit contra eum regem Aethiopum: vt ſic impediretur pugnare contra Ieruſalem, & ſic factum eſt: quia audiuit Sennacherib, quòd veniret cōtra eum Tharacha rex Aethiopum, quando volebat obſidere Ieruſalē, & infecto negocio receſſit ad bellum Aethiopum, quarto Regum decimo nono cap. Quintò modo poteſt hoc fieri per hoc, quòd Deus peruertit cor hominis ad cogitandum ſemper de iniuriis ſibi illatis ab altero: & præſentat eas cordi eius ſub ratione magnę grauitatis: quia tunc mouebitur offenſus ad bellum contra alterum. E conuerſo autem Deus cauſat pacem, vel aufert bellum inter aliquos, ſcilicet ſi aliquis leſus ſit, & Deus auferat cogitationem iſtam de corde eius, & ſic nūquam faciet bellum dum non putauerit iniuriam ſibi inflictam. Sic enim ſignificatur aliqualiter quarto Regum decimo nono, de Sennacherib rege Aſſyriorum, cùm vellet facere bellum contra Ieruſalem. Nam dixit Deus: ego mittam ei ſpiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram ſuam: ita poteſt cogitationem immittere cuicunque de faciendo bellum, vel de ceſſando ab eo: etiam ſi ſit propinquum. Multis aliis modis Deus poteſt concitare bella: quia tot modis poteſt facere aliquam rem, quot modis voluerit ſe poſſe. Et ſic cùm nunc Baaſa iam nō auſurus eſſet pugnare contra Aſa regem Iuda ſicut primis temporibus fecerat: nunc cōcitauit eum Deus aliquo iſtorum modorum: & pugnauit contra Aſa toto tempore, quo vixit, ſicut dicitur tertio Regum decimo quinto, ſcilicet, cunctis diebus eorum fuit bellum inter eos. Mortuus eſt tamen Baaſa multo tempore ante Aſa, quia poſtea regnauit adhuc Aſa, dū regnauerunt multi alij reges in Iſrael, ſcilicet tempore Hela, & Zamri, & Amri & Achab, vt patet tertio Regum decimo ſexto.

# Cap. XVI.

Iratuſque Aſa aduerſus videntem, iuſſit eum mitti in neruum: valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Aſa prima & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Regum Iuda, & Iſrael. Ægrotauit etiam Aſa anno trigeſimonono regni ſui, dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Dormiuitque cum patribus ſuis: & mortuus eſt anno quadrageſimo primo regni ſui: & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid. Poſueruntque eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.

*Iratuſque Aſa aduerſus videntem*. Scilicet Videns, ideſt Propheta increpauerat Aſa, quòd peccaſſet, & comminatus eſt ei mala, propter quod iratus fuit contra ipſum. *Iuſſit eum mitti in neruum*. Ideſt in carcerem quaſi propheta peccaſſet contra regem: quia prænunciauerat ei mala, quæ Deus iuſſerat: rectè tamen agebat propheta: quia faciebat id, quòd Deus iuſſerat: ideo etiam ſi multo peiora ei prenunciaſſet non peccabat. *Valde quippe ſuper hoc fuit dominus indignatus*. Scilicet, ſuper incarceratione prophetę, quia iſtud fuit peſſimum opus, & valde iniuſtum, quòd pro vera virtute ſupplicium reportaret. *Et interfecit de populo tempore illo plurimos*. Quamuis rex peccauerat multi de ſubditis occiſi ſunt. Cur autem hoc factum fuerit, & quomodo perierint infra declarabitur in quadam quæſtione. Etiam quo genere mortis obierint: & de ſtatu eorum poſt mortem. *Opera autem Aſa prima, & nouiſſima*. Hic eſt finis hiſtorię Aſa, & quia aliqua non fuerunt plenè ſcripta hic, remittit ſcriptura ad locum in quo plenè habentur: quia iſte eſt modus in libro iſto, & in libris regum in fine cuiuſlibet hiſtoriæ remittere ad illum librum, in quo plenius habentur illa. *Scripta ſunt in libro regum Iuda, & Iſrael*. Ille erat liber annalium, & ſcribebantur ibi hiſtorię regum ſatis diligēter vſq; ad partes minutas. Quis fuerit iſte liber infra declarabitur in quadam quæſtione. *Ægrotauit etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui*. Hic ponitur mors Aſa. Regnauit enim Aſa annis quadraginta vno, vt patet in litera, & duobus annis & plus ante mortem fuit ſemper languens, & laborans paſſione pedum. *Dolore pedum vehementiſſimo*. Scilicet podagra: iſta paſſio ſolet afficere viros potentes, & delicioſos circa ſenectutem propter indigeſtionem quarundam ſuperfluitatum. Rarò autem pauperes, & laborantes in exercitiis corporalibus hanc ſuſtinent paſſionem. Et



Et dicitur quòd vehementiſſimè doluit pedes ad ſignandum quòd in pœnam peccatorum ſuorum acerrime afflictus eſt: nā iſta ægritudo dolorosa valde eſt. *Et neque in infirmitate quæſiuit dominum*. Hic ponitur maior culpa Aſa, & obſtinatio eius: quia videbat ſe puniri à Deo p peccatis ſuis, & nō requirebat eum implorans miſericordiam, ſciens quia benign⁹ eſt & præſtabilis ſup iniquitate, ſed manſit obſtinatus in ægritudine ſua. *Sed magis medicorum arte confiſus eſt*. Ideſt magis putauit ſe ſanandum arte medicorum quàm Dei opere, & errabat. Ex quo habemus documentum, quòd in ægritudinibus debeamus inuocare dominum, vt det nobis ſalutem corporalem. Et licèt opere medicorum ſalus naturaliter recuperari queat, ſicut naturaliter perditur: tamen magis debemus putare, quòd ſalus voluntate Dei nobis eueniat quàm medicorum opere: & potius confidendum eſt de bonitate illius quàm de naturę efficacia. *Dormiuitque cum patribus ſuis*. Iſta eſt dormitio mortis, qua quis incidit in ſoporem æternum, niſi voluntate Dei in fine fieret reſurrectio mortuorum, quod ſupra naturæ vires eſt. *Et mortuus eſt quadrageſimo primo anno regni ſui*. Tot annis regnauit: & ſic multo tempore regnauit iſte in comparatione ad alios reges præcedentes, & ſequentes. Nam pater ſuus Abia tribus annis ſolū regnauit. ſupra 13. et auus ſuus Roboam regnauit annis decem & ſeptem. ſupra 12. *Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo quod foderat ſibi in ciuitate Dauid*. Loca ſepulchrorum regalium erant in ciuitate Dauid. Erat ciuitas Dauid forta litium ſiue caſtrum montis Sion in Ieruſalem: illa enim erat pars altiſſima, & munitiſſima vrbis, & quā do Dauid cępit regnare, licèt ciuitas Ieruſalem pertineret ad Hebræos, tamen fortalitium non pertinebat ad illos, ſed tenebant illud Iebuſæi: & cæpit pugnare Dauid contra illos ad capiendum caſtrum: cùm autē cæpiſſet, ad gloriam nominis ſui propter victoriam primam poſtquam cęperat eſſe rex ſuper totū Iſrael, vocauit caſtrum illud de nomine ſuo, ſcilicet ciuitatē Dauid: vt patet 2. Reg. 5. & præcedenti lib. 11. capi. In illo autem caſtro fabricatum eſt tēplum domini, ibi etiam facta ſunt palatia regis Dauid: & ibi cōſtituit eſſe loca ſepulchorum regalium. Nam ſepultus eſt ipſe ibi, & poſt eum Salomon & cæteri reges Iuda de ſtirpe Dauid, vt patet in fine hiſtoriæ cuiuſlibet regis. Nam dicitur de eo, quòd ſepultus fuit in ciuitate Dauid: & hoc verum eſt, niſi eſſet aliquis, qui non meretur ſepeliri inter alios reges ſicut fuit de rege Azaria ſiue Ozia, qui fuit leproſus, & ob hoc non eſt ſepultus in ſepulchris regū, ſed in horto regalium ſepulchrorum: vt patet infra vigeſimo ſexto capitu. Sic etiam fuit de rege Amon, qui fuit valde indignus, & ſepultus eſt in domo ſua, quarto Regum vigeſimo ſecundo, & infra 32. & dicitur in ſepulchro, quod ſibi foderat, quia in loco illo ſepulchrorum regalium poterat quilibet rex facere tumulum quantum vellet honorabilem: & hoc erat fodere ſibi ſepulchrum. *Poſueruntque eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus*. Scilicet, poſtquam rex mortuus eſt, poſuerunt eum in lectulo ſuo, in quo mortui ſerebantur ad ſepulchra: & vnxerunt corpus eius aromatibus multis. Nam ſic erat conſuetudo Iudæis corpora ſepeliri potiſſimè corpora magnorum regum. *Et vnguentis meretriciis*. Iſtud ponitur ad notandam culpam, ſcilicet, quia non ſolùm Aſa fuit aromatibus vnctus, quæ erant ad cōſeruandum corpus à corruptione vermiū poſt mortem, ne omnino ſolueretur in cineres, ſed vnguenta meretricia poſita ſunt: & vocantur iſta vnguenta, quę ſunt boni odoris ad delectamentum, & ad prouocandum venerea odore ſuo: & etiam ad redendum carnem pulchram, & iſta habent meretrices, vt amaſios ſuos ad libidinem moueant. Sic patet Prouer. 7. vbi ponitur meretrix incitans iuuenem ad complexus, dicens: Intexui funibus lectum meum: ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto: aſperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cynamomo: veni inebriemur vberibus, fruamur cupitis, amplexib⁹, donec illuceſcat dies. Et poni iſta vnguenta meretritia in funere regis Aſa, fuit magna culpa & in honeſtas. *Quæ erāt pigmentariorum arte confecta*. Scilicet iſta vnguenta, & aromata erant confecta arte pigmentariorum, ſcilicet curioſè, & exquiſitè: vocantur pigmentarii omnes qui ex diuerſis ſpeciebus efficiunt confectiones, quia omnes ſpecies aromatum vocantur pigmenta. *Et combuſſerunt ſuper eum ambitionem nimiam*. Scilicet ſup corpus regis combuſſerunt nimam ambitionem odoramentorum: nam nō fuit combuſtum corpus regis, ſed odoramenta multa atquevnguenta combuſta ſūt ad reddendum bonum odorem in funere regis: & vocantur iſta vnguenta ambitio nimia, ideſt magnus apparatus honoris, quia ad excellentiam funeris regij fiebant hæc. Sic etiam apparatus honorabilis veſtium vocatur ambitio nimia: ſic patet Actu. vigeſimo quinto, ſcilicet altera die cum veniſſet Agrippa, & Berenice cū magna ambitione, & introiſſent in auditoriū cum tribunis, ſcilicet venerunt cum magno apparatu veſtium, & gentis. Aliqui autem putāt, quòd corpus regis Aſa combuſtum eſt, & multa odoramenta cum illo: ſed non conſonat. Primò, quia nō erat conſuetudo apud Iudeos corpora cremare, ſed integra ea ſepelire in quibuſdam magnis domibus vbi multa ſimul ponebant. Secundò quia litera iſta non permittit, quòd dicamus corpus regis combuſtum eſſe, cùm dicat, quòd ſuper eum combuſſerunt ambitionem nimiam: quod poteſt intelligi de lectulo regis, vel de corpore eius, ſcilicet quòd ſuper illud magnus apparatus odoramentorum combuſtus eſt.

*An peccauit rex Aſa Iratus contra prophetam.*

*Quæſt. XXVII.*

QVAERITVR Circa prædicta primò, an peccauit rex Aſa in hoc, quòd iratus eſt contra prophetam, & poſuit eum in carcere. Reſpondendum, quòd peccauit, & grauiter quidem. Primò, qa debebat benigne audire arguentem ſuper facto legis Dei, & retribuere ei bonum pro bono opere, & tamen iratus eſt ei. Nam peccauerat Aſa confidendo in rege Syrorum, & ob hoc aliqua mala euentura erant ei, quæ prædixit ei propheta, & iſta prænunciatio erat ſibi valde vtilis, quia ex hoc poterat dolere Aſa de præteritis peccatis: & Deus auerteretur ab ira ſua, & remitteret aliquid de malis, quæ prænunciauerat, & in hoc bene faciebat ei propheta auiſando eum ſuper hoc, pro quo debuiſſet gratias agere, & conuerti ad dominum, & non iraſci contra prophetam. Nam Ionas propheta prænunciauit contra Niniuitas eſſe vrbem poſt quadraginta dies ſubuertendam: & cū illi eſſent Gentiles, & tanta calamitas & extremum malum contra eos denunciaretur, non indignati ſunt ꝓtra prophetā, ſed humiliauerunt ſe coram dño, & obtinuerunt remiſſionē: Ionę 3. & 4. Secundò peccauit, quia prophetam in carcere poſuit, quod fuit deterius quàm ſolis verbis eum pungere, & aggrauatur peccatum ſuum ex duobus. Primò, quia mala intulit benefacienti, quod eſt contra

Universidad de Deusto
Biblioteca



ius naturæ. Secundò, quia iste exercebat opus, ad quod dominus eum miserat. Nam erat propheta domini, & sciebatur à Deo missus: & tamen hoc nō obstante rex posuit eum in carcere: in quo Deus valde contemnebatur: de quo Deus valde iustam causam indignationis habuit. Et patet peccatum suum primō quia dicitur, quòd Deus valde indignatus est super hoc: & tamen Deus non indignatur nisi super eo quod malum est, & cùm esset magna indignatio Dei, necesse erat, quòd esset peccatum magnum. Secundò patet ex pœna inflicta, quia Deus intulit pœnam pro hoc regi, & populo: regi quidem, quia passus est dolorem nimium in pedibus vsque ad mortem. Populo autem quia multos de populo occidit Deus tempore illo,

*Quare tenuit Asa in carcere prophetam.*

*Quæst. XXVIII.*

QVAERITVR vlterius, quare Asa voluit prophetam tenere in carcere, cùm sibi prænunciaret, quæ Deus dixerat. Respondendum, q̄ hoc fuit ex duobus. Primò, quia erat Asa superbus. Nam Asa à principio regni sui vixerat secundùm legem Dei caetens idola, eratque rex valde laudabilis: & postea magnificatus est ex mirabili victoria, quam cōtra Aethiopes habuit, qui erant decies centena millia, supra decimo quarto. Et ob hoc in superbiam eleuatus erat tanquā esset vir iustus, & dedignabatur ab aliquo redargui quod esset impeccabilis, & cùm confisus esset in rege Syriæ, Deus fecit eum increpari per prophetam Anani, q̄ ille molestè tulit: & posuit eum in carcere, quasi intulisset ei iniuriam increpando eum, vel dicendo quòd peccasset. Et istud potius est in viris, qui aliquo tempore iustè vixerunt, quàm in illis, qui fuerunt valde impij. Nam isti considerantes mala sua, non sic dedignantur corrigi, nec putant sibi illatam iniuriam siquis eos increpet, quia hoc meretur sua conditio. Qui tamen aliquando iustè vixerunt, vellēt teneri semper in hac opinione, & cùm increpantur ab aliquo potissimè à viro magnę auctoritatis erubescunt nimis, & indignantur: quia iam apparet eos nō esse bonos, sicut plurimi opinabantur, & perit illa communis opinio de eis, in qua nō modicum gloriabantur. Et sic erat Asa rex, qui ferè tota vita sua fuerat sine crimine, nam non legitur de eo quòd aliquod malum egerit nisi hoc, quòd inuocauit regem Syriæ in adiutorem, de quo nunc increpatur: & sic ante hoc tenebatur Asa tanquam valde acceptus Deo. Et nunc cùm propheta eum publicè arguit, & dixit quòd stultè egisset, apparuit eum non esse iustum, nec Deo acceptum, de quo valde doluit atque erubuit; ideo in eo retorquere vindictam voluit. Sic enim fuit de Amasia rege, quem dominus sublimauerat victoria quadam mirabiliter habita contra eos: & illam prænunciauerat per prophetam, ex quo acceptus Deo apparebat valde, & iustus, quem Deus tantum diligeret, vt ei tam mirabiliter daret. Accepit autem in bello illo Deos Idumęorum, quos postea coluit, super quo cùm eum increparet propheta domini, erubuit, & indignatus ait: Num consiliarius regis es? quiesce ne interficiam te. Secundum est, quia prōptus erat rex Asa ad cadendum in quodlibet malum: nam cùm habuisset confidentiam in regem Syriæ relicto Deo, in quo nimis peccauerat, dereliquit eum Deus, & qui à Deo derelinquitur faciliter cadit in quodlibet malum: & quia cogitabat ei facere Deus alia maiora mala pro illo peccato diffidentiæ, permisit eum cadere in istud peccatum, & sic puniretur plenè. Sic enim fuit de rege Amasia, qui fuit valde ingratus Deo colendo illos Deos, quos bello subegerat relicto Deo vero, in cuius virtute sunt omnia bella, & Deus cogitauit ei facere malum, & ob hoc permisit eum cadere in sensum reprobum, vt puniretur. Sic patet infra vigesimo quinto, cùm propheta increparet eum super cultu idolorum: & ille diceret: num consiliarius regis es? quiesce ne interficiam te. Dixit propheta, scio quòd cogitauerit De⁹ occidere te, eo q̄ fecisti malum hoc, & insuper non acquieuisti consilio meo.

*An Deus interfecerit plurimos.*

*Quæst. XXIX.*

QVAERITVR Vlterius, quomodo dicitur, quòd interfecit Deus plurimos, quando propheta positus est in neruo. Nam videtur, quòd Asa debuisset interfici, qui peccauerat in hoc, & non aliquis alius: cur ergo plurimi de populo interfecti sunt? Aliquis dicet, quòd isti de populo interfecti sunt propter aliam causam, & non propter incarcerationem prophetæ: nam in hoc rex punitus est dolore pedum vehementi, & alij non fuerunt puniti. Dicendum, quòd hoc non stat, sed necesse est dici, quòd illi de populo fuerunt interfecti propter istam causam: quia aliàs poneretur istud hic impertinenter: & tamen scriptura non consueuit ponere impertinentia, quia talis contextus esset omnino deordinatus, & stultus. Secundò patet, quia dicitur hic, quòd in tempore illo occidit Deus plurimos de populo: ergo videtur, quòd ad hoc refertur, quia aliàs non tantum explicaret scriptura declarans, quòd in illo tempore factum fuerat hoc. Tertiò patet, quia cùm ponatur hic de occisione plurimorum de populo, poneretur causa quare facta fuit ista occisio, ne videretur litera esse sine sensu, & tamen non ponitur causa aliqua huius, ideo videtur, quòd causa huius fuerit id quod habetur in litera immediatè, scilicet quòd incarceratus fuit propheta à rege. Dicendum ergo, quòd propter peccatum incarcerationis prophetæ facta fuit percussio in multis de populo, & licèt fuerit peccatum regis, fuit pœna tam populi quàm regis. Et si dicas, quòd iniustū erat puniri populum pro peccato regis. Dicendum, q̄ non erat iniustum: sic enim consueuit fieri aliàs, vt pateret quando Dauid peccauit numerando populum. Nam peccatum erat regis, & tamen pœna fuit populi, quia perierunt peste septuaginta millia virorum in Israel, vt patet secundo Regum vigesimo quarto, & præcedenti lib. vigesimo primo capitu. & omnes tres pœnę, quarum Deus optionem dabat Dauid, erant ad populum, scilicet fames, & hostilitas, & gladius domini. Modus autem poterat esse triplex ad hoc, primus quòd hic fuerint occisi multi de populo, scilicet illi, qui tenuerunt prophetam, & incarcerauerūt eum. Nam dato quòd prophetam iuberet rex teneri, nullus illum tenere debebat, nec obedire in hoc, quia erat iniustum, & pro peccato isto occisi sunt omnes, qui circa hoc peccauerunt, & isti erant plurimi. Secundus modus erat, quòd aliqui de populo dederunt consilium regi in hoc, vel fauerunt sibi approbādo factū, vel gaudebant de hoc, & ob hoc morte digni erant, & mortui sunt à domino. Tertius modus esse poterat, quòd isti, qui occisi sunt à domino nunc non peccassent circa hoc, & tamen occiderentur propter hoc, scilicet quòd rex peccasset in catenatione prophetæ istius, & non populus, & vellet Deus



Deus punire regem, & ad hoc occideret populum. Fieret autem sic, scilicet quòd populus peccasset circa alia, & essent rei mortis apud Deum: forte tamen Deus non esset nunc occisurus eos pro peccatis illis: et quia rex peccauit, voluit Deus nunc occidere istos populares, & sic nō fuit aliqua iniuria facta popularibus cùm ipsi mortem mererentur ex aliis causis, & Deus poterat repetere ab eis mortem illam quandocūque vellet: rursus erat mors istorum in pœnam regis. Nam in morte istorum fiebat duplex punitio, vna in ipsis, q̄ occidebantur, quia vita priuabantur, alia in rege, quia priuabatur subditis. Prima erat propter peccata ipsorum popularium, & non regis: & de culpa illa non fit hic mentio. Alia erat propter culpam regis, qui catenauerat prophetam, & erat verè pœna: nam gloria regis est habere subditos multos, & bonos. Ignominia autem sua est paucos habere: quòd ergo subtrahātur aliqua pœna est. Sic patet primo Politicorum, vbi dicitur quòd nobilitas principis est ex nobilitate subiectorum: & Prouerb. 18. dicitur: In multitudine populi gloria regis: in paucitate plebis ignominia est principis. Sicut ergo facere, quòd princeps non sit princeps est pœna magna: ita facere quòd magn⁹ princeps sit paruus princeps, est pœna quædam: sed subtracta parte subditorum princeps efficitur minor: ideo pœna est subtrahi subditos quosdam. Et sic quòd multi de populo perirent erat pœna regis vltra pœnam ipsorum quòd ipsi morerentur. Et ista pœnalitas secunda, quę erat inflicta regi, erat propter catenationem prophetæ: sic fuit de Dauid, qui peccauit numerando populum: & perierunt tunc de populo septuaginta millia propter peccatum eius, scilicet quia oēs illi merebantur ex aliis causis mori, & voluit Deus quòd tunc morerentur, eo quòd puniretur Dauid in morte eorum, scilicet quia diminuebatur principatus suus: sic declaratum est. 2. Regum 24. cap.

*Quo genere mortis perierunt illi.*

*Quæst. XXX.*

QVAERITVR vlterius, quo genere mortis perierunt omnes isti de populo, qui nunc mortui sunt. Respondendum, quòd non apparet quod genus fuerit. Dicendum tamen est, q̄ ista mors non fuit per longam ægritudinem sicut solet naturaliter euenire: sed fuit mors violenta, & quasi subitanea. Quod patet. Primò quia in litera dicitur, q̄ occidit Deus in tempore illo de populo plurimos, & occisio signat mortem illam tam violenter: ideo quidam modus violentę mortis fuit. Secundò patet, quia de morte istorum potuit, q̄ esset propter istam prophetæ catenationem: & tamen si isti morerentur modo naturali ex ægritudine, nō appareret, q̄ fiebat mors à Deo propter istam catenationem, sed putaretur, quòd aliàs moriebantur, sicut statutum est vnumquemque hominem semel mori. ad Hebræos 8. Ergo mortui sunt subito, & aliqua morte violenta. De ista tamen morte dicendum est, q̄ poterat esse multiplex: nam poterat esse vno modo per modum pestis, sicut fuit in Iudæis quando Dauid numerauit populum: nam subito moriebātur quasi peste percussi, nisi quòd hoc malum grauius erat, & breuius: quia illico, vt percutiebantur moriebantur: ibant namque quidam ad sepeliendum alios, & super eos moriebantur, vt ait Iosephus septimo Antiquitatis, & ista mors vocabatur gladius domini. Et manifestum fuit hoc, nam angelus domini apparuit occidens in vniuersis finibus Israel: & vidit eum Dauid in Ierusalem euaginato gladio super vrbem. secundo Regum vigesimo quarto, & præcedenti lib. vigesimo primo capitu. Alio modo poterat hoc esse ostendendo de cęlo super eos aliquod signum: vtpote quòd aliquod fulmen caderet, & eos occideret, vel multa fulmina: aut venirent lapides grandinis, & percuterent eos. Sicut fuit quando pugnabat Iosue contra quinque reges Amorrhæorum, & illi fugiebant a facie eius: misit Deus lapides grandinis de cœlo, qui occiderunt plures de Amorrhæis quàm Iudæi gladiis occidissent: Iosue decimo capit. multis aliis modis Deus potest occidere istos populares, qui peccauerant: quia tot modi sunt Deo efficiendi aliquid, quot sunt modi volendi efficere quod voluerit.

*Quis fuit ille liber.* *Quæst. XXXI.*

QVAERITVR vlterius, cur dicatur hic, de gestis Asa quòd scripta sunt in libris regum Iuda, & regum Israel: quis fuerit iste liber, & an fuerit vnus vel multi. Aliquis dicet, q̄ erat vnicus liber regum Iuda, & Israel: & in libro illo scripta sunt gesta regis Asa. Dicendum tamen videtur, q̄ hoc non stat, quia ex processu tertij, & quarti regum patet, q̄ in fine historiæ cuiuslibet regis fit remissio ad librum vnum, scilicet in fine historiarum regum Iuda dicitur, reliqua sermonum talis regis, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? & in fine historiarum regum Israel: & nunquā mutatur iste modus loquendi: ideo necesse est, quòd vnus esset liber in quo scriberentur historię regum Iuda, qui vocaretur liber verborum dierum regum Iuda: & esset alius liber historiarum regum Israel: & sic fuit declaratum 3. Reg. 14. in quadam quæstione. Aliquis ergo dicet aliter, scilicet q̄ erant isti duo libri, & tamen fuerunt in ambobus scripta gesta Asa, vel quædam pars eorū. Nam gesta Asa scribi debebāt directe in libro regum Iuda: & tamen inquantum habuit Asa quędam bella cum regibus Israel scriberetur historia regis Asa, q̄ aliter nō poterat scribi plene historia Baasa regis Israel, cum quo Asa plurima bella gessit. Sic enim factum fuit in libro isto, quia intendebat Esdras solùm agere de regibus Iuda, & tamen quia Iosaphat rex Iuda fuit in quodam bello cum Achab rege Israel contra regē Syriæ Benadad, enarratur hic bellum illud inf. 18. Sed dicendum, q̄ hoc non stat, quia cùm pauci fuerint reges Iuda vsque ad Ezechiam, qui non habuerint reges Israel hostes, & pugnauerint sæpe propter regnorum confinia: sicut patet ex processu istius libri, & magis ex processu tertij, & quarti regum: & tamen in libris regum nunquam talis modus remissionis est. Etiam in isto libro non frequentatur iste modus allegandi. Dicendum, q̄ secundùm veritatem fuit hoc, q̄ volentes scribere historias temporum regnantibus in Israel, et Iuda regibus, fecerunt varios libros de hoc, & fuerunt duo præcipui libri: vnus fuit, in quo scripta fuerunt plene omnia gesta regum Iuda, & iste vocatur liber verborum dierum regum Iuda: alius fuit, in quo scripta fuerunt omnia gesta regum Israel, & vocatus est liber verborum dierum regum Israel. Et isti libri sunt impermixti: quia in vno scribuntur solùm gesta regum Israel: & in alio scribuntur solùm gesta regum Iuda: & isti libri allegantur solùm in libris regum, & ob hoc non mutatur ibi modus allegandi: sed semper pro regibus Iuda allegatur liber verborum dierum regum Israel. Præter istos tamen fuerunt quidam alii curiosiores scriptores, qui sub eodem volumine scripserunt de vtrisque regibus Iuda, & Israel, & vocatus est liber ille generaliter liber verborum regum Israel.

Accipiendo Israel non pro decem tribubus tantum: sed pro omnibus duodecim: sicut à principio solebat nominari, & tunc Israel comprehendet duo regna, et gesta illorum duorum regnorum scribebantur in illo volumine regum Israel. Sic patet infra vigesimo, quando fit remissio pro historia Iosaphat regis Iuda, scilicet reliqua gestorum Iosaphat scripta sunt ī libro Ihu fil j Anani, qui digessit illa in libro regum Israel. Et vocatur iste liber aliquando liber regum Israel solùm, & aliquando liber regum Israel, & Iuda. Accipiē do primo modo, vocatur Israel largè pro omnibus duodecim tribubus non distinguendo regna. Accipiendo secundum, distinguuntur regna duo, & vtriusque regni gesta conscribuntur in hoc libro. Accipien do primo modo: allegatur. infra vigesimo, vbi dicun G tur scripta gesta Iosaphat regis Iudæ in libro regum Israel. Accipiendo secundo modo allegatur hic, & dicitur, quòd gesta Asa erant in libro regum Iuda, & regum Israel, scilicet quòd ille erat vnus liber. Sic etiā allegatur de gestis Iosię infra 35. scilicet reliqua sermonum Iosiæ scripta sunt in libro regum Israel, & Iuda. Iste autem modus allegādi est rarus, nec inuenitur in libris regum, sed solum in libro isto.

*An Asa ægrotauit ex causa naturali.*

*Quæst. XXXII.*

QVAERITVR vlterius, quare Asa ægrotauit dolore vehementissimo pedum, et an ægrotauit ex causa naturali, vel à Deo datum est in pœna aliquorum facinorum. Respondendum, quòd satis posset teneri, quòd ista ægritudo euenit sibi naturaliter, & hoc quia conueniebant duo in ista ægritudine, quæ erant in rege Asa. Primum erat, quia ista ægritudo, vt communiter est in viris diuitibus, & potentibus viuentibus voluptuosè. Est enim vna causa indigestio quarundam materiarum, quæ fluūt ad partes extremas corporis, & causant dolores graues, & indigestio ista prouenit partim ex varietate ciborum delicatorum, & abundantia eorum: & partim ex pau I citate exercitij prouocantis digestionem. Et istud conuenit viris potentibus diuitibus nimium: quia isti pascuntur voluptuosis ad abundantiam, & paucorum laborum sunt. Istud conueniebat regi Asa, qui erat potentissimus, & frueretur voluptuosa vita, & pauco exercitaretur labore. Secundum est in hac ægritudine, quòd in plurimum euenit circa senectutem, nam raro inuenis reges podagricos iuuenes. Causa huius est, quia cùm proueniat ista ægritudo vno modo ex indigestione superfluitatum, nō conuenit illa iuuentuti. Primò quia non contingit illas superfluitates indigestas congregari in pauco tempore, & aduenientę senectute congregatæ sunt. Secundò quia indigestio prouenit potissimum ex defectu virtutis: & tamen in iuuentute, & puericia est fortis valde virtus illa, & non K possunt relinqui superfluitates illæ indigestæ. Tertiò, quia digestio prouocatur nimis per exercitiū cū per exercitium suscitetur calor, et in senectute est paruitas exercitij: tum propter defectum virtutis motiuæ, tū propter corporis grauitatem, ideo tunc maximè contingit esse istam ægritudinem. In iuuentute autem est multitudo exercitij propter virtutis fortitudinem, & corporis leuitatem, ideo non contingit tunc fieri istam ægritudinem. In Asa erat istud: quia ipse erat senex quando accidit ei ista passio: nam anno tricesimonono regni eius accidit ista ægritudo, vt patet in litera. Et iam esset Asa senex, vel senectuti propinquus, quia quando ipse cæpit regnare, erat aliquantæ ætatis: nam non cepit regnare in puericia sua, quòd patet ex gestis suis in principio regni, vt habetur supra decimoquarto. Et sic satis conueniebat, quòd ista ægritudo euenisset ei naturaliter cùm in eo essent cōditiones aliorum podagricorum. Dicendum tamen est, quòd ista ægritudo euenit supernaturaliter Deo infligente illam in pœnam peccati eius: quia tenuerat prophetam in carcere. Et patet hoc primò, quia ponitur supra culpa magna Asa, scilicet quòd propho tam in vinculis tenuerit, & hic subditur ægritudo eius grauissima: ideo videtur, quòd ponatur tanquam in pœnam peccati supra positi: nam ad hoc videtur esse continuatio literæ. Secundò patet: quia alias videret superfluum esse, quòd poneretur hic de ęgritudine, qua mortuus est Asa, quia non solet in aliis regibus hoc fieri: nam non reperietur de aliquo expressè, quę fuerit ægritudo, qua mortuus est Asa, nisi de illa appareat, quòd à Deo in pœnam alicuius peccati data fuerit. Sicut apparet de Iotam regę Iuda, cuius ægritudo insanabilis vteri ponitur infra vigesimo primo. Et tamen ponitur de isto, quia ægritudine mortuꝰ fuit: ergo videtur, quòd ista fuit in pœnam data pro peccato suprapositō. Tertiò patet, quia dicitur hic, quòd ægrotauit dolore pedum vehementissimo: & tamen non poneretur tam diligenter ista ægritudo, scilicet quòd fuerit ista ægritudo magna, vel parua, nisi attineret ad propositum: quia non solet scriptura se intromittere de non pertinentibus ad propositum suū: H & tamen si ista ægritudo naturaliter euenisset, nō pertinerent ad propositū scripturæ: ergo fuit à Deo inflicta. Quartò patet, quia ponitur hic repræhensio eiꝰ: cùm dicitur, quòd nec in ægritudine sua quæsiuit dominum, sed magis medicorum ope confisus est. Si tamen ista ægritudo fuisset naturaliter causata, & non supernaturaliter inflicta, non fuisset valde magna reprehensio, quòd consideret medicorum artibus. Si autem esset inflicta ægritudo supernaturaliter esset magna reprehensio, scilicet quòd in ægritudine à Deo inflicta crederet se medicorum opere curādum. Ideo ad hoc, quòd procedat ista repræhensio: dicendum est, quòd supernaturaliter inflicta est ista plaga. Quintò patet, quia quando scriptura describit aliquorum peccata, solet describere eorum pœnas: vt videatur exe cutio diuinæ iustitiæ, & tamē fuit supra positum peccatum Asa, scilicet quòd prophetam tenuerit in vincu lis: & si non esset ista ægritudo data à Deo in pœnam pro peccato illo, non esset aliqua pœna hic posita pro peccato eius. Ideo dicendum, quòd ista ægritudo fuit supernaturaliter data à Deo in pœnam peccati. Et patet hoc quia suprapositum fuit vnum peccatum Asa, scilicet quòd confidentiam habuit in rege Syriæ: & non in domino, & hic ponitur eius pœna, scilicet ꝙ insurgerent bella contra eum. Cùm dicitur, stultè egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersus te bella consurgent: ponitur postea aliud peccatum eius, scilicet quòd catenauerit prophetam, & non ponitur aliqua pœna pro illo peccato: sed dicitur quòd ista ægritudo pedum à Deo propter hoc inflicta est, ideo dicendum, quòd venit ista ægritudo supernatutaliter.

*An inflicta sit ægritudo illa pro peccato suo.*

*Quæst. XXXIII.*

QVAERITVR vlterius, circa istam ægritudinem pedum, quæ regi inflicta est, quomodo fuit conuenienter inflicta pro peccato suo. Nam non legimus alias fuisse talem ægritudinem inflictam pro



pœna peccati alicuius. Respondendum, quòd ista pœna fuit conuenienter inflicta ad peccatum regis, quia rex peccauerat ponendo prophetam in carcere, posuit namque pedes eius in vinculis: ideo Deus percussit regem in pedibus dando podagram. Et istud est conueniens: quia Deus vult, quòd per ea, per quæ quis peccat, per hæc torqueatur. Sapien. 11. Et quia iste peccauerat iniustè ponendo pedes prophetæ in vincu lis, Deus iustè eum in pedibus affligeret. Et quia fecerat rex quòd propheta existens in vinculis non posset moueri huc, & illuc, nec ire quò vellet: fecit Deus, ꝙ rex percuteretur in pedibus, ita ꝙ moueri non posset. Et quia propheta sustinuerat aliqualem dolorem, & pœnam in carcere manendo in vinculis, fecit Deus, ꝙ dolor prouenies regem ex hac passione esset vehe- B mentissimus, vt patet in litera: & sicut propheta in carcere manens priuabatur aliquibus delectabilibus, quæ non poterat videre. Ita & rex in tota vita sua post percussionem istam caruit magna parte delectabiliū: quia non poterat discurrere ad videndum illa, sed manebat ipse velut in carcere: nam erat carcer à Deo inflictus, qui erat deterior quā carcer datus ab homine.

*An magis punitus fuit populus quàm rex.*

*Quæst. XXXIIII.*

QVAERITVR vlterius dato, quòd fuerit ista C ægritudo inflicta in pœnā vinculationis prophetæ: quomodo magis punitus fuit populus, qui minus peccauerat quàm rex, qui multum peccauerat. Nam supra declaratum est, quòd populares multi pro hoc peccato occisi fuerant. Manifestum est tamen, quòd magis peccauerat rex, qui iusserat hoc fieri, quàm populares, qui hoc executi fuerant: & tamen populares occisi sunt, & rex solùm percussus est podagra. Respondendum, ꝙ magis punitus fuit rex quàm populares, & hoc dupliciter. Primò, quia vt declaratum fuit supra in quadam quæstione in occisione popularium à Deo fuit duplex pœna, & pro duplici peccato. Vna pœna fuit, quòd ipsi populares punirentur, & priuaren tur bono maximo, quod est vita. Secunda pœna erat, D quòd per mortem populariū rex priuaretur subditis, & minueretur eius potestas. Prima pœna erat popularibus inflicta pro quibusdam aliis peccatis, quæ erant non pertinentibus ad incarcerationem prophetæ, & dato ꝙ nunquam incarcerassent prophetam paterentur hoc, & tamen non paterētur nunc, sed differretur mors eorum ad aliud tempus, & propter pręuaricatio nem ipsorum abbreuiatus est terminus vitæ. Nunc autem valde maior erat pœna regis quàm populariū: quia nō occisi fuerunt populares pro hoc delicto, sed pro aliis. Rex tamen pro hoc delicto ægrotauit dolo re vehementissimo pedum vsq; ad mortem, ideo maior fuit pœna sua. Item quòd populares fuerint nunc occisi non solū fuit pœna ipsorum, sed potius regis: nā E ipsi aliàs occidendi erant, si nō intercideret vinculatio prophetæ, & quòd occiderentur erat priuare regem subditis, quod erat magna pœna: ideo rex valde punitus est, qui in seipso punitus est, & in popularibus. Ipsi populares quantum ad hoc non fuerunt puniti ni si inquantum mors eorum abbreuiata est: & tamen aliàs occidendi erant à Deo. Secundò dicendum, quòd dato, quòd populares occisi fuerint pro hac sola causa, fuit maior pœna regis quàm ipsorum: & hoc ex tensiuè, & intensiuè: extensiuè quidem, quia pœna regis fuit in se, & in alio. Nam ipse punitus fuit in seipso inquantum podagram passus est, fuit punitus in populo inquantum per mortem popularium ipse ca- A ruit subditis. Populares autem solùm fuerunt puniti in seipsis, quia mortui sunt. Fuit etiam intensiuè maior pœna regis quàm popularium: quia populares occisi sunt subito, & morte simplici affecti sunt, quæ nō fuit magni doloris: eo quòd non diu durauit. Pœna autē regis fuit valde magna, quia ipse etiam pro hoc peccato mortuus est, quia podagra ei inflicta est, de qua mortuus est. Et quantum ad hoc æqualis erat popularibus, quia vterque mortui sunt. Rursus fuit pœna sua valde maior, quia populares semel tātū mortui sunt, qa pœna, & mors eorum fuit quasi subitanea, vt supra probatū est in quadam qōne: Mors autem regis erat quotidiana, quia per duos annos, & plus ægro tauit, scilicet anno tricesimonono regni sui vsque ad quadragesimum primum quando mortuus est: & cū esset dolor vehementissimus, vt dicitur in litera, erat mors quotidiana. Valde ergo melius fuerat regi mori subito quàm reseruari ad tantam, & tam diuturnam penalitatem: & quòd ad extremum moreretur ex hac causa: nam mors diuturna, etiam si in se leuior sit, propter diuturnitatem penalitatis iudicatur grauior. Sic patet Threno. quarto, scilicet. Melius fuit occisis gladio quàm interfectis fame, quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terrę. Si ergo mors ex fame, quæ non durat magno tempore, & in se non est pungitiua ex acutis doloribus, erat deterior quàm mors ex gladio, à fortiori ergo mors ex vehementissimo dolore pedum, qui plusquam duobus annis durauit esset grauior, & sic grauior fuit pœna regis quàm popularium.

*An occisus fuit Anani propheta à rege.*

*Quæst. XXXV.*

QVAERITVR vlterius circa istum prophetam Anani, quem rex tenuit in catenis, quid de eo factum, an occisus fuit à rege, an solutus. Aliqui putant quòd rex occidit illum prophetam in vinculis. Et hoc primò, quia conditio erat malorum regum occidere prophetas domini. Sic patet de rege Ioas, qui fecit lapidari Zachariam prophetam. infra vigesimo quinto. Sic etiam impiissima regina Iezabel quærebat omnes prophetas domini ad occidendū eos: vnde tunc inter alios abscondit Abdias dispensator regis Achab centum prophetas domini in duabus speluncis, & pauit eos pane & aqua quousque liberauit eos. tertio Regum decimo octauo. Secundò colligunt hoc, quia de isto propheta nunquam postea fit mentio in libro isto nec in libris regum, ideo putant, quòd nunc mortuus fuerit. Tertiò colligunt istud, quia fuit grauis pœna inflicta pro peccato commisso contra eum, scilicet quòd rex mortuus fuerit, & occisi multi de populo: & tamen si solùm positus fuisset in catenis iste propheta, non videretur, quòd tanta pœna pro illo peccato infligeretur: ideo videtur, ꝙ occisus fuerit. Respondendum, quòd non apparet an iste propheta occisus fuerit per regem Asa, vel nō. Dicendum tamen videtur, quòd non occisus fuerit, sed solùm posuus in carcere: nam si occisus fuisset à rege, cùm scriptura tangat hic de pœna ei inflicta, non dixisset solùm, quòd posuit eum in neruo, ideſt in carcere, sed etiam experssisset mortem illius: quia ridiculum est cùm quis velit enarrare pœnas alicui inflictas, vel iniurias illatas tangat minimam, & non exprimat maximam, sed subticeat illam: ita esset hic, si iste propheta esset positus in carcere à rege, et postea occisus, & solùm diceret scriptura, quòd posuit eum rex in neruo. Secundò patet, quia scriptura tetigit iniuriam factam prophetæ, vt declinaret peccatum regis Asa inferendo illas iniurias.

Si autem rex solùm posuisset illum propheta m in car F
cere: vel si posuisset, & occidisset, erat valde magna
differentia in peccato: non ergo ostenderet scriptura
peccatum suum minimum subtricendo id quod ma-
ximum erat, quia istud erat recedere à veritate histo-
riæ. Dicendum ergo est, quòd rex Asa iratus iussit po-
ni prophetam in neruo: & mansit ibi aliquandiu, & ta
men postea soluit eum: & hoc fortè fuit: quia illico
rex posuit in carcere prophetam Deus indignatus
occidit multos de populo, & hoc fuit notissimum, sci
licet quòd Deus occidebat illos pro ista iniuria pro-
phetæ, eo quod mortis modus fuit talis quòd satis ap-
parebat illam à Deo esse inflictam: ideo ne pœna, quę
à Deo infligebatur vltra procederet, & occiderentur
omnes de populo, & rex cũ eis, quod rex timeret, sol- G
uit prophetam de vinculis: & istud est valde rationa-
bile: & sic solùm fuit propheta positus in vinculis
& non occisus. Ad rationes in contrarium dicen-
dum, quòd non concludunt. Ad primam dicendum,
quòd verum est, quòd aliqui reges Iuda, & Israel occi-
derunt quosdam prophetas: tamen non sequitur ex
hoc necessariò, nec verisimiliter, quòd Asa occiderit
istum prophetam Anani nisi aliquid aliud appareat.
Ad secundum dicendum, quòd non arguitur rationa
biliter, quia verum est, quòd non reperimus post hoc
mentionem factam de isto propheta: & tamen non
est colligendum ex hoc, quòd hic occisus fuerit: sed
dicendum, ꝙ non fit mentio de eo, quia de istis pro-
phetis non fit mentio nisi inquantum aliquid nuncia H
uerunt, vel fecerunt ex parte Dei: & quia iste prophe-
ta Anani nunquam postea exercuit aliquid prophetic-
cum, quod esset dignum historia, non fecit mentio-
nem postea scriptura de eo. Si autem licitum esset sic
argui incideremus in multa incõuenientia: vtpote di-
cendo: non fit mẽtio aliqua de prophetâ Azaria post-
quam locutus est ad regem Asa. præcedenti capi. ergo
tunc mortuus est, vel occisus ab eo. Sed istud inconue
niẽter dictum est: quia tunc annunciabat Azarias bo-
num, & non aliquid propter quod deberet occidi, vel
moueretur Asa ad eum occidendum. Ad tertium qñ
dicitur, quòd fuit magna pœna inflicta pro iniuria illa-
ta prophetæ. Si tamen fuisset solum incarceratus, nõ
fuisset inflicta tam grauis pœna. Dicendum, ꝙ pro so- I
la incarceratione prophetę erat iustum infligi maiorẽ
pœnam: quia non est putandum, quòd tunc erat iusta
retributio pœnalis, qñ tantũ de pœna daretur pro incar
ceratione prophetæ, quantum ipse passus est, quia cõ-
tra passum non est iustum simpliciter in omnibus: vt
probat Aristo. 5. Ethic. Sed considerandа est conditio
personæ, & alia in litera. Erat ergo iste propheta vir
valde venerandus, & excellens, cùm esset propheta,
& conscius diuinorum secretorum, particepsque diui
ni coloquii. Etiam, quia pro bono opere patiebatur
propheta, scilicet quia prænunciabat regi mala ei euẽ
tura, ex qua prænunciatione poterant bona sequi, sci-
licet quòd ipse conuerteretur ad dominum, & remit
teret Deus mala, quæ comminatus fuerat: iuxta id,
quod habetur Iere. decimooctauo, & Ezechiæ trige- K
gesimo tertio. Item quòd his maius est, quia iste ꝓ-
pheta erat nuncius Dei, & veniebat vt nuncius: & lo-
quebatur vt nuncius Dei ex parte Dei, & cognoscеba-
tur esse nuncius: ideo iniuria ei illata videbatur Deo
inferri, cuius nuncius erat, & sic quantumcunque par
ua pœna erat valde magna iniuria, & digna grauissima
punitione: & sic pro sola incarceratione prophetæ dig-
num erat, quòd rex morereтur: & multi alij de po-
pulo. Vnde non bene arguitur, quòd cùm tanta fue
rit punitio regis, & populi, ꝙ maior fuerit pœna pro-
phetæ quàm incarceratio, scilicet ꝙ occisus fuerit.
Dicendum igitur, ꝙ non occisus fuit propheta, sed so-
lùm incarceratus: & satis cito liberatus de carcere, qa
Deus cępit punire populares, & tunc rex solueret pro
phetam, ne punitio vltra procederet.

*An peccauit Asa confidendo magis in arte medicorum. Quæst. XXXVI.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Asa con-
fidendo in arte medicorũ in infirmitate sua: &
non quærendo dominum, & confidendo magis arti
medicorum quàm domino. Respondendum, quòd
peccauit, quia scriptura increpat eum hic dicens, ꝙ
nec in infirmitate sua quæsiuit dominũ: sed magis in
medicorum arte consilus est, nõ tamen increparetur
nisi peccasset. Sciendum tamen ꝙ hic potest dubita-
ri de tribus. Primum est an peccauerit Asa non quæ-
rendo dñm in ægritudine, & an oẽs alij ægroti peccẽt,
si non quærant dñm in ægritudine. Secũdum est, an
peccauerit Asa confidendo arti medicorũ circa ægri-
tudinem suam, & an peccent alij ægroti confidendo
illi. Tertium est an peccauerit Asa confidendo ma-
gis arti medicorum, quàm domino, & an ægroti alij
peccent in hoc. Ad primum respondendum, ꝙ quæ
rere dominum potest dupliciter accipi. Vno modo
quærere dominum, idest quærere placere ei, & pete-
re remissionem peccatorum. Alio modo quærere
dominum, idest quærere remedium ægritudinis cor-
poralis ab eo, vt ipse sanitatem tribuat. Accipiendo
primo modo dicendum, quòd peccatum est nõ quæ-
rere dominũ in ægritudine: & quòd omnes obligan-
tur quęrere dominum in illa. Nam omni tempore
obligatur homo quærere dominum. Potissimè autẽ
tempore ægritudinis. Et patet hoc, quia quærere do-
minum est placere ei obseruando legem suam, & au-
ferendo offendicula à facie eius, scilicet peccata, qui-
bus suam maiestatem offendimus. Non est autem
dubium, quin omni tempore in sanitate siue ægritudi
ne teneamur Dei legem obseruare: ideo omni tem-
pore tenemur quærere dominum de ablatione pec-
catorum: à fortiori dicendum est, ꝙ non est aliquod
tempus, nec instans quo nõ teneamur recedere de
peccatis. Pro quo sciendum, quòd recedere à pec- I
cato stat dupliciter. Vno modo quantum ad hoc, ꝙ
doleamus quòd peccauerimus, quod est conteri. Alio
modo quantum ad hoc, ꝙ confiteamur illud, & satis-
faciamus iuxta mensuram nobis impositam. Accipiẽ
do primo modo fugere à peccato, dico quòd tenetur
homo fugere, quocunque tempore fugere potest:
& quandocunque potest recedere de peccato, & non
recedit, peccat: vtpote si aliquis nunc peccauerit
mortaliter, tenetur immediatè dolere, ꝙ peccaue-
rit: & quod potius vellet quodcunque malum pas-
sum fuisse quàm offendisse Deum, quia ista est vera
contritio. Et si aliquanto tempore post commissio-
nẽ peccati quis manet, & nõ dolet de peccato, peccat:
& nõ solũ ille est in peccato, quia peccauit, sed et omit
tẽdo dolere pro peccato, sicut tenebat. Et istud pecca
tũ omissionis semp durat vsquequo doleat de pctõ.
Non est tamen intelligendum, quòd in quacunque
particula temporis in qua potest ille peccans cõuerti,
& non conuertitur, peccet nouiter: quia tunc pec-
caret alquis infinities per omissionem circa idem pec
catum: cùm tempus ex natura continuitatis sit diui-
sibile in infinitum: sed idem peccatum omissionis est
totum à principio vsque ad finem: vtpote siquis pec-
cauerit, & manserit per mensem non dolens de
peccato vel manserit per decem annos, non dolens,
vbique est vnicum peccatum omissionis non
dolendo; differt tamen in grauitate, quia quantum



quis maius tempus habet ad dolendum tãto grauius A
peccat si non doluerit: Peccatum autem vtrobique
est vnicum: nam peccatum istud nõ consistit in actu,
sed in omissione actus: ideo sicut peccatũ cõmissio-
nis est vnicum per vnitatem actus, in quo transgredi-
mur: ita peccatum omissionis est vnicum per vnitatẽ
actus, quem agere omittimus: & tamen hic solùm
omittitur vnus actus, scilicet vna conuersio ad domi
num, ideo vnicum peccatum omissionis est, licèt
multo tempore duret. Et sic apparet circa peccatum,
quòd obligatur quilibet dolere de illo mox vt com-
miserit: & si mox non doluerit obligatur in quali-
bet parte temporis sequentis dolere: nec cessat ista
obligatio quousque semel doluerit: ideo obligatur
homo quęrere dominum isto modo quolibet tempo B
re. Hoc tamen potissime fit in ægritudine, quia tũc
est homo in maximo periculo, ne decedat in odio di
uino, & pereat ęternaliter: ideo non quęrere domi-
num in ęgritudine peccatum est. Secundo modo fu
gitur à peccato, & quæritur Deus per confessionem
peccati & satisfactionis iunctę expletionem. Et di-
cendum quòd homo existens in sanitate non tenetur
omni tempore quęrere sic dominum: licèt aliqui er-
rant in hoc putantes quòd illico vt quis peccauerit ha
bita opportunitate tenetur confiteri de peccato. Et
falsum est, quia confessio licèt sit de iure diuino, di-
cente Iacobo, confitemini alterutrum peccata vestra,
& orate pro inuicem, vt saluemini: tamen modus, &
tempora confessionis: & aliæ circunstantiæ eius non C
fuerũt limitatæ de iure diuino, sed de iure humano
canonico. Ius autem determinat quòd saltem semel
in anno quis ꝓfiteatur: ergo vr ꝙ siquis cõfiteaẽ semel
in anno satisfacit legi. Et apparet hoc manifestius, qa
illa lex, omnis vtriusque sexus, quæ data est in conci-
lio generali de confessiione facienda saltẽ semel in an
no fuit data pro omnibus hominibus: cũ dicitur om-
nis vtriusque sexus fidelis: & sic potissimè data est pro
viris imperfectis, pro quibus lex laxior est, quàm pro
viris perfectis qui sequuntur arctiores semitas consi-
liorum. Et tamen condens legem illam bene
nouerat, quod viri imperfecti non peccant solùm
semel in anno mortaliter: sed vix est, quòd aliquis
de viris imperfectis non peccet quotidie mortaliter: D
imò quotidie pluries.: ideo si teneretur homo illi-
co vt peccaret confiteri, non diceretur, quòd confi-
teretur saltem semel in quadragesima: sed diceretur
quotiensсunque peccaret confitereretur. Secundò
patet, quia canon ille dicit, quòd confiteatur saltem
semel: in quo innuit, quòd cõfessio aliquando est vti
lis, & non necessaria: quia confessio non potest fieri
nisi de peccato, & non quidem de omni, sed de mor-
tali, quia peccata venialia non sunt materia directè sa-
cramenti pœnitentiæ, sed mortalia sola nisi in defectũ:
ideo confessio sacramentalis nunquam est vtilis, nec
necessaria nisi quãdo peccatum aliquod est mortale.
Et tamen necesse est poni confessionem aliquando
esse necessariam, & aliqñ vtilem, quia dicitur saltem E
semel in anno: in quo innuit, quòd vtilius esset plusq̃
semel confiteri: & tamen non est necessarium nisi se
mel in anno confiteri, quia semel confitendo satisfa-
cimus: ergo videtur, ꝙ aliquando est homo in pec-
cato mortali, & non est necesse, quòd confiteatur, sed
est vtile: non ergo tenetur quilibet confiteri illico vt
peccauerit habita opportunitate confitendi. Tertiò
patet, quia dato quòd præsupponeretur, quòd semel
tantùm in anno peccaret quis, non diceretur, quòd
confiteretur saltem semel in quadragesima: quia po-
terat esse peccatum illud in tempore non quadragesi
mali, & tunc non teneretur confiteri secundùm præ-
suppositionem istorum, & sic non oporteret, quòd
confiteretur in quadragesima. Cùm ergo statuerit
necessariò, quòd quilibet teneretur confiteri semel
in anno in quadragesima, videtur, quòd presupposuit,
quòd peccaret homo in anno pluries: & tamen non
teneretur confiteri qualibet vice, qua peccaret habita
opportunitate, sed satis erat, quòd cõfiteretur semel
in anno: & quia nullum tempus erat honesti° ad hoc
quàm quadragesima, cùm homo esset attentus ad
nis propter ieiunia, & diuersitatem ęremoniarum ec
clesiasticarum, statuit, quòd fieret saltem semel in an
no in quadragesima confessio. Istud verum est, nisi
forte quis dicat, quòd tenetur homo cõfiteri quando-
cunque peccauerit habita opportunitate: & tamen
dicitur saltem semel in anno in quadragesima: quia
illa vice tenetur quis confiteri ad hoc, quòd sit idone°
susципere Eucharistiam in Paschate. Aut est in pec-
cato mortali ante hoc in quadragesima, aut non: si nõ
est in peccato mortali, vtpote quia ante quadragesi-
mam confessus fuerat, & postea non peccauit, non te-
netur confiteri ad susципiendum Eucharistiam, quia
confessio non debet fieri nisi de peccato mortali. Nõ
existente autem peccato mortali, non est de quo fiat
confessio: ideo non est necesse confiteri tunc in
quadragesima ad susципiendum Eucharistiam in Pas-
chate. Si autem peccauit in quadragesima postquam
confessus est, tenebitur totiens confiteri quotiens pec
cauerit, & sic superuacuum esset exprimi de cõfessio-
ne saltem semel in anno facienda. Dicendum ergo,
quòd qui peccauit etiam si millesies peccet in anno, C
non tenetur qualibet vice confiteri habita opportuni
tate, licèt vtile est qualibet vice confiteri, ad necessita
tem tamen satis est confiteri semel in anno. De con-
tritione autem dicendum, ꝙ necessaria est qualibet vi
ce, qua quis peccat, scilicet illico vt quis peccauerit, ꝙ
conteratur, & quandiu non conteritur peccat. Si ta-
men conteratur postquam peccauerit, & differat con
fessionem vsq; ad quadragesimam est in statu gratiæ,
& omnia bona, quę facit proficiunt ei ad vitam ęternã
tanquam existenti in statu veræ pœnitentiæ. Istud ve-
rum est, nisi in quibusdam casibus in quibus tenetur
quis de iure cõfiteri ante quadragesimam: & vnus est
quando quis est in periculo mortis. Nullum autem
maius periculum est quàm in ægritudine, de qua du-
bitatur quis moriturus: ideo tunc tenetur ęger quære
re dominum confitendo peccata sua. Secundò mõ
quærebatur Deus in ægritudine petendo ab eo reme-
dium corporalis sanitatis. Et de hoc dicendum est, ꝙ
nõ obligatur homo quærere dominum in ęgritudi-
ne. Et hoc propter duo: primò, quia potest aliqs
esse in ægritudine, qui non desideret sanari: nõ qui-
dem quòd quis desideret mori, quia desiderare mor
tem peccatum est, nisi quis desideret mortem, vt cũ
Christo gaudeat in vita æterna, sicut dicebat Apos-
tolus, cupio dissolui, & esse cũ Christo: sed adhuc istud
desierum nondum esse absolutum, sed cum condi-
tione, scilicet si Deus non disponit ꝙ hõ maneat in car
ne ad magis seruien dum ei. Sic colligitur ex verbis
Apostoli ad Phili. 1. scilicet: Coarctor autẽ e duobus
desiderium habens dissolui, & esse cũ Christo, mul-
to magis autem meli°: permanere autem in carne ma-
gis necessarium est propter vos: & hoc cõfidens scio
ꝙ manebo, & permanebo omnibus vobis ad profec-
tum vestrum, & gaudiũ fidei. Potest tamen esse aliqs
in ægritudine, qui non desideret mori, nec etiam de-
sideret vitam, sed subiiciat se omnino voluntati diui-
nę: vt disponat de eo prout voluerit, & talis non orabit
dominum pro vita, nec pro morte. Et manifestum
est, quòd istud non est malum, sed potius est indiciũ
magni boni, cùm quis se subiicit omnino voluntati di
uinæ: ideo non tenetur qs quærere dominum isto mõ.

Secundò

Secundò patet, quia potest aliquis esse in ægritudine, qui desideret sanari, & tamen quia ægritudo naturalis est, sanitas naturaliter potest induci sine operatione Dei miraculosa, ideo recurret aliquis ad medicum, q est minister sanitatis, & non petet à Deo sanari: & nō videtur quòd peccet in hoc. Istud verum est nisi ęgritudo sit inflicta à Deo non naturaliter, & cognoscatur I, quia tunc non est recurrendum ad medicum, sed ad Deum, vt declarabitur sequenti questione.

De Asa dicendum est, quòd peccauit, quia nō requisiuit dominum in ęgritudine sua, non quidem, quia requisiuit eum, sed quia requisiuit alium, qui non poterat curare, scilicet requisiuit medicos, qui in casu isto nō poterant curare.

*An peccauit Asa confidendo arti medicorum.*
*Quæst. XXXVII.*

QVAERITVR vlterius, an peccatum sit confidere arti medicorum, & an peccauit Asa confidendo ei. Respondēdū quòd in hac quæstione præsupponendum est de arte medicinæ an sit verè prophana, & secundum hoc poterit respōderi ad quæstionem. Dicendum est, quòd scientia medicinæ est habitus intellectus: & non causat sanitatem nec ægritudinem, sed est secundùm quem cognoscimus quid causat sanitatem, & quid ęgritudinem: & sicut habitus medicinę secundùm se non est operatiuus sanitatis, ita nec medicus causat sanitatem, sed est minister H sanitatis applicando patienti ea, quæ efficiunt sanitatē. Sicut ille, qui applicat ignem domui, non conburit domum, sed ignis conburit illam: est tamen minister combustionis. Efficiens autem sanitatem est medicamentum appositum, quod naturalē habet efficaciā sicut ignis ad comburendum domum. Hoc tangit Hippocras in quodam Aphorismo, dicens: Natura omnium operatrix, medicus verò minister. Cùm ergo medicina sit scientia, qua cognoscimus habitudines corporum humanorum ægrotorum, & sanorū, & neutrorum, & virtutes rerum naturalium ad applicandum: si ita est quòd res naturales habeant efficatiam ad nocendum, & ad sanandum: erit scientia medicinæ proficua, quæ secundùm hoc operatur. I Est ergo nūc negociandum an res naturales habeant virtutem sanandi ægritudines, & procurandi eas. Et in hoc non multum est probandum: quia experientia notissima est: nam aliquid est, quòd sumptum in cibum inducit manifestam ægritudinem, & interdū subitaneam mortem. Aliquid autem est, quòd sumptum in cibum vel alias applicitum patienti confestim sanat. Non ergo potest quis negare, nec dubitare an res naturales virtutem habeant sanatiuā, nisi omnino insaniat: & sic apparet artem medicinæ quę de his est, proficuā esse atq; commendabilem: & non solùm natura ipsa testis est, sed sacra scriptura testimonium affert, laudans artem medicandi, vt patet Eccl. 38. cùm de medicina agitur, & dicitur: Honora me- K dicum, propter necessitatem etenim illum creauit altissimus: a Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem: disciplina medici exaltauit caput illius: & in cospectu magnatorum collaudabitur: altissimus creauit de terra medicinam, & vir sapiens non abhorrebit illam. Ecce præcedentia pertinebant ad laudem medici propter peritiam artis suæ. Postea aūt scriptura medicinam approbat quantum ad principium efficiens curationis, quòd est in rebus naturalibus dicens, naturam accepisse vires à Deo faciendi curationem: cū dicitur, altissimus creauit de terra medicinam, & vir sapiens non abhorebit illam: nonne à ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem homi-

F num virtus illorum: & dedit homìnibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis, in his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consumabuntur opera eius: pax enim Dei super faciem terrę. Ecce apparet manifestè quòd ars medicandi vtilis est, & quòd in rebus naturalibus, quas medicus propinat virtus est ad sanandum. Nunc autem tangendum est, an sit confidendum arti medicinæ circa ægritudinem, vel sit peccatum. Et dicendum est, q ægritudo, vel accidens est malæ habitudinis, aut euenit naturaliter, aut Deo infligēte sine aliqua causa naturę. Si primo modo, dicendum quòd aut peruenit
G subiecti per formę absentiam, vel ad perditionem alicuius virtutis instrumentalis animæ, quæ est organica, vel aliàs de natura animalis non pertinens ad qualitates elementales, aut est accidens vel indispositio, in quo nihil horum est. Primò modo medicus non curat, quia corruptio subiecti per absentiam formę est mors, quia ibi anima absens: & istud esset suscitare mortuū, quod non potest facere medicus: sicut dixit Dauid Psalmo 87. scilicet: Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? quasi dicat medici non poterunt suscitare mortuos ad hoc, quòd confiteantur tibi. Idem etiam est, si desit aliqua virtus organica, vel animalis, siue naturalis, quę non sit de qualitatibus elementalibus, q tunc non potest medicus curare. Sicut si alicui verè desit virtus visiua: vt quia est, cæcus à natiuitate, vel p didit potentiam visiuam postea casu. Sic etiam medicina de visiua, & gustatiua, odoratiua, & omnibus aliis organicis exterioribus. Sic etiam de interioribus, vt si pereat virtus phantastica, vel memoratiua, aut aliqua alia. Sic etiam de naturalibus viribus, vt digestiua, expulsiua, attractiua: & sic de cæteris, quæ sunt virtutes naturales animalium prouenientes eis ex conditione spetiei: & non ex aliqua dispositione accidentali: qa cùm aliqua istarum perierit, non possunt medici eam reparare: vnde non possunt sanare surdos, & cæcos, & verè claudos, & similes, sed similes curationes ad solum Deum spectant. Et hoc ostendit Christus quādo voluit declarare in se esse veram deitatem quærentibus discipulis Ioannis baptistæ ex nomine eius: tu es qui venturus es, an alium expectamus? Respondit Christus: euntes renunciate Ioanni, quæ auditis, & videtis: cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundātur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus homo qui non fuerit scandalizatus in me. Si tamen possent ista fieri sapientia medicorum, vel aliqua virtute naturę, nō probaret sufficiēter Christus deitatem suam faciendo hæc: & tamen ipse putabat se probare sufficienter per hæc: ergo non poterant ista opere medicorum fieri, nec aliqua virtute naturę. Ratio autem est, quia dare formam substantialem, vbi non est, est gignere animal: etiam causare virtutes consequentes formam animalis est gignere animal, ideo non potest hoc facere, nisi qui potest gignere animal, sed res naturales non possunt gignere animal, potissime gignere formam animalis, vel virtutes consequentes illam in re præexistenti: ideo non potest opere medicorum fieri talis curatio. Deus autē potest animal de nouo producere, vel producto dare virtutem perditam, quia cōtinet Deus omnem virtutem quarūcunque rerum naturalium animatarū, & inanimatarum: ideo potest de nouo producere animal sicut aliud animal gignens illud facit: potest etiam animali existenti restituere aliquam virtutem animalem perditam, quod nulla res naturalis efficere potest. Si autem ægritudo prouenit alio modo non



non existente defectu alicuius virtutis consequentis A formam animalis, sed est nocumentum aliquod proueniens ex mala habitudine qualitatum elementalū, potest medicus curare aliquid horum: quia qualitates elementales primæ, & qualitates secundæ, consequentes primas naturaliter causantur opere elementorum, & elementarium rerum, & gignere vel corrumpere istas non est gignere animal, sed alterare illud quòd naturaliter fit virtute multarū rerum. Sed adhuc non sunt curabiles omnes ægritudines hoc modo prouenientes ex hoc, quia quędam earum tantum inferūt nocumentum, quòd nulla res naturalis illud reparare valet: vel quòd plurimum accidit: quòd licèt sint multa naturalia, quæ ęgro applicata sanarent illum, nōdum peritia medicorū ad hoc B peruenit, vt sciat virtutem illarum rerum naturaliū: quia experientia cognita fuerunt omnia hæc: & tamē non potuit vnquam aliquis homo nec omnes homines simul experiri de oībus rebus naturalibus quantū ad virtutes earum. Ecce ergo de ægritudinibus, quæ accidunt causa naturali quod medicorum arte curari queat, & quod non. Si autem ęgritudo non veniat naturaliter, sed à Deo infligente in pēnā sine aliqua causa naturali, Dicendum quòd qualiscunque ęgritudo illa sit, etiam si sit de illis, quæ secundùm naturam paruæ forent, vt aliquod genus febris acutæ, vel cuiscunque alterius ægritudinis leuis, non poterit curari opere medicorum. Pro quo sciendum, quòd Deus posset dare ægritudinem, quę haberet causam naturalem contrariam ad expellendum eam, & potest C infligere ęgritudinem, cui non sit aliquid naturale habens contrarietatem ad posse expellere illam. Si secundo modo, manifestum est, quòd non poterit curari naturaliter per medicos talis ęgritudo, cùm nihil sit eis tanquam instrumētum quod applicare possint ad exclusionem morbi. Si primo modo, dicendum, quòd licèt morbus à Deo inflictus fuisset sine aliqua causa naturali, poterat curari p medicos. Ratio hui⁹ est, quia talis morbus habet causas ex quibus prouenire possit: licèt nunc ex illis non prouenerit: & habet causas exquibus auferatur, ideo ex illis posset auferri. Nec est hoc incōueniens, quia manifestum est, quòd aliquæ res sunt factę solo opere Dei, & tamen possunt D destrui naturaliter, sicut solius Dei virtute anima vnitur corpori formaliter in generatione: & adhuc maximè in suscitatione mortuorum: & tamen potest homo auferre animam alteri naturaliter, etiam si sit de illis, quæ à mortuis suscitati sunt. Quia manifestum est, quòd aliqui à Christo suscitati sunt denuo mortui: & mortui sunt multi eorum gladio. Sic etiam fit in aliis rebus: nam ignis potest naturaliter gigni, & potest sine causa naturali à Deo fieri: & vterque ignis habet eandem operationem, scilicet quia cremat, & sicut ignis naturalis potest naturaliter extingui ex defectu materiæ, vel ex contrarietate, quā patitur: ita & ignis, qui à Deo creatur: quia ille cū sit vetus ignis necesse est, quòd patiatur contrarietatem sicut natu- E ralis ignis, & sic poterit extingui per contrarietatem qualitatum, quæ sunr in aqua, sicut ignis noster. Dicēdum tamen, quòd licèt tales ęgritudines possent curari per medicos, nunquam tamen per medicos curabūtur: quia cùm à Deo in pęnam infligantur, non permittit ipse, quòd tollantur nisi per eum, & quando ip se indicauerit esse conueniens. Et sic dicendum quòd nulla ęgritudo inflicta à Deo sine causa aliqua naturali potest curari per medicos, vel virtute aliquarum rerum naturalium. His visis sciri potest qnando licet cōfidere ęgrotis arte medicorum. Nam si ægritudo sit à Deo solo inflicta, siue habeat causas naturales contrarias, siue non; nequaquam est confidendum arti

medicorum, quia curare non possunt. Si autem proueniat ægritudo à causis naturalibus, quia interdum non potest curari ægritudo, vt declaratum est supra: non est confidendum tunc arti medicorum. Si autē sint ęgritudines illæ, quæ curari possunt, tunc possum⁹ cōsidere arti medicorum, scilicet quòd per ipsam potest curari morbus, & quòd certissimè curabitur, & quòd non potest vllo modo impediri curatio. Alio modo confidere, quòd arte medicorum potest fieri curatio tanquam per viam quandam naturalem, & tamen quòd nihilominus pōt impediri voluntate Dei volentis claudere vitam, vel defectu naturæ nō se adiuuantis, vel imperitia medicorum: & sic in ægritudine nunquam est habenda confidentia de arte medicorū: scilicet quòd per eam indubitanter homo sanetur. Nunc de rege Asa dicendum, quòd peccauit, quia in infirmitate sua non quęrens dominum confisus est opere medicorum, quia ægritudo sua nō venerat via naturę, sed à Deo inflicta est in pęnam incarcerationis prophetæ, ideo non erat medicis facultas curandi talem ęgritudinem, nec debebat Asa cōfidere eis si debebat sanari, sed ad dominum recurrere debebat, q hanc inflixerat ęgritudinem: vnde iuste eum scriptura redarguit.

*An peccauerit Asa confidendo in arte medicorum.*

*Quæst. XXXVIII.*

QVAERITVR De tertio, scilicet an liceat magis confidere in ęgritudine arti medicorū quā Deo, & an peccauerit in hoc Asa. Respondēdum, q confidere magis arti medicorum, quàm Deo potest stare dupliciter: vno modo quòd sit in propria comparatio, & nō præsupponatur positiuum: intelligēdo sic quòd confidatur magis arti medicorum quàm Deo, idest confidatur magis arti medicorum, & non Deo. Alio modo potest accipi comparatiuè propriè, scilicet quòd cōfidat ęgrotus ex parte Dei, & ex parte medici, & tamen magis confidat in medico quā in Deo. Accipiendo primo modo, adhuc potest esse duplex sensus, vno modo, quòd ęger confidat medico: & non confidat Deo, scilicet non aduertendo, nec habendo refugium aliquod ad Deum: & istud potest fieri licitè, vtpote siquis incidat in aliquam leuissimā ægritudinem, in qua nullo modo est periculum, sed faciliter curari potest: & ibi non habeat homo aliquā considerationem de Deo, sciendo quòd potest solo naturæ opere curari talis morbus. Nō.n. præiudicat diuinę maiestati in aliquo, sed solùm nō inuocat eam, quia non se videt in aliqua angustia, in qua ad eam solam recurri debeat. Alio modo potest intelligi, quòd confidat medico, & non Deo, i. quia confidit, quòd arte medicorum possunt ægritudines curari, & à Deo sine opere medicorum non possunt curari, & istud pessimum, & hęreticum est, quia non conceditur potestas Dei tanta, sicut rerum naturaliū: quod omnino est absurdum. Alio modo potest intelligi quòd confidatur magis medico quàm Deo, scilicet putando, quòd licèt Deus possit sanare, tamen quòd nunquam sanabit, quia nunquam sanare volet. Et istud est etiam incōueniens, quia est diffidere bonitati Dei: nam ipse est summè bonus, et bonum est suipsius diffusiuum, ideo confidendum est, quod quidquid nos ab eo petierimus bono animo si nobis expediens est habere illud absque dubio illud consequemur: potissimè cùm ipse dixerit: Quidquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Et nō solum dicit, quòd dabitur nobis, quod petierimus, sed etiam hortatur nos ad petendum, dicens: petite & accipietis, pulsa-

te,

te,& apietur vobis, omni petenti dabitur,& pulsanti aperietur. Si autem accipiatur cōparatio ista propriè, scilicet quòd confidatur magis medico, quàm Deo, potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd confiditur, quòd Deus poterit facere aliquid ad curationem ægritudinis, & poterit medicus aliquid efficere: sed magis poterit efficere medicus opere naturali q̄ Deus: & iste sensus est absurdus, & hæreticꝰ. Alio modo ꝙ cōfiditur magis medico q̄ Deo, idest quòd licèt Deus aliquid efficiat ad curationem ægritudinis, quòd plus efficiet medicus naturaliter quàm Deus supernaturaliter. Primus sensus est falsus, quia licèt Deꝰ non appareat aliquid facere in curatione ægritudinū; ipse plus operatur q̄ natura, & medicamina, & medicus: quia Deus est causa prima in concatenatione causarum naturalium, & omnis causa primaria plus influit in suū effectum, quàm causa secundaria, vt patet prima propositione libri de causis. Si autem accipiatur secundo modo, scilicet quòd medicus plus operetur naturaliter quàm Deus supernaturaliter, potest recipi catholicè, quia in pluribus ęgritudinibus Deus nihil operatur supernaturaliter, sed naturaliter illas curandas relinquit, & tunc est comparatio ęquiuoca, & impropria: cùm non sit ibi positiuus, quia Deus nihil talꝰ modo operatur. Quando Deus tamen supernaturaliter operatur, plus est, quod ipse facit, quā quod facit medicus: imo medicus tunc nihil operatur: ideo periculosum est concedere propositionem istam, scilicet magis confidendum est in ægritudine aliquādo medico quàm Deo. Cùm autem quęritur de Asa, an peccauit confidendo magis medico quàm Deo. Dicendum quòd sic, cùm scriptura eum redarguat. fuit confidentia sua maior in medico quàm in Deo, non quidem ꝙ putaret ꝙ posset eum meliꝰ medicus curare quàm Deus: sed fuit obstinatio quædam, & desperatio: nam sciuit quòd peccauerat contra Deum, & quòd Deus influxerat ei hanc ægritudinem, vt prophe ta sibi prænunciauerat, & putauit quòd Deus nollet eum exaudire, vt curaretur, ideo recurrit ad medicos ponens in eis solis totam spem sanitatis suæ, & sic peccauit sciens, quòd à Deo percussus fuerat, & putans quòd quasi Deo inuito opere medicorum curari posset. I

F est homo, quem non putaremus dum natum, quia omnes homines patiuntur aliqua mala, dum viuunt, & moriuntur in ægritudinibus, vel mortibus violentis, & omnia hæc sunt pænalia, & omnis pœna à Deo est nobis inflicta pro peccato, quia aliàs esset aliquid deordinatum in vniuerso, & sic de omnibus hominibus putaremus quòd morerentur æternaliter, ꝙ est absurdum. Item non est istud cōueniens motiuū, sed potius per oppositum, quia cùm omni peccato debeatur pœna, & per illam emendatur deformitas peccati: cùm alicui infligatur pœna pro peccatis inuita, melior præsumptio est, scilicet ꝙ viuens soluat pœnā debitam peccato, & morienti nihil luendum maneat: ideo verum est, quòd ex hac parte non est causa aliqua dubitandi de statu Asa post mortem nisi pariter de statu omnium hominum dubitetur: sed est aliud propter quod dubitetur, scilicet quia scriptura increpat eum, quòd nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, sed magis medicorum arte confisus est: & sic peccauit in hoc: istud autem peccatum videtur semper mansisse in ægritudine sua, quia nunquam in illa quæsiuit dominum: ergo videtur periisse ęternaliter. Dicendum est, quòd in hoc peccauit, & tamen non constat, an peccatum istud semper manserit, quia licèt nunquam quęsierit dominū ad hoc, quòd sanaretur: tamen fortè in extremo vitæ suæ doluit, quòd non quæsiuit dominum, & remitteretur ei peccatum. Sed adhuc obiicietur, quia aliud peccatum fuit in morte eius, scilicet quia positus fuit in lectulo suo Asa plenus aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte cōfecta, & scriptura increpat eum in hoc, & istud fuit in morte: ideo videtur, quòd in peccato mortuus est. Respondendum quòd de hoc dubium adhuc relinquitur, an in hoc peccatum sit: & tamen dato quòd peccaretur, non fuit peccatum regis Asa, sed eorum, qui eum sepelierunt, & celebrauerunt funeralia eius: ideo in hoc non est redarguendus, nisi forte dicas, quòd ipse viuens dispoſuerit, quòd sic sepeliretur. Ideo dicendum, quòd non apparet, an Asa aliquid habuerit, propter quod perierit æternaliter. G H

*De statu animæ Asa, & populorum.*

*Quæst. XXXIX.*

QVAERITVR vlterius, circa statū animæ Asa, & illorum, quos occidit Deus de populo quando positus est propheta in neruo. Nam dicitur in littera, quòd in tempore illo occidit de populo plurimos. Respondendum quòd secus est de morte Asa, & secus de morte popularium. Ratio huius est, quia populares occisi sunt à Deo, & sic mortui sunt subito vel quasi subito, vt declaratum fuit supra in quadam quæstione. Asa autem non fuit mortuus subito, quia ægritudo fuit sibi inflicta anno triceſimonono regni sui, & durauit vsque ad annum quadrageſimum primum, quando mortuus est: ideo de Asa non est aliqua causa cur dubitemus de statu suo, quia dato, ꝙ peccauerit catenādo prophetā, poterat dolere de peccato illo, quia magno tempore postea vixit, & remitteretur ei: & tamen alia causa mouet quosdam, scilicet, quia à Deo punitus fuit ęgritudine ista, ideo videtur ei exosus, & quòd perierit. Dicendum tamen quòd non stat, sed potius est motiuum istud valde irrationabile. Nam si propter hoc, quòd à Deo punitus est pro peccato, putaremus eum damnatum: non

*De statu animarum popularium.*

*Quæst. XL.*

QVEARITER Nunc circa statum animarum illorum popularium, quos Deus occidit propter incarcerationem prophetæ, quid de illis sentiendum sit, & de istis non est idem dicendum quod de Asa: quia Asa magno tempore vixit, scilicet plusquam duobus annis postquam à Deo percussus est, & tamen isti subito mortui sunt. Respondendum, quòd isti peccauerunt circa incarcerationem prophetæ, & si morerentur in hoc statu, manifestum est, quòd peritent æternaliter, & tamen non constat hoc: sed potius præsumendum est, quòd non perierint, & hoc propter duo. Primò, quia ex hoc, quod eis à Deo inflicta est mors, nō est præsumendum malum de statu eorum post mortem. Nam potius istud proficit ad purgationem criminis. Sic enim patet de Paulo, qui quendam Corinthium peccantem tradidit Satanæ ad interitum carnis, vt saluus esset spiritus eius in die domini. prima Corinth. quinto. Ita ergo isti poterant tradi à Deo nunc morti corporali, vt saluarentur in die domini: potissimè quia ista pœna videbatur sufficiens esse peccato eorum, scilicet quòd fauerent regi in incarceratione prophetæ. Secundò, quia isti habuerunt tempus ad dolendum de peccato: quia licèt



cèt ista mors inflicta popularibus fuerit aliqualiter subita, scilicet quia non fuit ægritudo longa, qualis solet naturaliter euenire, tamen non apparet, quòd fuerit tam subitanea, quòd non habuerint tempꝰ ad dolendum de peccato. Nam fortassis percussio non abstulit eis vitam illico: sed manserunt per vnam diem aut aliquantum tempus, in quo sufficienter poterant dolere. Tertiò quia dato, quòd morerentur subitò, nō poterat esse tam subitò, quin possent dolere de peccato: quia contritio non est aliquis actus durans tempore magno, sed est quasi in instanti, cùm non sit nisi q̄dam motus animæ nostræ ad displicentiam de peccato, & ista est quædam conuersio subita: ideo quantūcumque esset mors subitanea, habebat locū contritio, scilicet quòd possent illam habere. Satis apparet hoc ex quodam exemplo, quod recitat Bernardus in libro speculi virginalis de quodam clerico, qui spiritu libidinis ductꝰ intrauit in dormitorium monialium, dum ipsæ essent in Choro cantando matutinum, & secretè iacuit in lecto illius, quam concupiscebat expectans vt veniente ipsa in lectum post matutinum frueretur optatis amplexibus. Interim clericus prędictus obdormiuit, & dęmon permissione diuina suffocauit eum, sed dum suffocaretur in ipso momentaneo spatio de iniquitate doluit, & mortem æternam non subiit, sicut postea reuelatum est prædictis monialibus pro ipso orantibus. si ergo ille, qui dormiens à dęmone suffocatus est, inter ipsas breuissimè trāseūtes mortis angustias ad dominum conuerti potuit: à fortiori poterit quilibet alius conteri quātuncunque eum subitanea mors occupet: ideo non est vlla mali præsumptio de statu istorum, qui à Deo occisi sunt potiꝰ quā de aliis, qui ex ægritudine sine tali percussione moriuntur. A B C

*An peccatum sit vti aromatibus, & vnguentis meretriciis.*

*Quæst. XLI.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd Asa positus est in lectulo suo plenus aromatibus, & vnguentis meretriciis, quę erant pigmentariorum arte confecta, an peccatum fuit in hoc. Aliquis dicet, quòd peccatum sit talia fieri. Primò quia scriptura ponit ista hic per modum increpationis, sicut omnia alia precedentia, & tamen in aliis manifestum est, quòd peccauerit Asa. Secundò patet, quia ponitur hic quoddam verbum valde reprehensorium, & inhonestum, scilicet quòd positus est plenus vnguentis meretriciis super lectulum suum: & tamen istud verbum inhonestum non poneretur nisi ad increpandum nimis & signandum quòd actus erat inhonestus sicut res meretricię. Respondendum ꝙ apud Iudæos erat consuetudo antiquitus fieri multas cęræmonias in funeralibus regum: & hoc in plangendo, & in vngendo corpora aromatibus, & in cremando multa odoramenta super lectulum cadaueris: & ob hoc fieri ista non erat peccatum, quia iam obtinuerat istud quasi in legem. Et patet etiam hoc, quia si fieri ista in funeribus regum esset peccatum, non auferret Deus alicui in pœnam: & tamen Deus auferebat quibusdam in pœnam istum honorem, scilicet quod non fierent cæremoniæ istæ in funeribus illorum: ergo non erat peccatum istud fieri: quia si peccatum esset ista fieri, potius benefaceret Deus homini auferendo ei potestatem faciendi hæc. Sicut homo se debet reputare fęlicē si Deus ei aufert occasionem peccandi, & tamen in pœnam auferuntur quibusdam re- D E

gibus ista à Deo, vt patet Ieremiæ vigesimo secundo, de Ioacim filio Iosiæ rege Iuda, quòd non plangeret eum: vę frater, & væ fratres non concrepabunt ei, vę domine, & væ inclyte: sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem. Item si esset peccatum fieri cæremonias istas cōbustionis odoramentorum in funeribus regum, non reputaret sacra scriptura aliquē regem infelicem, & inhonoratum, eo quòd non fierent sibi istæ cæremonię: quia potius est fęlicem omni carere vitio, & tamē quosdam reputat infælices & inhonoratos, quia non fuerunt factæ eis istæ cęremoniæ: ideo non est peccatum eas fieri. Patet hoc de Ioram rege Iuda filio Iosaphat inf. 21. scilicet: Languore pariter, & vita caruit, mortuusque est infirmitate pessima, & nō fecit ei populus secundùm morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus suis: ecce quòd inter alias calamitates Ioram enarrat scriptura de eo, quòd non fuerint sibi factæ cæremoniæ cōbustionis: ergo erat pœna quędam non fieri illas. Item si fieri hæc peccatum esset, non prænunciaret Ieremias regi Sedeciꝰ tam quā partem quādam fęlicitatis suę quòd fierēt ei cęremoniæ exequiarum, sicut aliis regibus. Nam sicut non mori gladio prænunciauit ei, vt partem fęlicitatis, ita prenunciauit, quòd fierent ei cęremoniæ combustionis, vt patet Ieremiæ trigesimo tertio. Audi verbum domini Sedecia rex, non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundùm cōbustionem patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te, & viduæ plangent te. Non ergo erat peccatum fieri combustiones istas odoramentorum, & vnguentorum, sed honor. Item non solùm erat hoc in regibus, sed etiam in popularibus, & in viris sanctis. Patet enim de viris sanctis, quia Iacob patriarcha vir sanctus erat, & tamen filii sui vnxerunt eum sic, & planxerunt facientes omnes istas cęremonias. Gene. quinquagesimo. Item nullus potuit sanctus esse, sicut Christus, qui fuit verus Deus: corpus tamen suum vnctum fuit aromatibus. Nam Ioseph de Arimathia ciuitate expendit quasi libras cētum myrrhę, & aloes in vnctione corporis eius, & inuoluit illud in syndone munda. Ioan. decimo octauo, & Matthæ. vigesimo septimo. Item sanctus vir erat Ioseph ab Arimathia, & ipse vnxit corpus domini: si tamen putaret esse indignum, non vnxisset illud, quia magis se sciret offendere Deum quàm colere. Item Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Maria Salome religiosę mulieres erāt, & tamen istæ emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Matt. vigesimo octauo, & Lucę. vigesimo quarto, quod nō fecissent si putarent esse illicitū. Item ista consuetudo erat apud omnes Iudæos, scilicet, quòd sepelirentur in linteis, & vngerentur corpora eorum aromatibus, vt patet Ioan. decimo nono, scilicet: Acceperunt ergo Iesum & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos erat Iudæis sepelire. Dicendum ergo, quòd vngi corpus Asa aromatibus, & cremari odoramenta super lectulum eius nō erat peccatum: sed in his excessus immoderatus peccatum est: quia dato quòd aliquid sit bonum, & pulchrum naturaliter, excessus in illo erit peccatum, sicut probat Aristot. septimo Ethicorum. Nam amor parentum ad filios est de bonis, & pulchris naturaliter: & tamen Niobe peccauit nimis in superabundanti amore filiorum suorum, quia propter eos contempsit Deos, & blasphemauit eos. Item amor filiorum ad parentes de bonis, & pulchris est naturaliter, et tamen Saphyrus dictus Philophater ab Amore patris, tantum diligebat patrem suum, quòd videbatur desipere, vt patet ibidem. Ita ergo in istis exequiis regū

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca



erat peccatum fieri combustiones istas odoramentorum, & tamen potest peccatum esse in duobus: vno modo si fiant nimis accuratè siue curiosè, quia nimia diligentia circa ista reprobata est. Secundò potest peccari per excessum: si circa ista multo maiora expendantur quàm decet, vel consuetum est: ista duo peccata vel errores fuerunt in exequiis regis Asa. Primum, scilicet curiositas patet, inquantum dicitur, posuerunt eum super lectulum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis: quia id quod est honestum, non est curiosum. Quod autem meretricium est curiosum est, nam meretrices sunt curiosæ qualiter prouocent viros ad lasciuiam, & luxuriã, vt patet Prouerb. septimo, de illa, quæ dixit iuueni, intexui funibus lectum meum, & straui tapetibus pictis ex Aegypto aspersi cubile meũ myrrha, & aloe, & cinnamomo. Secundum, scilicet excessus tangitur cùm dicitur in litera, & combusserunt super eũ ambitionẽ nimiã, scilicet magnum apparatum odoramentorum. Ad argumenta in contrarium dicendum, quòd illa non militant generaliter, sed solùm contra Asa, quia ibi fuit curiositas, & superabundantia, si autem teneatur modus in his non erit peccatum fieri tales cæremonias combustionum, sed iam istę abierunt in dissuetudinem: potissimè apud regiones nostras, & conuicinos.

## CAPITVLVM XVII.

REGNAVIT autem Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. Constituitque militum numeros in cũctis vrbibus Iudæ, quæ erant vallatæ muris. Præsidiaque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater eius. Et fuit Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris sui primis: & nõ sperauit in Baalim, sed in Deo patris sui: & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Confirmauitque Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Iosaphat: factęque sunt ei infinitæ diuitiæ: & multa gloria. Cunque sumpsisset cor eius audaciam propter vias domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.

*Regnauit.* In præcedentibus dicto de regno regis Asa, hic agitur de regno filij sui Iosaphat, qui fuit valde bonus rex. Et diuiditur in quatuor, secundum quòd historia eius regni continetur in 4. cap. scilicet vsque ad vigesimũprimum. Nam primò ponitur eius vita prospera. Secundò eius societas peruersa, scilicet quòd societatem habuit cum Achab rege Israel pessimo idolatra. sequenti capitu. Tertiò correptio prompta. infra decimo nono. Quartò victoria magna. infra vigesimo cap. Prima diuiditur in quatuor, secundùm quòd Iosaphat egit quatuor. Primò Deum coluit, secundò populum instruxit ibi. *Tertio autem anno.* Tertiò hostes subiecit, ibi. *Itaque factus est timor.* Quartò ciues muniuit, ibi. *Creuit ergo Iosaphat.*

*An ista habeant continuationem, & immediationem.*
*Quæst. XXX.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic, fuerint facta post præcedentia ordine continuato: & an fuerint facta post illa immediatè, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd hic est ordo continuus, quia præcedenti capitu. agebatur de regno Asa, hic agitur de regno Iosaphat, sed fuit Iosaphat filius Asa, vt patet hic: ideo necesse est, quòd prius regnauit Asa quàm Iosaphat, & consequenter erit hic ordo continuus. Ad secundum dicendum, quòd ista, quę habentur hic fuerunt facta immediatè post præcedentia: nam postquam cæperunt regnare reges in Iuda, & Israel, nunquam fuit populus sine rege, sed mox, vt moriebatur vnus subrogabatur alius: & sic mox vt Asa mortuus est factus est Iosaphat rex, & quia præcedenti capit. agitur de regno Asa, & hic de regno Iosaphat: necesse est, quòd fuerint ista immediatè post illa. Circa primum dicitur. *Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo.* Scilicet, non habebat fortè Asa alium filiũ, nisi Iosaphat, iõ regnauit pro patre suo Asa: quia ei competebat iure hæreditario. Nam non legimus habuisse Asa alios filios, vel dato quòd haberet alios filios Asa, esset Iosaphat primogenitus: & sic etiam competeret ei ius regnandi, quia in terra Iuda iam succedebãt primogeniti in regno sicut inter alias gentes: & hoc colligitur, infra vigesimo primo, cùm dicitur, quòd Iosaphat habuit filios multos, & dedit eis multa munera, aurum, & argentum: regnum autem dedit Ioram, eo quòd esset primogenitus. *Et inualuit contra Israel.* Scilicet, non fuit subiectus regno Israel, nec potuerunt contra eum Israelitæ in aliquo: sed ipse præualuit contra illos. Hoc autem dicitur ad differentiam Asa patris sui. Nam ille non habuit confidentiam in Deo suo, sed inuocauit regem Syriæ in adiutorium: ideo fecit Deus, quòd insurgerent bella contra ipsum. Et fuit rationabile istud poni hic. Nam Asa fuerat in principio regni sui prosperatus valde in omnibus operibus suis: quia confisus fuerat in domino, & fugauit atque fudit exercitum Aethiopum, qui erant decies centena millia. supra decimo quarto. Postea verò cùm surrexisset contra eum Baasa rex Israel, & muro circundaret vrbem Rama, non ausus pugnare contra ipsum dedit totum aureum, & argentum, quod erat in thesauris domus domini, & in thesauris regis regi Syriæ, vt pugnaret contra Baasa regem Israel, & cogeret eum recedere de vrbe Rama. Et sic factum est præcedenti capitul. propter hoc Deus indignatus denunciauit ei per prophetam, quòd bella consurgerent in præsenti tempore contra ipsum, & illa fuerunt bella Israelitarum, qui aliqualiter oppresserunt vros Iuda, vt probatum est ibidem. Nunc autem cùm scriptura dictura sit de rege Iosaphat, qui fuit valde inclytus inter reges Iuda, declarat quòd tempore suo non fuerunt Iudæi in aliquo oppressi ab Israelitis,



Israelitis, sicut fuerat circa finem vitæ Asa patris eius: sed Iosaphat inualuit contra Israel. Quis autem fuerit rex in Israel cuius tempore regnauit Iosaphat in Iuda, & quæ bella habuit Iosaphat contra Israelitas, in quibus posset inualescere contra illos, declarabitur infra in quadam quæstione. *Constituitque militum numeros in cunctis vrbibus Iuda.* Timebat bella, quia tempore patris sui fuerant inchoata bella inter regem Israel, & ipsum: ideo nunc Iosaphat muniuit regnum suum contra hostes, & potissimè contra israelitas, & posuit numeros militum, scilicet in qualibet vrbe posuit certum numerum militum, qui continuè manerent ibi, & essent parati in armis ad defensionem regionis, vt si subito insurgerent hostes essent accincti armis, qui eis resisterent: & si alij, qui erant in vrbibus securi possent vacare agriculturæ non timentes insultum hostium, quia gens armorum, quæ in vrbe erat defendebat totam regionem in circuitu. Istud etiam fecerat primo Roboam filius Salomonis proauus istius, qui mox vt diuisum est regnum in duas partes, scilicet in regnum Iuda, & Israel, muniuit vrbes non bene munitas, & constituit certum numerum militum in qualibet vrbe: etiam armamentaria scutorum, & lancearum constituit in singulis, & horrea etiam ciborum dedit in eis, vt esset prouisio pro viris bellatoribꝰ: hoc totum patet supra vndecimo ita nunc fecit Iosaphat. *Quæ erant vallatæ muris.* Aliquæ vrbes erant muratæ, & aliæ non: in vrbibus non muratis non constituebãtur milites, quia superfluum erat, cùm non possent tales vrbes sustinere aliquos impetus hostiles, & ponere ibi milites erat constituere bellum campale, quod non conueniebat: sed qui in talibus locis morabãtur quando adueniebant tempora bellorum fugiebant ad loca murata: & ibi tuebantur se & sua. *Præsidiaque disposuit in terra Iuda.* i. posuit defensiones in tota terra Iuda. Accipitur hic terra Iuda p regno Iuda, et nõ p sorte Iudæ: quia nõ solũ posuit præsidia in terra sortis Iudæ, sed etiam in sorte Beniamin, cũ traque terra pertineret ad regnum suum: & patet quia distinguitur hic terra Iuda contra vrbes terræ Ephraim, quas ceperat Asa, & pertinebant nunc ad dominium regis Iosaphat: & tamen si non acciperetur hic terra Iuda pro terra Iuda & Beniamin: non condiuideretur terra Iuda contra vrbes de terra Ephraim: sed potius contra terram Beniamin, cùm essent tam necessaria præsidia in terra Beniamin, sicut in terra Iuda: imò magis, quia terra Beniamin erat coniuncta regno Israel ex latere Aquilonari, & terra Iuda non. Et sic necesse est, quòd accipiatur terra Iuda pro toto regno Iuda. *Et in ciuitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater eius.* Etiam in ciuitatibus istis posuit præsidia, ideſt defensionem contra Israelitas, scilicet viros armatos, & omnem alium apparatum bellicum. Erat autem magis necessarius ibi talis apparatus quàm in aliis vrbibus regni Iuda propter quatuor. Primò, quia istę vrbes erãt magis coniunctæ terræ Israel, quàm alię vrbes, cùm fuerint aliquando de regno suo: & sic erat maior opportunitas pugnandi contra eas quàm contra alias. Secundò, quia in ciuitatibus istis morabantur viri de regno Israel, qui fuerant prius sub regibus Israel, & fortassis vellent nunc redire ad pristinum dominum, & traderent seipsos, & vrbes regibus Israel: & vt hoc non possent facere, qui erant in vrbe, oportebat poni ibi magna præsidia de viris Iuda, vt non haberent ciues facultatem ad hoc. Tertiò, quia maiora bella fierent contra istas vrbes quàm contra alias, quæ semper fuerant de regno Iuda, quia desiderabilius est recuperare perdita quàm acquirere noua: & quia reges Israel perdiderant vrbes prædictas pugnante contra eos Asa rege Iuda: potius desiderarent Israelitæ recuperare res illas quàm acquirere de nouo alias vrbes, quę semper fuerant de regno Iuda, & ob hoc maiora bella instruerent contra vrbes illas quã contra alias: ideo erant necessaria ibi maiora præsidia. Quartò, quia viri Iuda poterant timere ibi duplex bellum, scilicet bellum hostile, & bellum ciuile: tunc venientibus Israelitis cõtra istas vrbes, fortè Israelitæ, qui morabantur in istis vrbibus pugnarent contra Iudæos qui intus erant: vt traderent vrbes in manus Israelitarum, & esset etiam bellum hostile foris, & ad defensionem ab vtroque bello, oportebat ibi esse magna præsidia, maiora quidem quàm in vrbibus Iuda, & Beniamin. De istis vrbibus Ephraim, quę vrbes erant, & quomodo acquisierat eas Asa pater Iosaphat, declarabitur infra in quadam quæstione. *Et fuit dominus cum Iosaphat.* Scilicet, adiuuando eum in omnibus, quę incipiebat. Sicut manifeste apparet in bello illo, de quo habetur infra vigesimo. *Qui ambulauit in vijs Dauid patris sui.* Scilicet, secutus est viam eius. Ponitur Dauid tanquam exemplum bonorum operum, quia non fuerat ante hoc aliquis rex tam acceptus Deo, ita vt dominus diceret de eo, inueni virum iuxta cor meum. primo Regum decimo tertio: quod de nullo alio vnquam legitur dixisse: vocatur Dauid pater suus, ideſt proauus, vel prædecessor, quia omnes maiores vocantur patres, & cùm esset Iosaphat de progenie Dauid vocatur filius eius: vel accipitur hic pater spiritualiter per imitationem, scilicet quòd ille quem quis imitatur in operando vocatur pater eius, & quia Iosaphat secutus est vias Dauid, vt hic dicitur, vocatur filius eius, sed magis accipiendum est primo modo, vt sit pater secundùm progeniem carnalem. Quod autem ambulauerit in viis eius fuit, quia deuitauit idola sicut Dauid, sed de hoc magis infra declarabitur in quadam quęstione. *Primis.* Non dicitur in viis Dauid absolutè: sed in viis Dauid primis, quia viæ Dauid primę fuerunt bonę, & vię secundæ fuerunt malæ: & Iosaphat secutus est Dauid in bonis, & non in malis: sed quæ sint viæ primæ Dauid, & quæ secundę, vel vltimæ declarabitur infra in quadam quęstione. *Et non sperauit in Baalim.* Scilicet, in idolis: quia idola vocantur Baalim. Nam Baal accipitur vno modo pro nomine cuiusdam idoli specialiter, quod valde coluit rex Achab rex Israel, & maximè Iezabel vxor sua, & constituit ei quadringentos, & quinquaginta prophetas, qui comedebant panem de mensa Iezabel, tertio Regum decimo octauo, & inualuit tantum cultus istius idoli tempore Achab, quòd ferè nullum aliud idolum colebatur in toto Israel, & ob hoc Israel diuisus erat in duas partes, quasi in duos Deos, scilicet quibusdam colentibus Deum Israel, & aliis colentibus Baal. Et ob hoc congregato toto Israel in monte Carmelo coram rege, dixit Elias: Quousque claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal sequimini illum. tertio Regum decimo octauo. Etiam dubitatum est de vera deitate Baal, & facta est comparatio inter Deum Israel, et Baal, vt inquireretur quis eorum erat verus Deus: quod nunquam factum est de aliquo alio idolo: ex quo apparet, quòd maiorem fauorem habuit inter omnia idola Baal quàm quęlibet alia. Alio modo accipitur generaliter pro quocunque idolo, & tunc habet plurale, scilicet Baalim, & ita videtur esse hic cum dicatur, quòd Iosaphat non sperauit in Baalim, ideſt in idolis: & hoc ponitur ad signandum, quòd fuit vir valde deicola: vt infra declarabitur in quadam quęstione. *Sed in Deo patris sui.*

Scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca



Scilicet, confisus est in Deo patris tui, ideſt in Deo Iſrael, qui erat Deus patris ſui. Et accipitur pater ſuus pro Dauid ſicut ſupra dixit, ſcilicet, qui ambulauit in viis Dauid patris ſui. Nam Deus Iſrael fuit Deus Dauid, quia ipſe illum ſpecialiter coluit. Nullus enim legitur inter patres veteris teſtamenti, qui pro cultu tanta fecerit, nec ad illum tam affectus fuerit: ſicut declarabitur infra in quadam quæſtione: vel vocatur Deus patris ſui, ideſt Aſa. Nam etiam verum eſt, quòd Deus Iſrael fuit Deus Aſa, quia Aſa coluit Deum Iſrael ſemper, nec declinauit vnquam ad idola, quod in raris regibus Iuda repertum eſt. Nam licèt Aſa peccauerit, quia non habuit plenam confidentiam in Domino, tamen circa cultum eius nunquam peccauit, introducendo ſcilicet alios deos: quod patet ſupra decimoquinto, ſcilicet attamen cor Aſa perfectum erat cum domino cunctis diebus eius: & ſic de vtroque patre intelligi poteſt: ſed melius intelligitur de Dauid propter duo: Primò, quia de eo immediatè ſupra in litera fuerat facta mentio, & vocatus fuerat pater Ioſaphat, ideo de eo rationabilius eſt, quod contineturiſtud nomen quàm de aliquo alio. Secundò, quia magis conuenit cultus Dei excellens Dauid quàm regi Aſa, quia ſolet Dauid induci tanquam bonorum operum exemplar: quod non fit de aliquo alio rege. *Et perrexit in præceptis illius*. Scilicet, in præceptis Dei patris tui. Iſtud fuit cuſtodiendo legem Moyſi, in qua continebantur omnia præcepta à Deo data. *Et non iuxta præcepta Iſrael*. Ideſt non ambulauit in præceptis regni Iſrael, quia illa erant mala, ſcilicet de colendo idola, de quo magis declarabitur infra in quadam quæſtione. *Confirmauitque dominus regnum in manu eius*. Scilicet fecit, quòd maneret firmum regnum Iuda in manu Ioſaphat, & quòd nullus ei in hoc aduerſaretur. Regnum confirmatur quando quis non habebat regnum ſecurè, et poſtea incipit illud habere ſecurè. Sicut quando nouiter efficitur aliquis rex, nondum confirmatum eſt regnum in manu eius, quouſque omnes de regno ei obediant, & dentur ei omnia fortalitia: & de manu eius recipiantur: & demum voluntates omnium de regno concordent cum bonitate regis. Iſtud eſt confirmari regnum in manu alicuius quantum ad ſuos regniculas: confirmatur autem quantum ad hoſtes: quando rex nouus ponit apparatus bellicos in omnibus locis ſuis: ita vt non ſit locus hoſtibus nocendi terræ ſuæ. Omnia hæc fecerat Ioſaphat. Nam omnes de regno ſuſceperant eum in regem, & omnia fortalitia manui eius tradita ſunt, & de manu eius ſuſcepta: & data quibus ipſe voluit. Quod patet, cum ipſe poſuerit numeros militum in omnibus vrbibus muratis tam in regno Iuda, quàm in ciuitatibus Ephraim, quas pater ſuus Aſa acceperat: & tamen non poterat ponere milites in ſingulis vrbibus, niſi vrbes eſſent ad mandatum eius. Etiam maior adhuc firmitatis pars erat, quia omnes viri Iuda diligebant eum, & intantum diligebant eum, quòd obtulerunt ei omnes munera magna, & factæ ſunt ei diuitiæ multæ. Confirmatum eſt etiam regnum contra hoſtes, quia in ſingulis vrbibus regni ſui poſuit Ioſaphat numeros militum, vt defenderent regionem, & dicitur, quòd dominus confirmauit regnum in manu eius, quia ipſe fecit multum in hoc: quid autem fecerit declarabitur infra in quadam quæſtione. *Et dedit omnis Iudamunera Ioſaphat*. Scilicet, omnes viri potentes dederunt munera magna Ioſaphat, quem in regem nòuum accipiebāt: vel omnes de regno collegerunt inter ſe velut quoddam tributum regni Ioſaphat. *Factæque ſunt ei infinitæ diuitiæ*. Scilicet, munera erant magna, quæ oblata ſunt regi Ioſaphat à toto regno, & ex illis collectis in vnum factæ ſunt diuitiæ eius infinitæ, ideſt valde multæ. Eſt enim modus iſte loquendi ſcripturæ, loquens ſecundùm conſuetudinem vulgarem. Nam ſecundùm veritatem nihil eſt infinitum in rebus creatis, ſed quod multum eſt in numero, vocatur infinitum: & quod magnum eſt mole, vocatur etiam infinitum: ſic etiam accipitur ſupra decimo quarto, ſcilicet quod tulerunt Iſraelitæ pecorum infinitam multitudinem, ideſt magnam multitudinem. Sic etiam Numeri trigeſimoſecundo dicitur, quòd filij Gad, & Ruben habebant in iumentis infinitam ſubſtantiam. *Et multa gloria*. Ideſt magna fama, ideſt magnus honor propriè gloria pertinet ad nominis dilatationem ſiue famam, & vocatur gloria alicuius clara cognitio, & extenſio nominis eius cum laude, ſcilicet quando quis à multis cognoſcitur, & ab omnibus laudatur. Alio modo accipitur gloria pro honore conſurgente ex apparatu magno, ſcilicet ex magno apparatu veſtium, vel apparatu comitantium, vel apparatu domeſtico: aut quocunque alio apparatu regali oſtendente in eis maieſtatem: ſic accipitur Matthæ. ſexto, ex verbis Chriſti, cùm ait: Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, & non laborant: dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua indutus eſt ſicut vnum ex iſtis, ideſt Salomon cum toto ſuo apparatu veſtium, quæ vocatur gloria eius non eſt ita bene indutus ſicut vnum lilium: poteſt accipi hic gloria vtroque modo. De primo modo manifeſtum eſt: nam gloria, ideſt dilatatio nominis Ioſaphat facta eſt: quia Ioſaphat ſubiecit ſibi omnes gentes, quæ erant per circuitum terræ Iuda, ideſt Philiſthinos, Arabes, & alios: & offerebant iſti ei munera, & generaliter gentes nullæ audebant pugnare contra Ioſaphat conſiderata poteſtate eius, vt patet infra in litera. Erat ergo nomen ſuum diuulgatum per omnes iſtas gentes, & ſic erat gloriosum. De ſecundo modo patet, quia cùm omnis Iuda obtuliſſet munera magna Ioſaphat, & fierent ei diuitiæ infinitæ habebat magnum apparatum tam in veſtibus quàm in omnibus ſuppellectilibus, & domeſticis rebus: potiſſimè, quia reges terræ qui in circuitu erant, offerebant ei munera, & tributa præſtabant, vt patet in litera. *Cumque ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini*. Scilicet, Ioſaphat ambulabat in viis Domini, quia nunquam coluit idola, & Deus confortabat eum. Dabatque ei audaciam ad aggrediendum magna, & ſic agreſſus eſt iſtud magnum, quod ponitur hic. *Etiam excelſa, & lucos de Iuda abſtulit*. Scilicet, non ſolùm coluit dominum, ſed etiam abſtulit de terra omnia impedimenta cultus diuini. Erat autem impedimentum idolatria, quæ fiebat ſacrificando idolis, & offerendo eis thura, & fiebat iſta idolatria in altaribus multis, quæ erant ad hoc inſtituta, & in lucis. Eſt lucus congregatio arborum denſarum reddens vmbroſitatem: & in talibus locis conſtituebant idolatræ aras, & hoc maxime propter ſacrificia Priapi: quia in ſacrificiis illis fiebant turpia, ſcilicet conſumatis ſacrificiis vacabant libidini. Et quia non poterat honeſtè coitus fieri in patenti, propter



propter humanam verecundiam eligebantur loca obſcura, ſcilicet ſubterranea, ſicut ſpecus, quę erat tempore regis Aſa, vbi mater eius Maacha conſecrauerat ſculptile. tertio Regum decimo quinto. vel loca vmbroſa, & ſic erat lucus: vnde habebant Iſraelitę lucos multos ad cultum idolorum: omnia hęc, ſcilicet altaria, & lucos abſtulit Ioſaphat: vt non eſſet aliquod offendiculum, nec occaſio colendi idola. De iſtis excelſis, & lucis ablatis per Ioſaphat, quę erant, declarabitur infra in quadam quęſtione.

*Cum quo rege inualuit Ioſaphat.*

*Quæſt. II.*

QVAERITVR, Cùm ſupra dicatur, quòd Ioſaphat inualuit contra Iſrael: quis fuit rex contemporaneus ſuus in regno Iſrael, contra quem poſſet inualeſcere. Aliquis dicet, quòd ille fuit Baaſa: nam Baaſa inſurrexit contra Aſa patrem Ioſaphat, volendo circundare muris vrbem Rama, & non auſus eſt exire ei obuiam Aſa, ſed inuocauit in auxilium ſuū regem Syriæ dando ei munera magna, & quia confiſus eſt nunc Aſa in rege Syriæ, & non in Deo Iſrael: fecit Deus, quòd inſurgerent bella contra ipſum, & illa bella fecit Baaſa rex Iſrael, vt probatum eſt præcedenti capitulo. In illis bellis paſſi ſunt mala multa Iudæi inualeſcentibus contra eos Iſraelitis. Nunc autem tempore Ioſaphat è contrario inualuerunt Iudæi contra Iſraelitas, & ſic videtur, quòd Ioſaphat fuerit tempore Baaſa, & pugnauerit contra illum ſubiecerit-que illum verſa vice, ſicut illę preſſerat Aſa patrem ſuum, & Iudęos. Dicendum tamen, quòd hoc falſum eſt, quia Ioſaphat non potuit regnare viuente Baaſa rege Iſrael, ſed multo tempore ante mortuus fuit ille. Et patet hoc, quia mortuus eſt Baaſa tempore Aſa regis Iuda, ſcilicet, anno vigeſimo ſexto regni eius: vt colligitur. 3. Regum decimo quinto, & decimo ſexto. Poſtea autem regnante Aſa in Iuda regnauerunt ſucceſſiuè multi reges in Iſrael, ſcilicet, Hela filius Baaſa, & Zamri, & deinde Amri, poſtea Achab. Nam anno trigeſimo regni Aſa cepit regnare Achab ſuper Iſrael, vt patet 3. Regum decimo ſeſto. Ideo dicendum, quòd Ioſaphat cepit regna in Iuda, dum regnaret in Iſrael Achab rex, ſcilicet anno quarto regni eius: vt patet 3. Regum vigeſimo ſecundo capitu. regnauit autem Ioſaphat in Iuda tempore trium regū Iſrael, ſcilicet Achab, Ochoziæ, & Ioram. Nam regnauit Achab viginti duobus annis in Iſrael. 3. Regum decimo ſexto: ſed iam erat quartus annus regni eius, quando cepit regnare Ioſaphat. 3. Regum vigeſimo ſecundo. Ideo eſſet annus decimuſoctauus, vel quaſi regni Ioſaphat, quando moreretur Achab: regnauit autem Ioſaphat viginti quinque annis: eodem capitu. ideo remanebant ſeptem anni adhuc de regno ſuo, quando mortuus eſt Achab: poſt Achab regnauit Ochozias filius eius, qui fuit malus, & mortuus eſt cadens per cancelos cęnaculi ſui, & regnauit ſolùm annis duobus. 3. Regum vigeſimo ſecundo, & quarto Regum primo. Poſt hunc regnauit Ioram filius eius: & tempore huius regnauit Ioſaphat annis quinque, & mortuus eſt: quia totidem manebant de regno ſuo quando cepit regnare Ioram in Iſrael. Patet etiam aliter, quòd fuerit Ioſaphat coętaneus omnibus regibus iſtis tribus. Patet de primo, ſcilicet de Achab, quia fuit cum eo in bello contra Syros in Ramoth Galaad ſequenti capitulo, & 3. Regum vigeſimo ſecundo. De Ochozia patet, quia Ioſaphat, & Ochozias faciebant ſimul claſſem in Aſiongaber, vt mitterent in Ophir pro auro, & propter iniquam ſocietatem, quam habebat Ioſaphat, confractæ ſunt naues illius in Aſiongaber in portu: nec potuerunt ire in Ophir. infra vigeſimo, & 3. Regum vigeſimo ſecundo capitulo. De Ioram patet: quia quando rex Moab mortuo Achab præuaricatus eſt contra Iſrael: congregauit Ioram rex Iſrael exercitum contra Moabitas, & tunc iuit cum eo Ioſaphat rex Iuda, & rex Edom. quarto Regum tertio.

*Quæ bella habuit Ioſaphat contra Iſraelitas, & quomodo præualuit. Quæſt. III.*

QVAERITVR vlterius, quæ bella habuit Ioſaphat contra Iſraelitas, & quomodo potuit prævalere contra Iſrael. Dicendum, quòd non apparent aliqua bella, quæ fecerit contra Iſraelitas. Dicet tamen aliquis, & ſic communiter dicitur, quòd cùm inualuerit Ioſaphat contra Iſrael, quòd neceſſe eſt, quòd aliqua bella fecerit contra Iſrael, & non eſt ſufficiens argumentum, ſcilicet, quòd non ponuntur aliqua bella in litera ſacræ ſcripturæ, ideo, quòd nulla fecerit: quia multa fuerunt facta, quæ non ponuntur in ſacra ſcriptura: potiſſimè cùm colligatur hic, quòd aliqua bella fuerunt inter Ioſaphat, & Iſrael, in quibus Ioſaphat inualeſcere potuerit. Dicunt ergo aliqui, quòd iſta bella fuerunt tempore Achab, & contra Achab: quia ille fuit primus rex Iſrael, cuius tempore regnauit Ioſaphat rex in Iuda, vt patet tertio Regum vigeſimo ſecundo, ſcilicet, quia quarto anno regni eius cepit regnare, ſed videtur, quòd tempore huius non fuerint bella inter Ioſaphat, & Iſrael: quin potius cōiuncti fuerāt amicitia Ioſaphat, & Achab: quia accepit Ioſaphat filiam Achab in vxorem filio ſuo Ioram: vnde dicitur ei affinitate coniunctus ſequenti capitulo, & non ſolùm fuit affinitas inter eos, ſed etiam fuit exhibitio operum amicitiæ: quia quando Achab iuit in bellum cōtra Syros in Ramoth Galaad, iuit cum eo Ioſaphat rex Iuda, & fuit ibi in periculo ſequenti capitu. Etiam erat communicatio magna inter iſtos duos reges, ita quòd interdum ibat vnus eorum in regnum alterius, & alius in regnum alterius, vt conganderent in communicatione. Sic patet de Ioſaphat, qui deſcendit ad viſitandum Achab, & erat cùm eo in Samaria, amboque ſedebant in porta Samariæ in ſolijs ſuis regalibus induti cultu regio, vt patet ſequenti capitulo, & 3. Regum vigeſimo ſecundo. Item tanta erat amicitia inter eos, quòd ea, quæ erant vnius erant totaliter alterī⁹. Sicut patet ex verbis eorum ſubſecutis operibus: nam quando Achab vellet ire ad pugnandum in Ramoth Galaad, rogauit Ioſaphat, vel potius queſiuit ab eo, an vellet venire cum ipſo in Ramoth Galaad, & dixit Ioſaphat: Sicut ego ſum, ita & tu: populꝰ meus, & populus tuus vnum ſunt: equites mei, equites tui: ſequenti capitulo, & tertio Regum vigeſimo ſecundo. Et ſic factum eſt, quia cum eo iuit in bellum. Non ergo erat veriſimile, quòd inter Ioſaphat & Achab eſſent vlla bella, cùm eſſent amicitię tam ſolidę inter eos: dicet ergo aliquis, quòd non fuerunt bella inter Ioſaphat & Achab: fuerunt tamen inter Ioſaphat & poſteros Achab. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia Ioſaphat non regnauit niſi tempore duorum regum poſt Achab regem Iſrael: ſ. tempore Ochozię, & Ioram fratris eius, & ambo erant filij Achab. Non erat autem veriſimile, quòd contra iſtos faceret bella: quia ſoror eorum Athalia erat vxor filij ſui Ioram. Iſta tamen non eſt ſolida ratio: quia interdum inter affines ſunt bella: ideo patet aliter, & firmius, ſcilicet, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



quia cùm vtroque istorum habuit concordiam magnam Iosaphat, & amicitiam. De Ochozia patet, quia Iosaphat, & Ochozias fecerunt classem in Asiongaber, vt mitterent pro auro in Tharsis, & propter illam concordiam fractæ sunt naues Iosaphat, & tanta fuit amicitia & concordia Iosaphat cum istis tribus regibus Israel, quòd reputatum est ei in peccatum. Et patet primò, quando Iosaphat auxiliatus est Achab in bello: nam venit ad eum propheta, dicens: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt dominum amicitia iungeris, & iccirco iram quidem domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. infra decimo nono. sed post hoc non obstante isto habuit Iosaphat amicitiam magnam cum Ochozia filio Achab rege Israel, & particeps fuit cum eo ad mittendum naues in Ophir, siue in Tharsis, & propter amicitiam illã dominus confregit naues in Asiongaber, nec potuerunt ire in Tharsis: infra vigesimo, & tertio Regum vigesimo secundo. Non ergo est verisimile, quod haberet bella aliqua Iosaphat contra Ochoziam regem Israel. De Ioran fratre eius, qui fuit tertius rex, etiam patet, ꝙ habuerit cum eo amicitias magnas: nam exposuit se pro eo morti, sicut pro patre suo Asa. Nam in adiutorium eius iuit contra regem Moab ad bellum, & fuit in periculo mortis ipse, & suus exercitus propter defectum aquarum. quarto Regum tertio, nisi consuluissent dominum per Elisæum, qui dedit modũ ad habendum aquam, vt patet ibidem. Non ergo videtur, quòd bella aliqua habuerit Iosaphat cum regibus istis. Nam non solùm habuit aliquando amicitias cum eis, sed etiam fuerunt amicitię semper manentes à patre in filios. Ideo dici potest vno de duobus modis: vno modo, quòd Iosaphat inualuit contra Israel in aliquibus bellis, quæ habuit contra regem Achab. Alio modo, quòd inualuit contra Israel: non quidem premendo Israelitas, sed faciendo, quòd non possent Israelitæ contra eum prævalere. De primo patet: nam non est putandum, quòd Iosaphat habuerit aliqua bella cum Achab, & posteris suis postquam semel affinitate iunctus est eis, & contraxit amicitias cum illis, quia amicitiæ manserunt semper illæsæ: sed potuerunt esse bella in principio regni Iosaphat, antequam contraherentur amicitiæ suæ, & in illis bellis prævaleret Iosaphat contra Israel, & inde esset exordium ad componendum amicitias, & inducendum affinitatem. De secundo modo patet, quia Iosaphat confortatus est in regno, & fuit tam potens, quòd inualuit contra Israel, non quidem superando eum in aliquibus bellis, sed quia taliter se habebat, quòd posset superare Israelitas si congrederentur. Et dicendum, quòd iste modus secundus est verisimilior, & tenendus est: quia non est verisimile, quòd bella aliqua fuerint inter Achab, & Iosaphat: nam aliqua scriptura faceret mentionem de illis saltem in generali, & tamen nec in libro isto, nec in tertio Regum, vbi ponitur ista historia non fit mentio, quod aliqua bella fuerint inter Iosaphat & Achab. Quod autem inualuerit secundo modo est verisimile, quia tempore Asa patris Iosaphat Iudæi erant aliqualiter oppressi ab Israelitis: quia ex eo, quòd peccauerat non confidendo in domino, sed in rege Syriæ prænunciauit ei Deus, ꝙ insurgerent bella contra ipsum, & in illis bellis erat inferior viribus, & affligebatur ipse, & viri sui: eo quòd in pœnam data erant, & tamen si ipse obtineret in eis, non esset pœna, sed gloria. Durauit autem hoc toto tempore Asa: quia semper ille mansit in hac diffidentia: nam etiam in ęgritudine, de qua mortuus est, non quęsiuit dominum, sed medicorum arte confisus est: vt patet præcedenti capitulo. Tempore autem Iosaphat filij eius non continuatum fuit sic, scilicet, ꝙ Israelitæ premerent Iudæos, sed tantum confortatus est Iosaphat, quòd timuerunt Israelitæ molestare Iudæos, in quo aliquo modo se minores viribus cognoscebant, & sic inualuit Iosaphat contra Israel. Et hoc etiam patet: quia dicitur, quòd fuit dominus cum Iosaphat, & tamen quando Deus est cum aliquo, nullus prævalet contra eum, sed ipse contra omnes: ideo prævalebat Iosaphat contra Israelitas. Item patet, quia dicitur, quòd confirmauit dominus regnum eius. Si ergo dominus confirmauerat, non poterant hostes infirmare vexando illum, & subditos. Item patet magis, quia Iosaphat subiecerat sibi gentes multas bello, & aliæ conuicinæ videntes vires Iosaphat, non audebant pugnare contra eum, & sic cùm subiecit Iosaphat eas sibi in tributũ, & etiam Arabes, videns hoc Achab rex Israel, qui tunc erat, timuit pugnare contra eum: & sic inualebat contra Israel. Item adhuc magis patet, quia Deus incussit specialem timorem omnibus habitatoribus terræ, vt nullus auderet pugnare contra Iosaphat, & sic Israelitæ, qui solebant opprimere Iudæos, non ausi fuerunt deinceps pugnare. Sic patet infra in litera, cùm dicitur: itaque factus est timor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat: & isto modo dicendum est, quòd inualuit Iosaphat contra Israel.

*Quæ vrbes essent illæ de terra Ephraim.*

*Quæst. IIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd posuit Iosaphat præsidia in vrbibus Ephraim, quas cæperat pater suus Asa, quæ vrbes erant istæ de terra Ephraim. Dicendum, quòd Iosaphat habebat vrbes, quæ fuerant de tribu Ephraim, quas ceperant sui prædecessores. Nam habuerunt contra Israelitas aliquando bellum, & quia Deus cõfortabat eos, ceperunt aliquas vrbes de terra Israel, & non fuit aliqua tribu, de cuius ciuitatibus facilius capere possent, quàm de ciuitatibus Ephraim. Et ratio est, quia nulla tribus Israel habebat sortem suam magis coniunctam terræ Iuda, quàm tribus Ephraim. Nam sors sua, & sors Ephraim coniunctæ erant in lateribus nulla sorte intermedia: vt patet Iosue 18. Quia ibi ponuntur in latere sortis Beniamin aliquæ vrbes, quæ etiam erant in latere sortis Ephraim, & Manasse, vt colligitur Iosue 16. & 19. Erat tamen tribus Beniamin de regno Iuda: ideo non erat aliqua tribus magis coniuncta regno Iudæ, quàm terra Ephraim, & sic Israelitis pugnantibus contra viros regni Iuda, non poterant viri Iuda capere vrbes promptius de aliqua tribu, quàm de tribu Ephraim. Sed nunc est dubium circa istas vrbes de tribu Ephraim, quis ceperit eas, an Asa pater Iosaphat, vel Abia pater Asa. Litera autem dicit, quòd cepit eas Asa. Multi tamen tenent, quòd cepit eas Abia. Et ratio est, quia de Asa non reperitur aliquod bellum factum contra Israelitas, in quo fiat mentio, quòd ceperit aliquas vrbes de terra Israel, & tamen de Abia reperitur, quòd ceperit vrbes aliquas de terra Israel. Nam ipse pugnauit cõtra Ieroboam primum regem Israel, quando occidit quinquaginta millia virorum de exercitu Ieroboam, fugatusque est Ieroboam à facie eius, & totus Israel: tunc enim cepit vrbes quasdam de terra Israel, quæ nominantur supra decimotertio, & illę videntur esse de terra Ephraim, quia illa erat magis coniuncta terræ Iudæ. Dicendum ergo, quòd dubium est, quis cœperit ciuitates, de quibus hic dicitur, an Abia, vel Asa: nam dato, quòd aliquas cepisset Asa, necesse erat, quòd



quòd intelligeretur etiam hic de ciuitatibus, quas cepit Abia: quia aliquas cepit Abia, vt patet supra 13. & tamen litera loquitur hic de omnibus ciuitatibus, quę erant sub potestate Iosaphat, quia in omnibus posuit præsidia contra hostes, quod satis colligitur: quia dicitur, ꝙ posuit numeros militum, & præsidia in omnibus vrbibus Iuda, & in omnibus vrbibus, quas Asa pater suus cęperat de tribu Ephraim: non ergo dimitteret aliquas vrbes, in quibus non poneret præsidia: quia omnes egebant præsidijs contra hostes, & potissimè illæ, quæ fuerant aliquando de terra Israel: non ergo poneret præsidia Iosaphat in vrbibus regni sui, & in vrbibus, quas cęperat Asa pater sui de terra Ephraim, & omitteret ponere præsidia in vrbibus, quas auus suus Abia cęperat de terra Ephraim. Ideo quomodocunque se habeat res, necesse est dici, quòd posuerit Iosaphat præsidia in vrbibus, quas cęperat Abia auus suus de terra Ephraim. Dicendum, quòd licèt vtrumque posset teneri aliquo modo, magis videtur tenendum, quòd istę vrbes, de quibus hic dicitur, fuerint captæ de terra Ephraim per Asa patrem Iosaphat. Ratio huius est, quia nunquam recedendum est à corticè literæ, sine necessitate. Cùm ergo dicatur hic, ꝙ Asa pater Iosaphat cęperit vrbes aliquas de tribu Ephraim, necesse est concedi, quòd sic fuerit vt apparet aliqua cogens ratio ostendens, ꝙ debeat aliter intelligi, & tamen non apparet aliqua talis ratio: ideo non debemus aliter confiteri. Dicere autem, ꝙ istas vrbes cęperit Abia auus Iosaphat est recedere à corticè literæ: quia trinæ dicimus, quòd pater, & filius computantur pro eadem persona, & non tam propriè dictum, sicut stando cortici literæ. Secundò patet hoc, quia ista eadem sententia repetitur in alio loco: nam supra decimo quinto cap. dicitur, quòd Asa abstulit idola de terra Iuda, & Beniamin, & de vrbibus, quas cęperat montis Ephraim, & hic iterum dicitur, quòd posuit Iosaphat præsidia in vrbibus, quas Asa pater suus cęperat de terra Ephraim: ergo concedendum est, quod Asa tulit aliquas vrbes de terra Ephraim. Et quando obijcitur, quòd non apparet aliquod bellum, in quo Asa cęperit vrbes de terra Israel, dicendum, quòd scriptura non omnia refert expressè, sicut facta sunt: quia omittit multa propter breuitatem: potissimè, quia necesse est concedere fuisse aliqua talia bella, cùm hic dicatur, ꝙ Asa cęperit istas vrbes: nihilominus tamen dicendum est, ꝙ illas etiam vrbes cęperit Abia auus Iosaphat de terra Israel: sicut patet supra decimo quarto, & in illis posuit etiam nunc præsidia Iosaphat, & illę intelliguntur sub nomine ciuitatum quas cępit Asa pater Iosaphat.

*Quomodo Deus fuit cum Iosaphat.*

*Quæst. V.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur, quòd Deus hic fuit cum Iosaphat, quomodo fuit hoc. Respondendum, quòd dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd Deus fuit cum illo dirigendo eum in via morum, ne erraret in lege sua, & sic dicitur cum illo, qui est in charitate, iuxta illud. prima Cor. quarto, scilicet Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Alio modo poterat esse Deus cum eo, scilicet dirigendo eum in omnibus actibus suis quantum ad bona temporalia, & euentus rerum. Et dicendum, quòd vtroque modo dicitur Deus esse cum aliquo, & fuit vtroque modo cum Iosophat, scriptura tamen magis consueuit dicere esse Deum cum aliquo secundo modo, quàm primo. Et ratio est, quia scriptura sequitur in multis modum loquendi vulgarem, & tamen modus vulgaris tenet secundum, & non primum. Et patet hoc Gene. 26. vbi dicitur quomodo Philisthini, inter quos morabatur Isaac in terra Geraræ, affligebant, & molestabant eum, & Deus prosperabat eum in omnibus actibus suis intantum, quòd semel Isaac seminauit in terra illa, & collegit in anno ipso centuplum, de quo admirati sunt valde Philisthini videntes manifestè, ꝙ istud Deo erat, & cùm recessisset de terra illa Isaac iuit ad eum Abimelech rex Philisthinorum, cum magna turba petendo fœdera cum Isaac, quia timebat eum eo quòd videret in eo manifestè diuinum adiutorium. Ad quos Isaac ait: quid venistis ad me hominem, quẽ odistis, & expulistis à vobis? Et illi dixerunt: vidimus tecum esse Dominum, & diximus sit iuramentum inter nos, ne noceas nobis, sicut nos nihil tuorum attigimus. Ecce isti confessi sunt Deum esse cum Isaac, quia prosperabantur actus eius supra modum communem illorum hominum. Sic etiam patet de Ioseph, cum quo putauit dominus suus Putiphar esse Deum: quia omnes actus eius dirigebantur, & prosperabantur valde: vt patet Gen. 39. scilicet. Ioseph perductus est in Aegyptum: fuitque dominus cum eo, eratque vir in cunctis prosperè agens: habitabatque in domo domini sui, qui optimè nouerat dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret ab eo dirigi in manu illius. Ecce ergo qualiter cognoscebatur Deum esse cum aliquo, quando dirigebantur, & prosperabantur actus eius, Nunc dicendum, quòd in Iosaphat erant ambo hæc. De primo patet, quia Deus dedit ei cor inclinatum in cultum suum: nam desiderabat Iosaphat colere Deum, & colebat: habere autem tale cor non est ab homine, sed à Deo pulsante nos, & mouente ad desiderandum. Sic colligitur Deutero. quinto, cùm Iudæi dixerunt, quòd obseruarent omnia, quæ Deus locutus fuerat, ait Deus: benè omnia sunt locuti, quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea? quasi dicat, habere talem mentem non est in potestate eorum: sed ab alio pendet. Sic etiam patet, in oratione Salomonis. secundo Regum octauo: cùm dicitur, sit dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos, nec proijciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs suis. Habebat autem tale cor Iosaphat: ideo Deus ei illud dederat: potissimè, quia dicitur, quòd ambulauit in vijs Dauid patris sui, in quo signatur magna perfectio eius. De secundo etiam patet, quòd Deus fuit cum eo dirigendo actus suos, quia in omnibus, quæ cępit Deus prosperauit eum. Nam cùm regnare cępit confirmauit Deus cor eius, sicut dicitur hic in litera: Et tamen non dicitur hoc de alijs regibus. Et hoc fuit, quia Deus conciliauit sibi animos subditorum suorum, vt sponte subijcerentur ei, & sic regnum suum esset firmum. Etiam prosperauit eum dominus: quia tempore Asa patris sui Israelitæ premebant aliquo modo viros Iuda, & erant superiores eis: tempore autem Iosaphat fuit contrarium, quia inualuit Iosaphat contra Israel, sicut dicitur in litera. Item prosperatus est, quia in bellis suis obtinuit semper nam pugnauit contra Philisthinos, & subiecit eos sibi in tributum. Pugnauit etiam contra Arabes, & subiecit eos. infra in litera. Item in alio prosperatus est specialiter, quia Deus misit terrorem eius super omnes gentes, quæ erant in circuitu, & non audebant pugnare contra eum: vt patet in litera: cùm dicitur, itaque factus est timor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda, & non audebant bellare contra Iuda. Item pro-

prosperatus fuit adhuc magis, & fuit Deus cum eo, quando ipso non pugnante Deus occidit inimicos eius, quia veniebant contra Iosaphat Ammonitæ, & Moabitæ, & Idumæi, & Syri, & Deus turbauit eos, & pugnauerunt quidam contra alios tanquam pugnarent contra hostes, & sic mutuis se vulneribus truncauerunt, infra vigesimo. Nec vnquam legitur Iosaphatum aliquo habuisse iniquum successum, nisi cum egrederet contra dominum. Nam aduuando regem Achab in bello contra Syrios peccauit Iosaphat, & fuit in periculo mortis Syris circundantibus eum, & putantibus esse regem Achab, quousque clamauit: & tamen adhuc Deus eum liberauit. sequenti capitulo, & tertio Regum vigesimo secundo, & sic prosperè se habuit. Iretum autem peecauit, quia amicitias iniuit cum Ochozia rege Israel: etiam ob hoc naues eius confractæ sunt in Asiongaber, infra vigesimo, & tertio Regum vigesimo secundo. Et loquendo generaliter non legitur aliquis de regibus Iuda tantum prosperatus in omnibus negociis suis, & panciora incommoda passus: ideo recte de eo dicitur, quòd erat Deus cum eo, scilicet prosperando illum in omnibus, ad quæ manum mitteret.

*An ambulauit Iosaphat in vijs Dauid.*

*Quæst. VI.*

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic, quòd ambulauit Iosaphat in viis Dauid. Respondendū, quòd scriptura vult laudare hic Iosaphat: & quia tunc aliquis laudatur, quando similis optimo prædicatur, & Dauid erat optimus inter reges, voluit scriptura comparare eum Dauid dicens, quòd ambulauit in vijs Dauid, & istud est secundùm modum naturæ. Nam secundùm naturam teste Aristo. in quolibet genere id, quod est primum, & perfectissimum, est mensura omnium aliorum, & per accessum ad illud mensuratum perfectum omnium aliorum. Sic autem erat in genere iustitiæ legalis, quia inter Iudæos nullus fuit iustior legaliter quàm Dauid, scilicet, quia ipse plenius, & cum maiori feruore, & deuotione obseruauit legem Dei, quàm omnes alij. Ideo magis debuit Iosaphat comparari ei, quàm alicui alteri. Sed tunc obiicietur, quòd non fuit Dauid maior omnibus regibus Iuda ad hoc, quòd ponatur ipse tanquam mensura, & exemplum bonitatis omnium. Nam Dauid peccauit grauissimè, scilicet, quia occidit iniustè Vriam Hethæum, qui erat miles fidelissimus sibi, atque valde deuotus. Etiam cognouit Bethsabeæ adultero coitu. Etiam numerauit populum: fecit quoque quędam alia, in quibus culpabilis reperitur: non ergo videtur, quòd fuerit optimus ille, qui fecit tam grauia scelera. Secundò patet, quia videtur, quòd quidam reges fuerint meliores eo, scilicet Iosias, & Ezechias, de quibus nō narratur aliquod peccatum, potissimè de Iosia, qui tam zelantissimus extitit diuini cultus, quòd totam idolatriam abstulerit: ita quòd nihil omnino maneret in terra Israel, vt patet infra 34. & 4. Regum 23. cap. & ponuntur laudes eius valde magnæ Ecclesiastici 49. capit. Isti ergo, qui tanta bona fecerunt, & nullum malum leguntur fecisse, erunt meliores quàm Dauid: & ipse, vel aliquis eorum deberet poni tanquam mensura bonitatis inter reges, & non Dauid. Respondendum, ꝙ Dauid fuit melior inter omnes reges Iuda, & Israel, & ipse poni debet tanquam exemplar totius bonitatis: & hoc fuit primò in recedendo à malo: secundò in accedendo ad bonum. De primo patet, nam Dauid nunquam coluit idola, nec aliquid simile idolatriæ habuit: sed omnino detestatus est eam, vt colligitur ex omnibus gestis eius. Secundum patet, scilicet in accedendo ad bonum: nam ipse omnino accessit ad Deum, scilicet in toto corde suo nihil sibi relinquens: nam habuit spem firmissimam in Deo in omnibus angustiis suis, & exposuit se magnis periculis solùm confidens diuino adiutorio. Sicut patet quando pugnauit contra Goliath Gethæum. primo Regum 17. & non desijt aliquando confidere in domino: sicut Asa pater Iosaphat, de quo patet præcedenti capitulo. Etiam fuit vir patiens in angustiis, scilicet, quando filius suus Absalon persequabatur eum ad mortem, & ipse fugeret de Ierusalem nudis pedibus, exiuit Semei de Baurim, & cepit maledicere ei, & iacere lapides, & puluerem contra eum: & tunc Abisai filius sororis Dauid voluit occidere illum, & dixit Dauid, quòd non mitteret manum in eum, sed permitteret, quòd malediceret ei, quia Deus suscitabat illum contra se ad maledicendum: nec erat iniustum, quòd ille malediceret ei, cùm filius suus, qui egressus fuerat de lumbis suis, quæreret animam eius. secundo Regum decimo sesto. Ista autem erat magna tolerantia: habuit tamen Dauid super cæteras vnam excellentissimam virtutem, in qua nullus de regibus Iuda, & Israel fuit ei æqualis, scilicet, quia desiderauit ardentissimè cultum Dei, & nihil erat, quod ipse non faceret pro ampliatione cultus diuini. Et patet in hoc, quia ipse fuit primus, qui voluit domino facere templum, in quo quisceret arca eius, & in quo ipse coleretur. Nam ante ipsum nullus de regibus nec iudicibus, aut quibuscunque principibus Israel tentauit facere domino domum, in qua maneret arca: imò nec cogitauerat: ipse verò cogitauit hoc, & postquam congregauit pecuniam magnam sufficientem ad istam ædificationem dixit prophetæ Nathan, quomodo vellet ædificare domum domino, quia iniustum erat, ꝙ ipse habitaret in domo cedrina, & arca Dei maneret sub pellibus: præcedenti libro 17. capit. & 2. Regum 7. Item patet bonitas sua in hoc, quia Deus ipse laudauit valde Dauid de hoc dicens, ꝙ ipse vellet facere, quod Deus nulli facere mandauerat, & quòd propter hoc ipse benè faceret nomen eius, & gloriam suam in immensum. Item patet, quia nullus de regibus tanta vnquam obtulit in cultum Dei, sicut Dauid: ipse namque consecrauit domino totum aurum, & argentum, quod habuerat ex omnibus bellis, vt ex illo ædificaretur domino templum: sic patet præcedenti libro 18. scilicet, sed & omnia vasa ænea, aurea, & argentea consecrauit Dauid domino cum argento, & auro, quod tulerat de vniuersis gentibus: tam de Idumæa, & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthijm, & Amalech. Item Dauid apparebat melior omnibus regibus in hoc, quia præter hoc, quòd omnia sua dabat ad ædificationem templi domini, & proiberetur ædificare: ipse congregauit cum magno labore omnes necessarias impensas, scilicet lapides, & ligna, & similia, & etiam artifices: ita vt quandò Salomon regnaret, nihil ei deesset nisi velle ædificare, & iubere, vt patet præcedenti libro 12. capitulo. Item fuit desiderium suum valde magnum circa istam ędificationem: vnde congregato toto populo admonuit Salomonem filium suum, vt post mortem suam faceret istud opus. Etiam omnes de populo hortatus est, vt eum fideliter adiuuarent quatenus compleretur opus præcedenti lib. 22. & 28. Item tantus fuit feruor Dauid circa hoc, quòd non solùm ipse obtulit omnia, quæ habebat pro ædificatione templi domini, sed etiam mouit populum ad offerēdum persuasionibus deuotis, & obtulerunt principes, & populus magna munera. præcedenti libro vigesimo nono.

Item



Item ex magno ardore Dauid circa cultum diuinum, non solùm voluit prouidere circa locum, in quo Deus coleretur ædificando templum, sed etiam prouidit circa ministros diligenter dando alium modum ordinationis sacerdotum, & Leuitarum, secundùm quem quem Deus abundantius coleretur, & ministri ordinatius se haberent: vt patet præcedenti libro 23. & 24. & 25. & 26. capitulis. Item cùm Dauid prohibitus esset à Deo ædificare sibi templum: quia erat occupatus bellis, non ob hoc cessauit ab affectione magna colendi eum. Nam ipse iuit pro arca, quæ manebat in domo Aminadab in Chariathiarim, manserat enim ibi arca ex tempore, quo reducta fuerat de terra Philisthinorum, & non erat in loco satis honorabili: quia nullæ cæremoniæ honoris coram ea fiebant: sed solū erat in domo Aminadab sacerdotis, & filius eius Eleazarus habebat officium custodiendi eam, scilicet ne quis accederet ad eam indebitè. primo Regum 7. Dauid autem voluit eam ponere in loco honorabili, adduxitque illam cùm magna solennitate congregato toto Israel in Ierusalem, & posuit in domo Obededom Leuitæ. Cumque ibi mansisset tribus mensibus, transtulit iterum eam honorabilissimè Dauid in domum suam cùm magnis sumptibus: vt patet 2. Regum 6. & præcedenti libro 13. & 15. Parauit autem ei Dauid locum honorabilissimum in domo sua, in qua maneret arca, quousque fieret ei templum, & coram ea statuit manere sacerdotes, & Leuitas, qui quotidie sacrificia facerent, & laudes diuinas cantarent: præcedenti libro 16. capitulo, & iste modus mansit, quousque templum per Salomonem factum est. Nam tunc translata est arca de domo Dauid, & non manserunt ibi postea sacerdotes offerentes sacrificia, nec Leuitæ cantantes laudes diuinas, sed omnia hæc in templum translata sunt. Amplius autem Dauid habebat maximum virtutis suæ, & humilitatis: quia tantum desiderabat Deum colere, quòd pro cultu eius non dubitabat seipsum vilificare. Sicut patet, quando portata fuit arca de domo Obededom Getęi in domum Dauid. Nam tunc, vt ostenderet cultum, quem Deo præstare volebat, & vt incitaret reliquum populum ad Deum laudandum, ipse se nudauit vestibus regalibus, & induit se stola bissina: sicut Leuita, & saltabat coram arca totis viribus: intantum, quòd vxor sua eum contempsit, videns ipsum de fenestra: vt patet 2. Regum 6. cùm ait Michol vxor sua: Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante oculos seruorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. Et Dauid valde humiliter respondit, dicens: Viuit dominus, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & omnem domum eius, & præcepit mihi, vt essem dux super populum suum Israel: ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Istam autem alacritatem mentis, & abiectionem sui ipsius propter cultum Dei nullus regum Iuda habuisse legitur nisi Dauid: ideo ipse valde melior, & à Deo magis dilectus cæteris fuit: vnde non immeritò de eo Deus dixit inueni virum iuxta cor meum. primo Regum 13. & Psal. 88. ꝙ de nullo alio hominum in sacra scriptura legitur Deum dixisse. Item Dauid fuit meliot omnibus: quia propter ipsum donata sunt regibus omnia bona, quæ habuerunt. Nam propter peccatum Salomonis periturum erat regnum de manu posterorum suorum, & tamen propter Dauid Deus reliquit ei partem. 3. Regum 11. Sic etiam tempore Roboam, & Abiæ, cùm iterum Iudæi declinarent ad idola, periturum erat regnum: sed Deus voluit dare lucernam Dauid. 3. Regum 15. Iterum simile tempore Ioram & filij huius Iosaphat, de quo hic agitur. 4. Reg. 8. Et non dicitur de aliquo alio rege, ꝙ propter eum aliqua talia facta fuerint: ideo fuit melior Dauid, quàm omnes alij reges Iuda, & consequenter ipse poni debuit tanquam exemplar bonitatis posterorum. Cùm autem obijcitur, ꝙ non poterat Dauid esse exemplar bonitatis inter reges Iudæorum, qui in tantis peccauerat malis. Dicendum, ꝙ hoc non obstat, quia peccauisse aliquando, non inducit nunc necessariò malum esse: etiam non inducit deteriorem esse alijs, & sic potest Dauid esse melior alijs regibus Iuda: licèt peccauerit in omnibus, quæ relata sunt etiam in aliquib⁹ alijs. Ad secundum cùm dicitur, ꝙ alij reges fuerunt meliores, quàm Dauid inter Iudęos, quia quidam eorum fuerunt, qui non leguntur in aliquo peccasse, & insuper multa bona fecerunt, sicut fuit Iosias, & Ezechias. Respondeti potest vno modo, ꝙ non positus fuit aliquis eorum tanquam exemplar bonitatis, sed Dauid: quia dato ꝙ melior esset illorum quilibet, quàm Dauid: tamen nō poterat poni aliquis istorum: quia nunc tempore Iosaphat nondum præcesserat quilibet istorum, aut aliquis, quem imitari posset Iosaphat, sed postea fuerunt, & inter omnes, qui nunc iam præcesserant, non fuerat aliquis tam bonus, sicut Dauid: imò omnes, qui præcesserant mali fuerunt nisi Dauid. De primo rege, scilicet Saule patet, quia propter malitiā eius Deus transtulit regnum de progenie eius in domum Dauid: primo Regum decimo quito, & decimo octauo. & illum omnino à facie sua abstulit. secundo Reg. septimo, & præcedenti lib. decimo septimo. Deinde fuit Dauid, postea Salomō, qui pessimus fuit in senectute fabricans templa idolis: ita vt propter peccata sua Deus ablaturus esset regnum totaliter de domo eius, nisi abstinuisset propter merita Dauid, vt relinqueret ei lucernam: vt patet 3. Regum 11. Deinde fuit Roboam, qui etiam fuit malus, & contra eum ascendit Sesach rex Aegypti, & rapuit omnia vasa templi domini, & thesauros regis. 3. Regum 14. & supra 12. & tamen non cessauit ob hoc ab iniquitate sua, sed fuit tota terra plena idolis: vt patet 3. Regum 14. & 15. post eum fuit Abia, qui pauco tempore, scilicet tribus annis tantùm regnauit, & tamen malus fuit, quia coluit idola. Nam etiam tempore suo erant multa idola in terra, sicut tempore Roboam patris sui. 3. Regum 15. post hunc fuit Asa pater huius Iosaphat, qui quidem quantum ad idolatriam nunquam peccauerat: sicut dicitur supra 15. scilicet, cor Asa perfectum erat cum domino cunctis diebus eius, & tamen peccauit nimis in diffidentia: quia habuit maiorem cōfidentiā in rege Syriæ, quàm in Deo quantum ad bella, & maiorem cōfidentiam quantum ad ægritudinem in medicis habuit, quàm in Deo, præcedenti capitulo: ideo nullus priorum erat, qui posset poni tanquam exemplar sanctitatis, nisi Dauid. Ezechias autem, & Iosias, qui fuerunt viri valde boni, nondum fuerant, sed multo post extiterunt. Secundo modo, & melius respondeti potest, ꝙ dato ꝙ Iosias, & Ezechias fuissent ante Iosaphat, nullus istorum positus fuisset tanquam probitatis exemplar cui similaretur Iosaphat: sed Dauid poneretur. Et ratio est, quia Dauid fuit melior, quàm Ezechias, & Iosias. Et patet hoc: quia cùm scriptura vult laudare istos, ꝙ fuerunt valde boni, dicit de eis, ꝙ ambulauerunt in vijs Dauid patris eorum. De Ezechia pater quarto Regum decimo octauo. De Iosia patet eodem libro vigesimo tertio capitulo. Cùm verò obijcitur, quòd isti non leguntur peccasse, & fuerunt boni valde: Dauid autem peccauit grauissimè, videtur quòd fuerit quilibet istorum melior, quàm Dauid. Dicendum, ꝙ non tenet consequentia, quia maior perfectio est per maioritatē meritorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Potest autem aliquis, qui peccauit peruenire ad maiora merita, quàm aliquis, qui non peccauit: ideo sanctior erit, sic patet de Magdalena, quæ fuit famosa peccatrix, & tamen illa sanctior est, quàm illi, qui baptizati, mox moriuntur, & tamen illi nunquam peccauerunt, ita fuit in Dauid: quia licèt ipse peccauerit grauiter, & isti, de quibus hic dicitur, scilicet Iosias, & Ezechias non peccauerint: tamen fuit sanctior Dauid, quã illi, quia fecit opera maioris perfectionis. Nam Ezechias & Iosias, nõ coluerunt Deum tam alacri animo, sicut Dauid: nec tantum sollicitabantur in colendo eum, nec tantum se humiliabant, vt eum colerent: & multa alia signa probitatis fuerunt in Dauid, quæ non fuerunt in Ezechia, nec Iosia, nec in aliquo alio de regibus Iuda, vt supra declaratum est. Ipse ergo poni debuit, vt exemplar probitatis, & imitationis Iudæ Iosaphat, & quibuscunque alijs.

*Quare dicitur, q̃ Iosaphat ambulauit in vijs Dauid.*
*Quæst. VII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur in litera, q̃ ambulauit Iosaphat in vijs primis Dauid, cur hoc dicitur, vel quare fit ista distinctio, & non dicitur absolutè, q̃ ambulauit in vijs Dauid. Aliqui dicunt, q̃ hoc dicitur ad signandum gradum perfectionis nõ magnum in Iosaphat. Pro quo sciendum, q̃ homo, qui peruenit ad aliquam perfectionem sanctitatis priꝰ est in via imperfectionis, vt communiter: vel saltem prius est in gradu incipientium: assignantur enim isti gradus in bonitate, scilicet incipiens, proficiens, & cõsumata. Incipientium gradus est in eis, qui nouiter boni incipiunt esse: nec adhuc aliquos bonitatis fructus habent, sed illos tunc habere incipiunt. Et sic signatur, q̃ Iosaphat imitatus est vias Dauid, non quidem, vt proficientis, vel consumati, sed vt incipientis, vt signetur, q̃ ad paruum gradum bonitatis peruenerit: nec fuerit vllo modo æqualis ipsi Dauid. Ideo dicitur, q̃ ambulauit in vijs eius primis, quæ sunt viæ incipientium, & non in secundis, quę sunt viæ proficientium, nec in tertijs, quæ sunt viæ consumatorum.

Sed dicendum, quòd istud non stat, quia non consonat intentioni sacræ scripturæ: quia intentio sua erat hic laudare valde Iosaphat. Et satis apparet, quia multa hic dicit de Iosaphat, scilicet, quomodo Deus fuerit cum eo, & adiuuerit eum in singulis, & posuerit terrorem eius super omnes, qui habitabant in circuitu regni sui, & multa alia, quæ habentur in litera, & tamen si intelligeretur de primis viis Dauid, ideſt de vijs incipientis, valde parua laus esset: quia facilè est imitari quodlibet bonum incipientis: quia tunc nulla virtutis merita habet adhuc, sed habere incipit: imitari autem consumatum, vel proficientem est aliqua laus: ideo non intelligitur sic. Alij dicunt, q̃ intelligitur hoc ad valde magnam laudem Iosaphat, scilicet quòd imitatus fuit Dauid in bono, sed non in malo, & dicunt, q̃ viæ Dauid primæ fuerunt bonæ. Et viæ eius extremę fuerunt malæ, & nõ imitatus est Iosaphat ipsum Dauid in malis, in quibus habuit extremos actus, sed in bonis, quæ fuerunt in principio viarum suarum. Dicendum, q̃ iste modus loquendi est valde ambiguus: nam dici, q̃ viæ alicuius primæ fuerunt bonæ, & viæ eius extremæ fuerunt malæ, signat ipsum damnatum esse: & tamen non cõfitemur hoc de Dauid: cùm ipse sit vir sanctus: ideo intelligendum, q̃ Dauid in principio vitæ suæ, & regni sui fuit bonus, & irreprehensibilis, quia bonos actus im permixtos malis habuit. In fine autem regni fuit perfectior in bonitate, & tamen tunc errauit aliquando peccando, & nunquam peccauerat in principio vitæ, vel regni. Et ad signandum, q̃ vita Iosaphat fuit bona impermixta malis ponitur, q̃ ambulauit in vijs primis Dauid, scilicet imitando eum pro tempore illo, quo benè agebat, & nunquam peccabat. Patet autem hoc de Dauid, quia antequam regnare inciperet, non legitur in eo fuisse aliquid irreprehensibile, sed licèt Saul eum iniustè persequeretur, in omnibus se iustè habuit, & nihil mali committere voluit in Saulem: sed semper se habuit ad eum, vt ad dominum, & regem: licèt se potuisset habere vt ad hostem: postquam factus est etiam rex super Iudam semper se iustè habuit. Nec in toto illo tempore septem annorum, & dimidij quibus regnauit super Iudam in Hebron legitur fecisse aliquid mali, postquam verò regnauisset magno tempore super totum Israel, peccauit aliquando. Et primum peccatum fuit, q̃ adulterium perpetrauit cum Bethsabeæ: Secundum, q̃ iussit occidi virum eius Vriam, ne patratum scelus agnoscere posset. secundo Regum vndecimo: Tertium peccatum fuit, quòd populum numerauit. secundo Regum vigesimo quarto, & tamen non consumata fuit vita Dauid in hoc: sed potius post hęc peccata habuit actus maioris perfectionis, & magis laudabiles: quàm prius, scilicet postea parauit materiam ad ędificandum templum domini, & obtulit ad hoc omnia, quæ habebat, & incitauit Salomonem filium suum ad hoc, & totum populum hortatus est. Etiam post hæc ordinauit totum cultum diuinum in sacerdotibus, & Leuitis, & inter hęc sanctissima opera cœlestem illum spiritum Deo reddidit. Ideo consumatio Dauid fuit excellentior, quàm exordium vitæ suæ, & tamen circa finem vitæ suę acciderunt aliqua mala permixta bonis in eo, quę non acciderunt circa principium vitę. Et sic Iosaphat ambulauit in primis vijs Dauid, & non in secundis: quia fuit vita eius tota bona, & non fuit commixta malis, sicut fuit extremum vitę Dauid. Sed obijcietur, q̃ non posset hoc stare, quia etiam vita Iosaphat fuit, sicut vita Dauid. Nam in principio fuerunt actus eius boni nõ permixti malis. Ante finem autem vitę habuit aliquos actus prauos permixtos bonis: nam peccauit quando prębuit auxilium Achab regi Israel contra Syros, eundo cum eo ad bellum, & increpitus fuit à domino per prophetam dicentem: impio prębes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris, & iccirco iram quidem domini merebaris. infra decimo nouo. Peccauit & iterum quando contraxit amicitias cum rege Ochozia filio Achab, & ob hoc naues eius confractę sunt in Asiongaber, infra vigesimo, & 3. Regum 22. Responderi potest vno modo, quòd ambulauit Iosaphat in vijs primis Dauid, scilicet fecit bonum, sicut ille in principio regni, & vitę suę, & non secutus est peccata, quę fecit Dauid in secundis vijs suis, scilicet non adulteratus est cum vxoribus subditorum suorum, sicut Dauid cum Bethsabeę, nec occidit aliquos subditos suos ad occultandum scelera sua, sicut Dauid occidit Vriam virum Bethsabeę. Secundo modo potest responderi, quòd ambulauit in viis primis Dauid, scilicet, quòd habuit actus bonos impermixtos malis, sicut Dauid in principio vitę suę. Et quando dicitur, quòd etiam peccauit Iosaphat. Dicendum, quòd ista peccata non reputantur alicuius æstimationis in comparatione peccatorum Dauid, & sic videtur Iosaphat nunquam peccasse in comparatione Dauid. Tertio modo potest dici, quòd ambulauit in viis Dauid primis, scilicet, quòd Iosaphat in principio regni sui ambulauit in primis viis Dauid, quia sicut Dauid in principio vitæ suæ, & regni non peccauit: ita non peccauit Iosaphat in principio regni sui: sed illud quod peccauit, fuit circa finem regni sui: hic autem scriptura agit de primordijs regni Iosaphat: ideo rectè dicitur, quòd ambulauit in primis vijs Dauid.

*Quare Iosaphat non sperauit in Baalim.*
*Quæst. VIII.*

QVAERITVR vlterius, quare dicitur hic de Iosaphat, q̃ non sperauit in Baalim. Respondendum, q̃ hoc ponitur ad laudem Iosaphat. Pro quo sciendum, quòd Baalim aliquando ponitur specialiter pro quodam idolo, quod vocabatur Baal, & aliquando generaliter pro quolibet idolo, & ad idem isti sensus reddunt, quia vtrobique signatur idolum, & est sensus, quòd non sperauerit Iosaphat in idolis: sed sperauit in Deo Israel. Et ista est magna laus eius. Primò comparando eum ad alios reges Iuda: quia ante hoc rari reges erant, qui non peccarent in idolatria. Nam post Dauid omnes aliquo modo peccabant. Nam Salomon peccauit, & totius peccati occasio fuit: quia ipse construxit templa idolis vxorum suarum in monte Oliueti: vt patet 3. Regum 11. & 4. Regum 23. post eum regnauit Roboam, cuius tempore magna idolatria fuit in terra. 3. Regum 15. post ipsum regauit Abia, tempore quoque eius idolatria fuit, quam postea abstulit Asa eodem capitulo. Post Abia fuit Asa, & iste non peccauit in idolatria, quia cor eius fuit perfectum cum domino omnibus diebus vitæ suæ, supra 15. erat tamen rarum, quòd aliquis de regibus Iuda abstineret ab idolatria, & quia Iosaphat abstinuit ab ea plenè omnibus diebus vitæ suæ, ponitur ad magnam laudem eius, q̃ non sperauit in Baalim, ideſt in idolis. Secundò fuit magna laus ista propter societatem Iosaphat cum regibus Israel: nam Iosaphat societatem nimiam habuit cum rege Achab, in cuius tempore inualuit cultus Baal plusquam alio tempore faciente hoc regina Iezabel: in tantum, q̃ habebat quadringentos, & quinquaginta prophetas Baal, qui comedebant panem de mensa Reginæ. 3. Regum 18. Etiam diuisus erat Israel in duas partes quibusdam volentibus colere Deum Israel, & quibusdam volentibus credere Baal esse Deum, & volentibus colere ipsum. Vnde dixit propheta Elias toti populo congregato coram rege in Carmelo: Quousque claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini eum: si autẽ Baal est Deus, sequimini eum. Etiam tanta erat auctoritas, & reuerentia Baal, q̃ reputatus est verus Deus, & facta est quę stio magna de inueniendo veram deitatem: scilicet, an Deus Israel esset verus Deus, vel esset Baal verus Deꝰ, & hoc experiri voluerunt in miraculo ignis descendentis de cœlo super sacrificia, & sic factum est. 3. Regum 18. Et tamen cùm Iosaphat esset in tanta communicatione cum rege Achab, & regina Iezabel, ita vt moraretur aliquando in regno Israel, & iret ad bellum cum Achab: nunquam trahi, vel allici potuit, vt coleret Baalim, vel inclinaretur ad eum. Item patet, quia non sperauerit in idolis. Nam quando Achab, & Iosaphat tractabant de eundo in bellum contra Syros in Ramoth Galaad, vocati sunt prophetæ, vt prænunciarent exitum belli, & venerunt quadringenti prophetæ idolorum, & omnia bona prænunciabant regi: & cùm sciret Iosaphat, quòd omnes illi erant prophetæ idolorum non contentus eorum vaticinio, dixit: nunquid non est hic propheta domini, vt ab illo requiramus etiam veritatem? sequenti capitulo. Ecce qualiter non confidebat in idolis, nec in prophetis eorum: ideo quærebat vnicum prophetam domini, cui fidem adhiberet, licèt audiuisset quadringentos prophetas concorditer contrarium sentientes. Item magnam societatem habuit Iosaphat cum Ochozia filio Achab, qui fuit valde idolatra, & cum Ioram fratre eius, qui fuit postea rex Israel, & etiam fuit idolatra, tamen non inclinatus fuit vnquam ad idola, sed tenuit fidem veri Dei inconcussam. Istud autem fuit valde laudabile, quia communicando tot malis non traheretur ab eis in suam similitudinem. Nam filius suus Ioram communicando domui Achab, tractus est in idolatriam magnam: vt patet 4. Regum 8. & infra 21. Rectè ergo ad laudem Iosaphat inter cætera poni debuit, q̃ non sperauit in Baalim, ideſt in idolis, sed sperauit in Deo Israel.

*Quæ fuerunt illa præcepta, in quibus non ambulauit Iosaphat.*
*Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur, q̃ ambulauit Iosaphat in præceptis Dei patris sui, & non ambulauit in præceptis Israel, quæ fuerunt ista præcepta Israel, in quibus non ambulauit. Nam non data fuerunt Israeli alia præcepta, quàm viris Iudæ, quia lex data est toti populo congregato ex duodecim tribubus, qui vocatur Israel. Nam tunc non erat facta diuisio aliqua populi, sed erat Iuda & Israel vnus populus: vnde non potuerunt dari, nec data sunt alia præcepta istis, & alia illis. Respondendum, quòd Israel accipitur dupliciter: vno modo Israel pro toto populo collecto ex duodecim tribubus, eo quòd pater omnium illarum duodecim tribuum vocabatur Israel, & Iacob. Gen. 32. & 35. Alio modo accipitur Israel pro quadam parte istius populi collecta ex decem tribubus, quæ constituebat vnum regnum per se, & tunc erat distinctum regnum Israel à regno Iuda, sed eadem lex data erat omnibus, quia omnes erant idem populus. Accipiendo secundo modo Israel, erant alia præcepta Iuda, & alia Israel, & non accipiuntur hic præcepta pro præceptis legis, sed pro quibusdam alijs institutionibus, & possunt accipi dupliciter: vno modo præcepta, ideſt quædam cæremoniæ traditæ de institutionibus circa cultum diuinum. Nam cùm regnum Israel separasset se à cultu Dei veri, & cępisset colere idola, scilicet vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam, recessit etiam à cęremonijs cultus diuini: quia non colebant vitulos illos secundùm cęremonias, quas sibi iusserat fieri Deus in lege: sed longè distantes ab his acceperunt. Nam secundùm legem erat vnicus locus faciendi sacrificia, & Ieroboam fecit duo principalia, scilicet vnum in Dan, & alterum in Bethel, in quibus posuit duos vitulos aureos, & alios minus principales, in quibuscunque locis terræ, quæ vocabantur excelsa Samariæ. tertio Regum decimo tertio. Item secundùm legem Dei sacerdotes erant de solis filijs Aaron. Numeri tertio, & decimo sexto, & decimo octauo. & tamen Ieroboam constituit sacerdotes de quibuscunque laicis. tertio Regum decimo secundo, & supra decimo tertio. Etiam in lege Dei erant ordinatæ festiuitates in mensibus certis: Sabbatum qualibet hebdomada, & Kalendæ in principio mensis cuiuslibet, scilicet prima die, & festum Phase, & Azymorum die quartadecima mensis primi, & festum Pentecostes, quinta vel sexta die mensis tertij, & festum clangoris, & propitiationis, & tabernaculorum, siue Scenophegiæ mense septimo. In alijs autem mensibus nullæ festiuitates erant: Leuit. vigesimo tertio, & Numeri vigesimo octauo, & vigesimo nono. Et tamen Ieroboam confinxit de corde suo festiuitatem pro mense octauo. 3. Reg. 12. Ista ergo, & similia erant mandata Israel ideſt institutiones, vel cæremoniæ regni Israel circa cultum diuinum: & non tenuit Iosaphat ista præcepta

Iſrael, quia iſtæ erant cæremoniæ idolatrarum, & tamen Ioſaphat erat verè colens Deum verum Iſrael. F
Alio modo accipiuntur præcepta regni Iſrael, ideſt præcepta, quæ dederat rex Ieroboam prohibendo cultum diuinum. Nam dixit, ꝙ nullus aſcenderet in Ieruſalem ad colendum Deum, ſed vbiq; poterat Deus coli, & fierent ibi competenter ſacrificia. Iſtud autem non tenuit Ioſaphat: quia iuxta præceptum legis offerebat ſacrificium ſolùm in templo domini in Ieruſalem. Melius tamen accipiuntur hic præcepta primo modo.

*An dominus confirmauit regnum in manu eius.*
*Quæſt. X.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ confirmauit dominus regnum in manu eius, & quid fuerit hoc. Reſpondendum, ꝙ regnum confirmatur quando rex nouus: qui non habet adhuc ſecurè, ideſt firmiter, & iſta firmitas eſt reſpectu duorũ, ſcilicet reſpectu ſubditorum, & reſpectu hoſtium. De ſubditis quidem, ꝙ perfectè obediant, de hoſtibus autem, ꝙ nocere non poſſint. Vtrumque autem factũ eſt à Deo in Ioſaphat. Primò quantum ad ſubditos, ſcilicet, ꝙ ſubditi benè obedirent: hoc enim fecit dominus. Nam mortuo Aſa patre Ioſaphat Deus reduxit ſubito omnes de regno ad obedientiam Ioſaphat, ſcilicet omnes ei ſe ſubiecerunt, & tradiderunt ei fortalitia regni. Et vt appareat, ꝙ à Deo hoc factum eſt, H
non ſolùm ſubiecerunt ſe omnes regi Ioſaphat, ſed etiam tantum conciliauit Deus animos ſubditorũ, ꝙ in principio regni obtulerunt ei tam magna munera, ꝙ inde factus eſt diues: vt patet ſupra in litera. Hæc autem magna dilectio nullis precedentibus beneficijs ex parte Ioſaphat, non videtur fuiſſe, niſi quia Deus illam incuſſit cordibus ſubditorum, & per iſtam dilectionem ſubditorum ad Ioſaphat confirmabat Deus regnum eius. Alia confirmatio erat quantum ad hoſtes, iſta erat in hoc, quia rex confortaretur taliter in apparatu bellico, & munitione locorum ſuorum, ꝙ non poſſent hoſtes contra eum prꝙualere, & iſtud etiã factum eſt: nam Ioſaphat poſuit præſidia in omnibus locis terræ ſuæ, & in vrbibus, quas pater ſuus ceperat de terra Ephraim, ſupra in litera, & iſtud factum eſt fauente Deo: quia in omnibus proſperatus eſt Ioſaphat, & velocius iſta, & breuius cõſumauit, quàm quis alius conſumare poſſet, & hoc non erat, niſi quia Deus iſta faciebat. Confirmatum eſt etiam regnum Ioſaphat per hoc, ꝙ gentes multas ſubiecit, nam ſubiecit ſibi Philiſthinos in tributum, & etiam Arabes, vt patet infra in litera, & iſtud nõ fecit Ioſaphat ſine ſpeciali Dei adiutorio, & fauore. Item magna confirmatio regni fuit, ꝙ cùm Iudæi tempore Aſa patris Ioſaphat eſſent viribus inferiores Iſraelitis ꝓpter peccata Aſa: in principio regni Ioſaphat facti ſunt ſuperiores viribus: ſic dicitur ſupra in litera, ꝙ inualuit Ioſaphat cõtra Iſrael. Maxima autem confirmatio regni fuit, ꝙ omnes gentes, quæ erant in gyro terræ Iuda timerent Ioſaphat: K
nam per hoc, ꝙ timebant eum, nullus audebat pugnare contra ipſum. Et iſta erat totalis confirmatio regni: quia tunc eſſet regnum verè ſecurum quando nullus illud auderet moleſtare. Iſtud autem factum eſt à Deo, qui poſuit terrorem ſuper omnes gentes, vt patet ſupra in litera, ſcilicet: itaque factus eſt pauor domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda: nec audebant bellare contra Ioſaphat, Deus ergo fuit, qui confirmauit regnum Ioſaphat.

*An pecuniæ datæ Ioſaphat fuerint ex tributo.*
*Quæſt. XI.*

QVAERITVR vlterius, quid eſt hoc, ꝙ totus Iuda dederit munera Ioſaphat, & ꝙ inde factæ fuerint ei infinitæ diuitiæ: quomodo datæ fuerint iſtæ pecuniæ, an ex tributo, vel aliàs. Reſpondendum, ꝙ non fuit hoc per aliquam impoſitionem tributi, quia tunc Ioſaphat coronabatur in regem: non ergo in ſua coronatione exigeret tam immoderata tributa, vt inde fierent ei diuitiæ infinitæ. Secundò patet, quia ſi rex tale tributum ei impoſuiſſet efficeretur odioſus toti populo, quia eſſet magnus tyrannus & tamen Ioſaphat erat acceptus toti populo, quia diligebant eum omnes ſubditi ſui valde, vt colligitur ex litera, ergo nõ impoſuit tunc tale tributum. Tertiò patet, quia litera videtur ſignificare, quòd gratis data ſunt omnia hæc regi Ioſaphat, cùm dicitur: Et dedit omnis Iuda munera regi Ioſaphat, factæque ſunt ei infinitæ diuitiæ. Dicendum ergo videtur, quòd non datę fuerunt iſtæ pecuniæ regi Ioſaphat ex aliquo tributo, quod ipſe impoſuerit, nullũ ergo tale nunc impoſuit in principio regni ſui, ſed fuerunt pecuniæ oblatę gratis: vno modo, quòd totum regnum conueniret in hanc ſententiam, quòd regi nouo facerent aliquam magnificam oblationem, quæ eſſet ad neceſſitates eius ſupplendas in principio regni ſui: etiam eſſet ad conciliandum animum regis ſibi, & faciendum eum ſibi propitium, & huic conuenit litera: quia dicitur, quòd dedit omnis Iuda munera regi Ioſaphat, & dicitur omnis Iuda, quia omnes de regno contribuerunt in hac oblatione, ſicut ſi imponeretur, vt tributum. Alio modo poterat hoc fieri, quòd non conueniret totum regnum in oblatione iſta, ita quòd fieret de publico: ſed quia perſonæ priuatæ offerrent, quod vellent, & quia tunc quilibet vellet præcellere alium, vt fieret magis acceptus regi fierent iſtę oblationes magnæ. Et ſic fierent inde diuitiæ magnæ regi Ioſaphat, & tunc dicetur, quòd omnis Iuda obtulit munera, quia multi de Iuda particulatim offerebant munera, ſcilicet omnes viri potentes etiam multi alij de minoribus. I

*An accepit Ioſaphat audaciam propter vias domini.*
*Quæſt. XII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd accepit Ioſaphat audaciam propter vias domini, & abſtulit lucos, & excelſa. Reſpondendum, quòd audacia accipitur hic largè pro confidentia, vel fortitudine: nam audacia eſt extremum ſuperabundans, & eſt vitium oppoſitum fortitudini, ſed conſueuimus vocare audaciam ipſam confidentiam in periculis, quæ eſt fortitudo, & habet magnam ſimilitudinem cum audacia. Nam ſicut audax audet, ita & fortis audet: ſed differunt ſecundùm quantitatem: quia fortis audet ea, quæ audenda ſunt, & audax audet tam audenda, quàm non audenda. Sciendum autem, quòd iſtam audaciam, ideſt confidentiam accepit Ioſaphat propter vias domini, ſcilicet, quia ſequebatur Ioſaphat legem Dei, & ex hoc proſperabatur in omnibus operibus ſuis: nam Deus ſubiecerat ei gentes, contra quas pugnauerat: nam pugnauit contra Philiſthinos, & ſubiecit eos in tributarios, pugnauit etiam contra Arabes, & illos quoque fecit tributarios: vt patet infra in litera. Et (quod maius eſt) Deus incuſſerat terrorem omnibus habitantibus in circuitu, vt nullus auderet pugnare contra Ioſaphat.

Et



Et iſta omnia eueniebant ei, quia colebat dominum: A
ideo cùm euenirẽt ei omnia proſpera, aſſumebat magnam confidentiam ad faciendum quęcunque quantumcumque grauia, & quia non erat confidentia ſua, niſi propter proſperitates, quę ei eueniebant in omnibus negotijs, & iſtę proſperitates non erant, niſi quia colebat Deum, dicebatur habere confidentiam propter vias domini, & dicitur ſumpſiſſe cõfidentiam iſtã ad tollendum excelſa, quia tollere excelſa erat aliquid difficile, & non poſſent tolli, niſi cum magna difficultate, & non auderet illa auferre, niſi qui eſſet magnæ audaciæ, & hoc, quia fortè populus moleſtè ferebat, ꝙ illa auferentur, & vt rex non moleſtaret ſubditos, & vt non haberet ſibi illos graues, non auderet auferre: iſte tamen, quia magnam audaciam ſumpſerat ſequendo B
legem Domini, abſtulit excelſa non formidans inimicitias populi. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ ſumpſiſſet Ioſaphat audaciam, quia propter vias domini abſtulit excelſa. ſ. ꝙ Ioſaphat coluerat dominũ ſequendo vias eius, & ex hoc euenerãt ei multa proſpera, ex quibus audaciam ſumpſerat, & quia videbat, ꝙ cultus Dei erat ei tã vtilis, ꝙ inde proſperabatur in omnibus operibus ſuis, voluit eũ amplius colere, auferendo de terra lucos, & ſtatuas. Et tunc non ponitur audacia hic, tanquam ad tollendum de terra ſtatuas fuiſſet neceſſaria aliqua audacia, ſed ꝙ audacia erat conſequens ad proſperitates vementes ex cultu Dei: ideo vt maiora proſpera euenirent, & inde ſequeretur maior audacia, voluit amplius colere dominum auferendo excelſa.

*Quomodo potuit auferre excelſa, & lucos Ioſaphat.*
*Quæſtio XIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo potuit nũc Ioſaphat auferre excelſa, & lucos. Nam videtur, ꝙ non poterat Ioſaphat auferre lucos, & ſtatuas, quia tempore Aſa patris ſui ablata fuerant excelſa, & luci, vt patet ſupra 14. & toto tpe ſuo manſit Iſrael colens dominum, & ſic non faciebat lucos. Etiam tempore Ioſaphat non fiebant luci, qa ipſe à principio regni ſui D
coluit dñm, & fecit ꝙ populus coleret dñm: ideo non eſſet tunc tempus faciendi ſtatuas, nec lucos: non videtur ergo qũo poſſet nunc Ioſaphat auferre ſtatuas, & lucos, & excelſa. Aliquis dicet, ꝙ benè potuit Ioſaphat auferre excelſa, quia relicta fuerant excelſa tempore Aſa patris ſui: nam dicitur ſupra 15. Excelſa autem derelicta ſunt in Iſrael, & illa excelſa auferret nũc Ioſaphat. Sed dicetur, ꝙ adhuc non ſufficit iſtud, quia licèt dicatur, ꝙ aliqua excelſa relicta ſunt, tamen non manſerunt luci, quia ſupra 14. ponitur quomodo Aſa deſtruxit phana, & aras, & ſtatuas, & excelſa. Aliquis dicet, quod benè potuit Ioſaphat auferre excelſa, quia relicta fuerant excelſa tempore Aſa patris ſui. Nam dicitur ſupra decimoquinto. Excelſa autem derelicta E
ſunt in Iſrael: & illa excelſa auferret nunc Ioſaphat. Sed dicetur, quòd adhuc non ſufficit iſtud, quia licèt dicatur, quòd aliqua excelſa relicta ſunt, tamen non manſerunt luci, quia ſupra decimoquarto ponitur quomodo Aſa deſtruxit phana, & aras, & ſtatuas, & excelſa, in quibus intelligitur omne, quod ptinet ad idolatriam, & poſtea decimo quinto exprimitur ſpecialiter, quòd relicta ſunt excelſa in Iſrael: ideo videtur, quòd nihil relictum eſt de idolatria tempore Aſa, niſi excelſa: & ſic non manſerunt luci, quos poſſet nunc auferre Ioſaphat. Aliquis dicet, quòd Aſa pater Ioſaphat abſtulit omnia hæc de terra in principio regni ſui, & tamen poſtea creuerunt aliqua excelſa, & luci, & alia pertinentia ad idolatriam, quæ populus latẽter introduxit, & hæc poterat nunc auferre Ioſaphat.

Dicendum, quòd aliter intelligendum eſt de lucis, & aliter de excelſis. De excelſis dici poteſt vno modo, quòd iſta excelſa fuerunt illa, quæ reliquit Aſa in terra, de quibus dicitur ſupra decimoquinto. Sed illa excelſa erant duplicia, quædam erant, in quibus colebatur Deus extra templum: alia erant, in quibus colebantur idola: & eorum, in quibus colebantur idola, omnia abſtulit Aſa, niſi illa templa, quæ fecit Salomõ pro dijs vxorum ſuarum, & concubinarum. 3. Reg. 11. & quarto Regum vigeſimotertio. De iſtis autem dicendum, quòd etiam non abſtulit illa Ioſaphat: nam iſta nunquam fuerunt ablata vſque ad tempus Ioſiæ. quarto Regum vigeſimotertio. Sed poterat nunc Ioſaphat auferre excelſa, ideſt, altaria, in quibus colebatur Deus extra templum, quæ reliquerat Aſa. in hoc erat perfectior, quàm Aſa, quia licèt non eſſet tanta abhominatio, quòd aliqua excelſa eſſent, in quibus coleretur Deus extra templum, ſicut quòd eſſent excelſa, in quibus colerentur dæmones, tamen contra legem erat, quòd talia excelſa eſſent, cùm iuberet Deus ſolùm in templo offerri ſacrificia Leuitici decimotertio. & alibi offerri nefas eſſet: Ioſue vigeſimoſecundo. Auferendo ergo iſta excelſa augebatur cultus diuinus, & tollebantur offendicula. Alio modo poteſt intelligi, quòd licèt Aſa in principio regni ſui abſtulerit omnia excelſa, in quibus colebantur dæmones: tamen poſtea procedente tempore populus introduxit aliqua quaſi latenter, ad quæ non attendit Aſa, & iſta poſtea abſtulit Ioſaphat diligentius ſe habens circa cultum Dei. Alio modo poteſt intelligi, quòd licèt non manerẽt aliqua excelſa tempore Aſa, quòd in principio regni Ioſaphat, non attendente rege facta fuerint, & procedente tempore cùm magis diligenter Ioſaphat attenderet ad extirpandum idolatriam, tunc inueniret excelſa, quæ populus fecerat, & illa abſtulerit. De lucis dici poteſt, quòd omnes lucos deſtruxerit Aſa, & poſtea nulli plantati fuerunt tẽpore Aſa, nec tempore Ioſaphat, ſed Ioſaphat abſtulerit nunc veteres lucos.

Pro quo ſciendum, quòd luci auferebantur ſuccidendo eos, quia ſic lex iuſſerat, quòd luci ſucciderentur: Iudicum ſecundo. & quòd ſucciſſum eſt renaſcitur: ideo luci, qui ſucciſi fuerant tempore Aſa, paulatim renati fuerant, & tempore Ioſaphat erant magni: ita vt in eis fieri poſſent cœremoniæ idolatrarum: ideo vt non daretur occaſio ad iam idolatrandum, voluit ſuccidere nunc lucos Ioſaphat. Aliter poteſt dici, ſicut dicebatur de excelſis, ſcilicet, quòd poſtquàm Aſa abſtulit lucos, & omnem idolatriam in principio regni ſui, populus quaſi latenter fecit aliquos lucos, & excelſa, & illos lucos abſtulit poſtea Ioſaphat, quando diligenter attendit ad hoc. Vel poteſt intelligi, quòd non manſerunt aliqui luci de tempore regis Aſa, ſed regnante Ioſaphat in principio regni eius facti fuerant, & tunc fieri potuerunt, quia non attendebat nimis ad hoc Ioſaphat, ſed magis ad aliqua alia, & poſtquam cœpit ſe conuertere ad hoc, abſtulit de terra quidquid pertinebat ad idolatriam. Et ſic abſtulit lucos: & hoc colligitur aliqualiter, quia vſque ad annum tertium regni Ioſaphat dilatum fuit hoc negotium, vt patet in litera ſequenti, ſcilicet, quia tertio anno miſit Ioſaphat principes ſuos ad docendum populum, & tunc credendum eſt, quòd auferentur de terra omnia, quæ pertinebant ad idola.

Tertio

Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas Semeiam, & Nathaniam, & Obadiam, Asael quoque, & Semiramoth & Ionatham, Adoniamque, & Tobiam, & Thobadoniam leuitas, & cum eis Elisama, & Ioram sacerdotes. Docebantque populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.

*Tertio autem anno.* Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet, quòd Iosaphat populum instruxit, & hoc conuenit post præcedentia: nam postquam Iosaphat regulabat se quantum ad cultum Dei: restabat, vt regularet populum sibi subiectum, cuius cura ei imminebat, & tamē supra actum est, quomodo Iosaphat se habuit in cultu Dei quantum ad se: ideo rectè agitur hic quomodo populum instruxit, & dicitur. *Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis.* Scilicet, ante tertium annum fuit fortè occupatus circa alia, & non potuit vacare huic doctrinæ legis, sed tertio anno oblata sibi opportunitate misit principes suos ad docēdum populum. *Benail, & Obdiam, & Zachariam.* Quinque misit de principibus suis Iosaphat, & alios cum eis de leuitis, & vnus de eis erat Zacharias. Sed non est iste Zacharias vnus de prophetis minoribus, quia ille multo post fuit, s. post reditum de captiuitate Babylonis, & tamen Iosaphat fuit multo tempore ante captiuitatem illam, quia illa captiuitas fuit tempore vltimi regis Iudæorum. 4. Reg. 25. Etiam non fuit iste Zacharias pater Beati Ioannis Baptistę, quia ille fuit tempore Christi valde multo tempore post hoc, nec fuit Zacharias filius Ioiadę summi sacerdotis, qui occisus fuit inter templum & altare. infra 24. quia ille fuit tēpore regis Ioas multo post hoc, sed fuit quidam alius Zacharias, quia multi sic vocabantur. *Et Nathanael.* Non est iste Nathanael, de quo dicitur Io. 1. q vidit Iesus venientem ad se Nathanael, & ait: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est, & Nathanael dixit: Rabbi tu es filius Dei. Nam ille Nathanael fuit tempore Christi, & iste fuit tempore Iosaphat regis. *Et Michæam.* Non est iste Michæas Moraſtites vnus de duodecim ꝓphetis minoribus, quia ille fuit multo post. *Vt docerent in ciuitatibus Iuda.* Scilicet, cultum Dei, & omnes cœremonias legis, atq; iudicia, & vocantur ciuitates Iuda. i. regni Iuda, vt intelligantur etiam ciuitates sortis Beniamin, & illę, quæ acceptæ fuerant de terra Israel de sorte Ephraim: nam in omnibus istis ciuitatibus erat necessaria doctrina legis. *Et cum eis Leuitas.* Scilicet, cū principibus populi ibant etiam Leuitæ, quia ad istos propriè pertinebat docere legem. *Semeiam.* Non est iste propheta Semeias, qui fuit tempore Roboam, & scripsit historiam Salomonis, & Roboam filij eius. supra 9. & 12. quia ille fuit multo ante hunc. *Et Nathaniam.* Non fuit iste Nathanias pater Ismahelis, qui occidit Godoliam prepositum Iudęorum, quia ille fuit tempore captiuitatis Babylonicę. 4. Reg. 25. & iste fuit multo ante. *Et Zabadiam.* Aliqui vocabantur sic inter Leuitas cantores, qui transtulerūt arcam de domo Obededom in domum Dauid. præced. lib. 15. & 16. c. Non tamen intelligendum est, q licèt multi de Leuitis, qui ponuntur hic coincidant in nominibus cū leuitis, qui ponuntur ibi, quòd sint ijdem, viri, quia illi fuerunt multo tempore ante istos. *Asael quoque.* Sic vocabatur vnus de fratribus Ioab filijs Saruię, qui fuit cursor velocissimus, sicut capræ, quę morantur in montibus. Hunc autē occidit in bello Abner princeps exercitus Isboseth. 2. Reg. 2. & differt ab isto, tum quia iste erat leuita, & ille non, quia erat de stirpe Iuda, quæ nō pertinebat ad leuitas: tum quia ille fuit multo tempore ante istum, & mortuus est in principio regni Dauid super Iudam in Hebron, cùm esset mutua concertatio inter domum Iuda, & domum Saulis. *Et Miramoth.* Alij Leuitæ sunt huius nominis. præced. lib. 15. c. & 16. *Ionatham.* Sic enim multi vocabantur: nam sic vocabatur filius Saulis. 1. Reg. 13. & 14. qui fuit vir strenuus valde: sic etiam vocabatur Ionathas Machabæus frater Iudæ Machabæi. 1. Macha. 2. *Adoniam.* Non est iste Adonias filius Dauid, de quo. 3. Reg. 1. & 2. nanque ille fuit multo tempore ante istum, & occisus est mandato Salomonis per Banaiam principem militiæ. tertio Reg. 2. cap. *Et Tobiam.* Non est iste Tobias, qui librum habet historiæ suæ: nam ille fuit de tribu Nephtali, vt patet Tobiæ primo: iste autem fuit de tribu Leui. Item, quia ille Tobias fuit multo post hūc. Nam fuit tempore Salmanasar regis Assyriorum, qui transtulit decem tribus regni Israel in terram Assyriorum, & cum illis translatus est ipse Tobias, vt colligitur ex processu libri sui, & tamen translatio Israelitarū in Assyrios multo tempore post hoc fuit. *Thobadoniam.* Nomen rarò vsitatum est in scriptura. *Leuitas.* Scilicet, omnes nouem immediati supra positi sunt Leuitæ. *Et cum eis Elisama, & Ioram sacerdotes.* Isti duo sacerdotes erant cū leuitis, & principibus laicis ad docendum populum, & essent quasi principes eorū in hoc opere. *Docebantq, populum in Iuda.* Scilicet, in toto regno Iuda, quia non accipitur hic specialiter Iuda pro tribu Iuda, quia omnes, qui erant sub dominio regis Iosaphat participabant hac doctrina, cùm æqualis cura incumberet ei de omnibus. *Habentes librum legis Domini.* Scilicet, isti principes, & sacerdotes, atque leuitæ docentes populum ferebant secum librum legis. Quare autem ferebant istum librum, & qui liber erat iste declarabitur infra in quadam quæstione. *Et circuibant cunctas vrbes Iuda.* Scilicet, regnum Iuda. i. discurrebant per omnes vrbes regni Iuda, & in qualibet manebant aliquanto tempore quantum opus esset manere ad perfectè docēdum populum quemlibet in lege domini, & sic faciebant in singulis vrbibus, sicut faciunt nunc prędicatores nostri. Sic enim faciebat Christus, & discipuli sui: nam discurrebant prædicantes de ciuitate in ciuitatem, & quando aliqua ciuitas volebat tenere longo tempore Christum, vt audiret verbum eius, dicebat ipse, alijs ciuitatibus oportet me euangelizare: Luc. 4. cap. *Atque erudiebant populum.* Scilicet, circa legem discurrendo de vrbe in vrbem.

*Quare misit Iosaphat istos ad docendum.*
*Quæstio XIIII.*

QVAERITVR vlterius, quare Iosaphat misit istos principes, & leuitas, & sacerdotes ad docendum populum discurrendo per singulas vrbes. Respondendum, quòd hoc poterat esse propter multa. Primò ad auferendum idolatriam de terra. s. vt nō maneret error aliquis mētibus Iudæorum: nam ante hoc abstulerat Iosaphat lucos, & excelsa de toto Israel, & quia populus poterat tenere adhuc intentionem circa idolatriam ablatam: ibant isti principes, & leuitę, atq; sacerdotes discurrentes per regnum, vt prædicarent legem populo, & auferrēt de mentibus eorum intentionem idolatrię. Secundò poterat hoc esse ad inquirendum



dum de hæretica prauitate: nam cùm conuersus esset totus populus ad idolatriam, & postea relinqueret illam, poterant esse aliqui non benè firmati circa credulitatem legis: & ad sciendum, qui erant isti, & ad confirmandum in fide discurrebant isti sacerdotes, & leuitæ, & principes. Sic enim sunt nunc apud nos inquisitores hęreticæ prauitatis, qui inquirunt circa eos, qui sunt infamati de hæresi. Tertiò poterat esse ad propagandum doctrinam legis per totum populum: nam cùm populus per se nō possit vacare studio legis, quia rudis est: oportet, q ab aliquo doceatur, & ad hoc sūt prædicatores. Nam si non prędicarent assiduè aliqui legem Dei, abiret in obliuionem tota lex Dei, & omnes cœremoniæ eius, nec sciret quis sub qua lege maneret: ideo tam in veteri testamento, quàm in nouo semper fuerunt necessarij prædicatores. De nouo testamento patet, quia vbique frequentatur prædicatio legis. De veteri etiam testamento dicendum est, quòd idem erat, quia licèt esset vnicum templum in loco, quem dominus elegisset: erant tamen per singulas vrbes & loca Synagogæ, sicut sunt Ecclesiæ nostræ, in quibus conueniebat totus populus ad orandum, potissimè diebus sabbathorum, & in kalendis, & ibi legebantur libri legis, & prophetarum, & post lectionem eorum siquis vir peritus erat, qui haberet sermonem eruditionis, & exhortationis ad populum prædicabat. Sic patet Actu. 13. Nam sic fecit Paulus per duo sabbatha, vt patet ibidem, & per hunc modum propagabatur doctrina legis, nè periret in cordibus Iudæorum per dissuetudinem, & sic ad istud erat nunc necessaria doctrina istorum principum, & sacerdotum, atque leuitarum.

*Quare isti missi sunt tertio anno regni Iosaphat.*
*Quæstio XV.*

QVAERITVR vlterius, quare missi sunt isti principes, & sacerdotes, atque leuitæ tertio anno regni Iosaphat. Respondeti potest vno modo, q ista doctrina, & prædicatio, quæ nunc fiebat ab istis erat ad confirmandum legem in cordibus Iudæorum, & ad hoc, quòd non deleretur memoria eius in eis, & quia lex dei contraria est idolatriæ, non prodest legem Dei alicui prædicare quamdiu in idolatria manet. Et quia in terra Iuda erant excelsa, & luci in principio regni Iosaphat, non proderat prędicari quousque auferrentur excelsa & luci. Ista autem ablata sunt à principio regni Iosaphat vsque ad annum tertium, ideo vsq; ad tēpus illud, non debebat prædicatio inchoari. Alio mō potest dici, quòd ista prędicatio licèt potuisset inchoari ante tertium annum regni Iosaphat: tamen non inchoata est, quia fortè ante hoc erat Iosaphat occupatus alijs negotijs regni, & non poterat tam diligenter vacare cultui Dei, & satis verisimile est, quia in principio regni occupantur reges circa cōfirmationem suā. Et ita fuit de Iosaphat: nam dicitur, q confirmauit dūs regnum in manu eius, & duraret ista confirmatio aliquanto tempore, & dum hæc fierent non posset vacare Iosaphat negotijs pertinentibus ad cultum Dei. Tertiò autem anno regni sui, cùm iam expleſſet negotia confirmationis regni dedit operam cultui Dei mittendo istos, qui prædicarent.

*An pertineret ad istos, vt prædicarent.*
*Quæstio XVI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo missi sunt isti, qui ponuntur hic ad prædicandum, quia videtur, quòd non pertinebat ad eos: nā missi sunt principes Iosaphat, qui erant laici, & leuitæ, & sacerdotes, & tamen officium prædicandi non pertinet ad laicos. Aliquis dicet, quòd principes Iosaphat, qui nominantur hic non erant laici, sed sacerdotes, & leuitæ: vocarentur tamen principes Iosaphat, quia ipse eos principes constituerat in domo sua. Dicendum, q nō stat, sed necesse est poni istos principes esse laicos: nam hic ponuntur primò isti principes, deinde nouem leuitæ, & postea duo sacerdotes, & tamen si isti principes essent sacerdotes, vel leuitæ non condistinguerētur cōtra sacerdotes, & leuitas, & condistinguuntur, ergo erant laici. Dicendum ergo, q poterant mitti isti principes laici ad opus prędicationis dupliciter. Vno modo, quòd ipsi non prędicarent, sed sacerdotes, & leuitę prędicarent: ipsi autem per potentiam secularem cogerent resistentes: nam poterat esse, q aliqui inter Israelitas, qui essent dediti idolatriæ, offendere vellent sacerdotes, & leuitas prædicantes idolatriam, & detestantes eam, & legem Dei iubentes coli, & vt non paterentur aliqd ab impijs conueniebant simul isti principes, vt nemo posset molestare leuitas, & sacerdotes prædicantes. Vel fortè ipsi erant executores contra infideles, & hæreticos. s. q sacerdotes, & leuitæ erant tanquam inquisitores hęreticæ prauitatis, & siqui nollent corrigi redeundo ad veram fidem, quòd per potentiam istorum principum punirentur, & istud erat satis rationabile. Secundo modo potest dici, quòd isti principes mitterentur ad prædicandū licèt essent laici. Pro quo sciendum, q licèt officium prædicandi nunc non pertineat nisi ad promotos in sacris, vel ad eos, q à prælatis assignantur ad prædicandum propter timorē hæreticorum, qui se ingerunt ad prædicandum, & errores dogmatizant, vt colligitur extra de hæreticis cap. cùm ex iniuncto. In veteri tamen testamento tam sacerdotes, & leuitæ, quàm laici prædicabant. Patet de Christo, qui erat de tribu Iuda, & tamen permittebatur à Iudæis prædicare, & rogabatur: & dato quòd Pharisæi essent æmuli sui, non prohibebant eum prædicare. Si tamen de iure potuissent eum excludere exclusissent, nè increparet eos. Patet etiam de Paulo, qui erat de tribu Beniamin, & prædicabat, nec quisquā eum prohibebat. Etiam patet indifferenter, quia omnes laici, dum tamen periti essent admittebantur ad prædicandum. Nam quando Paulus, & Barnabas introisset semel die sabbathi in quandam Synagogam, essentque viri incogniti, expleta lectione legis, et prophetarum, illi, qui erant in Synagoga, dixerunt ad eos: Viri siquis sermo exhortationis in vobis est ad plebem, dicite: Ecce quia non quęsierūt de qua progenie essent, sed solùm si erant periti ad prędicandum. Si tamen soli sacerdotes, & leuitæ prędicarent quæreretur ab eis primò, an essent sacerdotes, vel leuitæ, & deinde an essent periti ad prædicandum, & tamen non quæsierunt hoc, ergo tam laici, quàm sacerdotes, & leuitæ poterant prędicare. Dicendum tamen, quòd sacerdotibus competebat prędicare, & ēt incumbebat eis necessitas prędicandi. Laicis autem, & leuitis competebat prędicare, sed non incumbebat eis necessitas prędicandi, aut docendi. Prima pars patet, quia in omnibus indifferenter competebat prędicare, vt probatum est: ergo etiam sacerdotibus competebat. Secunda pars patet, quia sacerdotes habebāt istatum, propter quem requirebatur peritia prędicandi & docendi, vnde ex necessitate tenebantur respondere quęrentibus de dubijs legis. Sic patet Malach. 2. s. Labia sacerdotis custodiēt scientiam, et legem ex ore eius exquirent, quia angelus domini exercituū est. etiam Aggei. 2. Dominus iubet, q interrogemus sacerdotes de lege. s. quādo inciderit dubium de lege, quòd quęramus à sacerdotibus solutionem: et intantū officium docendi, et prędicandi incumbebat sacerdotibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



tibus, ꝙ qui contemneret, vel abijceret ſcientiam abijceretur de ſacerdotio, vt patet Oſee.4. Quia tu ſcientiã repuliſti: repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. Etiam neceſſaria erat ſcientia in ſacerdotibus, non ſolùm propter ea, quę Dei erant, ſed etiam propter cauſas forales, quia ſacerdotes erant iudices in cauſis magnis foralibus directè, et in quibuſcunque erant iudices, per appellationem, vt patet Deutero. 17. cùm dicitur, ꝙ quando eſſet iudicium ambiguum, & difficile inter Iſraelitas, & dicta iudicum variarentur, irent ad iudicẽ, q erat ſacerdos leuitici generis, & ipſe iudicaret veritatem, & non declinaretur à iudicio eius ad dexteram, nec ad ſiniſtram: ſed talia iudicia ſine magna peritia non exercentur, ideo incumbebat ſacerdotibus habendi ſcientiam ad prędicandum, & docendum, & iudicandum, & ſic omnes ſacerdotes tenebantur habere ſcientiam propter prędicta: ita & ſummus ſacerdos tenebatur eſſe ſciẽs ſuper omnes ſacerdotes, quia ipſe prędidebat omnibus tam ſacerdotibus, quàm non ſacerdotibus in his, quę ad Deum pertinebant, vt patet infra 19. De leuitis autem dicendum, ꝙ non incumbebat eis ex officio tam determinatè habere ſciẽtiam legis, ſicut ſacerdotibus, quia ſacerdotes erant, quibus tota miniſtratio ſanctuarij à Deo commiſſa eſt. Et quia ipſi erant pauci, et non ſufficerent ad explendas omnes adminiſtrationes, traditi ſunt eis leuitę in munus, et ſeruitores, vt adiuuarent eos, ſecundùm quod iuberent ſacerdotes, vt patet Num.3. Et ſic cùm ad ſacerdotes pertineret cura directè totius ſanctuarij, et legis, et ad eos ſolos pertineret adminiſtratio in rebus maximis ſanctuarij, pertinebat ad eos habere maximã peritiam. Ad leuitas autem ſolùm pertinebat miniſtrare in quibuſdam officijs ad mandatum ſacerdotum, ideo in eis ſolùm erat neceſſaria ſapientia ad explenda illa officia: ſed non erat in eis neceſſaria ſapiẽtia ſuprema, et directiua, qualis eſt ſapientia Architectonica, ſed ſapientia manualium artificum, vel ſeruitorum obedientium prędicto maioris regulantis: erãt namque quidam leuitę ianitores, et in his non requirebatur, niſi vt cognoſcerent, qui erant mundi, & qui immundi, vt mundos reciperent in templum, & immundos abijcerent prohibentes eos ingredi. Alij leuitæ erant theſaurarij, & in iſtis non requirebatur, niſi vt ſollicitè cuſtodirẽt theſauros domus domini, & cognoſcerent vaſa, & veſtes requiſitas pro ſingulis miniſtrationibus, & diebus, vt illas in promptum haberent ad dandum miniſtris. Alij leuitæ erant cantores, & in iſtis requirebatur maior ſcientia, quia debebant eſſe periti in lege, & in rebus naturalib', & in hiſtorijs, vt inde componerent cantica diuinæ laudis. Debebant etiam eſſe periti circa artem Rhetoricam, vt pulchro ſermone polirent cõtextum dictorum ſuorum: potiſſimè, quia interdum vtebantur varia lege metrorum, ſicut Ieremias in libro Threnorum, & in libro Iob, & in libro Pſalmorum, vt ait Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum, & ī prologo ſuper Iob, qui incipit: Cogor per ſingulos. Etiam periti eſſe debebant circa artem Muſicam ad inueniendum variam melodiam pro illis canticis, & ob hoc inter iſtos cantores erant doctores multi, & aliqui erant valde ſapientes, vt patet præced. lib. 15. & 25. cap. Et intantum erant quidam eorum ſapientes, ꝙ comparabantur Salomoni in ſapientia, vt patet 3. Reg.4. Et tamen quamquam iſti eſſent ſapientes valde in lege, non tenebantur reſpõdere de lege, quia non erat hoc officium eorum, ſed ſacerdotũ, ſed in officijs ſuis ſapientes eſſe debebant, ſic colligitur infra 35. ca. ſ. Leuitis quoque ad quorum eruditionem Iſrael ſanctificabatur locutus eſt. ſ. ꝙ leuitę erudiebant populum quomodo ſanctificarentur. i. mundarentur ab immunditijs ſuis, quia ipſi erant miniſtri, vel ſubminiſtrantes quantum ad hoc, ꝙ populus purificaretur, ſed non dicitur abſolutè, ꝙ tota eruditio populi pendebat ab eis. Et ſic videtur, quòd non requirebatur, quòd eſſent periti, niſi quãtum ad officia ſua. De laicis autem dicendum, quòd non requirebatur in eis aliqua peritia magna, aut quòd nulla miniſtratio ſanctuarii pertinebat ad eos principaliter, vel ſubminiſtratoriè, ſed ipſi docendi erant à ſacerdotibus, & leuitis. Si tamen contingeret laicos eſſe ſapientes, & vellent prędicare, licebat eis, non tamen licebat ſe immiſcere alicui miniſtrationi ſacerdotali, vel leuiticæ. Et ſic dicendũ eſt de iſtis principibus Ioſaphat, quia laici erant, & tamẽ erant ſapientes valde in lege, & ob hoc miſſi ſunt cum ſacerdotibus, & leuitis ad prędicandũ.

*Quis eßet ille liber legis.* *Quæſt. XVII.*

QVAERITVR vlterius de iſto libro legis, quẽ portabant ſecum, quis liber erat. Reſpondendum, quòd liber legis erat ille, qui continebat legem, & quia lex accipitur variè, poteſt accipi liber iſte diuerſimodè. Vno mõ accipitur lex pro toto contextu librorum veteris teſtamenti: nam liber Pſalmorum vocatur ſic lex. Sicut patet in allegatione Chriſti Io. 15. c. ſ. Vt impleatur ſermo, qui in lege veſtra ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis. & tamen ſermo iſte habetur Pſal. 108. Alio modo accipitur lex ſolùm pro libris Moyſi, quia propriè lex eſt præceptũ iubens, aut vetans, vel permittẽs, & quia libri quinque Moyſi ſunt de hoc cùm nihil aliud principaliter contineatur ibi, niſi præcepta, vocantur ibi lex. Et iſto modo diſtinguũtur libri prophetarũ, & alii libri veteris teſtamenti à lege. Sic accipitur per Hebræos, & habetur per Hieronymum in prologo Galeato ſuper libros regum, qui incipit: Vigintiduas literas. Tertio modo accipitur lex pro ſolo libro Deuteronomii, qui excellenter eſt lex: eo quòd in ipſo ſub breuibus continetur repetitio, & declaratio legis, q̃ declaratio facta eſt per Moyſen propinquum morti in campeſtribus Moab, vel in planioribus locis terrę Moab, & vocatur Deuteronomium. i. lex noua, vel lex ſecunda, vnde dr̃ iſta eſſe alia lex præter illam, quã dñs dedit in Horeb, ſiue in monte Sinai: Deut.29. Et iſta propriè vocatur lex Moyſi, quia iſtam dedit Moyſes, & declarauit in terra Moab. Aliã autem Deus dederat in Horeb, partim per angelos, & partim p Moyſen. Nunc dicet aliquis, ꝙ accipiatur hic liber legis primo modo ꝑ tota continentia librorum veteris teſtamenti. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ ſtat, quia licèt Chriſtus interdum tali modo loquẽdi vſus eſt; Iudei tñ non vtebantur hoc modo loquendi, ſed legem ſiue Thora vocant quinq; libros Moyſi, vt patet in ꝓlogo Galeato. Secundò patet, quia tempore, quo iſti principes, & ſacerdotes, & leuitę p̃dicabant, non erant iſti libri veteris teſtamenti: nam non erant tũc ſcripti, niſi libri Moyſi, & Ioſue, & Iudicum, & Ruth: libri autem regum, & ꝓphetarũ, et alii poſteriores nõdum ſcripti erant, quia poſt hoc fuerunt oĩa illa, cũ nũc eſſet tempus regum, et in temporibus regũ nõ erant ſcripti libri regum, ſed poſt tempora ipſorum ſcripti ſunt. Tertiò patet, quia iſte erat vnus liber. Nã dicitur hic, ꝙ portabant librũ legis, et tamen inter ludęos non coputantur ſic libri multi in vnum volumen, ſed quia libri Moyſi ſunt maioris auctoritatis, q̃ ceteri libri veteris teſtamenti, ponuntur illi ſoli. Nos autem, qui ad hoc non attendimus, totum canonem Sacrę Scripturę cuiuſcunque ordinis ſub vno volumine coarctamus. Dicendum ergo eſt, ꝙ accipitur liber legis ſecundo, vel tertio modo, ſcilicet, pro omnibus quinque libris Moyſi, quia propriè vocantur lex, vel pro ſolo Deuteronomio, et vtroque modo ſatis propriè accipitur.

Dicen-



Dicendum tamen fortaſſis magis videtur, ꝙ accipiatur pro ſolo Deuteronomio, qa iſte eſt purè liber legis non implicans ſe hiſtorijs pro magna parte, ſicut alij quatuor libri Moyſi. Item qa iubebat Deus, vt iſte liber Deuteronomij poneretur ī latere arcę, & cuſtodiretur ibi ſpecialiter, quod non iubebatur de alijs libris legis. Item, quia Deus iubebat, ꝙ reges qñ ſederent in ſolio regni acciperent librum legis à leuitis, vt ſtuderent in eo, & tamen de ſolo Deuteronomio iubebatur, ꝙ illũ acciperent, vt patet Deutero. 17. Ex quo apparet, ꝙ ille erat ſpecialiter liber legis, vel ille ſolus ſpecialiter pertinebat ad eruditionem regis, & laicorum. Item patet hoc magis, quia Deute. 31. iubetur, ꝙ de ſeptem in ſeptem annos. ſ. anno remiſſionis quando congregarentur omnes Iſraelitę ad locum ſanctuarij in feſto tabernaculorum legeretur liber Deuteronmium coram toto populo. Et ſic videtur, ꝙ ad inſtructionem populariũ ſolus liber Deuteronomij erat neceſſarius. Ille ergo erat, qui vocabatur hic liber legis. Si tamen aliquis contendat, ꝙ vocatur hic liber legis tota lex Moyſi. ſ. quinque libri, nõ inſiſto, quia etiam illud teneri poſſet, licèt iſtud rationabilius eſt.

*Ad quid portabant ſecum illi librum legis.*

*Quæſtio XVIII.*

QVAERITVR vlterius, ad quid portabant iſti principes, & ſacerdotes, & leuitæ ſecum librum legis. Dicendum, quòd hoc poterat eſſe ad multa: primò ad ſtudendũ in eo quid dicerent. Nam iſti prædicabant, & docebant populum per omnes vrbes, & loca, & quia prędicatio erat de lege, oportebat, vt haberent ſecum librum legis, vt ſcirent quid prędicarẽt. Secundò, quia iſti prædicatores debebant ſe habere cautè valde. ſ. vt in prędicando nihil ſuperadderent ad legem: nam Deus dixit Deuter. 12. quod præcipio tibi hoc tantum facito domino deo tuo, nec addas quidquam, nec minuas. Sicut ergo nihil vltra legem fieri debebat, nec aliquid ſubtrahi, ſed pręcisè qđ lex iubebat: ita nihil prędicari debebat vltra legem, nec ſubtrahi, vel taceri aliquid de eo, quod in lege continebatur. Sic patet Deutero. 4. ſ. non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Ad hoc ergo oportebat, ꝙ haberent ſecum librum legis, vt ſcirent ſi prędicando aliquid addebant, vel ſubticebant. Tertiò, quia cùm iſti prędicarent legem populo, fortè dubitarent aliqui an ea, quę iſti prędicabant, continerentur in lege, & ad probationem huius, oportebat ſecũ habere librum legis. Quartò poterat hoc eſſe ad hoc, ꝙ exẽplar libri legis maneret in quolibet loco ad memoriã: nam prędicabatur lex per ſingula loca, & quia non poterat tota memoriter retineri ab audiẽtibus, expediens erat, vt in ſingulis locis tranſcriberetur, & maneret copia eius, & ad hoc debebant iſti prædicatores portare ſecũ librum legis, vt omnibus locis darent copiã legis.

Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iudæ, nec audebant bellare contra Ioſaphat. Sed & Philiſthæi Ioſaphat munera deferebant, & vectigal argenti: Arabes quoque adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos, & hircos totidem.

*Itaq; factus.* Hic ponitur tertium huius capituli, in quo Ioſaphat hoſtes ſubiecit, & dicitur. *Itaq; factus eſt timor domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erãt per gyrum.* Ponitur enim quomodo hoſtes Ioſaphat ſubiecti fuerunt ei, & non auſi ſunt pugnare contra ipſum. ſ. quia Deus miſit terrorem ſuum ſuper omnia regna terræ, quæ erant per gyrum, & non audebat quiſquam reſiſtere, nec pugnare contra Ioſaphat. Quomodo autẽ fuerit iſte timor à domino miſſus & cur, declarabitur infra in quadam quæſtione. Et vocatur iſte timor domini, quia nõ fuit incuſſus opere Ioſaphat per aliquid quod ipſe faceret, ſed Deus illum immiſit. *Quæ erant per gyrum Iuda.* Scilicet, qui erant ad omnia quatuor latera regni Iuda, in quo regnabat Ioſaphat: erant. n. ꝑ gyrum regna hæc. ſ. ad meridiem Philiſthini, & Amalecitæ, & Arabes, & aliæ gentes habitantes inter Aegyptum, & Iudam, ab Oriente Idumæi, Amalecitæ, Iſraelitæ, & Syri, à ſeptentrione Iſraelitæ, & Syri, ab occidente nulla gens erat, niſi quædam pars Sidoniorum, & Philiſthinorum, & mare mediterraneum. *Nec audebant bellare contra Ioſaphat.* Scilicet, tantus eos inuaſerat terror, quòd omnino putabant ſe ſuperandos à Ioſaphat: ideo non audebãt pugnare contra eũ, vt non ſolũ pugnare non auderent, ſed etiam reſiſtere non confiderent ſi pugnaret contra eos Ioſaphat, ſed fugerent præ timore magno. *Sed & Philiſthæi Ioſaphat munera deferebant.* Iſtud eſt conſequens ad præcedentia. ſ. ꝙ gentes, quæ erant per circuitum regni Iuda, nõ audebant pugnare cõtra Ioſaphat, & aliqui ex magno timore ſubijciebant ſe ei, ſicut fuit de Philiſthinis, qui habitabãt per gyrum regni Iuda. ſ. partim ad meridiẽ, & partim ad occidentem, qui ſe ſubmiſerunt regi Ioſaphat, dando ei munera. Quomodo autẽ Philiſthini poſſent ſe nunc ſubmittere ad dandum munera Ioſaphat cum ipſi eſsẽt quædam pars regni Iuda, & ſubditi Ioſaphat, declarabitur infra in quadam quæſtione. *Et vectigal argenti.* Eſt vectigal nomen impoſitionis, vel penſionis, quæ exigitur de his, quæ vehuntur, vel transferuntur per aliquem põtem, vel portam, vel aliquem determinatum locum. Et dicitur vectigal à vehendo. i. portando, vel transferendo, quia datur pro rebus, quæ transferuntur. Et dicitur vectigal argenti dupliciter: vno modo. ſ. quia iſtud vectigal ſoluebatur in argento, ita quòd non dabatur alia moneta regi Ioſaphat à Philiſthinis pro iſto vectigali, niſi argentea, vel argentum in maſſa. Secundo modo vocatur vectigal argenti. i. dabatur vectigal, ſiue penſio de argento, quod transferebatur de loco ad locum, & hoc eſt accipiendo vectigal propriè. Poteſt tamen accipi vectigal largè pro quacũque penſione, vel tributo quod Philiſthini offerrent Ioſaphat, & ſoluebatur illud tributum in argento. *Arabes quoque adducebant pecora arietum ſeptem millia ſeptingenta, & hircos totidem.* Etiam Arabes dabant tributa regi Ioſaphat quolibet anno, & dabant arietes ſeptem millia, & ſeptingentos, & hircos totidem, eo quòd regio arabum abundat in pecoribus, nec erat aliquid, quod promptius poſſent dare Arabes, quàm pecora. Pro quo ſciendum, quòd Arabes ſunt gentes habitantes apud terram Iuda, partim in latere meridiano eius, & partim ad orientem in regione, quæ vocatur Arabia. Eſt autem regio iſta in deſertis, quę ſunt inter Aegyptum, & terram Chanaã, & per iſtam terram tranſierunt Iſraelitæ venientes de Aegypto: ibiq; quadraginta duas manſiones fecerũt, vt dicitur in libro de ſitu terrę Sanctę. Erat autem iſta terra modicum, vel quaſi nihil habitata ante trãſitum Iſraelitarum per eam, eo quòd erat terra carens aquis, vt dicitur Deut. 8. In tranſitu autem illo facti ſunt duo fontes miraculoſè, in terra illa tangẽte Moyſe petrã. ſ. vnus in Raphidim. Exo. 17. & alius in Cadesbarne. Duo fontes miraculoſè facti.

Num. 20.

Num.20. qui vsque hodie manent, totamque terram illam abundantissimè irrigant, vt dicitur in cod. libro. Terra ista est pascualis, siue habens multa pecora, non tantum propter conditionem terræ, quòd ipsa pascualis sit quantum propter conditionem gentis. Nam Arabes à principio istum modũ tenuerunt, q̃ domos, nec vrbes non ędificant, sed portatiles domos habẽt. s. Mos Arabum in ædificandis domibus. toria in quibus manent ad vsum pastorum, & cũ alia regio alendis pecoribus apta non fuerit, subitò portatiles domos mutant, & aliam incolunt regionẽ, & istam vitam vsque hodie tenent gentes quędam Aphrorum, apud Occidentem in Aphrica positę, quę nullas vrbes, nec domos habent. Et sic cũ isti Arabes totam suam occupationem circa pecora habeant: nihil est, de quo possent conuenientius soluere tributa, quàm de pecoribus, & sic Arabes quoque p̃ timore subiecti fuerant regi Ioſaphat ad tributum.

*Quomodo factus est timor domini super omnia regna terrarum.*
*Quæstio XIX.*

QVAERITVR Circa p̃dicta, quomodo factus est timor domini super omnia regna terrarum, quæ erant in circuitu Iuda. Dicendum, quòd poterat hoc dupliciter fieri. Vno modo, q̃ deus daret tales victorias regi Ioſaphat tam magnificas contra omnes gentes, contra quas pugnaret, q̃ nulla gens auderet pugnare contra illum, imò nec resistere ei pugnanti: & quia Deus dabat ei istas admirãdas victorias, timor qui sequebatur ex his victorijs, vocabatur timor domini. s. à deo incussus. Simile fuit quando Ammonitę, Moabitæ, & Idumæi voluerunt pugnare contra Ioſaphat, & Dẽo agente ipsi inter se pugnauerunt, & mutuis se vulneribus conciderunt. Nam audito hoc oẽs gentes timuerunt pugnare contra Ioſaphat: sic patet infra 20. s. Irruit autem pauor domini super omnia regna terrarum, cùm audissent, q̃ pugnasset dominus contra inimicos Israel. Alio modo poterat hoc effici nõ premisso aliquo bello, vel signo exteriori terroris, sed solùm, q̃ Deus incuteret terrorem in cordibus gẽtium istarum, & timerent. Hoc autem facile est Deo facere, quia Deus habet cor hominis in potestate sua, & potest in illo causare quamcunque passionem voluerit, vt patet Prouer. 21. s. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: & quocunque voluerit vertet illud. Ita est de cordibus aliorum hominum: sed illud dicitur per excellentiam: nam si Deus habet corda regum in manu sua: à fortiori tenebit corda aliorum hominum minus potentium: & sicut mouet Deus ad timorem: ita mouet ad quascunque alias passiones. s. gaudium, vel lętitiam, vel odium, & hoc siue in vigilia, siue in sopore: nam in sopore immittit deus timorem cui vult, iuxta illud Iob. 7. capit. Si dixero per noctem consolabitur me lectulus meus, tunc terrore concuties me, & ossa mea marcescere facies. Et hoc, quia istę passiones sunt quędam impressiones factę in parte animę sensitiuę, siue affectiuę, cuius operatio est in partibus materialibus, quibus alteratis fit impressio quædam in anima ipsa, quæ sequitur cõditionem partium materialiũ in quibus est, & quia liberũ est Deo alterare nos qualitercunque voluerit, causabit in nobis quamcunque passionem voluerit.

Deus habet cor hominis i potestate sua.

*Quare Deus incussit istum timorem gentibus, quæ habitabant in circuitu regni Iuda.* *Quæstio XX.*

QVAERITVR vlterius, quare deus incussit timorem istum gentibus, q̃ habitabant in circuitu regni Iuda. Respondendum, q̃ iste timor pœna quædam est, & incutitur in pœnam ꝓpter aliqua demerita. Sic etiam aliæ nociuæ passiones, sicut turbatio mẽtis, quam incussit Deꝰ Ammonitis, Moabitis, & Idumęis volentibus pugnare contra Ioſaphat, vt se non cognoscerent, & pugnarent inter se inuicem. infra 20. & inducitur aliquando talis passio propter solum demeritum eorum, quibus infligitur, aliquando propter solũ meritum istorum, & demeritum illorum. De primò patet exemplum, vt quãdo Deus incutiebat terrorem Israelitis pugnantibus contra eos gentibus: nam hoc in fauorem gentilium cędebat, sed manifestum est, q̃ non fiebat propter merita eorum, quia ipsi non poterant mereri, cùm essent extra charitatem. Sed quia peccauerant Iudæi contra dominum, tradebat eos dominus in manus hostium, & vt facilius consumerentur, dabat pauorem in cordibus eorũ, vt non auderent resistere: sic patet Leui. 26. s. & qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladiũ: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere, peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Sic etiam Deuter. 28. ponitur in maledictionem timor incussus cordibus Iudæorum quando peccarent. s. Dabit tibi dominꝰ cor pauidum, & deficientes oculos, & animam mœrore consumptam. Et erit vita tua, quasi pendens ante oculos tuos, & timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices, quis mihi det vesperum? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis: & propter ea, quæ videbis tuis oculis. De secundo patet exemplum in Iacob, & Sichimitis alijs, qui a Chananęis habitantibus in circuitu illius regionis depopulati sunt. Nam quando filij Iacob per fraudem occiderunt omnes Sichimitas, Chananæi, qui morabantur in terra, voluerunt insurgere contra Iacob, & domum suam ad delendum eam propter occisionem illam, & tamen deus incussit timorẽ eis, vt non auderent insurgere contra Iacob, vt patet Gen. 35. s. Cumque profecti essent, terror domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Manifestum est tamen, q̃ non incussus fuit ibi terror Chananęis, propter peccata eorum, quia ipsi non peccabant volendo insurgere contra domum Iacob: nam vicini tenentur quodam iure naturæ se adiuuare ad bonam habitudinem sollicitæ communicationis, & quia isti Chananæi erant vicini Sichimitarum, vtebantur iure suo adiuuando eos. Habebant autem iustam causam, quia Sichimitæ occisi fuerãt per dolum Israelitarum: ideo iustissimum bellum erat istorum Chananæorum contra domũ Iacob: & tamen Deus incussit eis timorem, vt non auderent persequi domum Iacob: ideo fuit propter sola merita Iacob. s. q̃ quamquam non peccauissent Chananæi, sed potius filij Iacob, & mererentur occidi: tñ propter merita Iacob immisit Deus terrorem Chananæis, vt non auderent insurgere contra Iacob, & domum suã. De tertiò patet exemplum de Chananæis, quibus incussit Deus terrorem introeũtibus Israelitis in terram Chanaan. Nam tunc fuit magnus timor Dei super omnes Chananæos: ita quòd non auderent pugnare contra Israelitas, nec resistere eis: Exo. 23. s. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. Ideo Deuteron. 7. ibi manifestum est, q̃ propter demerita Chananæorum fiebat hoc, quia iam completæ fuerãt iniquitates eorum, & propter peccata eorum multiplicia terra illos euomuit: Leui. 28. & 20. mandauitq; deus, q̃ nullus illorum viuere permitteretur, nec etiã paruuli, nec fœminæ: Deuteronom. vigesimo, & 21.

Quia Iudæi peccauerant cõtra Deum tradebantur in manus hostiũ

Merebantur ergo, quòd incutereꝰ eis terror à domino ad hoc, quòd facilius perirent: sic etiam fuit quando pugnauit Dauid contra Philisthinos bis in principio regni sui super Israel: nam Deus eis timorem incussit, vt colligitur. 2. Reg. 5. & præced. lib. 14. cap. nam ibi illi merebantur, q̃ incuteretur eis timor: eo quòd erant peccatores, & mouebant bella iniusta contra Dauid. Fiebat etiam hoc propter merita Dauid, qui erat vir deicola, & Deus promiserat ei, q̃ stabiliret regnũ eius in æternum, & daret ei nomen inter reges terræ. 2. Re. 7. Ira nunc poterat esse de rege Ioſaphat. s. q̃ Deus incusserit timorem hostibus eiꝰ, tum propter malitiam ipsorum, qui merebantur regem timere, vt subijcerẽtur, tum propter merita regis Ioſaphat, qui merebat, quòd Deus eum adiuuaret, quia erat vir valde deicola, vt dictum fuerat supra in litera.

*Quomodo fieri poterat, quòd Philisthini tempore Ioſaphat regis soluerint ei vectigalia.*
*Quæstio XXI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo poterat esse, quòd Philisthini nunc tempore Ioſaphat regis soluerint ei vectigalia: nam in hoc inuitur, quòd Philisthini ante tempora Ioſaphat non erant subiecti Iudæis, & quia tempore Ioſaphat fuerunt ei subiecti, & soluerint tributa: & tamen hoc videtur falsum, quia Philisthini erant Chananæi. s. de septem gentibus Chananæorum, quod patet, quia Deus solùm promisit Israelitis terras septem populorum Chanaan, & data est tribui Iuda terra Philisthinorum, vt patet Ioſ. 15. quia ibi ponuntur ciuitates Philisthinorum, vt patet Ioſue 15. quæ habentur 1. Reg. 16. & Ioſue 13. ideo erant Philisthini de aliquo de septem populis Chananęorũ: potissimè, quia Gen. 10. ponuntur termini terræ Chanaan, & intra illos includuntur vrbes Philisthinorum, & tamen omnes populi Chananæorum, qui non subiecti fuerant tempore præcedentium regum, & iudicum, subiecti fuerunt tempore Salomonis, vt patet 3. Reg. 9. & supra 8. Ergo non poterant nunc tempore Ioſaphat subijci Chananæi, cùm iam subiecti essent tempore Salomonis. Respondendum, q̃ Philisthini, & omnes alij Chananæi subiecti fuerant tempore Salomonis, & tamen postea Philisthini repugnauerunt alicui de regibus Israel, & Iuda: & Ioſaphat nunc per magnam potentiam redegit eos in pristinam seruitutem. Et sic dicitur, q̃ soluebant nunc vectigal argẽti. Istud est satis verisimile: nam Philisthini erant magni pugnatores, & habuerunt ab antiquo bellum cum Iudæis, & aliquando subijciebant sibi Iudęos, & aliquando Iudæi eruebant se de potestate illorum: nam tempore Samsonis, & ante illum dominabãtur Philisthini in Israel: Iudi. 15. Et dominati sunt etiam tẽpore Heli summi sacerdotis, qui fuit iudex post Samsonem, sed postea tempore Samuelis, qui successit in dignitate iudicatiua ipsi Heli, liberati fuerunt Iudæi de manu Philisthinorum, cùm persequerentur Iudęi Philisthinos, vt acciperẽt ciuitates eorum, vt patet 1. Regum 7. Sed nondum pœnitus liberati sunt, quia tempore Saulis regis, qui successit Samueli iudici dominabantur Philisthini in Israel, & accipiebant tributa, imponebantq; leges viuendi: nam statio Philisthinorum quædã erat in Gabaath tertæ Israel. s. ad exigendum tributa, vel ad cogendum obseruare leges ab eis impositas, & istam stationem percussit Ionathas filius Saulis, quando voluit rebellare Philisthinis. 1. Reg. 13. Posuerant enim Philisthini grauissimas leges super Iudæos. s. q̃ in tota terra Israel, non esset aliquis faber ferrarius, vt non fabricarent sibi arma Iudæi. Ideo oportebat eos descẽdere in terram Philisthinorum, quandocunque vellẽt vomeres facere, aut exacuere ligones, vel alia instrumenta agriculturæ. 1. Reg. 13. Et ob hoc non habebãt Iudæi aliqua arma ad pugnandum cõtra Philisthinos, nec contra alias gentes: in tantum, quòd quando pugnare debuerunt Iudæi contra Philisthinos tempore Saulis, non fuit inuentus gladius, aut lancea in toto populo, nisi in manu Saulis, & Ionathę. eodem capitulo. Postea autem pugnauerunt Iudęi contra Philisthinos, & habuerunt magnam victoriam, & abstulerunt magnam partem seruitutis huius. 1. Re. 14. & sæpè postea tempore Saulis pugnatum est, & tamen nunquam tẽpore eius ablatum est iugum Philisthinorum quod posuerunt Israelitis. Nam postquam Dauid regnauit super totum Israel, & pugnauit sępe contra Philisthinos, abstulit frenum tributi de manu Philisthinorum. 2. Reg. 8. & ex tunc, non fuerunt subiecti Israelitæ Philisthinis, & tamen nec Philisthini Israelitis. Postea autem tempore Salomonis fuerunt subiecti Philisthini Israelitis in tributum, quia tunc subiugatæ fuerunt oẽs gentes reliquiæ de stirpe Chananæorum Salomoni in tributum. 3. Reg. 9. & supra 8. cap. Erant autem Philisthini de Chananæis, vt supra probatum est, ideo ipsi tunc subiecti fuerunt Salomoni. Postea autem esse poterat, q̃ Philisthini tempore Roboam, vel Abiæ, vel Asa regum Iuda rebellauerint, & manserint extra obedientiam regum Iuda, & tunc tempore Ioſaphat redacti fuerint in pristinam subiectionem: quia fuit Ioſaphat rex potens: nam cùm custodiret legem domini, fecit eum dominus prosperari i omnibus actibus suis, & incussit timorẽ omnibus gentibus, quæ habitabant in circuitu regni Iuda, vt dicitur in litera, & tunc fortè præ timore redierunt Philisthini ad pristinã obedientiam subijcientes se regno Ioſaphat. Vel fortè pugnauit Ioſaphat cõtra illos, & bello subactos coegit ad tributorum præstationem. Alio modo posset responderi, q̃ Philisthini nunc nouiter subiecti fuerunt regibus Iuda, & quòd ante hoc nunquam fuerant subiecti tempore Dauid, nec tempore Salomonis. De tẽpore Dauid satis potest stare, q̃ de eo legitur, q̃ abstulit frenum tributi de manu Philisthinorum. s. q̃ Philisthini exigebant ante hoc tributum ab Israelitis, & ipse illud abstulit, nè iam exigeretur ab Israelitis. 2. Reg. octauo. Etiam quasdam vrbes tenebant Philisthini, quas aliquando tenuerant Israelitæ. s. Geth, & alias vicinas, & illas quoque abstulit Dauid de manibus eorum, vt patet lib. præced. 18. cap. Et tamen non subiecit in tributum Philisthinos, nec prorsus fecit eos pertinere ad regnum Israel. De Salomone autem dicitur. supra 8. & 3. Reg. 9. quòd omnes gentes relictas de stirpe Chanaan, quas non subiecerant reges priores, subiecit ipse in tributum, ex quo sequebatur, q̃ etiam Philisthinos subiecisset, qui erant de Chananæis. Potest tñ dici, q̃ non fuerunt subiecti Philisthini, quia isti termini vniuersales non faciunt semper distributionem in Sacra Scriptura, sed sæpe ponitur omnes pro multis. Dicendum tamen, quòd præcedens modus soluendi conuenientior est.

*An peccauit Ioſaphat subijciendo Arabes ad præstandum sibi tributa.* *Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic, quòd Arabes deferebant Ioſaphat quolibet anno arietes septem millia, & hircos totidem, an peccauit Ioſaphat subijciendo Arabes ad præstandũ sibi tributa ista. Respondendum, quòd non peccauit, quia propter bonitatem Ioſaphat Deus faciebat omnes actus eius prosperos. Et ponitur signanter quid pro eo Deus fecerit. s. q̃ irruit timor domini super omnes gentes, quæ habitabant per gyrum regni Iuda, & quòd Philisthini subiecti

Universidad de Deusto
Biblioteca



subiecti fuerint ei ad soluenda vectigalia argenti, & q̃ Arabes darent quolibet anno arietes, & hircos, & tamen id quod Deus alicui dat in donum non prouenit ei cum peccato, quia aliàs Dei munera nobis nociua essent, ideo tenendo Arabes istos subiectos ad has prestationes pecorum, non erat peccatum. Dicet aliquis, quòd erat peccatum, quia ad subijciendum eos his tributis, oportebat pugnare contra eos, sed non poterat licitè pugnare contra eos Iosaphat, quia Israelitæ non habebant causam pugnandi, nisi contra gentes illas, q̃ erant intra terminos terræ Chanaan, cùm illarum terras solùm accepturi essent: Num. 34. cap. Et tñ Arabes non erant in terrã Chanaan, sed in solitudine magna, quæ est inter Aegyptum, & terram Chanaan, per quã venerunt Israelitæ de Aegypto, & in qua morati sunt ferè quadraginta annis, vt patet in libro de situ terræ Sanctæ. Ideo non habebant iustam causam pugnãdi contra eos Iudæi. Dicendum, quòd iustè fuerunt subiecti Arabes regi Iosaphat, cùm diuinitus hoc factũ fuerit, & in manus cultus obseruati, vt supra dictum fuit, nec obstat ratio in contrarium de bello, quia ista subiectio poterat fieri multipliciter. Vno modo, q̃ fieret non intercidente aliquo bello, nec timore, sed sua sponte se subiecerint Arabes. s. quia fortè viderunt Arabes, q̃ Iosaphat erat potentissimus, & prosperabatur in omnibus actibus suis, & ipsi fortassis, non habebant dominum, qui posset defendere eos de alijs gentibus vicinis, & quia ille erat, qui posset eos defendere, voluerunt se ei sponte subijcere ad soluendum quolibet anno certam pensionem arietum, & hircorum, vt defenderet eos ab hostibus suis: & tunc Iosaphat non peccaret suscipiendo hoc, quod sponte sibi offerebatur: potissimè, quia pro hoc laboraturus erat exponendo se contra hostes Arabum: nemo tamen cogitur proprijs stipendijs militare, iuxta Apostolum primã Corin. 9. & sic de quacunque gente poterat Iosaphat recipere munera, nisi esset aliqui, circa quos esset hoc prohibitum à lege, sicut Chananæi, qui non erant permittendi viuere sub aliquo pacto, vt patet Deuter. 20. licèt aliquis casus erat, in quo permittebantur viuere sub tributo, vt declaratum est. supra 8. in quadam quæstione. Secundò non poterat hoc fieri sine bello, per timorem tñ. s. q̃ Deus incussit terrorem suum omnibus gentibus, quæ erant per gyrum regni Iuda, & non audebant pugnare contra Iosaphat. Erat autem terra Arabum vna de terra propinquis per gyrum regni Iuda, & tantum timuit regem Iosaphat, q̃ subiecit ei totum regnum, & soluebant ei quolibet anno hanc pensionem, & tunc manifestum est, q̃ nõ erat peccatum, quia nihil in hoc fecit Iosaphat, sed Deꝰ, qui per timorem subiecit ei Arabes in tributum. Recipiendo autem quod Deus volebat dare ei in donum non peccabat. Tertio modo poterat hoc fieri per bellum. s. q̃ Iosaphat pugnasset contra Arabes, & subiecisset eos sibi ad ista tributa, & cùm dicitur, q̃ nõ poterãt pugnare Iudæi, nisi contra gentes habitantes intra terminos terræ Chanaan, falsum est, quia verum est, q̃ contra illas poterant pugnare specialius, quàm contra alias. Nam etiam si nulla causa de nouo insurgeret, poterant Iudæi pugnare contra Chananæos, quia habebãt adhuc mandatum legis, per quod non solum licitum erat eis pugnare, sed etiam cogebantur pugnare: ita vt nullũ de Chananæis permitterent viuere, & tamen contra alias gentes non licebat pugnare, nisi existente causa rationabili: eo quòd non dederat Deus terram illarũ Iudæis in possessionẽ, & ob hoc distinxerat Deus modum pugnandi contra Chananæos, & contra alias gentes extra terram Chanaan. Nam contra Chananæos nõ oportebat inquiri aliquam causam belli, sed quocunque tempore erat bellum licitum, & quando pugnarent, & vincerentur, Chananæi omnes erant occidendi in ore gladij viri, & fœminæ, magni & paruuli. Si autem pugnaretur contra alias gẽtes, quæ erant extra terram Chanaan, offerẽda erat eis pax primò. Et si acceptarent pacem, atque aperirẽt portas, nullum poterant Iudæi occidere, sed omnes seruituri erant sub tributo. Si autem non aperirent portas, & postea caperetur ciuitas, occidendi erant omnes viri bellatores. Fœminę autem & paruuli vendi poterant, vel accipi in seruos: Deute. 20. Apparet ergo, q̃ licebat interdum Iudæis pugnare contra aliquam gentem, quæ nõ esset de terra Chanaan, & subijcere eam in tributariam. Et sic foret de Arabibus, quòd fortassis suborta fuit aliqua causa pugnandi Iosaphat contra Arabes, vtpotè, si leserant regnum suum, vel si fauorem dederant hostibus suis, & sic de multis causis alijs vnde haberet Iosaphat causam iustam pugnandi contra eos, & consequenter posset eos subijcere tributis annuis, sicut dicitur hic. Quis tamen modus istorum fuerit subijciendi eos, non apparet.

Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est vsque in sublime, atque ædificauit in Iuda domos ad instar turrium, vrbesque muratas. Et multa opera patrauit in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores, & robusti erant in Ierusalem: quorum iste numerus per domos, atque familias singulorum. In Iuda princeps exercitus Ednas dux, & cum eo robustissimorum viri trecenta millia. Post hunc Iohannan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. Post illum quoque Amasias filius Zechri consecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum, & clypeum ducenta millia. Post istum etiam Iozabad, & cum eo centum octingenta millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs, quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda.

*Creuit ergo.* Hic ponitur quartum huius cap. in quo ciues Iosaphat muniuit. s. fortificando terram suã contra hostes. Et dicitur. *Creuit ergo Iosaphat.* s. creuit ad magnum statum, & famam, & diuitias per continuas proſperitates, quæ ei eueniebant in omnibus actibus suis, & potissimè, quia Deus incusserat timorem eius omnibus gẽtibus habitantibus per gyrum regni sui, vtnõ auderet pugnare cõtra eum, nec ei resistere, & ex hoc multę gentes subijciebantur ei, & crescebat status eius valde. *Et magnificatus est in sublime.* Idest, magnificatus est valde, siue eleuatus est in excelsum. Nam prosperitas Iosaphat, non fuit qualiscunq;, ita vt diceretur aliqualiter eleuatus, sed erat prosperitas eius valde magna, ita vt eleuaretur in sublime quantum ad omnem prosperitatem. *Atq; ædificauit in Iuda domos ad instar turrium.*

Postquam



Postquam vrbes munierat reficiẽdo ea, q̃ corruerant, quæ erant ad necessitatem regni. Adhuc de nouo ædificauit fortalitia alia. s. domos ad instar turrium. Erant domus istę castra quædam in locis natura munitis, quę nos fortalitia vocamus. Et sunt tales domus fortes, vt non possint faciliter expugnari: ideo dicũtur factæ ad instar turrium, vel fortè erant palatia, quæ rex faciebat sibi in vrbibus ad habitandum, & erant magna, atque fortissima: ideo erant ad instar turrium. In Hebræo habetur, Beioramoth, quod signat altitudines, & est numeri pluralis, & ad idem redit litera nostra. Nam vocauit domos ad instar turrium, propter altitudinem ipsarum, cùm turres altæ sint magis, quàm ædificia: quæ domus appellantur. *Vrbesq; muratas.* Istud potèst intelligi, quòd fecit vrbes de nouo, quas muris cinxit: vel intelligetur, quòd erant aliquæ vrbes antiquę, quæ non habebant muros, vtpotè: quia nunquam illos habuerant, & nouiter illas muniebat. Vel fortè habuerant muros, sed corruerant, & nunc reædificabantur per Iosaphat. *Et multa opera patrauit in vrbibus Iuda.* Scilicet, multa alia opera pertinentia ad decorem, & vtilitatem regni in ædificijs fecit: & vocantur vrbes Iuda vrbes totius regni Iuda, quia non solùm in vrbibus sortis Iuda, sed etiam in vrbibus Beniamin, & in illis quas ceperat de terra Israel faciebat fortalitia ad defensionem vrbium. *Viri quoque bellatores.* Ponitur alius modus munitionis regni: nam dupliciter Iosaphat ciues suos muniuit. Primò ædificia construẽdo: secundò apparatus bellicos in viris armatis componendo. Supra autem posuit primum modum in constructione multorum ædificiorum in terra Iuda: hic ponit secundum modum in apparatu bellatorum, quos Iosaphat disponebat habendo secum in curia sua continuè: & disponendo per vrbes ad tempora necessitatis, & dicitur. *Viri bellatores, & robusti erant in Ierusalem.* Scilicet, habebat Iosaphat secum in Ierusalem viros robustos & bellatores: & dicitur, quòd erant in Ierusalem, quia Iosaphat manebat semper in Ierusalem: nam ibi erat sedes regni, & consuetum erat omnibus regibus Iuda morari semper in Ierusalem. Dicitur autem, quòd erant viri bellatores, & robusti non quidem intelligendo, quòd alij essent viri robusti, & alij bellatores, sed quòd isti viri, quos habebat secum Iosaphat, erant viri electi, & erant robusti. s. habẽtes corpora valde fortia, & magna, & pulchra inter cæteros de regno quales ipse poterat eligẽre. Sic. n. faciebat Saul, qui fuit primus rex Israel, qui q̃cunq; videret virum fortem, associabat sibi, & faciebat virum belli. 1. Re. 14. Erant autem isti bellatores. i. assueti bellis: quia sæpè fuerant experti in bellis. Et sic habebant duplicẽ fortitudinem. s. vnam, quæ erat robur corporis: & aliam, quæ erat militiaris, quæ causatur ex assuetudine bellica: de qua Arist. 3. Ethic. c. de fortitudine: vel vocantur isti bellatores. i. apti ad bellandum, dato quòd isti nunquam exercitati fuissent in bellis: sed corporis robur, & iuuenilis ætas ad bellum promptos ostendebat. *Quorum iste est numerus.* In litera ponitur numerus istorum bellatorum cùm ordinantur sub principibus suis. *Per domos, atque familias singulorum.* Scilicet, omnes isti fuerũt numerati per domos, & familias suas. Pro quo considerandũ quid vocantur domus, & familię. Sunt autem ista nomina cognationũ. Pro quo sciendum, q̃ totus Israel descẽdebat de ꝓgenie Iacob, & vocabatur tota illa gens Israel: qa Iacob pater suus vocatus fuerat Israel à Deo: & propter vnitatẽ illius patris, & principij erat Israel vnus populus: deinde diuidebatur in multas ꝓgenies particulares, scilicet, in duodecim tribus propter duodecim filios Iacob, à quibus deriuata est ista multitudo: deinde q̃libet tribus diuidebat in familias, & q̃libet familia diuidebat in domos, & q̃libet domus per viros, & ibi erat status. Sic. n. faciebat diuisio ad inuestigãdum aliquẽ virum in Israel: sic iussit Deus fieri Ios. 7. s. qñ Deus iratus est, quia Achor rapuerat de anathemate Iericho, & Israelitę nesciebãt quis peccasset: iussit Deus, q̃ applicaretur corã dño totus Israel p tribus suas, & sorte sciretur, q̃ tribus peccauerat: deinde tribus applicaretur p familias, & familia q̃libet per domos, & domꝰ quælibet p viros, qđ cũ factũ fuisset, sors cõprehẽdit tribũ Iuda, q̃ cũ fuisset applicata p familias, sorte deprehensa est familia Zare, q̃ cũ fuisset p̃sentata per domos capta est domus Zabdi, & rursus domꝰ hæc cũ per viros applicita foret, sorte deprehensus est Achor: iste modus erat diuidendi cognationes inter Israelitas descẽdendo vsq; ad indiuidua. Nam tribus erat maxima cognatio, & sub qualibet tribu erant aliq̃ familiæ. Quòd autem familiæ essent sub qualibet tribu, & quo nominarentur, & à quibus viris descenderent, patet Nu. 26. in litera. Nam nulla tribus habebat vltra octo familias, & cõiter quelibet tribus habebat quatuor, vel quinq; familias: deinde familia quelibet p domos diuidebatur: sed non habetur in Sacra Scriptura numerus, nec noĩa domorũ, quę erant sub qualibet familia. Rarissimè. n. ponuntur noĩa aliqua domorũ in scriptura, sicut nominatur domus Zabdi: Ios. 7. ca. Est aũt sensus, quòd isti fuerũt noĩati per familias, & domos singulorum. s. qlibet de Israel erat de aliqua domo, & familia, & tribu: & quãdo rex accipiebat viros istos, cõputabat quot erant de tali familia, & quot de tali tribu: & tunc per numerũ tribuũ & familiarũ & domorum sciebãt numerus virorum bellatorum regis cõputando quot erant de qualibet ꝓgenie. *In Iuda princeps exercitus.* Iste erat maior oĩum principũ Iosaphat: nam habebat sub se trecenta millia virorum, & nullus aliorum habebat tot viros: vt patet in litera. Quare autem vocetur iste princeps in Iuda declarabitur infra in quadam quæst. *Et cum eo robusti issimi viri trecenta millia.* Idest, sub eo erãt trecenta millia, quia ipse erat princeps omnium istorũ: & vocantur robustissimi. i. robusti solũ: quia non poterat quilibet eorum esse robustissimus superlatiue: nã quod ꝓ excellentiã dr̃, vni soli conuenit. Et iste modus loquendi est scripturę: quia oẽs, qui aliq̃ fortitudinem habent, ẽt si pauca sit, vocat fortissimos, vt patet Nu. 1. vbi numerantur oẽs viri, q egressi sunt de Aegypto de Iudæis. s. sexcenta millia, & plus & de quolibet dicit, q̃ erat vir robustissimus, siue fortissimus: & tñ nõ est verisimile, quòd oẽs in tanto populo essent excellenter fortes, quia in tanta multitudine plures consueuerunt esse infirmi viribus, q̃ fortes. *Post hunc Iohanan princeps.* Ille q̃ supra positus fuit erat primus princeps, & secundus erat iste Iohanan: & vocatur ille primus in ꝓpe, vel dignitate, sicut declarabitur infra in quadam quæst. In Hebræo dicitur, super manũ eiꝰ: vbi litera nostra dicit post hũc, & idẽ signat: quia vtrobiq; signatur ordo: sed est modus loquendi Hebraicus ad signandũ continuationem. s. vt dicatur sup̃ manum eius, idest post ipsum. *Et cum eo ducenta octoginta millia.* Iste erat iã minor princeps, quã præcedens: vt patet ex numero subditorum. *Post istũ quoque Amasias filius Zechri.* Iste erat tertius princeps istorum. Et non est iste Amasias, de quo dr̃ infra 25. & 4. Reg. 14. qa ille fuit rex & iste non: etiã quia ille Amasias fuit multo tẽpore post istũ cũ ille fuerit filius regis Ioas, & fuit quintus rex Iuda post Iosaphat. Item, quia ille Amasias erat filius regis Ioas. Iste autẽ erat filius Zechri. vt patet in lr̃a. *Consecratus domino.* Qũo autẽ iste erat cõsecratus dño, declarabitur infra in quadam quæst. esset. n. dedicatus alicui speciali officio Diuino, vel operi, aut cultui ꝓpter Deũ. *Et cum eo ducenta millia virorum fortium.* s. iste erat minor princeps, quã quilibet de præcedentibus, quia pauciores habebat subditos, & omnes vocantur viri fortes, quia erant apti ad bellum.

Maior omnium principum Iosaphat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada.* Scilicet, post F omnes principes præcedentes erat alius princeps, scilicet Eliada, qui vocatur robustus ad bella: eo ꝙ inter principes nullus erat æqualis huic in robore, & erat in bellis famosior. In Hebræo dicitur. *Et de Beniamin.* Vbi litera nostra dicit hunc sequebatur. Et est sensus, ꝙ de Beniamin erat princeps Eliada, qui erat robustus ad p̄lia. Et hoc dicitur, qa omnes p̄cedentes principes erāt de tribu Iuda, & iste Eliada, & etiam alius princeps sequens erat de Beniamin. *Et cum eo tenentium arcum, & clypeum ducenta millia.* In hoc apparet, ꝙ erant isti de Beniamin, quia viri Beniamin erant sagittarij, & patet hoc ex exercitu, quem tenebat rex Asa pater huius Iosaphat. supra 14. Nam dr̄, ꝙ habebat de Iuda in exercitu suo portantium scuta & hastas trecenta millia, de G Beniamin vero scutariorum, & sagittariorum ducēta septuaginta millia. *Post istum etiam Iozabath.* Iste est ali⁹ princeps de tribu Beniamin. *Et cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.* Iste erat minor, quàm omnes præcedentes principes, vt patet ex numero subditorū, & habebat secum centum octoginta millia militum expeditorū. i. promptorū ad bellū. *Hi omnes erant ad manum regis.* i. omnes isti principes, vel subditi eorum ſm quosdā erant ad manum regis. i. erant prompti ad mādatum regis in curia sua. *Exceptis alijs, quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda.* s. præter istos principes erant alij, & alij subditi eorum, qui non erant in Ierusalem cum rege in curia sua, sed erāt dispositi per alias vrbes regni ad tutelam vrbium, & vt inde ad regis mā- H datum irent quandocunque iuberet.

Quantus fuerit exercitus regis Asa.

*Quomodo Ednas erat princeps in Iuda.*
*Quæstio XXIII.*

QVAERITVR Circa prædicta primò, quō dr̄, quòd erat Ednas princeps in Iuda. Aliquis dicet, quod vocabatur princeps in Iuda: eo ꝙ erat princeps in regno Iuda, sed hoc non stat, quia non solū erat ipse princeps, sed etiam multi alij. s. quatuor, qui nominantur hic post ipsum, & multi alij, qui non numerantur, & erant positi in singulis vrbibus muratis, vt patet in litera. Alij dicunt, ꝙ vocatur iste princeps in Iuda, quia erat de tribu Iuda. Sed obijcietur, ꝙ nō stat, quia cùm I iste solus nominetur de Iuda, videretur, ꝙ iste solus esset de tribu Iuda, & alij essent de tribu Beniamin: & sic essent quatuor principes de tribu Beniamin, & vnicus de tribu Iuda: quod est inconuenienter dictum. Primò, quia tribus Iuda erat maior multitudine, quā tribus Beniamin, & plures principes de ea deberent esse. Secundò, quia erat dignior tribus Iuda cū esset tribus regia: ideo licèt esset minor multitudine, quàm trib⁹ Beniamin, deberent esse de ea plures principes. Dicēdum autem, ꝙ hic ponuntur principes, quos habebat secum Iosaphat in curia sua, & quia dominabatur Iosaphat duabus tribubus. s. Iudæ & Beniamin, accepit principes de vtraq; tribu. & subditi sui erant de viris Iuda, & duo erant de tribu Beniamin. Cùm autem dr̄ hic K de isto primo, ꝙ erat princeps in Iuda intelligit, ꝙ erat de tribu Iuda, & non solū iste erat de hac tribu, sed etiā duo sequentes. Duo autem vltimi erant de tribu Beniamin. Quod patet, quia vbi litera nostra dicit: Hunc sequebatur robustus ad prælia Eliada: dicitur in Hebræo, & de Beniamin robustus ad prælia Eliada. s. de tribu Beniamin erat princeps Eliada, qui erat robustus ad bella: & tunc intelligendum est, ꝙ ipse Eliada, & Iozabath sequens eum erant de tribu Beniamin, & hoc erat conuenienter se habens. s. ꝙ de Iuda essent plures principes, quàm de Beniamin: etiam, ꝙ quilibet principum Iuda esset maior potentia, quàm quicunq; de principibus Beniamin, vt patet ex litera.

# Cap.XVII.

*Quomodo Ednas erat princeps primus, & qui ordo prioritatis erat iste. Quæst. XXIIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Ednas erat hic princeps primus, & de alijs dicebatur, ꝙ erant post ipsum, quātum ad quid erat iste ordo prioritatis, & posterioritatis inter istos principes. Aliqui putant, quòd erat iste ordo quantum ad prioritatem temporis in ministrando. s. quòd isti principes ministrabant regi in curia sua diuersis temporibus anni, & tempus ministrationis eorum erat secūdùm ordinem, quem habent hic principes in litera. Simile enim erat de illis principibus duodecim, quos habebat Dauid, & sub quolibet eorum erāt viginti quatuor millia virorum, præced. lib. 27. nam quilibet eorum ministrabat vno G mense anni, & ministrabant secundùm ordinem, quē ibi habent. Dicendum tamen, quòd isti non erāt tales, vt declarabitur infra in quadam quæst. licèt fortè ministratio illorum poterat competere istis. Sed dicendū, quòd ordo prioritatis istorum erat quantū ad dignitatem, & potentiā. s. ꝙ ſm quòd isti principes ordinātur hic in litera: ita erat ordo in dignitate eorum. Etiam erat ordo in potestate, quia primus maiorem potestatem habebat, quàm secundus, & secundus maiorem quàm tertius, vt patet in litera, scilicet, primus habebat trecenta millia virorum. Secundus habebat ducēta octoginta millia. Tertius habebat ducēta millia virorum. Quartus, qui erat primus de Beniamin æqualis erat tertio, ꝙ erat vltimus de tribu Iuda. Quintus habebat centum octoginta millia virorum: & sic ordo potestatis, & dignitatis inter eos erat.

*Quomodo Amasias dicebatur consecratus domino.*
*Quæstio XXV.*

QVAERITVR vlterius, quomodo iste Amasias filius Zechri dicebatur consecratus domino. Respondendum, quòd vno modo potest vocari cōsecratus domino. i. deditus officio sacro: vtpotè, si erat sacerdos, vel leuita: nam in regno Iuda erat tribus Iuda & Beniamin, & ferè omnes leuitæ, & sacerdotes, quia fugerant de terra Israel, quādo Ieroboam fecit vitulos aureos, & venerunt in regnum Iuda, vt patet supra 11. ideo iustum etiam erat, vt de eis constitueretur aliquis princeps coram rege: & iste fortè esset Amasias, & vocaretur consecratus dño ad differentiam aliorū principum, vt putaretur esse de tribu Leui, de qua oēs erant ministri Dei, & consecrari sibi. Sed obijcietur, quòd non stat: quia isti principes erant de tribu Iuda: & tñ in tribu illa null⁹ erat sacerdos, vel leuita, nec ministrauit quispiam de eis in altari: vt ait Apostolus ad Hebræ. 7. Ideo non erat iste sic consecratus domino. Dicendū, quòd verum est, quòd de tribu Iuda nullus poterat eē sic cōsecratus domino, & tamē iste Amasias non erat de tribu Iuda, sed de tribu Leui: erat tamen princeps coram rege Iosaphat. Et satis est hoc conueniens, quia alij etiam erant principes coram alijs regibus Iuda, qui erant sacerdotes: sic patet de Banaia, qui fuit sacerdos: & tamen constituit eum Dauid principem vnius turmæ suæ, in qua erant viginti quatuor millia virorum. præcedenti lib. 27. cap. Quòd autem esset sacerdos patet. eod. cap. Iste etiam post mortem Dauid fuit princeps toti⁹ militię Salomonis, sicut cōsueuerat Ioab esse princeps militię tpe Dauid. 3. Reg. 4. Ita ergo iste Amasias poterat esse sacerdos de tribu Leui: & tñ quòd seruiret regi in officio militari, quia sacerdotib⁹ non erat illicitum in veteri testamento vacare militię, & effundere sanguinem, sicut nunc est illicitum, ꝓpter irregularitatem, quæ inducta est in nouo testamento.

Alio



Alio modo potest dici, quòd iste Amasias erat laicus de tribu Iuda, & tamen erat consecratus domino, scilicet, quia consecrauerat se domino in voto Nazarēorum. Pro quo considerandum, quòd inter Iudæos erat vnus modus viuendi cęremonialis cadens sub cōsilio, determinatus tamen in lege, per quem poterant se applicare etiam seculares ad cultum Dei, & erat ritus, qui vocatur Nazaræorum. Fiebant autem Nazaræi ex voto, & poterat dupliciter fieri, quia quidam erant Nazaræi perpetui, & alij temporales. Cœremoniæ autem eorum non erant eædem, quia plures erant cœremoniæ Nazarēorum temporalium, quàm perpetuorum, de quibus patet Numeri sexto. Et ibi satis declaratum est: & tamen siue isti, siue illi erant satis separati à communicatione aliorum hominum B in multis: & hoc importat istud nomen Nazaræus, quod in Hebræo vocatur Nazir, scilicet, separatus: & isti vocantur consecrati domino, quia se consecrabāt, ideſt, offerebant domino ad obseruandum aliquid speciale propter eum, quod non obseruabant alij homines. Dicendum autem, quòd licèt vterque istorum modorum videatur satis conueniens: satis videtur conuenire secundus, quia cùm dixit litera, quòd erat consecratus domino, voluit signare aliquid nouum, & speciale: de sacerdotibus tamen, & leuitis nihil noui, & speciale erat, quòd essent consecrati domino, cū necesse esset, quòd essent sacerdotes, vel leuitæ, & tamen de Nazaræis non erat sic: quia nemo cogebatur esse Nazaræus, cùm esset votum spontaneum. Ideo magis videtur, quòd accipiatur pro Nazaræo, quàm pro sacerdote: potissimè, quia sicut litera innuit, isti tres principes primi sunt de tribu Iuda, & duo secundi sunt de Beniamin. Et non fit mentio, quòd aliquis eorum esset de tribu Leui: ideo videtur, quòd iste Amasias esset consecratus domino, scilicet, Nazaræus, quia se in perpetuum vouerat ad seruandum ritus Nazaræorum: & quia nemo de alijs principibus tenebat hanc obseruantiam illo tempore, ad notificationem huius dictum est, quòd erat consecratus domino.

*Qui erant isti principes, &c. Quæst. XXVI.*

QVAERITVR vlterius de istis principibus, qui nominantur hic, qui erant, vel in quo officio seruiebant regi. Respondent quidam, quòd isti erant illi principes, quos Dauid tenebat præcedenti libro vigesimo septimo, scilicet, sicut Dauid tenebat secum principes illos, de quibus hic agitur: ita Iosaphat tenebat nunc alios similes, qui ei assisterent. Dicendum tamen, quòd non erant isti tales principes sicut illi, quos habebat Dauid. Primò, quia illi erant duodecim principes. Isti autem erant solum quinq;. Secundò, illi ministrabant coram rege quilibet mense suo: & sic omnes duodecim explebant totum annum: & tamen isti erant quinque, & non poterant sic E ministrare per singulos menses ad explēdum annum. Tertiò, quia quilibet eorum duodecim habebat sub se viginti quatuor millia virorum, & non excedebat vnus alium in numero subditorum, & tamen isti principes erant inæquales, quia nullus erat æqualis alteri, nisi tertius, & quartus, vt patet in litera. Quartò, quia illi principes duodecim erant distincti per tribus: ita quòd ferè de qualibet tribu erat vnus princeps: & tamen isti quinque, qui ponuntur hic, solū erant de duabus tribubus, scilicet, tres de tribu Iuda, & duo de tribu Beniamin, vt supra declaratum est. Quintò, quia illi duodecim, qui erant principes Dauid ministrabāt per menses, scilicet, quòd quilibet veniebat ad ministrandum vno mense coram rege, & illo finito veniebat sequens princeps & ministrabat: & sic nunquam erat,

Alph. Tost. super lib. Paralip. Pars 2.

A nisi vnus princeps ministrans coram rege in Ierusalē: & tamen de istis quinque principibus dicitur, quòd erant omnes in Ierusalem, & erant ad manum regis, ideſt, erant semper in promptum apud eum, & quòd præter istos erant alij in vrbibus regni prompti ad veniendum, quando vocaret eos rex. Dicendum ergo, quòd isti principes non erant sicut illi, quos habebat Dauid præcedenti libro vigesimo septimo capitulo. Sed potest dici, quòd isti principes erant semper cū rege Israel ad custodiam corporis sui, & erant vtiles ad duo. Primò, vt regem custodirent, qui incustoditus manere non debebat. Secundò, ad ostentationem gloriæ regni, quia in multitudine famulorum ostendebatur gloria regis, iuxta illud Prouerb. 18 scilicet, In multitudine populi gloria regis: in paucitate plebis ignominia principis. Tanta autem multitudo principum, & subditorum assistentium semper regi ostendebat magnam gloriam eius.

*Quare omnes isti erant ad manum regis, &c.*
*Quæstio XXVII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic de istis, quòd omnes isti erant ad manum regis, excepris alijs quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda. Dicendum, quòd isti erant ad ma- C num regis, ideſt, semper cum eo in curia sua prompti ad exequendum mandatum eius. Et tunc dubitabit aliquis, quō tanta multitudo erat semp cū rege in Ierusalē, qa isti principes habebāt sub se millies millia virorum, & centū sexaginta millia virorū, qđ patet aggregando oēs summas virorū quinq; principū, qui nominantur. Respōdent quidā, ꝙ Iosaphat diuiserat totam multitudinē regni sui p principes: ita ꝙ nullus esset de toto regno Iuda, q nō esset sub aliquo istorū quinque principū. Et hoc patet, qa tanta multitudo virorū erat ista, ꝙ vix tanta poterat reperiri in toto regno Iuda. Nam qñ Dauid dominabatur super totum Israel, fecit numerari oēs, q poterant ad bella ꝓcedere, & inuenta est summa paulo maior, qñ ista, vt patet ꝓcce. lib. 21. ca. D Et tñ tunc Dauid dominabatur sup oēs duodecim tribus Israel. Iosaphat aūt solū erat nūc rex super Iudam, & Beniamin: ideo satis erat difficile, ꝙ essent tot viri potentes procedere ad bella in toto regno Iuda. Sed obijcietur, ꝙ non stet, quia præter istos principes, & subditos suos: adhuc erāt alij principes, & subditi in regno Iuda. Quod patet, quia dicitur hic, ꝙ omnes isti erant ad manum regis exceptis alijs, quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda. Dicendum est, quòd isti quinque principes, de quibus hic dicitur, habebant tantam multitudinē subditorū, sicut hic dicit: Et cùm dicitur, ꝙ hæc erat valde magna multitudo, & quòd non poterat esse tanta in toto regno Iuda. Respondēdum vno modo, ꝙ poterat esse tanta in regno E Iuda, qa ibi erat trib⁹ Iuda, & Beniamin, & tribus Leui ferè tota, cū oēs leuitę, & sacerdotes confugissent de regno Israel in terram Iuda, quādo Ieroboā fecit vitulos aureos, vt patet supra 11. cap. Erant ēt multi de regno Israel, qa Asa pater Iosaphat cœperat aliquas vrbes de terra Israel, vt patet supra 15. & supra in litera Iosaphat fortè aliquas caperet: & sic in oībus his posset esse tāta multitudo virorū. Nam in sola tribu Iuda inuenta sunt quinquaginta millia virorū potentiū egredi ad bellū, qñ Dauid fecit numerari totum populū. 2. Reg. 24. ca. Alio modo poterat dici, ꝙ dato, ꝙ nō esset tanta multitudo in regno Iuda, poterant isti quinque principes Iosaphat habere tot viros sub se: nam subiecerat sibi Iosaphat multas gētes, quasdam bello, alias verò solo timore, & de illis poterat habere tot subditos, imo valde plures, qui subijcerentur istis quinque principibus.

Sed dicetur, quòd dato, quòd posset rex Iosaphat tot subditos habere, quomodo stat, quòd haberet illos omnes in Ierusalem secum, quia non videtur quomodo tanta multitudo posset capi in vrbe Ierusalem. Item dato, quòd possent omnes isti ibi capi, non erat verisimile, quòd tantam multitudinem secum haberet Iosaphat: nam videbatur omnes subditos suos secum habere in loco suæ habitationis, quod satis erat ordinatum. Dicendum ergo videtur, quòd omnes isti quinque principes, qui nominantur hic, erant semper cum rege Iosaphat in curia sua: & tamen non erant cum eis omnes isti subditi, sed erant cum eis aliquot de eis, quot sufficerent ad famulatum, & ostentationem gloriæ regni. Cùm autem dicitur de quolibet istorum, quòd erant cum eo tot millia virorum: dicendum, quòd non ponitur hoc ad signandū, quòd omnes isti erant cum eo in curia semper, sed ad signādum magnitudinem potestatis cuiuslibet eorum. Cùm autem obijcitur, quòd dicitur hic, quòd omnes isti erant ad manum regis. Dicendum, quòd hoc intelligitur de principibus, scilicet, quòd omnes isti quīque principes erant semper in curia iuxta regem, quia erant viri honorati, sicut dicitur præcedenti libro decimo octauo capitulo, quòd filij Dauid erant primi ad manum regis, scilicet, quia illi magis assistebant ei cùm essent magis honorabiles. Et ita isti quinque principes Iosaphat erant honorabilissimi in toto regno, & erant ad manum eius, scilicet, semper sibi assistentes. De subditis autem suis non intelligitur, quia illi non erant ad manum regis. Cùm verò obijcitur, quòd præter istos erant alij positi in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda, & sic quòd necesse erat omnes istos esse in Ierusalem cum rege. Dicendum, quòd non intelligitur hoc de subditis: sed de principibus, scilicet, quòd præter istos quinque principes, qui erant semper in curia cum rege, erant multi alij principes positi in vrbibus muratis, & isti erant principes minores subordinati principibus quinque, qui erant cum rege semper, & tamen fortè non habebant isti alios subditos distinctos à subditis istorum quinque principum, quorum summa iam posita est.

## CAPITVLVM XVIII.

IOSAPHAT ergo Iosaphat dives, & inclytus multum, & affinitate coniunctus est Achab, descenditque post annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi, & populo, qui venerat cum eo: persuasitque illi, vt ascenderet in Ramoth Galaad. Dixitq; Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Vt ego, & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus: tecumque erimus in bello.

*Fuit ergo.* Dicto in p̄cedētibus de Iosaphat vita prospera, hic agit̄ de eius societate peruersa, scilicet, quia societatem habuit cum Achab rege Israel, qui fuit pessimus idolatra: & diuiditur in duo, quia primò circa bellum contra Syros tractatus præmittitur. Secundò ipsum bellum committitur, vbi. *Igitur ascenderunt.* Prima in duas, quia primò inter Iosaphat, & Achab dē eundo ad bellum concordia ponitur. Secundò circa euentum belli Deus consulitur, ibi. *Dixitq; Iosaphat.* Achab r Israel p simus id latra.

*An ea, quæ hic habentur ad præcedentia continuentur.*

*Quæstio I.*

QVAERITVR Circa primum, an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post præcedentia, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd inter hæc & præcedentia non potest esse propriè continuatio, quia coutinuatio propriè ponitur inter duas partes eiusdem historię, quarum vna pręcedit alteram propriè, & tamen licèt in hoc capitulo, contineatur aliqua pars historiæ Iosaphat condistincta contra omnes alias partes historiæ, sed præcedenti capitulo, non continetur aliqua pars historiæ, sed ordinatio totius vitæ Iosaphat, quia ea, quæ habentur ibi durauerunt per totam vitam suam. Nam ibi ponitur de principibus, quos habebat, & de ædificijs, quę faciebat, & quomodo se habebat ad Deum: & tamen ista durauerunt tota vita Iosaphat, ideo ea, quæ habentur præcedenti capitulo, non sunt aliqua pars historiæ eius condistincta contra alias partes historiæ, sed coincidit cum tota alia historia de eo. Ad secundum dicendum, q̄ istud excl̄sum est per primum: nam istud quod supra habetur, cū non sit aliqua pars historiæ Iosaphat, nō poterat esse immediatè istud post præcedentia, nec interiecto aliquanto tempore post illa, cùm non sit aliquis ordo continuationis. Circa primum dicitur. *Fuit ergo Iosaphat diues, & inclytus multum.* Ista dictio, ergo, ponitur hic tanquam illatiua, vel continuatiua, non quidem temporis, sed rationis, & infertur istud ex præcedentibus: quia dicitur hic, quod fuit Iosaphat diues, scilicet, in pecunijs, & possessionibus. Et fuit inclytus. i. famosus & gloriosus, & hoc quantum ad excellentiā, & statu & famam suam per omnia regna in gyro. Et sequitur sic, quia supra dicitur, q̄ omnis Iuda obtulit munera regi Iosaphat, & factæ sunt ei infinitæ diuitię: etiam quia Philisthini offerebant ei vectigal argenti, & Arabes per singulos annos afferebant ei septē millia arietum, & totidem hircos: erat ergo diues, ꝓpter hęc. Etiam erat inclytus, quia pugnauerat contra multas gentes, & subiecerat eas sibi. Etiam (quod maius erat) Deus incusserat timorem eius omnibus gentibus habitantibus in gyro regni eius, vt patet præcedenti capitulo, ita vt nullus auderet pugnare contra ipsum. Etiam ipse cōstituerat sibi statum magnum: nam habebat secum semper in curia sua quinq; principes maximos, quorum maximus habebat sub se trecenta millia virorum, & minimus centum octoginta millia, vt patet ibidem. Ideo valde inclytus, ideſt famosus, & magni stat⁹ erat Iosaphat. *Et affinitate coniunctus est Achab.* Istud potest poni ad demostrandum etiam qūo erat inclytus: quia habendo affines potentes, & glorioſos ostendebatur nimis gloria eius. Vel ponitur istud tāquam conclusio præcedentium, scilicet quòd ex eo, quòd Iosaphat erat tam inclytus, & tam diues potuit affinitate iungi regi Achab, qui erat rex potens.

Iste



Iste vr̄ esse primus Rex Iuda, qui cœperat habere amicitiam, & affinitatem cum regibus Israel, quia de præcedentibus non legitur, & iunctus est iste affinitate regi Achab, non quidē accipiendo filiam Achab in vxorem, nec aliquam aliam eius cognatam, nec etiā dādo aliq̄ filiam suam in vxorem regi Achab, qa Achab habuit in vxorem Iezabel filiam regis Sidonis. 3. Reg. 16. sed filiꝰ Iosaphat accepit in vxorē filiam regis Achab. Iste enim fuit Ioram primogenitus Iosaphat, qui accepit in vxorem Athaliam filiam regis Achab. infra 21. & 22. & 4. Reg. 8. Sed quomodo hic sit affinitas, declarabitur infra in quadam quæst. Sciendum autē, q̄ alia, quæ dicta sunt solùm fuerunt dicta propter istam affinitatem Iosaphat, & Achab, quia hic agitur de bello qđ Achab, & Iosaphat fecerunt contra Syros, & adiuuit in eo Iosaphat ipsum Achab, quia erat affinis eius. *Descenditq; post annos ad eum in Samaria.* Scilicet, cùm essent affines Iosaphat & Achab, diligebant se mutuo, & visitabant se: ita quòd aliquando Achab ibat in terram Iosaphat, & aliquādo Iosaphat in terram Achab. Accidit autem nunc, quòd Iosaphat descenderet ad visitandum Achab, & erat Achab nunc in Samaria, quæ erat Metropolis regni Israel, vt patet infra in litera. Et dicitur, quòd descendit post annos ad eum, scilicet, post aliquos annos, scilicet, postquam contracta est affinitas inter eos. *Ad cuius aduentum mactauit Achab boues, & arietes plurimos.* Voluit facere Achab magnam solennitatem regi Iosaphat venienti, tum quia erat rex potens, & inclytus: tum quia erat affinis eius, tum quia veniebat ad honorandum eum descendēdo ad visitandum eum in terram suam, tum & principaliter, quia volebat allicere Achab ipsum Iosaphat obsequijs, vt consentiret precibus eius: nam volebat petere ab eo, vt adiuuaret eum in bello contra Syros in Ramoth Galaad, & sic factum est: nam petiuit hoc Achab, & concessit illud Iosaphat, descenditque cum eo in bellum, vt patet infra in litera. *Et populo, qui venerat cum eo persuasit, vt ascenderet in Ramoth Galaad.* Ista litera potest dupliciter legi: vno modo, quòd non sit iste versus per se, sed pars eius ordinetur cum versu p̄cedenti, & intelligetur sic, scilicet, quòd Achab mactauit boues, & arietes ad aduentum Iosaphat, & etiam populo, qui venerat cum eo, scilicet, q̄ etiam ad honorem populi, qui venerat cum rege mactauit istos arietes, & boues. Nam veniebant viri nobiles de regno cum ipso rege Iosaphat, & ad honorem etiam ipsorū mactauit hæc animalia: & tunc sequitur, & persuasit, vt ascenderet in Ramoth Galaad. Aliter legitur fm quòd iacet in litera, non diuidendo versum, scilicet, q̄ Achab persuasit populo, qui venerat cum rege Iosaphat, quòd ascenderet in Ramoth Galaad, scilicet, vt adiuuaret ipsum Achab in bello contra Syros, & tunc innuitur, quòd prius persuasit Achab seruis Iosaphat, quòd irēt cum eo in bellum, quàm persuaserit ipsi Iosaphat, quod videtur satis irrationabile, sed de hoc infra declarabitur in quadam quæstione. *Dixitq; Achab rex.* Scilicet rex Israel. *Ad Iosaphat regem Iuda.* Qui venerat ad visitandum eum: hic incipit rogare eum pro adiutorio bellico. *Veni mecum in Ramoth Galaad.* Scilicet, veni adiuua me in bello, quòd facturus sum contra regem Syriæ in Ramoth Galaad, vel pro Ramoth Galaad. *Cui ille respondit.* Iosaphat diligebat regem Achab, & respondit ei gratè, sicut petebatur. *Vt ego & tu, sicut populus tuus, & populus meus.* In hoc declarat Iosaphat maximam amicitiam suam, quam gerebat ad Achab, dicens, quòd non oportebat, quòd Achab peteret aliquid à Iosaphat, quia omnia, quæ erant ipsius Iosaphat: erant etiam ipsius Achab: ideo non oportebat, quòd peteret ea, sed quòd vteretur eis iure suo. Et sic est sensus, vt ego & tu, ideſt, ego sum, sicut tu: vel ego sum id, quod tu: quia ista est conditio veterum amicorum, scilicet, quòd incipiunt idem esse: sic patet nono Ethicorum, scilicet, amicus est alter ipse, & non solùm est hoc in amicitia humana, sed etiam in amicitia Dei ad hominem, quia per amorem identificantur, vt ait Apostolus secunda ad Corinthio sexto, scilicet, qui diligit Deum vnus spiritus est cum eo: sicut populus tuus, & populus meus, ideſt, sicut ego, & tu vnum sumus, ita populus tuus, & populus meus vnum sunt. Et non est intelligendum, q̄ illi sunt vnum eodem modo, quo nos sumus vnum, quia nos sumus vnum per amorem, qui transformat amātem in amatum, & tñ non contingit sic in populo ad populum: quia talis amor potest esse hominis ad hominem, non tñ populi ad populum. Sed est sensus, q̄ ex quo ego, & tu vnum sumus per amorem, populus tuus, & populus meus vnum sunt per communicationem vtilitatis, quia populus est tanquam res possessa, & amici communicāt sibi in omnibus bonis possessis. Alij exponunt sic, vt ego & tu. i. iustum est, q̄ ego subueniam tibi nūc in bello, quia ego sum sicut tu. s. sicut tu hodie es in angustia bellorum egens auxilio meo: ita ego potero esse aliquando egens tuo auxilio: ideo iustum est, vt tibi subueniam, vt à te quoque cum opportunum fuerit eadem recipiam: & sicut populus tuꝰ populus meus. i. sicut hodie populus tuus eget auxilio populi mei, ita aliquando populus meus egebit auxilio populi tui: ideo dignum est, vt sibi inuicem subueniant. Sed non conuenit iste sensus tantum literę, sicut præcedens. Patet etiam hoc ex litera. 3. Reg. 22. vbi ponitur ista historia, & dicitur, sicut ego sum, ita & populus meus, & populus tuus vnum sunt. Equites mei equites tui. *Tecum erimus in bello.* Scilicet, quia tanta est vnitas inter me, & te, & populum meum, & populum tuum, quòd erimus tecum in bello adiuuādo te. Condiſio verorum amicorū.

*De affinitate Iosaphat, & Achab regis. Quæst. II.*

QVAERITVR Circa prædicta, & primo circa affinitatem Iosaphat, & Achab, quia dicitur, quòd Iosaphat affinitate iunctus est regi Achab. Respondendum, quòd fuit affinitas, quia filius Iosaphat, scilicet Ioram accepit in vxorem filiam Achab, scilicet Athaliam, sicut patet infra vigesimoprimo, & vigesimosecundo, & quarto Regum octauo. Sed obijcietur, quòd istud non stet, quia ista non est affinitas. Nam per hoc Ioram filius Iosaphat esset affinis omnium cognatorum Achab. Et tamen Iosaphat, qui nō accipiebat in coniugem aliquam de stirpe Achab, non cōtrahebat affinitatem cum aliquo de stirpe illa. Aliquis ergo dicet ad satisfaciendum scripturæ, quòd Iosaphat acceperit in vxorem aliquam filiam Achab, vel aliam cognatam eius. Dicendū tamen, quòd hoc non videtur, quia non apparet, q̄ aliquam talem acceperit Iosaphat in vxorē, sed apparet de Ioram filio eius. Ideo dicendum est, sicut prius. s. q̄ propter illum contracta est affinitas. Et cùm obijcitur, quòd sic Iosaphat non esset affinis Achab. Dicendum, quòd triplex genus affinitatis est. Primum est inter illum, qui accipit aliquam in vxorem ad omnes cognatos illius: nam quantum extenditur linea cognationis, in qua non licet contrahi matrimonium, tantum extenditur linea affinitatis. Et ista est vnius personæ ad vnam totam progeniem: ita quòd non licèt illi viro mortua quam tunc tenet, accipere aliam de tota cognatione vxoris mortuæ, velut si ipse esset de cognatione, de qua erat vxor sua: quia sicut tunc non liceret ei accipere aliquā illarum iure cognationis, ita nunc non licet accipere aliquam iure affinitatis. Et ratio est, quia per copulam carnalem vir & vxor sunt facti eadem caro. Triplex affinitatis genus.

Et ſicut ſi eſſet vir idem cum vxore ſua eſſet in cognatione illius, & non poſſet aliquam de tota illa cognatione accipere in vxorem: ita fictione iuris diuini, & humani conſtitutus videtur in eadem cognatione, & iure affinitatis, non licèt ſibi accipere in vxorem aliquam de tota illa cognatione: & ſicut ſe habet vir ad cognationem vxoris ſuæ, quia omnes de cognatione eius ſunt affines viri, ita ſe habet fœmina ad omnes de cognatione viri, quia omnes de cognatione viri ſunt affines fœminæ, & mortuo viro non liceret ei accipere in virum aliquem de tota cognatione viri, eo quòd p copulam carnalem fuerunt effecti vna caro, & videtur fœmina eſſe in cognatione viri. Secundum genus affinitatis eſt inter cognatos viri, & cognatos fœminæ: nam per primum modum affinitatis attinebat vir omnibus cognatis vxoris, & vxor omnibus cognatis viri, & tamen cognati vtriuſque inter ſe nullo iure ſibi attinent, & nunc per iſtum ſecundum modum computãtur affines. Tertius modus affinitatis eſt, quo affines iſtorum efficiũtur mutuo affines: vtpotè, ſi ego habeã frattrẽ, qui accipiat vxorem, illa eſt affinis mihi, & omnibus de cognatione mea, & ego accipio vxorẽ de alia cognatione, omnes de illa cognatione ſunt affines mihi, quia non poſſunt aliquæ fœminæ contrahere mecũ de illa cognatione. Ecce duæ cognationes diſtinctæ, quæ non attinent ſibi aliquo iure conſanguinitatis, & de nulla earum, ego ſum, quæ tangunt ſe iure affinitatis, non quidem quaſi inter ſe ſint affines, vel quaſi ſint cognatę affinium, ſed quia ſunt affines affinium. Iſti duo gradus poſtremi affinitatis excluſi sũt à iure, quia nec impediunt matrimonium contrahi, nec dirimunt contractum, ſed primus ſolus tenetur. Ioram autem filius Ioſaphat erat affinis Achab primo modo affinitatis, ſed non ipſe Ioſaphat, niſi ad filiã Achab, ſcilicet, Athaliam, quæ erat vxor filij ſui, & tamen inter Ioſaphat, & Achab erat ſecundum genus affinitatis. ſ. quia erant cognati eorum, per quos contrahebatur affinitas. ſ. vnus erat pater viri, & alius pater vxoris. Ideo dicendum, q̃ ſcriptura accepit hic affinitatem largè pro ſecundo gradu affinitatis, licèt ille gradus hodie non impediat tanquam vera affinitas. Vel poteſt dici, quòd accipiatur pro primo gradu affinitatis, qui hodie tenetur de iure, & impedit matrimonium contrahi, & dirimit contractum, & tamen tunc non eſt ſenſus, quòd inter Achab & Ioſaphat eſſet affinitas talis, ſed erat inter Ioſaphat & Athaliam filiam Achab vxorem Iorã filij ſui: ſcriptura tñ dicit affinitate ꝯiunctos Ioſaphat & Achab ꝓpter affinitatẽ, qua ꝯiungebantur Ioſaphat & Athalia filia Achab, & iſte ſecũdus modus loquẽdi eſt verior, & magis conueniens Scripturæ Sacræ.

*Quod bellum Achab ſuaſerit regi Ioſaphat. Quæſtio III.*

QVAERITVR vlterius, cũ Achab ſuadeat hic regi Ioſaphat, & populo ſuo ire in Ramoth Galaad in bellũ, quod bellũ eſt iſtud, & quid ſit Ramoth Galaad. Reſpondendum, q̃ Ramoth Galaad eſt quædam ciuitas in terra Iſrael, quę ſic vocabatur. Et ſciendum, q̃ Ramoth Galaad eſt dictio compoſita, vel (vt volũt alij) eſt Ramoth vna dictio, & Galaad alia, & eſt genitiuus illi adiunctus ad determinandum. ſ. q̃ iſta ciuitas, quę vocatur Ramoth eſt in terra Galaad. Eſt aũt Galaad nomen cuiuſdã montis apud Iordanem ad partem Orientalem eius iuxta terram Moab, qui vocatus fuit ſic per Iacob: nam cũ veniret de Meſopotamia, & perſequeretur eum fugientem Laban, conſecutus eſt eum in monte illo, q̃ poſtea vocatus eſt Galaad & nõdum vocabatur ſic, ſed conuenerunt ibi Iacob & Laban in multis, & iurauerunt ſeruare id, quod conuenerant. Et quia non erant ibi alij teſtes, inuocauerunt Deum in teſtem, & fecerũt cumulos de lapidibus, qui manerent in memoriam huius rei æternam, & à teſtificatione illa vocauerunt montem illum: Laban quidem vocauit illum ſecundùm linguam Syram, & Iacob ſecũdùm linguam Hebraicam. ſ. Galaad, quod interpretatur cumulus teſtis, vel aceruus teſtimonij: patet iſta hiſtoria Gen. 31. cap. Ab illo autem monte vocatur terra in circuitu adiacẽs terra Galaad. Eſt autem illa terra duarum tribuum & dimidiæ, & fuit iſta terra Galaad diuiſa, quia dimidietas eius data fuit tribui Ruben, & medietas tribui Gad: Deute. 3. & in medietate illa, quæ eſt in ſorte Gad eſt ciuitas, quæ vocatur Ramoth: Deutero. 4. & ad differentiam aliarum ciuitatum ſi ſic nominarentur, vocata eſt Ramoth Galaad. Iſta eſt vna de ciuitatibus refugii, ad quas fugiebãt illi, qui homines occiderant à caſu. eod. cap. Syri autem tenuerant iſtam ciuitatẽ, & multas alias de terra Iſrael in tempore Achab, & prędeceſſorum ſuorum. Et tenebatur nunc à Syris tempore Achab, cuius tempore regnabat in Syria rex potens Benadad, & ante hoc duo bella inierat Benadad contra Achab, & in ambobus ſuccubuerat: ita vt Achab caperet viuẽtem Benadad. 3. Reg. 20. & tunc promiſit Benadad regi Achab, q̃ reſtitueret ei omnes ciuitates, quas tenuerat de terra Iſrael, & ẽt, quòd faceret ſibi plateas in Damaſco Metropoli Syriæ, ita vt dimitteret eum. Quod conceſſit Achab, & ſoluit ipſum. eod cap. Sed Benadad non reſtituit ciuitates, quas promiſerat reſtituere, de quib⁹ erat Ramoth Galaad, ſup qua locutus eſt Achab ad ſeruos ſuos accuſando ſe, & illos de negligentia, q̃ non curarẽt tollere Ramoth Galaad de manu Syrorum. tertio Reg. 22. cùm dicitur, dixit rex ad ſeruos ſuos: ignoratis, quòd noſtra ſit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ. Accidit autem, q̃ iſta cogitatio incideret regi Achab, qñ deſcendit ad videndum eũ Ioſaphat: ideo ſuaſit ei, & ſeruis ſuis ire ad bellũ cũ eo in Ramoth Galaad ꝓtra Benadad regẽ Syriæ.

*Quomodo Achab perſuaſerit populo, qui iuit cum Ioſaphat, vt iret cum eo ad bellum in Ramoth Galaad, & alia, in quibus videntur inconuenientia eſſe. Quæſtio IIII.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Achab perſuaſit populo, qui iuerat cum Ioſaphat, quòd iret cum eo ad bellum in Ramoth Galaad, & ponitur, quòd prius perſuaſerit populo, quàm locutus fuerit regi Ioſaphat, in quo viderẽtur eſſe tria inconuenientia. Primum eſt, quia reuerentia regis debebat obſeruari, vt pri⁹ peteretur hoc ab illo, quàm à ſeruis ſuis. Secundum eſt, quia conceſſio illorum non erat firma, vel negatio. Nam dato, quòd ſerui Ioſaphat concederent, quòd irent in Ramoth Galaad cum Achab, ſi Ioſaphat non conſentiret, nihil hoc valebat, quia ipſe prohiberet eos ire: & dato quòd negarẽt ire, ſi forſan cõcederet Ioſaphat, quòd irent, compelleret eos ire ſecum. Tertium erat, quia petitio iſta fauoris, vel ſuaſio nihil proderat, cùm ſciret Achab, quòd illi, qui veniebant cum Ioſaphat non erãt ſui iuris, & quod facerent non proficeret, ſed dependebat ex voluntate alterius. Aliquis dicet, quòd Ioſaphat erat rex inclytus nimis, & benignus, & multi viri potentes, qui erant vicini terrę eius conſiderata eius probitate etiam ſi non eſſent ei ſubiecti veniebant ad curiam eius, & honorabant eum. Et forte nunc de iſtis veniebant multi cum eo, & quia iſti erant ſui iuris poterant cõcedere fauorem ſuum regi Achab, nec dependebat conſenſus eorum à conſenſu, vel diſſenſu regis Ioſaphat. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat.

Primo,



Primò, quia dato, q̃ iſti poſſent dare cõſenſum ſuum, vel diſſenſum ſine rege: tamen non erant ipſi prius requirendi, quàm rex propter excellentiam regalem. Secundò, quia iſtud præſuppoſitum non ſatis cõſtat. ſ. q̃ venirent cum Ioſaphat aliqui, qui non eſſent ſubditi ei, à quibus per ſe poſſet peti conſenſus. Item dato, quòd venirent aliqui, non videtur, q̃ ab iſtis ſolis peteretur conſenſus. Sed ab omnibus, qui veniebant cum Ioſaphat, quia dicitur in litera: & populo, qui venerat cum eo perſuaſit, vt aſcenderet in Ramoth Galaad, & ſic etiam à ſeruis Ioſaphat petitus fuit iſte conſenſus, & tamen ab iſtis non erat opus peti. Dicendum ergo aliter. ſ. q̃ hic eſt mutatio ordinis literæ, quod ſæpè fit in Sacra Scriptura, & in hiſtorijs gentium, vbi nõ tenetur ſemper ordo naturalis rei geſtæ. Sed ordo artificialis interdum. Et ſic tenendum, quòd prius ſuaſit Achab regi Ioſaphat, quòd aſcẽderet cùm eo in Ramoth Galaad, quã populo. Sed tunc dicetur, adhuc ſtante hoc, ad quid opus erat, quòd Achab ſuaderet populo, q̃ erat cum Ioſaphat ire in Ramoth Galaad, cùm illi ſecuturi eſſent mandatum Ioſaphat. Reſpondendum eſt, q̃ verum eſt, q̃ voluntas eorum dependebat ex volũtate Ioſaphat, nec erat neceſſe, q̃ peteretur conſenſus eorũ, & tamen ad magis animandum eos, petitus eſt cõſenſus eorum: quia vt ait Seneca, animus hominis generoſus eſt, & facilius ducitur, quàm trahatur, & quia honor exhibit' mouet naturaliter viros magni cordis, voluit Achab honorare viros Ioſaphat petendo ab eis id, quod aliàs ſine petitione ſortitur⁹ erat: & forſitã iſtud eſſet de conſilio Ioſaphat, quia ſi bellum iſtud eſſet Ioſaphat, ipſi ſequerentur illud, non petito ab eis conſenſu: quia tamen erat bellum extraneorũ, nè viderentur grauari, ſed magis agere ex ſua intentione, ſuaſit illis Achab, q̃ vellẽt ire cũ eo in bellum in Ramoth Galaad.

*Cur poſitum ſit hic bellum regis Iſrael, cùm tantum ſcribi debeant hic geſta regum Iuda. Quæſt. V.*

QVAERITVR vlterius, ad quid poſitũ fuit hic iſtud bellum, quod habuit Achab rex Iſrael cõtra Benadad regem Syrię, quia in iſto libro non ſolent deſcribi aliqua geſta regum Iſrael, ſed geſta regum Iuda. Et patet hoc: nam ẽt ipſe Achab geſſit alia bella cum rege Benadad, quę tñ non ponuntur hic. De illis bellis patet 3. Reg. 20. Aliquis dicet, q̃ alia bella, & quęcunq; res geſtæ ptinentes ad hiſtoriam Achab, erãt res parui momenti, vel in quibus modicum apparebat operatio Dei: ideo ſcriptura nõ curauit hic illa deſcribere: iſtud autem bellum, quia erat maius alijs deſcriptũ fuit hic. Sed dicendum, q̃ non ſtat, quia alia bella fuerunt maiora, & alię res geſtę Achab, quàm iſtud bellum, quod ponitur hic: qđ patet, quia in iſto bello nihil Deus fecit in fauorem Achab, ſed potius ꝓmiſit eum occidi à Syris, & tamen in alijs bellis fecit multa pro eo. Nam in primo bello quod Benadad geſſit cũ Achab, cùm eſſet valde magnus apparatus belli Benadad, & quaſi nulla vis bellica ipſius Achab, Deus prænũciauit ipſi Achab, quòd præualeret contra Benadad, & cum pauco exercitu fugauit totam militiam Benadad, & occidit plurimos. 3. Re. 20. vnde admirati Syri cur hoc eueniſſet dixerunt ad Benadad, dij montium ſunt dij eorum, ideo præualuerunt contra nos: ſed melius eſt, vt pugnemus contra eos in vallibus, & ſic factum eſt. Nam congregauit rurſus Benadad exercitum valde magnum contra Iudæos ad pugnãdum in vallibus, & cùm poſuiſſet Achab duas acies ſuas cõtra exercitum Benadad, apparuerunt quaſi duo parui greges caprarum: & tñ facto concurſu belli occiderunt Iſraelitæ de Syris in die vna centum millia peditum: reliqui aũt confugerunt in vrbem Aphech, & vt magis benefaceret Deus Iudęis fe-



cit, q̃ murus vrbis corrueret ſuper Syros, & occidit viginti ſeptem millia Syrorum, & ibi capt⁹ eſt Benadad viuens, & clementiam Achab exorans. 3. Reg. 20. iſta fuerũt mirabilia bella, in quibus valde manifeſtata eſt virtus diuina, & nullum eorum deſcribitur. Idẽ patet de alijs rebus geſtis, q̃ nõ erant bella: nam corã Achab, & toto Iſrael fuit contentio Eliæ ꝓphetę contra ꝓphetas Baal, & prophetas lucorum ſuper vera deitate, aſſerentibus illis Baal eſſe verum Deũ, & Elia dicente Deũ cęli, qui erat Deus Iſrael, eſſe ſolum Deum verum, q̃d ex communi pacto inquirendum erat in igne de cęlo dando, & ſic repertum eſt Deum Iſrael eſſe verũ Deũ, occiſiq; ſunt prophetæ Baal, & lucorum. 3. Reg. 18. qđ pertinuit ad magnam gloriam Dei, & tñ nihil horum hic deſcribitur. Dicendum ergo, q̃ non fuit iſta cauſa deſcribendi iſtud bellum Achab, ſed quia intentio auctoris. ſ. Eſdræ in libro iſto fuit deſcribere geſta regum Iuda, de regibus autem Iſrael nihil tangere ꝓpter cauſas ſignatas in quadam queſt. in prologo pręced. libri: ideo ſiue eſſent geſta magnifica, ſiue qualitercunque ſubricentur. Quia tamen interdum quędam geſta regum Iſrael erãt communia regibus Iuda, vtpotè bella quædam, quę reges Iuda gerebant contra reges Iſrael, vel è conuerſo, vel reges Iuda adiuuabant reges Iſrael, vel è conuerſo, ad deſcribendum plenè hiſtoriam regum Iuda neceſſe erat ſimul deſcribi regum Iſrael, & ſic fit hic. Nam in bello iſto, quod fecit Achab contra Benadad regem Syrię, fuit cum eo Ioſaphat rex Iuda, & populus ſuus, & liberatus fuit mirabiliter Ioſaphat, cùm affligerent eum Syri putantes eſſe regem Achab. infra in litera. Ideo fuit poſitum hic iſtud bellum, non tanquã pertinens ad hiſtoriam regis Achab, ſed ad hiſtoriam regis Ioſaphat: ſic etiam fuit ſupra decimotertio, vbi ponitur quoddam bellum, quod fecit Ieroboam rex Iſrael, eo quòd fecit illud cõtra Abiam regem Iuda. Vnde ponitur ibi tanquam pertinens ad hiſtoriam Abię, & non tanꝝ pars hiſtoriæ Ieroboam. Et quia alia geſta Achab non pertinebant ad hiſtoriã aliquorum regum Iuda, quamtumcumque illa eſſent magnifica, non debuerunt ſcribi in hoc libro.

*An Ioſaphat tradens filio ſuo in vxorem Athaliam filiam Achab peccauerit, & alia. Quæſt. VI.*

QVAERITVR vlterius, cùm Ioſaphat acceperit filio ſuo Ioram in vxorem Athaliam filiam Achab, an peccauerit, & an communicãdo cũ Achab deſcendendo ad videndum eum peccaret. Ad primũ dicet aliquis, q̃ peccauit valde Ioſaphat faciendo tale matrimonium, nam prohibitum erat Iudęis matrimonium contrahere, & fędera facere cũ Gentilibus, quia idolatræ erant, vt patet Exo. 34. Et tamẽ omnes de domo Achab erant idolatræ, & valde idolatræ, quia ipſi coluerunt Baal ſuper omnes homines: ideo peccatum erat tale matrimoniũ contrahi. Secundò patet, q̃ peccauit Ioſaphat communicãdo cũ Ochozia rege Iſrael faciendo naues cõmunes ad eundum in Tharſis, vt patet infra 20. nam propter hoc confractæ ſunt naues Ioſaphat, vt patet ibi, & 3. Reg. 22. & tamen iſta erat communicatio ſimplex: ideo magis peccaret dando filio ſuo in vxorem mulierem idolatram de ſtirpe idolatrarum, cùm ibi ſit maxima communicatio, & periculoſa. ſ. quia poterat peruertere virum ad idolatriã. Tertiò patet, q̃ magna mala ſecuta ſunt ex matrimonio iſto. Nam ipſa Athalia peruertit virum ſuum Iorã ad idolatriam: nam cùm pater ſuus Ioſaphat, & auus ſuus Aſa eſſent viri deicolæ, ipſe ſuaſione vxoris ſuæ, non ſecutus eſt eos, ſed coluit idola, & hoc improperauit ei Elias propheta in quibuſdam literis, quas direxit ad eum, vt patet infra vigeſimo primo.

Universidad de Deusto



Item quandocũque agitur de idolatria huius, ponitur eius vxor Athalia tanq̃ causa: nam dicitur: filia quippè Achab fuit vxor eius: quasi dicat, non est mirandum, ꝙ secutus fuerit idola, quia filia Achab. s. Athalia erat vxor eius, qui eum ad hæc alliceret. 4. Re. 8. & infra 21. Item ipsa impulit filium suũ Ochoziam regẽ Iuda ad cõsimilem idola, quod fuit causa mortis eius, sic patet infra 22. Sed ipse ingressus est per viam domꝰ Achab: mater enim eius impulit eum, vt impiè ageret: fecit ergo malũ in conspectu domini, sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt consiliarij eius post mortem patris sui in interitum suum, ambulauitque in vijs eorum. Item secutũ est magnum malum ex hoc, quia ista impiissima Athalia occidit nepotes suos, & omne semẽ regium de domo Iuda, vt nemo regnare posset, sed ipsa regnaret, & sic regnauit sex annis, quibus fuit absconditus Ioas nepos eius in domo domini, & tunc ipsa occisa est mandato Ioiadæ summi sacerdotis. 4. Reg. 11. & infra 23. & 24. Respondendum, ꝙ non apparet, an peccauerit Iosaphat faciẽdo tale matrimoniũ, & quia faciliores esse debemus ad absoluendum, quàm ad cõdemnandum, cùm non appareat causa necessaria condemnationis, dicendum videtur, ꝙ non peccauerit in hoc Iosaphat. Et patet hoc, quia Iosaphat fuit rex valde bonus, sicut laudat eum Elyas in literis quas direxit ad filium suum Ioram regem Israel. infra 21. cap. & nõ peccauit nisi in quibusdam, de quibus scriptura eum redarguit: & tamen non legit redargutus de hoc alicubi, sicut legitur redargutus de auxilio quod pstitit regi Achab in bello. seq. cap. & de communicatione, quam habuit cum Ochozia rege Israel faciẽdo naues communes, vt irent in Tharsis. infra 20. ideo videtur, quòd non peccauerit in faciendo tale matrimonium. Secundò patet hoc efficatius, quia omnia censentur homini concessa, quæ de iure naturæ, vel alio iure scripto non sunt vetita, & tamẽ quòd Iosaphat daret filio suo ī vxorem Athaliam filiam regis Achab, nullo iure vetitum erat: ideo non erat illicitum Iosaphat facere tale matrimonium. Nam solùm vetuerat Deus Iudæis accipere in vxores fœminas gentiles, & dare filias suas gentilibus, vt patet Exo. 34. & tamen Achab non erat gentilis, sed Israelita: ideo contrahebat hic Iudæus cum Iudea, quod nulla lege vetitum erat. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd restringere metas matrimonij esset odiosum, nec erat lex ad hoc extendẽda, sed manere deberet in suis terminis. Et ga lex non vetabat contractum inter Iudæos, licèt quidã eorum essent idolatræ, sed solùm inter iudeos & Gentiles, non erat hoc ad iudæos idolatras extendendum. Item patet hoc potissimè, quia licèt omnes Gentiles essent idolatræ: tamen non erat prohibitus contractus matrimonij cũ omnibus Gentilibus, sed solũ cũ Chananæis, vt colligitur Exo. 34. & Deuter. 7. cap. sed Iudei non erant deterioris conditionis, q̃ gentiles, qui erant idolatræ, & non erant Chananæi, ergo non erat prohibitum matrimonium inter illos contrahi. Cùm autem arguitur de ratione prohibitionis. s. quia ideo prohibebatur talis contractus, nè illi, qui erant catholici p communicationem mulierum idolatrarum peruerterẽtur ad idolatriã, & istud erat ẽt cum Iudeis idolatris. Dicendum, ꝙ non est sufficiens ratio hæc, quia etiam omnes gentiles erant idolatræ, & commiscendo connubia cũ quibuscunq; gẽtilibus, poterat sequi ista peruersio, & tñ Deus non vetuit contrahi matrimonium cũ alijs gẽtilibus, sed cũ solis Chananæis, vt dictum est. Quare autem potius cũ Chananeis, quàm cũ aliis gentilibus declaratum est Exo. 34. & Deut. 7. cap. Ad secũdam rationem dicendum, ꝙ peccauit Iosaphat communicando cũ Ochozia, non quidem tantum ex grauitate facti quãtum erat ex reciduatione. Nam peccauerat iterum Iosaphat cõmunicando cũ Achab, & descendendo cũ eo ad bellum, & Deus posuerat eum in periculo inter Syros propter hoc. Et post hæc increpuit eum per prophetam seq. cap. ꝙ ergo iterum rediret ad communicãdũ alijs idolatris de domo Achab, videbatur esse contẽnere admonitionẽ Dei p prophetam. Ideo reputatum est ei in peccatum, & fortassis si fuisset ista prima communicatio, quam haberet Iosaphat cùm viris de domo Achab, non reputaretur ei in peccatum. Alia etiam causa ad hoc esse poterat, quia cùm acciperetur Athalia in vxorem Ioram, nullum piculum esset, si vellet Ioram, quia cùm esset vxor sua, erat iuris sui, & poterat eam abstrahere à cultu idolorum, & sic filij inde nati essent cultores Dei, & vir non peruerteretur per eam ad idolatriam. Sic enim fiebat quando quis volebat accipere in vxorem aliquam de numero captiuarum gentilium. Deut. 21. cap. & tñ cũ communicaret Iosaphat cũ Ochozia rege Israel, videbatur aliquo modo approbare facta eius, & ipse non conuersurus erat Ochoziam ad Deum Israel, cùm nõ esset iuris sui, sed potiꝰ expectabatur peruersio populi Iosaphat ex communicatione cũ idolatris, qui erant in regno Ochozię, & potissimè quantum ad illos, q̃ longum iter acturi erant in nauigijs per mare de seruis Iosaphat, & Ochoziæ, quia per nimiam communicationem poterant peruerti viri Iuda ad idolatriam. Vnde contractæ sunt naues in Asiongaber, nè posset aliquis ire in eis. Ad tertiam rationem qñ ostenditur, ꝙ magna mala secuta sunt ex isto matrimonio, concedendum est, & tamen nõ sequitur inde, ꝙ illicitum fuerit contractum tale matrimoniũ, quia aliquãdo ex bono sequuntur mala. Sed non est attẽdendum ad hoc, quia ex bono sequuntur mala per accidens, & id quod per accidens sequitur ex aliquo, non est ei imputandum: ita ex isto matrimonio factũ est, quia secuta sunt mala per accidens. Nam non sequebatur directè, vel necessariò, quòd propter matrimonium istud sequi deberet idolatria, quæ secuta est, sed potius è contrario si voluisset Ioram subijcere Athaliam vxorem suam legi Dei, & non sequi consilium eius, ipsa coluisset Deũ, & ipse non fuisset conuersus ad idola. Etiam ipsa non induxisset filium suum Ochoziam ad colẽdum idola: nam quando induxit eum ad hoc, iam erat vir magnæ ætatis, qui poterat non sequi consilium matris suæ: nã dicitur infra 22. quòd erat quadraginta duorum annorum, quando cepit regnare, & tunc induxit eum mater sua, vt coleret idola. eod. ca. ꝙ aũt ipsa occiderit postea omne semen regiũ, valde fuit per accidẽs, & inexcogitatum, nec ad hoc pstitit aliq̃ causam directã istud matrimoniũ, qa istud idẽ potuerat efficere q̃libet alia mulier nõ idolatra desiderio regnandi, vel alio furore mota, sicut Medea filios suos occidit, vt virum suum Iasonem tędio afficeret, vt patet in Tragedia 7. Senecæ, cuius titulus est Medea. Et sic dicendum videtur, ꝙ non peccauerit Iosaphat faciẽdo tale matrimoniũ.

Causa mortis Ochozię Regis.

Ratio cur Iosaphat non peccauerit.

Omnia homini concessa sunt, quæ nullo iure prohibita sunt.

*Esto quòd Iosaphat in parte quadam matrimonij non peccauerit, nunquid peccauerit ex hoc, quòd non erat de tribu Iuda. Quæstio VII.*

QVAERITVR vlterius, dato quòd non peccaret Iosaphat faciẽdo tale matrimonium ex eo, quòd Athalia erat idolatra, an peccaret ex eo, quòd non erat de tribu Iuda, sed de tribu Ephraim. Nam Deus dixerat Num. trigesimosexto, quòd omnes viri acciperẽt vxores de tribubus suis, & familijs, & omnes fœminæ acciperent viros de suis tribubus. Et tamen Ioram filius Iosaphat, & Athalia vxor sua filia Achab, nõ erãt de eadẽ tribu, qa Ioram erat de tribu Iuda, & Athalia erat de tribu Ephraim, de qua erat pater suus Achab.

Respon-



Respondendum, ꝙ quantum ad hoc etiam non erat peccatum aliquod, quia cùm Iosaphat esset vir valde deicola ambulans in omnibus præceptis domini, vt patet præcedenti cap. non fecisset tale matrimonium si esset contra aliquam cœremoniam legis: ideo putauit, ꝙ non erat contra legem. Cùm autem obijcitur, ꝙ accipiendæ erant vxores de eisdem tribubus, in quibus erant viri. Respondent quidam, ꝙ erat verum quando mulier succedebat in hæreditate, & si ipsa acciperet virum de alia tribu transiret possessio vnius tribus ad alteram, sicut conquesti sunt filij Manasse propter filias Salphaad, propter quas data est illa lex: Num. 36. Patet etiam hoc, quia quando data est lex ista, fuit posita tanquam causa eius, scilicet, ꝙ viri accipiant vxores de tribubus suis, & mulieres accipiãt viros de tribubus suis, ne transeat possessio de tribu in tribum: sed maneant tribus distinctæ, sicut Deus eas distinxit. eodem cap. Et quia Athalia nihil erat habitura de successione paterna, eo ꝙ secundum Iudæos extantibus filijs saltem vno etiam si multæ filiæ essent nulla illarum succedebat in aliqua parte hereditatis: Numeri 27. cum ipsa haberet fratres filios patris sui Achab, poterat licitè contrahere cum Ioram: nec ex hoc transiret possessio de tribu in tribum. Alio modo potest dici, ꝙ dato ꝙ ista lex extenderetur ad omnes fœminas tam ad illas, quibus debebatur successio, quàm ad illas, quibꝰ nihil debebatur: poterat fieri hoc matrimonium: quia inter reges, vel filias regum ad non reges faciliter fiebat dispensatio. Vel lex non arctabat eas: patet hoc in Dauid, qui erat de tribu Iuda, & tamen accepit in vxorem filiam regis Saulis, scilicet Michol. primo Regum 18. & 19. & tamen non peccauit ille, quia non computat illud scriptura inter peccata sua, ita ergo non peccaret Iosaphat accipiendo in vxorem filio suo Athaliam filiam regis Achab regis Israel.

*An peccaret Iosaphat in illa magna communicatione, quam habebat cum rege Achab. Quæst. VIII.*

QVAERITVR De secundo, scilicet, an peccaret Iosaphat in ista magna communicatione quam habebat cum rege Achab, s. descendendo ad videndum eum in Samariam, & tantam familiaritatem ostendendo, ita ꝙ diceret, sicut ego, ita & tu, populus meus, populus tuus, equites mei, equites tui. Respondendum, ꝙ non apparet manifestè, an peccauerit in hoc Iosaphat, cùm scriptura non arguat eum manifestè de hoc, & tamen magis apparet, ꝙ peccauerit, quã ꝙ non peccauerit. Primò, quia sequenti cap. propheta occurrens Iosaphat increpuit eũ, dicens: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & iccirco iram quidem domini merebaris. & sic videtur increpare eum de duobus: nam inquantum dicitur, impio præbes auxilium: increpatur Iosaphat, quia iuit cum Achab in bellum contra Syros: inquantum verò dicitur, & his, qui oderunt dominum, amicitia iungeris: videtur increpari de maxima amicitia, & communicatione, quam habebat ad Achab, qui oderat Deum Israel. Et tamen non increparetur nisi peccaret in hoc, ideo videtur, ꝙ peccauerat in ista communicatione. Secundò patet, quia infra vigesimo cap. increpatur Iosaphat: quia communicabat cũ Ochozia filio Achab rege Israel. Fecerant namque ambo naues, vt irent in Tharsis, siue in Ophir pro auro, & confractæ sunt naues in Asiongaber. Venitque Eliezer propheta ad Iosaphat dicens: quia fœdus habuisti cum Ochozia percussit dominus opera tua, contrictæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis, infra vigesimo, & 3. Regum 22. cap. & tamen ita erat peccatum communicare regi Achab: quia ipse perior fuit, quàm filius suus, cùm dicatur de Achab, ꝙ nullus inter reges Israel ita venundatus fuit, vt faceret malum, sicut Achab. 3. Reg. 21. & non dicitur hoc de Ochozia filio eius: peccaret ergo Iosaphat communicando cũ Achab.

*An peccauerit Iosaphat eundo ad pugnam cum Achab contra Syros. Quæst. IX.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Iosaphat eundo cum Achab ad pugnam contra Syros in Ramoth Galaad. Aliquis dicet, ꝙ non: quia Achab fouebat iustum bellum contra Syros: ideo quicunq; adiuuaret eum, iustè poterat agere. Patet hoc: nam pugnabat Achab ad repetendum vrbem Ramoth Galaad de manibus Syrorum, quæ erat sua: sed ad repetendum, quod suum est, cuique est bellum iustum: patet hoc, quia dixit Achab ad viros suos: ignoratis, ꝙ nostra sit Ramoth Galaad, & negligamus tollere eam de manu regis Syriæ? Item quia Benadad rex Syriæ promiserat Achab, ꝙ restitueret ei omnes vrbes, quas pater suus tulerat de terra Israel, & nõ tenuit fidem istã: quia non restituit ei Ramoth Galaad. Ideo poterat iustè pugnare contra eum tanquam contra periurum, & in fide mentitum. Secundò patet, quia Iosaphat erat affinitate coniunctus ipsi Achab, & ob hoc erat inuicem eis debitum se adiuuandi in bellis, sicut si essent cognati. Poterat ergo licitè adiuuare eum Iosaphat: potissimè, quia bellum erat iustum. Respondendum, ꝙ peccauit Iosaphat adiuuando Achab in bello. Primò patet, quia Deus non intulisset mala ipsi Iosaphat propter hoc, nisi peccasset in hoc, & tamen intulit mala, ideo peccauit. Patet hoc, quia cùm iuisset Iosaphat in bellum, fecit Deus, ꝙ esset in magno periculo, scilicet, quia obsederunt Syri eum solum, & vexabant eum ad mortem quousque clamauit ad dominum, & Deus misertus eius propter eius antiqua bona opera liberauit eum faciendo declinare Syros ab illo, vt patet infra in litera: & 3. Regum 22. Secundò patet hoc, quia valde fuit super hoc increpatus Iosaphat, & Deus contra ipsum iratus est, & tamen nõ iratsceretur Deus contra ipsum, nisi peccaret. Patet hoc sequenti cap. cùm dicitur, ꝙ propheta occurrit ipsi Iosaphat, & ait, impio præbes auxilium, & his, qui oderunt dominum amicitia iungeris: iccirco iram quidem domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, scilicet, propter bona opera antiqua, quæ fecisti, non intulit Deus iram suam super te pro hoc crimine, quam intulisset. Ad primam rationem in contrarium dicendum vno modo, ꝙ non constat, an Achab foueret iustum bellum contra Syros, & sic Iosaphat poterat fauere ei in bello iniusto, & peccaret: & cùm probatur, ꝙ erat bellum iustum duabus rationibus: dicendum, ꝙ illæ duæ rationes erant ad faciendum bellum iustũ, & tamen poterat aliquid aliud intercidere propter, quod bellum esset iniustum. Alio modo potest dici, & melius, ꝙ dato ꝙ bellum istud esset iustum, peccabat Iosaphat adiuuando Achab, eo ꝙ Achab erat idolatra, & inimicus domini, & nullꝰ vir deicola debebat ei fauere: sic dixit propheta sequenti ca. scilicet, impio præbes auxilium, & his, qui oderunt dominum, amicitia iungeris. Non tamen est intelligendum, ꝙ ex hoc solo, ꝙ erat Achab malus, esset peccatum adiuuare eum in bello: sed ex eo, ꝙ se exponebat Iosaphat periculo. Nam Achab erat pessimus, quia effuderat multum sanguinem prophetarum, & virorum iustorum, & Deus prædixerat ei per Eliam, quòd canes lingerent sanguinem eius. 3. Regum vigesimo primo.

Istud

Universidad de Deusto
Biblioteca



Istud autem publicatum fuerat apud omnes. Item propheta quidam dixerat ad Achab quando dimisit Benadad regem Syriæ, quem ceperat in bello: quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. 3. Regum 20. ca. Ex his debuerat putare Iosaphat, ꝙ periculum erat ire ad bellum cum Achab: quia credendum erat, ꝙ ipse moreretur in bello, cùm ira Dei exardesceret contra eum. Item patet hoc maximè, quia cùm eundum foret ad bellum, & Iosaphat faceret, ꝙ consuleretur dominus super euentu belli, respõdit Michæas propheta domini, ꝙ viderat vniuersum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem: & dixit Deus, non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam. Supra in litera, & 3. Reg. 22. In quo manifestè signabatur mors Achab in bello: ideo formidare debuisset Iosaphat ire illuc: quia poneret se in periculo, & populum suum, & fortè propter demerita Achab, quem scienter adiuuabant, moreretur, & sic factum fuisset, nisi Deus abstinuisset propter antiqua bona opera Iosaphat: vt patet sequenti ca. Deus autem iubet seruis suis recedere de congregationibus malorum, ne sint participes pœnarum suarũ: sicut iussit Loth, & vxori, & filiabus suis recedere de vrbe Sodomorum, ne perirent cum peccatoribus: Gen. 19. Patet hoc etiam de illa magna Babylone spirituali, quæ destruenda monstratur, & quia in ea erant aliqui viri boni, admonentur fugere: vt patet Apoc. 18. ſ. Et audiui aliam vocem de cælo dicentẽ, exite de illa populi meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Sed Iosaphat sciebat congregationem Achab esse congregationem iniquorum dignam pœna, & cui Deus comminabatur in breui pœnam infligendam: ideo peccabat se immiscendo ei eundo ad bellum cum illo. Ad secundum dicendum, quòd licèt ipsi esset Iosaphat affinitate coniunctus: non ideo erat obligatus ei ad adiuuandum ipsum in bello: potissimè, quia dato quòd aliàs esset obligatus, propter iniquitatem Achab tollebatur ista obligatio, quia volendo eum adiuuare erat se immiscere magno periculo pereundi: sicut supra dictũ est.

Dei iubet bonos recedere a congregationibus malorum.

Dixit Iosaphat ad regem Israel: Consule obsecro in præsentiarum sermonem Domini. Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi, ascende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. Dixitque Iosaphat. Nunquid non est hic prophetes domini, vt ab illo etiam requiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Est vir vnus, à quo possumus quærere Domini voluntatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore: est autem Michæas filius Iemla. Dixitque Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit etgo rex Israel vnum de eunuchis, & dixit ei: Voca cito Michæam filium Iemla.

*Dixitque Iosaphat.* Hic ponitur secundum huius partis, in quo circa euentum belli Deus consulitur. Et dicitur. *Dixitque Iosaphat ad regem Israel.* Iam concordatum erat de eundo ad bellum: ideo voluit Iosaphat consulere dominum de euentu belli. *Consule ergo obsecro in præsentiarum sermonem Domini.* Idest rogo te, vt consulas sermonem domini, ſ. vt petas ab aliquo propheta responsionem domini super hoc facto. Quare autem voluit Iosaphat, ꝙ consuleretur Deus, & quomodo consulendus erat, declarabitur infra in quadam quæst. *Congregauit ergo rex Israel prophetarum quadringentos viros.* Nõ intendebat ante hoc Achab consulere dominum de euẽtu belli, sed vt satisfaceret regi Iosaphat, qui petierat consuli dominum, congregauit quadringẽtos prophetas. Qui autem erant isti prophetæ, & quare tot congregauit Achab, dicetur infra in quadam quæstione. *Et dixit ad eos: in Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere?* Idest, nunquid erit vtile ire in Ramoth Galaad ad pugnãdum, vel erit vtilius cessare ab hoc bello? & tamen 3. Regum 22. dicitur, in Ramoth Galaad ire debeo ad pugnandum, vel quiescere? Et hoc, quia hic querebat Achab pro se, & rege Iosaphat. Ibi autem ostenditur, ꝙ solùm pro seipso quæreret: quia tamen semel quæsiuit, & nõ pluries necesse erat, ꝙ quæsiuisset in singulari tantum, vel in plurali, & tamen hic ponitur in plurali, & ibi in singulari, & non erat possibile vtrumque: quia tamen eadem sententia est, siue ponatur in singulari, siue in plurali, non curauit scriptura circa hoc. *At illi, ascende, inquiunt, & tradet Deus in manus regis.* Idest, omnes illi quadringenti prophetæ responderunt, ascendite in Ramoth, & tradet, ſ. eam Deus in manus regis Achab, cuius est pugna. De ista responsione prophetarum quomodo erat, & vnde declarabitur infra in quadam quæstione. *Dixitque Iosaphat nunquid non est hic prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus?* Cognouit Iosaphat, ꝙ omnes illi quadringenti erant prophetę idolorum, & non assensit verbis illorum: ideo voluit quærere à prophetis domini. Et quia cum tanta multitudine prophetarum idolorum nullum prophetam domini venire vidit: dubitauit an esset aliquis propheta domini in terra illa: ideo sub dubio quæsiuit dicens, nunquid non est hic prophetes domini? Melius tamen dixisset Iosaphat, nunquid nõ est hic prophetes domini, vt ab eo requiramus, quàm ꝙ diceret, vt ab illo etiam requiramus. Nam primo modo signaret, ꝙ nullam dabat credulitatem prophetis idolorum, ideo illis reiectis volebat consulere prophetas domini. Dicendo autem, vt ab illo etiam requiramus, signabat, ꝙ quandam credulitatem dabat prophetis idolorum, sed vt plenior haberetur concordantibus omnibus prophetis in vnum volebat ab aliquo propheta domini quærere. *Et ait rex Israel ad Iosaphat: est vir vnus, à quo possumus quærere domini voluntatem.* Quasi dicat, aliquis est, per quem possumus quærere: nam vnus vir relictus est, & iste erat Michæas filius Iemla, vt infra dicitur, & dicitur, est vir vnus, ſ. quia nõ manebant plures illo tempore in præsentiarum, à quibus possent quærere voluntatem domini. *Sed ego odi eum.* Scilicet, licèt manserit vnus vir, à quo possemus quærere domini voluntatem, ego nollem, ꝙ quæreremus aliquid per eum, quia ego nimis odi eum. *Quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore.* Ista est causa quare eum exosum habebat, ſ. sæpè expertus sum, ꝙ iste prophetauerit in rebus ad me pertinentibus, & semper prænunciauit mihi mala, & nunquam aliquod bonum. Patet hoc, quia quando pugnauit Achab contra Benadad rege Syriæ, & cepit eũ viuentem dimisitque eum recedere sub fœdere posito, venit Michæas iste ad Achab præmissa quadam figuratione, & ait quia dimisisti virum dignum morte de manu tua



nu tua erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo eius. 3. Regum 20. Sæpè etiam prophetauerat et alia mala, sed scriptura non commemorauit illa, quia non pertinebant ad mortem Achab. *Est autem Michæas filius Iemla.* Scilicet iste vir, per quem possimus quærere domini voluntatem est Micheas filius Iemla. Est Iemla nomen viri. Et vocatur filius Iemla ad differentiam alterius prophetæ, qui vocabatur Michæas Morasthites. An verò potuit esse iste Micheas Morasthites, & quare ponitur hic nomen patris eius, ſ. Iemla, & quis fuerit iste Iemla, declarabitur infra in quadam quęstione. *Dixitque Iosaphat, ne loquaris rex hoc modo.* Vidit Iosaphat, ꝙ loquebatur irrationabiliter Achab, & ait, ne loquaris hoc modo, ſ. non benè dicis, ꝙ propter hoc, ꝙ prophetat tibi mala, non debeas audire eum: quia si vera loquitur audiendus est, cùm nõ dicat à se, sed à Deo. Et iam dixit hoc Iosaphat ad tollendum malam intentionem Achab, ſ. non dicas sic rex: quia licèt vsque huc contra te mala locutus fuerit, fortè nunc non loquetur mala: ideo non debes omittere loqui ei super hoc. *Vocauit ergo rex Israel vnum de eunuchis.* Isti eunuchi assistebant regi: sic enim erat consuetudo apud antiquos, ꝙ eunuchi assisterent regibus: sic etiam dicitur. 4. Reg. 8. cùm vidua interpellauit apud regem pro agris suis, & domibus, ꝙ rex dedit ei eunuchum vnũ, qui fecit ei restitui omnia, quæ sua fuerant. Isti eunuchi erant castrati, quorum vsus erat apud antiquos: potissimè ad custodiam dominarum, & magnarum mulierum, quia cum eis secure manebant: sed nunc abolita est consuetudo, quia erat quoddam genus crudelitatis auferre membra humana, quę erant de integritate naturæ, & potissimè necessaria ad conseruationem eius: quomodo autem apud Iudæos possent esse eunuchi: dubium videtur, vt declarabitur infra in quadam quæstione. *Et dixit, voca cito Michæam filium Iemla.* Scilicet, vt ipse veniat cito cum alijs prophetis ad respondendum de euentu belli.

Consuetudo veterũ, eunuchi regibus assisterent.

Cur abolita sit eunuchorũ consuetudo.

*Quare Iosaphat voluit Deum consuli de euentu belli.*

*Quæst. X.*

QVAERITVR Circa prædicta, primò quare voluit Iosaphat, quòd consuleretur Deus super euentu belli. Respondendum, quòd propter multa. Primò, quia Iosaphat erat vir deicola credens bellum, & victoriam, & omnia alia pendere in manu Dei: voluit ergo prius scire, quid Deus diffiniret super hoc, quàm iret ad bellum. Secundò, quia nusquam sunt maiora pericula, quàm in bello, cùm ibi agatur ad inferendum mortem. Et poterat esse talis euentus futurus, ꝙ nullo modo vellet Iosaphat ire ad bellum: ideo, vt sciret, an expediret sibi ire volebat consulere dominum. Tertiò, quia magna facultas erat inquirendi voluntatem domini: nam per prophetas, & alios modos facilè erat cuicunque volenti inquirere dominum scire voluntatem eius, nisi Deus vellet se ei occultare: sicut fuit de Saule, qui nõ potuit inuenire responsum domini per sacerdotes, nec per prophetas, nec per somnia: primo Regum 28. Esset ergo magna negligentia, si circa rem tam magnam, quæ tam faciliter haberi poterat, quis non attenderet. Quartò, quia consuetudo erat sic, ꝙ circa ista consuleretur Deus: nam apud antiquos Iudæos nullum bellum, vel magna res fiebat, quin super ea Deus consuleretur. Patet de bellis Saulis: nam quando pugnauit cõtra multitudinem Philisthinorum, tulit arcam in castra, & consuluit dominum coram ea per summum sacerdotem: primo Regum 14. Item quando pugnandum erat contra Philisthinos consuluit dominum, sed noluit Deus sibi respondere: primo Regum 28. sic etiam patet de Dauid, qui consulebat dominum, quando iturus erat in bella: sic bis consuluit dominum cùm esset in Ceila: primo Regum 23. Iterum etiam cùm pugnare vellet contra latrunculos Amalechitas, qui succenderant vrbem Siceleg, quæsiuit à domino, an traderet eos in manus eius: primo Regum 30. Item mortuo Saule cùm ascendere vellet Dauid de terra Philisthinorum in aliquam ciuitatem Iuda, quæsiuit à domino, an ascenderet, & in quam ciuitatem ascenderet. Et responsum est, ꝙ in Hebron. 2. Regum 2. cap. Et iterum quando pugnauit, dum esset contra Philisthinos consuluit dominum. 2. Reg. 5. cùm ergo esset consuetudo quærendi dominum super talibus, consulere voluit eum Iosaphat.

*Quis modus erat, quo Iosaphat voluit Deum consulere.*

*Quæst. XI.*

QVAERITVR vlterius, quis erat modus quo Iosaphat volebat consuli dominum. Respondendum, ꝙ erat apud Iudæos triplex modus consulendi dominum, qui innuitur primo Reg. 28. cùm dicit, ꝙ Saul quæsiuit sententiam domini, & non respondit ei per sacerdotes, nec per prophetas, nec per somnia. Et sic videtur, ꝙ istis tribus modis respondere consueuerat. Primus modus erat per sacerdotes: non quidem per quoslibet sacerdotes: sed solùm per sacerdotes magnos. Erat enim vnicus sacerdos magnus, & ad illum pertinebat consulere dominum: causa huius erat, quia sacerdotes non habebant responsum domini, nisi cũ induerentur vestibus sacris, ſ. rationali, & Ephod, vt colligitur Exo. 28. ſ. Portabit Aaron iudicium filiorũ Israel in pectore suo, idest, portabit rationale in pectore, per quod iudicabatur de causis omnium filiorum Israel. Et tamẽ Rationale, & Ephod erant vestes summi sacerdotis solius: Exo. 28. Ideo non poterat consulere dñm aliqs, nisi summus sacerdos. Modus autem consulendi sacerdotum erat, ꝙ indueretur sacerdos magnus rationali, & Ephod, & proponeret quæstionem, & tunc audiebatur vox respondentis. Sic patet de Dauid consulente dominum per Abiathar summũ sacerdotem, quando erat in Ceila, & dubitabat, an veniret Saul, & destrueret vrbem propter eum, & an traderent eum viri Ceilæ in manus Saulis. Nam dicitur, ꝙ applicuit Abiathar Ephod, idest, induit se veste pontificali, & tunc quæsitum est, an descenderet Saul in Ceilam, & respondit Deus, descendet, & hoc scito. Quæsiuit cùm descenderet Saul, an traderent eum viri Ceilæ in manus Saulis, & responsum est, ꝙ traderent: vt patet 1. Reg. 23. Item quando iterum quæsiuit iturus contra latrunculos Amalechitas dixit ad Abiathar, applica Ephod, quo applicito ait, persequar hos, an non? & compræhendam eos? Et responsum est, persequere, absq; dubio compræhendes eos, & excuties prædam. 1. Reg. 30. cap. Aliqui autem dicunt, ꝙ quæstio ista non fiebat in verbo, sed in scripto, ſ. ꝙ scribebatur quæstio in aliqua membrana, vel papyro, & ponebatur ī papyro plicatura rationalis inter laminas, quas ibi asserunt esse, & post modicum cum educeretur membrana illa de rationali, reperiebatur responsio ad quæstionem illam scriptam. Alij autem, vt Iosephus dicunt, ꝙ responsio fiebat per fulgorem duorum Onychinorum, qui erant super humeros sacerdotis magni in Ephod, siue superhumerali: vt patet tertio Antiquit. Sed de istis modis quis dicatur verior

Consuetudo vetustis prius in bellũ ſpiam.

declara-

declaratum est Exod. vigesimo octauo, & primo Reg. vigesimo tertio, & trigesimo. Secundus modus consulendi erat per prophetas: nam prophetæ erant conscij secretorum diuinorum, & per eos reuelabantur abscondita. Modus autem consulendi ipsorum erat, q̃ quãdo quis volebat testificari de aliquo dubio, proponebat illud prophetæ alicui, & ille orabat dominum, vt ostenderet ei solutionem illius dubij: & aliquando in breui, & aliquando post aliquos dies respondebat Deus. Sicut patet de Iudæis post captiuationem Babylonis relictis in terra Iuda, vt colerent terram. Nam occiso Godolia principe eorum per Ismahelem filium Nathanię, timuerunt q̃ Caldæi occiderent illos propter principem Basam, quem ipsi constituerant eis, & voluerunt præ timore descendere in Aegyptum, & quæsiuerunt à Ieremia, an descendere deberent, & Ieremias posuit preces suas coram domino quotidie orans pro solutione illius dubij, & post decem dies respondit ei Deus, vt patet Iere. 42. cap. Interdum autem morabatur Deus pluribus diebus ante respõsionem: sicut accidebat de Daniele, qui semel vidit quandam visionem, quam non intellexit, & orauit dominum, vt declararet ei, & tribus hebdomadis ieiunauit: abstinuitque ab omni delectabili, & in fine hebdomadarum responsum est ei, vt patet Dani. 10. f. in diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus: panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Et tunc sequitur: Die autem vigesimaquarta, &c. f. illa die fuit facta ei responsio dubij: Interdum autem fiebat responsio illico, vt prophetа precabatur pro responsione: sicut patet de Eliseo, à quo quæsiuerunt tres reges super aqua, quam desiderabãt, & coram eis canente psalte respondit. 4. Reg. 3. cap. Tertius modus respondendi erat per somnia. Et hoc erat, q̃ homines disponerent se per orationes, & ieunia aliquot diebus, & postea irent ad dormiendũ, & per noctem Deus reuelabat eis dubium suum, vt patet Iob 33. f. per somnium in visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit eos disciplina, vt auertat hominem ab ijs, quæ fecit. Aliqui autem dicunt, q̃ euntes sic ad dormiendum

Positio quorundã de reuelationibus.

supponebãt capitibus suis folia lauri, quam tripodem vocant, & somniabant super illo, de quo dubitabant, sicut dixit historia scholastica. Sed dicendum, quòd iste modus apud Gentiles erat solùm, qui obseruabãt superstitiones. Nam Deus diuinationis apud eos erat Apollo, siue Phebus, quod idem est, & huic erant lauri cõsecratæ, eo q̃ istam arborem diligat Apollo: quia Daphne prima philocapta sua mutata est in laurum: cùm ipse eam insequeretur ad tenendum, & fruendũ amore eius: de quo Ouidius primo Metamor. in fabula, quæ incipit: Primus amor Phebi, Daphne, Peneia. Et sic eũtes ad templum Apollinis in insula Delphos,

Modus dãdi oracula ab ipso Apolline.

vbi excellentissima responsa dabat Apollo, capitibus suis istas tripodes, siue lauri folia supponebant: Deus tamen cauebat nimis superstitiones, & cœremonias, quæ consueuerunt impendi idolis. Ideo si ei talis cęremonia fieret, nunquam responderet, sed potius irasceretur. Et tamen Deus aliquando respondebat per somnia, cùm dicatur de Saule, q̃ noluit ei Deus respõdere per somnia: 1. Reg. 28. ergo non fiebat ista suppositio foliorum lauri, sed solùm facta oratione, & præmissis ieiunijs, & alijs castis operibus, ibant dubitantes ad dormiendum, & ibi respondebatur eis. Per aliquẽ ergo istorum modorum volebat sibi nunc Iosaphat responderi. Et non fuit aliquis promptior, quàm per prophetas. Nam consulere per somnia erat difficile, & minus certum videbatur, & longinquius, & minus certum: quærere autem per sacerdos erat certum, & tamen quia summus sacerdos erat vnicus, & non erat prius, quia summus sacerdos erat de genere Aaron, eratq; in templo domini in Ierusalem. Nunc verò Iosaphat erat extra regnum suum in regno regis Israel, iõ non poterat habere in promptum summum sacerdotem, vt per eum consuleret. Habere autem prophetas facilius erat, quia in omni terra Israel erant prophetæ sancti, siue inter colentes Deum, siue inter idolatras. Sicut nunc erat hic Michæas filius Iemla inter Israelitas idolatras in Samaria: quæsiuit ergo Iosaphat, an esset ibi aliquis de prophetis domini ad consulendum per eum.

*Quare Achab non consuluit dominum.*

*Quæst. XII.*

QVAERITVR vlterius, quare Achab non curauit consulere dominum de euentu belli, sicut Iosaphat. Nam si Iosaphat non instigasset eum, non curasset consulere dominum, vt colligitur ex litera. Respondendum, quòd vna causa erat, quia si consuleret dominum, aut consuleret per prophetas domini ipsum Deum Israel, aut Baal per prophetas suos. Nollet autem consulere Deum Israel per prophetas suos, quia non colebat Deum Israel, nec diligebat eum, sed Baal, ideo non libenter faciebat aliquid apud Deum, vel in quo Deus deberet interuenire. Baal autem per suos prophetas non curabat quærere, quia consueuerant ei sæpè mentiri, & non erat alicuius firmitatis responsio eorum. Secunda causa erat, quia Achab erat vir irreligiosus, & siue coleret Deum Israel, siue Deũ Baal, nõ afficiebatur multum ad aliquem eorum, nec fortè credebat res humanas agi illorum dispositione, nec cognosci: sed pendere à fortuna, vel fato: sicut arbitrantur antiqui, & ipsi fatali dispositione dicebant Deos subiectos, vt ait Seneca in Tragedia quinta: cuius titulus est Oedipus in carmine, quod incipit. Fatis agimur, credite fatis. Et de hoc Ouidius 9. Metamor. vbi introducitur Iuppiter ad Venerem, q̃ ipsa, & alij dij subijciuntur dispositioni fatorum, & quòd non possunt mutari sic fataliter disposita: non ergo curauerat Achab, quærere de euentu belli. Tertia causa erat, quia cùm esset Achab idolatra, nolebat Deo dare laudem. Nam petendo ab eo consiliũ, vel responsum super hac re, laudabat ipsum, & hanc laudem nolebat ei dare. Sic patet de rege Achaz, qui erat idolatra, & dixit ei Isaias propheta, pete tibi signum à domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et Achaz nolens Deo gratias, & laudes dare, sub specie religionis noluit signum petere, dicens: nõ petam, & non tentabo dominum: Isa. 7. Quia tamen iniqua intentione loquebatur, redarguit eum propheta dicens. Audite ergo domus Dauid: nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? scilicet, nolendo petere signũ, vt non lauderis eum, molesti estis ei. Quarta ratio erat, & præcipua: quia dato quòd vellet quærere Achab à Deo responsum, non erat per quem quæreret. Nam non habebat alium in promptum nisi Michæam filium Iemla, per quem nolebat quærere, eo quòd oderat eum: quia mala semper sibi prophetabat, vt patet in litera.

Ad



*Ad quid instigauit Achab Iosaphat de consulendo dominum.*

*Quæst. XIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm Achab, cuius belli erat istud, non curaret consulere dominum de euentu belli, ad quid tantum instigauit Iosaphat, quòd consuleretur Deus? Respondendum, q̃ præter causas supra positas in quadam quæstione: fuit alia causa potissima, scilicet, quia Deus inclinauit mentem Iosaphat ad petendũ hoc, & hoc, quia volebat ostendere potestatem suam, & voluntatem super Achab. Nam prædixerat Deus per Eliam, quòd moreretur Achab, & lamberent canes sanguinem eius. 3. Reg. 21 capitu. Et volebat Deus, q̃ in bello isto moreretur: & quia si non prænunciaretur ipsi Achab, & viris suis, putaretur hoc euenisse casu, vel saltẽ nõ ex dispositione Dei Israel, ideo voluit Deus ostendere, q̃ ista mors Achab non eueniret sine sua determinatione, & voluntate. Et ad hoc fecit, quòd consulerentur prius prophetæ Achab, qui erant prophetę Baal: vt illi fallerent Baal, & darent ei incentiuum eundi ad bellum, & postea Michæas propheta domini prænunciaret veritatem, scilicet, quòd viderat totũ Israel dispersum in montibus, sicut oues sine pastore. Et dixit Deus, nõ habent isti dominum, reuertatur vnusquisq; in tabernacula sua in pace. 3. Regum 22. cap. Et postea sic factum est. Vnde cùm viderunt Israelitæ, quod factum fuerat, & id, quod Deus prædixerat cognouerunt factum esse ex Dei voluntate, & per hoc sciuerunt magnitudinem eius. Sic enim Christus ostendebat se scire ventura, & habere potestatem super illa, cùm diceret discipulis suis: hæc dixi vobis, antequam fiant, vt cùm facta fuerint, credatis.

*Qui fuerunt illi vocati ab Achab.*

*Quæst. XIIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm vocauerit Achab quadringentos viros, qui responderent super dubio euentu belli, qui erant isti quadringenti. Respondent quidam, quòd isti erant illi quadringenti pphetæ Baal, qui comedebant panẽ de mensa Iezabel reginæ, de quibus habetur. 3. Reg. 8. Sed dicendum, quòd non stat, primò: quia isti erant quadringenti viri, illi autem erant quadringenti, & quinquaginta prophetæ Baal, vt patet ibidem: prophetæ autem lucorũ erant quadringenti. Secundò patet, quia illi prophetæ iam mortui fuerant: nam quando venit Elias ad Achab, vt probaretur vera deitas inter Deum Israel, & Baal, succubuerunt in probatione omnes isti prophetæ Baal, & prophetæ lucorum, qui erant octingenti quinquaginta viri, & omnes occisi sunt per Eliam. 3. Regum 18. Aliquis dicet, quòd fortè sit mutatio ordinis, & quòd potuerunt illi esse isti prophetæ, de quibus hic dicitur. Dicendum, quòd non stat: quia post mortem illorum vixit Achab, & tamen isti, de quibus hic dicitur fuerunt post mortem Achab. Quod patet, quia in die, qua fuit Elias in monte Carmelo cum populo Israel ad inueniendam veram deitatem, occisi fuerunt omnes isti gladio, vt patet 3. Regum 18. Et post hoc venit Achab in Iezabel, & secuta est pluuia grandis propter bonum, quod factum fuerat in occisione illorum prophetarum Baal. Et cùm narrasset Achab vxori suæ Iezabel occisionem omnium prophetarum, dixit illa, quòd poneret animam Eliæ: sicut animam vnius illorum, eodem libro 19. cap. Istud autem, quod habetur hic, fuit iuxta mortem Achab: nã postquam ista prænunciata sunt, iuit Achab in bellum, & mortuus est. Et vixerunt prophetæ illi, qui prænunciauerant prosperum euẽtum belli: imò Michęas filius Iemla, qui nunc prophetauit contra omnes istos prophetas Baal: dixit vni eorum, quòd ipse videret se mentitum fuisse in die, qua absconderetur fugiens de cubiculo in cubiculum: vt patet infra in litera. Et sic videtur, quòd aliquanto post mortem Achab fuerent isti prophetæ. Dicendum ergo, quòd isti erant de prophetis Baal: licèt non essent illi, de quibus habetur. 3. Regum 18. & post occisionem illorum adhuc non cessauit cultus Baal: sed Iezabel, quæ erat nimis dedita cultui Baal, cõstituit sibi multos alios sacerdotes, & prophetas, de quibus erant nunciſti quadringẽti, quos nunc congregauit rex Achab, ad respondendum de euentu belli. Habuerunt quoque filij Achab multos de his prophetis post mortem Achab. Nam cùm Ioram rex Israel filius Achab consuleret dominum pro defectu aquæ vadens contra Moabitas, & consuleret per Elisæum, ait Elisęus, vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ: vt patet 4. Regum 3. cap. idest, vade ad prophetas Baal, quos habebat pater tuus, & mater tua, & nunc tu illos habes, & non consulas dominum per me.

*Quare congregauit tot prophetas Achab.*

*Quæst. XV.*

QVAERITVR vlterius, quare tot prophetas congregauit nunc Achab ad respondendum super euentu belli, quia sufficiens erat vnum venire, & tamen congregauit quadringentos. Respondendum, quòd vna causa fuit ad probandum certius veritatem rei prænunciandæ: nam si vnicus esset, qui consuleretur, non appareret, an vera, vel falsa loqueretur: quia quidquid ille diceret appareret esse verum: cùm autem multi consulerentur, aut omnes concordarent, aut inter se quidam discordarent. Si discordarent, appareret eos falsa locutos. Nam necesse erat quosdam eorum mentiri, alios verò, qui verà dicerent dubios esse, & suspectos de mendacio, cùm non constaret, qui eorum mentirentur. Si autem omnes concordarent esset magnum testimonium veritatis, quòd quadringenti viri inter se concordarent super eadem re ambigua. Secunda causa erat ad ostentandam regalem magnificentiam, scilicet, quòd quamquam sufficerent pauci prophetæ, qui conuenirent: vel saltem vnus, quòd conuocarentur quadringenti, qui ad solam gloriam regalem conuenirent. Tertia causa erat, quia omnes isti quadringenti prophetæ Baal erant in domo regis: nam ante hoc Iezabel regina habebat quadringentos, & quinquaginta propheras, qui comedebant panem de mensa eius. tertio Regum decimo octauo. quos omnes occidit Elias, eodem capitulo. Occisis ergo illis constitueret sibi rursus alios prophetas, qui etiam comederent de mensa eius, & isti omnes essent in domo regis, et quando vocaretur aliquis eorum ad prophetandum, licèt non vocarentur omnes, ingererent se omnes, ne putaretur aliquis eorum alijs minor, & sic omnes quadringenti fortè venerunt, licèt non omnes vocarentur: sed duo modi præcedentes veriores sunt.

De

*De responsione prophetarum Baal facta Achab. Quæst. XVI.*

QVAERITVR vlterius, circa responsum istorum prophetarum Baal, qui dixerunt: ascendite, & tradet eam Deus in manus regis: quomodo sic responderunt, & vnde eam habuerunt: Nicolaus respondet, quòd istud responsum fuit dubium, quia erat ad vtrumlibet: quia poterat interpretari ad vnam partem, vel ad alteram, & ponit exemplum de oraculo Apollinis facto ad Pyrrum regem Epyrrotarum, scilicet: Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Et sic poterat interpretari, ꝙ Pyrrus Aeacides vinceret Romanos, vel ꝙ Romani vincerent Pyrrum. Sic hic, s. tradet dominus in manus regis, s. in manus regis Syriæ, vel in manus regis Israel, & sic quodcunque accideret vera esset prophetia. Sed dicendum, quòd ista positio Nicolai non stat. Primò, quia proferre responsa amphibologica pertinet ad illum, qui nescit respondere, & vt videatur sapiens respondet tali modo, quòd, in quemcunque casum venerit, vera videatur responsio, & appareat, vel putetur intellexisse illud respondens. Sic enim dæmon respondebat, qui vocabatur Apollo in insula Delphos: vel respondet sic cognoscens veritatẽ, volens tamen tenere sub dubio eum, cui respondet. Sed in proposito non erat sic, quia diabolus locutus est per prophetas istos, & ipse habuit intentionem fallendi: sicut dixit Michæas propheta, ꝙ viderat dominum sedentem super solium excelsum, & egressus spiritus stetit coram domino, & ait, ego decipiam illũ. Non curabat autem dæmon, ꝙ appareret mendax, vel verus: ideo non dicebat hoc, vt esset ambiguum, sed magis cum intentione signandi, ꝙ erat Achab habiturus victoriam, vt confidens de illa iret in bellum, & moreretur. Secundò patet, quia si prophetæ protulissent ista verba modo ambiguo, dubitaret Achab, & non moueretur ad eundum in Ramoth Galaad. Deus tamẽ volebat, ꝙ iret, & moreretur ibi: ideo oportebat, ꝙ prophetæ isti loquerentur sub certitudine de victoria. Alioquin non esset dispositio conueniens ad fallendum. Tertiò patet, quia dixit dæmon: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore prophetarum eius: si tamen esset ista oratio amphibologica: non esset falsa, sed ambigua: ideo non esset tunc dæmon spiritus mendax, sed spiritus decipiens per ambiguitatem. Quartò patet, quia Michæas dixit in litera ad Achab: nunc igitur Deus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum: ergo non erat ambiguitas intentionis, quia qui non habet certam intentionem signandi aliquid, nec mentitur, nec dicit verum. Quintò patet, quia prophetæ isti locuti sunt hoc, signantes ꝙ Achab habiturus esset victoriam: nam Achab petebat consilium, an expediret, vt iret in bellum: ipsi verò dixerunt ascende, ideo videtur, quòd signabant ei prosperum euentum. Sextò patet adhuc clarius, quia 3. Regum 22. dicitur, ꝙ omnes prophetæ Achab dicebant, ascende in Ramoth Galaad, & valde prosperè: ergo signabant, ꝙ habiturus esset victoriam, quia aliàs non prosperaretur. Septimò patet, quia hic non possunt assignari amphibola, sicut responsio Apollinis, quia ibi pro vtraque parte erat oratio æqualiter dubia. Et tamen hic necesse est intelligi de solo rege Israel: quia dicitur ascende in Ramoth, & tradet eam dominus in manus regis. Non potest hoc intelligi de rege Syriç: quia ipse poslidebat eam tunc: ideo non poterat tradi in manus eius, nisi perderet eam, & postea acquireret: necesse erat ergo intelligi, ꝙ traderetur ciuitas in manus Achab, & sic dicitur, tradet eam dominus in manus regis, idest, in manus Achab: sed Nicolaus



in hoc non attendit volens sequi positionem Hebræorum.

*An ipsi putauerunt verum, quod responderunt. Quæst. XVII.*

QVAERITVR vlterius de ista positione prophetarum Baal ad Achab, scilicet, an ipsi putauerint verum esse hoc, quod respondebant, s. ꝙ traderet Deus in manus Achab Ramoth Galaad, vel credebãt esse falsum, & volebant fallere regem Achab, vel erat eis ambiguum quid euenturum foret, & vnde ipsi habuerint reuelationem istam si reuelatio fuit. Respondẽdum, ꝙ prophetę isti crediderunt se vera locutos, s. ꝙ certissimè Deus traderet Ramoth Galaad in manꝰ Achab, & credebant Michæam filium Iemla mentitum, qui asseruerat moriturum Achab in bello: sed de hoc magis dicetur infra in quadam quæstione. Cùm autem quæritur, vnde fuerit ista reuelatio si reuelatio fuit. Dicendum, ꝙ ista fuit reuelatio, & non fuit aliquid fictum de cordibus istorum prophetarum Baal: quia si ipsi confingerent hæc de cordibus suis, putarent se falsa dicere, vel saltem ambigua, & non auderent asserere illa pro veris in periculum capitum suorum: fuit ergo reuelatio, quam putauerũt esse veram. Dicendum autem, ꝙ ista reuelatio fuit eis facta, sicut solet fieri prophetis veris, & putabant ipsi, ꝙ facta esset à Deo vero, fuit tamen facta à dæmone. Nam Satanas interdum se transfigurat in angulum lucis, vt patet secunda Corin. 3. c. Et hoc fuit factum voluntate Dei: nam Deus voluit fallere Achab, vt iret in bellum confidentia suorum prophetarum, & moreretur, & ad hoc misit spiritum, s. dæmonem, qui esset spiritus mendax in ore omnium prophetarum suorum, & faceret eos falsa loqui in damnum Achab. Sic enim dixit Michæas filius Iemla, ꝙ viderat dominum consiliantem super deceptione Achab dicentem, quis ibit, & quis decipiet Achab? Et ꝙ apparuit spiritus, qui dixit, ego ibo, & decipiam. Et Deus dixit: in quo decipies? Ille ait, ero spiritus mendax in ore prophetarum eius. Et Deus dixit, decipies, & prævalebis. Vt patet infra in litera, & 3. Reg. 22. cap. Prophetæ autem Achab credebant mentiri in hoc Micheam filium Iemla in hoc, & tam prophetiam suam de aduersitate Achab in bello, quàm confirmationem istam de errore aliorum prophetarum confutatã esse, & ob hoc Sedecias filius Chanaana princeps prophetarum Baal, qui fecerat sibi cornua ferrea, percussit Michæam in maxilla irridens eum, & dicens, per quam viam transiuit ad te spiritus domini, & recessit à mei. nfra in litera.

*Quomodo dixit Achab, est vir vnus, &c. Quæst. XVIII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dixit Iosaphat, an esset aliquis de prophetis domini, per quem quæreretur de voluntate Dei, quomodo dixit Achab est vir vnus, in quo innuit, ꝙ erat vnicus propheta, & tamen de prophetis Achab multi venerant, s. quadringenti viri. Aliquis dicet, ꝙ vnicus manserat de prophetis domini, s. iste Michæas: nam omnes alij occisi fuerant à gente impijssima Iezabel: quę occidebat pphetas domini, quando Abdias dispensator Achab occultauit centum prophetas in duabus speluncis quinquagenos, & pauit eos pane, & aqua. 3. Regum 18. Et tunc Elias dixit: relictus sum solus, & quærunt aïam meam. 3. Reg. 19. Dicendum, ꝙ non erat iste Micheas solus de prophetis domini, quia multi alij erant tunc. Nam Elias



Elias etiam erat tunc, cùm non raptus fuerit vsq; post mortem Achab tempore Ioram filij eius regis Israel, vt colligitur 4. Reg. 2. c. Manebant etiam multi alij pphetæ. Nam illi centum, quos occultauit Abdias, manebant tunc cùm euaserint persecutionem Iezabel, & tenuerit eos Abdias tamdiu absconditos quousque liberarentur. Etiam multi alij manebant: quia quando Elias ꝙ questus est, dicens: Relictus sum solus, & quærunt animam meam. Respondit ei Deus: reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua coram Baal. 3. Reg. 19. & istorum septem millia multi erant prophetæ: sicut illi centum, qui latebant in duabus speluncis. Et sic non est dicendum, quòd iste solus manserat viuens de prophetis domini. Aliquis dicet, ꝙ verum est, ꝙ alij prophetę viuentes manserant, & tamen fugerant omnes de terra Israel in reguum Iuda, vel in alias regiones, solus autem Micheas manserat in terra Israel, ideo non erat alius, per quem posset quæri de voluntate domini. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia alij etiam prophetę domini erant in terra Israel. Nam nunc manebat Elias in terra Israel, s. in monte Carmelo, qui est in terra Aser, vel iuxta illam in sorte Zabulon. Et etiam post mortem Achab tempore Ochoziæ filij eius regis Israel manebat ibi, quando mittebat Ochozias nuncios ad consulendum Belzebub Deum Acharon, & egressus est eis obuiam Elias de monte Carmelo. 4. Reg. 1. De alijs etiam prophetis patet, quia post illam persecutionem prophetarum, & occisionem factam per Iezabel, venerunt sæpè prophetæ, & locuti sunt ad Achab: vt patet 3. Reg. 20. & tamen iam fuerat occisio illa. 3. Reg. 18. Dicendum ergo videtur, ꝙ in terra Israel erat nunc Elias, & multi alij prophetæ domini, & tamen in vrbe Samaria, in qua erat nunc Achab, non erat aliquis propheta domini nisi Michæas filius Iemla, & quia in promptu volebat Iosaphat rex habere responsum de euẽtu belli, & ad hoc nõ poterant haberi alij prophetæ, qui erãt dispersi per alia loca regni Israel: ideo quantum ad hoc erant alij prophetæ, quasi nõ essent, & sic dixit Achab: est vir vnus, à quo possumus quærere domini voluntatem, s. in præsenti non est nisi vnus, à quo possumus quærere domini voluntatem: quia occurrit istum esse nunc in Samaria: Sed fortè aliquis dicet, ꝙ alij prophetæ domini erant in Samaria, per quos posset quæri voluntas domini, & tamẽ locutus est Achab de isto Michæa: scilicet est vir vnus, s. saltem iste est, per quem possumus quærere de voluntate domini. Dicendum, ꝙ non stat, quia si aliquis alius de prophetis domini esset in Samaria: non consuluisset Achab dominum per Michæam, eo ꝙ oderat eum, & ob hoc nullo modo consulere volebat quem quam nisi prophetas Baal. Ideo videtur dicendum, quod nullus alius erat ibi de prophetis Domini, & ille fortè nutu Dei seruabatur ibi.

*Quare manebat propheta ille cum idolatris. Quæst. XIX.*

QVAERITVR vlterius, cùm Israelitæ essent idolatræ, & potissimè ipse Achab, quomodo volebat Michæas propheta domini manere in Samaria, vbi erat Achab. Nam ibi multas iniurias, & damna pati posset, & nihil prosperè assequeretur. Hoc autem propter Iezabel reginam, quæ maxima affectione tenebatur ad prophetas Baal, & dabat eis cibos de mensa sua. 3. Reg. 18. & exercuerat magnam executionem contra eos occidendo plurimos. Et ob hoc quicunq; prophetæ domini essent in terra Israel, potissimè in loco, in quo esset Iezabel, necessariò essent oppressi. Et patet hoc de isto Michæa propheta domini. Nam quando locutus est id, quod Deus ostenderat ei, Sedecias filius Chanaana princeps prophetarũ Baal, percussit alapa Michæam in facie coram rege, & cùm istud esset ad iniuriam regis, permisit tamen in detestationẽ prophetarum domini, vt patet in litera. Respondendum, ꝙ amara vita erat prophetis domini in terra Israel tempore Achab, & potissimè in loco, in quo manebat Achab, & Iezabel, Michæas tamen manebat ibi, licèt pateretur angustiam, & hoc poterat esse propter multa. Primò, quia fortè Deus inclinabat eum ad manendum ibi, & seruabatur in istud tempus. Nã si non maneret Micheas in Samaria, quando Iosaphat fuit ibi, non potuisset haberi sententia Dei de morte regis Achab in bello, & tamen præcognosci, & prænunciari mortem eius nimis pertinebat ad laudẽ Dei, vt declaratum fuit supra in quadam quæstione: ideo debuit manere Michæas, vel aliquis alius de prophetis domini in Samaria. Secunda causa fuit, quia fortè Deus monuerat eum, vt maneret, quia volebat, quòd prædicaret idolatris, vel admoneret eos ad rectitudinẽ cultus diuini, & hoc faceret manendo inter eos. Tertia causa fortè erat ex voluntate ipsius Micheę. Nam licèt Deus nõ cogeret eum ad hoc, fortè ipse zelo Dei vellet manere inter idolatras, vt eos conuerteret ad dominum, quod non poterat facere non communicando cum eis: sicut dixit Apostolus de communicatione Gentilium, Omnibus omnia factus sum, vt omnes Christo lucrifacerem. Et poterat habere multos modos Micheas ad conuertendum idolatras ad dominum, s. prædicando eis legem, & admonendo eos ad obseruationem eius, commemorando beneficia eis à Deo collata: quandiu manserunt in vero Dei cultu, & præsentando mala, quæ inflicta sunt quandiu fuerunt in idolatria: faciendo etiam miracula ad ostensionem veræ deitatis in Deo Israel. Sicut fecit Elias contra prophetas Baal faciens descendere ignem de cęlo super sacrificium suum. 3. Reg. 18. c. Et prænunciando veritatem de futuris, quod non possent facere prophetæ Baal, sicut nunc factum est: quia omnes quadringẽti prophetæ Baal prænunciauerunt tradendã Ramoth Galaad in manus Achab, & solus Michæas prænunciauit Achab moriturũ in bello, & illud euenit. Ideo habebat populus causam adhærendi illi Deo, cuius propheta erat Michęas, & non Deo Baal, cuius erant prophetę illi quadringenti viri. Multos alios modos poterat habere Micheas ad conuertendum idolatras ad dominum, manendo inter eos: quorum nullum poterat habere manendo extra terram Israel: ideo volebat manere ibi. Quarta causa esse poterat ex desiderio natalis terrę: quia fortè Micheas erat oriundus de Samaria, & dato ꝙ nulla alia causa esset, dulcedo natalis patriç teneret eum, & cogeret pati aliqua mala potius quàm inde recedere: ideo non existentibus ibi alijs prophetis manebat Micheas in Samaria.

*Quomodo Achab dabat fidem prophetis suis. Quæst. XX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo Achab dabat fidem vllam prophetis suis, quia sciebat, vel credebat illos nescire voluntatem domini. Et patet hoc, quia quando omnes isti quadringenti prophetę Baal vno ore prænunciauerunt tradendam Ramoth Galaad in manus Achab, dixit Iosaphat, an esset ibi alius propheta domini, vt interrogarent etiam per eũ, & respondit Achab: est vnus vir à quo possumus quęrere domini voluntatem, vel per quem possimus interrogare dominum: ex quo innuit, ꝙ per alios non pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca



poterat sciri voluntas Dei, nec poterat Deus interrogari: non ergo deberet habere certitudinem aliquam ex dictis illorum. Respondendum, ꝙ Achab aliquam firmitudinem credulitatis adhibebat dictis prophetarum. Quod patet, quia quando prophetauerunt omnes pphetæ Baal, ꝙ traderetur Ramoth Galaad in manus Achab, & Micheas prophetauit, ꝙ moreretur Achab in bello, credidit propheris Baal, & fecit teneri Michæam in carcere dicens, ꝙ maneret ibi quousque ipse rediret de bello, & Micheas ait: si reuersus fueris in pace, non locutus est mihi dominus, infra in litera. Nam si non credidisset prophetis Baal: non iuisset in bello confidenter putans se reuersurum in pace: sed potius crederet se moriturum, sicut dixerat Michæas, vel saltem dubitaret, & ad maiorem securitatem non iret in bellum, & tamen iuit, & sic credidit eis. Dicendum, quòd verum est, ꝙ Achab non credebat, ꝙ prophetæ Baal scirent voluntatem domini, cùm non essent prophetæ eius, & tamen credebat eis. Pro quo sciendum, ꝙ Achab male sentiebat de vera deitate tam secundùm fidem, quàm secundùm naturam: nã secundùm fidem vnicus Deus verus est: secundùm naturam etiam impossibilis est pluritas Deorum: vt probat Arist. 12. Meta. quia mala est principum pluralitas, bonus est ergo vnus princeps. Et tamen Achab credidit esse multos Deos, quorum vnus erat Baal, alius erat Deus Israel. Et ille, qui erat Deus Israel, & putabatur dedisse legem Moysi, & Israelitis, vocabatur absolutè Dominus. Sic patet ex modo loquendi Eliæ. 3. Reg. 18. s. quousque claudicatis in duas partes? si Deus est Dominus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Paret etiam hic: quia Iosaphat quæsiuit, an esset hic aliquis propheta domini, postquam vidit quadringentos prophetas Baal. Et sic vocabat dominum Deũ Israel. Item ipse Achab dixit est vir vnus à quo possimus scire domini voluntatem, i. Dei: credebat autem Achab, ꝙ vterque istorum Deorum habebat virtutẽ diuinam, & ꝙ vterq; sciebat futura. & poterat illa prænunciare, & sic Michæas posset scire futura reuelante Deo Israel, & prophetæ Baal possent scire futura Deo Baal reuelante illa, & non erat differentia, ꝙ Deus Israel reuelaret illa vel Baal: cùm vterque esset Deus. Si autem aliquid maioris auctoritatis daret Deo Israel, q̃ Baal non apparet, ita vt cęteris paribus magis crederet prophetis Baal, & sic credebat dictis prophetarũ Baal, licèt non essent prophetę Dei Israel, quia putabat illos esse prophetas alicuius Dei, qui poterat reuelare futura, & facere alia mirabilia. Sed obijcietur quomodo Achab poterat credere prophetis Baal? quia sciebat iã Baal non esse Deum verum, sed Deum Israel esse Deũ verum, vt probatum fuerat in monte Carmelo conuenientibus omnibus prophetis Baal contra Eliam, & exauditus est Elias à Deo suo dando ignem de cœlo super sacrificium eius, & omnes alij diu clamantes nõ exauditi fuerunt, & secundùm conditionem positam inter se occisi fuerunt omnes prophetæ Baal gladio. 3. Reg. 18. Et hæc omnia vidit Achab, & consensit fieri, vt patet eo. cap. ergo non poterat credere, ꝙ Baal iam esset Deus. Dicendum, ꝙ quando facta fuit illa probatio, credidit Achab Baal nõ esset verum Deum, vel saltem esse valde minorem Deo Israel, & tamen ipse erat affectus valde ad Deum Baal: quia fabricauerat ei templum excellens in Samaria, & lucũ, & impendebat ei quotidianos, & sumptuosos honores. 3. Reg. 16. Et insuper Iezabel vxor sua q̃ maximè zelabat cultum Baal, uersabatur Deo Israel, & cultoribus ei⁹, & hæc persuasit ei redire ad cultũ Baal, & ex affectione peruersum erat iudicum suum, ita vt iam crederet Baal esse verũ Deum, & vellet potius adhærere prophetis eius, quã prophetis Dei Israel. Et sic est de omnibus alijs vitijs, quia licèt quodam tempore homo existens in rectitudine rationis detestetur illa: postea ex affectione approbat illa, & sequitur ea. Quod maximè pertinet ad incontinentes, qui sunt egressiui ab opinione: vt patet 7. Ethicorum.

*Quare Achab oderat Michæam.*
*Quæst. XXI.*

QVAERITVR vlterius, quare Achab oderat Michęam, quia prophetabat ei mala, & quomodo non vocabat eum, quando vocauit prophetas Baal. Nam dato ꝙ prænunciaret ei mala, si verum loquebatur, nõ debebat odio haberi, sed diligi potius, quàm adulatores, qui, vt blandiantur auribus, falsa dicunt, & ponunt homines in periculis. Dicendum, ꝙ istud odium Achab erat valde irrationabile, sicut quidam indignantur corrigentibus se, cùm tamen illi desiderent bonum eorum, & congratulantur illis, qui loquuntur eis vana atque placentia, licèt sint in detrimentum eorum. Sic patet de illis, de quibus dicitur Isa. 30. s. qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspice nobis ea, quæ recta sunt, loquimini nobis placentia: videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam, cessет à facie vestra sanctus Israel. Sic etiam dicit Apostolus de quibusdã secunda Tim. 4. s. Erit tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriẽtes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Erat igitur Achab valde repræhensibilis, quia volebat audire prophetas adulantes, & nolebat audire prophetam vera loquentem licèt dura, & hoc videns Iosaphat increpuit valde ipsum Achab, dicens: ne loquaris ita rex, idest, non benè loqueris: quia non debes eum odisse, licèt dura prophetet. Aliter potest dici, quòd Achab oderat Michęam, & inclinabatur ad non audiendum, nec assentiendum verbis eius: quia Deus mouerat eũ, vt crederet prophetis Baal, & moreretur in bello. Sic patet infra in litera in verbis Micheæ: nam ipse dixit, ꝙ spiritus, idest dæmon egressus fuerat ad fallendum omnes prophetas regis, eo ꝙ dominus locutus fuerat malum contra Achab, idest disposuerat facere ei malum: vt patet infra in litera. Aliter etiam potest intelligi, ꝙ Achab habebat exosum Michæam: quia prænunciabat ei semper mala, & de istis malis nullum adhuc venerat, sicut illud, quod habetur 3. Reg. 20. quando dixit Michæas ad Achab, quia dimiserat regem Benadad, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo suo. Sic etiam alia erant, quæ nondum euenerant, & ob hoc volebat potius Achab audire illos, qui prospera loquebantur quàm eum, qui loquebatur aduersa: cùm veritas prophetiæ eius nondũ pateret: si autem veritas prophetiæ eius patuisset iam, fortè dato quòd dura loqueretur vellet audire. Aliter etiam potest dici, quòd dato ꝙ Michæas vera diceret contra Achab: quia tamen dicebat dura habebat eum Achab tanquam inimicum: quasi ipsi Achab de corde suo ista diceret, & non cogeret eum Deus sic dicere. Sic patet de Elia: nam Elias prænunciauit sterilitatem Achab, scilicet, ꝙ non veniret pluuia super terram tribus annis, & plus. 3. Reg. 17. & sic fuit, & tamen quando postea Elias apparuit coram Achab ad nunciandum sibi mala euentura pro morte Naboth, dixit ei Achab: num inuenisti me inimicum tuum? idest, nunquid habes me pro inimico: quia semper nuncias mihi mala? 3. Regum 21. cap. Et sic quomodocunque dicatur Achab erat valde increpabilis, quia oderat vera loquentem.

Quæ



*Quæ differentia erat inter prophetas domini, & Baal.*

*Quæst. XXII.*

QVAERITVR vlterius, cùm dicatur hic de quadringentis viris, quòd erant prophetæ Baal, & quòd Micheas erat propheta domini, quæ differentia erat inter prophetas dñi, & pphetas Baal, & in quo cognoscebantur differre. Aliqui dicunt, ꝙ prophetæ Baal, & Dei differebant, & cognoscebantur differre in hoc, quia prophetæ Dei erant viri boni, & non colebant idola: prophetæ Baal colebant Baal: sic patet 3. Regum 18. quia Elias solus dixit se manssisse de prophetis dñi: & erãt de prophetis Baal, & lucorum octingenti & quinquaginta viri: & solus Elias, qui erat propheta dñi fecit sacrificium ei: & defendit partem illi⁹, reliqui verò defenderunt partem idolorum. Sed dicẽdum est, quòd verum est, quòd prophetæ Dei, & propretæ Baal differebãt in ritu colendi, sicut dictum est, & tamen nõ erat differentia eorum inquantum erãt propheræ per hoc. Quod patet de Balaam: quia ipse erat Ariolus. Deut. 12. & faciebat sacrificia superstitiosa. Nume. 23. & tamen propheta Dei erat: Nume. 24. Nam Deus reuelauit ei, & per eum nobis multa futura, quę. eo. cap. scripta sunt: & sæpe dicitur, quòd apparebat ei Deus, et prohibebat eum ire ad maledicendũ Iudæis: Nume. 23. & 24. Item patet hoc de propheta illo sene, qui habitabat in Bethel, quia ille fauebat regi Ieroboam in idolatria, & confortabat eum, vt colligitur. 3. Regum 13. Et ibi satis declaratum est, & tamen ille erat propheta domini, quia Deus prænuncia uit per eum mortem contra prophetam inobedientem, qui comederat panem in Bethel, vt patet ibidẽ. Item ipse prænunciauit destructionem altarium idolorum, & combustionem corporum idolatrarum: & ob hoc iussit filiis suis quòd sepelirent eum in sepulchro prophetæ boni: vt propter reuerentiam ossium illius non cremarentur ossa eius. eo. cap. Et sic factum est, quia qñ Iosias cremauit ossa idolatrarũ in Bethel, & venit ad sepulchrũ hoīs Dei, nõ cremauit ossa eius, nec ossa mali prophetæ, qui cum eo erant sepulta, cũ nõ posset illa discernere: vt patet 4. Reg. 23. c. Item nõ est conueniens differentia rerum per id, quod est eis extrinsecum: sicut Geometra, & Dialecticus non cõuenienter dicentur differre per esse album, & esse nigrum, quia sunt ista extrinseca: ita prophetæ dicuntur esse propheræ quantum ad intellectum inquantũ illuminatur intellectus eorum aliter quàm intellect⁹ aliorum hominum, i. supernaturaliter ad intelligendum ea, quæ naturaliter intelligi non poterant. Volũtas autem non pertinet ad differentiam prophetarũ: sed colere Deũ, vel colere idola est præuaricatio moralis pertinens ad voluntatem: ergo non differrent, vt communiter prophetæ per colere Deum, & colere idola. Alii dicunt aliter, scilicet quòd prophetæ Baal erant illi, qui dicebant reuelationes suas factas esse à Baal. Et prophetæ Dei erant illi, qui dicebant reuelationes suas factas esse à Deo. Sed istud non stat: quia etiam prophetæ Baal dicebant se susciпere reuelationẽ à Deo, vt patet de Sedecia filio Chanaana principe prophetarum Baal, qui percussit Michæam prophetam Domini, dicens: me ne dimisit spiritus domini, & locutus est tibi. tertio Regum vigesimo secũdo? & infra in litera dicitur, per quam viam transiuit spiritus domini a me: & locutus est tibi? quasi dicat, mihi etiam locutus est spiritus domini: & tamen Sedecias erat de prophetis Baal, vt patet in litera. Dicendũ igitur, quòd prophetæ accipiuntur propriè vel largè. Propriè vocantur prophetæ illi, quibus reuelatur aliqua veritas supernaturaliter eo modo, quo non cognoscitur ab aliis hominibus: & quantũ ad hoc non est aliqua differentia in prophetis, scilicet quòd quidam sint, vel vocentur prophetę Dei, & alij prophetæ idolorum, quia ad necessitatẽ prophetiæ requiritur, quòd ipse cognoscat aliquas veritates, & istud nõ fit nisi cùm quis illuminatur à Deo vero per se, vel p angelos: cùm non sit aliquis alius, qui reuelare possit supernaturaliter: deinde quòd isti prophetę colant Deum, vel idola, nihil facit ad rationem prophetæ: sicut esse album, aut esse album, aut esse nigrum: ideo non est dicendum quosdam esse prophetas Dei, & alios prophetas Baal: sicut non quenienter assignaretẽ differentia inter musicos, dicẽdo ꝙ quidã sint albi, & alij sint nigri. Aliquando accipitur propheta large pro eo, qui reuelat aliqua abscondita, quæ sciri non possunt modo naturali, quomodocunque ipse illa cognoscat: & tunc siue illi, qui à Deo illuminantur: siue qui à dęmonibus per artes nefarias instruuntur: aut ab eis ad loquendum mouentur prophetę vocantur: sic patet primo Reg. 18. cùm dicitur de Saule, quòd arripuit eum dæmon, & prophetabat in medio domus suę, i. dęmõ mouebat eum ad loquẽdũ aliqua occulta: hoc mõ possunt distingui prophetæ Dei, & prophetæ idolorum: quia vocabuntur pphetæ Dei illi qui accipiunt reuelationes à Deo, prophetæ autem idolorum illi, qui per necromantiam, & aruspicinam, aliasque superstitiosas artes veritates inquirunt. Nam idola habebant dęmones, qui loco illorum respondebant, & aliquando in ipsis idolis loquebantẽ: aliquando autẽ aliàs. Et secundum hoc apparebat distinctio prophetarum dei, & prophetarum Baal: quia tamen nescie batur, qui moueretur à Deo, vel quis moueretur à dæmone in cognitionem veritatum occultarum, vocabãtur prophetę Baal illi, qui idola colebant siue ipsum Baal, & reuelabant aliqua occulta, quia per hoc putabatur quòd non à Deo, sed à dęmonibus mouerentur. Illi autem, qui aliqua occulta reuelabant, & colebant Deum, vocabantur prophetę Dei, quia præsumebatur per hoc, quòd à Deo illas reuelationes acciperent. Interdum tamen contingebat, quòd aliqui prophetæ illustrarentur à Deo, & colerent idola: & sic fortè fuit de aliquibus istorum prophetarum Baal. Nam etiam Balaam colebat idola, & erat propheta Dei, vt supra declaratum est. Sic etiam de propheta sene, qui habitabat in Bethel, vt supra dictum est.

*Quis esset iste Michæas.*

*Quæst. XXIII.*

QVAERITVR vlterius, de isto propheta Michæa quis erat. Aliqui dicunt, quod iste erat Michæas Morasthites, vnus de duodecim prophetis minoribus, qui ponitur in ordine post Ionam, & ante Naum, vt patet in libro ipsorum. Nam vterque erat propheta Domini: & vterque vocatur Michæas. Aliquis dicet, ꝙ non stat hoc, quia iste vocatur Michæas filius Iemla: & ille vocat Michæas Morasthites, vt patet Michææ 1. ca.. Sed dicendum, ꝙ hoc non obstat: qui bene stat, quòd idem sit Michaas filius Iemla, & Michæas Morasthites. Nam vocatur fili⁹ Iemla, quia pater eius sic vocabatur: & dicetur Morasthites à loco, scilicet quia erat de loco, vel vrbe Morasthi. Sed dicendum, quòd non stat, quòd sint idem: quia iste Michæas filius Iemla de quo hic dicitur, fuit multo tempore ante alium Michæam Morasthitem. Quod patet, quia iste prophetauit in diebus Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iudæ: vt patet hic, & tertio Reg. vigesimosecundo, & tamẽ Micheas Morasthites prophetauit

Universidad de Deusto
Biblioteca



phetauit multo post, scilicet annis centum quinquagintaquinque: nam prophetauit tempore Ioathan, et Achaz, et Ezechiæ regũ Iuda, vt patet Michææ 1.c. & à principio regni Iosaphat vsque ad principiũ regni Ioathan, sub quo primo prophetauit Michæas Morasthites, fuerunt centum quinquagintaquinque anni, scilicet Iosaphat regnauit viginti quinque annis. 3. Re. 22. Et filius suus Ioran octo annis. 4. Reg. 8. & infra 21. Et post eum Ochozias vno anno inf. 22. cap. & 4. Reg. 8. Et post illum Ioas filius eius quadraginta annis. infra 24 & 4. Reg. 12. Et postea Amasias filius ei⁹ viginti nouẽ annis. inf. 25. et postea Ozias filius illius annis quinquaginta duobus. inf. 26. et 4. Reg. 15. qui simul sunt anni quinquagintaquinque. Impossibile ergo erat, quidẽ esset Michæas filius Icala, & Michæas Morasthites. Aliquis fortè dicet, quòd benè poterat viuere tãto tpe aliquis homo, vt esset tempore Iosaphat, & tpe Ioathan. Sed dicendum, q̃ non stat: quia vita hoĩum ad plus extẽditur ad centum viginti, vel in rarissimis quasi ex miraculo vsq; ad centum, & triginta annos: sicut fuit in Ioiada sacerdote magno, qui vixit annis centum, & triginta: vt patet inf. 24. & dicit Iosephus 8. Antiq. de illo, q̃ post Moysen solus reperitur vixisse centum, & triginta annis. Item nõ stat: quia nõ solũ sequeretur hẽre annos centum, & quinquagintaquinque, sed etiam centum octoginta & septem: quod patet, quia isti centum quinquaginta anni computantur à principio regni Iosaphat vsq; ad principium regni Ioathan, vt deductum est: & tũ prophetauit Michæas Morasthites in diebus Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, vt patet Michææ primo: & tamen Ioathan regnauit annis decem & sex. infra 27. ca. & 4. Reg. 16. & Achaz regnauit etiam decem & sex annis. infra 28. & 4. Regũ 16. q additi præcedentibus faciunt annos cẽtum octoginta septem. Et adhuc prophetauit aliquot annis tẽpore Ezechiæ: ideo viueret ad minus annis centũ nonaginta, vel quasi ducentis: ad quam ætatem null⁹ hominum peruenit ex tempore Abrahæ, & aliquantulũ antè: ideo non poterat hoc stare. Item patet hoc, quia dato q̃ Michæas potuisset viuere mille annis, adhuc impossibile erat, quòd idem esset Michæas Morasthites, & iste Michæas filius Iemla: nam in libro duodecim prophetarum minorũ est iste ordo, quòd de quo libet eorum ponitur sub quibus regibus prophetauerit. s. sub quo incepit prophetare, & sub quo finiuit prophetiam. Sed de Michea Morasthite dicitur, quòd prophetauit in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: Michææ primo: ergo non incepit prophetare ante tempora Ioathan: sed rex Achab, & rex Iosaphat, sub quo prophetauit iste Michæas filius Iemla, de quo hic dr̃ fuerunt valde multo tẽpore. s. quasi annis centum quinquaginta ante regem Ioathan: vt supra habetur in quæstione, ergo non est ideſt Michæas. Item inter duodecim prophetas minores est iste ordo, quòd sicut se habent in ordine libri, ita se habẽt in tpe prophetiæ. s. q̃ ille, q̃ præcedit alterum in libro incepit prophetare ante ipsum: & tamen Amos propheta ponitur ante Michæam, ergo pri⁹ prophetauit: Amos tamen incepit prophetare sub Ozia rege Iuda, & ille fuit ante Ioathan regem Iuda: Michæas tamen incepit post Amos: ergo nondum inceperat tempore Ozię regis. Et tamen iste Michæas filius Iemla fuit multo tempore ante Oziam: cùm fuerit tempore Iosaphat regis Iuda: vt patet in litera: ergo non est idẽ Michæas Morasthites, qui est vnus de duodecim prophetis minoribus, & iste Michæas filius Iẽla, qui nunc prophetabat. Aliqui mouentur putantes esse eundeo Michæam, eo quòd verba vltima Michææ, quæ habentur hic sunt prima verba Michææ Morasthitis in libro duodecim prophetarum minorum. Nam hic Michæas vltimo dixit, audite populi omnes, & nihil vltra expressit: & Michææ primo incipit lib. Audite populi omnes, & attendat terra: & sic volunt, quòd id quod Michæas omisit hic, posuit in libro suo duodecim prophetarum, & dicunt quòd ista fuit oratio imperfecta Michææ, s. quòd voluerit plurima dicere, & non permissus fuerit: & postea in libro suo scripserit omnia, quæ hic dicere inceperat. Sed dicendum, quòd non stat propter supradicta: maximè quia fundamentum istorũ est ex illo verbo audite populi omnes, putantium, quòd sit oratio imperfecta, & quòd continuata fuerit in libro Michææ: sed non est verũ, quia Michæas totam suam prophetiam hic finiuerat significando regi Achab, quòd moriturus esset in bello, & propter hoc Achab iussit eum teneri in vinculis, dicens: Donec reuertar in pace, & tunc Michæas dixit si reuersus fueris in pace non est locutus dominus in me, & subiungit audite populi omnes, ideſt testes, quòd rex dicit se rediturum in pace, et ego prænuncio ei, quòd non redibit: & sic Micheas dixit solum istud verbum ad testificationẽ prophetię suę, vt non posset postea negari, & non dixit quasi volens incipere aliquam aliam narrationem.

Porro rex Israel, & Iosaphat rex Iuda vtere que sedebant in solio suo, vestiti cultu regio: sedebant autem in area iuxta portam Samariæ, omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. Nuncius autem, qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi: En verba omnium prophetarũ vno ore bona regi annunciant: Quæso ergo te, vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Michæas: viuit Dominus, quia quodcunq; dixerit mihi Deus meus, hoc loquar.

*Porro rex Israel, & Iosaphat rex Iudæ.* Isti duo reges erant nunc simul deliberando de bello cùm iam conueniissent, quòd ambo irent in bellum contra regem Syrię. *Vterque sedebat in solio suo.* Ambo erant reges æquales honore, ideo ipsi sedebant in sedibus excelsis, quę propriè vocantur solia: Cætera autem multitudo astabat eis circunfusa vndique. *Vestiti cultu regio.* Ideſt ornati erant regali apparatu, vt ostenderent ibi gloriam suam populo. Accipitur hic cultus pro vestitu, sic accipitur Exod. trigesimo tertio, scilicet. Audiens populus sermonem hunc pessimum luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo, ideſt, veste sua honorabili: & vocatur vestitus cultus, ideſt honor, eo quòd viri simplices et vulgares putant honorem esse in vestibus: et isto modo loquitur Apostolus 1. ad Corinth. 12. s. et quę putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abũdantiorem circundamus, ideſt plures vestes ponimus in circuitu illorum membrorum, quę sunt ignobilia, & pudenda: quàm



quàm in circuitu membrorum nobilium, & pulchrorum. *Sedebant autem in area iuxta portam Samariæ.* Erant nunc isti duo reges in vrbe Samariæ, q̃ erat metropolis, & caput regni Achab, & sedebant in quadã area, quæ erat spaciũ planum, & vacuum, vt tota multitudo populi, & virorum bellatorum posset ibi astare circunfusa regibus. Et ista area erat iuxta portam Samariæ: quia fortè erat extra vrbẽ, iuxta tamen portã, & muros vrbis. *Omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis.* Ideſt prædicabant futura annunciando de bello: Isti prophetæ erant quadringenti prophetæ Baal, de quibus supra habetur. *Sedecias verò filius Chanaana.* Iste erat vnus de quadringentis prophetis Baal, & ponitur hic nominatim potiusquã alij, eo quòd percussit Michæam in maxilla: vt supra in litera. Vocatur filius Chanaana: vt quidam voluntad differentiã Sedeciæ regis Iuda, qui fuit vltimus rex Iuda. Sed ridiculum est, quia inter istos erat tanta diuersitas, siue in statu siue in tempore, quòd non poterat esse aliqua coincidentia, nec dubium de eis, ideo scriptura non poneret nomina patrum istorum ad differentiam ipsorũ. Sed dicendum, quòd Chanaana fuit pater Sedeciæ: & putãt quidã q̃ fuit ipse propheta, sicut Sedecias iuxta sententiam Ieronymi in quodã prologo super prophetas minores. s. quòd qñ in titulo alicui⁹ prophetæ ponitur nomẽ patris, vel aui, vel aliorum antecessorũ, credendũ est oẽs illos prophetas fuisse. Sed dicẽdum, quòd nõ est hoc ad propositum, eo quòd illa regula intelligitur de prophetis dñi, qui fecerũt libros, in quorum titulis ponũtur noĩa patrum, vel auorum suorũ. Iste aũt erat de prophetis Baal: & non fecit librum aliquem, sed ponitur hic nomen patris sui fortè ad differentiam aliorum conciuium suorum, qui vocabantur Sedecias: vel quia fortè pr̃ istius fuit vir famosus in aliquo, siue in bono, siue in malo: & vt per illũ notificare tur filius, ponitur in titulo nominis eius, & vbicunq; fit mentio de isto Sedecia vocatur filius Chanaana, vt patet 3. Reg. 22. *Fecit sibi cornua ferrea.* Ista portabat in manibus inter alios prophetas coram rege Achab. Quare autem portabat, infra dicetur in quadam quæstione. *Et ait hæc dicit dominus.* Licèt essent isti prophetæ Baal prophetabant in noĩe domini: quasi Deus loqueretur per eos, quia illos dæmones, qui reuelabant eis ista vocabant Deum, licèt aliquando Deus loqueretur per malos prophetas: sicut per Balaam, vt patet Num. 23. & 24. *His ventilabis Syriam, donec conteras eam.* In hoc significabat Sedecias, q̃ Achab præualeret cõtra regem Syriæ, & dissiparet regnũ eius quousq; reduceret in nihilũ, quia dixit ventilabis. Est autem ventilare dispergere: sicut fit in area qñ paleæ, & grana simul ventilantur. i. in aera eleuantur: vt grana cadant in vnum, & paleę dispergantur: fecit autẽ Sedecias cornua ad ventilandum, quia tauri faciliter cornibus suis dispergunt, & ventilãt quęcunq; obuiam habuerint. Fecit aũt ista cornua ferrea ad signandum magnã fortitudinem regis Achab, cum qua dissiparet regem Syriæ, & regnum eius: quia sicut ferrum domat omnia, & cõminuit, vt patet Danie. 2. ita, & Achab comminueret regem Syriæ, nec haberet vllas vires ad resistendum sibi, & propter hoc subiunxit donec, conteras eam. i. non solũ ventilabis Syriam dispergendo vires eius semel huc, & illuc fugãdo Syros de bello: sed totiens hoc facies quousq; conteras. i. destruas totam Syriam: in quo fortè Sedecias significauit regẽ Achab sæpius pugnaturũ contra Syrios, & quòd semper vinceret eos. *Omnesque prophetæ vaticinabantur similiter.* Scilicet, omnes alij quadringenti prophetæ Baal, de quibus erat iste Sedecias: omnes enim illi vaticinabantur in area coram duobus regibus sedentibus prospere euenturum in bello: sicut dixerat Sedecias. *Ascende in Ramoth Galaad.* Ista erant verba illorum, & quamquam essent hic duo reges: scilicet Achab, & Iosaphat: tamen dirigebant verba sua solũ ad Achab: eo quòd bellum pertinebat ad eum, & rex Iosaphat solùm venerat ei in auxilium, vt patet supra in litera. Et dixerunt, ascende in Ramoth Galaad, qa ille erat locus belli. Est enim Ramoth quædam ciuitas in terra Israel vltra Iordanem ad orientem. Deute. 3. Et vocatur Ramoth Galaad, quia erat ad latus montis Galaad. Et propter istam ciuitatem erat bellum, quia cũ esset ciuitas de regno Achab rex Syriæ occupauerat eam, & volebat nunc Achab, eripere eam de manibus eius, vt patet supra in litera: et tertio Reg. 22. *Et prosperaberis.* Scilicet habebis victoriam, & bellatores tui non peribunt: in hoc enim consistit prosperitas belli, scilicet q̃ quis hostes suos superet, & cũ paruo damno suorum. Sic enim fuit quando Israelitæ tẽpore Moysi inierunt ad pugnandum contra Madianitas, & deleuerunt totam gentem. Et tamen nemo de Israelitis periit in bello, vt patet Nume. 10. *Et tradet eos dominus in manus regis.* Ideſt tradet eos in manus tuas: & per hoc intelliges, quòd bellum est domini, quia ipse tradet hostes tuos in potestatem tuam. Est autẽ hic mutatio personæ: quia prius loquebantur ad eum in secunda persona dicentes, ascẽde & prosperaberis: & nunc loquuntur in tertia dicentes etiam tradet eos dñs in manus regis, cũ dẽrent dicere in manus tuas: & ista mutatio personæ sæpe fit in sacra scriptura. Et sic patet Psal. 3. vbi fit per contrariũ. s. mutatio de tertia in secundã, cùm dicitur: Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. cùm deberet dici, & super populum suum benedictio sua: vt esset totum in tertia persona. *Nuncius autem, qui ierat ad vocandum Michæam.* Iste est vnus de eunuchis regis Achab, cui ipse mãdauit vocare Michæam: vt patet supra in litera. *Ait illi, en verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant.* Ideſt omnes isti quadringenti prophetæ Baal prænunciant regi bonum, scilicet quòd sit habiturus victoriam in bello: dixit autem vno ore, s. quia licèt essent quadringenti viri, tamen omnes cõcordabant in eadem sententia. s. q̃ rex prosperaretur: & dicitur bona regi annunciant. s. regi Achab, quia licèt essent duo reges, tamen bellum solũ pertinebat ad Achab, sicut supra dictum est. Ideo soli videbatur prouenire prosperitas, eo quòd ad eum pertinebat vtilitas belli. *Quæso ergo te, vt sermo tuus ab eis non dissentiat.* Ideſt rogo te quòd non discordes ab aliis prophetis, sed annuntia regi bona, sicut cęteri. *Loquarisque prospera.* Scilicet dicas, q̃ rex præualebit, & tradentur hostes in manus eius. *Cui respondit Michæas.* Erant nunc soli Michæas & iste nuntius: ideo verba dirigebantur inter eos solum. *Viuit dominus: quia quodcunque dixerit dominus Deus meus, hoc loquar.* Michæas respõdit se non posse facere: quia nuntius volebat, quòd Micheas determinatè annunciaret bona regi. Michæas autem dixit, q̃ non posset dicere nisi q̃ Deus ei reuelaret siue prosperũ siue aduersum esset, & dixit viuit dñs. Modus. n. iurandi est valde consuetus in sacra scriptura apud Iudæos: ideo quando Ieremias voluit ponere formam iurandi, & conditiones obseruandas in iuramento ad hoc quòd sit licitum dixit: & iurabis, viuit dominus in veritate, & iudicio, & iustitia: Ierem. 4. quasi nulla alia forma iurandi esset nisi ista. Et dixit, dominus Deus meus, quasi specialiter De⁹ pertineret ad eum, & hoc conueniebat sibi, quia ipse solus nunc erat propheta domini. Omnes autem quadringenti viri erant prophetæ Baal.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quid prophetabant, & quem ordinem habebant inter se. Quæstio XXIIII.*

QVAERITVR, quid prophetabant isti quadringenti prophetæ: & quem ordinem habebant inter se: cùm dicitur hic, quòd omnes propheta rent. Respondent quidam, quòd singuli istorum prophetabant de diuersis rebus sicut variè mouebantur a spiritu. Dicendū tn, pistud est inconueniens, quia omnes isti prophetæ solū nunc fuerant vocati, vt responderent an eundum esset in bellum in Ramoth Galaad, vt patet in litera, ideo nihil aliud nunc prophetarent: & si aliquis eorum prophetaret alia, expelleretur nunc à consortio aliorū, ne coram rege prophetarent impertinentia. Item patet, quia supra in litera dicitur, quòd omnes isti prophetæ dicebant regi, ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis: ergo omnes prophetabant de bello. Item quia nuntius dixit Michææ, verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant: ergo nullus prophetabat nisi de statu istius belli. Quantum ad ordinem istorum dicendū, quòd potest intelligi de ordine temporis in prophetādo, vel de concordia, vel discordia de dictis suis. Quantum ad primum dicendum, quòd omnes isti prophetabant eodem tempore: nam nūc sedentibus Achab, & Iosaphat in area Samarię conuenerunt omnes isti quadringenti prophetæ: & ibi quæsitū est ab eis de statu belli: & ibi responderunt omnes: vt patet supra in litera. De secundo, scilicet de concordia, vel discordia in dictis eorum. Dicendum quòd omnes cōcordabant in generali in eadem sententia: & tamen in particulari in modo dicendi, & in diuersis repręsentationibus differebant. Primuum patet, quia postquā posita fuit, pphetia Sedecię, subditur in litera, omnesque prophetæ vaticinabantur similiter. Item quia dicitur: & dicebant, ascēde in Ramoth Galaad, & prosperaberis. Item quia dr in litera, verba oīum prophetarum vno ore bona regi annunciant. Secundum patet, quia Sedecias non tenuit eadem verba, quæ alij: nā ipse dixit, his ventilabis Syriam, donec conteras eam. Alij autem dicebant, ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis. Item quia Sedecias quando dixit ista, tenuit in manibus cornua ferrea: ideo dixit, his ventilabis Syriam. Alij autem non tenuerunt cornua. Item sicut in verbis differebāt, credendum est, quòd in modo repręsentandi differrent, scilicet q̄ Sedecias fecerat sibi cornua ferrea ad significandum, quòd in illis ventilaretur Syria: ita fortè alij inuenirent alios modos, & alia instrumenta ad significandum diuersimodè Syriam esse delendam.

*De dictis istorum prophetarū an ficta, an reuelata, & quomodo. Quæst. XXV.*

QVAERITVR vlterius circa istos prophetas, quomodo prophetabant, an fingebant de corde suo ista, quæ nunc dicebant: vel si habebant illa per reuelationem, & si fuit sic quando facta est eis illa reuelatio. Respondent quidā, q̄ isti prophetę Baal fingebant ista sicut eis placuit, & non erat illa reuelatio. Primò patet: quia si fuissēt per reuelationem nō mentiti fuissent, & tn mentiti sunt, quia prænunciauerunt prospera, & venerunt aduersa. Secundò patet, quia isti non poterant habere reuelationem cū essent prophetæ idolorum: & Deus non loqueretur eis. Tertiò patet, quia non videbantur habere tempus ad hoc, q̄ fieret eis reuelatio: quia isti vocati fuerunt à rege Achab sedente eo, & Iosaphat in area Samariæ, & quæsiuit ab eis an ascendere deberet in Ramoth Galaad, vel non: & responderunt immediatè, q̄ ascenderet: vt patet supra in litera. Dicendum tn, q̄ isti nō finxerunt istud responsum de cordibus suis, sed reuelatum est eis, & credebant firmiter se vera dicere. Primò patet, quia isti cōfidenter loquebantur coram regibus Iosaphat, & Achab: si tamen confingerent ista de cordibus suis, non auderent confidenter respōdere: quia scirent posse euenire contrarium, & erubescerent. Secundò patet, quia timerent mortem, quia si eis prænūciantibus prospera isti reges propter dicta eorum irent in bellū, & vincerentur, occiderent postea omnes istos prophetas. Non ergo auderent in periculum capitum suorum tam cōfidenter mentiri: potissimè cū nihil acquirerent potius ex isto responso q̄ ex cōtrario. Tertiò patet, quia Michęā prophetam percussit Sedecias, eo quòd prophetauerat in ꝓtrarium sibi dicens, per q̄ viam transiuit spiritus dñi à me, vt loqueretur tibi. In quo patet, q̄ Sedecias credebat sibi locutum spiritum dñi. Quartò patet, quia si Sedecias confinxisset de suo istud responsum, sciret se falsum loqui: vel saltem q̄ poterat falsum esse quod dixerat: & tn tunc nō intelligebat, & Michæas dixit ei, tu ipse videbis in die illo, q̄n ingressus fueris in cubiculum de cubiculo, vt abscondaris: & sic etiam Michæas, qui erat propheta dñi, innuebat, q̄ Sedecias non sciebat se nunc falsa dicere: sed postea reuelata veritate sciret. Non ergo cōfinxit aliquid Sedecias. Quintò patet, q̄ si isti prophetæ confinxissent ista de cordibus suis, non potuissent oēs conuenire sic subito in eandem sententiam: potissimè in re tam graui, in qua vertebatur periculū capitum suorū. Nam isti vocati sunt à rege, & interrogati de bello, & statim in præsentia sua responderunt oēs idem, vt patet ex litera. Si tn oēs deberent confingere eandem sententiā, oportebat vt prius intet se tractarēt quid expediret eis respondere. Sextò patet, & clarius: quia infra in litera dr in visione Michææ, q̄ Deus quis deciperet Achab: & spiritus ait: ego egrediar, & ero spiritus mendax in ore oīum prophetarum eius. Hoc autem non poterat esse, nisi ille spiritus mendax reuelaret istis prophetis Baal aliquid: ideo non ꝓfixerunt quidquā de corde suo: sed spūs ille reuelauit eis. Fuit aūt modus. s. quia Deus permisit, quòd ille spūs deciperet prophetas Baal in damnum Achab, vt periret in bello, & ille apparuit eis reuelando hæc, vel per aliū modum mutauit phantasiam eorum, vt putarent certissimè istud à Deo dici, sicut solet fieri in veris prophetis: & hoc significatur inf. in litera, cùm dixit De⁹ ad spiritum: decipies, & prævalebis, egredere, & fac ita. Sic etiam cōclusit Michæas, dicens: nunc igitur ēr dedit Deus spiritum mendacij in ore prophetarum tuorum, & dñs locutus est de te mala. De hoc autem magis declaratum est. 3. Reg. 22. Ad primū argumentum in contrarium, cū dicitur, quòd si isti habuissent reuelationem, fuisset verum dictum suum. Dicendū est, quòd est verum de reuelatione, quæ fit à Deo, quæ nō potest mentiri: secus hic, quia spiritus, qui reuelauit istis ea, quæ dixerunt, fuit spiritus mēdatij, & venit ad decipiendum, ideo reuelauit falsa. Ad secundum cū dicitur, quòd non fieret istis reuelatio, quia erant prophetæ idolorum. Dicendum, quòd non fieret reuelatio à Deo. Fieret tamen à dęmonibus, de quibus ipsi putabant quòd essent dij, & quemlibet eorū vocabant Deū: potissimè, q̄ cùm isti essent prophetæ Baal putabant, q̄ ille Deus Baal erat spūs, qui loquebat eis, vel solebat apparere sibi: aut respondere de dubiis, vel facere aliquod opus quasi miraculosum ad inuocationem ipsorum. Sic colligitur. tertio Regum 18. cùm Elias orabat Deum Israel, vt exaudiret eum mittendo ignem de cęlo super sacrificium, & prophetæ Baal orabant circa idem exaudiri, & cùm non responderet eis Elias irridens eos dixit, clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Aliter potest dici, quòd etiam prophetis idolorum Deus poterat apparere, & reuelare quæ vera sunt: sicut patet de Balaam, qui erat sacrilegus, & ariolus, & gentilis: Deus tamen apparebat ei, & loquebatur magnalia, vt pater Num. 22. 23. & 24. Ad tertium dicendum, quòd isti habuerunt tempus conueniens, vt posset eis fieri reuelatio, vt declarabitur immediatè sequenti quæstione.

*Quando isti prophetæ habuerunt reuelationem. Quæst. XXVI.*

QVAERITVR vlterius, cū isti prophetæ Baal habuerunt reuelationem de dictis suis, quando habuerunt eam. Quidam dicunt, quòd habuerunt eam coram rege in area Samariæ: eo quòd isti prophetæ vocati fuerunt nunc à rege, vt responderent super statu belli, & ante hoc nesciebant an vocandi essent, vel ad quid vocandi essent: ideo non haberent prius reuelationem. Sed tunc stat dubium quomodo poterant isti habere reuelationem à Deo coram rege. Dicendum, quòd hoc potest patere cognito, qui sunt modi quibus solent immutari prophetæ, & sunt quinque. Primus quando Deus mittit angelos in effigie humana, & loquitur aliquid, vel ostendit eis, quibus Deus vult hoc reuelari. Sic patet de angelis, qui venerunt ad Abraham, & manducauerunt cū eo: Gen. 18. Sic etiam est de duobus angelis, qui venerunt Sodomam, & steterunt in domo Loth: Gene. 19. Idem de angelo, qui ostendit Agar fontem in solitudine. Gen. 16. Idem de angelo, qui apparuit Iudæis in loco flētium. Iudicum 2. Et de angelo, qui apparuit Iosue in agro Iericho: Iosue 5. Secundo modo fit reuelatio quando non apparet angelus in aliqua effigie, & tamen audit homo vocem, quam angel⁹ loquitur, sicut erat de Moyse, quandocunque intrabat in sācta sanctorum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio inter alas Cherubim, Num. 7. Et tamen nihil videbat cùm esset locus obscurissimus. Idem patet quando Moyses audiebat Deum loquentē ad se de columna nubis, & audiebatur vox in colūna, & nihil videbatur: Exo. 33. sic locutus est angelus ad Moysen Aaron, & Mariam de columna nubis ad ostium tabernaculi: Num. 22. Sic etiam toti Israel locutus est angelus in datione legis de monte fumoso. Exod. 2. Nam tunc audiebant vocem, & non videbant aliquā effigiem loquentis. Deut. 3. Tertiò modo fit reuelatio in somniis per immutationem phantasiæ: & sic sæpe fiebat in veteri & nouo testamento, vt patet Num. 12. cùm dixit Deus. Si quis fuerit inter vos propheta, in visione apparebo, ei vel per somniū loquar ad illū. Patet in nouo testamento de Ioseph, cui angelus apparuit in somniis, dicens, quòd acciperet Mariam coniugem suam Matt. primo, & iterum apparuit ei nubēs fugere in Aegyptum. Matt. secundo, & iterum apparuit ei in somniis iubens, quòd rediret de Aegypto. eodem cap. Quartò modo fit reuelatio per solam mutationem intellectus, quando in vigilia Deus reuelat aliquid prophetę, & non fit tunc aliqua mutatio in corpore eius, nec aliqua apparitio exterius. Iste modus erat communiter in Elia, & Elisæo, vt patet 4. Reg. 3. & 4. cap. Et ibi declaratum est. Quintò modo fit reuelatio per estasim, scilicet quando immutatur intellectus prophetę in vigilia sine aliqua immutatione phantasiæ. Quia tamen reuelatur tunc res excellentissima, vt anima totaliter intendat illi rei, cessat ab omnibus operationibus circa corpus, & cadit homo, & videtur esse mortuus: & illud est estasis, de quo magis declaratum est Num. 22. & 24. Nunc dicendum, quòd ille, qui reuelauit istis prophetis dicta sua non fuit Deus, sed spiritus mendax: poterat tamen tenere aliquos de istis modis reuelationis. Dicendū tamen, quòd primus modus non poterat esse, scilicet quòd ille spiritus appareret nunc eis in loquendo ista, quia ista interrogatio, & responsio fuerunt coram rege. Si ibi fieret reuelatio non solùm isti prophetæ viderent, & audirent illum spiritum apparentem, sed etiam omnes, qui astabant: & tunc non magis essent prophetæ isti quadringenti viri quàm alii, cùm omnes audirent vocem eius. Potissimè, quia nunquam angeli boni, vel mali faciunt reuelationes ita publicas nisi reuelatio directè tendat in totum populum, & non specialiter ad aliquem virum, sicut factum est quando angelus apparuit Iudæis congregatis in loco flentium, & locutus est toti populo. Iudi. secundo. Secundus etiam modus non conuenit hic: quia si audiretur vox, & nō appareret effigies, omnes de populo audirent illam sicut omnes isti prophetæ, & tequere. ar idem inconueniens quod prius. Tertius modus etiam non videtur cùm ista immutatio phantasiæ soleat fieri in somniis: nunc tamen ipsi vigilabant. Verum est tamen, quòd immutatio phantastica, quæ vocatur visio imaginaria potest fieri in vigilia interdum, licèt raro fiat, vt probatum est, tertio Regum 22. in quadam quæstione. Quartus modus non conueniebat, quia dæmon non potest directè immutare intellectum nostrum, scilicet non facta aliqua immutatione in corpore: per quam indirectè mutetur intellectus. Solus enim Deus potestatem istam habet directè. Quintus etiam modus non conuenit, quia ille non differt à quarto nisi per hoc, quòd est ibi excellentius intelligibile, ad quod eleuatur intellectus. Et ob hoc oportet animam totaliter abstrahi ab actibus corporeis. Sed dęmon non potest facere reuelationem quarto modo, ergo nec quinto, cùm ipse sit difficilior. Dicendum igitur, quòd si velimus tenere, quòd reuelatio fuerit facta istis prophetis coram rege postquam facta est interrogatio, quòd fuerit tertio modo, scilicet per visionem imaginariam factam in vigilia. Dicendum, tamen q̄ non potest stare, quòd ista reuelatio fuerit facta coram rege postquam vocati sunt ab eo, quia Sedecias erat vnus de istis prophetis, & ipse fecerat sibi cornua ferrea, & tenens ea coram rege dixit: his ventilabis Syriam. Non poterat tamen ibi subito facere cornua ferrea coram rege, ergo portauerat illa secum, & consequenter ipse sciebat quid erat illud, de quo interrogandus erat, & quid responsurus erat: sicut autem dicitur de eo, ita de omnibus aliis intelligendum est, q̄ antequam vocarentur à rege, habuerant notitiam de ista quæstione: & sciebant quid respondendum esset, & sic non facta est eis reuelatio coram rege, sed antequam vocarentur ab eo. Cùm autem obiicitur, q̄ non poterat fieri reuelatio eis, antequam vocarentur: quia nesciebant an vocandi essent, & ad quid vocandi essent. Dicendum, quòd verum est de illis reuelationibus, quæ fiunt ad inquisitionem nostram. Secus autem, de illis quas Deus facit nobis non petentibus. Nam interdum Deus ad petionē nostram reuelat nobis aliqua, & tunc necesse est petitionem precedere ad responsionem, quæ aliquando præcedit valde pauco tempore. Sicut fuit quando Eliseus coram tribus regibus petiuit responsum à dño super statu ipsorū, & vocauit citharistam, vt psalleret coram eo: & mox vt ille incepit cantare, spiritus domini fuit super Elisæum, & respondit. 4. Regum 3. ca. Interdum differebatur responsio maiori tempore: sicut fuit de Ieremia, quando petiuit à domino, an reliquię Iudæorum deberēt descendere in Aegyptū:

Universidad de Deusto
Biblioteca



& Dominus respondit sibi post decem dies. Iere. quadragesimo secũdo. Interdum maiori tpe differebant. Sicut in Daniele, qui per tres hebdomadas expectauit responsum à dño. Danie. 10. Aliquando autem Deus loquitur nobis non petentibus nobis quicquam, et reuelat nobis aliqua pertinentia ad nos, vel ad alios. Sic patet de Samuele qñ venturus erat Saul ad eum, vt consuleret eum quantum ad asinas perditas, & per vnũ diem ante dominus apparuit Samueli, & dixit ei: hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam ad te virũ de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populũ meum Israel. primo Reg. 9. Sic ẽt fuit de Ahia Silonite, ad quem ibat vxor regis Ioram, vt consuleret eum. Et Deus apparuit ei prius, dicens: Ecce vxor Ieroboã ingreditur, vt consulat te super filio tuo. 3. Reg. 14. Similiter poterat esse de dæmonibus, qui respondebant prophetis suis. Nam aliquando respondebant eis postquam interrogabant, & aliquando antequam interrogarentur: ita factum est nunc: quia cùm iste spiritus mendax voluit decipere prophetas Baal, vt dicit infra in litera, apparuit eis antequam interrogarentur, & dixit super quo interrogandi erant, & quid respondere deberent: & tunc Sedecias filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, vt quando Achab vocaret eum portaret illa secum, & sic responderet.

*Quare fit solum mentio de Sedecia.*
*Quæstio XXVII.*

QVAERITVR vlterius de isto Sedecia, cùm esset vnus de quadringentis prophetis, quare fit specialis mentio de eo, & non exprimuntur nomina aliorum. Dicendum, quòd hoc factum est pp duo. Primò quia iste habebat specialiorem modũ, quã cæteri in respondendo de fine belli: cũ fecerit sibi cornua ferrea dicens, his ventilabitis Syriam. De cæteris autem non habetur, quòd aliquid tale fecerint: & dato quòd facerent aliqua alia instrumenta similiter repræsentatiua, fortè nullum eorũ esset tam accommodatum ad signandum certam victoriam, & totalẽ destructionem regni Syriæ, ideo de hoc solo expressum est. Secundò fuit hoc, quia nullus de prophetis Baal tantum restitit Michææ, qui erat propheta Domini, sicut iste: nam iste percussit eum in maxilla, & dixit, per quam viam transiuit spiritus dñi a me, vt loqueretur tibi? Tertiò fuit hoc, quia pp istum confirmata fuit magis prophetia Michææ, quia cùm iste nõ crederet, quòd Deus locut⁹ fuerat Michææ, sed quòd rex Achab prosperaretur in bellum, dixit ei Michæas: Tu ipse videbis. i. cognosces in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris: & sic postea factum est, quòd declarata est in eo veritas Michææ, vt patet infra in quadam quæstione.

*Quare fecit sibi cornua ferrea Sedecias.*
*Quæstio XXVIII.*

QVAERITVR quare Sedecias fecit sibi cornua ferrea. Dicendum, q̃ in hoc tenuit modũ prophetarum dñi: nam prophetæ domini aliquando iudicabant ea, quæ sibi reuelata erant solũ per verba. Interdum verò per verba, & signa quædam exterius accommodata ad expressius repræsentandum ea, quæ dicebantur. Primus modus erat quasi communiter in omnibus prophetis tam de illis, qui non scripserũt libros, vt de Elia, & Elisæo, Samuele, & Ahia, Gad, & Nathan, & cæteris, quorum historiæ habentur in lib. Regum, quàm in illis, qui libros fecerunt, scilicet maiores, & minores prophetæ: quia vtcommuniter in solis verbis respondebant ad ea, de quibus quærebantur: vel significabant ea, quæ sibi reuelata fuerant, etiam nemine interrogante, vt patet generaliter ex omnibus locis, & libris vbi habentur dicta, & facta prophetarum. Secundus modus erat rarus, reperitur tamen in multis prophetis. Sic enim fuit de Isaia, qui ad significandum captiuitatem Aegyptiorũ qualiter per tres annos nudi, & discalciati ambulare debebant, ambulauit nudus & discalciatus: & sic prophetauit de captiuitate istorum. Isaiæ 20. Sic etiam sæpe fiebat in Ezechiele. Nam Deus mandabat ei sumere laterem, & describere ibi vrbem Ierusalem, & ponere obsidionem contra illam ad significandum, quòd caperetur Ierusalem in bello. Ezechie. 4. iussit ẽt Deus ei sumere cibum in certa mẽsura, & facere panem de stercore boum, ad significandum famem futuram in Ierusalem. eod. cap. Idem erat in capillis suis rasis, põderatis, & combustis, ad significandum diuersitatem pereundi Ierusalem. Ezechie. 5. Et sic in multis locis eiusdem. In Ieremia quoque sæpe factum est, vt patet de lumbari põsito ad lumbos, & postea putrefacto in Iordane: Iere. 13. Sic etiam de laguncula testea, quam confregit Ieremias coram Iudæis signans eos delendos Iere. 9. Idem fuit de catenis lineis, quas misit Ieremias ad regem Edom, & regem Moab, & regem Amon, & regem Tyri, & regẽ Sydonis signãs, quòd captiui ducerentur per Nabuchonosor. Iere. 27. Fiebat autem iste modus prophetandi propter viros simplices, & carnales, quos magis mouent res quã verba: nam magis mouerẽtur cùm viderent prophetam portantem catenas in collo suo ad signandam captiuitatem: quàm si solũ prænunciaret captiuitatem futuram. Deus autem volebat condescendere simplicibus prænunciando res eo modo, quo illos magis mouerent, ideo dedit aliquando istum modum prophetandi propter homines simplices, & duros ad mouendum. Et non solùm erat iste modus in prophetis respectu populi, scilicet q̃ annunciarẽt eis per signa, sed etiam interdum erat inter Deum & prophetam, scilicet quòd Deus reuelaret prophetæ ea, quæ volebat per talia signa. Sic patet de Ieremia, cui Deus dixit: descende in domum figuli, & ibi audies verba mea, & descendit illuc. Et ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatũ est vas, quod ipse faciebat, conuersusque fecit vas alterum sicut placuit ei. Et tunc dixit dominus: nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Ieremiæ decimo octauo. Sciendum etiam, quòd si interdum essent duo prophetæ, scilicet vnus verus, & alius falsus, qui contradicerent sibi in dictis suis: & vnus eorum vteretur talibus signis ad expressionẽ prophetiæ suæ. Alius accipiebat ei illa, vel frangebat ea, significãs prophetiam illius esse falsam. Sic enim quando Ieremias ad signandum captiuitatem Iudæorum per Nabuchodonosor portabat catenas lineas in collo suo, venit Ananias propheta falsus, & coram toto populo accipiens catenam de collo Ieremię fregit eam, dicens: Hęc dicit dominus: sic confringã iugum Nabuchodonosor de collo omnium gentium: Ieremiæ vigesimo octauo. Quia tamen iste Ananias erat propheta falsus: misit Deus rursum Ieremiam ad eum dicens: catenas lineas contriuisti, & facies pro eis catenas ferreas. Et ait, ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris: aduersus enim dominum locutus es: & mortuus est Ananias propheta anno illo, mense septimo. eodem capitu. Sicut ergo prophetę Dei interdum prophetabant per signa, ita etiam prophetę falsi idolorum, & sic iste Sedecias filius Chanaana nunc fecit cornua ferrea ad magis exprimendum destructionẽ Syriæ: maxime at quia



quia illo tempore alij prophetæ valde vtebantur isto mõ prophetandi. Nam iste Michæas, qui nunc prophetauit contra Sedeciam: ẽt per signa prophetabat, sicut qñ venit ad annunciandum malum regi Achab, quia dimiserat liberum Benadad regem Syriæ, cùm tenuisset eum, & exercitum suũ. Nam tunc fecit, q̃ vulneraretur in capite, & proposuit parabolam suam regi Achab 3. Reg. 2. capi. ideo conueniebat isti Sedeciæ ad propositum suum facere cornua ferrea. Aliter potest dici, q̃ qñ aliquis propheta recipit reuelationẽ à Deo: sicut dicuntur sibi ea, quæ debet annunciare: ita etiam reuelatur ei modus annunciandi, sicut patet de Iere. in exemplis positis Iere. 13. 19. & 27. s. quia nõ solùm reuelabatur ei captiuitas Babylonica, quam deberet annunciare: sed ẽt, quòd annunciaret eã portãdo catenas ligneas in collo: & obligabatur ad vtrunque. Ita fortè nunc spiritus ille mendax, qui apparuit Sedeciæ, reuelauit ei, quòd rex Achab prosperaretur, & quod significaret hoc portando cornua ferrea.

*Quomodo vocauit iste nuncius Michæam, vt concordaret se.*
*Quæst. XXIX.*

QVAERITVR vlterius, quomodo iste nuncius, qui vocauit Michæam rogauit eum, quòd cõcordaret cum aliis prophetis, cùm sciret ipse, quòd non erat in põtestate eius dicere hoc, vel illud: sed q̃ Deus, ei reuelaret, nisi vellet mentiri. Dicendũ, quòd hoc poterat fieri multipliciter. Vno mõ quòd iste nũcius loqueretur mõ humano, quasi cupiẽdo honorẽ Michææ, & rectè ei cõsulẽdo: videbat enim ipse, quòd omnes quadringenti prophetæ Baal vno ore annunciabant prospera: ideo licèt Michæas, verum diceret, si ↄtrarium diceret cùm esset solus non crederetur ei, nec consequeretur inde honorem. Secundò põt dici, quòd ille nuncius putabat, quòd determinatio Dei alicuius mõ posset variari propter prophetam. s. per orationes eius: & sic posset inclinare Deũ in sententiam illam quam vellet, & illam annũciaret. Tertiò modo põt dici, quòd iste nuncius desiderabat, quòd rex iret ad bellum, siue prospere euenturũ esset siue nõ, quia fortè inde intendebat cõsequi aliquam magnã vtilitatem: & quia si Michęas cõtrarium aliis responderet, licèt esset solus, posset impediri negotiũ, rogauit eum, vt cõcordaret cum aliis. Quartò mõ potest dici, quòd multi homines putabant, quòd in potestate prophetarum erat, quòd bonum, vel malum eueniret, & quòd si ipsi vellent aliquẽ infortunari, quòd infortunabantur, & si vellẽt eum prosperari, quòd prosperabatur, & sic nõ dicebant quòd prophetæ annunciabãt hominibus futura, sed quòd maledicebant seu benedicebant eis, faciendo quòd bona, vel mala, eis euenirẽt. Sic patet de Balaam propheta: nam cũ venissent Iudęi per desertum iuxta terram Moab, timuit rex Moab, & non audens pugnare cum eis, vocauit Balaam prophetam, vt eis malediceret: Num. 22. s. veni, & maledic populo huic, q̃ fortior me est, si quo mõ possim percutere, & eiicere eũ de terra mea. Et sequitur: Noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus, in quem maledicta congesseris. Sic iste nũcius, qui vocauit Michæam, putabat quòd in potestate prophetarũ erat q̃ euenirent bona, vel mala. Ideo rogauit eum vt annunciaret bona. Et ista est veritas, licèt alij modi superiores sint verisimiles. Causa aũt, quare putabant homines illius temporis potissimè simplices, & infideles, quòd in potestate prophetarum erat facere malum, vel bonum erat, quia videbant, quòd omnia, quæ ipsi prænunciabant siue bona, siue mala eueniebant semper sine aliquo errore. Et credebant, quòd ista certitudo euentus pendebat à voluntate ipsorum. Sed falsum erat, quia certitudo prophetiæ pẽdebat ex reuelatione Dei, quæ mentiri non põt: quòd autem ista esset intentio vulgarium, patet ex responsione Balaam. Num. 22. Nam cũ dixisset rex Moab ad Balaam, noui q̃ benedictus sit cui benadixeris: & maledictus, in quem maledicta congesseris: dixit Balaam: si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non poterit immutare verbum domini, vt vel plus, vel minus loquar: quasi dicat, non est in potestate mea facere bonum, vel malum secundũ voluntatem meam, & si detur mihi argentum, & aurũ multum: sed solũ dicam, qđ Deus mihi reuelauerit, si volo verũ dicere. Sic iterum cũ ↄqueretur rex Moab, q̃ Balaam nõ maledixisset Iudæis, sed potius benedixisset, dixit Balaam. Nonne nunciis tuis dixi: si dederit mihi Balac plenã domum suam argenti, & auri, non potero pręterire sermonem domini: vt bonum, vel malum proferam de corde meo. Num. 24. Et q̃ innuebat, q̃ ipse voluerat maledicere Iudęis: vt cõsequeretur honorem, & diuitias à rege Moab. Sed non poterat aliquid facere secundũ desiderium suum, sed solùm quod Deus vellet. Idem patet in præsenti, quia cùm iste nuncius rogaret Michęam, vt concordaret cũ aliis prophetis, dixit: viuit dominus, quia quodcunque dixerit dominus Deus meus hęc loquar, ideſt non potero aliquid facere de corde meo, aut annunciare, vt veniat bonum, vel malum, sed solùm quòd Deus dixerit hoc annunciabo.

Venit ergo ad regẽ. Cui rex ait: Michęa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit: Ascẽdite, cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus vestras. Dixitque rex: Iterum atq; iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi quod verum est in nomine domini. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absque pastore: & dixit dñs: Non habent isti dños: reuertatur vnusquisq; in domum suã in pace. Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nõne dixi tibi, q̃ non prophetaret iste mihi quicquam boni, sed ea quę mala sunt? At ille, iccirco, ait, audite verbum dñi. Vidi dominũ sedentem in solio suo: & oẽm exercitum cęli assistentem ei à dextris, & à sinistris. Et dixit dñs: Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat & corruat in Ramoth Galaad? cunq; diceret vnus hoc modo, & alter alio, processit spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui dominus, in quo, inquit, decipies? At ille respondit, egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus: decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita: Nunc igitur ecce dominus dedit spiritũ mendacij in ore omnium prophetarũ tuorum: & Dominus locutus est de te mala.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Venit ergo ad regem.* Scilicet, venit ad aream iuxta portam Samariæ, vbi sedebant ambo reges, vt patet supra in litera. *Cui rex ait.* Scilicet Achab, ipse enim solus loquebatur cùm causa sua esset, & ipse misisset ad vocandum eum. *Michea ire debemus in Ramoth Galaad bellandum, an quiescere?* Idest nunquid bonum est, & expediens nobis, quòd eamus ad pugnandū, vel quiescamus? *Cui ille respondit, ascendite.* Idest bonum est, vt ascendatis. Non erat istud verum, quia postea contrarium Michæas respondit: quare tamen hoc dixerit infra declarabitur in quadam quæstione. *Cuncta prospera euenient.* Idest si ascenderitis, totum bellum erit prosperum ex parte vestra. Duo enim requiruntur ad plenam prosperitatem belli, scilicet victoria, & quòd cum paruo damno victoris habeatur. Et ista duo significabat Michæas dicens, cuncta prospera euenient. Interdum enim cum tanto dāno, & effusione sanguinis victoria acquiritur, vt de illa modicum gaudendum sit, & panc non euenient omnia prosperè. *Et tradentur hostium manus vestras.* Idest vincetis eos, & erit in potestate vestra, quòd occidatis illos. *Dixitque rex, iterum, atque iterum te adiuro.* Credidit Achab, quòd Michæas nō loquebatur ei id, quòd tenebat in corde, sed dicebat hoc, vt lætificaret eum: ideo dixit, quòd adiurabat eum, vt diceret sibi veritatem. *Vt non mihi loquaris nisi quod verum est in nomine domini.* Idest non dicas id quod putas placere mihi: sed dic id quòd verum est in nomine domini, idest secundùm quòd ipse tibi reuelat: & loquere mihi ex parte sua, & nō cōfingas de corde tuo. *At ille ait.* Scilicet Michæas: respondit nunc veritatem, quia adiuratus est, vt responderet verum, quod Deus ei declararet. *Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus.* Michæas significauit, quòd si Achab iret ad bellum moreretur ibi, & manerent Israelitæ sine Domino, ideo dixit vidi vniuersum Israel dispersum in montibus: Dicitur dispersus, quia finito bello, cùm iam non haberent ducem, quidam ibant huc, alij illuc dispersi. Et dr in montibus: quia istud bellū factum est in montibus, s, circa Ramoth Galaad, q̄ est iuxta mōtē Galaad, iō tota terra ibi erat mōtuosa. *Sicut oues absque pastore.* Idest sicut oues non habentes pastorē dispergūtur huc, & illuc: ita Israelitæ mortuo rege suo dispergebantur per diuersa loca. Propriè autem reges vocantur pastores, & subditi oues: sic enim Dauid vocauit populum suum oues, vel gregem dicens: isti oues sunt, quid fecerunt? 2. Regum 24. & p̄ced. lib. 22. cap. Sic etiam Arist. reges pastores populorum vocat allegans ad hoc Homerum in Eliade. *Et dixit Dominus, non habent isti dominum.* Innuit Michæas, quòd in visione ista, qua videbatur sibi videre totum Israel dispersum in montibus, videret Deum præsentem ibi, & Deus vidēs illam multitudinē Israelitarū sine rege diceret ad Michęam. *Reuertatur vnusquisq; in domum suam in pace.* Scilicet, quia non habent dominum, & bellum non potest fieri sine duce: non restat, nisi vt reuertatur vnusquisque in domum suam. Et dicitur in pace, quia de Israelitis pauci vel nulli occisi fuerant: sed quasi solus ipse rex periit: quomodo autem hoc esse potuerit dicetur infra in quadam quæstione. *Et ait rex Israel ad Iosaphat.* Iratus nunc Achab propter aduersam responsionem Michææ conuersus est ad Iosaphat. *Nonne dixi tibi, quòd non prophetaret mihi ista quicquam boni, sed ea, quę mala sunt?* Scilicet bene sciebam, quòd malum mihi prophetaret. Nam quando Iosaphat quæsiuit supra, an esset ibi aliquis de Prophetis Domini, per quem consulerent: dixit Achab, est vir vnus à quo possumus quærere Domini voluntatem, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore, & quia nunc etiam malum prophetabat, confirmabatur dictum Achab.



*At ille: iccirco ait audite verbum domini.* Hic ponitur alia visio Michææ. Et sciendum, quòd visio superior sufficienter expresserat euentum belli, quia tamen Michęas erat solus, & quadringenti Prophetæ Baal contra ipsum, vt non putaretur insipienter locutus, quia non erat satis verisimile, quòd quadringenti mentirentur, & ille solus diceret veritatem: declarauit modum quomodo illi errabant: licèt multi essent, scilicet quia Deus permiserat, quòd spiritus mendacii deciperet eos, & loqueretur per ora ipsorum, & ipsi putarent se vera dicere: & ad hoc inducitur tota ista visio. *Vidi dominum sedentem in solio suo.* Visio imaginaria est, quàm repræsentauit Deus in phantasia prophetæ, in qua videbatur sibi videre Deum, velut quendam regē excellentissimum sedentem in throno excelso: sic.n. vidit Isaias cùm ait: Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Isa. 6. In veritate tamen iste propheta nihil videbat, quia Deus nor. est aliquid visibile cùm sit incorporeus. Etiam Deus non poterat sedere in aliquo solio, cùm sedere competat corporibus: quare ista dicantur infra dicetur in quadam quæstione. *Et omnem exercitum cęli assistentem ei.* Videbatur Michæę, quòd erat Deus in quodam solio excelso, & in circuitu illius erat totus exercitus cęli circùm fusus. Vocatur enim tota multitudo spirituum cęlestium exercitus cęli: quia sicut exercitus est multitudo pugnatorū ordinata sub aliquo duce ad expugnandum hostes, ita tota multitudo cęli est ad mandatum Dei ad ministrandum ei in omne opus, siue benefaciendo bonis, siue nocendo malis. Et sic dicitur Psal. 102. q̄ angeli domini sunt potentes virtute ad audiendam vocem sermonum eius, idest ad faciendum q̄dquid mandauerit. Et ad Heb. primo, dicitur de angelis, quòd sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Et sicut exercitus noster constat ex multis militibus, ita multitudo cęlestis, quę vocatur exercitus cęli, constat ex militibus, & quilibet angelus, vel spiritus vocatur miles Dei, sic patet Iob 25. scilicet: Nunquid nosti numerum militum eius, idest numerum angelorum, q̄ sunt milites eius. *A dextris, & à sinistris.* Idest quidā sedebant à dextris Dei, & alii à sinistris eius. Nicolaus dicit, quòd angeli boni sedebant à dextris, & angeli mali à sinistris: quia hic dicitur de isto spiritu, qui decepit prophetas Baal, & erat dęmon, & sic ipse cum aliis sederet à sinistris Dei. Sed dicendum, q̄ hoc nō stat: primò quia dicēdo sic præsupponeretur, quòd ista visio fuerit realis, & q̄ verè fuerit Deus in solio, & exercitus cęli in circuitu, sed non fuit, quia nec Deus potest sedere, nec angeli in circuitu eius, cùm oēs sint spiritus incorporei: sed solùm fuit imaginaria visio. Secūdò quia si dęmones sedissent à sinistris, & angeli à dextris hoc fuisset propter honorem angelorū super dæmones. Si tamen hoc consideretur non sic sederent, sed angeli boni sederent in circuitu Dei à dextris, & à sinistris, & angeli mali longe ab eo essent, sicut erit in die iudicii, quando Christus veniet ad iudicandum, & boni erunt cum eo in aere, mali autem omnes erunt in terra, vt colligitur prima ad Thes. capit. 4. Ideo nō est dicendum, quòd magis iste spiritus sederit à dextris, quàm à sinistris: cùm nulla lesio fuerit: sed solū imaginaria visio. *Et dixit dominus, quis decipiet Achab regem Israel?* Michęas significat, quòd Deus erat in medio illius multitudinis deliberando cum ea super negotio regis Achab, volens quòd ille periret, & petens consilium quis eum deciperet. *Vt ascendat, & corruat in Ramoth Galaad.* Hoc Deus intendebat: quia hac morte volebat eum perire, & non poterat fieri nisi deciperetur, quia aliàs non ascenderet illuc cùm ibi moriturus esset: ideo quærebat quis eum deciperet. *Cunque*

*que diceret vnus hoc modo, & alius alio.* Modus est, qui A tenetur in negociis deliberantis, quia posito negotio quidā dicunt sic, alii sic dēre fieri: & ita significatur, q̄ non concordabant omnes hic: sed quidā assignabant vnum modum decipiendi Achab, & alij alium. *Processit spiritus, & stetit coram domino.* Significatur, quòd à quolibet petebatur votum suum, & cum multi dixissent; iste spiritus longe erat à solio Dei, & ad hoc, quòd audiretur processit de loco suo, & stetit coram domino, scilicet coram solio eius. *Et ait, ego decipiam eum.* Quasi dicat, isti non dederunt conuenienter modum ad decipiendum regem Achab: ideo ego dabo illum. *Cui dominus, in quo, inquit, decipies?* Idest Deus dixit ei, in quo, idest cum quo decipies? sicut dicitur Gen. 32. in baculo meo trāsiui Iordanem, idest cum baculo meo. Et innuitur quasi q̄ B Deus admiraretur, scilicet, quia alij non dederant conuenientem modum decipiendi Achab. Et iste dixit, ego decipiam eum: quesiuit dominus, quomodo eū deciperet. *At ille respondit, egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.* Idest ego loquar falsum per os omnium prophetarum suorum, & illi decipiēt eum. Et dicitur egrediar, idest egrediar de loco isto: & ibo ad prophetas Achab, & decipiam eos. Et dicitur, in ore omnium prophetarum eius: eo quòd omnes quadringenti prophetæ Achab mentiti sunt annunciantes prospera vno ore, cùm tamen aduersa euenirent. *Dixitque dominus, decipies, & prævalebis.* Hic approbatur consilium illius spiritus quasi conuenientius C dixerit iste quàm cæteri, & dixit decipies, idest dico tibi, q̄ bene poteris decipere prophetas Achab, & prevalebis, idest poteris concludere negotium faciendo, q̄ Achab deceptus moriatur in bello. *Egredere, & fac ita.* Idest recede nunc de loco isto vadens ad prophetas Achab, & fac ita, idest decipe eos, sicut dixisti. Et in hoc significatur quòd dissolutum est illud concilium, cùm inuentum fuerit medium ad concludēdum negotium, in quo deliberabatur. *Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore prophetarum tuorum.* Præcedentia verba pertinent ad visionem: ex quo confirmabatur intentio Michæę: hic subditur conclusio quam ipse inducit ex visione illa, scilicet ecce dedit dominus spiritum mendacii, idest quia ista visio, D quam tibi narraui est vera: sequitur quòd prophetæ tui sunt decepti, quia Deus misit spiritum mendacij, vt loqueretur per ora ipsorum. *Et dominus locutus est de te mala.* Idest dominus diffiniuit facere malum tibi: & ob hoc fecit quòd deciperentur prophetæ tui, & tu per illos decipiaris.

### *An peccauit Michęas dicendum mendacium.*
### *Quæst. XXX.*

QVAERITVR quomodo Michæas dixit hic: ascende in Ramoth Galaad, & cuncta euenient prospera: an mentitus, & an peccauit cùm non sic fuerit. Quidam dicunt, quòd peccauit. Primùm quia falsum dixit, cùm non sic euenerit, potissimè quia ipse sciebat istud falsū esse, vt patet postea ex verbis suis: Secundò, quia quando nuncius rogauit Michæam, vt enunciaret prospera sicut alij propetæ dixit, viuit dominus, quia quodcunque dixerit dominus meus hoc loquar: Deus tamen non dixit quòd Achab prosperaretur, sed moreretur: ideo videtur, q̄ peccauerit. Alij dicunt, quòd Michæas nec mentitus est, nec peccauit: sed hic dixerit contraria: dicunt, enim quòd vtrunque dixit sibi Deus, scilicet q̄ prius dixit prospera de Achab, & postea dixit, quòd moretur. Sic enim fit interdum, vt patet de Niniuitis contra quos prędicauit Ionas Niniuem subuertendam, & E

postea non subuersa est: vt patet Ione. 2. & 4. Sic etiā per Ioelem prenunciauit Deus de bruco, & locusta, q̄ venirent contra duas tribus, & postea non veni. Ioel. primo & 2. ca. Dicendum quòd hoc non stat, primò quia quando Deus prenunciat aliquid, & postea cōtrarium illius fit, hoc est, quia gens, contra quā, vel pro qua prænunciat mutat statum suum in bonum, vel malum, & sic Deus dicitur mutare sententia. Ierem. 18. Hic autem nulla mutatio facta est in Achab: qa cùm pri' annunciaretur bonum deinde malum, oportebat, quòd post primam prænunciationem Achab peccaret grauiter contra Deum: & tunc Deus mutaret contra ipsum sententiam in malum: sed nihil tale fuit, vt patet ex litera. Itē patet, quia ad hoc oportebat intercidere aliquantum tpis: ita vt Achab mutaretur de bono in malum, sed nullum tempus intercidit inter istas duas prænunciationes: quia mox vt Michęas dixit, ascendite cuncta euenient prospera, dixit Achab: adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est: & tunc dixit Michæas: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus: ergo non poterat hic mutari status Achab ad hoc, vt Deus diuersa annunciaret de eo. Tertiò quia cùm prius dixisset Michæas, ascende, cuncta euenient prospera, putans Achab, quòd non diceret ei verum, dixit: adiuro te, vt non loquaris mihi nisi id, quod verum est: & tunc Michæas prænunciauit ei malum: ex quo apparet q̄ Michæas non dixerat primam prenunciationem tanq̄ verā, nec tanq̄ reuelatā a Deo, sed illudēs Achab: & qñ q̄situs est de veritate respondit id quod Deus ei reuelauerat. Quartò patet: quia in visionibus istis Michææ ponitur quo modo spiritus mendacij ex mādato Dei venit ad decipiendum prophetas Baal, qui prophetabant coram Achab, & sic quando illi prophetabant iam decepti erant, & sic sniauerat contra Achab: & tamen prophetę Achab prenunciauerant antequam veniret Michęas: vt patet in litera, ergo antequam nunc loqueretur Michæas erat determinatio Dei contra Achab quasi posita in executione. Non ergo poterat nunc Michæas facere duas prenūciationes ex parte Dei vnā de bono, & aliam de malo: nisi forte prænunciatio de malo præcessisset, ad quam iam Deus erat determinatus: & tamen Michæas prius locutus est hic bonum quàm malum: ergo non fuerunt istæ duæ prenunciationes ex parte Dei, sed solùm secunda, scilicet de malo. Alia autem non fuit prænunciatio, sed Michæas dixit illud ludens. Cùm autem quęritur, an Michæas in hoc mentitus est. Dicendum quòd non, licèt falsum dixerit, nisi accipiatur mendacium largè: nam mendacium est falsa vocis significatio cùm intētione fallendi. Michæas autem falsum dixit hic, sed non dicebat cum intentione fallendi, quia non intendebat consistere in hac determinatione, sed postea dicere veritatem, sicut factum est. Potest igitur dici mendacium iocosum, quia illudendo dixit: sed non pernitiosum, quia non intendebat fallere, nec per hoc nocere, & fortè hoc ostendebat Michæas in vultu. Sicut non est idem vultus hominis, quando iocosè mentitur, & quando vera seriosè loquitur, & quando falsa cum intentione nocendi dicit. Sed tunc quæretur, cùm Michæas sciret hoc nō esse verum, & postea contrarium dictur' erat, ad quid voluit nunc dicere, quòd Achab prosperaretur. Dicendum, quòd primò esse potuit hoc ad complacendum ei, vt ostenderet, quòd non habebat animum dicendi mala contra eum, nec desiderabat ei mala. Nam Achab oderat Michæam, & conquerebatur de eo, q̄ semper prænunciaret mala contra ipsum: ex quo innuebat, quòd ex intentione, & desiderio mala loqueretur: vt ergo ostenderet, quòd non desiderabat ei

mala,

Universidad de Deusto
Biblioteca



mala, sed bona: & tamen mala illa, quæ prænunciare F
solebat contra ipsum, non erant ex desiderio suo,
sed quia Deus iubebat sic annunciare, prænunciauit
prius bonum, ostendens, quòd illud erat quod ipse
desiderabat: & postea prænunciauit malum ostendens, q illud Deus iubebat prænunciari: sed illud ipse non cuperet. Hoc autem consonat valde literæ, ga cùm primò Achab absolute peteret à Michæa an ascendere deberet in bellum, dixit ipse: ascendite, & cũcta euenient prospera. Et cùm dixit Achab, adiuro te, vt non loquaris mihi nisi verum in nomine domini: quasi dicat, nõ locutus es ex parte tua, ideo adiuro te, vt non loquaris nisi in nomine domini, idest id, q Deus iubet tibi loqui: & tunc Micheas prænunciauit ei mala. Item patet ista differentia, quia in prima G
responsione Michæas non dixit, quòd Deus diceret hoc, vel illud, sed solùm dixit, ascendite & cete. In secunda dixit, vidi vniuersum Israel dispersum in mõtibus, & dominus dixit, non habent isti dominos, & sic ostendit primo p̃a rñsionẽ esse suam, secundam eẽ Dei. Tertiò dixit hoc fortè Michæas ex quadam cautela humana licita timens mortem: quia cùm Achab odisset eum, quia solebat sibi semper mala prænuncia re: timuit q si nunc prima fronte p̃nunciaret mala, q Achab occideret eum, vel noceret ei. Voluit ergo cũ aliqualiter placare tollens impetum furoris rñdendo sibi primò prospere. Quartò potest dici, quòd fecit ad magis increpandum Achab, vt si forte posset deducere eum vt non iret in bellum ne periret. Si autem pri H
mò rñderet sibi veritatem, quam intendebat: non habuisset locum increpandi eum sicut nunc, quia si primò dixisset veritatem, non quereret quicquam vltra Achab. Quia tamen prius dixit prospera Achab, dixit, q loqueretur ei verum in nomine domini: & tunc annunciauit ei malum: & sic Achab intelligebat, vel saltem innuebat, q responsio prima prospera non erat ex parte Dei: & sic ipsemet seipsum argueret, si postea nõ staret responsioni aduersæ, quam putabat esse Dei. Cùm autem arguitur primò q peccauit, quia falsum dixit. Dicendum quòd non dixit cum intentione fallendi, & sic non peccauit pp prædicta. Ad secundum quando dicitur, q ipse promisit nuncio, quòd non loqueretur nisi quod Deus ei diceret. Dicendum quòd I
non intelligebat hoc de locutione determinata, quia non permansit in ea, sed secunda: & illa est quam Deus dixit.

*Quare Achab voluit rursum interrogare Michæam.*
*Quæst. XXXI.*

QVAERITVR, cùm Micheas rñdisset prospere ipsi Achab, ad quid voluit super eadẽ re rursus interrogare. Nam videtur, quòd non debuisset eum iterũ interrogare. Primò, quia debuisset ei credere, cum Michæas prænunciasset prospera Achab, & homines sunt naturaliter prompti ad credendum ea, K
quę sunt in fauore eorum. Secundò, quia Michæas concordauit nunc cum quadringentis prophetis, qui prospera prænunciauerunt, & sic propter concordiã tantæ multitudinis non debuisset amplius dubitare, sed assentire ei. Tertiò quia Achab non interrogauit alios prophetas, sed mox vtilli quadringenti prophetæ prophetauerunt assensit eis, vel saltem non interrogauit eos, vt patet in litera. Dicendum q Achab interrogauit Michęã, quia non fuit certus de prima responsione sua. Primò quia Micheas solebat semper prænunciare ei mala, vt patet supra. Ideo mirabatur nunc quomodo prænũciaret ei bona, & sic putauit q non diceret verum. Secundò quia Michæas erat propheta domini, & ipse non colebat Deum, sed magis



Baal. Ideo dubitauit quomodo Deus ei bona prænunciaret. Tertiò, qa fortè Achab vidit ex vultu Michęę quòd ipse non loquebatur verum, sed magis illudens: cùm alius soleat esse vultus hominis iocosè mentientis, & alius hominis seriosè vera dicentis: ideo adhuc quæsiuit quousque seriosè verum ei responderet. Ad primum dicendum, quòd licèt esset in fauorẽ Achab ista prima responsio, ipse non habuit causam assentiẽdi ei propter prędicta. Ad secundum dicendum, q licèt Michæas concordaret cum omnibus prophetis Achab, non credidit ei Achab, quia non putauit eum loqui ex intentione, vt dictum est. Ad tertium dicẽdum, quòd licèt non interrogauerit prophetas Baal de dictis suis, interrogauit Michæam, quia non pertinebat ad eundem Deum, sed quadringenti prophetę erãt ipsius Baal, & Michæas erat propheta dñi, & mirabatur Achab, an posset prophęta dñi concordare prophetis Baal. Ideo interrogauit eum dubitans a veritate sibi dixisset.

*An peccaret Michæas dissuadendo regi Achab, vt non iret ad bellum. Quæst. XXXII.*

QVAERITVR an Michæas peccaret, si conaretur per aliquos modos inducere regem Achab, vt non iret ad bellum. Quidam dicunt quòd sic, quia Michæas cognoscebat determinatè Dei certam sententiam de Achab, s. q iret in bellum, & moreretur ibi, ideo si conaretur auertere eum à bello, conaretur contra Dei determinationem, & contra volũtatem eius, ne compleretur. Respondendum, quòd non peccabat Micheas quantuncunque induceret Achab regem. Primò quia non fuerat prohibitus eũ inducere. Secundò quia potius videtur, quòd meretur agendo ex charitate, ne ille moreretur in bello. Tertiò quia videbatur competere ipsi Michæ ex officio sibi iniuncto auertere regem Achab à bello. Nã quadringenti prophetæ Baal, qui prænunciabant regi futura bona in bello, & quòd ascenderet, inducebant eum ad bellum: Michæas autem è contrario prænunciabat ei, quòd moriturus esset in bello: ideo potius distrahebat eum à bello. Quartò quia non constabat Michæ istam voluntatem esse firmam Dei, s. q moreretur in bello, quia dato quòd nunc prænunciasset, quòd in bello moriturus esset, si Achab doleret de peccatis suis, Deus mutaret sententiam, & prænunciaret, quòd vinceret in bello. Sic patet de Ezechia, cui mors prænunciata est per Isaiam, & tamen cùm fleuisset illico denunciatum est ei, quòd viueret quindecim annis. quarto Regum 24. & Isa. 27. Non enim constabat adhuc firmiter isti prophetæ de voluntate Dei, licèt diceret ei illud, vel illud erit, eo quod sciunt prophetæ, quòd Deus consueuit mutare sentẽtiam. Sic patet Ionæ. secundo, cùm Ionas prædicasset certissimè Niniue post quadraginta dies subuertẽdam: Niniuitæ dixerunt quis scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionẽ. Idem patet Ioel 2. ideo quousque Deus dicat prophetæ, ista est voluntas mea, & nullo mõ mutabor ab ea, non erit certus propheta, an Deus mutabit sentẽtiam propter precęs, vel peccata eorum, contra quos denũciatur. Sic patet de Balaam, quem induxit rex Moab, vt malediceret Iudæis, & ille conatus est bis maledicere, & bis prohibuit eum Deus maledicere, certificãs quia non posset maledicere illi populo, eo quòd benedictus erat. Num. 22. Tunc Balaam dixit ad regem Moab: non est Deus, vt homo vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur: quasi dicat, scias, quòd iã non potero maledicere isti populo: etiam si sępe ad hoc coner, quia Deus dixit mihi, quòd non possem male-

maledicere: ipse tamen non mutabitur à sententia A
sua, nec mentietur, eo quòd non est sicut homo. Idem patet de Samuele, & Saule. Nam Samuel prænunciauit Sauli, quòd perderet regnum, eo quòd nõ obedierat mandato Dei contra Amalecitas, & Deus denunciauit Samueli quòd ista sententia erat firma, & nullo modo mutaretur. primo Reg. 15. scilicet: Scidit Deus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud p̃ximo tuo. Et sequitur: Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: idest Deus qui est triumphator Israel, non flectetur pęnitudine, idest non pœnitebit de sententia sua, ita vt moueatur ab ea, & sic fuit illa firma, quia per nullas præces aut lachrymas Samuelis agi potuit quòd Saul maneret in regno. Sed adhuc dicendum, quòd licèt per tale me B
diũ certificetur immutabilitas diuinæ sententiæ: tamẽ adhuc manet interdum prophetis quoddam dubiũ, an Deus ab illa sententia precibus moueri possit. Sic patet de Moyse, quem Deus certificauerat, quòd non intraret in terram Chanaan Nume. 27. & Deuter. 33. Et tamen adhuc quotidie orabat dominum, vt permitteret illuc eum intrare: quousque Deus semel iratus dixit ei, sufficit tibi, nequaquam loquaris vltra ad me de hac re. Deut. 3. Sic etiam fuit de Samuele, qui prænunciauerat regnum auferendum Sauli, & ipse de hoc certificatus fuerat. Et tamen semper adhuc post hoc orabat, & lugebat pro eo, vt non auferretur sibi regnum 2. Reg. 15. quousque Deus dixit ei: Vsque C
quo tu luges Saulem? cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel. primo Regum decimo sexto. Dicendum ergo, quòd licèt Deus certificet aliquem de aduentu alicuius rei aduersæ contra eum, vel contra alios per modum illum quo solet certificare de firmitate sententiæ, licet adhuc isti homini orare Deum in contrarium, vt mutet sententiam quousque Deus, prohibeat eum orare, & tunc tenetur cessare, quia iam peccatum esset orare non quidem inquantum agim⁹ ꝓtra voluntatẽ Dei cognitam, sed inquantum agimus contra expressum præceptum eius, quia ista est aperta rebellio, & inobedientia: non tamen tenemur nos semper velle id, quod Deus vult: quia si constet mihi, quòd Deus velit cognatos meos, vel amicos perire, aut damna tolerare: non teneor illud velle: imò D
teneor contrariũ velle: imò volendo id quod Deus, peccarem mortaliter. Et ista est sententia communis omnium theologorum, scilicet quòd non tenemur conformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in velle, sed in modo volendi, ideſt sicut Deus vult semper ex charitate, ita nos quidquid velimus semp ex charitate velimus: non tñ quòd velimus semper id quod scimus Deum velle. De Michęa autem cùm obiicitur, quòd peccaret inducendo regem Achab ne iret in bellum. Dicendum, quòd non erat adhuc certificatus de illo euentu p̃ omnes modos supra assignatos, & tamen dato quòd esset certificatus posset adhuc conari in contrarium, & orare pro eo quousque De⁹ prohiberet eum vtrunque agere.

*Qualis fuerit prima uisio Michææ.*
*Quæstio XXXIII.*

QVAERITVR De prima visione Michææ, qualis fuerit. Dicendum quòd sicut declaratum est supra in quadam quæstione, quinque modi sunt q bus Deus solet reuelare aliquid prophetis, sed nõ possũt omnes conuenire in proposito. Primus non cõuenit, quia ille est, quando angelus apparet in effigie imaginaria, & loquitur, hic autem non est prophetia locutionis, sed visionis, quia Michæas nihil audiuit, sed dicit, quòd vidit Israel dispersum in mon-

tibus. Secundus modus non conuenit, quia etiam ille est per vocem auditam, quando formatur vox, & non videtur formans. Hic tamen nihil auditum est. Quartus & vltimus modus etiam non conueniunt: qa illi fiunt per solam mutationem intellectus, quando Deus reuelat aliquid prophetæ mouendo intellectũ suum ad intelligendum illud non facta aliqua mutatione exterius. Hic autem videtur esse tertius modus, scilicet per visionem imaginariam, quia dicitur: vidi Israel, & est regula cõmunis de prophetis, quòd qñ dicitur, vidit tale, vel tale: vel ostendit mihi dñs tale aut tale: intelligitur de visione imaginaria. Si aũt dicatur dominus dixit ad me, vel dominus locutus est mihi, vel factus est spiritus domini super me, potest intelligi de quarto mõ, scilicet de immutatione intellectus, vel de primo vel secundo. Hic autem quia dicitur, vidi Israel, fuit imaginaria visio & fuit hoc modo, scilicet quòd Deus immutauit phantasiã Michææ formando in ea nouas imaginarias vel veteres nouo modo coniungendo, & illustrando: vndum q immutationem videbatur Michæe q[illegible]d Ramoth Galaad videbat totum Israel dispersum per montes tanquam si non haberent dominum, & quòd Deus erat ibi prẽsens, & loquebatur mihi dicens: non habent isti dominum. Reuertatur ergo vnusquisque in domum suam in pace. Ad veritatem tamen Michæas nihil tale videbat: sed faciebat Deus hoc sibi videri in phantasia. Sicut homo in somniis videtur sibi aliquid videre, & facere, & nihil est. Erat tamen illud ad C
significandum ipsi Michææ, quòd totus Israel dispergẽdus esset in montibus mortuo rege suo in bello, sicut postea factum est. Et licèt illa esset visio imaginaria, & quasi somnialis, tantum certificabatur per eã quantum ad veritatem: sicut si realiter videret in campo, & quòd Deus immittebat ei istam visionem.

*Quando habuit istam visionem Michæas.*
*Quæst. XXXIIII.*

QVAERITVR, quando Micheas habuit istã primam visionem. Aliqui dicunt, quòd coram rege: nam Michæas vocatus est à rege Achab, & interrogatus, an ire deberet in bellum. Et tunc rñdit ei Michæas, quod habetur hic: ergo videtur, quòd cõram ipso habuit istam reuelationẽ, quia prius nesciebat, an interrogandus esset. Sed tunc obiiceretur quòd non stet, quia ista fuit visio imaginaria, & tales fiunt in somniis, ergo non fieret nunc coram rege, sed aliqua nocte pręcedente Michæas habuisset illam. Aliqui propter hoc dicunt, quòd Michæas prius habuit reuelationem, quàm veniret ad regem & interrogaretur. Dicendum tamen quòd in hoc non est difficultas, quia poterat fieri ista visio imaginaria Michęæ coram rege, postquam interrogaretur: vel quòd prius habuisset illam. Et sciendum, quòd licèt visio imaginaria cõiter fiat in somniis, fieri tamen potest, & fit aliquando in vigilia. Sic patet de beato Ste E
phano Act. 7. cùm dixit, ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei: manifestum est autem, q illa non erat visio realis: quia beatus Stephanus nõ poterat videre vsq; ad cęlũ empyreũ, vbi Christus sedet. Itẽ nõ poterãt cæli aperiri, quia non possunt rũpi, nec habent portas, aut fenestras, quæ aperiantur. Itẽ dato, quòd omnia ista essent, non poterat videre Stephanus Christum sedentem à dextris Dei, cùm ipsemet sit Deus, & sic non sedet à dextris sui ipsius: si autem dicas ibi Christus pro filio, & Deus pro patre, qui sunt duæ persone distinctæ realiter, adhuc Christus non potest sedere à dextris Dei patris, quia pater non habet dexteram, nec sinistram, cùm sit incorpo

Stephanus an realiter viderit cęlos apertos.

reus,

reus,& purus ſpiritus.Ioan.4.ſcilicet:Deus ſpiritus eſt. F Imò magis dicendum eſt, quòd pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt in Chriſto homine: quàm quòd Chriſtus homo ſedeat ad dexteram patris, vel ſpiritus ſancti,nec poteſt vn⁹ oſtendi ſeparatus ab alio,cùm habeant eandē ſubtantiam nunc. ſed vnus in alio,& ali⁹ in alio eſt. Sic patet quando Philippus dixit Chriſto: domine oſtende nobis patrem,& ſufficit nobis: Chriſtus autem dixit increpando Philippum, & alios tanquam ſimplices: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non me cognouiſtis? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum: an non credis, quòd ego in patre, & pater in me eſt? Io.15.Non ergo poterat eſſe realis iſta viſio beati Sthephani: ſed neceſſe eſt,quòd eſſet imaginaria.ſ.q̄ Deus in phantaſia Stephani fecit imagines G ſm quas videbat ſibi, q̄ videbat cælū apertū, ac ſi realiter illud videret, & quia erat ibi Deus pater in maieſtate ſua in excelſo throno, & ad dextram eius Chriſtus ſedens. Aliquis tamen adhuc dicet, quòd licèt iſtanō fuerit viſio realis, non fuerit tamen imaginaria, ſed intellectualis, q̄ licet quòd verè beat⁹ Stephanus viderit,nec fuerit ibi aliqua imago phantaſtica: ſed ſolùm quòd intelligeret cælos apertos eſſe, & Ieſum ſtantē à dextris Dei. Dicendum,q̄ hoc non ſtat: primo, qa tunc non eſſet illic aliquis ſpecialis actus pertinens ad reuelationem, vel prophetiam: nam quilibet noſtrū poteſt cogitare, vel intelligere, quòd cęli aperti ſint: & Chriſtus ſedeat à dextris Dei: & tamen hic erat ſpecialis reuelatio facta beato Stepheno ad confirmationem dictorum ſuorum. Et patet, quia Act.7.dicitur quòd cùm Stephanus eſſet plenus ſpiritu ſancto intendes in cælum vidit gloriam Dei,& Ieſum ſtantē à dextris Dei, & ait. Ecce video cælos apertos,& cęt. & ſic Spiritus ſanctus dabat illi ſpecialiter reuelationē,ideo non erat ſola intellectualis cogitatio. Secundò patet, quia licèt intellectus dicatur quidam viſus 6.Ethic. & intelligere ſit quoddam videre, tamen quādo aliquis ꝓpheta dicit ſe vidiſſe talia vel talia:nō dr̄ hoc pertinere ad viſionem ſiue immutationem intellectus:ſed ad viſionem imaginariam, vt dictum eſt ſupra. Tertiò patet efficacius, quia dicitur: ecce video cælos apertos: ſi tamen eſſet ſola intellectualis immutatio,iſtud eſſet inutile: nec deberet dici, video cęlos apertos, potius quàm video terram apertam, quia nihil faciebat hoc ad propoſitum, ſed ſolùm quòd diceret video Ieſum ſtantē à dextris Dei. Litera tamen inſtat in hoc cùm dicat, quòd Sthephanus vidit cælos apertos: & ipſe iterum dicit: Ecce video cælos apertos: ergo aliquid prodeſt iſta clauſula. Et nihil prodeſſet, niſi ad hoc:quia cùm ipſe diceret Iudæis, quòd videret Chriſtum ſtantem à dextris Dei,poſſent dicere Iudæi,quo modo tu hoc vides: quia Deus eſt in cælo, & tamen cæli clauſi ſunt? vt ergo oſtenderet modum, quo iſta videbat, dixit:ecce video cœlos apertos:quaſi dicat,ꝑ illam aperturā video iſta,quaſi ſignificaret ſe realiter, videre, cùm tamen non videret realiter, vt probatū eſt: videbatur tamē ſibi, quòd videbat cœlos apertos, K cùm dixit:ecce video cœlos apertos: ergo fuit viſio imaginaria, ſcilicet quòd Deus oſtenderit Stephano quandam imaginem cœlorum, in qua appareret quędam apertura. Si autem ad intellectū pertineret hoc, non fieret ibi aliqua mentio de apertura cœlorum:qa ad hoc quòd intelligatur id, quod in aliqua re clausū eſt,nihil magis refert, quòd illa res ſit clauſa, quam aperta: cùm videamus, quòd etiam in abſentia rei intelligamus illam. Apparet ergo, quòd iſta viſio Stephani fuit imaginaria: ipſe tamen habuit eam in vigilia præſentibus Iudæis: ideo viſio imaginaria,ꝓphetalis ita fit in vigilia, ſicut in nocte. Ita nunc dicendum de Michæa,q̄ iſtam viſionem imaginariam

An viſio b. Stephani fuerit imaginaria, an intellectualis.

potuit habere coram rege Achab,quādo vocatus eſt, vel q̄ prius habuit. Dicendum tamen, quòd licèt vtrunque poſſit ſtare,veritas eſt q̄ Micheas habuit iſtā reuelationem antequam vocaretur à rege, ſcilicet q̄ Deus oſtendit ei,quod rex interrogaturus eſſet eum, & quid deberet ei reſpondere. Hoc patet, quia dixit Michæas,vidi Iſrael diſperſum in montibus: & ſic nō erat tunc iſta viſio coram rege,ſed iam fuerat antequā vocaretur: quia aliàs diceret,video Iſrael diſperſum in montibus, ſicut beatus Stephanus dixit Act. 7.Ecce video cœlos apertos, ideſt vobis preſentibus hoc video. Hoc autem ſępe fiebat, ſcilicet q̄ Deus appareret prophetis interrogandis ſuper aliqua re, antequā interrogaretur. Et diceret eis quid reſponderent: vt patet de Samuele primo Reg.9. & de Ahia ſilonite 3.Reg.4.& declarabitur infra in quadam quæſtione. Secūdò patet,quia Michæas vidit hic, quomodo De⁹ tenuit conſilium, & miſit ſpiritum ad decipiendum prophetas Baal, vt patet in litera. Prophetæ autem Achab quando prophetauerunt erāt iam decepti per illum ſpiritum: vt etiam patet in litera. Ergo antequā illi prophetarent Michæas habuit iſtam viſionem: illi tamen prophetauerunt antequam veniret Michæas: vt patet in litera: ergo Michæas habuerat iſtam viſionem antequam vocaretur à rege.

*An in iſta viſione apparuit ſolùm occiſio regis.*

*Quæſt. XXXV.*

QVAERITVR quomodo dicitur in viſione iſta, quòd Deus dixit quòd vnuſquiſque Iſraelitarum reuerteretur de bello in domum ſuam in pace: in quo innuitur, q̄ ſolus rex moreretur in bello: quomodo autem eſſe poterat, quòd rex, qui erat dux belli occideretur, & cęteri manerent illæſi? Reſpondent Rabbi Salomon,& Nicolaus poſt eum, quòd populus Iſrael etiam in bello moriturus erat cùm rege ſuo: quia quando Achab tenuit Benadad regem Syrorum,& dimiſit eum in pace, iſte Michæas iuit ad Achab,& dixit ei mandato Dei:quia dimiſiſti virum dignum morte,erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.3.Reg.20.nunc tamen mortuus eſt Achab in bello, ideo etiam populus ſuus debebat mori. Dicunt tamen quòd ſanguis Michææ effuſus, qui erat innocens ſatisfecit pro populo,ne periret, quia populus erat iuſtus: pro Achab verò non ſatisfecit, quia ille erat iniquus: ideo ipſe periit, & non populus. Dicendum, quòd non ſtat,primò, quia non poterat ſanguis Michææ ſatisfacere pro populo: nam poteſt vnus homo orando Deum pro altero, vel tolerando pro eo labores proficere ei apud Deum, vel ſatisfacere pro aliquo peccato eius: nullus tamen homo eſt, aut fuit quantumcunque ſanctiſſimus, qui orationibus ſuis, aut laboribus etiam grauiſſimis vſque ad mortem poſſet ſatisfacere pro peccatis vnius regni,vel magni populi. Solus enim Chriſtus potuit ſatisfacere pro peccatis omnium hominum: eo quòd ipſe non erat purus homo, ſed Deus & homo: nam aliàs non fuiſſet neceſſarium, quòd Dei filius carnem ſumeret, vt in ea pateretur,& nos redimeret: ſi aliqs homo ſanctiſſimus moriendo pro peccatis noſtris potuiſſet nos redimere: Michæas ergo effuſo ſanguine ſuo non poterat ſatisfacere pro peccatis populi. Secūdò patet,quia ad hoc quòd ille ſanguis prodeſſet in remiſſionē pro populo, neceſſe erat q̄ effunderetur pro populo, non fuit tamen ad hoc effuſus, ſed ſolùm, vt appareret vulneratus in facie coram rege Achab,vt non cognoſceretur eſſe propheta,& vt conuenientius poſſet enarrare, quæ Deus ei iuſſerat.3.Reg.

20.



20. non ergo ſatisfaceret pro peccatis ipſius populi: A nec pro peccatis alicuius de populo. Tertiò patet,qa hoc eſt inconuenienter dictum,ſcilicet quòd ſanguis Micheæ ſatisfecerit pro peccatis populi: quia erat iuſtus, & non pro peccatis Achab, qui erat iniuſtus. Nam ſi populus iuſtus erat,non oportebat pro eo ſatisfacere:ſed pro iniuſtis,qui indigebāt ſatisfactione. Sic dixit Chriſtus Matth.14.non veni vocare iuſtos, ſed peccatores: & Apoſtul⁹ dixit:Chriſtus mortuus eſt pro nobis,iuſtus pro iniuſtis. Quārtò non ſtāt, quia dicunt q̄ de populo non erant prænunciatum, q̄ moreretur in bello,ſed ſolùm de Achab, quia dixerat Michæas: erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius 3.Reg.20 Sed hoc non ſtat, quia anima non ponitur ibi pro anima, ſed pro hoīe, ſcilicet, erit anima tua pro anima eius, ideſt tu eris pro eo, & populus tuus pro populo ſuo, & ſic æqualiter detrahebatur malum ipſi Achab, & populo ſuo. Sic patet per ſcripturam,in qua accipitur anima pro homine, ſcilicet quòd ſeptuaginta animæ egreſſæ ſunt de fæmore Iacob,& quòd ſeptuginta animæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum.Gen.47.& Exo.primo. Et tamen anima non poterat egredi de fęmore Iacob:nec ingredi in Aegyptum,ſed homo. Sic etiam Ezech.18.anima, quę peccauerit, ipſa morietur, ideſt homo, qui peccauerit: nam anima non poteſt mori. Dicendum igitur,quòd ſanguis Michææ non ſatisfecit pro populo, nec pro aliquo de populo:Deus tamen voluit, q̄ populus non moreretur in bello, & quòd moreretur C Achab. Cùm autem obiicitur, quomodo poterat mori ſolus rex,& alij manerent illæſi? Dicendum q̄ fuit opus Dei,eo q̄ ipſe fecit quòd in primo ingreſſu quidam iaceret ſagittam in incertum, & percuteret regem, & moreretur: vt patet infra in litera. Alio modo poterat fieri: eo quòd rex Syriæ mandauerat omnibus ducibus belli,quòd non pugnarent contra aliquem Iſraelitam,ſed ſolùm contra regem Iſrael: vt patet infra in litera. Cùm autem ille occiſus eſſet,nō curarent amplius Syri pugnare. Dicendum tamen quòd licèt iſte eſſet modus, quem diſpoſuerat tenere rex Syriæ contra regem Iſrael: quia tamen ille mutauit habitum, & non potuit cognoſci, vt patet in litera: ceſſauit iſte modus, & Deus fecit vt quidam ſagit- D tans in incertum, occideret regem Iſrael: & cùm ille ad mortem vulneratus eſt,dedit Deus in mentem Syrorum, vt nihil vltra vellent pugnare, nec nocere populo: & ſic potuerat Iſraelita vnusquiſq; redire in pace in domum ſuam. Non tamen innuitur ex hoc, q̄ nullus omnino Iſraelitarum occubuerit in bello, vel vulneratus ſit: ſed q̄ rariſſimi, vel quaſi nulli percuſſi fuerint,reſpectu quorum tanta multitudo diceretur tota redire in pace. Cùm autem obiicitur, quòd populus Iſrael peritur⁹ erat,quia ſicut anima Achab erat pro anima regis Syriæ:ita populus Iſrael debebat eſſe loco populi Syrorum. Dicendum q̄ Iſraelitę non perierunt, quia Deus noluit: & hoc potuit eſſe dupliciter. Vno modo quòd illud malum prænunciatum à E Deo iam mutatum eſſet. Nam illud prænunciatum eſt.3.Reg.20.& poſt illud Achab doluit de peccatis ſuis operiens carnem ſuam cilitio, & ieiunans, & tūc Deus dixit ad Eliam:nōne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malū in diebus eius.3.Reg.21.Et ſic illa cōminatio iam reuocata erat:quia tamen Achab poſtea peccauit, nunc de nouo Deus diffinuit contra eum, quòd moreretur in bello:populus autem fortè poſtea non peccauit:& ſic non teneretur ad mortem ex prima ſententia, quę iam reuocata erat: nec ex aliqua noua,quia nulla talis nunc ferretur cùm populus non peccaret. Aliter poteſt dici,quòd illa ſententia prænunciata per Michæam, ſcilicet erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, non fuit reuocata: ſed fuit nunc executioni tradita: & tamen cùm dicitur, erit populus tuus pro populo eius, non erat ſenſus,quòd totus populus Iſrael deberet mori in bello,ſed q̄ eſſet pro Syris:ſcilicet quia ſi non peccaſſent obtinuiſſent contra Syros, quia tamen peccauerunt Syri prævaluerunt contra eos,& fugauerunt eos de bello,& potuiſſēt magis illis nocere,niſi Deus mouiſſet corda Syrorum ab hoc.

*Qualiter fuit ſecunda viſio Michææ, & quando, & an ſit ſic realiter. Quæſtio. XXXVI.*

QVAERITVR De ſecunda viſione Michææ, qualis fuerit, & quando,& an illa, quæ continētur in ea ſic fuerint realiter. Ad primum dicendum, quòd iſta viſio fuit imaginaria ſicut præcedens: quia ſicut ibi dicitur, vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus: ita dicitur in ſecunda, vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo. Imò dicendum quòd tota fuit vna viſio continuata ſub eadem reuelatione: ſunt tamen in ſe diſtinctę viſiones, eo quòd iſta ſecunda nō ponitur ad ſignificandum aliquid de nouo, ſed tanq̄ probatiua primæ viſionis, vt declaratum eſt ſupra in litera. Ad ſecundum dicendum, quòd iſta viſio, licèt ſit imaginaria, poterat tamen fieri ſiue coram rege,ſiue antequam vocaretur Michæas à rege. Dicendum tamen,quòd fuit antequam vocaretur Michæas, ſicut dictum eſt de prima viſione propter eaſdē rationes, cùm tota ſit vna viſio continuata. Ad tertium dicendum,quòd ea, quæ habentur in hac viſione,non fuerunt ſic realiter,quia Micheas nō poterat videre Deū ſedentem in ſolio ſuo, eo quòd Deus nec ſolium habet, nec ſedere poteſt,cū ſit incorporeus. Sedere āt eſt quidā motus ſitus & locationis:locatio āt ſolis corporibus conuenit. Item non poterat Michæas videre exercitum cœli à dextris,& ſiniſtris Dei: quia Deus nec habet dextram, nec ſiniſtram, ad quam poſſet eſſe exercitus cęli,nec ēt exercit⁹ cęli pōt videri: cùm angeli ſint incorporei,nec oportet q̄ nunc ſumerent corpora de aere ad ſtandū coram dño,cùm ſolū illa ſumant ex neceſſitate, quando nobis loquuntur,vt poſſint videri à nobis. Item quia Deus ponitur hic volēs nocere Achab,& congregans concilium angelorum ad inueniendum modum, quomodo deciperetur,& moreret in bello,& tamen ſi Deus vellet occidere eū, non oportebat queri modum, quia per hoc ſolùm,q̄ vellet moreretur: imò nō poſſit viuere niſi Deus ſpecialiter conſeruaret ei vitam, vt patet Sapientię 12. Item dato quòd Deus vellet mortē Achāb,non oportebat,quòd congregaret concilium, vt videretur quomodo decipi poſſet: quia hoc pertinet ad illos,qui ex ſeipſis non habent ſufficiens iudicium, & inquirunt conſilia aliorum: ideo Deus non habet conſiliarios: vt patet ad Roma.11.ſcilicet.Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit. Item dicitur hic quomodo in illo cōcilio quidam dicebant ſic, & alii ſic: ſcilicet quòd diſcordabant in deliberatione,ſed hoc nō conuenit angelis: quia circa tam paruā rem nemo eſſet, qui immediatè neſciret dare modū. Item quia dicitur hic,quòd ſpiritus proceſſit coram domino, ſcilicet quidam dæmon, vt infra declarabitur: & Deus approbauit conſilium illius, & non conſilia angelorum, quod erat ſatis inconueniens. Item quia quando ille ſpiritus dixit, quòd ipſe deciperet Achab, Deus quærit ab eo quomodo faceret,quaſi neſciens, quis modus erat quem intendebat ille ſpiritus, non ergo fuerunt iſta in veritate, nec aliquid tale vidit Michæas. Non tamen eſt dicendum, quòd Michæas

cheam mentiatur dicendo, quòd vidit hoc, quia verũ F
est, quòd vidit illud non quidem realiter, sed visione
imaginaria, scilicet quod Deus in phantasia sua po-
suit imagines repræsentantes Deum sedentem in so-
lio, & alia quæ habentur: & secundũ istas videbatur
Michæas, quòd videbat Deum sedentem in solio suo,
& totum exercitum cœli assistentem sibi, & omnia
alia, quæ habentur in visione. Sciendum tamen, q̃
ipse non decipiebatur propheta, quia sicut ipse nõ
mentiebatur dicens se vidisse ista cùm viderit ea visio-
ne imaginaria: ita nec decipiebatur in seipso putans,
quòd videret realiter id, quod videbat imaginariè: qa
bene sciebat, quòd viderat hoc imaginariè, & non
realiter: & semper prophetę cognoscunt differentias
visionum suarum, idest an videant imaginariè vel rea G
liter: & sic de alijs modis reuelationis. Sic dicitur Da
nielis 7. videbã in visione noctis: idest in visione ima-
ginaria, quę solet fieri per noctem, & iterum, visio
capitis mei conturbauit me: & istud est manifestius.
Nã visio capitis [illegible] vnio imaginaria, scilicet per ima-
gines existentes [illegible] vel causatas in phantasia, quæ est in
media cellula capitis.

*Quare ostendit Deus eam Michæe.*

*Quæstio XXXVI.*

QVAERITVR cũ ista visio non fuerit sic rea-
liter, ad quid ostendebat eam Deus sic Michęe H
& quid per eam intendebat inducere. Dicendum q̃
visio principalis Michæe fuit vna, in qua Deus osten-
dit ei, quòd Achab moreretur in bello: & ista est præ-
cedens visio. Ista autem secunda nihil nouum im por
tat super primam quantum ad euentum belli: sed po
nitur ad cõfirmationem primæ visionis, & quasi reddi
tiua rationis, quia cùm quadringenti prophetæ Baal p
nunciauerint concorditer quòd Achab prosperare-
tur in bello, & solus Micheas diceret quòd ibi more
retur, & populus dispergeretur, non erat dictum suũ
satis verisimile contra tantam multitudinem: vt ergo
ostenderet quomodo illi errabant, voluit inducere
vnam conclusionem: quòd omnes illi prophetæ fue-
rant decepti per spiritum mendacij, quem Deus mise- I
rat, vt deciperet eos: ideo omnes errabant, & ipse so-
lus annunciabat veritatem. Et ad hoc inducitur tota
ista visio, scilicet quomodo Deus sedebat in solio &
cęt. Sciendum vlterius, quòd non solùm oportebat
quòd ista visio esset conueniens ad inducendum istã
conclusionem: sed etiam quòd omnia in ea dicta es-
sent verisimilia, & credibilia eis, quibus annuncia-
bantur: quia alias irrideretur propheta ab illis: vtpote
si illi non crederent, quòd Deus poterat sedere in so-
lio, vel exercitus cœli stare in circuitu eius. Ideo dicẽ-
dum, quòd licèt ista non essent possibilia, vt satis ap-
paret viris intelligentibus: tamen Achab, & cęteri, q
tunc erant, poterant accipere ista tanquam verissima:
eo quòd nullam repugnantiam poterant ipsi colligere K
in istis dictis: vel quòd ex eis sequeretur aliquod in-
conueniens. Et hoc erat propter duo: primò quia il-
li erant viri simplices non intelligentes aliquid de con
ditione naturæ diuinæ, nec angelorum: sed putabant
Deum esse tanquam quendam regẽ excellentissimũ,
& angelos esse tanquam ministros eius astantes sibi, &
seruientes: & hoc intelligunt vsque hodie Saraceni,
vt patet ex suo Alcorano, & putant quòd angeli pos-
sunt carnaliter cognoscere mulieres. Secundum erat,
quia Achab erat infidelis, cùm coleret idola, ideo te-
nebat modum Gentilium: ponunt autem Gentiles
deos suos esse corporeos, scilicet Iouem, Saturnum,
et cæteros: & ipsos habere vxores, et filios in cęlo. Po-

nunt etiam Deos congregari ad concilium, & statue-
re aliquid inter se, quod fieri debeat in mundo. Sic
enim ponit Ouidius primo Meta. dicens esse quandã
domum Iouis, ad quam oẽs dij congregantur ad con-
cilium: & quòd ad illam est via per quendam circu-
lum album, qui est in cælo: & vocatur in Græco ga-
laxias. Et vulgariter vocatur iter sancti Iacobi: & iux
ta illam viam dicit esse domos deorum, cùm ait.

*Est via sublimis cęlo manifesta sereno,*
*Lactea nomen habet, candore notabilis ipse,*
*Hic iter est superis ad summi tecta tonantis.*

Virgilius etiam ponit Deos Gentilium congregari
ad concilium, & repugnare sibi, sicut fuit circa bellũ
Troianum: dicens, quòd quidam dij fauebant Troia-
nis, scilicet Venus, & alij fauebant Græcis, scilicet
Iuno, vt patet 10. Aeneidos: qui autem ista credẽ-
[illegible]
ciliter credere possint, quòd Deus cõgregauerit exer
citum cęli ad tenendum consilium eum eis super A-
chab, quomodo deciperetur: imò (quod plus est) si
fic non annunciaretur, nõ possent tales viri simplices
intelligere quis erat modus, quo Deus diffiniebat circa
res humanas: dicitur ergo, quòd Michæas vidit
Deum sedentem in solio suo, ita innueret Deum esse
quasi quendam regẽ excellentissimum, & sedentem
in solio excelso, & pulchro. Sicut Isa. significauit di-
cens: Vidi dominum sedentem super solium excel-
sum, & eleuatum: dixit autẽ quòd exercitus cęli erat
à dextris & à sinistris, quia sic solet esse in consiliis ma
gnorum dominorum, quando multi conueniunt: sci
licet quòd dñs sedeat in medio, vt possit oẽs audire:
& illi à dextris, & à sinistris eius sedent. Nunc autem
exercitus cœli, idest angeli, qui erant ministri Dei, se
debant in circuitu: quia ipsi vocati erant in concilio.
Posuit autem hic Michæas concilium Dei, quasi vel-
let Deus deliberare cum angelis suis, quid fieri debe-
ret de Achab. Nam cùm positum fuerit Deum esse
quasi excellentissimum regem, reges autem quantũ-
cunque sint potentes, & excellentes semper diffiniũt
negocia cum consilio suorum: potissimè in rebus gra
uibus, oportebat nunc Deum poni tenere consilium
cum angelis suis ad hoc, quòd disponeret de ista re ar
dua, scilicet an Achab periret in bello: & quomodo
diciperetur, vt periret. Ponitur etiam quòd illi mini
stri Dei variè diffiniebãt: quidam sic, alij sic: eo quòd
istud solet esse in omnibus congregationibus delibe-
ratiuis, scilicet quòd quidam sic dicant, & alij aliter.
Dicitur etiam, quòd ille spiritus inuenit consiliũ bo-
num: licèt significetur, quòd ille erat de minoribus,
& satis procul à Deo stans: cùm dicatur, processit spi
ritus, & stetit coram domino: scilicet quia sic solet in
terdum fieri in talibus congregationibus, quòd aliqui
viri non excellentes inueniant meliora consilia, & me
dia in negocijs, quàm alij excellentiores, qui prius lo-
cuti sunt. Dicitur etiam quòd isti spiritui, qui dedit
istud consilium Deus iussit, vt exequeretur illud di-
cens: egredere, & fac ita. Sic solet fieri in consiliis do
minorum: scilicet quòd cùm aliquis ex magno inge-
nio inuenit melius consilium quam cæteri: dominus
ponit illum tanquam executorem illius, quia sicut il-
le fuit prudentior cæteris in cogitando illud: ita erit
prudentior exequendo illud: Ita fuit de Ioseph cùm
prænunciasset fertilitatem septem annorum, & famẽ
aliorum septem annorum: & dedit consilium quòd
pręponeretur toti Aegypto aliquis vir industrius, qui
in septem annis fertilitatis colligeret fructũ pro septẽ
annis famis. Et tunc dixit Pharao, num inuenire po-
terimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Et di
xit ad Ioseph, nunquid sapientiorem, & similem tui

inue-



inuenire potero? tu ergo eris super domum meam. A
Gen.41. Fuit ergo cõueniens ista visio Michęæ in om
nibus partibus suis: & verisimilis valde eis, quibus an
nunciabatur. Item dicendum quòd erat valde cõue-
niens, & magis exprimendum id, quod Michęas
intendebat quàm aliter. Nam si Michæas solùm di-
xisset, quòd Deus dederat spiritum mendacij in ore
prophetarum Achab: & non posuisset modum ita
particularem, non moueretur tantum Achab ad cre-
dendum, sicut enarrando sibi istud particulariter.
Et ista erat causa, quare Deus faciebat, quòd prophe-
tæ non solùm verbis, sed etiam per quædam exteriora
signa prophetarent: vt declaratum fuit supra in quadã
quæstione. Et sic iste Michæas quando prophetauit
coram Achab primò faciens se vulnerari in capite 3. B
Reg. 20. & iste Sedecias, de quo supra in litera, licèt
esset prophera malus, non solùm verbis, sed etiam
[illegible]
ferrea, [illegible]icens, his ventilabis Syriam, vt patet in
litera.

*Quis fuit ille spiritus, qui decepit prophetas Baal.*

*Quæst. XXXVII.*

QVAERITVR De isto spiritu, de quo dicitur
hic, quòd decepit prophetas Baal, qui erat.
Respõdet Rabbi Salomon quòd erat anima Naboth C
occisi, quem Achab occiderat, vt acciperet vineam
eius 3. Reg. 21. Et quia ibi agitur de morte eius & se-
quenti cap. scilicet 22. ponitur eadem historia, quæ
habetur hic, putauit quòd spiritus ille Naboth noui
ter egressus de corpore in vindictam mortis Naboth
venerit ad decipiendum prophetas Achab, vt more-
retur Achab in bello. Sed dicendum, quòd non stat
quòd iste spiritus esset anima Naboth: quia ille erat
vir iustus, & anima eius esset in sinu Abrahę, & non
egrederetur inde ad decipiendum quemquam. Se-
cundò, quia nõ veniret in vindictam mortis Naboth,
qa Naboth erat vir iust⁹, & mortuus est in charitate: iõ
nõ desideraret vindictã nunc anima eius. Tertiò, quia
animę iustorum nõ desiderant nocere alicui siue bo- D
no, siue malo: sed potius prodesse. Quartò non
stat, quia ista quæstio procedit præsupposito, quòd
fuerit ista congregatio concilij realiter, & quòd vene
rit ille spiritus coram domino, dicens ego decipiam A-
chab: & tamen non fuit hoc realiter: sed solùm visio
imaginaria: vt supra probatum est in quadam quæ-
stione: ergo non est quærendum quis fuerit ille spiri-
tus, qui stetit coram domino, quia nullus fuit. Ve-
rum est tamen, quòd aliquis spiritus fuit, qui decepit
prophetas Achab: & ille fuit dæmon: quia angeli bo
ni neminem decipiunt: esset autem ille dæmon, qui
solebat eis respondere aliàs in negociis eorum: vel for
te plures dæmones, qui illis multis prophetis appare-
rent: & in hoc non differt. E

*An Deus mittat dæmones ad decipiendum.*

*Quæstio. XXXVIII.*

QVAERITVR, An Deus mittat dęmones ad
decipiendum homines. Et videtur quòd sic,
quia cùm iste spiritus de quo hic dixerit quòd decipe
ret prophetas Achab, dixit ei De⁹: egredere, & fac ita.
Aliqui dicunt quòd non: primò quia non pertinet ad
Deum, quod ipse faciat aliquem decipi: cùm potius

ipse illuminet homines, ne errent. Ioã. primo, scilicet
illuminat omnem hominem venientem in hunc mũ
dum. Secundò patet, quia illi, qui dicunt Deum
mittere dæmones ad decipiendum homines, mouen
tur ex eo quod habetur hic: & tamen istud non fuit
realiter, sed imaginariè: & sic Deus non dixit isti spi-
tui, quòd iret ad decipiendum prophetas, nec aliquis
spiritus super hoc coram Deo apparuit. Dicendum
quòd Deum mittere dæmones ad decipiendum ho-
minem potest dupliciter intelligi. Primo modo, q̃
Deus velit, quòd homines decipiantur, & ad hoc mit
tat dæmones. Secundò quòd ipse permittat dęmoni
bus quòd homines decipiant, vel tentent eos ad de-
cipiendum. Primo modo Deus non mittit dęmonẽ
ad decipiendum homines: quia sic directè Deus vel- B
let, quòd homo deciperetur: & hoc falsum est, quia
si hoc vellet non oportebat, quòd dæmones ad hoc
mitterentur: sed eo ipso, quòd [illegible]vellet homi-
nem decipi esset deceptus, [illegible]nihil in[illegible]geret: imò
(qđ plus est) homo nihil posset intel[illegible]ere, nisi De⁹
daret ei lumen per quod intelligeret, & conseruaret
sibi illud, & concurreret cũ eo in quolibet actu intel-
ligẽdi. Itẽ nõ pertinet ad Deũ velle hominẽ decipere.
qa decipere pertinet ad impotentẽ, qui aliter nocere
non potest nisi deceperit: qui autem potens est non
decipit, sed aperte nocet: Deus autem omnipotens
est, ideo neminem decipit. Item Deus est tota boni
tas cùm sit ipsa essentia bonitatis, ideo ab eo non po-
test deriuari nisi bonum & perfectum, decipere autẽ
imperfectionem dicit, & diminutionem boni: ideo
non prouenit ab eo talis effectus. Item si Deus vellet
decipere hominem, directè vellet malum homini,
cùm per deceptionem causetur in nobis omne malũ
culpæ: nam omnis malus ab ignorãtia incipit esse ma-
lus, quia omnis malus est ignorans: vt patet 3. Ethic.
Ita si Deus vellet decipere nos, non esset in potestate
nostra facere bonum, aut malum, sed ex necessitate
operaremur, cùm essemus decepti: & tunc nec pænæ
nec præmia iustè darentur: sed omnia essent confusa.
Item si Deus vellet hominem decipere, ipse est, qui
tentaret nos: & non solùm tentaret, sed etiam ad ma
lum necessitaret: Deus tamen non tentat hominem,
vt patet Iacob primo, scilicet. Nemo cùm tentatur di-
cat, quòd à Deo tentetur: Deus enim tentator malo-
rum non est: ipse enim neminem tentat: & sic ne-
minem decipit. Et consequenter dicendum quòd
etiam non mittit dæmones, vt decipiant homines tã-
quam hoc desiderans. Si dicatur secundum, scilicet
quòd permittat dæmonibus tentare homines, & de-
cipere, potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd
ipse imponat dæmonibus officium tẽtandi homines,
& decipiendi: licèt non desideret, quòd homines de
cipiantur, sed faciat hoc, vt habeant locum merendi.
Alio modo, quòd non imponat eis officium istud:
sed permittat quòd dæmones agant quid voluerint se
cundùm malitiam suam. De primo dicendum, q̃
Deus non imponit dęmonibus officium decipiendi, E
licèt det eis officium puniendi animas damnatorum,
quia decipere ordinatur ad culpã, & in hoc Deus nun
quam directè agit nec adiuuat. Quòd autem dæmo
nes puniant damnatos pæna est non culpa: & ad hãc
Deus directè agit interdum per se, sicut quãtum ad il-
los, qui sunt in purgatorio, qui non puniuntur per
ministros: sed Deus succendit ignem illum, vt dicit
sanctus Thom. quarto Senten. distinctio. vigesima pri-
ma. De secundò dicendum, quòd Deus permittit
dæmonibus secundum malitiam suam interdum age
re contra homines ad decipiendum eos. Interdum
autem licèt ipsi velint hominem tentare, non permit

tit.

tit. Istud tamen est generale, quòd etiam si Deus per F mittat dœmonibus tentare hominem, nunquam tribuit eis aliquam virtutem, vel potestatem decipiendi, aut nocendi maiorem quàm ipsi naturaliter habeant, sed potius reprimit illorum impetum: vel dat homini auxilium ad resistendum, sicut dicitur Lucæ vigesimo secundo, cùm Christus dixit Petro: Sathanas expetiuit te, vt cribraret, sicut triticum: sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & sic in omnibus sanctis: Deus enim adiuuat eos in tentationibus dæmonum. Interdum tamen propter peccata hominum Deus destituit eos, & tunc faciliter decipiuntur à dæmonibus, & quicunque homines destituti à Deo in quocunque negocio: etiam si aliàs viri sapientes sint, aut prudentes errant grauissimè. Et isto modo G Deus dicitur interdum infatuare homines: scilicet quia destituit eos, & permittit errare: non tamen fuit: talis infatuatio illa, quia Deus dicitur infatuasse consilium [illegible]chitophel. secundo Regum decimo septimo. Vbi ibi nō infatuatus est Achitophel, cùm rectissimum consilium dederit, sed potius Israelitæ infatuati sunt: quia crediderunt consiliū Cusi esse melius quàm consilium Achitophel: cùm tamen esset puerile, & ridiculum: vt declaratum est eodem cap.

Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait: Per quam viam transiuit spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi: Dixitque Michæas. Tuipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris. Præcepit autem rex Israel, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amelech, & dicetis: Hæc dicit rex, mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aque pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est Dominus locutus in me: Et ait: Audite omnes populi.

*Accessit autem Sedecias filius Chanaana.* Iste est, qui fecerat sibi cornua ferrea ad prophetandum, vt patet in litera. *Et percussit Michææ maxillam.* Quia dixerat Michæas quòd omnes prophetæ Achab mātiti sunt, & quòd spiritus mendacij loquebatur per ora ipsorum. *Et ait per quam viam transiuit spiritus domini à me, vt* K *loqueretur tibi?* Increpat Michęam quasi irridendo, scilicet per quam viam transiuit spiritus domini, scilicet nunquid ego non sum melior propheta quàm tu: & magis cognoscens voluntatē domini? prius ergo veniret spiritus domini ad loquēdum mihi quàm tibi? & tamen tu dicis, quòd spiritus domini locutus est tibi: & mihi spiritus mendacij: per quam ergo viā transiuit ad te iste spiritus domini, qui reuelauit tibi hoc? ita quòd prius non loqueretur mihi, vt non deciperet? quasi dicat, tu fingis ista, & ridiculum est, quòd spiritus domini transiuerit ad te solum, & dimiserit me, & cęteros: cùm non videretur esse via, per quam transiret, scilicet cùm prius deberet venire ad prophetas digniores quàm ad te minimum, & infimum omnium. *Tuipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris.* Scilicet tu non vides nunc, idest non cognoscis quomodo spiritus Domini non venerit ad te, & venerit ad me: & tamen cognosces in die illo quando prę timore mortis transibis de cubiculo in cubiculum intrando in loca secretissima, vt non inueniaris. *Præcepit autem rex Israel dicens.* Consenserat Achab prophetis Baal volens ascendere in bellum, putans quòd mentiretur sibi Michęas: & nunc iubebat eum poni in carcere. *Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis.* Volebat quòd iste Amon custodiret eum, ne posset fugere. Et vocatur princeps ciuitatis, scilicet Samariæ: quia in Samaria erat nunc rex, vt patet supra in litera. Non est intelligendum, quòd ipse esset princeps ciuitatis, scilicet quòd esset sua, quia ista erat ciuitas regalis, & caput totius regni, cùm [illegible] nominaretur regnum Samariæ: sed dicitur princeps, idest maior in tota ciuitate, quia ipse erat ditior & potentior inter omnes habitatores vrbis. Aliter quòd esset princeps, idest præfectus vrbis: quia fortè rex commiserat ei iurisdictionem vrbis: & sic vocantur aliqui principes, vel præfecti vrbium, tertio Regum decimo sexto, scilicet: Erat autem Ela in Tersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. *Et ad Ioas filium Amalech.* Iste erat alius princeps, & his duobus H commissus est Michæas custodiēdus. In Hebræo dicitur ad Ioas filium regis. Ratio differentiæ est, quia in Hebræo dr Ioas filiū Melech, & in Hebręo Melech signat regem. In Latino vna litera addita est, & dicitur, Amelech, & accipitur vt nomen proprium: Hebræi autem accipiunt illud vt commune: & aliqui volunt, quòd in Hebręo deberet dici Amelech: quod est nomen proprium sicut in Latino: errore tamen librariorum illa litera deficit: de quo diximus tertio Regum vigesimo secundo. *Hæc dicit rex, mittite* I *hunc in carcerem.* Scilicet ne fugiat, vt possit puniri in aduentu regis. Iura constituunt carcerem aliquando ad custodiam, aliquando in pęnam quando carcer solùm est pæna statuta ipsi, qui detinetur: hic autem fuit carcer in custodiam, & in pænam, scilicet, vt nō fugeret Michæas, & etiam vt ibi affligeretur propter loci incommoda, & patet ex sequentibus de cibo, & potu, quæ ei in pœnam posita sunt. *Et date ei panis modicum, & aquæ pauxillum.* Scilicet, licèt sit propheta non detis ei cibum & potum ad sufficientiam: sed solùm panem & aquam, & ista in magna penuria: vnde tertio Regum vigesimo secundo dicitur: sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ. Dicitur panis tribulationis quado tam modicus est, quòd homo comedens tribulatur, & aqua angustiæ, idest pauca quantam bibunt illi, qui sunt in obsidione, & habent penuriam aquarum: hoc faciebat Achab, quia ipse oderat Micheam, & volebat quando veniret de bello occidere eum, & ob hoc voluit, quòd poneretur in carcere, ne fugeret, & quòd daretur ei cibus ne interim moreretur: esset tamen paucus, vt in hoc affligeretur. *Donec reuertar in pace.* Idest quousque reuertar in pace de bello: putabat enim, quòd fuerat Syros, & omnia prosperè euenirent: sicut prædixerant prophetæ eius, & tunc volebat occidere Michæam morte grauissima. Noluit autem occidere eum antequam iret ad bellum, licèt crederet eum mentitum, quousque ex ipso rei euentu conuinceret Michæam mentitum. *Dixitque Michæas, si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus,* Scilicet,



Scilicet, tu dicis, quòd reuerteris in pace, & ego dico tibi, quòd non venies: & si tu venis in pace, ego sum ꝓpheta falsus, & non est locutus mihi Dominus. *Et ait audite populi omnes.* Aliqui putant, quòd ista sit sententia incompleta, scilicet, quòd Michęas voluerit hic plura dicere contra regem, sed non permissus est, & mansit sermo inchoatus. Sed non est verum, quia sensus est, quòd cùm rex diceret se reuersurum in pace: & Michæas diceret, quòd non: vt non posset postea hoc negari, induxit in testem totam multitudinē, dicens: Audite populi oēs. hoc quod ego dixi, & quod rex dixit, vt postea iudicetis, quis verum dixit.

*Quare Sedecias percussit maxillam Michææ, & an peccauit.*
*Quæstio XXXIX.*

QVAERITVR vlterius, quare Sedecias percussit maxillam Michææ, & an peccauit in hoc. Aut[illegible]m dicendum, quòd fecit hoc in vindictam proprię iniurię: quia dixerat Michęas omnes prophetas Baal deceptos: & quòd spiritus mendacij locutus fuerat per eos. Sedecias autem credebat se esse excellentiorem Michęa in prophetia, vt supra diximus. Et innuit ex illa litera, scilicet, per quam viam transiuit spiritus domini ad me, vt loqueretur tibi, idest, spiritus domini prius veniret ad me, quàm ad te, quomodo ergo tu dicis, quòd venit ad te, vt non veniret prius ad me: quasi dicat: quia ego excellentior sum in prophetia, & non poterat ad te venire quin prius ad me C veniret. Credidit ergo Sedecias magnam iniuriam sibi factam, cùm diceret Michæas, quòd non mentiebatur: ideo percussit eum. Secundò, fuit in vindictam publicæ iniuriæ: quia non solùm dixerat hoc Michæas contra Sedeciam, sed cōtra omnes quadringentos prophetas Baal, quos asseruit esse mentitos. Tertiò fecit propter iniuriam Dei: quia Sedecias credebat se verum dicere, & quòd Deus verus reuelauerat ei hoc, & alijs prophetis: Michæas autem dicendo eum mentiri, dicebat Deum mētitum: & Deum esse spiritum mendacij: & eius iniuriam voluit vindicare percutiendo Michæā. Ad secundum quidam dicūt, quòd non peccauerit Sedecias, qa fecit propter causas iustas supra expressas. Dicendum, ꝙ peccauerat gra- D uiter. Primò, quia percussit prophetam domini: ipse. n. solus erat nunc propheta Dei inter istos, vt patet supra in litera. Secundò, quia percussit eum vera dicentē, cū ille veritatem defenderet ostendens istos mētitos, qui verè mentiti erant. Tertiò, quia percussit eū exequētem id, quod Deus iusserat: nam Deus reuelauerat ei hæc, vt illa diceret regi Achab, & hæc facientē pcussit eum Sedecias. Dicendum ergo, ꝙ non solū Sedecias peccauerit, sed etiam Achab, quia coram eo percussit Sedecias Michęam, & debuisset punire illum tāquam iniuriantem, & potissimè pręsente rege, cùm non solū esset iniuria Michææ, sed etiam regis: ita tū grauiter Achab oderat Michęam, quòd non vindicauit iniuriā illius, etiam coram se factam: sed potius de hoc gaude- E bat: nam aliàs Sedecias nō ausus fuisset pręsente rege eum percutere. Ad primum dicendum, ꝙ non habebat iustam causam Sedecias percutiendi Michęam in vindictam iniuriæ. Primò, quia non erat iniuria cum Michęas verum diceret: potissimè, quia illud Deus ostenderat sibi ad dicēdum. Secundò, quia dato, quòd fuisset iniuria, non potuisset Sedecias eam propria auctoritate vindicare: quia ad hoc, quòd iustè puniret non solùm requirebatur iusta causa, sed etiam iurisdictio, quam non habebat Sedecias. Nam etiam si fuisset ipse iudex, populi in ista tamē causa non est iudex, sed actor petens sibi satisfieri de iniuria. Item dato, quòd in aliquo casu quis posset esse iudex in causa sua A particulari, quod iura abhorrent: tamen saltem modo iudiciali procederet, & diffiniret contra eum. Item dato, quòd deberet puniri Michæas, & esset iudex Sedecias: saltem non exequeretur ratione sententiam, sed alteri executioni mandaret, & tamen ipse executus est: ideo habuit totaliter locum partis: & hoc nūquam licet de iure, nisi in propulsando iniuriam, quando quis contra alterum non verbo, sed opere procedit: & hic non fuit sic, quia Michæas solùm locutus est. Secunda causa assignata pro Sedecia non iuuat: quia sicut non licebat ei propriam iniuriam vindicare, ita nec iniuriam sociorum: potissimè, quia non erat iniuria cùm Michæas diceret verum, scilicet, istos mētitos esse: & hoc dicebat mandato Dei, cui tenebatur B obedire, etiam si videretur esse damnum, vel præiudicium cuiuscunque. Tertia causa etiam non adiuuabat, quia non erat hic aliqua offensa Dei, quam Sedecias deberet vindicare: imò potius ipse offendebat Deum, quia percutiebat [illegible]parte eius: sed dato, quòd Michæas offendisset De[illegible]: vtpotè, si Sedecias fuisset verus propheta, & M[illegible]as diceret eum esse mentitum: adhuc non licebat Sedeciæ vindicare hanc offensam Dei ex defectu iurisdictionis. Nam licèt ego videam quemquam blasphemare Deum, non licèt mihi illum occidere, aut percutere, quia hoc dato totus status politicus: & tota pax humana periret, & essent bella infinita: si quilibet sibi ex hac causa posset vsurpare iurisdictionem, & nullum maius C inconueniens poterat esse contra statum polliticum. Item erat aliud deterius, quia interdum quis putaret offensam esse factam Deo, & vellet illam vlcisci: cùm tamen nulla esset facta: quia non est omnium hominum hoc cognoscere: & sic tunc puniret aliquis, non solùm non habens iurisdictionem, sed etiam sine iusta causa: sicut fuit hic, quòd Sedecias putabat, quòd Michæas offenderet Deum, dicendo contra eum, & alios prophetas: & tamen non offenderat cùm ipse verum loqueretur. Erat etiam aliud inconueniens, quia nō solùm Sedecias vsurpauit sibi iurisdictionem, sed etiam vsurpauit eam prætente illo, cuius erat iurisdictio. Nam rex erat ibi, qui erat iudex quantum ad omner causas: ideo præsente illo nemo quantumcū- que læsus iniustè poterat sibi vindictam proprio iure experere, sed ab illo expectare.

*Quando fuit completum dictum Michæ.*
*Quæstio XL.*

QVAERITVR vlterius, quando fuit completum illud, quod hic dixit Michæas Sedeciæ, scilicet, tu ipse videbis in die illo, quando ingredieris cubiculum de cubiculo, vt abscondaris. Respondent quidam, quòd fuit tempore Iheu regis Israel: quando conuocauit omnes cultores Baal, & occidit eos: tunc enim iste Sedecias timens mortem abscondit se de cubiculo in cubiculum. Dicendum, quòd nō stat. Primò, quia Michæas dixit videbis in die illo, quando ingredieris cubiculum de cubiculo: quasi dicat: tu non vides modo, idest, non potes cognoscere quomodo spiritus domini recessit à te, & locutus est mihi. Et tamen in illo die, quo absconderis in cubiculo, cognosces, quòd mihi locutus est Deus, & non tibi. Et tamen manifestum est, quòd antequam Iheu inquireret cultores Baal ad occidendum eos. quarto Regum decimo: cognouerat Sedecias se esse mentitum, scilicet illo die, quo mortuus est Achab in bello, quem ipse prænunciauerat prosperandum: ergo non potest intelligi de tempore regis Iheu. Secundò patet, quia Sedecias latebat nunc pro aliquo pertinente ad istam prophetiam, cùm diceret ei Michęas

Universidad de Deusto
Biblioteca



quòd die illo cognosceret veritatem, & tamen congregatio cultorum Baal per Iehu, nihil pertinebat ad istam prophetiam. Nam siue Sedecias illuc iret, & occideretur, siue lateret timore mortis: non per hoc cognosceret, quòd Deus locutus fuerat Michææ, & non sibi, cùm hoc esset omnino impertinens ad istam prophetiam. Tertiò patet, quia non videbatur, quòd Sedecias ingrederetur de cubiculo in cubiculum, quando congregarentur cultores Baal: quia Iehu volebat illos decipere deducendo in templum Baal offerendo eis munera, vt ipsi facerent magna obsequia Baal, & separarent se à cultoribus Domini. quarto Regum decimo. ad hoc, quòd aliquis de cultoribus Baal euaderet mortem, non oportebat, quòd lateret: sed quòd non intraret in templum illud, in qđ niemo cogebatur ingredi: sed solùm, qui volebat cupiditate munerum, & sic non oportebat, quòd Sedecias lateret: imo si lateret erat deterius: quia ex hoc magis præsumebatur contra eum, quòd erat de cultoribus Baal. Dicendum ergo, quòd ista absconsio Sedeciæ de cubiculo in cubiculum fuit in die illa, quando veniebant Israelitæ de bello mortuo rege Achab, quia tunc ipse timuit occidi, eo quòd suasione sua rex mortuus est in bello, & latuit: & tunc verè cognoscebat se mentitum fuisse, & Michæam verè dixisse. Est enim verisimile, quod cùm populus rediret de bello, occideret omnes istos quadringentos prophetas Baal, vel saltem quotquot potuit de illis habere, quia propter illos rex perierat, & populus traditus fuerat in manu hostium. Nam aliàs rex non iuisset in bellum, nisi isti certificassent eum, quod traderentur hostes in manu eius. Inter omnes autem erat culpabilior Sedecias: quia ipse efficatius suaserat regi ire ad bellum, quàm cœteri, cùm ipse non solùm verbis, sed etiam operibus prophetaret faciens sibi cornua ferrea, quibus dixit Syriam ventilandam. Etiam, quia ipse solus percussit Michæam prophetam Domini, qui vera prædixerat: timebat ergo Sedecias verisimilius mortem, quàm cœteri prophetæ: ideo ipse latuit in secreto cubiculo. Est tamen verisimile, quod fuerit tunc occisus à populo, dato quod latuerit: quia iam sciebat populus, quod ipse deberet latere, cùm Micheas prædixisset antequam iret Achab in bellum, quod lateret Sedecias de cubiculo in cubiculum, ideo quærereturibi cum magna diligentia quousque inueniretur, & occideretur.

creta sua. Istud autem non eximit quenquam à iurisdictione quantumcunque seculari. Nam dato, qꝓ inter laicos, sit aliquis valde sanctior non est ex hoc exemptus à iurisdictione seculari, cùm non sit concessum priuilegium exemptionis sanctitati, sed ordini clericali, siue ibi sit sanctitas, siue non. In veteri autem testamento prophetæ non erant sacerdotes, nec Leuitæ: sed interdum de laicis, & interdum de sacerdotibus, & Leuitis: ideo ratione prophetiæ non competebat eis aliqua exemptio. Item, quia principi seculari in veteri testamento subijciebat Deus omnes Israelitas cuicunque minimè essent, siue essent prophetæ, siue non. Vt patet de Iosue Num. 27. Hoc etiam apparet aliqualiter ex quærela Core, & suorum sociorum contra Moysen, & Aaron, cùm ipsi acciperent dominium super totum populum dicentium: sufficiat vobis, qꝓ omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus: cur eleuamini super populum domini? Nu. 16. Ex quo volebat innuere Core, qꝓ inter Israelitas erant multi prophetæ, qui erant sancti, ideſt specialiter applicitiad Deum, & Deus erat in eis, ideſt loquebatur per eos, & propter hoc quòd Moyses non deberet habere iurisdictionem super eos. Et tamen hoc non obstante voluit Deus, qꝓ esset principatus in populo tam super prophetas, quàm super cæteros, & sic non erat exemptio prophetarum. Item si aliqua exemptio à iurisdictione seculari esset in veteri testamento, hoc maximè esset quantum ad sacerdotes, sicut nunc sunt exempti à foro seculari, & tamen tunc nō erant exempti. Quod patet, quia Iosue erat principes laicus, & Deus subiecit ei omnes Israelitas tam laicos, quàm sacerdotes, & non solùm sacerdotes, sed etiam ipsum summum sacerdotem Eleazar, qui tunc erat. Nu. 27. Item Abiathar erat summus sacerdos, & tamen rex Salomō erat princeps laicus, & habuit iurisdictionem ad deponendum eum de summo sacerdotio, & ad occidēdum ipsum, licèt noluit, vt innuitur. 3. Regum. 2. & ibi latè declaratum est. Item patet, quia in omni politia ordinata necesse est, qꝓ detur iurisdictio sufficiens coactiua pro omni crimine, vt patet 3. Polit. vbi dicit Arist. qꝓ distributiuum iustitię, ideſt iudex, qui distribuit iustitiam partibus, est magis necessarius in politia, quàm panis. In politia ergo veteris testamenti, quæ erat valde ordinata cùm esset à Deo instituta, necesse erat, qꝓ daretur iurisdictio punitiua pro omni crimine, & tamen inter sacerdotes in veteri testamento non reperitur aliqua potestas iurisdictionis collata eis: siue quantum ad ciuiles causas, siue ad criminales, sed solùm reperitur scriptum de viribus eorum, quæ recipere debebant à populo, & de ministrationibus suis. De rege autem vr, qꝓ sit sibi tradita tota potestas iurisdictionis, eo qꝓ in consecratione sua Deus iubebat tradi illi librum legis, vt semper in eo studeret. Deut. 27. quasi per hoc innueretur ipsum esse executorem iudicem quantum ad omnia contenta in lege. Si tñ nos diceremus, qꝓ sacerdotes erant exempti à iurisdictione laicali, cùm ipsi nō haberent aliquam iurisdictionem ad puniendum crimina, manerent crimina impunita: ideo necesse est, qꝓ illi fuerint subiecti iurisdictioni regali. Item cùm dñs statuerit totum ordinem, & statū veteris testamenti: si voluisset sacerdotes, & Leuitas nō esse subiectos foro seculari: etiam dedisset pro illis alias leges, sicut est nunc: quia cùm non sit eadem iurisdictio ecclesiastica, & secularis, nō sunt eędem leges pęnales pro sacerdotibus homicidis, & adulteris, & criminosis, quæ sunt pro laicis homicidis, & adulteris: cùm istis infligatur mors, & illis non: & tñ in veteri testō oēs leges datæ sunt laicales, cùm padulteris, homicidis, & alijs criminosis ponatur mors. Ergo est necesse, qꝓ tota iurisdictio erat laicalis, vel qꝓ p iurisdictione sacerdotali nullæ erant leges positæ, & sic maneret totus ille status inordinatus, quod est inconueniens, & non est vllatenus verisimile: quia Deus omnia volebat etiam particulariter per se ordinare in veteri testamento, vt Iudæi non haberent occasionem errandi: concedendo sibi aliquas leges iniquas, in quibus concordarent cum Gentilibus. Quod patet, quia dedit eis leges forales pro contractibus, & criminibus Exo. 21. & 22. & 23. & per totum Deutero. & sæpè in libro Numerorum. Quod tamen non fecit Christus in nouo testamento: nam nullam legem foralem dedit: Intantum autem Deus voluit ordinare particulariter statum Iudæorum, qꝓ nihil voluit, qꝓ ipsi facerent, nisi quod ipse iuberet. Vt patet Deute. 12. quod præcipio tibi, hoc tantùm facito domino Deo tuo: nec addas quidquam, nec minuas. Si igitur status laicalis esset distinctus à sacerdotali in iurisdictione, pro vtroque dedisset leges completas, sicut dedit pro laicali, nullas dedit pro sacerdotali, ergo non erat distincta iurisdictio laicalis, & sacerdotalis. Dicendum igitur, qꝓ in veteri testamento vnica erat iurisdictio, scilicet laicalis, siue præsidens illi iurisdictioni esset laicus, siue sacerdos. Hoc autem dicitur, quia aliquo tempore laici gubernauerunt populum, & aliquo tempore sacerdotes: cùm etiam de sacerdotibus fuerint aliqui reges Iudæorum circa tempora Natiuitatis Christi, scilicet Aristobolus, Alexander, & Hyrcanus, & Ioannes Hyrcanus, & alij. Ipsi quoque Machabæi sacerdotes erant, & præsidebant populo. Semper tamen fuit iurisdictio vnica, & eodem modo gubernata, scilicet laicaliter, ita qꝓ pro criminibus eadem pœna erat sacerdotis, & laici, scilicet mors secundùm determinationem legis. De hoc autem magis declarabitur in libro nostro de origine, & distinctione iurisdictionum. Cùm ergo nunc iurisdictio esset penes reges laicos, illi prę erant omnibus Israelitis tam laicis, quàm sacerdotibus, & prophetis, & non prophetis, & sic non erat defectus iurisdictionis in Achab ad occidendum Michæam si iustam causam haberet, cùm tamen probabatur hoc ex eo, quod habetur Ierem. 19. non tenet probatio, eo qꝓ rex ille Babylonis, qui occidit duos prophetas, non erat de populo Israel, sed Gentilis, & licebat illi eos occidere, etiam si non liceret regi Israel occidere prophetam pro crimine. Patet hoc, quia si aliquis sacerdos commiserit homicidium, vel adulteriū: non licet regi occidere eum. Si tamen sacerdos de nostris in terra Saracenorum commiserit adulterium, vel homicidium, licet regi Saracenorum occidere illum secundùm leges suas: imò si non occiderit illum peccat. Nec obstat, qꝓ iste non sit de foro laicali, quia istud habet locum in illis, vbi est distincta iurisdictio secularis, & sacerdotalis, & inter quos isti habent priuilegium immunitatis, sicut est inter christianos: Inter Saracenos autem non est talis distinctio iurisdictionū: ideo totum pertinet ad iurisdictionem laicalem, & illa punit omnia crimina. Sic autem de rege Babylonis, qui frixit illos duos prophetas. Nam dato, quòd inter Iudæos esset distincta iurisdictio laicalis à sacerdotali: non erat hoc inter Chaldæos in Babylone, & sic iurisdictio puniendi omnes criminosos pertinebat ad regem, & non peccabat occidendo istos: imò si non occideret destrueretur status politicus, cùm sic manerent infinita crimina impunita, quod erat grauissimum.

*An liceret Achab occidere Michæam.*
*Quæstio XLI.*

QVAERITVR vlterius, quomodo dixit hic Achab, quòd seruaretur Michæas quousque ipse de bello rediret, scilicet, ad occidendum eum, & an liceret ei occidere Michæam si rediret de bello in pace. Quidam dicunt, quòd non, quia licèt Achab haberet iustam causam occidendi Michæam, quia mentitus erat sibi: tamen ex defectu iurisdictionis nō poterat eū iustè occidere, cùm Achab esset laicus, & Michęas esset propheta Domini: & ob hoc non esset de foro suo. Alij dicunt, quòd poterat eum iustè occidere: quia alij reges occidebant prophetas iustè pro delictis suis, vt patet de rege Babylonis, qui frixit duos prophetas in igne, scilicet Achab filium Coliæ, & Sedeciam filium Maasiæ: Ierem. vigesimo nono. Dicendum, quòd ex defectu iurisdictionis, non repugnabat, quòd Achab occideret Michęam. Nam nulla lege exemptus erat à foro suo: quod patet, quia prophetę non habebant inter cœteros homines in veteri testamento aliquam excellentiam, nisi quod erant sanctiores, & magis Deo proximi, cùm rouelaret eis se-

*An iustam haberet causam occidendi.*
*Quæst. XLII.*

QVAERITVR dato, quòd Achab haberet iurisdictionem ad occidendum Michæam, an ha-





beret iustam causam postquàm veniret de bello, scilicet, quia mentitus erat sibi. Dicendum, qꝓ sic: quia si Micheas mentiretur, non erat propheta domini, sed fingebat de corde suo, & sic merebatur mortem. Ita dicunt aliqui fuisse de illis duobus prophetis, quos frixit rex Babylonis, quia locuti sunt mendacium ex parte Dei, & Deus non mandabat. Ier. 29. Dicendum tamen, quòd licèt verum sit, quòd pro tali causa iustè occidatur propheta: tamen non patet ex illo loco: quia ibi rex Babylonis cùm occidit illos, quia locuti sunt falsum in nomine domini: sed quia cōmiserunt adulterium cum vxoribus fratrum suorum. Verum est autem, quòd isti commiserunt duo crimina, scilicet, prophetauerunt mendacium, & mechati sunt. Rex tamen Babylonis non occidit eos nisi pro adulterio, eo quòd ad ipsum non pertinebat cognoscere, an loquebantur mendacitatem ex parte Dei, vel non. Cùm forte ipse non curaret de Deo Hebræorum: sed solùm curauit de adulterio, [illegible] punitur. Deus tamen tradidit eos pereundos, potius quia prophetabant falsum in nomine suo, quàm quia adulterabantur. Patet hoc Ierem. 29. scilicet. Hoc dicit dominus Deus Israel ad Achab filium Coliæ, & ad Sedechiam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis vestris, & sic Deus dabat illos percutiendos, quia falsò prophetabant. Quòd autem Nabuchodonosor occiderit eos propter adulterium, patet ibidem, scilicet, assumetur ex eis maledictio, & dicetur ponat te Deus, sicut Sedechiam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne pro eo, quòd fecerint stultitiam in Israel, & mechati sunt in vxores amicorum suorum. Dicendum tamen, quòd prophetas falsò pphetantes iusserat Deus occidi, vt patet Deute. 18. scilicet, propheta autem, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi dicere, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. Si tamen Michæas mentitus fuisset in prophetia sua, constabat, qꝓ non esset à Deo: ideo occidēdus erat. Ex hoc etiam loco apparet, quod quærebatur præcedenti quæstione, s. qꝓ ad regem pertineret occidere pphetas pro mendacio, vel alio crimine: quia dicitur hic interficietur, & non dicitur à quo: ideo intelligitur, qꝓ à iudice, qui præest iurisdictioni. Rex tamen erat executor legis, vt supra declaratum est, ideo ad eum pertinebat occidere prophetas mentientes, vel qualitercunque criminosos.

*An liceret Achab occidere Michæam antequam iret ad bellum.*
*Quæst. XLIII.*

QVAERITVR, an liceret regi Achab antequam iret ad bellum occidere Michæam. Est autem difficultas in hoc: quia si Achab iustè occideret Michęam, faceret hoc, quia mentiretur prophetando: ideo oportebat, quòd prius conuinceretur de mendacio: alioquin etiam si mentitus esset peccaret iudex occidendo eum. Hoc præsuppositò dicunt quidam, quòd licebat ei occidere Michæam antequam iret ad bellum. Primò, quia ipse Achab in seipso erat certificatus, quòd Michæas mentiebatur. Nam firmiter ipse credebat, quòd mentitus erat, & hoc animo faciebat eum custodiri, vt occideret eum post bellum. Secundò, quia Michæas videbatur sufficienter conuictus de mendacio. Nam ad conuincendum aliquem etiam in causa capitali sufficiunt quotcunque testes, dum tamen non sit vnicus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



vnicus,quia vnius testimonio nemo occidetur: Num. 36. Hic autem conuincebatur Michæas per quadringentos testes. Nam quadringenti prophetæ Baal testificati sunt contra ipsum, vt patet in litera: ideo satis poterat iudicari conuictus de mendacio,& sic occidi. Dicendum, q̃ non poterat Achab iustè occidere Michæam antequam rediret de bello in pace,eo q̃ aliter non corripiebat eum de mendacio,& propter hoc, licèt Achab nimis cuperet occidere Michæam: non tamen occidit eum antequam iret ad bellum, sed fecit eum custoditi quousque rediret in pace, sicut ipse dicebat,scilicet, vt tunc occideret eum. Si tamen putauisset sibi licitum esse occidere illum, antequam iret ad bellum occidisset. Item patet hoc, quia in criminalibus ad hoc,quòd aliquis conuincatur,debent esse probationes clarissimæ,sicut iura dicunt, scilicet, luce clariores. Nulla tamen probatio clara poterat induci ad conuincendum Michæam esse mentitum antequàm rediret de bello: ideo nõ licebat ei prius occidere illum. Ad primum dicendum,quòd licèt Achab in se ipso esset certificatus, quod mentiebatur Michæas, scilicet, quia ita firmiter credebat illud ac si probatum esset per mille testes, tamen adhuc poterat esse ista credulitas falsa, sicut in veritate erat falsa, & cùm credulitas quantumcũq; vehemens non sit modus iuridicus conuincendi aliquem, peccaret Achab puniendo tanquam conuictum per illum modum. Nam non solùm non licèt iudici condemnare quem quam pro credulitate vehementi: sed etiam si constet iudici ex visu aliquem esse criminosum : dum tamen non conuincatur testibus,nec confessione sua,non licebit ei condemnare illum, & peccaret grauissimè condemnando: quia faceret tunc tanquam persona priuata: cùm non haberet iurisdictionem ad taliter faciendum per legem. Ad secundum dicendum, q̃ licèt quadringenti prophetę Baal loquerentur contra Michæam,non conuincebatur ex hoc mentitus,cùm potius Michæas verum diceret, & omnes illi mentirentur: ideo ad dicta illorum non debuit eum occidere. Sed tunc est difficultas,quia si aliquis conuincatur de crimine per multos testes idoneos, etiam si omnes illi mentiantur, tenetur iudex condemnare reum, & habere eum pro conuicto,nisi ille legitimè obiecerit, & probauerit aliquid, propter quod non debeat fides testibus adhiberi,& non solùm hoc:imò in quęstione illa famosa, qua quæritur cùm quis accusatur de aliquo certo crimine commisso in certo loco, & testes corrupti deponunt contra illum : iudex tamen scit, q̃ ille non commisit crimen,sed alius,an teneatur illum occidere,tenetur à doctoribus famosis,& est quasi determinatio communis,q̃ si non potest habere alia remedia, scilicet, ad conuincendum causam , vel ad renunciandum,siue deponendum iurisdictionem,q̃ tenetur condemnare illum etiam si sibi constet, q̃ est innocens:quanto magis quando testes sunt falsi,& iudex non credit eos falsos. Ita autem erat hic, quia licèt omnes isti quadringenti prophetæ Baal falsa dicerent contra Michæam: non tamen constabat eos falsa dicere:maximè quia Achab credebat eos vera dicere: ideo videtur,q̃ poterat ex dictis illorum reputare Michęam conuictum,& condemnare eum. Dicendum, q̃ non poterat : quia si ista,quæ dicebant isti testes, essent talia,quæ directè inducerent probationem criminis: si etiam essent falsi, dum tamen non constaret de falsitate, ad dictum illorũ debebat reputari Michęas conuictus: vtpotè si accusatus fuisset Michæas de adulterio , vel furto, & omnes isti deponerent se vidisse, condemnaretur. Nunc tamen dato, q̃ non constaret istos testes esse falsos: dicta tamen sua non inducebant sufficientem probationem contra Michæam: quia ipsi dicebant Deum dixisse hoc. Et Michęas dicebat Deum dixisse contrarium, & licèt verisimiliter cæteris paribus præsumendum esset potius, quòd quadringenti cõcordantes dicerent veritatem, quàm q̃ solus Michæas : tamen non erat sufficiens probatio, qualis requiritur in criminalibus,scilicet,luce clarior, cùm posset falli : ideo non erat reputandus conuictus ex hoc. Item patet hoc efficatius , quia lex posuerat certum modum conuincendi aliquem prophetam esse falsum, scilicet ex euentu rei prænunciatæ: ideo oportebat Michæam per illum modum conuinci, & non per attestationes aliorum prophetarum contra ipsum. Patet hoc Deuter.18. vbi cùm dictum fuerit, q̃ falsè prophetans interficeretur: subditur,q̃ si tacita cogitatione responderis,quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus dominus. Hoc habebis signum, qđ in nomine domini propheta ille dixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus. Non poterat ergo Michęas occidi quousq; rediret Achab de bello in pace, quia tunc constabat Michæã mentitum, & hoc intendebat facere Achab.

*Quomodo dixit Michæas,si reuersus fueris , &c.*
*Quæst. XLIIII.*

QVAERITVR, quomodo dixit Michæas hic ad Achab, si reuersus fueris in pace,non est dominus locutus in me : quia poterat esse,q̃ licèt Deus locutus esset Michęæ ista, q̃ adhuc Achab rediret in pace,quia poterat Achab dolere valde de peccatis suis,& tunc Deus mutaret sententiam. Sicut ponitur regula generalis de hoc Ierem.18. Sic enim fuit in Ezechia, cui prænunciata est mors in breui,& quia fleuit,Deus mutauit prophetiam Isaię,& addidit ei quindecim annos vitæ:vt patet 4.Reg. 20.& Isai.38.Sic etiam fuerat iterum in istomet Achab: nam quando occidit Naboth,& descendit ad possidendum vineam eius. Elias dixit ei,q̃ in loco illo, in quo occiderat Naboth, & canes linxerant sanguinem eius, lamberent postea sanguinem Achab.3.Reg.21.Postea tamen cùm Achab humiliasset se coram domino in cilitio, ieiunio,& cinere: Deus mutauit sententiam.eodem cap. Ita ergo nunc si iterum doleret,mutaretur iterum ista sententia, & sic posset redire in pace, & tamen Deus locutus fuisset Micheæ. Dicendum sine dubio, q̃ sententia mutari poterat, si Achab doleret, nec mutaretur sententia. Ideo confidenter dicebat, si redieris in pace non est locutus dominus in me. Pro quo sciendum, q̃ cùm Deus reuelat aliqua prospera, aut aduersa euẽtura quibusdam , interdum reuelat eis, an sententia illa mutabitur mutato statu eorum , pro quibus vel contra quos prophetatur , vel non : interdum autem nihil reuelat. Si primo modo,sunt prophetæ certi,q̃ nõ mutabitur sententia. Sic patet de Balaam,qui volebat maledicere Iudæis,& Deꝰ dixit,q̃ nõ malediceret: hoc tamen non obstante conabatur Balaam illis male dicere, & faciebat sacrificia, vt posset eis maledicere. Deus autem certificauit eum tunc,q̃ ille populus erat benedictus,& q̃ non posset eum maledicere , & tunc non curauit conari amplius ad maledicendum.Sic patet Num.22.& 23.s.non est Deus quasi homo,vt mentiatur : nec filius hominis,vt muteretur: dixit ergo,& non faciet:ideſt dixit,q̃ nõ faceret,ideſt,q̃ nõ permitteret maledicere. Idem patet Nu.28.s. cumq; vidisset Baalam,q̃ placeret domino,vt benediceret Israel, nequaq̃ abijt,vt ante perrexerat , vt augurijũ quæreret, i. certificatus fuit Baalã,q̃ non placebat Deo,q̃ malediceret Israeli,sed potius,q̃ benediceret:ideo nõ iuit amplius ad quærendũ augurijũ, per quod conabatur male dicere Iudæis, sciens, q̃ impossibile erat iam,q̃ maledicere illis,cùm certificatus esset, quòd non placeret Deo. Sic etiam patet de Samuele,cui reuelatum est, q̃ regnum Israel tolleretur de manu Saulis,& etiam certificatus est, q̃ ista sententia nunquam mutaretur, vt patet primo Reg. 15. scilicet, Et ait ad eum Samuel: scidit dominus regnum Israel à te hodie, & dedit illud proximo tuo.& sequitur,porro triumphator in Israel non parcet,& pœnitudine non flectetur,nec enim homo est,vt agat pœnitentiam:ideſt scias,q̃ Deus non mutabit istam sententiam,nec pœnitebit eum de eo, quod dixit,quia non est homo,vt agat pœnitentiam, ideſt non est,sicut homo,vt possit dolere, vel pœnitere de eo, quod dixit, vel fecit, ideo manebit firmum , quod semel dixit. Cùm autem prophetæ non certificantur, an mutabitur sententia, vel non , manet dubia,an Deus mutabit illam. Sic patet de Iona propheta,quem dominus misit in Niniuem iubens prędicare eam subuertendam post quadraginta dies,& non certificatus esset an fieret, vel mutaretur sententia, per mutationem Niniuitarum, ideo timuit Ionas, quòd cùm Deus esset clemens mutaret sententiam , & ipse inueniretur falsus propheta, ideo nolebat ire in Niniuem:sed fugit in Tharsis:Ionæ 4.scilicet, propter hæc occupaui, vt fugerem in Tharsis : scio enim, quòd tu Deus clemens,& misericors es,patiens,& multæ miserationis , & ignoscens super malitia. Quòd autem non esset certificatus de euentu Niniuitarum patet eodem capitulo, scilicet, fecit Ionas vmbraculum extra ciuitatem, & sedebat ibi, donec videret quid accideret ciuitati. Nunc autem poterat esse, q̃ Michæas erat certificatus de ista prophetia , q̃ non mutaretur : ideo sciebat,q̃ erat impossibile redire Achab de bello in pace. Sciendum tamen, q̃ dato q̃ non esset certificatus Michæas de ista propheta, an mutaretur poterat istud dicere,& non falleretur, etiam si Deus illam mutaret pœnitente Achab, quia tunc antequam appareret illam esse mutatam Deus reuelaret hoc illi pphetę,qui contrarium prius annunciauerat,& sic non posset redargui de mendacio, sed solùm argueretur mutabilitas diuinæ sententiæ ex hoc. Patet hoc in Ezechia, cui reuelatum est per Isaiam , q̃ moreretur , & illico per eundem reuelatum est,q̃ Deus concesserat quindecim annos vitæ Ezechiæ. 4. Regum 20. & Isa.38. Sic etiam fuit in istomet Achab, cui reuelauit Elias mortem propter mortem Naboth, quia tamen pœnituit Achab,eidem Elię reuelauit Deus mutationem sententiæ.3.Regum 22. Et ipse Elias posset tunc reuelare regi Achab,& non reperiretur mendax. Ita nunc licèt dixisset Michæas ad Achab,si reuersus fueris in pace,non est locutus in me dominus,& postea pœnitente Achab,mutaretur sententia:hoc reuelaret Deus Micheę,& ipse reuelaret illud regi Achab,& sic appareret eum semper vera dicere. Item patet hoc, quia si istud non esset non posset stare in veritate signum , quod Deus dedit ad cognoscendum falsum prophetam,dicens,q̃ si non eueniret illud, quod propheta dixerat, q̃ non fuerat Deus ei locutus : sed ille confixerat de corde suo.Deutero. 18. Poterat tamen esse,q̃ propheta ex parte Dei prophetaret mortem alicuius, & postea illo dolente mutaretur sententia, & non moreretur : apparet illum prophetam falsa locutum,& non habuisse à Deo. Oportebat igitur ad hoc, q̃ signum istud esset efficax,& certum,q̃ si Deus mutare deberet sententiam, q̃ illud eidem prophetæ reuelaret, & ipse tunc annunciaret sententiam esse mutatam. Si tamen non eueniret,quod propheta prædixit,nec ipse reuelaret sententiam esse mutatam,apparebat manifestè illum non fuisse locutum per Deum, & sic maneret semper certum illud signum .





Igitur ascenderunt rex Israel , & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad : dixitque rex Israel ad Iosaphat : Mutabo habitum , & sic ad pugnam vadam : tu autem induere vestibus tuis . Mutatoque rex Israel habitu venit ad bellum . Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui , dicens : Ne pugnetis contra minimum , aut contra maximum , nisi contra solum regem Israel : Itaque cùm vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt : rex Israel est iste . Et circundederunt eum dimicantes : at ille clamauit ad Dominum , & auxiliatus est ei , atque auertit eos ab illo. Cùm enim vidissent duces equitatus , quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum . Accidit autem, vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret , & percuteret regem Israel inter ceruicem , & scapulas . At ille aurigæ suo ait : Conuerte manum tuam , & educ me de acie , quia vulneratus sum . Et finita est pugna in die illo. Porro rex Israel stabat in curru suo contra Syrios vsque ad vesperam , & mortuus est occidente sole .

*Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad .* Scilicet, postquam prophetauerunt omnes quadringenti viri ,& Michæas, non crediderunt Micheæ, & ascenderunt ambo reges in Ramoth Galaad ad bellum. *Dixitque rex Israel ad Iosaphat, mutabo habitum , & sic ad pugnandum vadam .* Voluit mutare habitum, ideſt totum apparatum regalem tam quantum ad vestes, quàm ad cætera insignia , & honores , vt non putaretur esse rex , sed aliquis priuatus pugnator. *Tu autem induere vestibus tuis.* Scilicet, induere habitu regali, & omnibus insignijs, & honoribus vtere, vt appareat te esse regem. *Mutatoque rex Israel habitu venit ad bellum .* Antequam intraret in bellum mutauit habitum , quia si mutasset postquam venit in locum belli,forte vidissent aliqui Syri , & cognouissent eum, & esset tunc deterius, quàm si maneret in habitu. *Rex autem Syriæ.* Iste erat Benadad contra quem bis Achab pugnauerat, & prælianerat, & semel cepit eum,& cùm potuisset occidere dimisit illum cum honore. tertio Regum vigesimo. & illa fuit vna de causis, quare nunc ipse traditus est in manu Syrorum, sicut dixit ei Michæas eodem capitulo, scilicet, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. *Præceperat ducibus equitatus sui .* Ideſt , omnibus principibus belli equestris. Nam omnes bellatores sunt distincti per capitaneos, scilicet, decuriones,centuriones,& tribunos, vel secundùm alios modos . Sic dicitur secundo Regum decimo octauo. Igitur Dauid considerato populo suo constituit super eum tribunos, & centuriones. *Dicens ne pugnetis contra minimum , aut contra maximum nisi contra solum regem Israel .* Mandauit rex Syriæ, quòd licèt possent viri occidere aliquos Iudęos

non curarent: sed solùm pugnarent contra regem, F quia si omnes sic congregarentur contra eum, occiderent eum cito, & faciliter, & cessaret tota pugna, quod non fieret si pugnaretur contra singulos obuios de Israelitis in bello. *Itaque cum vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt, rex Israel iste est.* Viderunt istum in apparatu regali, & nullum alium in toto exercitu: ideo existimauerunt rationabiliter, quòd iste esset rex Israel. *Et circundederunt eum dimicantes.* Scilicet, omnes principes belli circundederunt eum, & pugnabant contra ipsum: quia iusserat rex Syriæ, quòd contra nullum alium pugnarent. *At ille clamauit ad Dominum.* Scilicet, rex Iosaphat videns se in tantam angustiam venisse, quia totum bellum conuersum erat super ipsum, clamauit ad dominum, vt liberaret eum, G erat enim bonus rex confidens in domino Deo suo: ideo in periculo inuocauit eum. *Et auxiliatus est ei.* Scilicet faciendo, quòd Syri non pugnarent contra eum, & sic [illegible] *Atque auertit eos ab illo.* Ideest fecit Deus, quòd Syri recederent à Iosaphat, scilicet, quia fecit [illegible] quòd cognoscerent non esse illum, quem quærebant. *Cum enim vidissent duces equitatus, quòd non esset rex Israel reliquerunt eum.* Cognouerunt quòd non erat rex Israel: ideo dimiserunt eum: quia solùm intendebant ipsi percutere regem Israel. Ista litera habetur aliter tertio Regum vigesimo secundo, & impetu facto pugnabant contra eum, & exclamauit Iosaphat, intellexeruntque principes curruum, quòd non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo: in quo H non innuitur, quòd ipse clamauerit ad Dominum: sed solùm, quòd videns omnes principes Syrorum venisse super eum: putauit, quòd hoc facerent credentes eum esse regem Israel: ideo ipse clamauit, scilicet, ad illos significando se non esse regem Israel, & cùm illi hoc cognoscerent, dimiserunt eum. Dicendum tamen, quòd vtrumque fuit, scilicet, rex Iosaphat videns omnes Syros venisse super eum, inuocauit dominum, vt eriperet ipsum, & Deus exaudiuit eum, & posuit ei in monte, vt clamaret contra Syros se non esse regem Israel, & ipsi intelligentes hoc cessauerunt ab eo. *Accidit autem vt vnus de populo sagittam in incertum iaceret.* Hic ponitur mors regis Achab. Voluit enim Achab se defendere per cautelam humanam mutando habitum, vt non cognosceretur in bello. Deus autem, contra quem non est I consilium, voluit quòd cum Syri non possent eum occidere per certitudinem, occiderent illum per incertitudinem, & sic dicitur, quòd vnus iaciens sagittam in incertum percussit eum, & occidit. Talis autem mors dicitur à Deo, scilicet, quando homines nescientes quid faciunt, vel non intendentes tale quid facere, occidunt alios. Sicut est in omnibus homicidijs casualibus, ideo omnia talia homicidia dicitur Deus facere, & dicitur tradere occisos in manus eorum, qui illos casualiter occiderunt: vt patet Exod. vigesimo primo, scilicet, qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum, quò fugere debeat. Et sic dicit, quòd homicidium, quod est sine intentione à Deo fit, & ille tradit occisum in manus occisoris, & ob hoc non debet ille puniri: sed constituit locum, ad quem fugiat, vt ibi saluetur. *Et percuteret regem Israel inter cervicem, & scapulas.* Et sic apparet, quòd percussit eum per partem posteriorem: fortè, quia ille in curru suo conuerterat se ad aliquid, & sic sagitta tetigit eum ex parte posteriori iter cervicem & scapulas: quia ibi fortè locus armaturæ erat patens, eo quòd armatura capitis colligabatur, ibi cum armatura reliqui corporis, & potuit sagitta inuenire locum patentem. Vel fortè vtebantur ipsi alijs generibus armorum, quàm nos vtamur, cùm ista quotidie mutentur: sicut etiam nos videmus diebus nostris: sed 3. Regum 22. dicitur, quòd percussit regem inter pulmonem & stomachum, & si videtur, quòd erat alius locus vulneris, & etiam, quòd sagitta venit ex parte anteriori, quod videtur verisimilius, cùm Achab iret contra Syros. Dicendum, quòd an sagitta venerit à parte interiori, vel posteriori non potest patere: cùm scriptura non exprimat hoc, & tamen quantum ad diuersitatem, quæ habetur hic, & 3. Regum 22. dicendum, quòd nulla est, quia si ingrederetur sagitta per partem posteriorem transiret inter ceruicem, & scapulas, & perueniret ad locum, qui est inter pulmonem, & stomachum. Si autem sagitta intraret partem anteriorem inciperet inter pulmonem, & stomachum, & peruenireturque ad locū, qui est inter ceruicem, & scapulas, & sic vtrobique tangitur idem vulnus: sed in vna parte tangitur principium vulneris, & in alia finis eius. *At ille dixit ad auriga suo ait.* Auriga est, qui currum dirigit. Isti enim erant currus falcati habentes enses curruos in modum falcis in rotis, de quo diximus Iosue 11. & Iudic. 4. & isti currus habebant quatuor equos, & ille, qui regebat equos, & vertebat currum vocabatur auriga, qui rarò pugnabat, sed erat in temone currus. Præter istum erat vnus, vel duo pugnatores in curru, qui habebant ibi sagittas, & lanceas, & lapides, & de omni genere armorum offensiuorum. *Conuerte manum tuam, & educ me de acie.* Scilicet, auriga dirigebat equos contra Syros, nunc iussit ei Achab conuertere manum, scilicet, vt conuerteret equos retrorsum: quia volebat exire de acie. *Quia vulneratus sum.* Pugnabat enim Achab nunc contra Syros, & quia vidit se vulneratum: ita vt iam non posset pugnare fecit se educi de bello. *Et finita est pugna in die illo.* Scilicet, illo die mortuus est rex, & finita est pugna: quia cùm populus sciret mortuum regem, redierunt singuli in domos suas. *Porro rex Israel stabat in curru suo contra Syros.* Licèt esset vulneratus Achab, non descendit de curru, sed ibi permansit, vt non turbaretur bellum, & stetit sic vsque ad noctem, & tunc mortuus est. Non est autem intelligendum, quòd stetit pugnando contra Syros: quia illico, vt percussus est, iussit aurige suo, vt educeret eum de acie. Sed dicitur stetisse tota die contra Syros, eo quòd non recessit de loco belli: licèt cessauerit pugnare, & recessit de loco, in quo erat impetus belli. *Et mortuus est occidente sole.* Scilicet, stetit quasi tota die vulneratus, & occidente sole mortuus est, & tunc cessauit pugna: quia viderunt Israelitę mortuum regem.

*Quare voluit Achab ire in bellum.*
*Quæst. XLV.*

QVAERITVR quomodo Achab voluit ire in bellum, cùm annunciasset ei Michæas, quòd ibi K moreretur. Dicendum, quòd Achab non credidit Micheæ, sed potius quadringentis prophetis Baal, qui annunciauerant ei prospera in bello, ideo iuit illuc quasi securus de victoria. Quòd autem Achab crediderit potius prophetis Baal, quàm Micheæ fuit propter multa. Primò propter multitudinem, quia isti erant quadringenti prophetæ, & omnes concordabant in eandem sententiam. Michæas autem erat solus: cæteris tamen paribus verisimilius est vnum hominem falli, quàm quadringentos. Secundò ex naturali inclinatione, quia naturaliter inclinatur homo potius ad credendum ea, quæ sunt in fauorem, q̃ ea, quæ sunt contra eum: illi tamen annunciabant regi prospera: Michæas autem aduersa: ideo potius credidit illis.

Tertiò,



Tertiò, quia Achab oderat valde Michæam, vt patet A supra in litera, & non inclinatur homo ad credēdum illi, quem odit, sed potius alteri, etiam si non sit tantæ certitudinis. Quartò, q̃a Deus turbauerat cor Achab, scilicet, destituendo, vt deciperetur, & moreretur in bello, vt patet supra in litera, ideo inclinabatur potius ad illud, in quo recepturus erat pœnam peccatorum suorum, vt sic locum haberet Dei sententia. Quintò, quia putauit Achab Michæam mētirum, eo quòd q̃ percussit eum Sedecias, nihil mali passus est. Putabat enim Achab, quòd si Michęas fuisset missus à Deo ad annunciandum contra Achab, & prophetas Baal, & percuteret eum Sedecias, quòd moreretur illico, vel pateretur aliquod malum: sicut fuit de rege Ieroboā, B contra quem missus est propheta domini, quem cùm iuberet teneri aruit manus eius, & non potuit eam ad se retrahere. 3. Reg. 13. Et tamen ille nihil mali sibi fecit. sed solùm extendit manum contra eum. Sedecias au[illegible]percussit Michæam in maxillam, ideo debuisset arescere manus eius: nihil tamen passus est, ideo Achab putauit Michęam non esse missum à domino. Sextò, quia Michæas videbatur hic repugnare Eliæ, q̃ erat famosissimus prophetarū sui temporis, ipse enim dixerat, quòd canes lingerent sanguinem Achab in agris Iezrael, vbi linxerant sanguinē Naboth. 3. Reg. 21. Michæas innuebat, quòd moreretur nunc Achab in bello in Ramoth Galaad, & tamen ista duo loca distāt satis inter se, scilicet, plusquam quindecim leucis, & sic videbatur, quòd alter eorum mentiebatur. Erat tamē C Elias famosissimus inter omnes prophetas: ideo potī crederetur sibi quàm Micheę: & sic credebat Achab, quòd mentiebatur Michæas: ideo non assensit ei. Ista tamen motiua omnia licèt essent aliqualia ad mouendum regem Achab, tamen non erant efficacia simpliciter, nec probabant non debere credi Michęæ.

*Quare rex Iosaphat voluit ire in bellum cum Achab.*
*Quæstio XLVI.*

QVAERITVR vterius, quomodo rex Iosaphat voluit nunc ire in bellum cum Achab contra Syros, cùm denūciasset ei Michæas, quòd Achab moreretur in bello, & ex hoc posset timere mortem Iosa- D phat. Aliquis fortè dicet, quòd Iosaphat erat amicus, & affinis Achab, ideo licèt sciret mala prouentura sibi in bello, vel saltem, quòd erat periculum exponeret se illi. Dicendum, quòd non stat, quia si Iosaphat putasset esse periculum in bello, ex eo quòd crederet verbis Michęæ, crederet, quòd Achab moreretur in bello, sicut Michęas credebat aliàs innuebat, dicens, quòd Israelitæ manerent sine domino dispersi, sicut oues nō habentes pastorem: & tunc dato, quòd Iosaphat propter periculum suum non desisteret à bello, saltem nè moreretur ibi Achab, non iret illuc: nec permitteret, quòd iret illuc Achab: & tamen non restitit, ideo non credidit hoc. Alij dicunt, quòd Iosaphat licèt crederet periculum esse in bello, sicut dixit Michæas, tamen E credidit istud periculum esse quantum ad regem Achab, sed de cœteris non erat periculū: quia Michęas dixerat, quòd viderat totum Israel dispersum in montibus, sicut oues nō habentes pastorem, & dixit Deus: non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace: ideo Iosaphat non timebat ire, quia non crederet sibi periculum. Dicendum, q̃ non stat propter rationem præcedentem, quia etiam si propter se non timeret: tamen si ipse crederet Achab moriturum in bello, nec ipse illuc ascenderet, nec permitteret Achab illuc ire, quia diligebat eum: & sic oportet dici, quòd Iosaphat iuit in bellum, quia nō credidit verbis Michęę, sed potius verbis prophetarū Baal.

Sed tunc est difficultas, quomodo Iosaphat non credidit Micheæ. Nam de Achab non erat mirandum cùm ipse esset cultor Baal, & potius crederet prophetis eius, quàm prophetis domini. Iosaphat tamen erat rex bonus valde deicola: ideo mirum est, quomodo ipse crederet prophetis Baal, & non prophetę domini. Potissimè, quia quando Achab congregauit quadringentos prophetas Baal, & omnes prospere respondederant, dixit Iosaphat: nunquid non est hic propheta domini, vt ab illo etiam requiramus? & tunc ad eius petitionem vocatus est Michæas, qui erat propheta Domini: ideo ipse ei credere debuisset. Dicendū, quòd Iosaphat non credidit nunc verbis Michęæ. Primò, quia aliqualiter videbantur repugnare verbis Eliæ, cū ille significasset moriturum Achab in Iezrahel: & iste significaret eum moriturum apud Ramoth Galaad. Erat tamen Elias propheta famosior: ideo credidit ei. Secundò, quia cùm vidit, quòd Sedecias percussisset Michæam, & non passus esset malum, dubitauit an Michæas mitteretur nunc [illegible] ne [illegible]mus præcedenti quæstione de Achab. Ter[illegible]quia Deus aliqualiter destituit nunc Iosaphat per[illegible]ttendo, quòd erraret, vt locum haberet punitio Achab: quia si Iosaphat credidisset verbis Michææ, noluisset ire in bellum, & impedisset ne iret Achab illuc, & sic non haberet locum sententia Dei nunc contra Achab. Sciēdum tamen, quòd motiua ista non erant satis sufficiētia, maximè illud, quod erat potissimum apud Iosaphat, scilicet, propter verba Elię: nam illa nullo modo repugnabant verbis Michęæ. Primò, quia illa denunciatio facta per Eliam reuocata fuerat cum Achab doluit de peccato. 3. Reg. 21. & sic non obstante illa poterat mori Achab vbicunq;. Secundò, quia dato, quòd illa sententia non esset reuocata, non repugnabat verbis Michęæ, quia vtraq; poterat compleri. Nam Elias non dixerat moriturum Achab in agro Iezrahel, sed quòd canes lingerent ibi sanguinem eius, vbi linxerāt sanguinem Naboth: & sic poterat mori alibi, & quòd ibi canes lingerent sanguinem eius: imò sic factū est. Et completa est vtraque prophetia, scilicet Elię, & Michææ: nam mortuus est Achab in bello in Ramoth Galaad iuxta verba Michæę, & postea ductus est in Samariam, & sepultus ibi. Currus autem in quo ipse vulneratus est, & ductus de bello erat totus sanguine tinctus, & lauerūt eum in piscina Samariæ, & habenas epuorum etiam madentes sanguine, & tunc canes linxerunt sanguinem eius mixtum aqua. 3. Regum 22. & dicitur ibi, quòd hoc fuit iuxta verbum Domini, q̃d locutus fuerat, ideſt, completum est ibi verbum Domini, quod locutus est per Eliam. Sed adhuc stat difficultas, quomodo potuit credere Iosaphat prophetis Baal cùm essent prophetæ idolorum, & ipse esset cultor domini. Dicendum, quòd Achab credidit illis, nec in hoc visus est facere contra cultum Dei. Pro quo sciendum, quòd propheta propriè dicitur ille, cui Deꝰ reuelat aliqua supernaturaliter, illustrādo intellectum suum lumine quodam supernaturali, vel per alios modos immutationis propheticæ, de quibus diximus supra in quadam quæstione. Istud autem facit Deus interdum tam in bonis, quàm in malis, vt patet de Caipha, qui erat vir pessimus precipuus tractator in morte Christi: & tamen ipse prophetauit, vt patet Ioa. 11. Item patet, quia prophetia potest esse sine charitate, vt patet prima Corin. 13. scilicet, si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia, charitatem autem non habeam, nihil sum, & tamen sine charitate nemo est bonus, ideo prophetia est in malis. Item Christus dixit, quòd multi dicent sibi in die iudicij: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus? & Christus dicet eis:

nunquam

nunquam noui vos, discedite à me. Matth. 7. ergo illi mali sunt: & non solùm mali interdum prophetant, sed etiam ipsis idolatris Deus interdum dat spiritum propheticum. Sic patet de Balaam, qui erat ariolus, & faciebat sacrificia dæmonibus: vt colligitur Num. 22. & tamē Deus reuelabat ei multa, & erat de maximis prophetis, etiam respectu prophetarum Iudæorum, vt colligitur Num. 22. & 23. & vigesimo quarto. Item Deus hoc innuit Deutero. 13. capitulo, scilicet: Si surrexerit aliquis propheta, qui dicat se vidisse somnium, & prænunciet aliquod signum, & eueniat, & postea dicat, eamus, & sequamur deos alienos: non est ei assentiendum. Et sic innuitur, quòd iste est propheta verus cùm eueniant ea, quæ prænunciat, & tamen iste colit idola, quia aliàs non excitaret populum ad colendum idola, & sic Deus innuit, quòd aliquis cultor idolorum potest esse verus propheta. Idem nunc erat de istis prophetis Baal, quia licèt essent cultores Baal poterāt esse veri prophetæ, scilicet, quòd Deus eis loqueretur, & ita [illegible] et eis credere sine præiudicio diuini cultus. Cùm autem aliqui vocantur prophetæ idolorum, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd sint prophetæ idolorum, ideſt, quòd à Deo vero habeant reuelationes, & tamen colant idola, sicut Balaam. Alio modo, quòd sint prophetæ idolorum, ideſt, quòd non habeant responsa à Deo, sed ab idolis, quæ colunt, ideſt à dæmonibus, qui loquuntur in idolis, & ibi coluntur. Primo modo est impropriè dictum propheta idolorum, quia non vocatur aliquis propheta, nisi quantum ad reuelationes, quas recipit: si ergo iste à Deo recipit reuelationem, dicetur propheta domini. Quòd autem colat idola, vel Deum, extrinsecum est, & accidentale quantum ad esse prophetam, non vocabitur propheta idolorum, quia colit idola, quia tunc etiam vocaremus eum prophetam vini, si vendit vinum, vel prophetam diuitiarum, si dines est. Et tamen istę sunt denominationes multum impertinentes quantum ad esse prophetam. Secundo modo accipiēdo dicetur propriè propheta idolorum, quia ab illis solis reuelationem recipit, & tamen propheta idolorum non est propheta, sicut homo mortuus non est homo: quia ista adiunctio distat à ratione prophetæ, cùm sit de ratione prophetæ illustrari lumine supernaturali mediatè, vel immediatè, & eleuari ad cognoscendum ea, quæ solùm supernaturaliter possunt cognosci. Dixi autem mediatè, vel immediatè, quia interdum fiunt reuelationes prophetis per angelos hominibus iubente Deo illis aliquid dicere, & sic vtroque modo Deus reuelat, siue per se, siue per angelum faciat. Cùm autem scriptura dicit aliquos prophetas idolorum, vel prophetas Baal, accipit isto secundo modo, ideſt, qa sunt cultores Baal: ideo adhuc stat, quòd isti, qui vocantur prophetę Baal, vel prophetę idolorum possint esse prophetæ Dei.

*An peccauit Iosaphat eundo in bellum.*
*Quæstio XLVII.*

QVAERITVR vlterius, an peccauit Iosaphat eundo in bellum cum Achab. Quidam dicunt, quòd non: quia Iosaphat erat amicus, & affinitate coniunctus regi Achab, vt patet supra in litera: & tenebatur ex lege amicitiæ adiuuare eum in bello. Sic patet ex verbis Iosaphat supra in litera, cū dixit Achab, veni mecum in Ramoth Galaad. Respondit Iosaphat, vt ego & tu, sicut populus tuus, sic & populus meus, tecum erimus in bello. Dicendum, quòd peccauit Iosaphat eundo ad bellum cum Achab, vt patet sequenti capitulo: nam cùm redijsset Iosaphat in Ierusalem occurrit ei Iehu propheta filius Anani, & ait: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt me amicitia iungeris, & iccirco iram quidem domini merebaris. Erat tamen iste Iosaphat bonus rex, & propter hoc ei Deus non intulit ei mala, ostendit tamen sibi, quòd mala meruerit. Nam in bello fecit, quòd venirent contra eum omnes Syri, & fuit in magno periculo, sed cùm clamauit ad dominum auertit Syros ab eo, vt patet supra in litera. Hoc autem fuit propter bona opera precedentia Iosaphat, qui erat cultor Dei, & abstulerat idola de terra, ideo licèt nunc peccaret, noluit Deus eum disperdere. Sic dixit ei propheta sequenti capitulo, scilicet, iram domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Deum patrum tuorum. Sciendum autem, quod non solùm eundo cum Achab ad bellum peccabat Iosaphat, sed etiam in alijs communicationibus in moribus, quæ essent potius vtiles Iosaphat, quàm Achab, peccaret Iosaphat communicando [illegible]. Et patet, quia Iosaphat communicauit post mortem Achab cum filio eius Ochozia, quia fecerunt ambo naues, vt irent in Tharsis pro auro, & Deus confregit omnes naues Iosaphat, quia participauit cum Ochozia: vt patet infra vigesimo, & tertio Regum vigesimo secundo, cùm dixit Eliezer propheta, scilicet, quia habuisti fœdus cum Ochozia percussit domus opera tua: contritęque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis. Cùm autem obijcitur, quòd Iosaphat erat amicus Achab: ideo poterat. Dicendum, quòd non poterat, imò nec poterat contrahere amicitiam, & ex solo cōtractu peccabat. Sic dicitur præcedenti capitulo, impio præbes auxilium: & his, qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & iccirco iram quidem domini merebaris.

*Quare Achab mutauit habitum in bello.*
*Quæstio XLVIII.*

QVAERITVR vlterius, quare Achab mutauit habitum in bello. Quidam dicunt, quòd timebat mortem, sicut prædixerat Michæas: ideo mutauit habitum, vt non cognosceretur: & sic facilius euaderet periculum. Dicendum, quòd non stat, quia Achab non credidit verbis Michęę, nec timuit ea, quia si timuisset, non venisset in bellum, sed ipse credebat certissimè, quòd Michęas mentiebatur, & ob hoc fecerat eum poni in carcere, vt occideret illum quando veniret de bello. supra in litera. Sed dicendum, qꝑ Achab mutauit habitum. Primò, propter cautelam humanā. Nam licèt non timeret mortē, sicut dixerat Michęas: tñ voluit agere cautius, q̄ potuit. Erat aūt securius mutare habitū, quā ire in habitu regali. Secundò, quia timuit fortè Achab id, quod euenit. s. qꝑ rex Syrię faceret pugnari contra eum solū, sicut fecit, & sic faciliter occideretur, & non mutato habitu. Tertiò, quia fortè Deus inclinauit eum ad hoc, vt facilius bellum sine periculo Israelitarum finiretur. Prænunciauerat namq; Michęas, qꝑ Israelitę reuerterentur in pace de bello, & tamen sine domino. Si autem Achab iuisset in habitu regali: Syri omnes venissent ad pugnandum contra eum, sicut fecerunt contra Iosaphat, putātes eum esse regem Israel, & Israelitę conarentur eum defendere, & sic non posset occidi Achab, sine magna effusione sanguinis suorum, sicut factum est. Quartò, quia fortè Achab voluit ostendere Syris, quòd ipse solus pugnabat contra eos, & non erat ibi rex Iuda, vt sic minus Syri sibi cauerent: & ad hoc oportuit, quòd ipse, vel Iosaphat mutaret habitum, sed nō erat vrbanum, quòd ipse diceret Iosaphat, quòd mutaret habitum, ideo ipse mutauit.

Quare



*Quare Iosaphat non mutauit habitum.*
*Quæstio XLIX.*

QVAERITVR vlterius, quare Iosaphat non mutauit habitum. Dicendum primò, quòd non erat conueniens: quia cùm Achab mutaret habitum, si idem faceret Iosaphat, non appareret aliquis rex in bello, & videretur exercitus sine duce. Secundò, quia mutatio ista habitus erat propter timorem, vel cautelam aliquam: sed rex Iosaphat nihil timebat: ideo putauit sibi non esse expediens mutare habitum. Tertiò, non mutauit, quia esse in habitu regali esset quid honor: erat etiam vtilitas quædam, scilicet, quia magis sic cognosceretur à suis, & magis eum in bello obseruarent, quàm si mutaret habitum: & sic non erat mutandus sine magna necessitate, vel vtilitate: & nulla earum apparebat hic in Iosaphat. Quartò, quia Deus inclinauit Iosaphat ad sic faciendum, vt ostenderet ei aduersum, & necessitatem clamandi ad se. Nam, vt supra declaratum est, Iosaphat peccauerat veniendo in auxilium regi Achab. Hoc autem voluit ei Deus indicare mittens omnes principes Syrorum contra ipsum: & tunc fuit ipse in magna angustia, & oportuit clamare ad dominum, & exauditus est: & non fuisset exauditus, quia merebatur iram domini, nisi quia inuenta fuerunt in eo bona opera, vt patet sequenti capitulo. Si tamen Iosaphat non mutasset habitum, non congregati fuissent contra eum principes Syrorum: & consequenter non fuisset in illa angustia, nec oportuisset clamare ad dominū, & non ostenderet ei Deus, in quo peccauerat, & quomodo exaudiebat eum propter bona opera præcedentia, ideo inclinauit eum ad mutandum habitum.

*Quare rex Syriæ mandauit seruis suis, vt non pugnarent, nisi contra regem Israel. Quæst. L.*

QVAERITVR vlterius, quare rex Syriæ mandauit seruis suis, quòd non pugnarent contra aliquem magnum, vel paruum, nisi contra solum regem Israel. Dicendum primò, quòd fecit hoc ad facilius finiendum bellum, nam si pugnarent Syri contra omnes Israelitas, non poterat sic faciliter finiri bellum: sed vtrinque multum sanguinem effundi: vt autem facilius fieret, voluit quòd pugnaretur contra solum regem: nam illo occiso finitum erat bellum, cùm populus sine duce nō pugnaret, sicut postea factū est, scilicet, quia mortuo rege dispersi sunt in mōtibus, sicut oues sine pastore, & redierunt singuli in domos suas. Secundò, quia iste modus pugnandi consuetus erat apud multos principes, sic enim Achylles præcipuus Græcorum pugnauit contra Troilum fratrem Hectoris iubens omnibus viris suis, quòd contra neminem pugnarent, nisi contra Troilum: etiam si à multis alijs impeterentur, & sic prealuit contra eum. Tertiò, quia fortè Deus inclinauerat eum ad pugnandum isto modo, vt Israelitæ nō perirent in bello: quia Deus volebat, quòd solus Achab periret, & cœteri redirent in pace, vt colligitur ex verbis Michææ, supra in litera. Si tamen rex Syriæ voluisset pugnare contra Israelitas oportuisset effundi multum sanguinem, ideo inclinauit eum ad pugnandum solùm contra regem. Sed tunc est difficultas cùm principes Syrorum pugnassent contra Iosaphat putantes eum regem Israel, quare cessauerunt ab eo. Respondet, quòd cognouerunt eum non esse [illegible] Sed tunc dicetur, quòd adhuc cōtra eum debuerunt pugnare, qa sumpserat illa regalia insignia, qua[illegible]oco regis Israel. Potest dici, quòd Syri cognouerunt istum non esse regem Israel, quia fortè putauerunt, quòd ex mandato regis Israel aliquis sumpserat insignia eius, vt ipse securior esset in bello. Vel quòd isti Syri cognouerunt istum non esse regem Israel, sed regem Iuda: quia distincta erant insignia vtriusque: & tamen rex Iuda nō ferebat nunc insignia regis Achab, sed propria. Sic enim dixerat Achab, scilicet, tu autem induere vestibus tuis, ideſt, porta insignia tua, & fortè Syri à longe videntes istum in insignijs regalibus cum solus esset in tali habitu putauerunt eum regem Israel, quando tamen ipse clamauit, & illi propius accesserunt, cognouerunt esse insignia regis Iudæ. Si tamen Syri putarent istum esse regem Iuda, siue alium, qui sumpsisset insignia Achab, cessassent ab eo propter duo. Primo, propter disciplinam militarem, quæ debebat seruari ad vnguem ad hoc, qꝑ bella prospere gerantur. Sic patet ex gestis Romanorum. Rex tamen mandauerat, qꝑ ꝑtra solū regē Israel pugnarent: licèt ergo iste esset in regali habitū, cū tñ nō esset rex Israel, cessassent ab eo. Secundo, quia intētio regis Syri erat, qꝑ occiso rege Israel totum bellum esset finitū. Nunc tñ licèt iste occideretur, cùm Israelitæ scirent eū nō esse regem Israel, non cessaret bellum, licèt occideretur: ideo nō curauerunt super hoc eum amplius persequi, sed recesserunt ab illo. Et sic terminatur sententia istius dubij.

Ex Tipographia Rampazetana.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

Omnes sunt Quaterniones, Præter Ii. Qui est Ternio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universitat de Barcelona
Biblioteca